Zorobabel quidem adscripserũt quæ de Christi natiuitate prophetata erãt to.2.16 g
Zorobabel habuit sacerdotale & regale genus mistum to.2.158.c
Zorobabel impetrauit à Dario restitutionem captiuitatis Israel ibidẽ c d
Zorobabel interpretatur, hic doctor Babylonis to.2.158.d

Græcæ dictiones.

Arocaradokia quid significet t.4.37.g
Eudokia quid to.4.223.m
Eutrapelos quid tom.4.248.f
Hypodicos quis dicatur to 4.16.d
Panurgi qui to.4.240.f

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI EX HISTORIÆ,

quam Tripartitam uocant, libro decimo magna ex parte concinnata: nonnullis adiectis ex dialogo Palladij episcopi Helenopolitani, qui fuerat Chrysostomi discipulus, & Theodori Romanæ ecclesiæ diaconi, per Des. Erasmum Roterodamum.

Auctorem damnatum

IOANNES Chrysosto. patria Antiochenus, patrem habuit. Secundum, inter eos qui in Syria militari dignitate præcellebant, cùm primis illustrem: matrē Anthusam, iuxta nomen suum omni uirtutū genere florentē, utrunque nobilem lautaq; fortuna. Puer nondum sacro lauacro regeneratus, audiuit ingeniosum, sed insigniter impium Libanium sophistam. Sic enim tum rhetores appellabantur. Iam annum ingressus .18. alijsq; liberalibus disciplinis strenuam nauauit operā, ætatis lubricum assiduis laboribus coercēs. Philosophię doctorem habuit Andragathiū, iam tum Aegyptiorum opes ad dominici templi structuram comparans, ut teneris statim annis eloquentiam cum sapiētia coniūgeret. Verū postea q̄ ante capitis canos, mētis canicię induisset, maturē ad diuinarū literarū cognitionem studiumq; pietatis animum applicuit. Tā insignem adolescentis indolem uarijs indicijs emicā tem animaduertens Meletius Antiochenæ ecclesiæ antistes, eum ad se accitum inter familiares habuit, quem quum fermè triēnio Christianæ fidei dogmatibus satis imbuisset, aqua regenerante tinxit, moxq; lectorem ordinauit. At iuuenis haudquaquā tutum ratus in ciuitate celebri publicis functionibus implicari, in montes uicinos secessit, atque illic seni cuidā Syro adhæsit, ut ex eius contubernio continentiam uitæq; austeritatem disceret. Māsit autem apud hūc annos quatuor, diuinarum literarum uigilāti studio iuuenilis ætatis stimulos æstusq; domans ac reprimens, ab hoc gradu rēdit ad perfectiora, abdit se in remotiora deserti, ibiq; spelunca inclusus biennium ferè peregit solus, noctes diesq; uersans in meditatione sacrorum uoluminum, eaq; ediscens. Verū dum hic humi cubat, saxo insidet, ieiunijs ac puigilijs utitur, carnis qdem rebellionem prorsus edomuit, sed corporis ualetudinem uehementer offendit. Ea res illum compulit, ut uelut è graui tempestate ad ecclesiæ portum redire cogeretur, hæc omnia moderante prouidentia numinis ad publicam hominum utilitatem. Reuersus itaque à Meletio diaconus ordinatus, per quinquennium sacris ministrat altaribus. In qua functione quum ita se gessisset, ut & uitæ continentia & egregia doctrina cūctis esset perspecta atq; explorata, à Flauiano episcopo presbyter consecratur, præ singulari animi modestia tanti muneris dignitatem pro uiribus detrectās: in hoc munere summa cum omnium laude summaq; ecclesiæ utilitate uersatus est annis duodecim, nōdum episcopus episcopi uices agens, gregem dominicum morum integritate, sermonib. ac libris ad pietatē erudiendo. Sed ut is aliquantisper intermissis, ad rudimenta illius recurram: iuuenis studiorū sodali usus est Basilio Magno, quod ipse testatur in libris quos scripsit de sacerdotio: hoc est, de munere functionecq; eporū. Nā id tēporis soli episcopi sacerdotes dicebātur, presbyteri recitabant atque enarrabant scripturam canonicam; cæterisq; sublimioribus functionibus episcopū adiuuabant. Destinatus erat causis forensibus, uerū ille perpendens hoc uitæ institutum non solum esse turbulentū, multisq; molestijs obnoxiū, uerū etiā in quinatū uitijs, parūq; cōueniēs aio philosophico, ad pietatis professionē sese cōuertit, Euagrij exēplo potissimū prouocatus, q & ipse post prophanas disciplinas, quietū ac solitariū uitæ genus elegerat. Mox igitur Chrysost. posito fastu mundi, atq; ipsa etiā uestitus ac morū simplicitate, mentis propositū præ se ferens, assiduus erat in euoluēdis sacris uoluminib⁹, nō ignarus ex hisce fontib. petendā esse uerā sapientiā. Et ne sibi tantū magister esset, frequens erat in tēplis sacras ádiens conciones, à qbus nō arcebantur nondū in xp̄o renati. Porrò quēadmodum ipse tractus erat exēplo Euagrij, ita suo suasu ad idem institutū ptraxit Theodorū ac Maximum, quos apud Libanium habuerat condiscipulos: Quorū uterq; post uocat⁹ est ad epi munus, Theodorus apud Mopsuestienses, Maximus apud Seleuciā Isauriæ. Simul interim se tradiderāt literis sacris erudiendos. Diodoro atq; Carterio, qui id tpis sacris monasterijs præsidebāt. Nam in his solis tum docebātur sacræ literæ, ac iuuentus ad pietatem instituebatur. Siqdem scholæ multis post seculis inuentę sunt: monasteria uerò, ni fallor, ea ætate dicebantur episcoporū ædes, in quas se recipiebant à populari⁹ feriati negotijs. Sed Diodorus post Tarsensis ep̄s factus, ēt libris editis inclaruit. Interea Ioannes uersābatur cum suo Basilio, paribus animis quietā uitā meditante. Verū xp̄s nō passus est illas lucernas diu latēre sub modio. Nā Basil⁹ à Meletio creatus est diaconus, deinde Cæsareā Cappadocię ptractus, coactus est epi farcinā suscipere. Ab hmōi tyrocinijs olim non irruebant, sed ptrahebantur absoluti doctrina uitaq; uiri ad ecclesiarū gubernacula: Ioannem uerò Meletius Antiochiæ ep̄s, ut antè dictum est, lectorem instituit. Miror autem quur quod Palladius refert à Meletio factum, Socrates in historia, quā Tripartitam uocant, dicat à Zenone factum: nisi forte quemadmodum Ioānes ob eloquij suauitatem dictus est Chrysost. ita Meletius ob insignem uitæ cōtinentiam dictus est Zeno: aut nisi Zeno præcesserit Meletiū: quanquā & aliās in narrando magna uarietas est. Palladius ita refert quasi ab uno Meletio Ioānes fuerit lector, diacon⁹ & p̄sbyter ordinatus: quum ecclesiastica historia, cui magis fido, narret eum à Flauiano creatum diaconum: ab Euagrio, qui Paulino successit, ordinatum presbyterum. Verùm utrunque hoc habet, Ioānes iam lector in delegato munere egregium sui specimen dedit, edito libro aduersus Iudæos, quem nos Latinum fecimus: paulò post à Meletio creatus est diaconus, in quo gradu scripsit op⁹ de sacerdotio, multosq; psalmos enarrauit. Posteaquā autem Meletius constantinopoli decessisset è uita, Ioānes Chrysostomus ita recessit à Meletianis, Meletij cuiusdam Aegyptiæ ci-

uitatis ep̄i ab ecclesia sua depulsi, puersum dogma sequentib⁹, ut tamen nec Paulino, q Flauiano successerat, cōicaret. Erat.n. inter hos cōtentiosa q̄stio de Ario & Origene: itaq; neutri se parti admiscēs triennio quietā egit uitā. Paulino successit Euagri⁹, à quo prouectus est Ioānes ad p̄sbyterij dignitatē: quā ita gessit, ut Nectario defuncto, iperiali iussione Cōstantinopolim accitus sit, ac multorū ep̄orū quos eò imperatoris authoritas euocarat, authoritate coactus fuit ei⁹ eccl̄iæ gubernacula suscipere: prouinciā sanè p difficilē multis noibus, ob Thraciæ gētis barbariē, ob ciuitatē opib⁹, luxuq; diffluētē, ob plebē, Ariano rū & Origenistarū dogmatibus infectā. Nec m⁹ nima malorū pars erat illic aula Cęsarea, plurimā, ut solet, malorū lernā secū trahēs, p̄sertim quū adhuc pro ratione tēporū principis familia, ex Paganis, Iudæis, hęreticis, & orthodoxis eēt p̄mista. Ea rerū difficultas egregiū quēpiam & impigrū ducem reqrebat. Porrò quāta uigilantia docuerit, quāto studio pugnarit ad uersus hęreticos, scripta uiri declararūt, de qb⁹ mox suo loco plura dicem⁹. Sed iterim mirabitur aliqs q factū sit, ut ep̄s tā rara doctrina, tā mirabili eloquentia, tam sanctis moribus bis depulsus sit ab ecclesia, ac demū in exilio mori coact⁹. Zelus dom⁹ dei quā amabat, cōciliabat apud multos inuidiā ītegerrimo præsuli. Nam præter sectarū dissidia, clerici & ep̄i ad mundanos mores degenerarant, unde factus est talis populus qualis sacerdos. Frgo dū ille pro suo officio libera lingua iuxta propheticū sermonē euellit, destruit, disperd⁹, dissipat, ędificat & plantat: barbaricæ gentis odiū in se cōuertit. Nec.n. um⁹ tantū ciuitatis curā gerebat, sed latissimè sese proferebat ignea Chrysostomi charitas, per uniuersam Thraciā, q̄ sex p̄fecturis c.at diuisa, totāq; Asiā, q̄ ab undecim p̄sidibus regebatur: hoc agēs, ut sacerdotes iuxta ecclesiasticas cōstitutiones uiuerēt, ni facerēt, ab ecclesiis arcerētur, indignū esse p̄dicās eos apostolorū dignitatē usurpare, q u tā illorū nollent imitari. Idē molitus est p regionē Ponticā, q̄ & ipsa ab undecim iudicib⁹ gubernabatur. Nā hæreticorū tyrānis & ambitio uiarat oēs earū regionū ecclesias. Quin ubi cognouisset in Phœnice nōdum extinctā idololatriam, delegauit eò monachos spectatæ probitatis, imperialib⁹ ēt edictis armatos, q pecunijs datis conducerent opas demoliēdis Paganorū tēplis. Eā pecuniā Ioānes non acceperat ex grario publico, sed à pijs fœminis, ultrò in rē sanctā cōferentibus. Nec his cōtentus, ubi sentore merebat, Arianorū dogmatib⁹ corruptam, Celticā linguę p̄sbyteros, diaconos ac lectores aliquos creauit, eisq; unā dedit ecclesiā. Hac arte plurimos eius gētis pellexit ad ecclesiasticā doctrinā. Vbi uerò cognouit & apud Scythas esse q̄ sitirent euangelicā doctrinā, quū ipsi nō esset integrum eò proficisci seram Christi iugo submitterent: quod & euēnit. Rursum Marcionis, scripsit eius loci pastorib⁹, ut ex Cæsaris edicto, q Marcionis dogmata sequebātur, aut resipiscerent, aut in exiliū ire iubērētur. Nōne hunc meritò dixeris alterū Paulum, tanta solicitudine prospicientem omnibus ecclesijs? Sed quò plures ille lucifaciebat Christo, hoc uehementius in illum exarsit inuidia diaboli, qui p organa sua moliebatur, ut ab opere sanctissimo depelleretur. Primus in illum impetus ab ipsius clericis exortus est, adeò uetus est, q̄d hodie quoq; fit, ut collegijs malè cōueniat cum episcopo. Quidā hoc næuo conantur illius obscurare gloriā, quòd æquo rigidior fuerit ac p̄fractior, non solū aduersus clericos & plebeios, uerū etiā aduersus magnates & ipsam adeò Augustā. Donec.n. tantùm clericis suis habebatur exosus, populi fauore facilè tutus erat. Sed excelsa fulmē ab arce uenit: ac populus undarum in morē, quocunq; spirat aura principum, eò uoluitur. Immodicæ seueritatis exempla hęc ferè cōmemorant. Eutropius eunuchus p̄fectus. Cæsaris. cōsulari dignitate, studens suppliciū sumere de qbus dam q ad templa cōfugerant, psuasit imperatori, ut lex conderetur, uetans neq; in periculo capitis ad tē pla confugeret: & si q eò cōfugissent, liceret extrahere. Lata lex recidit in caput illius qui procurauerat, iuxta uetus Græcorū prouerbium, Malū consilium cōsultori pessimum. Euēnit. n. ut ipse offenso imperatore, ad templum confugeret. Is quū se præ nimio metu sub altare cōdidisset, Chrysosto. ē suggesto unde solet apud populū uerba facere, multa iurgiosē dixit in Eutropiū. Ea homilia prodita, nō parū inuidię cōflauit episcopo, quòd hoiem in calamitate constitutum non solū nō subleuarit, uerū ēt oratione seuera grauarit. Extractus igitur ab impatore Eutropius, capite plexus est: nomē eius è numero cōsulū erasum. Ita cuius fœlicitas erat inuidiosa apud populū, eius calamitas conflauit odiū episcopo. Nā quòd Gainæ conatib⁹ fortiter obstitit, feliciter cessit. Is genere Celta, ingenio barbarus ac ferox, religione Arianus, tyrānidis affectator, magister militum, tāta potentia, ut ipsi ēt principi ob regni affectati suspicionē esset formidabilis, petijt ab imperatore ut Arianis intra cuitatem daret unam ecclesiam: Pollicitus est imperator se uoluntati illius morē gesturū. Interim acciuit ad se Ioannem Chrysosto. petens ut Gainæ postulationi concederet, ne magis iritatus pgeret affectare tyrannidē. Ibi præsul solita libertate, Noli, inqt, imperator sanctum dare canibus. Non.n. potero dei gloriam celebrātes eiicere, & blasphemis tradere ecclesiam. Nec est quòd metuas hunc barbarum, qn potius ambos nos accersi iube: tu tacitus audies q̄ dicentur, ego sic os occludā homini, ut posthàc non ausurus sit petere, q̄ dare nefas est. Imperator delectatus hac præsulis fiducia, iussit ambos uocari. Quumq; Gainas pro posuisset suā postulationē, episcopus respondit: Non licet, ô Gaina, imperatori Christianā sectanti pietatē quicquā persuadere moliri, q̄d pugnet cū præceptis dei. Gainas respondit esse par, ut ipse quoq; haberet orandi locū. Ad hoc præsul, Vbiuis tibi patet domus dei, neq; quisquā te uetat orare. Tū Gainas, Adsum, inqt, diuersæ religionis, itaq; cū meis peculiare templum habere cupio, nec æquū est hanc meā postulationem contemni, q tantum laborum pro Romano imperio susceperim. Ad hæc præsul, Premia, inqt, q̄ cepisti longè supant tuos labores, tribunus militū factus es, cōsulari dauo ornatus. Confer q pridē fueris, & q nunc fis. Cōfer pristinā inopiā tuā, cum opibus quas nunc possides: cogita quo cultu transieris Histrū, & qbus nūc utaris uestibus, nec sis ingratus ei q tibi tātum habuit honoris. His dictis episcopus Gainæ os obturauit. Ille tamē nō desijt moliri qd moliebatur, quumq; dolus parum succederet, cœpit aptè tyrānidē exercere, p totam Thraciā populās ac uastās oia: quúmque barbaricam feritatem expauescerent om

Esa 24.a Ose.4.b. Hier. 1.b

Ex Cyrenensi epo lib.5.c.28

c.29. li.5.

c.30. Idē Theodoritus. σχυθὶ κον ὅμιλον. Scythicā turbā nō Celticam cap.13

Idē Theodo.c.32.5

Mat. 7. a

nes, Ioāni piculoſę legationis onus impoſuêre. Is nec ueteris cōtentionis memor, nec hois immanitate de territus profectus eſt. Ibi qddā accidit uix credibile.

Cap. 33. Gainas admiratus epiſcopi fortitudinē, nullū omnino periculū pro pietate recuſantis, occurrit illi longo itinere, ac præſulis dextrā oculis ſuis admouit, quin & filios ſuos iuſsit ſacra illius genua oſculari. Tantū ualuit ēt apud impium barbarum Chriſtianæ fortitudinis admiratio. Apud clericos exaſperauit odium epiſcopi Serapio diaconus, q̄ præſentibus clericis (ue lut otium nomine loquens) clara uoce dixit, Nunquā epiſcope poteris hos corrigere, niſi uno baculo percuſſeris uniuerſos: ſed maximè grauabat illum Eudoxiæ Auguſtæ odiū. Nā & hæc Ariana fuit, & Arianis ad nocturnos hymnos p̄bebat cruces argenteas, ac cereos argenteos, cū qbus totam noctem obambulabant per urbē, canentes ſui dogmatis hymnos, ac uelut exprobrantes orthodoxis errorē, qui tres crederent eſſe natura unum. Ea pompa diluculo exibāt ciuitatem ad ſuā eccleſiam: nā intra mœnia, ut dictū eſt, illis habere non licuit. Horū cantiones, quoniā uidebantur celebriores, ne ſeducerent infirmos, Ioānes item auxit hymnos: ſed res in cruentam exijt pugnā, in qua Briſon eunuchus Auguſtæ, p̄fectus hymnis exercendis, lapide ictus eſt in fronte, extinctis etiam utrinq̄ nonnullis. Hac occaſione uetuit Imp. ne pōſt Ariani intra urbē publicè canerent hymnos. Acceſsit oleum camino. Seueriano Gabalenſi epiſcopo, uiro docto, & ad populares cōciones accommodato, fauebat Auguſta: ei Ioannes in Aſiam proficiſcens, cōmendauit eccleſiam ſuā. At Seuerianus magis ſe ſtuduit cōmendare multitudini, q̄ Ioāni, cui in ſinu malè uolebat, utcunque corā blandus. Reuerſo ex Aſia Ioanne, euēnit ut p̄terierunt Seueriano Serapio data opera non aſſurgeret, ueluti non agnoſcens pro epiſcopo. Ille hac exacerbatus contumelia, Si, inqt, Serapio mortuus fuerit clericus, x̄ps nō eſt factus homo. Hanc uocem quum ceu blaſphemam ad Ioannē detuliſſet Serapio, eius authoritate ciuitate pulſus eſt. Sed Auguſta Seuerianū Chalcedone reuocauit, quē tamen Ioannes non prius recepit in gratiam, quàm poſt multorum contemptas preces Auguſta in templo apoſtolorum, Theodoſium filium epiſcopi genibus imponens, diu ſupplex obteſtationibus extorſit, ut Seueriano reconciliaretur. Ac reuocatus ab exilio Chryſoſto. ſuæq̄ redditus eccleſiæ, nihilo mitior eſt factus erga peccantes. Eudoxiæ Auguſtæ ſtatua argentea chlamyde amicta in colūna, Porphyretica poſita erat, haud procul ab eccleſia Sophia. Ad eam publici ludi ſolēt exerceri. Hoc epiſcopus ad eccleſiæ contumeliam pertinere ratus, ſolita libertate increpauit proceres qui talia fieri iuberent. Hoc Auguſta ſic interpretans, quaſi in ipſius odium fieret, iritata procurabat, ut denuò aduerſus Ioannē ſynodus cōgregaretur. Id ſentiens epiſcopus homiliā ſupra modum liberā in eccleſia pronūciabat, cuius initiū eſt: Rurſus Herodias inſanit, rurſus turbatur, denuò ſaltat, denuò caput Ioannis in diſco concupiſcit accipere. Fuerunt q & illud optimo præſuli uitio uerterint,

Hebr. 13. a quòd quū inter epiſcopi uirtutes Paulus receſeat hoſpitalitatem, ipſe ſolitus ſit ſolus cibū capere, nec inuitatus ibat, nec rogabat alios, ne cū clericis quidem ſuis mensam habens cōmunem, quū id ſummæ laudis eſſe rear: ſiue hoc tribuebat corpuſculi ualetudini, quæ ſæpenumero ēt firmior periclitatur in conuiijs. At eam uir pius in eremo immodica uitæ auſteritate uehemēter attenuarat: ſiue modeſtiæ fuit, qui ſingularem ciborum abſtinentiā noluerit apud alios oſtentare: ſiue tpis lucrum hac ratione captabat, uir tot diſtractus curis, tōt diſtentus negotijs, ſuper hæc totus intentus meditationi ſcripturarum, ut ſæpe cibum differret in noctē. Quis. n. neſcit quantū tpis nobis pereat in frequentibus conuiuiis? In quibus ut à delicijs non corrumparis, ut ſobrietatis ac pudicitiæ theſaurum ſerues illæſum: multos tamen offendis, q̄ bus tua parſimonia uidetur alijs exprobrare crapulam, tuúmq̄ bonū perperam interpretātur, qd pietatis eſt, hypocriſi tribuentes. Certè diutius accumbēdum, apparatus lautior ob conuiuas apponendus, interdum & audiendæ fabulæ, nec gratæ, nec dignæ piis auribus. Quātam tpis portionem nos perdimus qui ferè tres horas deſidemus in prandio, totidē in cœna, quū reſiciendo corpuſculo ſufficiat horæ dimidium. Ne cōmemorem interim quòd barbari lauticiarum oſtentatores, pro hoſte habent ſiqs nō deguſtet appoſitas delicias, ſiqs calicem porrectum recuſet, ſiqs uocanti excuſet, quū apud alios egerit cōuiuium. Nec iſta eſt hoſpitalitas quam commendat Apoſtolus uel aſsidere diuitum, uel adhibere diuites lautis menſis: ſed aduenas & egenos humaniter exci pere hoſpitalitas eſt epiſcopo digna, quam ipſam tamen per alios rectius exercet quemadmodū apli prę dicando uerbo dei toti intenti, menſarū curam delegerunt diaconis. Quāto uerò ſtudio proſpexerit egētibus, ſcripta hominis ubique clamant. Quin & clericos habuit, eius gentis moribus corruptos, q̄ tam ſobrium uitæ modū non tuliſſent. Ob has cauſas maluit ſolus capere cibū. Verū interim epiſcopo ſoli accumbenti, adſtabat diaconus recitans aliqd è ſacris uoluminib⁹ quo cōuiuio qd eſſe poteſt lautius, quū ſimul & animus & corp⁹ reficitur? Ego ſic exiſtimo, merā eſſe calumniā, qd de illius ſęuitia p̄fractiſq̄ moribus iactatum eſt. Nā hominis ſcripta prę ſe ferūt ad mirandam quandā humanitatem ac manſuetudinē quū ille & in rep̄hendēdis uitiis ſit admodū moderatus, magiſq̄ uideatur eblandiri religionis amorem, quàm exigere. Quòd ſiquādo ſeuerius ſegeſsit, dubitandum nō eſt, qn illi conſtiterit ſui conſilij ratio. Minatur & Paulus interdū uirgam: ac rebelles euāgelio, tradit Satanæ. Nec ſtatim uituperandum eſt, qd à re laudata diuerſum eſt. Sūt uarij ingeniorum habitus, nec oībus oía congruunt. Dubitari iure poſsit, utrū plus contulerit reip. Romanæ, Catonis ſeueritas, an Lælij mitis, ut ait Flaccus, ſapientia. Auguſtini ciuilitas multū profuit eccleſiæ dei, nec minus tamen utilis fuit Hieronymi auſteritas, uterq̄ diuerſis uirtutib. deo fuit gratiſsimus. Vitauit, inqunt, turbā rarò q̄ cōſpectus eſt in populo, ſed aſsiduus fuit in eccleſia. At nec ſingulos, inqunt, aut paucos ad colloquium admittebat, nimirum & unus & pauci interdum turba ſunt. Sed quò ille nō alacriter ibat, ſi quando pietatis negotiū agebatur? Quid ille nō faciebat, ut diſsidia aut nō orirentur, aut citra grauem tumultum cōponerentur? In magnis ac manifeſtis criminibus fecit qd fecit Ioannes Baptiſta erga Herodem, quod Chriſtus erga phariſęos, quod Paulus erga Elymam, Hermogenem & Phigellum. Non igitur mirū quòd has procellas pertulerit Chryſoſtomus, quas omnes ipſe nondum epiſcopus proſpexit omnibus epiſcopis ſyncerè Chriſti negotium agentibus imminere. Illud

Attēdē lectorē. *Erasmi mendacium manifestum.*

Candor Erasmi in Chryſoſtomo.

mirum, quòd per uiros laudatos uir laudatiſsimus dignitate priuatus ſit, & in exiliū actus. Ego Theophilum Alexandrinū epiſcopū hoiem egregiè doctum exiſtimo, cæterū ingenio uafro, & ad compeſcendos illorū temporū tumultus fortaſsis accommodum. De ſanctimonia nihil habeo cōperti. Certè in hiſtoria tripartita multa de illo narrantur, de ſtudio congerendæ pecunię, de uafricie qua eluſit monachos Anthropomorphitas, rurſus de impia uerſutia qua decepit monachos Aegypti, de ſtudio uindictæ, de uiolētia aliiſq̄ huius generis, q̄ nō cōpetūt niſi i malū uirū. Nā epiſtolas illas Theophili ad Hieronymū, Hieronymi ad Theophilū cōfictas eſſe non dubito, quū ob breuitatem qua non ſolet uti Hieronymus, tū ob characterē in utriſque ſimilem, quum Theophilus utiq̄ ſi ſcripſit, Græcè ſcripſerit. Quod ſi uera ſunt, ut ſunt ueriſimilia, quæ de illo in dialogo narrat Palladius, déq̄ Theophilo ac cæteris partes illius ſequentibus, noſtrorū tēporū epiſcopi præ illis ſancti ſunt. Epiphanius Cypri epiſcopus, quū adhuc ageret eremitā ob uitę auſteritatē, multū honeſti nois meruiſſe legitur: ~~lāut ſi macula recipiant, dazo qſc mortuſ humanis, par~~ ~~log poſt nerè mortuus repertus eſt, qd ad Epipha~~ ~~nū attinet, nullum erat mendacij, ſed erat ut uidēba~~ ~~dimirū doc, miraculis enā futuris ſi mortuū esse~~ ~~esset in uitā. Impotuit esse ſymptoma, cōſimili~~ ~~permulta accidunt in uita mortali, hoc nō mi~~ ~~nus abilia. Inde qd narrat de auro celeſto in ſedes oeconomi, tale qd dicas esse potuit, quale fecisse legi~~ ~~tur diuus Nicolaus.~~ Sed ad illius monumentū pelebantur, ut fertur, damnatus. Id magis arguit fidē omnium, q̄ merita defuncti. Ut nos de tribunis impiorū ſpiritū p̄ſtigijs, uerū demus esse uera quæ nemo nouit. Nam mona chorū genus, & dimplex hominum uulgus hoc genus fabulis ſolet impenſius credulgere. Nec hoc eo dixerim, ut Epiphanium opinione ſanctitatis ſpoliē: ſed arbitror hois in eremo educati ſimplicitati ipoſuiſſe Theophili calliditatē, ut Epiphanius p̄ſuaſus non alio aio per ſequutus ſit Chryſoſtomum, q̄ Paulus initiò perſequutus eſt Chriſtianos. Poſtremò ut centū miracula de Epiphanio proferantur, plus apud me ponderis habet aīus ille Chryſo. in tot illius monumentis tā uiuidè ſpirans pietatē erga deum, charitatem erga proximū, mirabile quoddam ſtudiū erga x̄pi ſponſam eccleſiam. Deniq̄ inter ſanctos quoq̄ de⁹ permittit interdum humanos quoſdā affectus inclere, ne pro dijs habeantur. Etenim ſi inter Paulū & Barnabā tā acris incidit concertatio, ut alter ab altero diſcederet: quid mirū ſi talis error incidit inter Epiphanium, & Chryſoſtomū? Et fieri poteſt, ut ſimili aſtu Theophil⁹ impoſuerit Hieronymo, abuſus ſimultate, q̄ illi fuit cū Ioā. epiſcopo Hieroſolymitāo, à cuius cōmunioe abſtinebat Hieronymus, qd haberetur Arianę factionis. Theophilus Dioſcorum monachū, opinione ſanctitatis celebrem, fece rat epiſcopum Hermopoli: duos illius fratres apud ſe detinuit, committēs illis œconomiā eccleſiæ. Hi offenſi opibus ſtudióq̄ congerendi auri, qd deprehenderunt in præſule, Aegypti monaſteria repetūt. Theophilus odoratus ſuā uitā illis diſplicuiſſe, ſimul odiſſe cœpit & Dioſcorū epiſcopum. Ardebat Theophilus cupiditate nindicandi: uerū quoniam hos oēs ob uitæ ſanctimoniā ſuſpiciebat populus ac monachorū cohortes, cēſuit rē aſtu tractandā, & iuxta prouerbium, uulpinam pellē aſſuendam, ſi leonina non aſſequeretur. Id ætatis qdā ſub Origenis titulo hæreſim Arianā inſtaurare conantes, (nā Arius dānatus erat, Origenes non erat,) multū inuidiæ conflauerant Origenico nomini. Porrò q̄ ſequebantur Origenē, aſſeuerabant deum incorporeū eſſe, ac monachos ſecus ſentientes contumelioſo nomine appellabant Anthropomorphitas. Hinc acris iter eruditos & indoctos monachos cōtētio. Porrò Dioſcorus hac in parte ſequebatur Origenē Epiphanius quē appāret parū fuiſſe literatū, cū turba ſimpliciū monachorum ſentiebat, unde Theophilus quē in prioribus epiſtolis Hæreſiarchā appellauerat, pōſt aduerſus Chryſoſtomū incitatū appellauit ſanctiſsimū. Hinc hō uafer Theophilus anſam arripuit, quū ipſe frequēter eſſet profeſſus deū eſſe incorporeū, tamen monachos aliquot ſimplices minusq̄ literis diuinis exercitatos miſit i Aegyptū, q̄ ſpargerēt deū eſſe corporeū, & iuxta diuinas & pedes habere: recedendū eſſe à Dioſcoro & fratribus eius, q̄ ſequentes blaſphemū Origenis dogma, negarent deū habere membra humana. Ea res tātā ſeditionē excitauit in Aegypto, ut Theophilus cū armatorū cohorte Nitriā profectus ſit, oppreſſurus Dioſcorū & fratres illius. Ita factū eſt ut Dioſcorus comitatus duobus fratrib⁹, & aliquo numero monachorū uenerit Conſtantinopolim: In his erat Iſidorus, quē Theophilus prius amicū ob huiuſmodi cauſam cœpit habere exoſum. Erat qdā Petrus Alexandrinæ eccleſiæ archipresbyter, huc quū ob priuatas cauſas Theophil⁹ haberet exoſum, ſubmouere tentauit ab eccleſia, crimen p̄texens, qd mulierē Manichæā ad cōmunionē recepiſſet, nondum abiurata hæreſi. Id quū Petrus diceret eſſe factū iuſſu Theophili epiſcopi, iſq̄ inficiaretur, Iſidorū citauit teſtē. Is Roma reuerſus, teſtimoniū dixit pro Petro. Quare magis exaſperatus Theophilus utrunq̄ depulit ab eccleſia. Hanc ob cauſam Iſiodorus & Dioſcorus cū alijs eremitis, ut dixi, Conſtantinopolim profecti ſunt, ut imperatori & Ioanni Chryſoſt. qd accidiſſet, referrēt. Eos Chryſoſtomus honorificē qdem excepit, cōmunicare tamē cū illis noluit, niſi tota cauſa cognita. At mēdax rumor ad Theophilū detulerat, Ioānē cū illis communicaſſe, hoc aio ut illis aduerſus Theophilum ferret ſuppetias. Móxq̄ accenſus ira, cogitabat de ulciſcendo, nō ſolùm Iſidorum ac Dioſcorum, uerū etiam Ioannem Chryſoſtomū, quē cogitabat ab epiſcopi dignitate depellere. Nec mirū, quandoquidem inuitus illū ordinarat. Id quò magis ſuccederet, diſsimulauit qd agitaret aio, ſcripſitq̄ epiſtolas ad ſingularū ciuitatū p̄ſules, de damnandis libris Origenis, hoc fuco ſibi concilians Epiphaniū Cypri epiſcopū, q̄ cū antè ipſi fuerat ſimultas ob dogma diuerſum. Simulauit igitur ſe pœnitere prioris ſententiæ, & in eā opinione pedib⁹ diſceſsiſſe, cui fauebat Epiphanius: eóq̄ hortat⁹ eſt hoiem, curaret Cypri celebrādā ſynodū, cuius authoritate libri Origenis dānarētur. Epiphanius pro ſua ſimplicitate nō ſentiens Theophili dolū, nec ab epiſcopo ſene tantū expectās uerſutiæ, coacta ſynodo uetuit legi libros Origenis, ſimulq̄ ſcripſit Ioāni Chryſo. ut idē faceret Conſtātinopoli, qd ipſe feciſſet in Cypro. Interim

Plutarchus tribuit Lysandro.

&ipse Theophilus,posteaq uideret succesisse conatum,cōuocatis episcopis dānauit libros Origenis. Ne Chrysostomo quidē oboluit qd uafer ille senex ius prooemijs moliretur, aut siqd suspicabatur,pro cōsciētiæ suæ synceritate negligebat,intētus ecclesiasticæ doctrinæ. Cæterū ubi iā pre se ferret Theophilus qd ageret, quicunq ex clericis aut proceribus aulicis malē uolebant Chrysost. Theophilo ueluti signifero semet adiunxerūt,atq occasionē nacti moliebātur,ut aduersus Ioānē episcopum synodus coiret. Quibus autē de causis clericos ac proceres aliquot, ipsam etiā Augustā haberet infensam, antē dictū est. Paucis post diebus Epiphanius à Theophilo pſuasus uenit Cōstātinopolim,episcoporū decretū secū adferens,quo non ipse qdē Origenes,sed illius libri dānabantur. Nec ligitimo more res gesta est ab Epiphanio, sed ex Theophili pscripto magis, q ex ecclesiastica disciplina. Nā quū Ioānes offerret hospiciū cæteraq necessaria,ille recusauit,in suo sese diuersorio cōtinēs Egressus urbē in basilica sancti Ioānis, q̄ abest ab urbe septē passuū milib⁹, celebrauit illic collectā, quasi Ioannis cōmunionē euitans:ibidem ordinato diacono,reuersus est in ciuitatē. Ibi conuocatis episcopis recitabat Origenicorū librorū dānationē,cui suscribebant nōnulli Epiphanij reueriti authoritatem. Plurimi tamen reclamarunt, pcipuē uerò Theotimus Scythiæ episcopus. At Ioānes quē faciunt tam rigidū,nō quidē offensus est,quòd Epiphanius in aliena ecclesia celebrasset ordinationē tātū inuitabat ut cū cæteris episcopis uteretur suo hospicio. Ille uerò negabat se uel ipsius usurū hospicio,uel cū eo oraturū,nisi Dioscorū & illi adhærentes urbe appelleret,atq ipse quoq dānatis Origenis libris suscriberet. Ad id Ioannes tergiuersabatur,negās esse qcquā temerè agendū ante catholicā cognitionem. Erat.n. Origenes ob admirabilē scripturarū peritiā doctis oibus gratiosus, quē & ipse Athanasius aliquot locis honorificè citat, distinguens sermonē disputantis,à sermone decernētis. Atq adeò Theophil⁹ post dānatos Origenis libros cōpertus est illis legēdis incumbere. Quin & diuus Hieronymus Origenis ingenio uehemēter delectatus uidetur, donec mutato noie,Ariani redderēt illū inuidiosum. Proinde uidebatur iniquū eius libros q̄.uixerat ante ducentos annos,nec ulla hactenus synodo fuerāt dānati,nūc infrequēti cōcilio condēnare. Ergo quū Chrysosto.detrectaret ilico dānationi suscribere, callidi qdā Epiphaniū aio simplici præditū huc instigant. Quū in ecclesia apostolorū esset celebranda collecta, efficiunt ut Epiphani⁹ procedat corā uniuerso populo, & recitata Origenis dānatiōe, inter Origenistas pronū ciauit Dioscorū cū suis comitibus:simul & Ioānis nomē perstrinxit, uelut Origenistarū patroni. Hęc cū Chrysostomo essent renunciata, quū postridie rursus Epiphani⁹ uenisset ad ecclesiā, misit ad illū Serapionē,q illi pſulis uerbis hæc diceret: Contra regulas ecclesiasticas multa gessisti Epiphani, Primū qd in ecclesia q̄ tui iuris nō est, peregeris ordinationē:deide,qd iniussu meo i ea sacra celebrasti: adhæc, quòd inuitatus ad hospitium & communionē recusasti,nūc rursus fidis tibi,Caue ne turbato populō piculū in tuū recidat caput. Hac oratiōe territus Epiphanius fecesit,nec tamē puenit in Cyprū,sed in naui mortuus est. Iā spari poterat tranqllitas,uerū Chrysostomus ubi resciuit qcquid egisset Epiphanius instinctu Augustæ fecisse, cōcionē habuit apud populū dentatā in uituperationē omnium fœminarū. Id Augusta interpretans in odiū sui factū,imperatorem instigauit in episcopum,dicens eam cōtumeliā uxori factā magis in ipsum recidere. Ad hanc fabulæ partē accesit Theophilus, hoc agens cū Seueriano, ut quā primùm aduersus Chrysostomū synodus fieret. Coiere per multi pre sules à Theophilo prouocati,& i his episcopi quos Ioannes in Asia ob manifesta crimina, legitimè ab officio semouerat. Breuiter, quotquot Ioāni uarijs de causis malē uolebāt. Chalcedone primū cōuenere, ubi Cyrinus eius loci pſul multa inimicè In Ioānē Chosostomū effudit,at nō ipunè. Nā Maruthas Mesopotamię episcopus Cyrini pedē calcauit imprudens,quāobrē nō licuit illi Cōstātinopolim traicere,sed latius serpente malo coactus est pedē amputare, ac paucis post diebꝰ uita defunctus est. Theophilus aūt quū uenisset Cōstātinopolim,noluit ingredi ecclesiā,sed in Placidiana, q̄ erat domꝰ Augustę,uersabatur,ut agnoscas aulicā eē synodū, non ecclesiasticā. Hic non iā de libris Origenis,sed de criminibus agebatur,qbus Ioannē opprimerēt. Quę fuerint crimina,partim ex Palladio, partim ex Chrysostomi epistolis colligitur. Vnū erat,qd Origenistis communicasset. Alterū qd sedecim in Asia episcopos pter ius deposuisset: quū sex tantū submouerit,eosq legitimè,nec nisi coactus,quorū pcipuus fuit Antonius Valētinopoleos episcopus. Tertiū quòd non esset purus à consortio mulierū. Palladius affirmat oia fuisse falsa,uno excepto, nempe qd instituerat,ut qui accesissent ad mensam dominicam,mox aut aquā aut pastillos sumerent, neqd sacramentorū execrarent. In suburbano Chalcedonēsi,qd Ruffini dicitur, ubi est basilica in Petri & Pauli honorē extructa,cōgregati episcopi, citarūt. Chrysostomū ad crimina responsurū. Iusserunt simul adesse Serapionē & Tigriū eunuchū presbyterum,& Paulū lectorē,quasi & hi criminibus essent obnoxij. At Ioānes uidēs à palā inimicis cōgregatā synodum,appellauit ad synodū frequentem & generalem. Illi contēpta appellatione quater illū citarunt:qui quū nō cōparēret,in absentē pronunciarunt, iā non aliud crimen intendentes, nisi quòd citatus non paruerit. Supererat exequutio, ut ab ecclesia extraheretur. Id populus nō sinebat:sed urgebat iussio principis. Hoc ubi resciuit Ioānes,ne sedi tiōis pberet cām,clā populo,se tradidit deportādū tertio à dānatione die. Amicos q flentes aderāt cōsolatus est,petiitq ut sibi darent paululum tpis ad quietē. Iumentum illius stabat ad portā qua putabatur exiturus,ut eò confluēret populus,ipse clā p aliā portā euasit. Exulabat autē apud ostiū Ponti, qd uocatur Hieron. Sed interim populus odio, ut fit uerso in misericordiam, desidero pſulis murmurabat aduersus imperatorē & cōsiliū episcoporū: sed pcipuè contra Theophilū, cuius odiū in Chrysostomū priuatū hoc argumento omnibus patefactū est,qd illo depulso protinus cū Dioscoro eiusq fratribus rediit in gratiā. Cæterum quū incruduisset populi tumultus adeò ut multitudo circum regiā uociferaretur.Augusta metuēs exorauit impatorē ut Ioānē reuocaret. Ad id missus Bresō eunuch⁹.

Attīde

Criminū catalogus per calumniā intētatorum Chrysostomo.

Ibidem Theod. c. 34.

Addunt

Addunt quidā nocturno terræmotu territos Constantinopolitanos,p multos legatos solicitasse Ioānem,ut reuerteretur, ac precibus suis picula depelleret. Passus est ut sanctus expugnari aium suum,& redijt,ad dignitatē nolens, ad benemerēdū uolēs, oblitus ingratæ multitudinis. Occursum est incredibili frequētia uenienti: Ingressus urbē,frustra detrectans adactus est iprobis populi precib.ut in cathedra pſulis sedēs, populo orationē pacis impēderet,& cōcionē haberet apud multitudinē. Existimabāt.n qd iuidiā cōtra regulas ecclesiasticas actū esset,actū non esse. Iā uidebatur esse trāqllitas. Sed diabol⁹ alias atq alias causas suppeditabat. Serapio nē Ioānes cōstituerat Heracleæ Thracensis episcopū,quē simul cū Ioāne dānarat Theophilus. Hinc rursus odiū incāduit. Accesit qd ante narrauim⁹, de ludis iuxta Augustæ statuā agi uetitis,q̄ occasio ne mulieris odiū recruduit. Coit igitur denuò synodus,in q̄ aderāt Leonti⁹ Ancyrę Galatię,Ammoni⁹ Laodicię,Breson Thracię Philipēsis,Acaci⁹ Beroeæ Syriæ episcopus,alijq nōnulli. Subornātur accusatores ueteres,Ioāne flagitante ut accusatio legitimè institueretur. Quorū minis quū nihil moueretur Chryso.episcopi nihil aliud intēdebāt,nisi qd p cōciliū abdicatus à munere, nihilo seci⁹ cōsedisset in cathedra. Quúmq respōdisset Ioānes, qd post eā dānationem sexagintaquinq episcopi ipsi cōmunicātes declarassent irritā esse depositionē, illi reclamarunt. Plures,inquiunt,Ioannes,te deposuerunt. Ad hæc Ioannes docuit eam regulam,ut numero æstimaretur decretum,Arianorum esse, nō orthodoxorum. Nam Ariani Antiochiæ congregati regulā eā studio prodierant,quò dānarēt Athanasium: Quę si ualeret,oportet,inquit,& Athanasium pro dānato haberi,qd à pluribus damnatus sit, quā probatus. Sed episcopi non recepta hac satisfactione condemnarunt Chrysostomū. Negotio fauebat Imperator,dubiū nō est quin Augusta ad aurem obganniēte. Sub natalem.n. Christi,nō uenit ex more ad tēplū,sed Ioanni denunciauit se nō cōmunicaturū illi donec criminibus esset purgatus,idq prius quā synodus in eū pronūciasset. Sub Paschę uerò festū, quo tpe iā pronūciatū erat,rursus denūciauit ei Imator,se nō posse uenire ad illius ecclesiā, q duob⁹ cōcilijs esset cōdēnatus. Hoc accepto nūcio & Ioānes neqd tumultus oriretur, ab ecclesia abstinuit, cui q fauebāt in thermis Constātinianis Pascha celebrarūt. Qd exēplū secuti cōplures episcopi, presbyteri,clerici,diuersis in locis collectas celebrarūt, q̄ post dicti sunt Ioannitæ. Ioānes aūt uitās oēs tumultus occasiones p duos menses nusquā processit in publicū,donec imperator iuberet illū duci in exiliū. Quo die ducebatur, qdā Ioannitarum incēderunt ecclesiam:quod incendiū uento delatū ēt senatus basilicā corripuit. Palladius refert flammā ex ipsa cathedra in qua sedere cōsueuit Ioānes,erupisse. Is casus quoniā aut hore Ioāne putabatur accidisse,effecit ut in longinquius ac durius exiliū relegaretur. Hac de causa Optatus urbis præfectus hō pagan⁹,in Christianos nactus occasionē,plurimos Ioannitarū uarijs tormentorū generibus lacerauit. Intempestiuus itaq fauor lęsit Chrysostomū,ut durius ac longinquius exiliū sortiretur, in pusillū ac desertū Armeniæ oppidulū noie Cucuson, deportatus. Quo ex loco scripsit Cyraico episcopo exuli exul. Ibi uixit annum unū,plurimos interim sua uita linguaq ad euangelicā philosophiā pertrahens, & quoniā eā regionē premebat ualida fames,miro studio subleuauit egenos. Hinc acrior exarsit inuidiæ flāma. Itaq Cucuso Arabissum deportatus est, hoc studio agentibus q eū deportabant, ut itineris incōmodis extingueretur hō tenui corpusculo. Verū ille spiritu infracto, & illic plurimos ad Christi fidē conuertit. Quid.n.aliud potuit lucerna, spiritus igni accēsa q̄ ardere & lucere? Ea res mirē discruciauit,Seueriani & Porphirij,neq non aliorum aliquot è Syria episcoporū aios, dum perspiciunt uiri gloriā afflictionibus inclarescere,Antiochenā ecclesiam in Armeniam demigrasse, ac rursus rerū in Armenia gestarum gloriā Antiochiæ prædicari. Quò se uerterent inuidia dirupti? Impetrant rescriptum atrocius, ut in desertū angustūq locum deportaretur,unde non liceret prodire,Pityuntē uocant,ubi fines sunt Pōti regionis,iperijq Romani,regio crudelissimis barbaris finitima. Milites pfecti ptorij,q illum deducebant, non dissimulabāt sibi promissa præmia magnifica, si Ioannes in itinere moreretur. Itaq mensibus tribus per imbres, per æstus sine ulla refrigeratione corpusculi durissimū iter ptulit. Neq.n. Comanæ remoratus est, sed p eā prexit ad tēplum quod dā,quod milibus plus minus qnq à Comana aberat. Ibi nocte Martyr Basiliscus, q Comanæ ciuitatis episcopus cum Luciano Antiochiæ presbytero sub Maximiano coronatus fuerat,Ioāni apparuit dicēs: Cōfide frater Ioannes, cras.n.simul erimus. Ferunt eū prius & eius tēpli presbytero apparuisse ac diuisse,ppara Ioāni fratri locū,uētur⁹ est enim. At ui[illegible] nihil addubitans de oraculo, spiritúq exhilar[illegible]s non aliter q̄ accepto læto nūcio, postridie rogat milites, ut illic cōmorarentur usq ad horā quintā. Qui metuentes ne refocillatus uires reciperet,ad iter perurgebant. Verū quū iam stadia fermè triginta peregissent, cōspicientes Ioannē iam febribus cōcuti, ad templū unde discesserant, redierunt. Hic protinus uelut episcopū acturus cādidis sese induit, usq ad pedes, reliquū amictum in eos q aderāt,distribuit. Mox sumptis ecclesię sacramentis,& extrema oratione gratijs deo actis, seipsum cōsignās expirauit. Quanquā autē in extrema barbarie uitā finijt,tamē mors eius pretiosa fuit in cōspectu domini. Tanta n.multitudo uirginū,monachorū & aliorū uitæ testimonio insigniū, è Syria Cilicia,Ponto,Armenia,eò cōfluxit, ut plerię crederent ex condicto conuenisse. Corpusculū honorificè iuxta Basiliscū in eadē ecclesia cōditum est, ac martyri iunctus est martyr. Quur.n.uerear illū appellare martyrē, q tot iniurijs, tot contumelijs, tot afflictionib⁹, nec ad impatiētiā ppelli, nec à propaganda Christiana pietate depelli potuit? Nō percussus est securi, sed calūnijs oi securi acutiorib.nō semel ictus est. Hoc pmij uir optimus pro tā præclaris in ecclesiā meritis retulit,p episcopos orthodoxos,& sub Imperatore xpiano. At domin⁹ nō passus est famulū suū diutius inter barbaros uiuere,sed ci tò illū ad cœleste brauiū euocauit. Tametsi secundā ad Innocētiū epistolā scripsit anno exilij tertio. Tertio: Nā & nos,inqt,tertiū iam annū in exilio uersamur,expositi pestilētię,fami,bello,continuuis icursionib⁹,solitudini inenarrabili,quotidiāę morti & Isauricis gladijs. Hanc calamitatē uir sanctissimus

Attīde

Moritur Chrysost.

Universidad de Deusto
Biblioteca

forti alacriq; tulit animo, quod liquet ex his quæ scripsit Cyriaco: Ego, inqt, cū ciuitate eijcerer in exilium, nihil horū molestè ferebā, sed intra me dicebā: Si regina uult me exulē, agat in exiliū: Domini est terra & plenitudo eius: & si uult secare, secet, &c. Tātū doluit hac occasione turbari tranqllitatē & cōcordiā ecclesiarū. Nā Ioānitæ q dicebantur, dū Arsatio, quē Augusta in Ioan. locum subrogarat, cōicare nolunt, uarijs afflictionum generibus uexati sunt, adeò ut nonnulli presbyteri in carceribus ac tormentis mortui sint, multi pclari ciues, grauesq; matronę Cōstātinopolim reliq̄rint. Ad hos scripsit epl'am consolatoriam. Chrys. uerò celebris fama, & facti indignitas effecere, ut per Orientis pariter & Occidentis ecclesias negotij rumor protinus dimanarit. Hinc & inter epos graue dissidium. Siquidem Europæ & Illyrici præsules refugerūt illorum cōionem, qui Ioan. damnationi consenserant: nec Occidentales ecclīæ, Aegyptiorum, Orientaliū, Bosphorensium, atque Thracensium cōionem admiserūt, priusq; egregij doctoris nomen, qui iam decesserat, in eporum catalogum poneretur. Atqui hoc erat palam rescindere, quod aduersus Ioan. fuerat actū. Arsatium uerò qui eiecto Ioanni substitutus est, ne elloquio quidem dignati sunt, cū ętate maior esset annis octoginta, uir alioqui moderatus. Porrò qui successit huic Atticus, cū crebro missis legatis flagitaret pacem, nō priùs recepunt, q̄ in tabulis inter epos scriberet nomen Ioann. Quanq̄ in successoris noie, scribarum, ut opinor, errore uariant codices. Nam Chrys. in epl'a ad Cyriacum significat Nectarium sibi succesisse. Sic. n. loquitur: Audiui. n. & ego de deliro illo Nectario, quem regina in throno collocauit, quòd afflixerit fratres & uirgines nolentes ipsi cōicare, quodq; complures illorū pp me in carcere mortui sint. Incertum autem an scriba quispiam ex Arsacio fecerit Nectarium: nam in se nem magis competit deliri conuitium: an quoniā procul aberat, rumor falsum nomen detulerit ad Chrys. Quin & inter Orietales ecclesias erant pluri mi, q iudicium illud pro irrito habebant, sed satius iudicabāt inultā sinere unius innocētis iniuriam, q̄ scindere tot ecclīarum concordiam. Chrys. exul scriptis ad Innocentium Romæ epm literis, per Demetrium, Pansophum, Pappum, & Eugenium implorauit illius sedis auxilium, non ad priuati doloris ultionem, sed ad coercendā eiusmodi licētiā', q̄ semel recepta uidebatur uniuersas subuersura ecclesias. Verū ille pter misericordiā nihil attulit opis, nisi quod Chrys. dānationem nō approbauit, nisi res per legitimā synodum ageretur. Postea uerò & Alexander Antiochiæ eps, uir ob multa pclara dei dona uehementer laudatus, Ioan. Chrys. nomen retulit in præsulum catalogum. Tādem & huius reliqæ Cōstantinopolim Impatoris iussu deportatę sunt, miroq; totius ppli gaudio ac celebritate exceptæ, existimātis eā ciuitatem incōparabili thesauro locupletatā. At nos pciosiorē tenem' thesaurū, illius sctissimæ mētis uiuas reliquias, in eius monumētis possidentes ac fruentes. De qbus nūc pauca mihi dicēda sunt, ut qd polliciti sumus, absoluamus. In alijs ecclī doctoribus alias diuini spiritus dotes admiramur, hic sic miscuit utile dulci, ut nemo felicius. Sed inter uaria spūs dona, pcipuè in illo eminet tò didactico, quod potissimū in epo requirit btūs Paulus apl's. Quis. n. docet euidētius? Quis hereticos refellit acrius? Quis in mores declamat, uel frequentius, uel liberius? At contrà, quis id facit popularius? Tanta charitatis suauitate cōdulcat ēt illa, q̄ natura sunt amara. Quosdā uix ferim' adulantes, hunc & obiurgantem possis amare. Iam quanta ubique cura prouidentiaque pauperum, q̄ solicita ad humanitatis officia cohortatio, q̄ diligens monachorū cōmendatio, quos tum mūdus, opinor hēbat optimos. Omitto quòd uix alius plura scripsit, nec in his ullū est argumētū qd non tractet ea quæ sunt Christianæ pietatis, cùm Aug. noster, q cū hoc polygraphia fortassis certare possit, tantum opæ dederit grāmaticæ, dialecticę, musicæ, ac prophanæ philosophiæ cōnibus. Harum disciplinarum cum Chrys. fuerit exactè doctus: Oratoriam. n. puer, ut dictū est, sub Libanio rhethore, philosophiam didicit sub Andragathio: nullam tamē usq; præbet ostentationis spēm, sed oēs humanas disciplinas cogit seruire Christianæ pietati, sic admiscēs quasi uinū generosum aqua modica diluas. Nusquam. n. est aquæ uel color, uel sapor, sed tamē sentis uinū esse suauius. Cùmque tātus esset, tū eruditione, tū eloquētia: tamen incredibili quodam iuuandi studio, qcqd ferè scripsit, accommodauit auribus ppli eóque ad huius captū demisit orationis habitū, q̄si pceptor cum puero discipulo balbutiat. Quòd si cuncta dixit apud ppm, q̄ hoc modo figuráque scripta sunt, utrū magis admirari debeā, nescio, illū ne qui tam assiduo concionādi labori suffecerit, an ppm qui tam auidus fuerit discendi, q̄ sunt pietatis. Adhæc dubium uideri pōt, an inter dicendū excipi passus sit uoces suas, qđ in Aug. scriptis aliquot perspicuum est: aut quoniam hoc probabile non est, utrū scripserit dicturus: an post dictionē, q̄ dixerat, in literas redegerit. Nā de scripto nō dixisse, liq̄t ex ipsius homilijs, in quibus multa respōdēt ijs, q̄ casus fortuitus, aut tps præter expectationem dabat, uelut solito frequentior alacriórque ppli cōuētus, idecore plebis acclamatio, aliúdue sile. Fortasse quædam scripsit, tanq̄ pl'o recitanda, qualia sunt Isocratis pleraq;. Nec. n. est ueri simile lectori (nihil. n. aliud erat cùm scriberet aduersus Iudæos) fuisse ius apud concionem loquendi, nisi fortè tali lectori pmissum est, ut extra ordinem sua scripta recitaret ppl'o. Iam nihil est tam reconditum in diuinis literis, quod ille tractādo nō reddiderit theatricū, ut ita loquar, ac populare. Sic eruit q̄ sunt abstrusa, sic ostētat, sic ingerit oculis, dicas esse quēpiā, q singularis artifici tabula spectatores remoretur: quā quò diutius ac propiùs inspicias, hòc magis apit sese subinde noui qppiā, qđ oculos fefellerat, & ai aduersum recreat. Tali reuera tabulæ sil'is est diuina scriptura, quā incompārabilis artifex sp̄ūs ille cœlesti penicillo nobis depinxit, ut in huius contēplatione ingiter uersantes, & huius mundi tędia fallamus, & sp̄ aliquid nouę uoluptatis percipiamus ex cognitione rerum æternarū. Atqui cōmonstrator idoneus huius tabulæ nō possit esse, nisi qui sit ipse præclarus artifex, & insigniter oculatus. Velut hic noster Lazarū ac diuitē producit in theatrū: sit. n. hoc exempli cā propositū, Quis alius pspexisset, q̄ ille ibi cōmōstrat? Cūq; iam spectator credens nihil supereſſe parat abitū, ille reuocat, heus inquiens, supereſt aliud cùm

Psal. 23. a

Theo. sub fine. c. 34

ἐγκώμιον *Chrysost.*

primis annotatu dignū: deide rursus aliud ex alio cōmostrat, nec te patitur à tabula discedere, tandē adhuc auidū & inhiātē dimittit. Metaphoris & collationib. quoniā plurimū cōducūt, & ad lucē, & ad iucūditatē orationis, frequēter utitur, in qbus inueniēdis qdē mirus est, sed multò mirabilior artifex in tractādis. Tractātur aūt ex circūstātijs, à pari, maiore & minore. Hic mirū quos gradus iuenit, uel deprimēdi, uel exaggerādi. Addit subinde stimulos, nūc collaudās illorū docilitatē, nūc obiurgās segnitiē, nūc pollicēs sē digna cognitu prolaturū, si cōspiciat attētos & auidos, nūc alijs atq; alijs noib. cōmēdās argumētū, qđ tractaturus est. Non nunq̄ repetēs q̄ pridie dixerat, nec rarò faciens idē i eadē cōcione. Dedit hoc uir eloquētissimus multitudinis ingenio, rudi pariter atq; obliuioso, q̄ nec intelligit, nisi dilucidè crasséque tradas, nec memi nit, nisi subinde repetitū infigas. Hoc admonui, ne gs loq̄citatis noie dānet, qđ charitas, q̄ nihil aliud qrit q̄ ędificare, dedit auditorum imbecillitati. Sic & Paulus apud Thessalonicenses, ad illorum ruditatē submisit sese, factus ut paruulus in medio eorū, tanq̄ si nutrix foueat filios suos. Nec snias argutas, nec epiphonemata captat usq̄, quibus solet excitari cōcionis acclamatio, qđ dictionis genus placuit Hieron. & Ambrosio. nec iocos admiscet in qbus frequēs est, interim & immodicus Tertullian', frequentior Hieron. sed perpetua quadam orationis iucunditate facilitatēque detinet auditorē, pietate delectans uerius q̄ facetia. Ecclīasticus orator facilè reperiet, quo deliniat auditorē, si perfecerit, ut norit amētque ppl's qđ discit. Affatim est in ipsis arcanis literis qđ uoluptate demulceat pios aios, etiamsi nihil illecebrarū ex poetarū aut mimorū salibus accersatur. Si qui docet ardet, facilè accendet: si uehemēter gaudet ijs q̄ docet, facilè trāsfundet eundē affectum in aios auditorū. Hoc pectus, hoc os aureum foro prophano destinatū Xps ad euangelij præconiū interuertit. Vtinā tales oratores nūc haberet ubiq; Xpianus orbis. Ab his. n. prę cipuè pēdet totius Reip. disciplina. Ideo tam nihil penè tenemus de dogmatib. euangelicæ philosophiæ, ideo sic frigemus ad ea quæ sunt charitatis, ideo tā dubiè credimus, q̄ debebāt esse certissima, qa rarò ppls audit concionatores euangelicos, rarius idoneos. Et tamē hodię cōmodior est cōditio dicentium, q̄ olim fuit. Tum. n. paganitatis reliqæ, gladiatorum paria, cōcursus equorum, athletæ, pugiles, aliáque theatri certamina, plebē auocabāt à cōcione sacra, nec epis ullū aliud ius erat, q̄ linguę. Ad hæc in ipsis concionibus cogebātur quiddā è theatro pati, sibilos, applausus, acclamatioes, gesticulationes frequēter indecoras, qbus uel corrūpi, uel interpellari poterat dicētis impetus. Et tamen Chrys. quotidie loquens ppl'o, frequēs habebat auditorium. Quis. n. non mallet tallem uirum audire de rebus diuinis tanta suauitate differentem, q̄ spectare gladiatores, aut equos currētes, aut ludere amilis & qetus mala religione pbet aures, nihil obstrepens, ēt siqd absurdi proferatur è suggesto: & tamē concionatorum idoneorū mira est raritas, cū eporum, sacerdotum ac monachorū tanta sit ubiq; copia. Hac in parte præcipuè uigilare oportuit principum & eporum prouidentiam, ut parentur idonei pastores, q bona fide dispensent pp'o euangelicæ doctrinæ dimēsum. Hoc offo multò citius demereantur deum, q̄ extruendis monasterijs, aut instituendis canonicorum collegijs. Erat oi decorū & opum genere florentissima Cōstantinopolis: uerū Arcadius Imperator non existimabat suam ciuitatem & imperij summi sedem sat splendidā, nisi & insignē haberet euāgelij pconē, eóque Ioan. Chrys. ad sacerdotij functionem, unde Nectarius decesserat, Constantinopolim euocauit Antioch. Vtinam Arcadij exemplum æmularentur oēs principes, uti nam ad Chrys. formam sacerdotes q̄ plurimi contēderent. Id si fieret, nec tot bellis, nec tot opinionū dissidijs concuteretur orbis, ac longiùs abessemus, oēs, & à Iudaismo sil' & à paganismo: sed regnaret i nobis Christus, & sub illius uexillis felici tranquillitate frueremur. Deniq; latiùs sese proferrent Christianæ ditionis pomœria. Vereor. n. ne nostri mores partim in cā sint, quò minus Turcæ, Mahumetani, Saraceni, Moschobitæ, Græci, & siq̄ sunt aliæ nationes, uel semichristianę, uel schismaticę, sese ad iūgant ouili Xpi, quò minus Iudæi resipiscāt à sua cæcitate, qua tot iam sclis detinentur, quos eqdem demirabor, si tam dilucidæ Chrys. rōnes, si tam urgentia scripturarū testimonia, non saltem huc adigant, ut pudeat pigeátque tā diutinæ calamitatis. Apl'o Paulo hoc debet infelix hoium genus, qđ adhuc supereſt, qđ extat seminatiū, unde possit restitui. Is. n. ad Rom. XI. spē bonā nobis fecit, fore ut aliquando resipiscentes agnoscāt nobiscum uerū Messiā, & fiat unus pastor, & unū ouile. In hanc spē seruātur à nobis. Nolo. n. inqt, uos ignorare fratres, mysteriū hoc, ut ne sitis apud uosmetipsos ela ti aio, quòd excæcatio ex parte Israeli accidit, dōec plenitudo gētiū aduenerit, & sic totus Israel saluus erit, sicut scriptū est: Aduenıet ex Sion, q̄ liberet, & auertat ipietates à Iacob. Ac mox, quēadmodū. n. & uos quōdā increduli fuistis deo, nūc aūt misericordiā estis cōsecuti p̄ icredulitatē illorū: sic & isti nūc icreduli facti sūt, ex eo quòd uos misericordiā estis adepti, ut & ipsi misericordiā cōsequātur. Rursus in eodē capite docet Iudaicæ gētis ruinā nō eē desperabilē. Nū iō, inqt, impegerūt, ut concidērēt? Absit. Sed p lapsum illorum salus cōtigit gētib. in hoc ut eos ad æmulādū prouocaret. Quod si lapsus illorū diuitiæ sunt mundi, & diminutio illorum diuitiæ gētium, q̄tò magis plenitudo illorum? Vob. n. dico gentib. q̄tenus ego qdē sum Apls Gētium, ministeriū meū illustro, si quo modo ad æmulādū prouocē carnē meā, ut saluos reddā nonnullos ex illis. Si Iudeis à xpo deficiētib. nos recepti sum', ut illos uicissim ad æmulationē prouocemus, conādū est, ut in oi uita nostra resplēdeat ueritas, puritas, & synceritas euāgelica. Glificemus & nos euāgeliū nostrū. Id qdem in primis est eporum ac sacerdotum, qui dicūtur angeli domini, ex quorū ore ppls requirit legem dei sui: oīs tamen xpianus pro sua q̄sq; portione glorificare pt euangelium, si spretis ijs q̄ sunt super terrā, conuersationem hēat in cœlis. Sic. n. futurum est, ut Turcæ sil' & Iudæi uidentes opa nostra bona, glorificent patrem nostrum qui in cœlis est, cupiántque in tale consortium assciri, ad Chrys. redeo, in cuius libris oportet assiduos esse, qui susciplunt curam ecclesiarum. Operum illius certum indicem non habemus: saltem hoc beneficij no-

1. Thes. 1. b

Ioan. 10. c

Rom. 11. c

Esai. 59. b

Rom. 11. b

Ibidem

Mal. 3.

Matt. 5. b

bis impēdisset ecclesiastica historia. Apud Suidam, haud scio quis non indoctus, primam laudem tribuit operi de sacerdotio, quod non alibi stylo sit usus grādiore, nec magis elaborato, proximam cōmentariis in Ioannem, Matthæum, Marcum, & Lucam, quos libros utinam haberemus omneis. In catalogo scriptorum ecclesiasticorum hæc tantùm de illo Hieronymus: Ioannes Antiochenæ ecclesiæ presbyter, Eusebij Emiseni, Diodorique sectator, multa componere dicitur, de quibus peri hierosynes tantū legi. Diuus Augustinus sex librorū contra Iulianum primo respondet loco cuidam per Iulianum citato ex homilia de baptizatis, cuius initium est: Benedictus deus, q fecit mirabilia solus: & ipse citat ibidem testimonium eius ex commentarijs illius in epistolam ad Romanos. Porrò cùm nullum nomen apud Græcos fuerit unquam plausibilius quàm Chrysostomi, mirum est non plures libellos, illius prodisse nomine. De opere in Matthæum imperfecto, suo loco ponemus nostrum iudicium, qd extra cōtrouersiam est, Ariani cuiuspiā esse, licēt eruditi. Commentarium in epistolam ad Hebræos, tametsi lectu non indignum, titulus ipse uerecundè significabat non esse Chrysostomi, indicans post mortē illius editum. De commentarijs in acta apostolorum, déq; commentarijs in secundam ad Corinthios epistolam iudicēt me doctiores, ego prorsus in eis Chrysost. phrasin pectúsq; desidero. Nec enim ut Chrysostomus uidearis, satis est, subinde repetere horas pos ti esti tuto, ho de legei ti uton estin scopei de hutos, quibus tropis il le interdum uel excitat oscitantem auditorem, uel adiuuat tardum. Etiā in illis maximè popularibus uis quædam est & spiritus Chrysostomi: eam simij non possunt exprimere. Nec satis est post enarratā scripturæ partem in loco communes excurrere. Hoc pari facilitate facere difficillimum est. Dimittam lectorem, si prius illud admonuero, nequis offendatur imprudens. Loca quæ citantur è sacris uoluminibus, in his duntaxat quæ nos uertimus, reddidimus iuxta Græcam lectionem, quam in codice comperi. Græcorum autem lectio, non uidetur esse tantùm Septuaginta, sed ex Aquilę quoque Symmachi ac Theodotionis editione temperata. Cæterum quo minus Latinam editionem suppoſuerim, illud obstitit, quòd aliquoties sententiæ tenor non quadrat ad nostram lectionem. Id frequēter accidit in nouo Testamento, sed in uetere multò crebrior & insignior est lectionis uarietas. Et cōsentiunt in citando Græci doctores, Gregorius Nazianzenus, Basilius, Chrysostomus, Athanasius, Theophylactus, Cyrillus, aliique quorum eruditissimis lucubrationibus uehemēter illustratur xpiana philosophia: ut uel ob hanc tantam utilitatem operæpretium fuerit, noui Testamenti libros iuxta Græcorum lectionem tradi Latinis auribus: qd à me pridem, magno reclamantium strepitu, sed ingenti studiosorum fructu factum est. Idem ut ab alijs curaretur in ueteris Testamenti uoluminib⁹, maior etiam inuitauit necessitas. His uerò qui nobis Cyrillum, Chrysostomum, ac Theophylactum uerterunt Latinè, quoniam uulgatam Latinorum uersionem supponere maluerunt, sæpe ridiculum quiddam accidit, ut aliud sonet uox contextus, aliud cithara commentarij. Quòd si stultè faciat, qui nunc Cypriani, Tertulliani, Ambrosii, & Augustini lectionem, uelit ad nostram translationem corrigere, reclamantibus illorum commentarijs, multò minus id fieri conueniebat i uertendis Græcis, apud quos Hieronymi translatio nunquā fuit recepta. Habes longam ac molestam præfationis farraginem, ornatissime præsul, uerum hoc tędij facile discutiet Chrysostomi suauiloquētia, à qua te non remorabor diutius. Dominus R. amplitudinem tuam semper sospitet ac tueatur. Datum apud Friburgum Brisgoiæ Nonis Augusti.
Anno M. D. XXX.

FINIS.

Delectum est ex Sac Vita Diui Ioānis Chrysostomi per Erasmū Auctorē damnatū conctenta, quod deleri præcipit⁹ in Indice Libror. prohibitor. et expurgatorum, auctoritate eiusdē Generalis Inquisitoris edito Madriti anno 1612. Verba. De fideiuss. Erasmi Roterodami opera pag. 245. col. 2ª.

Don Agustin

AD. IOAN. CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, SERMO ADmonitorius, sub initium sanctæ quadragesimæ, in qua opus sex dierum enarrare cœpit.

Homilia prima.

GAVDEO & lætor, uidens hodie ecclesiam dei, suorum filiorum multitudine ornari, uosq; omnes multa iucunditate concurrisse. Nam cum alacres uultus uestros intueor, quid uoluptatis esse in animabus uestris, Pro.15.b coniecturam capio maximam: quemadmodum & Sapiens dicebat, Corde lætante uiret facies. Eapropter & ipse hodie ingenti alacritate surrexi, una uobiscum lætitię illius spiritualis particeps futurus, & B uolens aduentus sanctæ quadragesimæ, remedij, inq; animarum nostrarum, uobis annunciator esse. Communis.n. nostri omnium dominus, ueluti pater filios indulgenter amans, cupiens ea quæ unq; peccauimus nobis abluere, hanc quæ per ieiuniū fit, curationem adinuenit. Nullus igitur sit mœstus. nullus etiam tristis appareat, sed omnes exultent & gaudeant, ac glorificent animarum nostrarum curatorem, qui hanc optimam nobis aperuit uiam, accipiant multa cum iucunditate illius aduentum. Confundantur Gentiles, iritentur Iudæi, uidētes uestram charitatem hilari promptitudine illius aduentum salutantē ac excipiētem, discantq; per experientiam, quantum inter nos & ipsos inter uallum. Et illi quidem ferias nominēt, ebrietatem, omnemq; aliam intemperantiam, ac turpitudines, quas uerisimile est inde ipsos attrahere: at ecclesia dei, ea quæ illis aduersa sunt, nempe ieiunium, uentris despectum, & omnes alias uirtutes illius comites, ferias appellet. Hæ.n. ueræ feriæ sunt, ubi anima C rum salus, ubi pax, & concordia est, ubi omnis huius uitæ apparatus abigitur, ubi clamor & tumultus, & coquorum discursus, & pecudum mactationes è medio tolluntur: quies uerò omnis & trāquillitas, & charitas & gaudium, & pax, & mititas, & innumera bona pro illis i usu sunt. De illo igitur, pauca obsecro charitati uestræ colloquamur, idq; primū rogam⁹, ut sermones illos nostros placide suscipiatis, quò domū, fructū quendā insignē assequuti, redeatis. Neq;. n. temerè & frustra huc conuenim⁹. ut unus quidē loquatur, alius uerò q dicūtur plausibus excipiat, & sic digrediamur: sed ut & nos frugiferū qddā & saluti uestræ cōducibile loquamur, & uos lucro è dictis nostris accepto, & amplæ utilitatis fructū nacti, hinc exeatis. Eccl'ia sanè locus qdā est medicinæ spūalis: & eos q huc ueniūt, decet, ne domū redeant, nisi cōgrua remedia acceperint, illaq; suis uulneribus adhibuerint. Audi. n. qūo au Rom.2.b dire solū, & operibus nihil pstare, nihil ualeat, beatum Paulum dicentem: Non. n. auditores legis iusti Matt.7.c apud deū, sed legis factores iustificabuntur. Et xps cocionando dicebat: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnū cœlorum, sed qui facit uoluntatē patris mei q in cœlis est. Igitur scientes, nullā porrò utilitatem ex auditu esse, nisi & operum sequatur impletio, ne simus auditores duntaxat, sed etiā factores, quò ipsa opa sermones, sequentia, multæ nobis fiduciæ sint fulcimentū. Proinde explicitis uestrę mētis sinib. sermones de ieiunio suscipite. Et quēadmodū castā quādā & ingenuā spōsam ducturi, thalamis undiq; tapetibus ornatis, domoq; tota purgata, & ingressu oibus inhonestis ancillis interdicto, in cubiculū illā introducunt. Pari mō uellē etiā uos purificata uestra mēte, ualeq; delicijs & uoracitati dicto, matrē oium bonorū & pudicitiæ, aliarumq; uirtutū oim magistrā, ieiunium inq;, explicitis uestræ mentis sinib. susc ipite, ut & uos maiori fruamini uoluptate, & illud congruā uobis suā medicinā cōferat. Nā si medici, pharmaca dare uolētes, ut putridū & corruptū humorē expurgēt, à corporali hac uoluptate abstinere pcipiūt, ita ut pharmaci efficaciæ desit obstaculū, & opati, suāq; uim illa declarare possint, multò magis nobis spūale hoc remediū, hoc est utilitatē, q ex ieiunio est suscepturis, tenuitate uictus nostrā mentē expurgare, & leuiorē reddere cōuenit, ut ne ebrietate demersa infrugiferā & inutilē utilitatē q ex illo est, efficiat. E Porrò scio quidē quòd multis ea quę hodie dicuntur, mira uidētur: sed obsecro ne cōsuetudini temerè seruiamus, sed rōne res nostras instituamus. Nūquid. n. lucri qdpiam ex quotidiana crapula, iugiq; ebrietate nobis accedit? Et qd dico lucrū? imo multū dānum & iactura intolerabilis inde spectatur. Quāprimū. n. mens uinolētia multa fuerit obruta, statim & in ipso initio utilitas q à ieiunio est, repellitur. Quid. n. insuaui⁹ dic obsecro, qd itē turpius, q quādo usq; ad mediā noctē meracū sorbentes, sub auroram, Solis iubare oriente, uinum quasi recens ingestum spirant, & occurrentib. quidē iniocundi, ministris uerò cōtemptibiles, & in summa cunctis ridiculi apparēt sanè uel quidpiā intuētib. & p om nib. illis, quando pp nimiam illam & immodicam intempestiuamq; ac inutilem intemperātiam, in se diuinam prouocant indignationem? Ebrij. n. inqt, 1.Co.6.b regnū dei non possidebunt. Quid igitur illis miserius fuerit, qui ob paruam & pniciosam uoluptatē, à regni uestibulis eijciuntur? Absit aūt neqs ex his F qui hic cōuenerunt, hoc morbo implicitus sit: sed utinā omni cū frugalitate & cōtinentia, ēt hoc die, cōuiuæ, & à tēpestate ac procella quam ebrietas generare solet, liberati, in portum aiarum nostrarum, ieiunium inq; pertingere, & multa cum ubertate illius bona cōsequi possim⁹. Enimuero sicut crapula humano generi innumerorū malorū cā est & addu ctrix, ita ēt ieiunium uentrisq; neglectus omnium nobis bonorum semper cā fuit. Nā deus cū ab initio hoiem condidisset, & sciret quòd hoc remedio ad aiæ salutem multum haberet opus: statim & in principio hoc mādatū protoplasto dedit dicēs: De oi ligno qd est in paradiso, comedēdo comede, de ligno aūt sciētiæ boni & mali ne comedas de ipso. Infra.2.c Iam dicere hoc, comede: hoc, ne comedas: ieiunij figura erat. Porrò hoc mādatū seruare oportebat, qd tamen nō fecit: sed uētris intēperātia uictus, & trāsgressionē opatus, ad mortē condēnat⁹ est. Quoniā enim malign⁹ dæmon, & nostri generis inimic⁹ uidit protoplasti in paradiso cōuersationē, uitāq; illā miseriq; exptē, & quòd is q corpori sic annexus erat, tanq; angelus sup terrā ageret, uolēs illum supplantare & deijcere, amplissimarum promissionum spe

G illū etiā his quę in manibus habebat,deſtituit.Tā-
tū eſt malum nō ſe cōtinere intra proprios limites,
ſed maioribus inhiare.Et iſtucipſū ſapiēs qdā ma-
Sap.2.d nifeſtās dicebat:Inuidia autē diaboli mors itrauit
in mūdū.Vides dilecte,quomodo ab initio ſtatim
ex crapula mors igreſſū habuit? Cōſidera aūt iterū
& poſt hęc diuinā ſcripturā ſubinde delicias incu-
Exo.32.d ſantem ac dicētē,alicubi quidē, Sedit populus mā
De.23.b ducare & bibere,& ſurrexerūt ludere. Alibi uerò,Et
comedit & bibit,& ipinguatus eſt,& icraſſat⁹, & re
calcitrauit dilectus. Qui.& Sodomorū icolæ ineui
tabilē illā irā cùm ex aliis malis,tū hinc ſibi acer-
Exe.16.f ſerunt. Audi enim prophetā dicentē, Hæc iniquitas
Sodomorū quod i ſatietate panū laſciuiebāt. Mor-
bus enim ille, quaſi radix & fons quidam malorū
omniū eſt. Vidiſti crapulæ nocumentū,uide etiā ie
Ex.34.d iunij p̄clara facinora. Quadraginta dies quum ieiu
et De.9.d naſſet magnus Moſes,tabulas i qbus leges latę acci
& 10.a pe potuit:& quoniā ut deſcendit,uidit populi iniq
tatē, q̄s cū ieiunio tāto accipę potuit, eas abiectas
cōtriuit abſurdum eſſe cēſens, ebrium & preuarica
H torē populum leges à domino cōditas accipe: qua
propter denuò q̄dragita dierū ieiunio op⁹ habuit:
ut tabulas propter iniqtatē cōtritas, iterū receptas
3.Re.19. ſupnè deportaret. Tot dierū ieiuniū & magnus He
b. & 4. lias egit:& fugata mortis tyrannide, & curru igneo
Reg.2.a q̄ſi in cœlum aſcendēs, etiā uſq; in hunc diē mortē
nō eſt expert⁹. Vir quoq; deſideriorum,pacto mul-
Dan.9.a torum dierum ieiunio,admirandam illā uiſionem
nactus eſt,& leonum furorē cōpeſcuit , & i ouium
manſuetudinē uertit,non naturā cōmutans,ſed fe-
ritate manēte appetitum mutatū cohibēs. Hoc ieiu
Ionæ.3.b nio & Niniuitę uſi,ſentētiā domini reuocarunt,effi
cientes ut tā iumēta quā homines illud ſuſciperēt,
& ſic abſcedētes unuſq; à malis ſtudiis, ad clemē
tiā uniuerſorum dominū prouocarunt. Et qd circa
ſeruos uerſor? Eteni poſſemus & alios plurimos cō
memorare,& in ueteri & i nouo teſtamēto habitos
Mat.4.a per illud probatos. Verùm operepræciū ē, ut ad cō
munē noſtri omniū dominū ueniamus. Dominus
enī noſter Ieſus Chriſtus & ipſe q̄draginta dierum
ieiunio declarato,ſic certamē cōtra diabolū aggreſ
ſus ē,oibus nobis exēplar dās,ut p illud armemur,
I & ex illo robur ſumamus,ac ſi acie in p̄lio cōtra il
lū inſtruamus. Porrò hic fortaſſis dixerit qſpiā eorū
q acuti⁹ uidēt,& excitatiore aio ſunt. Quare totidē,
quot ſerui dies,dominus ieiunare uidetur,& nume
rū illum nō trāſcēd⁹t. Nō hoc temerè, neq; fruſtra,
ſed etiā hoc ſapiēter & pro idicibili illi⁹ benignita
te factū ē:nēpe ne exiſtimetur, apparēter tātum ad
ueniſſe,& nō aſſumpſiſſe carnē, uel extra humanā
eſſe naturā,propter hoc illum ipſum numerū ieiu-
nat,& nō apponit alios his dieb⁹, ſic uolēs cōtētio
ſorum obturare impudētiā. Nā licēt hoc factū ſit,
ſunt qdā etiamnum iſta loq audētes,iam ſi ſua pro
uidētia hāc illorū occaſionē nō āputaſſet,qd no at
tētaſſent dicere propter hoc noluit plures dies ieiu
iunare,ſed totidē quot ſerui:ut re ipſa nos erudiat,
quod eadē cū nobis carne amictus, & à natura no
ſtra extrane⁹ nō fuerit. Cęterū quoniā nobis manife
ſtū factū ē,q̄ magna ſit ieiunij uis,& quā multiplex
ex illo utilitas,idq; p ſeruos ac dominū ē oſtēſum:
proinde obſecro charitatē ueſtrā,ut ſcientes,q̄tum
ex illo ſit lucrum,ne utilitatē tantam quæ ex illo p
deſidiam repellatis:neq; cōtriſtemini propter illius
aduētū,ſed gaudete & exultate iuxta beatū Paulū
dicētē:Quantò externus noſter homo corrūpitur 2.Co.4.d
tantò internus innouatur. Ieiuniū.n.animę noſtræ
alimētum ē:& ſicut corporalis iſte cibus ipinguat
corp⁹,ita & ieiuniū animā habitiorē efficit & ualē
tiorē. Leues illud pennas producit:ut ſublime iſta
feratur,& ſumma cōtēplari queat , uoluptatibusq;
& oibus quæ i hoc mundo habētur ſuauia ipſa ſit
ſupior. Et q̄madmodū leuiores naues maria ueloci
us trāſeūt,& multis onerib⁹ grauatę ſubmergūtur:
ita ieiunium qdē leuiorē reddens mentē, efficit ut
facili⁹ huius uitæ pelagus tranſmittat,& in cœlū ac
ea quæ i cœlis ſunt reſpiciat, & nihil faciat p̄ſentia,
ſed ut umbras & ſiqd minus diffugere cēſeat. Verū
ebrietas & crapula degrauās mētē & ipinguās cor-
pus,captiuā facit aiā,undiq; illā oppugnans, neq;
ſinit rationis iudiciū firmum cōſiſtere,ſed ipetit,ut
in p̄ceps feratur,& oia contra propriam ſalutem
opetur. Igitur dilecti,ne ſegniter iſtituam⁹ ea quę ad
ſalutē noſtram attinent, ſed ſcientes q̄ta mala hinc
naſci ſolent,fugiamus damnū quod ex illa. Neq;.n.
i noua lege ſolū ubi amplior frugalitas, & maiores
labores,& magni ſudores , & multa brauia,& ineſ- L
fabiles coronę,à deliciis euocāt:ſed etiā i ueteri, q̄-
do Iudęi adhuc umbrę aſſidebāt,& lucernę erāt af
fixi,& uelut pueri lacte nutriebātur,ſic paulati idu
cebātur,neq; deliciis uacare pmittebātur. Et ne exi
ſtimetis quòd nos temerè delicias accuſātes iſta di
cam⁹,audite prophetā dicētē:Vę iis q̄ ueniūt ad di Amo.6.b
em malū dormientes i lectis eburneis,& laſciuiētes
i ſtratis ſuis,cōedētes hœdos ex gregib⁹ , & uitulos
ex medio armētorū lactātes,bibētes deſęcatum ui
nū,& primis unguentis unctī,tanq̄ ſtātia arbitrati
ſūt,& nō tanq̄ fugientia. Vidiſtis q̄tam accuſationē
cōtra delicias afferat propheta,idq; cū Iudęis diſſe-
rēs,inſenſatis,ingratis,& quotidie uētri deditis. Cō
ſiderate enī uerborum diligentiam. Taxans enī il-
lorum crapulā & immodicā temulētiā, tunc ſubdi
dit:Quaſi ſtantia arbitrati ſunt , & nō q̄ſi fugiētia:
tantūm nō oſtēdens quòd gutturis & labiorū ten⁹
eſt fruitio,& ultra nō progreditur. Verūtamē uolu
ptas qdem breuis eſt ac temporaria,dolor autem p
petuus & fine carēs. Et hęc,inqt,quum expientia di M
diceriṫ,quaſi ſtantia arbitrati ſunt, & manentia, &
nō q̄ſi fugientia hoc eſt auolantia,& ne ad momen
tum qdem pmanentia. Talia enī oia quę humana
ſunt & q̄ carnalia. Nondū rectè aduenerunt & auo
larunt,tale qddam ſunt delicię,& tale quiddam hu
mana gloria & potētia,tale qddā & diuitiæ,tale qd
dā uniuerſa hui⁹ uitæ proſperitas,nihil firmum ha
bēs,nihil ſubſiſtens,nihil ſolidatū,ſed magis q̄ ſtu-
minū fluenta p̄tercurrūt,nudosq; ac ſolos reliquūt
eos q illis ihiant. Atq ſpūalia nō ſunt talia, ſed ſecus
ac diuerſo mō habent q̄ illa. Sunt.n.firma,immobi
lia,uicis ſitudinē nō accipiētia,ad oē ſeculū ſe extē
dentia. Quātę nō igitur fuerit deſipiētię,nutātia cū
īmobilib⁹ cōmutare:tēporaria cū his q̄ i ſeculū du
ratura ſunt:ppetuò manētia cū his q̄ auolēt:& ea q̄
nobis illic graue ſuppliciū paritura ſūt,cū his q̄ i fu
turo ſeculo fœlicitatē ſummā afferūt? Hæc obſecro
oia cōſiderātes dilecti,magnāq; ſalutis noſtrę curā
habētes,aſpnemur delicias,& inutiles & pniciosas,
amplexemur ieiuniū, omnēmq; aliā frugalitatē, &
magnā uitæ faciam⁹ nouationē,ac quotidie ad agē
da bona opa feſtinemus:ut quū p omne tempus ſa

A ctæ q̄drageſimę, ſpirituales merces negociati fue-
rimus,& multas uirtutū diuitias cōgeſſerimus, ſic
mereamur & ad dominicū diē ptingere, & cū fi-
ducia ad horrendā & ſpiritualē menſam accedere,
participesq; fieri cū bona conſciētia ineffabiliū il-
lorum & immortaliū bonorū, ac impleri ea q̄ illic
eſt gratia,precibus & interceſsione oium q deo pla
cuerūt,idque gratia & miſericordia domini noſtri
Ieſu xp̄i,cū quo patri ac ſpiritui ſancto gl'ia , impe-
riū,honor, nunc & ſemp & in ſc̄a ſeculorū , Amen

Homilia ſecunda.

N *principio fecit deus cœlū & terrā*. Veſtros
i ego hodie amabiles intuēs uultus, ingenti
uoluptate ipleor. Etenim patres,quāuis te-
neriter ſuos filios amēt, nō tātū gaudēt ac lętātur,
circūſtātib. illis & alio quodā decore, miniſterioq;
uoluptatē ſibi afferentib. quantū ego nūc gaudeo
& lætor:qa uideo ueſtram ſpiritualē hanc congre-
B gationē tam cōpoſitis ornatiſq; morib. hic adeſſe, E
& immodico audiendi eloqa diuina deſiderio fla-
grare:contemptiſq; carnalib. epulis,& ſpirituale cō
uiuiū contendere,& re ipſa cōprobare dictum do-
mini,quod dicit:Nō in pane ſolo uiuit homo , ſed
Mat.4.a in oi uerbo qd egreditur per os dei. Proinde & nos
quoq; agricolas imitamur. Quemadmodum.n.illi
ſicubi agrum repurgatū,& ab herbarū nocumētis
liberū uiderint,ubertim ſeminant:ita,quoniā nūc
ſpirituale hoc ueſtrū aruum,dei gratia,purū eſt ab
affectionib⁹,q̄ interturbare ſolebāt,ſublatū quoq;
eſt ē medio uoluptatis ſtudiū, & nuſquā procella,
nuſquā tempeſtas cogitationū:ſed ſereni:as, & ma
gna quies mētis,q̄ ſpiritualia p̄ carnalib. ſibi propo
nens & conſpectans,quaſi aſſumptis alis uſq; in cœ
lū ipſum,ut ita dicā, ſubuolat. Ideo & nos paucis
hodie apud charitatē ueſtrā diſſerētes , depropt̄as
ē diuinis ſcripturis nōnullas ſubtiliorū ſenſuū do
ctrinas proponere conabimur. Nā ſi nūc hoc nō fe
cerimus,quādo,eſt ieiuniū & gulę cōtēptus,& tāta
bonarū cogitationū ſerenitas:quo talia ueſtrę cha
ritati apponere poterimus,quādo deliciæ , comeſ-
C ſationes,& magna deſidia? Quin tunc neq; ipſi, ut
par eſt,hoc faciemus, neq; uos aliqd eorū q̄ dicun-
tur,accipere poteritis:utpote à tenebris, cogitatio-
nūq; ſtuctib. ſubmerſi. Nūc aūt,ſi qd aliud,t̄ps hoc
hiſce doctrinis maximè idoneū eſt: quandoquidē
ſeruia iā nō inſurgit aduerſus dominā, ſed libenter
fert habenas,facilè perſuadetur,multā p̄ ſe fert obe
diētiā,incōpoſitos carnis motus cōpeſcit , & intra
ſuos manet terminos. Ieiuniū.n.eſt animarum no-
ſtrarū tranquillitas,ſenū decor,aduleſcentū pæda
gogus,cōtinentiū magiſter,q oēm ętatē & ſexū q̄ſi
diademate quodā ornat. Nuſq̄ hodie tumultus,uel
clamor,uel carniū cōciſiones, uel coquorū diſcur
ſus:ſed oia illa abiet⁹t, & imitatur hęc ciuitas ho-
neſtā quādā,cōtinētē & ſobriā matrē familiās. Vn
de quū mecū cogito repētinā mutationē , q̄ hodie
facta:& repeto memoria heſterni diei ſtatū:admi-
ror & obſtupeſco ieiunij uires & potētiā, quo i ſin
tioes,purificauerit mentē,non magiſtratuū tantū,
ſed & priuatorū,nō liberorū tantū, ſed et ſeruorū:
non uirorū tantū , ſed & mulierum : non diuitum
tantū,ſed & pauperū:non eorum tantùm qui Græ
cam linguam edocti ſunt,ſed & barbarorū. Sed qd
dico magiſtratuū & priuatorū? etiam eius qui dia-

dema geſtat,ſilr ut aliorum conſcientiam ad hanc D
obedientiā inflexit. Et hodie nullū diſcrimē inter
mēſam diuitis & pauperis:ſed ubiq; frugalis uictus
eſt alienus à luxu & apparatu , maioriq; hodie uo-
luptate ad mēſam tenuē quiq; accedūt , q̄ pridem,
quū multa delicata edulia, uinūq; meracū propo-
nebātur. Vidiſtis dilecti,ex ipſis p̄ludijs ieiunij uir-
tutē & potentiā? Idcirco & ipſe maiori hodie alacri
tate,q̄ antea, ſermones aggredior:ſciēs me i pingui
profundoq; aruo ſeminaturum, qđ nobis multifa-
rios fruct⁹ pro ſeminib. cōcreditis protinus redde-
re poterit. Diſcamus, igitur ſi placet, qd uelint ſibi
uerba beati Moſis hodie lecta. Sed attendite, obſe-
cro,diligēter his,q̄ à nobis dicūtur. Nō.n.noſtra in
mediū afferimus,ſed illa ipſa q̄ nobis diuina gratia
in ueſtrā cōceſſerit utilitatē. Quę aūt hęc ſunt? *In*
principio fecit deus cœlū et terrā. Merito hic dubitatur,
quā ob cauſam beat⁹ ille propheta,q ēt ipſe multis
ſeculis poſt cōditionē mūdi uixit, hæc nobis expo
nat. Sanè non temere hoc agit,nec fruſtra. Etenim
de⁹ humani generis cōditor,ab initio p ſeipſum ho
minib. loquebatur, qūo hoib. audire eū poſsibile
eſt. Sic.n.ad Adā uenit,ſic Cain increpauit,ſic cum
Noe loquut⁹ eſt,ſic apud Abrahā hoſpitatus eſt. At
ubi in magnā malitiā oē hominū genus degenera-
uit, neq; tūc ſeſe totū ab hoīum genere auertit opi
fex oium,ſed qa ſua fan iliaritate indigni facti fue-
rūt,iterū ſuā erga illos amicitiā inouare uolēs , q̄ſi
lōge abſentib. literas , cōciliaturus ſibi uniuerſam
hominū naturā. Et has qdē literas dedit de⁹, attulit
aūt Moſes. Quid igitur dicūt hę literę? In principio
fecit de⁹ cœlū & terrā. Cōſidera chariſsime,q̄ admi
rabilis & eximi⁹ ſit ille propheta. Alij.n.oēs prophe
tę dixerūt,uel q̄ multis poſtea tpib. futura erāt, uel
quæ in futuro ſc̄o euenient. Beatus aūt ille , natus
quū iam multa mundi tranſiſſent ſc̄a, & ducē &
directricem ſortitus ſupernā dextrā, dignus eſt ha-
bitus,ut illa nobis diceret , q̄ ante ſuam natiuitatē
oīum dominus formauerat. Idcirco & ſic icepit, di
cens:In principio fecit deus cœlū & terrā. Quaſi ad
oēs nos clara uoce clamet,& dicat:Nū ab hoīb. do
ceor,ut hęc loquar? Minimè. Sed q hæc,quum non F
eſsēt,fecit,ut eſsēt, hic & linguā meā ad iſthęc enar
randa impulit. Igitur obſecro, ita auſcultemus , ita
noſtris rationīb. lōgum ualere dicamus , quaſi nō
iā a Moſe,ſed p linguā Moſis ab ipſo oīum deo au-
diamus. Rationes.n. hominū timidæ ſunt, inqt,&
parū ſecuræ adminētiōes eorū. Magna gratitudine
accipiam⁹ q̄ dicuntur,ne progrediamur ultra q̄ fert
menſuræ noſtræ tenuitas , nē ue curioſius q̄ ſupra
nos ſunt,indagemus:id qđ ueritatis hoſtib. euenit,
q uoluerūt propriis ratiōib. uniuerſa expēdere, nō
cogitātes q̄d poſsibile ſit humanæ naturæ dei opi
ficiū penitus ediſcere. Quid inquā, dei opificium,
quum neq; hominis, q nobis natura cognatus eſt,
artes undiquaq; diſquiri poſsint ? Dic.n.qſo , quo-
modo p metallicā artem auri natura conflatur? uel
quomodo uitri puritas ex arena fit? Verū nō habes
q dicas. Si igitur hęc,q̄ ante oculos ſunt poſita, & q̄
p dei miſericordiā humana opatur ſapiētia ediſci
nequeūt:q̄ à deo ipo facta ſunt, curioſitate tua,inq
res hō? Quā aſſequēris ueniā, qua te tueberis apolo
gia,ita inſāniēs,ut q̄ ſupra naturę tuę captum ſunt,
ſpeculeris? Dicere.n.ea q̄ ſunt,ex præiacēte materia
eſſe facta , & non confiteri quod ex nihilo creaue-

Grit ea oĩum opifex,desipietię extremæ signũ fuerit. Beatus itaq; propheta ille, obturãdo insipientium ora,auspicaturus librũ,sic cœpit:In principio fecit deus cœlũ & terrã. Quum igitur audies,fecit, nihil aliud ultra curiosius qre:sed humũ spectãs, crede ei q dixit. Nã deus est q oĩa facit,& ꝑparat, & iuxta uoluntatẽ suã oĩa aptẽ cõponit. Et uide quãtũ docendo nostrę paruitati se attempat. Nihil de inuisibilib.uirtutib.disserit,neq; dicit, In principio fecit deus angelos uel archãgelos. Nõ simplr,neq; temerẽ hãc nobis doctrinę uiã parauit. Iudęis.n.loq̃batur,q toti ꝑsentib.reb.inhiabant. Itaq; eos à sensibilib.ad cognoscendũ uniuersi opificẽ inducit,ut ex creaturis fabricatorẽ mundi discẽtes, adorent creatorẽ oĩum, & nõ in creaturis ipsis pmaneant & qescant. Nã quũ licèt hęc ita facta sint, nõ intermiserunt ex creaturis deos facere,& diuinũ honorẽ fœdissimis brutis exhibere: in quã non amentiã in ci dissent, ni tanta erga nos humilitate & attempatione fuisset usus? Nec mireris dilecte, qđ Moyses hac uia incesserit, q in pricipio,& in ꝑludiis,crasiorib. locutus est Iudæis. Et Paulus quoq; tpe gratię, quũ tantũ ꝑdicatiõis esset incrementũ, disputaturus cũ Athenien-
H sib.à uisibilib.doctrinam cœpit,& eis sic
Act.17.e. dixit:Deus q fecit mundum,& oĩa q̃ in eo sunt, hic cœli & terrę quum sit dominus, nõ ita in manufactis habitat templis, nec humanis manib.colitur. Et ideo,qa talem eis congruere sciebat doctrinam, hanc docendi uiã arripuit. Ad eos.n.q suã suscipiebant doctrinã,à spiritu ita dirigebatur & docebatur. Et ut scias huius causam fuisse ꝑsonarũ uarietatem,& auditorum crassitudinem, audi illũ ipsum. Ad Colossenses.n.epłam scribens, nõ hac ambulat uia,sed aliter cũ eis loqtur, & dicit:Quia ĩ ipso creata sunt oĩa,q̃ in cœlis sunt, & q̃ in terra, uisibilia & inuisibilia,siue throni,siue dominatiões, siue principatus,siue potestates,oĩa ꝑ illum,& in illũ creata sunt. Ioãnes autem tonitrui filius clamabat, dicẽs:
Mar.3.b. Oĩa ꝑ ipsum facta sunt,& sine ipso factũ est nihil.
Ioan.1.a. An non & Mosen hoc decebat? Haud dignũ erat & congruũ,ut solido pascerentur cibo, qb.adhuc lactis alimonia opus erat. Nã quemadmodum magistri ludi pueris,q à matrib. suis commendãtur eru-
I diendi,prima tradunt elementa: quos q ab illis postea suscipiũt, sublimiorib.& pfectiorib.doctrinis imbuũt:ita & beatus Moses, & doctor gentiũ,ac filius tonitrui fecerunt. Nã Moses qdem cùm primus oĩum instituendã susceptisset humanã naturam,docuit auditores prima elementa: Ioannes aũt & Paulus his,quos à Mose accepunt,postea pfectiora tradidere. Igitur iã qdem didicimus,quare ita se humiliarit ad nostrã tenuitatem:& qđ spiritu sancto loq̃ns,prout auditorib.congruebat,exposuerit:uerũ interim & oẽs hæreses,q̃ sicut zizaniæ pullulaturæ erant in eccłia,eradicat ꝑ hoc qđ dicit:In principio fecit deus cœlum & terrã. Vnde si Manichæus te ac cesserit, dicens materiã ꝑexistere,uel Marcion, uel Valẽtinus,uel gentilis,dic ad illũ:In principio fecit deus cœlũ & terrã. Sed qd, si nõ credit ille scripturę? Tu posthac ipsum auerseris,uelut furibundũ & attonitũ. Nã q oĩum opifici nõ credit, & ueritatem mendacij arguit: qua unquã dignandus est uenia? Habet ille fucatum colorẽ, & mansuetorũ ꝑsonas induit,tegitq; sub ouilla pelle lupũ. Sed tu ne decipiaris, immo hac ipsa de causa illũ magis exosum habe,qđ mansuetudinẽ qdem erga proximum cõ- k
seruũ simulat, contra dominũ aũt uniuersorum, bellum gerit,& cõtra suã ipsius salutẽ currit insensatus. Cęterũ nos firmã teneamꝰ petrã,& ad principium iterũ regrediamur:In principio fecit deus cœlum & terrã. Attende nunc quo ex ipso opificij mõ diuinę naturę dignitas enitescat. Nã deus ꝑter humanum morem,suũ perficiens ędificium,prius cœlum extendit,postea & terrã substernit:priꝰ culmẽ, & postea fundamentũ. Quis tale qd uidit? qs audiuit? In hoim sanè operib.nihil tale unquã fuit. Sed iubente deo,uoluntati eius parent,& cedũt oĩa. Ne igitur humanis rationib. diuina opa curiosius excutiamus,sed ex opib.manuducti, admiremur artificem. Nã inuisibilia eius ex creatione mundi,dum Rom.1.c
ꝑ opa intelliguntur,ꝑuidẽtur. Quòd si ueritatis hostes adhuc dicunt,esse impossibile, ex nihilo aliqd fieri:interrogabimus eos, primúsne hõ ex terra formatus est,an fortè aliunde? oĩno dicent ac fatebuntur,qđ ex terra. Dicant igitur nobis, qũo ex terra facta sit natura carnis. E terra.n.lutũ, & lateres & figulinũ uas,& testa fieri solet: qũo ergo natura car- L
nis facta est? qũo ossa, & neruĩ,& arteriæ,& medulla,& cutis,& ungues,& capilli,& ex una ꝑacẽte materia diuersarũ substantiarũ qualitates? Sed ad hęc ne mutire qdem poterunt. Quid aũt dico de corpore nostro? Dicant nobis de pane, quo quotidie refi cimur,qũo, quũ unius speciei sit, transmutatur in sanguinem,& phlegma,& cholerã,& uarios humores? Et panis qdem sępe habet colorẽ frumenti,sanguis autẽ rufum uel nigrũ. Si igitur hęc,q̃ quotidie ante oculos uidentur, nunq̃ nobis dicere poterũt, nullatenus & de aliis dei opificiis digna dicent. Qđ si post tantã demonstrationũ copiam, adhuc suã cõtentionẽ roborare uolũt:& neq; nos desistemus sæpe eadẽ ipsis obiicere,dicentes,In principio fecit deus cœlum & terrã. Hoc.n.unicum uerbũ sufficit nobis ad subuertendas oẽs aduersariorũ turres, & ad reuellendas ab ipsis fundamentis humanas rationes:atq; si uellent uel sero à sua cõtentione desistere,possent ꝑ hoc in ueritatis uiã manuduci. *Terra aũt*, dicit, *inuisibilis erat, & inculta.* Cuiꝰ gratia,dic q̃so, cœlũ clarũ & absolutum creauit:terrã aũt deformẽ effecit? Neq; hoc temerè factũ. Sed ut cũ di-
M diceris meliorẽ creatiõis partẽ ab eo formatã,& absolutã, postea neq; de aliis dubites, neq; putes tale qd uirtutis ĩfirmitate factũ. Ad hęc,& alia rõne deformẽ terrã creauit,quoniã ipsa est nutrix,& mater nostra,& ex ea facti sumus,ac educamur,ipsaq; nostra patria est,& cõmune sepulchrũ (reditus.n. noster ad eã est) & uariis ꝑ eã bonis fruimur. Ideo ut ne hoies ob usus necessitatẽ,plus q̃ dignũ est,eã uenerentur,ostendit primũ rudẽ & absq; forma & inexpolitã:ut ne beneficia terrę, telluris naturę imputes:sed ei tribuas,q illã ex nihilo ut esset,creauit,ꝑ hoc ait: Terra aũt erat inuisibilis & inculta. Fortè statim & ab initio mentẽ uestrã subtiliorib. sententiis degrauauimus nimiũ, ideo hic sermonẽ sistere cõgruit. Rogamꝰ,aũt charitatẽ uestrã,ut dictorũ si tis memores, & semp horũ memoria uobis ĩsonet. Et post sensibilẽ mensã quũ hic abieritis,apponite & spũalẽ mensam. Et dicat quidẽ uir aliqua eorũ,q̃ nũc hic sunt dicta:audiat ãt mulier,discãt pueri,di scant & familiares,fiatq; domus eccłia,ut effugetur diabolꝰ,in fugã uertatur malꝰ ille dęmõ, & inimicꝰ

salutis

A salutis nostræ. Reqescat autẽ ibi spiritus sancti gratia,& omnis pax & cõcordia muniat inhabitantes. Quod si eorũ quę iã dicta sunt,memores eritis,prõptiꝰ etiã quę posthac seminaturi sumus, susciꝑietis. Et nos quoque maiori ubertate dicemꝰ,quæ nobis suppeditabit gratia dei,si germinare uiderimꝰ,quæ nunc à nobis dicta sunt. Quandoqdẽ & agricola,uidẽs semina nasci,maiori prõptitudine arua cõsiderat & excolit,paratus & alia seminare. Vt igitur alacriores nos reddatis,& iam dictorũ certã custodiã demõstrate,& cũ rectæ fidei dogmatibꝰ uiã quoq;
Matt.5.b uestrã diligenter curate. Fulgeat. n. inqt, lux uestra, corã hominibus,ut uideãt uestra opa bona,& glorificent patrem uestrũ in cœlis: ut & uita consonet
Iaco.2.d fidei dogmatis,& dogmata ꝑdicẽt uitam. Fides.n. sine opibꝰ mortua ẽ,& opera sine fide mortua sũt. Nã tametsi sanam teneamꝰ doctrinã,uitam aũt ne gligamus:nihil nobis proderũt doctrinę. Rursus,si uitę curã diligentẽ gesserimus,in fidei aũt ꝑ placitis claudicauerimus,neq; sic nobis aliquid lucri fuerit. Ideo conuenit utrunque ædificiũ nostrũ spirituale
Mat.7.d cõmuniri. Omnis enim qui audit hos sermones,di
B cit, & facit eos, assimilabitur uiro prudenti. Vide, quomodo nõ solũ audire nos uult, sed & facere, & opibus monstrare obedientiã. Et hunc prudẽtẽ uocauit,qui opibus sermones subsequẽtibus cũspicuꝰ est:qui uero tantùm ad sermones puenit,& non ad opa,eum stultũ uocauit meritò:qa talis domũ suã super arenam ędificauit,propterea neq; uentorũ uiferre potuit,sed stati corruit. Tales. n. sunt desides aiæ,non solidatæ sup firmam petram spiritualem. Non.n.de ædificio,& de domo nunc est sermo:sed de aĩa,quę à tentatione quadã turbatur. Nã uenti, pluuię,& fluuiorũ noibꝰ,tẽtationes nobis insinuãtur. Cęterùm constans,& uigil,& sobrius hac ratione magis firmus euadit:& quanto maiores intentã tur afflictiones,tantò eius uirilitas & fortitudo magis augentur. Desęs autem & supinus, si tenuis quædam tentationũ aura afflarit,statim cõmouetur,& decidit, nõ naturam tentationũ,sed ob uoluntatis ĩfirmitatẽ. Quocirca oportet sobrios esse,& uigiles, & ad oĩa prępараtos:ut & ĩ prosperitate modesti ac non effusi,& in afflictionibus quę nobis ĩfligũtur, C sobrij & prudentes,ꝑpetuas gratias referamus misericordi deo. Si sic res nostras instituerimus, multũ gratię diuinæ assequemur:poterimusq; & ꝑsentẽ uitã securè transmittere,& in futurã uitã magnæ fiduciæ opes reponere. Quod nobis omnibus cõcedat gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri simul & sancto spiritui gloria, ĩpium, honor nunc & semper, & ĩ secula seculorum, Amẽ.

Homilia tertia.

m Eritò thesauro cuipiam cõfertur diuinarũ scripturarum lectio. Nã sicut ex illo, qsquis uel paruũ fructum cape ualet, multas sibi parat diuitias:ita & ĩ sacra scriptura,etiã ĩ breui dictione uariã sententiarũ uim,& indicibiles diuitias inuenire licet. Et nõ solùm thesauro similia sũt diuina eloqa, sed fonti quoq;,largis, perennibusq; scaturienti fluentis:id quod re ipsa heri oẽs didicimꝰ. Nã ut prooemia libri Geneseos incepimus,explanãdo hoc dictũ:In principio fecit deus cœlũ & terrã, totam horam insumpsimus,& neq; sic totũ cõprehẽdere ualuimꝰ. Magna .n. est huius thesauri abundãtia,& larga fontis huius ubertas. Nec mireris dile

Tomus primus.

cte,si nobis hoc accidat. Etiã q ante nos fuere, prõ D
uiribꝰ suis aq̃s inde hauserũt:& similiter q post nos futuri sunt,idẽ attẽtabũt,neque sic totũ euacuare poterunt:sed magis interim augescunt flumina,& ĩ crescunt. Hæc enim spiritualiũ fluminũ natura est, ut hoc magis scaturiant,& accrescat spũalis gratia, quò quis magis inde haurire studet. Propter hoc & Christ dicebat:Si qs sitit,uẽiat ad me et bibat. Qui Ioan.7.f
credit ĩ me,sicut dixit scriptura, flumina de uentre 2Pa.16.c
eiꝰ fluẽt aq̃ uiuẽtis. Quibꝰ horũ fluminũ dapsilitatẽ & largitatẽ nobis ĩdicat. Quoniã igitur spũaliũ fluminũ natura talis ẽ, agè afferamꝰ oẽs multa mẽtis nostræ uasa,ut ꝑletis illis, domũ redeamus. Nã quando uidet gratia spiritꝰ feruens desideriũ, & uigilem mẽtem:tunc & gratiam suam opulentã liberalius largitur. Abducamus igitur nos ab oĩbus huius uitę curis,& resectis his,q̃ cogitationes nostras uelut spinę suffocant,ad spiritualia desideria mẽtẽ nostram totã transferamus,ut magno ĩde lucro facto,& utilitate percepta,domũ redire liceat. Cæterùm ut manifestior fiat sermo,pauca quædã ex hesternis dictis in memoriã charitati uestrę referemꝰ, E
ut sic his quę heri dicta,hęc quę nũc dicẽda,q̃si in unum corpus coniugamus. Ostendimus.n.heri,ut meministis,quomodo beatus Moses,enarrãs horũ uisibilium elemẽtorũ creationem & opificium,di xerit:In principio fecit deus cœlũ & terrã. Terra autẽ erat inuisibilis & ĩculta. Et docui quidẽ uos cautam,quare deus terrã deformẽ, & nullis figuris expolitam creauerit:quę opinor,oĩa mẽte tenetis. Ne cessariũ igitur nos ad ea,q̃ sequuntur,progredi hodie. Nã postquàm dixit:Terra erat inuisibilis, ac inculta,ait:*Et tenebræ erant sup abyssum,& spiritus dei ſo ꝑferebatur super aquam.* Vide hic,quàm nihil supflui admiscebat beatus propheta, & quomodo nõ oĩa particulatim narret q̃ facta sunt:sed ut docuit nos de cœlo & terra,quæ plurima in se cõtinet elemẽta,ꝑtermittit alia. Nã quũ de aquarum opificio nihil dixisset,ait:Et tenebrę erãt sup abyssum, & spiritꝰ dei supferebatur super aquam. Hæc enim tegebãt faciẽ terrę,de tenebris loquor, & abysso aq̃rũ. Didicimꝰ hic,quòd omne quod uidebatur,erat abyssus aq̃rũ tenebris uelata: & opꝰ habebat sapiẽte opifice, qui omnẽ hanc informitatem discutere, & ornatũ aliquẽ ĩducere posset. Et tenebræ,dicit, sup abyssum, F
& spiritus dei supferebatur super aquam. Mihi uidetur hoc significare,quòd affuerit efficax q̃dã & uitalis operatio aquis, & nõ fuerit simpliciter aq̃ stãs & immobilis:sed mobilis,& uitalẽ quandã uim habẽs. Nã quod immobile,omnino inutile est: quod uerò mouetur,ad multa cõducit. Vt igitur doceret nos beatꝰ illi propheta, aquã illã magnã habere uim, & uitalem quãdam,dicit:Et spiritus dei supferebatur sup aquas. Idque non absq; ratione scriptura divina pueniẽdo dicit,eò quòd postea dictura ẽ nobis, quòd animalia ex aq̃s istis iuxta præceptũ dei oĩum cõditoris producta sint: propterea auditorẽ hic nũc docet,quòd nõ solùm aqua illa sit cõdita: sed & quòd moueatur,& discurrat,& oĩa alluat. Igitur postquam diffusa fuit magna uniuersi uisibilis informitas,ꝑceptoque suo deus,optimꝰ ille artifex,& quę informia erãt,dispulit,& imensam lucis uisibilis pulchritudinem produxit: tũc tenebras fugauit palpabiles,illustrataq; sũt oĩa. Et *dixit*, ĩqt, *deus*, *Fiat lux:et facta est lux.* Dixit,& facta ẽ:mãdauit,& tene-

Gbræ qdem fugatæ sunt lux autē producta. Vides in effabilem potentiā? Verūm qui errore ꝑuenti sunt, non attēdentes ad dictorum cōsequentiam neque audientes beatū Mosen, dicentē: In principio fecit deꝰ cœlum & terram: & mox subdentē. Terra aūt erat inuisibilis ac iculta, eò quòd tenebris & aqs obtecta. Sic.n. uisum fuit domino ab initio eam producere, dicūt, qđ antea fuerit materia, & prefuerit tenebræ. Quid hac amētia peius? Audis, quòd i principio fecerit deus cœlum & terram, & quod ex nihilo q̄ sunt, facta sint: & dicis quòd ꝑfuerit materia. Quis eorū q mentē habent, tantā ferret insaniā? Nunqd hō est cōditor, ut opus habeat subiecto aliquo ad demōstrandam suam artem? Deus est cui oia cedunt, qui uerbo & ꝑcepto suo oia cōdidit. Attende.n. quod dicit solùm. Producta ē lux, & absceſſerūt tenebræ. *Et distinxit deus inter lucē, & inter tenebras.* Quid ē, distinxit? unicuiq; loco propriū distribuit, cōgruūq; tps definiuit. Et postq̄ hoc factū: tunc suū cuiq; uocabulū indidit. *Vocauit.u iqt, deus lucē diē, et tenebras uocauit noctem.* Vidisti optimā distinctionē & admirabile opificium quomō id qđ oēm rationē transcendit, uno sermone & ꝑcepto factum ē? Vidisti ꝙtum se nostrorū ingeniorū paruitati attempauerit beatꝰ ille propheta, imò misericors deus p prophetæ linguam erudiendo oē hominum genus: ut u deat eorum q̄ facta sunt ordinem, & qs uniuersi opifex, & quomō unumquodq̄ produxit. Quoniā .n. adhuc imperfectius erat humanum genꝰ, quam ut pfectiora cape posset: propterea pro auditorum ibecillitate, prophetæ linguā sanctus mouebat spūs, inq; hūc modum nobis oia edisserebat. Et ut discas, quòd propter mētis nostrę ipfectionē hoc enarrationis attempamento fuerit usus: uide quòd tonitrui filꝰ, cum iam creuisset ad uirtutē hominum genus, non iam hac uia ingreditur, sed in sublimiore eruditionē auditorem subducit. Nam ut dixit in principio erat sermo, & sermo erat apud deum, & deꝰ erat sermo: mox subiicit: Erat lux uera, q̄ illuminat omnē
Ma.13. b. hoiem uenientem in mundum. Nam quēadmodum hoc loco lux sensibilis ꝑcepto domini producta, &
Ioan. 1. a tenebrę illę uisibiles absconditę: sic & lux mētalis tenebras errorum effugauit, & ad ueritatē errabundos manuduxit. Suscipiamꝰ ergo magna gratitudie à diuinis scripturis doctrinas, & ne aduersemur ueritati, neq; i tenebris māeamꝰ: sed ad lucē propemꝰ opemurq; digna luce & die: sicut & Paulꝰ admonet dicēs: Sic ut i die honestè ambulemꝰ, & ne opemur opa tenebrarum. Et uocauit inqt, deꝰ, lucem diem,
Ro.13. d & tenebras uocauit noctē. Quod fermè nos ꝑterierunt necessarium fuerit iterum repetere. Nam postq̄ dixit fiat lux, & facta ē lux. Et uidit deꝰ lucē, quòd bona esset. Vide, qso hic dilecte ꝙnta uerborum humilitas. Quid ait? Num priusq̄ fieret lux, nesciebat quòd bona? sed postq̄ producta fuit, oculꝰ primum ostēdit opifici pulchritudinē & bōitatē productę? Et qs cui cor est, tale qddam diceret? Nam si homo qui aliquid p artem operatur priusq̄ fabricet quòd uult facere, & priusq̄ formet, scit usum eiꝰ quod elaborare statuit: ꝙntò magis omnium opifex, qui uerbo oia ex nihilo ut esſent produxit, sciebat anteq̄ lucem faceret, qđ esset bona? Quare ergo hęc dictione usus est? Demittit se, et iuxta humanā cōsuetudinem hæc oia loqtur beatus ille propheta. Et quem admodum hoies, cùm magnum aliqd magno studio elaborauerint, & finē laboribus suis ꝑposuerit, K
tunc tandem probant quid fecerit, & opus laudibꝰ extollunt: ita & diuina scriptura solet, & nunc cū se ad nostrarū auriū ifirmitatē demisit & dixit: Et uidit deꝰ lucē, qđ bona: tunc subiecit, Et distixit deꝰ i ter lucē, et inter tenebras: et uocauit deꝰ diem, et tenebras uocauit noctē. Et suā cuiq; regionē distribuit. Nā ab initio cuiq; suos terminos ꝑfixit, quos ppe tuò absq; ipedimēto custodiret: id quod cuilibet, q mediocriter sapit, contueri licet, quomō ex eo tpe usq; i illud ꝑsens, neq; lux terminos suos transgressa sit, neq; tenebræ suum ordinē ptetierint, cōfusione deordinatione q̄dam introducta. Sanè hoc unum igratis sufficere deberet, ut credāt & obediant his, q̄ a diuia scriptura dicta sūt: ita ut uel elemēta imitenturq; cursum suū ppetuò seruant, & mēsuram suam nō egtediuntur, sed agnoscunt propriam naturam. Exin postq; utriq; suum nomen dedit, utrunque in unum coegit: Nam dicit, *Et factū est uesperū, & factum est mane dies unus.* Finem diei et finem noctis unum signanter nomiauit, ut ordinē aliquē et cōsequentiam statueret uisibiliū, uullaq; fieret cōfusio. Verùm scire et discere debemus à spiritu scō per linguam beati huius prophetæ, q̄ primo die cō dita sunt, et q̄ aliis. Nam et istuc ipsum misericordis dei benignitatem declarat. Neque.n. inops erat omnipotens illius manꝰ, et infinita sapientia, ut nō posset uno die producere omnia. Quid inq̄, uno die? et simplici momento poterat. Nam quandoqdem res non ob suam utilitatem produxit (nulliꝰ.n. rei idigꝰ est, q̄ sufficientissimꝰ sed ob suam benignitatem et bonitatem fabricauit oia idcirco non simul, sed successiuè per partes condidit, et doctrinam nobis manifestam de rebꝰ conditis p linguam beati huiꝰ prophetę tradidit ut hęc discentes, nō accedamꝰ eorū sententię, q humanis rationibus monentur. Enī uero nō desūt, q̄ fortuitò res omnes factas esse asserant, q̄uis hæc ita sint facta. Quod nō si tanta misericordia, et docēdi humilitate nos dignatꝰ esset: qđ non fuissent ausi, q aduersus salutem suam q̄que et dicere et facere student? Quid.n miserius et isipientius his, qui talia dicere attentant, et asserunt per se fieri, fraudātq; oēm factura diuina prouidentia? Quo pacto.n. rationi congruunt fuerit, dic oro, qđ tanta elemēta, et tantus ornatꝰ absq; aliquo moderatore, et oia conseruante gubernentur? Et nauis nunq̄ poterit absq; gubernatore maris fluctꝰ transire: et miles uihil strenuū et egregiū absq; capitanei ductu et auspiciis gerit: et domus nō extruitur, nisi sit q̄ ædificet: mundꝰ autē ille immensus, et elemēto
Eph. 6.b rū illorum ornatus, fortuitò et temerè ferri poterit, nullo existente q oia possit moderari, et p suam sapiētiam sciat continere et conseruare? Porro qd cō tendimꝰ illis mōstrare ea, q̄ et cęcis, ut in prouerbio est, manifestè proposita sunt? Verūtamē ne omitta mꝰ proponere eis doctrinas scripturarū sed oē ipen damus studium, ut ab error e liberati, ad ueritatem reducantur. Nam licet i erroribus cōprehensi sint, cognati tamen nostri sunt: et cōgruit, ut magnā eorū curā habeamꝰ, nunq̄ torpescentes: sed diligentia summa facientes ea quę in nobis sunt, utilē illis medicinā adhibeamus, si fortè uel tardè uerā sanitatē redeant. Nihil enim ita gratū est deo, et ita curæ, ut animarum salꝰ, sicut clamat Paulꝰ, dicēs: Qui uult
1. Ti.2 omnes hoies saluos fieri, et ad agnitionē ueritatis

A Et iterū deus ipse ait: Nolo mortē peccatoris, sed ut
G ab alio,q natura tibi cognatus est laudari & admirari iis? Et qd inquam laudari? Sæpe is non laudat sed & inuidet. Sunt.n. multi ita malè affecti,ut & ea quæ bene à nobis fiunt in contrariū intetptentur. Cui⁹igitur gratia,dic obsecro puersum hoc iudiciū tanti facis? Insopitum.n. & perpetuò uigilem illum oculum,nihil eorū quæ fiunt,latere potest. Et oportet hoc cogitantes,& tanto studio uitā nostrā instituere,perinde ac mox de oibus uerbis & opibus, & cogitationibus iudicandi essemus. Ne igitur salutis nostrę contēptores sim⁹ Nihil enim uirtuti par est charissimæ,quæ nos & in futuro seculo è gehenna eripit,& regno cœlorum nobis frui concedit,& in præsenti quoq; seculo oibus superiores cōstituit, q nobis sine causa insidiantur: & non hoīb⁹ solū: sed & ipso salutis nostræ inimico diabolo fortiores efficit. Quid igitur illi par fuerit, quę non solū hoibus insidiātibus sed & dæmonib⁹ supiores, sui studiosos efficit? Virtus aūt est, humana oia despicere, futura singulis horis cogitare, nullis p̄sentib⁹ addi
H ctū esse: sed scire oia humana umbrā esse: & somnium,& si qd his uili⁹. Virtus est, erga negocia huius uitę non magis q̄ erga mortuū afficit: & ita uitiosæ opationis expertem,ut ad ea quę offendere aię salutē possunt,quasi mortu⁹ quis sit,uiuat autē, & operetur tātum ea quæ spiritus sunt: sicut & Paulus dicebat, Viuo aūt,nō iam ego,sed uiuit i me Christus.
Gala.2.d Proinde dilecti,& nos tanq̄ Christū induti,oia faciamus,& non contristemus, spūm sanctum. Quando igitur turbamur à cōcupiscentia,uel affectione absurda,uel ira,uel furore, uel inuidia: cogitemus eum q in nobis habitat,& expellamus procul oēm talem cogitationem. Reuereamur eminentem dei gratiam quæ non obūbrat,& refrenemus oēs carnis affectiones,ut cū legitimè i breui hac & fragili uita certauerimus,coronas illas assequamur i futuro die illo,terribili quidē peccatoribus, desiderabili autē uirtute uestitis. Et mereamur ineffabilia illa bōa gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cū quo sit patri & spiritui sancto gloria, ipium, honor nūc & semper,& in secula seculorum. Amē.

Homilia nona.

I gricolę studiosiores larga terrę semina con
a credunt, quam crassam & pinguē uidēt: & magnam continuò diligentiam adhibētes quotidie considerant, num fortè alicubi sit quod segeti nocere,& laborem ipsorum, quē habuerunt, inutilem facere possit. Simili modo & nos, spirituale desiderium uestrum, & ingens audiendi studiū uidentes, operam damus, ut quotidie sentētias q̄sdam diuinæ scripturę, uestræ menti inseram⁹ qbus detegātur ea quę spūali semini nociua esse possūt: ne fortè nocumentis & insidiis eorū, qui p̄ter ecclesiastica placita, suorū capitum figmēta itroducere tētāt, sana doctrina itercipiatur,& turbetur, Vestrū igitur fuerit, depositā posthac diligenter seruare, & firma memoria custodire, ut facilius & seqntia tenere possitis. Nā nisi nūc ad profundiora scripturarū sensa descenderimus,& uos mentē uestram coaptaueritis, q̄do ieiunij tempus, quando ad natandum mēbra nostra sunt leuia, mētis aūt oculus acutior, utpote nō turbat⁹ damnoso uoluptatis flore: spūs quoque,ne malè habeat,sufficiētior: q̄do cōmodè poterim⁹ hæc facere? nō quando delitię,& ebrietas, & uoracitas,& crapula: & alia quę ide nascūtur ma
K la, regnant? Non uidetis, quòd ij q̄ p̄ciosos lapides in mari q̄runt, non sedent iuxta littus maris, sictus numerātes: sed in profundum se demittunt,& ut dicā, q̄si in ipsos sinus abysi descendētes, assequūtur quod tanta opera exq̄rirunt: q̄uis: quid magnæ utilitatis uitę huic attulerit illorum lapidum inuētio? Vtinam non magna damna & incōmoda i ferrent. Ex isania.n.& rabie quæ est in pecunias, innumera sequi uidem⁹ mala. Attamen licēt tanta inde nascā tur mala & damna, non est tamen quod grauet, ac deterreat eos qui in his occupati sunt: sed & laborē subeunt, & piculis se exponūt, ut inuenire possint quod quer̄ūt. In diuiuis autem scripturis, & i spūalib⁹ & p̄ciosis illis lapidib⁹, neque periculū suspicari licet, neque mult⁹ est labor, sed lucrū ineffabile: tantū ea quę nostra sunt cum alacritate afferamus. Gratia.n. est parata, quærēs eos qui secum largitate susc̄ipiāt. Ita.n. se habet dom nus noster, quòd si uiderit aiam uigilem,& desideriū feruens,& ipse suas diuitias largiter suppeditat pro sua magnificentia, ultrà etiā q̄ petere audeam⁹. Hęc igitur cùm sciam⁹
L dilecti, purificatis cogitatib⁹ uestris à secularib⁹ negociis,& dilata mētis uestrę latitudine, magna alacritate susc̄ipite quę à spūsancto suppeditantur: ut sicut terra crassa & fœcunda multuplicetis concredita semina,& faciatis fructum, alius qdē cētuplū, alius sexagecuplū, ali⁹ trigecuplū Audistis superioribus dieb. ineffabilē sapientiā eius q uisibilia hæc oia fabricauit,& quomò uerbo solum & præcepto oia produxit. Dixit.n. Fiat: & factū est. Statimq̄ producta sunt omnia elementa,& sufficit uerbum, ut subsistere possent omnia: non quoniam simpliciter erat uerbum, sed quia uerbū dei. Memores eorū estote, quę tunc a nobis mouebātur, cōtra eos q ex p̄cente materia res factas esse contēdunt,& ad ecclesiastica scita, etiam sua deliria afferre nō ueren
M tur. Didicistis cuius gratia cœlum qdem pfectum, terram autem informē produxerit. Duas enim tūc causas diximus: unam, in elemento hoc potiori potentiam domini agnoscens, nō ultrà ambigas propter impotentiam illius factum esse: alteram qa terra & mater & nutrix nostra facta est,& ex ipsa pascimur & sumus, aliisq̄ omnib⁹ fruimur, & ad ipsam redim⁹. ipsa.n. nobis est & patria,& sepulchrum. Et ne quis ob utilitatem & necessitatem illius mai⁹ ali quid de ipsa sentiat, ostendit ipsam ab initio informē conditā: ut eruditamur p res ipsas, prædicta oia non naturę telluris ascribenda, sed potius conditoris uirtuti. Didicistis item, quomō aq̄rū separationē fecerit, producto uisibili hoc firmamēto. Scitis, aīantia & ex terra,& ex aquis edita. Hęc non absque causa temerè nunc charitati uestrę cogor repetere: partim ut auditorū animis hęc magis isideāt, partim ut his q tūc non affuere, nihil damni absentia sua attulerit: quia benignus pater etiam absentib⁹ filiis reliqas mensæ reseruat, ut cùm aduenerit, ex earum reseruatione suam cōsolentur absentia. Vnde & nos omnium qui huc confluunt, nō minorem quàm membrorum nostrorum curā gerentes, & profectum uestrum nostram existimantes gl̄iā, cupim⁹ omnes perfectos & consūmatos fieri i gloriam domini,& laudem & ecclesię,& nostrā glorationem. Et nisi hoc uos iterturbet, paucis charitati uestrę & hesterna dicta cōmemorabimus. Vidistis quāta diuersitate homo & creaturę alię cōditi sūt.

A Audistis, quāto honore principē nostri generis dignatus sit: & in formatione ipsa qūo per uerba dictionumq̄ crassitudinē declarārit honorē formādo tribuendum, dicens, Faciamus hominem ſdm imaginem nostram,& secundum similitudinē. Didicistis, quid sit ſdm imaginem, nempe quòd nō sit substantiæ dignitas, sed dominij similitudo: & quòd non ſdm imaginem formæ sed secundū rationē dominij dixerit: ideo & subdidit, Et dominē tur piscibus maris,& uolatilibus cœli,& bestijs,& reptilibus terræ. Verū hic gentiles in nos insurgūt, & dicunt, quòd compertum sit hoc non esse uerū. Nō. n. dominamur feris, quēadmodū pollicit⁹ est, sed ipsæ nobis potius. Imo non uerū est qd hi obiiciunt. Nam mox ut apparuerit homo, feræ fugā capiunt. Quòd si aliquando uel fame urgente, ab illis nos inuadētibus lædimur, hoc nō fit ideo, qd illis in nos sit imperiū, sed ob aliā causam. Nā & armamur,& desidiā excutimus, ne latrones nos impetāt nō qd illi nostri domini sint, sed qd tanta nobis sa
B lutis nostræ sit cura. Audiamus autē nūc q̄ sint dicta: Faciamus hoiem ſdm imaginem nostram, & ſdm similitudinē. Sicut imaginem dixit ob principatus rationē, ita & similitudinem, ut pro uiribus humanis similes fiam⁹ deo, māsuetudine (inquā) & lenitate,& uirtutibus deo similes efficiamur: qd
Mat.5.g & Christus dicit, Similes estote patri uestro qui est in cœlis. Nā quemadmodū in terra hac spatiosa et lata, animantiū alia mansuetiora sunt, alia ferocio ra: ita in latitudine aiæ nostræ, cogitationum aliæ sunt magis pecunię et irratiōales, alię ferociores et agrestiores. Domādæ igitur illę sunt, et rationis imperio magistrandæ. Et qūo quis cogitationem ferociorem cōpescet? Quid dicis homo? Leonibus imperamus, et aios eorum mansuetos facimus: & dubitas, nū mentis ferociam in māsuetudinē mutare possis? quāuis natura bestiæ feroces sint, & p̄ter naturam mansuetæ: contra tu præter naturam ferox, natura autem mitis: & q bestiis id quod natura eis inest auferre, & quod eorū naturæ aduersum, inferere potes: id quod natura tibi p̄stitit, conC seruare, non potes? En quantā hoc cōdemnationē meretur? Iam qd his admirabilius est, leonū naturæ & alia quædā difficultas inest. Rationis.n. participes nō sunt,& nihilominus uidem⁹ sæpe duci eos mansuetos per forū, multiq̄ ex officinis numos, ut mercedē artis & industriæ, mansuetario numerāt, qd feram mansuefecerit: aiæ uerò tuę ratio concessa ē, & dei timor,& alia undequaq̄ adminicula: ne igitur prætextus,& incusationes dei affer. Potes.n. si uis, māsuetus esse,& placidus & æquus. Faciam⁹, inquit, hoiem ſdm imaginem nostram, & ſdm similitudinem. Ad propositam quæstionem iterum redeamus, Ostendit.n. dictis illis, quod ab initio homo plenum & perfectum super bestias principatum habuerit. Dominentur.n. ait, piscibus maris, & uolatilibus cœli,& reptilibus terræ. Quod autē nunc terrori nobis sint bestiæ,& timeamus,& dominio exciderimus, neq; ipse contradico. Verū hoc non arguit falsam dei promissionem. Nam ab initio res non ita habebant, sed timebant & tremebāt bestiæ & suspiciebant dominū. Vbi aūt per inobedientiam, libertatem & dignitatē nostrā amisimus etiā⁹ principatus noster mutilatus est. Subiecta.n. homini aialia omnia fuisse, accipe ex scriptura, quę dicit: Adduxit deus bestias, & oia bruta ad Adam D ut uideret qd uocaret ea. Et cū uideret iuxta se bestias, non resiliit: sed tanquā dominus aliqs seruis subditis noia imposuit. Et omne qd uocauit Adā, inqt hoc nomen est illi Quod utiq; dominij signū. Et deus uolens p hoc docere ipsum substantiæ suę dignitatem, nominū impositionē illi p̄misit. Operę p̄reciū fuerit indicare, ab initio feras homini terribiles non fuisse. Est & aliud qddā non minus: sed & hoc argumēto manifestius. Et qd nam hoc? Colloquium serpētis cum muliere. Nā si terribiles fuissent hominib. bestię, mulier serpēte conspecto nō mansisset, neq; consiliū accepisset, neq; in tanto pauore illi loquuta fuisset: sed statim ad aspectū illi⁹ obstupefacta, profugisset. Verū colloqtur, nec metuit: nondum.n. erat timor ille: cæterum ubi peccatum intrauit, ablata est hęc potestas & dignitas. Et quemadmodū inter seruos fieri solet, ut probatiores: & honestiores conseruis terrori sint, alii aūt socios & seruos timeant: sic & de hoie factum est. Nā E quādiu salua illius in deum fiducia, terribilis erat & bestijs: ubi autē impegit, timere cœpit & conseruorū extremos. Quòd si q̄ dicimus non fers, demōstra tu mihi ubi terribiles fuerint homini bestiæ? sed nō poteris. Quòd aūt postea subiit timor, etiā hoc diuinæ misericordiæ maximū argumentū est. Nam si postquā homo mandatum p̄uaricatus est, integer illius mansisset honor & immobilis, haud facilè a lapsu destitisset. Quandoq̄dē cū obediētes & inobedientes pari dignitate fruuntur, malitiæ assuefiūt magis, quā statim ab ea desistūt. Cū. n. nūc sub tot terroribus, pœnis & supplicijs non emendantur: quales fuissent, si nihil passi graue pro suis delictis⁹ atq; ita principat⁹ nobis à deo ob magnā nostri curā ablatus. Tu aūt charissime,& ide misericordiā diei ineffabilem considera, qūo Adam totum mandatum subuerterit, & totā legem trāsgressus sit: misericors aūt deus bonitate sua nostra vincens delicta, non omnē honorem abstulerit, neq; toto deiecerit principatu: sed ea duntaxat a ialia à F nostra potestate alienauerit, quę noh multū ad huius uitæ utilitatē nobis conducunt q̄ uerò nostræ multū seruiūt,& utilia & necessaria, ea in seruitute & subiectione sua reliquerit. Dedit itaq; nobis boū armenta, ut aratrum trahamus, seramus terram sulcemus. Dedit & subiugalium multa genera, ut nos adiuuent ad utilia quęq; cōuehenda. Dedit ouium greges, ut haberemus q̄ ad uestiendū nos sufficerent. Dedit & alia animantium genera, unde multa nobis suppeditantur cōmoda. Nam puniēs hoiem ob inobediētiam suā, dicebat: In sudore faciei tuæ uescaris pāe tuo. Vt ne sudor & labor hic noster intolerabilis foret, sudoris molestias,& laboris onus alleuiauit iumentorū multitudine, q̄ unà nobiscū laborant,& molestias ferunt: idem faciens qd beni
Gen. 3.c gnus & prudens paterfamilias, qui flagellato seruo et curā quandam congruam, flagellis adhibet. Nā ut condemnauit peccatorem deus, leniorem et cō demnationem esse uoluit: qa ad laborem & sudorē adiudicato, subsidiaria fecit multa brutorū genera. Atq; ita, qd honorē nobis dedit,& abstulit: & bestiarū nobis metū immisit,& oia (si quis diligēter & cordatè inquirat) offendet plena sapientiæ, prouidentiæ & misericordiæ. Quocirca pro his oi bus gratias ei agam⁹, q tāta in nos beneficia collo-

Gcauit. Neq; n. graue aliquid et onerosum à nobis requirit: sed solum ut testemur et fateamur beneficia sua, et pro his gratias referamus: non quòd ipse his egeat qui sufficientissimus est, nullaq; re indiget: sed ut nos discamus authorē bonorum diligere, et nō ingrati simus, sed dignā tantis beneficijs et prouidentia uirtutē afferamus. Nā sic ipsum ad maiorē nostri solicitudinē prouocabimus. Oro igitur, ne desides simus, sed unusquisq; supputet apud se singulis horis, non solū cōmunia beneficia: sed et priuata in se collata: non ea tātum q̄ oēs fatentur, & q̄ oībus manifesta, sed & propria ac latentia. Hinc. n. ad continuam gratiarum actionē domino referendam incitabimur. Hoc maximum sacrificium, hęc perfecta oblatio est, hoc fiduciæ nostræ ad deum argumentum. Et qūo dico? Qui hæc continuo in mente sua uersat, & suā tenuitatem agnoscit, & eminentē diuinā misericordiā cogitat: quo res nostras gubernans & dispensans, non attēdat quid mereātur nostra peccata, sed ad suā bonitatem: is nimirū
H mentem humiliat, cor conterit, omnem fastū, & arrogantiā castigat: discit modestē agere, contemnere psentis uitæ gloriā, ridere uisibilia oia, cogitare futura uitę immortalis bona. Qui sic afficitur aio,
Psal. 50. uerum acceptu sacrificiū deo offert, sicut propheta dicit: Sacrificiū deo spiritus cūtribulatus, cor cōtritum & humiliatū deus non despiciet. Cordatos enim famulos non tam pœnæ & supplicia emēdāt, ut beneficia & agnoscere q̄d non iuxta delictorum merita pœnam luerint. Conteramus igitur pectus nostrum, humiliemus (obsecro) mentem, & maximè nunc cùm hoc ieiunij tempus multa nobis prębet subsidia. Nā si ita affecti fuerimus, poterimus & magna sobrietate preces facere, & confitentes peccata multum gratiarum supernè obtinere. Et ut sciatis tales animas deo placere, audi ipsum dicentem, Ad quem respiciam, nisi ad humilem & quietum, & trementum sermones meos? Idcirco & Christus dicit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris.
Esa. 66. a
Mat. 11. d
I Nam qui uerē seipsum humiliat, nunquam poterit ira commoueri, & proximo succensere: quia anima eius in sui consideratione occupata est & humilita. Anima autem quæ sic se habet, quid esse posset beatius? Quicunq; talis est, is in portu continuo sedet ab oi tempestate liber, & oblectatur in serenitate cogitationū. Et ideo Christus dicebat, Et inuenietis requiem aiabus uestris. Itaq; sicut q affectiones illas sopit, multa requie fruitur: ita deses & supinus, & q nequit seipsum, ut decet, moderari, ppetuò pturbationib⁹, & affectionib. obnoxi⁹ est: domi bellū habet, nemine psequente turbatur & grauem sustinet tempestatem. Et ppea fluctibus se eleuantibus, & exoriētibus malorū spirituū procellis, sæpe nauis illius ob imperitiā gubernatoris demersa, simul sūmergitur. Proinde decet nos cē sobrios & uigiles, & ppetuā indefinentemq; aiæ nostræ solicitudinem habere. Christiani. n. est aduersus cōcupiscentias carnis semper in acie stare, & leges domini nostri nobis datas, semp in auribus sonare, & his muniri, & illius longanimitate nō ubuti: & nō expectare, ut re ipsa iræ illius periculū faciamus, ut
Psa. 77. d ne & de nobis dicatur, Quādo occidebat eos, tūc inqrebāt eū. Charissimi, adiumēto nobis nunc est ieiunij tps, omnes ad confessionem peccatorum nostrorū festinemus, & ab omni qdem malitia ab K stineamus, exerceamus autem uirtutes oēs. Nā sic Psa. 36. a & beatus Dauid docet, dicens: Declina à malo, & fac bonū. Quòd si in hunc modū uitā nostram instituerimus, & abstinentiæ ciborum abstinentiā à malis adiūxerimus, poterimus & nos magna fiducia frui, & uberiorem à deo misericordiā assequi, & in psenbti uita, & i futuro illo die terribili, precib. & intercessionibus eorū, q deo maximè placuerūt: gratia & misericordia domini nostri Iesu xpi, cum quo patri simul & spiritui sancto sit glia, imperiū, honor nunc & semper, & in scla seculorum, Amen.

Homilia decima.

Vidnā sibi uult, quòd minor est hodie ueq ster conuentus, & infrequēs theatrum eorum qui ad nos confluūt? Fortasis aliqui eruberunt, post carnalē mensam ad spirituale hoc uenire conuiuium. Et hęc eius absentiæ causa. Sed audiāt sapientē quendam dicentem: Est cōfusio q̄ Eccl. 4. a inducit peccatū, & est confusio ad gloriam & gratiam. Non est confusione dignū, eum q corporalis L mensæ particeps fuit, quòd ueniat ad spūale cōuiuium. Non. n. ut humanę res, ita spirituales ad definita tpa destinctæ sunt. Sermoni spirituali omne diei tps idoneū fuerit. Et quid dico diei tps? Neq; si nox ingruat, spirituali doctrinę præiudicat. Propterea & Timotheo dicebat Paulus, scribens: Insta tē 2. Ti. 4. a pestiuē intēpestiue: arguē, increpa, obsecra. Et iterū Act. 20. b audi beatū Lucā, dicentē: Discessuus crastino Paulus à Troade, disserebat eis, & sermonē produxit usq; ad mediā noctem. Nunquid tps obfuit, dic q̄so? num ppea doctrinæ sermo impeditus? Sobrius auditor et pransus, spirituali conuentu dignus est. Itaq; sicut supinus & deses, etiamsi ieiunus permaneat, nihil inde utilitatis capiet. Et hæc dico, nō ut ieiunij rigorē soluā. Absit, nam multū laudo, proboq; ieiunantes: sed docuerim, sobrio quodā modo, nō cōsuetudine ad spūalia esse accedendū. Nō enim turpe fuerit, eū q cibū antea accepit, adesse spirituali sermōi: sed ignauo aio adesse, & ab affectionibus uexari, & carnis lasciuias nō cōprimere. M Num comedere malū? absit: sed gula dānosa est, & impleri plus quā satis, & disrumpere uētrem: id qd ipsam etiā, quæ ex cibo haberi potest, uoluptatē offendit. Itaq; nihil mali est uinū ad mensuram bibere, sed ebrium fieri, & intemperantia, rationis subuertere iudicium. Etenim dilecte, si ob corporis imbecillitatē non potes ieiunus diem producere, nullus qui sapit pp hoc te arguere poterit. Dominum enim habemus māsuetum & misericordē, & nihil supra uires nostras à nobis exigentem. Neq; n. ieiunium & abstinentiā simplr à nobis exigit: neq; hoc ipsum, ut ieiuni hucusque permaneamus: sed ut à secularibus opibus nos abdicantes, omne nostrū ocium in spiritualia collocemus. Quòd si sobria mente uitā nostrā instituerimus, & quicqd ocij datur, in spiritualia impenderimus: & cibos ita sumpserimus, ut tantū satiemur quantū usus exigit, & uitā omnē in bonis operibus dispēsemus, iam nullo opus fuerit ex ieiunijs adiumento. Sed quia negligens est humana natura, & deliciis gaudet, & relaxationes q̄rit: idcirco misericors pater & dominꝰ hanc ex ieiunio medicinā excogitauit, vt & delicata è medio tollantur, & secularū curā ad spiritualia opera transferamus. Si igitur sunt aliq̄ pentes,

A quos corporis uetat infirmitas ieiunios & impranSubmergitur: ita & homo quando crapulę & ebria D sos pmanere: eos laudo qd corporis infirmitatē curant, & spūali hac doctrina non solum non priuantur, sed & pransi plus exhibent studii. Sunt. n. sunt profectò uiæ, quib. fiduciæ ad deum ianuæ aperiri possunt multo maiores, q̄ ciborum abstinentia. Igitur q cibum accipit, & ieiunare non ualet, largiorē det eleemosynam, feruentior sit in pcib. maiorem habeat alacritatem in audiendis diuinis eloquiis, in quibus corporis infirmitas nihil obstare potest: inimicis recōcilietur, omne odium & uindictę cupiditatem ex aio effuget. Qui hæc fecerit, uerū ieiunabit ieiunium, qd à nobis exposcit dominus. Propter hæc. n. hanc à cibis abstinentiam fieri pcipit, ut refrēnantes carnis lasciuias, eam obedientē faciamus, & ad mādata dei implenda sequacem. Qd si ob infirmitatem corporis subsidium hoc, qd ieiuniū pstat nobis, adhibere nolumus, & desidię deditiores sumus, maxima nobis ipsis damna afferimus. Iam si ieiunium absentib. aliis pdictis operib.
B nihil nobis prodest, quāto magis si ēt ieiuni phar macum nobis deest? Proinde scientes hęc, oramus uos, q ieiunare ualetis, ut ipsi quantumcunq; possibile, bonam & laudatā hanc uestram intendatis & augeatis promptitudinem. Quanto. n. externus noster hō corrumpitur, tanto internus renouatur. Ieiunium corpus cōprimit, & lasciuias inordinatas refrēnat, aiam autem clariorem efficit, & sublimem & leuem facit. Fratres quoq; nostros, quotquot ob corporis ualetudinem ieiunare nequnt, exhortemini ne ppea spūalem hāc mensam relinquāt: & ad illos referte q̄ à nobis didicentis, docentes qd pransus nō indignus sit hoc auditorio, sed deses & dissoRo. 14. b. lutus. Et dicite eis aplicum hoc dictū: Et q manducat, domino māducat: & qui nō māducat, domino nō māducat. Igitur q ieiunat, gratias agat domino, q uires ei tribuit ad ferēdos ieiunii labores: Et qui māducat, iterū gratias agat deo, qa nihil ipm offen
C dere pōt, ne qua minus aiæ salutem agat: modò uelit. Neq; dici potest, quot nobis uias pararit misericors dominus, p quas, si uolumus, summā fiduciā asseq licet. Hæc pp absentes dixisse contenti simus, ut tollatur eis cofusionis occasio: & sciatur, qd nō oportet pp hoc confundi. Neq;. n. comedisse, confusionem nobis affert, sed malè egisse. Pctūm magna confusio est: si hoc admittimus, nō solū erubescere, sed & nos occultare, & miseros dicere, & reos, & ipsos q offenderunt: imò neq; tūc despōdere aium, sed ad confessionē & gratitudinem festinare debemus. Is. n. est dominus noster, ut nihil aliud reqrat, admisso pctō, si quando p ignauiam delinqmus, q̄ ut errata confiteamur, nec ultrà progrediamur, nec in eadem recidamus. Cæterùm quum cibo nostræ mensuræ congruo utimur, nō opus ut erubescam⁹. Nam dominus nos huic corpori cōiunctos esse uoluit, quod alioq consistere nequit, nisi cibo pascatur, tantū intempantia ne admittatur: id qd nobis ad sanitatem, & corporis bonam habitudinē pluri mum cōducit. An nō uidetis quotidie, & semptuosis mensis, & immodica ingluuie infinita morborū genera induci? Vnde podagræ? unde capitis dolores? unde corruptorum humorum abundantia? Vnde innumeri alii morbi? nōne ab intemperantia, & largiore uini ingurgitatione, q̄ oportet? Nam sicut nauis, q̄ aqs ita impletur, ut exhauriri neqat, statim

E

F

Mos enim hic est prophetarum omnium, de non

G factis ut de factis loq:qa mentalib. oculis uidebāt, q̄ post multorum annorum curricula erāt futura: & circo quasi nunc ob oculos posita spectarent, ita narrabant. Et quō manifestē hoc scias, audi beatum Dauid dicentē, & ante hæc ſta uaticinantē de cruce xpi, & clamantē: Foderunt manꝰ meas, & pedes meos. Et iterū: Diuiserunt uestimēta mea sibi. Vides quō post longum tps futura, quasi iam facta prædixit? Sic & beatus ille propheta iam insinuans nobis mulieris formationem, ænigmaticē & obscurē dicit, Et dominentur piscib. maris. Et progressus ultrā manifestius inqt: *Et fecit deus hoiem, ſcdm imaginem dei fecit illum, masculum & fœminā fecit illos.* Aiad uerte quanta usus est diligentia, semel atq; iterum idem dicens, ut in mentib. auditorem bene reponi possint q̄ dicuntur. Nā nisi hoc ei curæ fuisset, sufficiebat dicere, Et fecit deus hoiem: sed iterum apponit, Scdm imaginem dei fecit illum. Postq̄. n. nos docuit per præcedentia, quid sit scdm imaginem: denuo ea de causa hic eundem repetit sermonem, H & dicit: Scdm imaginem dei fecit eum. Et ut ne impudentem defensionis ptextum relinquat ecclesiæ dogmata impugnare uolentib. paululum progressus idem iterum docet, qd̄ ideo imaginis noie usus sit, quod imperaturus, & sub se creaturas oēs habiturus esset. Iam uideamus quid dicit: Et fecit deus hoiem: scdm imaginem dei fecit illum, masculum & fœminam fecit illos. Id quod suprà insinuauerat dicens, Et dominentur: hic manifestius dixit, idipsum autē reconditiori mō nos docens. Nōdum. n. de formatione docuerat, neq; dixerat, unde mulier producta. Masculum, inqt, & fœminam fecit illos. Vidisti quō, quod nondum factum, quasi iam factum narrauit? Tantum ualent oculi spūales. Neq; idem pstare possunt corporales illi oculi qui uisibilia cernunt, quantū oculi spiritus, q ea q̄ non uident nec; subsistunt, uidere possunt. Igitur ut dixit, Masculum & fœminā fecit illos: quasi utriq; benedictionē daret, dicit: Et benedixit illis deus, dicēs: Crescite, & multiplicamini, & implete terram: & dominemini illi, & impate piscibus maris. Ecce q̄ eminens benedictio. Nā hoc, Crescite & multiplicamini, & implete terrā: et de brutis aialib. & reptilib. dictum est. sed, Dominemini & imperate de uiro & muliere dictum. Vide misericordiam domini, Ante quam mulierem producat, participem illā facit imperii, & benedictiois honore dignatur. Et impate, ait, piscibus maris, & uolātilib. cœli, & oīb. pecoribus, & uniuersæ terræ: & oībus reptilibus q̄ repunt super terram. Vidisti nenarrabilem potestatem? Vidisti principatus magnitudinē? Vidisti condita oia sub huius potestatem redacta? Ne post hac parum de ratiōali hoc aiante imagineris, sed cogita honoris magnitudinem, et domini erga illud beneuolētiam, obstupescens illius insuetam et indicibilē misericordiam. Et *dixit deus: Ecce dedi uob is oēm herbam satiuā, afferentem semen, quod est super terrā: & oē lignū quod habet in seipso fructū seminis satiui: u obis erit in cibum, & omnib. feris terræ, & omnib. uolatilibus cœli, & omni reptili repenti super terrā, quod habet in seipso animam uitæ, & oēm herbam uiridē in cibū.* Et *factū est sic.* Vide obsecro charissime, uerborum diligētiam, et ineffabilem dei misericordiā, et ne qd dictorum simplr prætereas. Et dixit, inqt deus. Ecce dedi uobis oēm herbam satiuam: quasi ad duos sermo fit, quanuis nondum muliere producta. Deinde ut di K scas excellentem bonitatem, uide quō eminentem bonitatem, et miram liberalitatem non in uiro et muliere solum declarat, sed et in ipsis brutis. Nā ut dixit, Vobis erit in cibū: subdidit, Et oibus bestiis terræ. Vide iterum aliā abyssum misericordiæ, non solū brutis domesticis, et nostro usui seruientibus, uel pascendo, uel ministrando, sed et feris. Et quis pro dignitate attigerit immensam illam bonitatē? Vobis erit in cibum, inqt, & oibus bestiis terræ, & oībus uolatilibus cœli, & omni reptili repenti sup terram, q uod habet in semetipso aiam uitæ, & oēm herbam uiridē in cibū. Magna domini erga hoiem quem condidit, ostenditur cura. Nam quia ipsum produxit, & omne ei dominium creaturę tradidit: ut ne statim ab initio iumentorum multitudinem uidens, stomachari possit, quasi non sufficeret ad alenda tot & tanta aialia: priusquam de hoc cogitaret, bonus deus pueniēdo demulcet eum (ut ita dicam) & ostendit quod tam ipse q̄ iumenta & bruta oia, præcepto domini oēm copiam terra suppeditante sit habiturus. Nam postq̄ dixit, Erit uobis in L cibum: mox subiunxit, Et oibus bestiis terræ, & uolatilibus cœli, & omni reptili repenti sup terrā, qd̄ habet in semetipso aiam uitæ, & oēm herbam uiridem in cibum. Et factum est ita. Oia quęcunq; imperauit conditor, inqt, opere perfecta sunt, & oia in congruo ordine sunt constituta, ppea statim subdit: Et uidit deus oia quæcunq; fecit, & ecce bona ualde. Quis pro dignitate laudarit diuinæ scripturæ diligentiam? Ecce. n. & hic uerbo uno,) Et uidit deus oia quæcunq; fecit) linguam omnium cōtradicere conantium compescuit. Et uidit deus, inqt, quæcunq; fecit, & erant ualde bona. Et factum est uesperum, & factum est mane dies sextus. Quoniā de una quaque creatura dicebat: Et uidit deus quoniam bonum: nunc quando oia completa sunt, et diei sexti opera finem acceperunt: & qui creaturis omnibus fruiturus erat, productus est, inquit. Et ui M dit deus omnia quęcunq; fecit, & ecce ualde bona. I Considera quō creaturas omnes uerbo, oia simul complexus, omnes simul magna laude prosequutus est. Neq; enim, ut dixit, omnia, cōtentus fuit eo uerbo: sed subdidit, Quæcunq; fecit. Et neque hæc tantum dixit: sed, Et ecce bona, & ualde bona. Igitur cùm deus, qui res ex nihilo ut essent produxit, eas bonas & ualde bonas dicit: quis tam insanus, ut uel os aperire, & contradicere dei uerbis audeat? Quoniam. n. in uisibilib. non solum lumen condidit, sed & tenebras aduersas luci: & non solum diē, sed & noctem contrariam diei: & in seminibus quę ex terra nascuntur, non solum herbas utiles, sed & pernicioſas, & arbores non solum fructuosas, sed & infructuosas: & animalia non solum mansueta, sed & syluestria & truculenta: & in his quæ aquæ produxerunt, non solum pisces, sed & cete, & alias marinas beluas. Terra non solum habitabilis est, sed & inhabitabilis. Et non solum planities sunt & campi, sed etiam montes & colles. Et inter aues, non solum domesticæ et altiles, sed et feræ, nullúm que commodum per se afferentes, et mlui et uultures, et aliæ quædam. Præterea in his quæ terra profert, non sunt tantum mansueta et innoxia animalia: sed et serpentes et lacertæ et dracones et leones et pardi. Quin et in aere non solum pluuiæ

A pluuię & uenti utiles, sed et grādines et niues. Et si qs singula ptractare uellet, multa in unaquaq; creaturarum inueniet, q̄ non solum nō utilia, sed et no ciua existimētur. Et ideo ut nulli posthac liceat ob creaturas accusare conditorē, et dicere, Quare hoc et hoc: ad qd istud? hoc bene factū est, hoc non bene: sacra scriptura oēs ingratos, et loq tentantes cō pescitura, sexto die absolutis creaturis oībus, inqt: Et uidit deus oia quæcunq; fecit, et ecce ualde bona. Quid igitur, obsecro, par fuerit tā fidelib. testimonijs? cui iustius fides habenda, q̄ conditori, qui ipse calculum suum affert, et dicit. Omnia quęcunq; facta sunt, bona sunt, et ualde bona? Quocirca cū uideris aliquē, q̄ suis rationib. moueri, et obloq diuinæ scripturæ audet, eū quasi insanum auersare: imò ne auerseris, sed misertus ignorātię eiꝰ, cita aliquid ex diuina scriptura, & dic: Vidit deus oia quæ cunq; fecit, et dixit, Ecce ualde bona. Fortasis indomitā illius linguā cōtinere poteris. Nam si in humanis rebꝰ, cū uidemus aliquos q in dignitate habentur, factis illorū non obsistimus, & adstipulamur, B & illorū sniam proprio iudicio & operi pferimus? quāto magis in his uisibilib. q̄ ab otium opifice facta sunt hoc fieri oportet, pśertim cū ab ipsorū suā de his acceperimus sententiā? Promde sopiantur rationes nostræ, & nihil illi ultrà pferatur: idoneis autem & crebris argumentis pśuasum sit, quòd oia ratione quadā & misericordia ab eo producta sint, & in summa nihil temerè & absq; cā factum. Verū licèt nos, ob nōstræ rationis imbecillitatem, ignoremus factorum causam: ipse tamen iuxta suam sapientiam & potentissimā misericordiā omnia produxit. Et factum est, inquit ueſperum, & factum est mane, dies sextus. Fini diei sextę etiā finem forman di creaturas addidit, & propter hoc subdit & dicit. *Et perfecta sunt cœlum & terra, & omnis ornatus eorum.* Considera q̄ nihil sit superfluum, nihilq; non amabile in diuinis literis. Vt cōplexim elemētorum meminit, nō ultrà particulatim cōmemorat, sed ut dixit: Perfecta sunt cœlum & terra, inquit, & ois ornatus eorū. Quo significat, oia & quæ in cœlo, et quę in terra. Ornatus. n. terræ sunt ea quæ ab illa profe C runtur, ut herbarū germina, fructuū prouentus, arborum fructus, aliaq; oia quibus illam deus ornauit. Ornatus aūt cœli, sol, luna, stellarum uarietas, creaturæq; oēs intermediæ. Et idcirco sacra scriptura, cœlum terrāq; cōmemorans, omne dei opificiū per hęc elementa cōplectitur. Et perfecit, inqt, deus die sexto opera sua q̄ fecit. Considera quo semel & iterum idem dicit, ut discamus quòd intra sextum diem absoluta sunt oia. *Et perfecit*, inquit, *die sexto opera sua quæ fecit. Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis: quæ fecit.* Quid est, qd̄ dicit, Requieuit deꝰ die septimo ab operib. suis q̄ fecit? Vide quo humano more, et quadam attemperatione ad noſtram imbecillitatem diuina scriptura loqtur: alioqui nisi hac ratione usa fuisset, nō possibile erat ut aliquid dictorum suorum intelligeremus. Et requieuit, inquit, deus die septimo ab oībus operib. suis, q̄ fecit. Quasi diceret, Substitit, & cessauit à formandis producendisq; ex nihilo rebꝰ ut essent. Omnia quæcunq; oportebat, produxerat: & eū qui his fruiturus erat, formauerat. Et benedixit, inqt, deus diē septimum, & sanctificauit illum, qa in illo requieuit ab omnib. operibus suis,] cœperat deus facere. Nā postq̄ substitit opifex, et omnia quæcunq; uoluit, D secūdum misericordiam suā produxit in medium suo præcepto, tunc finem formandi fecit die sexto. Nihil. n. aliud die septimo producere uoluit, eo qd oia quæ facere uoluerat, iam pfecta erant. Et ut habeat et dies ille aliquod ad uerbum, & nomē suū, & ne uideatur minus aliqd habere, eo quòd nihil i eo factum sit, benedictione ipm dignatus est. Et benedixit, inqt, deus diem septimum, & sanctificauit illū. Quid igitur, nō erant & cæteri dies benedicti? Etiā profectò, sed sufficiebat illis pro omni benedictione, quòd in singulis illis creaturæ productæ fuerūt. Et ideo de illis non inqt, Et benedixit: in solo aūt septimo hoc dixit, & appositit: Et sanctificauit illū. Quid est, & sanctificauit illū? ab alijs illū se gregauit. Deinde docēs nos diuina scriptura cām, pp quā dixit, Et sanctificauit illū: adiicit, Eo quòd in illo requieuerat ab oībus operibus suis, q̄ cœperat deus facere. Iam hic ab initio doctrinā hāc nobis insinuat deus, eruditēs in circulo hebdomadis diē unū integrū segregādum, & reponendū in spiritualem operationē. Quippe ob hoc dominus com E pleto in sex diebꝰ opificio suo, septimū benedictione dignaꝰ est & sanctificauit, eo quòd in illo qeuerat ab oībus operib. suis q̄ facere cœperat. Verū hic iterum uideo immensum nobis sententiarum pelagus nasci, quod simplr prętерire nolim, quin & uos harum spiritualium mercū participes fieri cupio. Quæ igitur illa est, q̄ hic prospectat quęstio, diuina scriptura dicente, quòd deus requieuit ab operibꝰ suis? in euangelijs xps inquit, Pater meus usq; nunc *Ioan.5.c.* operatur, & ego operor, non uidētur tibi ex uerborum prolatione hæc dicta esse contraria: sed absit. Nihil cōtrarium in sacris scripturis cōtinetur. Nā hic qdē, cū scriptura dicit, Quod requieuit deꝰ ab operibꝰ suis: docet nos quod a formādo, & ex nihilo res ut essent producēdo, requeuerit die sexto: Xps autē dicēs, Pater meus usq; hodie opatur, & ego opor: continentem suam prouidentiam nobis declarat, & operationē uocat conseruationem factorum, q- bus largitur ut pmaneant, dum totū gubernat mūdum. Nisi. n. hoc esset, quomodo uniuersum subsisteret ac duraret, non gubernante & dirigente supF na manu, cùm uisibilia hæc oia, tum humanū hoc genus? Et si quis uoluerit prudenter & speciatim inspicere omnia, quæ quotidie in nostrum beneficiū ab omnium opifice perficiūtur, abyssum inueniet misericordiæ. Quis. n. sermo, q̄ mens ad indicibilē hanc bonitatem pertingere poterit, quam humano generi perpetuo ostendit: oriri faciens solē suū super malos & bonos, & pluens super iustos & iniu *Mat.5.g.* stos, oēmq; aliam copiam suppeditans? Fortè prolixius q̄ oportebat, sermonem produximus: uerùm hoc non absq; ratione: neq; temerè factum est: sed ut absentes ex uobis discant, quātum sibimetipsis damni fecerint, ob corporalem cibum semetipsos à spirituali cibo subducētes. Cęterum ne ualde cōtristentur, fraterna illos beneuolentia prosequamini, recensentes his quæ à nobis dicta sunt. Hoc. n. germanæ charitatis argumentum. Nam si inter magna charitatis iudicia habēt, q ita de sensibilib. edulijs hoc faciūt: multo magis qui in spiritualib. hoc agunt, magnum nostrum pconium celebrant, reditę ad nos quicqd id est utilitatis. Nam cuius studium est docere proximum, is non tantum illi be-

Genesacit, quantum sibiipsi magnā mercedem parat, dum duplicem percipit mercedē, retributionēq; à deo maiorem asseqtur. Deniq; is qui fratrem docere tentat, dum illi cōmemorat, & dicta secum repetit, & melius tenet. Igitur cogitantes tantū lucrū uestrū, ne inuideatis fratrib. uestris, sed à uobis discāt q̄ nunc a nobis dicūtur. Vt aūt pleni⁹ doceātur, dum cite illos ad nos psuadentes ipsis, quòd nihil obest spirituali mēsæ, si p̄cedat corporalis cibi sumptio: sed haberi debet omne tps spirituali sermoni idoneum. Hæc si rectè tenem⁹, poterimus & domi uersantes, & post cōuiuium acceptis in manus diuinis libris, utilitatem inde capere, & spiritualem cibum aiæ p̄bere. Nā sicut corpus idiget sensibili cibo, ita & aīa quotidiana spiritualium ciborū refocillatione: ut roborata aduersus carnis isultus & cōtinuū bellū, quo urgemur, resistere possit. Et piculū est, ne in seruitutem redigatur aīa, si uel parū desides esse uoluerim⁹. Proinde propheta Dauid beatū illū dixit: q̄ in lege domini meditatur die ac nocte. Et
Psal.1.a. beat⁹ Moses Iudaici ppli doctor dicit, Cū comederis & biberis, & satiatus fueris, memor esto domini
H *Deu.8.b* dei tui. Vide, quo & tunc potissimum cōgruit, post sumptum corporalē cibū, spuale conuiuiū proponi: ut nō post satietatem cibi corporalis, aīa torpere & deses fieri incipiens, pniciem aliquā sentiat, & locum det diaboli machinationib. q̄ nullo nō tpe obseruat num ferire cōmodè queat. Et iterum alio loco dicebat idem ille propheta, In lecto cubantes & exurgentes memētote domini dei uestri. Vidisti quòd nunq̄ uos deceat hanc memoriam ex aīa uestra excludere, sed continenter in conscientia habere, ac in perpetuo certamine uiuere nullasq; unquā admittere inducias: imò ut bene scientes, quantus sit furor inimici nostri erga nos, sobrios esse & uigilare, & oēs illius insidias ꝓdere, & nunq̄ spirituale negligere animoniam? Hęc nostra salus est, hæ spuales diuitiæ, hæc securitas, si sic nos ipsos quotidie munimus & p lectionem, & per auditum, & p spiri tuale uerbum. Poterimus. n. sic etiā ipsi inuicti fieri, & maligni dæmonis technas eludere cœlestiaq; regna assequi, gratia & misericordia domini nostri
I Iesu xp̄i, cū quo patri, simul & spirituisancto sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia undecima.

Cio quòd superiorib. dieb⁹ mentem uestrā grauiorib. sentētijs intenderim, & exercuerim, eā ob rem hodie animus est faciliorē proponere doctrinā. Nā sicut corpus ieiunio emaceratum nōnulla indiget refocillatione, ut uigescē ti alacritate ad ferendos ieiunij labores redeat: ita & anima uestra recreatione idiget & quiete. Neq;. n. semper intēdere, neq; semper remittere oportet: sed nunc hoc nunc illud faciendum, ad regendum aię statum, & domandam carnis petulantiam. Nam si cut semper intentum esse laborib⁹ dolorem affert, & succumbere facit: ita subinde remittere, ad ignauiā inducit. Id quod & in aīa & in corpore usū euenire, uidere qs pōt. Propterea modus ubiq; bonus est. Quod eruditens nos omniū deus, & p creaturas suas nostram harmoniā tēperauit. Discere hoc licet à die & nocte, hoc est a luce & tenebris. Quādoquidem diē segregauit in opus humanæ naturæ, & noctem in requiē & remissionē laborum: mensurasq;
& terminos utriusq; p̄fixit, unde nobis beneficia q̄- K
dam prouenirent. Nā & lux, diurnę opationis est tē pus, de quo Dauid dicentem: Egreditur homo ad *Ps.103.c.*
opus suum, & ad operationē suā usq; ad uesperā. Et bene, inquit. Vsq; ad uesperam: nā ingruente uespere lux abscedit, & succedentes tenebrę humanā naturā sopiunt. Et corpus quod laborauerat quiescere faciūt, ac sensus oēs remittunt: & quasi nutrix optima, sensorijs oibus quietē à laborib. fatigationi busq; cōcedūt. Cū uero mēsura noctis impleta fuerit, appropiās lucis aduentus excitat, & facit ut reui gescētes subtilioresq; facti sēsib. ad solis radios feruenti & iuuenili quadā p̄optitudine consueta aggrediātur opa. Illud ēt in anni uersionib. & partib. fieri cernim⁹. Hyemē. n. excipit uer, & exactæ æstati succedit autumnus: ut p uicissitudinē tēporum & mutati aeris, quiescētia corpora nostra neq; frigore nimium cōgelata corrūpantur, neq; caloris uehementia nimiū calefacta dissoluantur: & ut ad hoc nos p̄paret, hyemi p̄mittit autumnū, & æstati uer. Quod siqs prudēter hæc oia secū expenderit, inue niet in oibus creaturis ordinem & rationem quan L
dam, & nihil temerè & absq; ratiōe factum. Hoc & in seminib. q̄ ex terra nascuntur, qs uidere pōt. Neq; enim omnia eodē tpe tellus profert, neq; omne tps ad excolenda terræ germina idoneū est. Nouit agri cola congruum tps, quod à sapiētia à deo data habet, quando serendum, quādo plantādæ arbores, quando uites terræ sinib. cōcredendæ, quando ad fœnum acuendæ falces, quando decerpendi uinea rum fructus, & botri demendi, quando & oliuarū bacæ colligendæ. Et inuenies, si hęc oia diligēter uolueris inqrere, magna sapientia etiā agricolas eē p̄ditos. Iam nō solū in terra hoc uidere licet, sed ēt in mari. Ecce & hic aliam admirabilem sapientiam spectare potes. Scit. n. nauclerus, quando à littore soluenda sit nauis, quādo transeūda maria. Et maximè in nautis deprehenditur intellectus, quem di uina sapientia humanæ naturæ indidit. Neq;. n. q p uias publicas currunt, ita diuerticula sciunt, ut hi qui in aquis certum iter faciunt. Propter hoc & scriptura obstupescēs eminentē sapientiam dei, dicit: *Sap.14.d.* Qui dedit in mari uiā, & i aqs magnis semitā. Quæ M humana ratio pōt hęc pnoscere? Eandem rationē inueniet quisq; etiam in cibis, quos accipimus: nā singulis tpibus & anni partib⁹ uaria & diuersa nobis alimēta domin⁹ largitur. Terra. n. quasi optima nutrix dona sua nobis profert, p̄cepto dominico seruiens. Verū ne prolixius sermonē extendam, licebit intelligentib. per se recēsere alia omnia. Da. n. in *Prou.9.b*
quit, sapienti occasionem, & sapientior erit. Neq; in nostris dūtaxat cibis hoc uidetur, sed & i his q̄ brutorū sunt. Et potestis, si uultis, ēt in multis alijs inq rere, & addiscere optimi artificis dei indicibilem sapientiam & eminentē bonitatem, qūo creaturę singulę ratione quadam conditæ sunt. Sil⁹ igitur & in hac sacra quadragesima constitutum nobis inueniemus. Nā quēadmodum in uijs publicis sunt stationes & diuerticula, in qbus fessi uiatores & respirāt & quiescūt, ut alacri⁹ postea iter suū cōficiant: & sicut in mari littora sunt, & portus, ut in eos se recipiāt nauigātes, et expectent donec uentorū impetus cōqescāt: & sic iterū nauigare incipiāt: Ita et nūc his, q̄ in hac quadragesima ieiunij cursum susceperunt, q̄si statiōes et diuerticula, et littora et port⁹, p duos

hebdomadæ

A hebdomadę dies domin⁹ qetē largit⁹ est, ut & corpori aliquātulū ieiunij labores remittātur, & aīam refocillent ieiunantes, & exactis duob. illis dieb. in pulchrē cœpto itinere alacriter pgāt. Age igitur, qa hodie remissionis dies est, obsecramus uestrā charitatem, ut magna diligentia lucrum ex ieiunio colle ctum custodiatis: & sumpta parump respiratione, mox iterū priora nouis incremētis prouehite, & sic paulatim ad maiorē negociationē instructi, in dominicū diē occurrite, & spualem uestrā nauim in portū sanctę festiuitatis adducite. Na sic oia q̄ à domino sunt facta, sicut & sermo testabatur, & res ipsa indicat, rōe & sapientia quadā facta sunt, suū cōgruum op⁹ pficientia: ita & q̄ à nobis fiūt, decet ne absq; causa & frustra fiant, sed in utilitatē & lucrū nostrę salutis. Quique quū secularib. negociis dedi ti, adduci neq̄unt ut rē aliquā incipiāt, nisi pri⁹ aliq̄d lucri suboleat: multo magis iustum est, ut nos
B hoc faciamus. Et ne ita simpl⁹ ieiuniorū hebdomadę ptereant, scrutemur suā qque cōscientiā, & rōnē examinem⁹, & cōsideremus qdnā in hac hebdomada probè actum sit, qd in alia, & q̄le augmētum fecerimus ad seq̄ntem, quas in nobis affectiones correxerimus. Qd si non uitam nostrā instituerimus, magnam aiæ nostræ curam habentes, nihil nobis usū erit ieiunium, uel inedia, quā toleram⁹, p̄sertim si compti fuerim⁹ inferiores his, q tantum studium colligendis opib. impendunt. Nullum. n. horum in uenies, q uel nō summa uigilātia laboret, quò prio rib. quotidie aliqd adiiciat, uel nūquā satietur: sed quanto facultatum maior est accessio, tanto & curam & studium suum amplius intendit. Qd si ubi studium est inutile, & diuitiæ nonnunq̄ magnā salutis aię iacturam faciunt, tanta uigilantia res agū tur: & p̄ter hęc magna illic est formido, & istabilis opum possessio: non solū qd imminente morte, ipsæ hic manentes, nullā eis q illas collegere, utilitatē conferunt: sed qd manentib. hic illis, magna seueri tate cogentur de ipsis alibi rōnem reddere: quāuis
C sępe & ante mortē post multos labores, & sudores, & ærumnas, quasi procella quadā ingruente negociorū difficultate, repētè q plurimas possidebat diuitias, pauprimis factus est pauperior: qualia singu lis dieb. uidere cōtingit. Atq in spuali negociatiōe nihil tale formidatū est unquā: stabilis. n. & imota manet. Talib. n. bonis & hic multum egem⁹, & alibi adiuuamur plurimū. Igitur dum tps habem⁹ ob secro, uel saltē id studii impendam⁹ spuālib. merci bus conqrendis, qd alii⁹ in pituras collocāt. Nec ab hac solicitudine cessem⁹, si rectè qd actū fuerit: uel si aliquam affectionum nostrarum magna uigilan tia expugnauerim⁹, ut cōscientię digna certitudine habita, multiplicis uoluptatis fructū pcipiam⁹. Neque. n. hoc solum q̄ritur, ut huc quotidie conuenia mus, & de illis continuò audiam⁹, & totā quadrage simam ieiunem⁹. Quandoqdem si nihil ex hac congregatiōe, & admonitiōe, & ieiunii tpe lucraturi es semus: tunc non solum nihil utilitatis afferrēt hęc, sed & maioris condemnatiouis occasio fierent: si qdē in tanta diligentia iidem pmanem⁹, & neq; iracundus fit mitis, neq; indignabundus, mansuetus: neq; inuidens, amicus: neq; insania in diuitias correptus desistit ab affectionib. & eleemosynis dispertiendis & alendis paupib. uacat: neq; intempans, castus: neq; nanę glię studiosus illā cōtemnere, & ue-

ram gl'iam desiderare discit, neq; charitatis in pro- D
ximū negligens, seipsum admonens, cognoscit nō *Matth.5.*
solū qd minor sit publicanis (nam si diligitis eos q uos diligunt, inqt, qd ampli⁹ facitis? nōne & publicani hoc faciunt?) sed & ut seipsum doceat & inimicos humaniter aspicere, & magna charitate fouere. Qd si affectionib. illis, & aliis q̄ in nobis subnascūtur mala, supiores nō fuerim⁹, licēt quotidie hic cō ueniam⁹, & continuò doceamur, & tantū à ieiunio adminiculū nobis datum sit, qualis erit uenia? qualis defensio? Dic mihi obsecro, si puerū tuū quotidie uideas in ludum ire, & nihil lucri faciente multo tpe, patientèrne ferres? Nōne & puerum uerbera res, & magistrum argueres: & deinde discēs qd magister oē suum officium fecisset, & planè intermisisset nihil, pueri aūt ignauia causa sit oīm: nōne indignationē oēm in puerum trāsferres nō iā accusans magistrū? Idipsum & hic iustè fieret. Nos n. qa gratia diuina huic loco destinati sumus, quasi spuales filios in hasce scholas uos quotidie uocam⁹, saluta
E rē uobis doctrinā proponentes: & non quas ex no strā mēte excogitauim⁹, sed eas q̄ à domino p diuinas scripturas nobis donatę sunt, doctrinas in medium afferim⁹, illasq; uobis inculcam⁹. Si ergo cùm nos uigilāter oēm adhibem⁹ diligētiā, & quotidie in uiā ueritatis ducim⁹, uos in iisdē pfecturis opinionib. cogitate quāt⁹ & noster sit dolor, & uestra cōdemnatio, ne qd dicā acerbi⁹. Quoniā nos nihil ptermittim⁹, qd ad uestrā ptineat ædificationē, sed uestrę salutis curā gerim⁹: & ideo nō possum⁹ non grauiter ferre uestrā ignauiā. Quia & doctor cū uidet discipulum, nullū studio suo fructum facere, nō uulgariter dolet & gemit, uidens se oēm laborē pdere. Hęc nunc dico, nō ut charitatem uestrā contristē, sed ut excitem & instruā, non simpl⁹ ieiuniis corpus castigare, neq; temerè & inuanum dies qua dragesimę sanctę transmittere. Et qd dico dies qua dragesimę sanctæ transmittere, cùm prorsus nullā nos diem unquā trāsigere oporteat, si possibile est p oēm uitam nostrā, in qua nō lucrū aliqd spuale in nobis reponam⁹, uel p p̄ces, uel per confessionē, F
uel p eleemosynas, uel aliqua alia spualia bona opera? Nā si Paul⁹ tantus & talis, q arcana illa uerba audiuit, q̄ usque in hodiernū diē null⁹ cognouit, *1.C.15.d.*
clamabat dicens, Quotidie morior p uestrā gl'iationem: & docens nos, qd sic seipsum pro pietate piculis exposuit, qd quotidie morti uicin⁹ esset: & quod natura non fert (uni. n. morti obnoxii sumus oēs) hoc ipse ptinaci suo instituto agebat, tametsi deus illum quotidie in aliorum salutē cōseruaret. Proin de si ille q tot præclaris operib. excelsus est, & quasi angel⁹ sup terram apparebat, quotidie studebat lucrifacere, & pro ueritate stare acie cōtra picula, & sibi colligere spuales merces, & semper progredi: qualem habebimus nos defensionem, q nō solum bonis operibus oibus destituti sumus, sed & malis grauati, quorum unum duntaxat in ipsum pditionis profundum detrudere nos sufficeret: nullumq; p̄terea studium nobis est, ut uel saltem hæc emendemus? Et quū idem sępe nō uno flagitio, sed pluribus est obnoxius: nępe & iracund⁹ est, & intemperans, & auarus, & inuidus, & ferox: & neq; hęc corrigere, neq; uirtutis opera attingere uult, qualis postea erit salutis spes? Hæc dico, & dicere non desinam, ut auditores suum quique remedium acci

G piāt ex nostris dictis,& studeant, ut statim ab affectionib.mentē turbātib.liberētur,cōualescentesq; uirtutū studiis posthac se accōmodent. Sicut et in his fieri solet q corpali morbo laborāt:quāuis sexcenties medicꝰ remedia afferat,& ualetudinariꝰ medicinę curā respuat,& sępe succenseat,si medicꝰ imponat pharmacum,& ipatiēs doloris illud reiiciat, nulla inde utilitate suscepta: nemo prudens medicū arguerit q suū egit officiū. Eodē mō & hic nos medicamētū ex spūali doctrina cōfectū iponimꝰ. Vestrū aūt posthac fuerit ferre dolores, & curā cū utilitate admittere,ut a morbo liberati,ad uerā regrediamini sanitatē.Sic.n.& ipsi magnam pcipietis utilitatē,& nos mirū in modū refocillabimur,si uiderimꝰ eos q priꝰ laborabāt,statim bona frui ualetudine.Obsecro igitur oēs uos,ut unusquisq;, si nō antea,uel certe iā opam det, ut uitiū qđ affectiōes suas magis interturbat,ex aia exsecet, & pia cogitatione, quasi spūali quodā gladio utens,seipsum ab affectionib.liberet.Dedit.n.nobis deus rōnē q̄ sufH ficiat,& posit, si uelimꝰ parū respicere,ad eōman da oia q̄ in nobis nascuntur uitia. Propterea ēt sanctorum oium uitas & cōuersationē in diuinis scripturis pscriptā spūs sancti gratia reliqt,ut discētes, quòd licēt eiusdē fuerit naturę,uirtutib.tamē studuerunt, ne simꝰ nos ignaui & desides in iis exercēdis.An nō naturę nostrę fuit & beatus Paulus?Flagro amore huiꝰ uiri,& ppea continuò uersatur ipse in ore meo: & quasi in archetypum aliqđ exēplar, ita in illius aiam respiciens,obstupesco in hoc uiro mirā affectionū suppediationē, fortitudinis excellentiam,amoris in deū feruorem: & arbitror quod unus hō oēs uirtutes cōgregarit, & perfecerit:uerū nos ne unū qdem bonum opꝰ, uel mediocre facere uolumus. Quid igitur nos eripiet à supplicio ineuitabili? Nā cū eiusdem ille nobiscum fuerit naturæ, & iisdē obnoxiꝰ affectionib.& in tāta temporū difficultate quotidie,ut ita dicam,trahebatur,lacerabatur,& publicè rapiebatur ab his q̄ pdicationem oppugnabant, q & sępe ipm mortuū existimabāt, & quasi destinatā aio cędem ppetrassent,ipsum relinqbant.Inuenitúrne aliqs nostrū, q sic desides sumus,& tot peccatis impliciti,tantā uirtutū magnitudinē pse ferre? Verùm quāta beatꝰ ille pclara opa fecit, & fortitudinē quā pro religionis pdicatione quotidie declaranit,nō a nostra audite lingua, sed ipsummet audite dicentē: Quādo.n.in eā deuenit necessitatē, ut pp pseudaplorum iposturas res suas enarrare cogeretur,tā graue & molestū ipsi erat, ut excusaret, & nunquā in medium ea afferre uellet: sed & seipsum audebat uocare blasphemū, & perse
1.Ti.1.c. quutorem.Quia aūt magnū qd erat ita ab iposlori bus uitupari,& in os pcuti,& discipulos iterim pusillaies fieri:sic ferè cœpit post multa alia dicere:In quo autē siqs audet,p insipientiā loquor,audeo &
2.Co.11.c ego.Cōsidera piā aiam nō solum audet,sed & insipientiā rem eā uocat: docēs & nos ne unquā citra necessitatem,& nullo urgente, q̄ à nobis facta sunt euulgemꝰ,si qdem aliq ex nobis sunt q bonū aliqđ sunt opati In quo aūt si qs, inqt,audet, p insipientiā loquor,audeo & ego:hoc est,quoniā ego multā uideo necessitatē,audere uolo, & insipientiæ opus declarabo.Hebręi sūt,sum & ego:Israelitę sūt, sum & ego:semē Abrahę sunt,sum & ego De hoc, inqt, subtilimè sapiūt & gliantur: ne putent ea nobis de- K esse,ēt nos eorūdem participes sumꝰ.Deinde subiecit:Ministri xpi sunt, delirans loquor, excellentius sum ego.Vide hic q̄so beatę huiꝰ aiæ uirtutē. Nam postq̄ se audacem esse & insipientiā dixit qđ à se factū,quanuis in tāta esset necessitate cōstitutꝰ, neq; sic tamen dictis cōtentus fuit:sed quū demonstraturus esset qđ illos pcelleret ipse magno interuallo ut ne qs eum putet obphilautiā et suipsius amorē hęc dicere, iterū delirium uocat qđ à se dicebatur: quasi diceret, Bene scio qđ rē facio q̄ supra multos sit,& q̄ neq; me deceat.sed me cōpellit magna necessitas,ideo ignoscite mihi insipientiæ uerba loqnti. Huiꝰ si uel umbrā imitaremur nos, q tātis pmimur peccatis,& sępe si parū qddā rectē facimꝰ,neq; ipm in prōptuario mētis nostrę repositū manere patimur,sed ut gliolā aliquā ab hoib.uenemur,i uulgamus,& ob intēpestiuā nugacitatē diuina retributiōe nosmetipsos fraudamꝰ.At nihil tale beato Paulo accidebat.Sed qđ?Ministri xpi sunt:delirās,inqt loquor excellētius sum ego. Dein adducit i mediū ea qb.pseudoapostoli planè carebāt.Neq;.n.ea habebāt hi q ueritatē impugnabāt, & pdicationi religionis obsistebāt:& pp hoc oia faciebāt, ut mētes simpliciorū subuertere possent. Igitur ut dixit,Excelleti sum ego: enumerat postea fortitudinis suæ pclara opa,& inqt:In laboribꝰ copiosiꝰ, i uerberibꝰ supra modū,in mortib. frequēter.Quid dicis? Est hoc rarū & admirabile,qđ à te dicitur? Estne posL sibile,ut qs sępe moriatur?Etiā,inqt,quāuis nō mortis experiētia,attamen moriēdi propositō: docens nos,qđ subide se illis exposuerit mortiferis piculis ob pdicationē, sed dei gratia i mediis piculis athletā seruarit,quò discipulis magis prodesset.In morti 2.Co.11.f bꝰ,inqt,frequēter:à Iudęis q̄nqes quadraginta una minꝰ accepi, ter uirgis cęsus fui, semel fui lapidatꝰ, ter naufragiū feci,noctē ac diē in profundo egi, in itinerib.sępe,i piculis fluminū,piculis latronū,piculis ex genere, piculis ex gētib piculis ex falsis fratribus,piculis in bellis,piculis in solitudine, piculis in mari.Ne simplr pretereamus dicta hæc dilecti:nā quodlibet horū p se pelagꝰ aliqd tētationū secū fert.Non.n.simplr iter unū dixit:sed,in itineri M bus sępe:neq; unū periculum in fluuiis, sed multa & uaria:& oia tulit magna quadā cōstātia. Et post hęc oia iterum, inqt:In labore & molestia,in uigiliis sępe,in fame & siti,in frigore & nuditate,absq; his q̄ extrinsecus accidunt. Vide iterū aliud pelagꝰ tentationum nobis apiri,Vt.n.dixit,Absq; his q̄ extrinsecus accidūt,insinuauit prætermissa plura esse uerisimꝰ, quàm q̄ dicta sunt. Et neq; hic contentus, pterea alia nos docet, pssuras &curarum uortices, quas tolerauit, sic dicens:Incumbēs mihi quotidiana cura oium ecclarum. Ecce & hoc bonum opus uel unicū sufficiens est ut summꝰ ipsi uirtutū apex tribuatur,cura oium ecclarum,non paruæ unius, uel duarum,uel trium, sed oium q̄ in toto orbe: & quantam terram sol radiis suis illustrat, tantam curam et solicitudinem habuit Paulus.Vidisti latitudinem aiæ?uidisti mentis magnitudinem?iam quod subsequtur,oia superiora obscurat.Quis.n.infirmatur,inqt,et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror?Papę,quantus in filios amor et indulgentia?quāta uigilantia?quanta cura? Quę mater hic luget uiscera filii febrietis, et in lecto decumbentis,ut beatꝰ ille pro quouis ifirmo, quocunq; il-

A le loco ē,imo ifirmatur, & pro scādalizatis uriturꝰ. Considera q̄so uerborum latentē uim & emphasin.Nō dixit, Quis scandalizatur, & ego non cōtristorꝰ?sed uror,inqt,itensum nobis dolorē declarās: quasi demōstraret, quòd intrinsecꝰ accēderetur & ureretur pro his q offendebātur. Scio quòd in magnam prolixitatē extendi doctrinā, quāuis statueram hodie breuior esse, ut paululū à ieiunij labore posītis respirare:sed nescio quo, ut in diuitias bonorum operū huiꝰ sancti incidi, linguā mihi quasi rapidi fluminis uis rapuit, & ppea hucusque sermo profluxit.Oro charitatē uestrā, ut continuè illū in mēte circunferatis:& subinde cogitetis,quòd eadē nobiscum natura cōicat, iisdem affectionib.obnoxius, opifex uilis & cōtēptibilis, pelliū sutor,& in officinis frequens:qa uoluit & decreuit uirtutū studio se mācipare,& idoneū se constituere receptacu lū spiritus sancti, largiꝰ quoq; supna liberalitate potitus est.Et nos itē,si uoluerimꝰ qđ nostrum est fa-
1.Timo.2 cere,nihil prohibebit eadē nos bona conseq.Libe-
b. ralis.n.dominus,& uult oēs hoies saluos fieri,& ad
B agnitionem ueritatis uenire. Idoneos igitur nosipsos exhibeamꝰ,& feruēti alacritate uirtutē uel nūc saltem apphendamꝰ, & affectiones nostras corrigētes,efficiamꝰ ut spiritus sancti accōmoda simus habitacula. Qđ ut mereamur,cōcedat graria et misericordia domini nostri Iesu xpi, cui cū patre simul & spiritu sācto sit gloria,iperium & honor, et nūc, et semper,et in sęcula sęculorum,Amen.

Homilia.xij.

Ge promissum nostrum hodie ipleamꝰ: et
a cōsuetā doctrinā tractantes,dicenda nunc his,q̄ suprà dicta sunt,cōtexamus.Scitis.n. quòd semel atq; iterum hoc facere decreuerimꝰ, et ad hoc properauerimus, sed linguam nostram cura fratrum,quā gerimus, i illorum admonitionem aliò rapuit. Quandoqdē interdum ifirmis fratrib. qbꝰ sumpto cibo corporali,seqstrare se ab hoc spirituali conuentu,et mutilare nobis sanctæ festiuitatis gaudia mos fuit:suasimꝰ cōsulendo et exhortando,ne ab ouili xpi absint,et extra caulā hāc spiritualem aberrent:noīe qdem et appellatione nobis uniti,re uera autem Iudæos sectantes,q orto sole iustitię adhuc umbrę assidēt,lucernæq; addicti sunt.Interdum obsecrauimꝰ etiā eos q adsunt, et parum adhuc de sacris instructi, ut in spirituali uocatione currant, excussoq; ignauiæ somno,feruēti de fiderio,et intenta alacritate paratos se ad susciC pienda regia munera pstent,et properent ad eum qui remissionem donat pctōrū & liberalr innumera bona suppeditat.Itaq; cū uulnerib. prout reqrebat necessitas medicamēta iposuerimus, & nobis cōgruā curā ipenderimꝰ:partim arguētes illos q de paschali festo malè sentientes labuntur, & obseruatiuncula quadā multum se incōmodāt:partim admonētes alioq rudes,idoctos, & tepidos:nūc āt, q à morbis q urgebāt,discedimus,utpote nostro ipleto officio reliquū fuerit ut oibus uobis spirituale paretur cōmodium.Nā sicut iure qs nos reprehendisset, nt tpis opportunitatem & rationem negligentes,si priusq̄ fratrum nostrorum curā habuissemus, infirmitate ipsorum cōtempta,cœptā materiā sectati essemus:ita nūc,qa nihil ptermissum est, quātum nostrę uires sinūt,uerbū doctrinę adhibuimus, pecuniā dinumerauimꝰ,semina terrę spūali cōmendaui- D mus:cōsentaneū est, ut iterū in mediū afferātur, q̄ ex beato Mose sunt lecta, quo fructu ide collecto, domū proficisci liceat. Et q nona hęc: Audiamus. *Iste est liber,* inqt, *Geneseos cœli & terræ, quādo facta sūt quo diæ fecit deus cœlū & terrā, & omne uirgultum agri, antequā oriretur super terrā:oēmq; herbā agri, priusquā oriretur.* Nō.n. *pluerat deus super terram & homo nō erat qui coleret eam.Fons aūt ascēdebat de terra, & irrigabat uniuersam faciē terræ.* Consídera obsecro, beati huiꝰ prophetæ admirabilem sapientiā, imo sancti spūs doctrinā.Nam postq̄ nobis p partes enarrauit creaturas oēs,& sex dierum ptractauit opera,& formationem hois,potestatemq; uisibilium oium illi cōcessam: nunc iterum summatim oia recapitulans, inqt:Iste est liber generationis cœli & terræ,quando facta sunt. Operæpretiū hic fuerit inqrere,quare scriptura librum hunc uocauerit cœli & terræ, quāuis multa alia in se contineat, & doceat nos de plurib.alijs,nempe de iustorum uirtutib.& de misericordia dei,& indulgentia, quam erga protoplastum, & omne humanū genꝰ declarauit: & de alijs E multis,q̄ huius tpis non fuerit declarare. Ne mireris dilecte,mos.n.hic est sacrę scripturę,ut non ubique oia particulatim enarret: sed cùm generalissima,& ea q̄ plurima cōplectuntur,dicere cœperit,relinquat sequentia studiosis aurib.cōsideranda. Et ut discas, quòd ita sit,manifestū faciā ex his q̄ nūc sunt lecta.Ecce.n.in superiorib.cum nos docuit diuina scriptura particulatim formationē oium:nūc non oium meminit,sed inquit:Iste est liber generationis cœli & terrę, quādo facta sunt,die quo fecit deus cœlum & terram, & cætera. Vide quo totum sermonem ad cœlum & terrā conuertit,in illis alia oia nobis cōtuenda relinquēs. Cùm ergo dicit,cœlum & terram:oēs creaturas simul cōprehendit,tā eas q̄ in cœlo, q̄ q̄ in terra. Sicut igitur in enarratione creaturarum non oia quæ sequuntur dicit, sed maximè generalia tātum commemorat, & nō adhuc sigillatim enarrat,ita & librum totum:libellū generationis cœli & terræ appellauit, nostræ memoriæ qđ reliquum est coniectandum relinquēs, contineri in hoc lib.de uisibilibꝰ, tam his q̄ in cœF lo,q̄ q̄ in terra.Et oē uirgultum agri, antequā fieret sup terram, & oēm herbam agri antequā oriretur. Non.n. pluerat deus super terram, neq; homo erat qui coleret illam:sed fons ascendebat è terra,& irrigabat uniuersam faciem terræ. Grandis thesaurus in pauculis uerbis illis recōditus est. Vnde magna prudentia,q̄ dicūtur,iuuāte nos dei gratia,cōgruit explicare, & facere uos spūalium harum diuitiarū copię participes.Spūs.n.sanctus futurorrū pscius, ut nulli posthac contendere,& ecclasticis dogmatibus,ex propriis sensibus aduersa,diuinis scripturis immiscere: liceat ēt nunc denuo,postq̄ creaturarū ordinem docuit: qđ hoc qdem primū,istud autem secundo productum:& qđ semina suia tellus uerbo mandatoq; domini ministrans ędidit,& producendi uim accepit:cùm neq; solis cooperatione egeret, qui nondum erat,neq; pluuiarum,neq; hymbrium neq; hominis cultura:nam & ille nondū in mediū prodierat.Ideo iterū repetit particulatim oia, ut in domitę impudenter blatterantium linguę compescantur.Quid autem inqt? Die quo fecit cœlum & terram, & omne uirgultum agri priusquā fieret super terram, omnemq; herbam agri, priusquā orire-

Gtur.Nō.n.pluerat de⁹ sup terrā, nec erat homo q colleret illam.Fons autē ascendebat è terra,et rigabat uniuersam faciem terræ.Hoc uult dicere, quòd sermone et pcepto illius q̄ prius nō erāt,ut essent prouenerunt,et q̄ non erant,subitò cōparuerunt. Herba est,q̄ ex terra prouenit:hic autem herbā dicens, semina oia uocat. Et de pluuijs docens nos iterum scriptura subdit,Nō.n.pluerat de⁹ sup terram : hoc est,nondum pluuiæ desup ferebantur. Deniq; ostēdit,quòd neq; hois opatione habuit opus (non.n. erat hō q̄ oparetur terram) quasi clamans et dicēs posteris oibus: Audite hęc et discite qūo ab initio oēs terræ prouentus sint productī, et ne terram colentium diligentiæ oia tribuite,neq; eis hāc germinandi uim adscribite:sed mādato et pcepto, quòd à conditore suo audijt.Hæc autem oia fiūt,ut sciamus terram ad edenda semina sua aliorum elemētorum coopatione nō egere,sed cōditoris mandato cōtentam esse.Est & hoc minimè uulgare & admirandum, quòd is q̄ nunc terram uerbo ad tot semina producenda fœcundā faciens, declarauit po
H tentiam suā, q̄ humanę rōnis captum transcendit, hanc tam grauem & tantum ferentem ornatū sup aquas fundauit,sicut & propheta dixit: Qui fundauit terrā sup aquas. Quę humana rō cōprehendere
Psal.23.a hoc pōt?Nam cū hoies domus ædificant, & fundamenta iacere uolunt,prius fodiunt : & ubi ad profunda puenerint, si uel paruum humorē uiderint, oia faciunt,ut oēm ipm exhauriāt,& sic fundamēta locent . Propterea opifex oīum oia secus q̄ hoies facit,ut ex hoc discas ineffabilem potentiā. Et quā docunq; uoluerit,elementa hæc planè contrarium q̄ solent effectum iuxta conditoris pceptum ostendunt.Et ut id qd dicitur dilucidius nobis fiat, iam de hoc aliqd differamus,postea ad aliud transituri.Hoc.n.contra aquarum naturā est, ferre corpus tam graue:& iterum contra naturam terræ, sedem suam in tali fundamento habere . Et qd miraris?In quacunq; creatura scrutari uolueris,inuenies īmensam opificis potentiam, & quòd sua uoluntate gubernat oia.Videre.n.hoc licet in igne,cui assumpti
I ua natura est:oia.n.domat, materiam lignorum,lapidum,corporum, & ferri,idq; magna facilitate : at postq̄ imperauit dominus, corpora tenera & corruptibilia nō tetigit, sed illęsos pueros seruauit in me
Dan.3.c. dio camino . Et ne miremini quòd corpora illorū
& seq. nō tetigit, sed irrationale elemētū tā cōposito ordine fuit,ut null⁹ dicere q̄at:nā nec capillis illorū nocebat,sed circūibat illos, & uim suā ītra se claudebat:ignis aūt essentia tanq̄ obedientiā exhibens,& domini mādato seruiēs, illęsos & itactos seruabat admirabiles illos pueros,q̄ quasi in prato & horto ambulantes, tanta fortitudine in camino uersabātur.Et neqs putaret uisibilē hūc ignē opatione carere,idcirco misericos de⁹illius efficaciā & opationem nō īpediuit:sed uim illam urendi illæsam seruauit,& seruos suos illo supiores fecit q̄ ut illius nocumento lęderentur. Cæterùm ut scirent q̄ pueros iniecerant,quanta esset oīum dei potentia, in illos ignis suam opationem exercuit Et illis qdem q̄ ītra caminum erant,& circa quos stabat, pepcit:eos autem q̄ foris erāt, exusit & absumpsit. Vidisti quòd quando dominus uult, elementa oia in cōtrariam mutat opationē? Conditor.n.est & domin⁹, & pro sua uoluntate oia dispensat . Vultis & in aqs idipm uidere factum? Nam sicut ignis hic his q̄ intus erāt K
nihil nocebat , sed illis parcebat,oblitus suæ opationis,in eos autē q̄ foris erant,sæuiebat more suo: sic & aquas uidebimus alios quidem submergere, alijs aūt cedere & uiā dare,ita ut absq; dāno trāseāt. Mementote hic Pharaonis & Aegyptiorū, & ex alia parte populi Hebręorum,qūo hi ad mandatū domini,magno Mose duce,p mare rubrum, quasi per aridam transierunt . Aegyptij aūt q̄ eandem uiā cū Pharaone ire uolebant, aqs obruti submersi sunt. Ita solent elementa reuereri seruos domini, & à suo se continere īpetu. Audiam⁹nos,quotquot feroces, & iracūdi, & alijs affectionib. ob nostrā ignauiam īpliciti,nostram salutem pessundam⁹, & imitemur tantam rōne carentium elementorum obedientiā nos q̄ rōne isigniti sumus.Nā si ignis,q̄ ita edax,ita uehemens,corporib. corruptibilib⁹ & tam teneris pepcit:quā meretur ueniam hō,suum refrēnare furorē pp mandatum domini, & iram erga proximū è pectore suo eliminare nolēs? Et quod mai⁹, ignis
L tantam urendi uim habet , & suam opationem nō ostendit:hō autem māsuetum aial,& rōnale, & benignum , contraria suę naturæ facit,& negligentia mores suos in ferinos uertit? Idcirco & diuina scriptura pp affectiones illas interturbātes, ab irrationabilib. & à feris agnominationes his q̄ rōne insigniti sunt , īponit. Interdū canes ob impudentiam & ipetum uocat,dicēs:Canes muti,nō ualentes latrare.Interdū ob libidinē equos. Nam eq in fœminam insanientes,unusq;q; uxori proximi sui adhin niebat . Interdum uero asinos,ob stupiditatē & ruditatē. Cōparatus est.n.inq̄t scriptura, iumētis insipientib.& silis factus est illis.Interdum ēt leones & pardos uocat,ob rapacitatē & habendi auiditatē. Aliquando autem aspides,ob fraudulentiam.Venenū,inq̄t,aspidum sub labijs eorum.Nonunq̄ serpētes & uipas,ob latens uenenum & malitiā : sicut & beatus Ioan.clamabat,dicēs : Serpentes progenies uiperarum,qs uobis demōstrauit fugere a uentura ira?Insup & alia affectionib. respondentia noia imponit,ut sic uel tardè confusi,ad suā aliquando redeant nobilitatē,& suo generi cōfœderentur, affectionibusq; suis diumas leges pferant,qb⁹ sese delin quendo pmiserunt. Sed nescio qūo a sermonis orbita in hęc digressus sum. Age nunc ad institutum redeam⁹:ēt aliud qd docere nos uult beat⁹ille propheta.Nam ut dixit,Iste est liber generationis:progressus ultrà,narrat iterum diligenter hois formationem . Et quia superius breuiter dixerat , inquit: *Et formauit deus hominē puluerē de terra, et insp irauit in faciē eius spiraculū uitæ, & factus est hō in animā uiuētē.* Magnum est hoc qd hic dixit, & stupore plenū , ac humanam transcendens mentem. Et formauit,inq̄t,de⁹hoiem puluerem de terra.Sicut de oib⁹ creaturis uisibilib.dicebam, quòd oia pter naturæ morem agat oium opifex, quò & p hoc ineffabilis ipsi⁹ mōstretur uirtus:ita & in hois formatione inuenie mus nunc factum.Vide.n.qūo super aquas terram fundauit , id qd citra fidem humana ratio non capit:& qūo quandocunq; uoluerit,sicut ostendim⁹, omnes substantiæ diuersa earum naturę ut agant, efficit.Simili modo & in hois formatione nunc nobis quid factum sit declarat . Formauit deus , inquit , hominem puluerem de terra . Quid dicis ? Acceptone de terra puluere formauit hominem ?

Esa.56.d Hier.5.c.

Psal.48.c. Ose.13.b

Psal.13.b & 139.d Matt.3.b

Etiam,

A Etiam,inqt,& nō simpliciter,nec q̄uis fortuitò terrā dicit,sed puluerem:quasi siqs dicat, tenuissimū & uilissimū quòd est terra.Magnū tibi & admirabile uidetur qd dictū est.Verū si cogites qs opifex, neutiquā discredes facto,sed miraberis & adorabis cōditoris potentiā.Quòd si hæc iuxta cogitationū tuarum imbecillitatē emetiri uolueris,& curiosius explorare:probabile est quòd tibi i mentē ueniat, ex terra corpus nunq̄ fieri,sed uel laterem,uel testā, & non tale corpus.Vides,quòd si potentiā cōditoris nostra mēte existimare uolumus, & si nostris rationibus tā imbecillibus innitimur,nō possum⁹ dictorum capere sublimitatem.Nā quę dicūtur,fidei oculis indigent.Sūntque hęc ob nostrā infirmitatē tanta uerborū attempatione descripta.Quando quidē istucipsum quod inquit, Formauit deus hominem,& inspirauit,indignum deo fuerit:sed propter nos & propter infirmitatē nostrā hęc sic narrat scriptura,ad nostram se tenuitatem submittēs : ut quonia nos tanta familiaritate dignatur , ad fastigiū illud redire posse confidam⁹. Et formauit,inq̄t,deus hoiem puluerem de terra.Hinc si attēdere uolum⁹,
B non parua nobis humilitatis offertur doctrina.Nā cùm cogitauerimus unde constitutionis suę initiū natura nostra susceperit,etiamsi sexcenties supcilia surrigam⁹,ea reprimem⁹,& humiliabimur,& substātiæ nostræ qualitatē perpendentes , modestiā discemus.Et propterea deus,cui tāta salutis nostręcura , ad nostri eruditionē prophetę linguam sic direxit. Quippe cū sup eri⁹ dixerat diuina scriptura, Et fecit deus hominem,scdm imaginem dei fecit eum:& dedit illi omnium uisibilium potestatem.ut ne ignorando qūo constitutus sit,magnus sibi uideatur,& præscriptos sibi limites transeat: ppea repetēdo docet & formationis eius originem : & unde primus homo productus sit.Nam quum post hanc doctrinam,qua agnouit se ē terra habere originē, ex qua et cætera animalia,quāuis formatio, animæq; substantia multò excellentior p misericordiā dei cōcessa sit,eò quòd rōnalis sit et oibus alijs dominetur: quū,inq̄,post hāc doctrinā, et serpentis deceptione parē aliq̄ cū deo æqualitatem imaginatus est , q̄ de terra formatus : si priori narratione cōtētus fuisset propheta,et nō repetitis oibus diligēter nos docuis
C set,in quā nō incidissemus insaniā? Atq; adeo plurimū ad erudiēdū nos cōducit scire , unde substātia nostra primū originē acceperit . Et formauit,inq̄t, deus hoiem puluerē de terra , et insufflauit in faciē eius spiraculū uitæ. Quoniā hoibus loquitur,aliter audire non ualētibus,hac uerborū simplicitate et crassitudine utitur, quā audire et accipere possemus.Et ut doceat nos, quòd formatū illum de terra , misericordia domini et rōnalem animæ essentiam habere uoluerit, per quam aial hoc absolutū et perfectū fieret,Insp irauit,inq̄t, in faciem eius spiraculum uitę.Vitalē dicere uult operandi efficaciā, ei q̄ de terra formatus est,spiraculum datum esse,et hoc substantiam aīæ constitutam.Vnde subdit:Et factus est homo in aīam uiuētem.Ille formatus,inquit,et de puluere susceptus,insp iratus spiraculo uitæ,factus est in aīam uiuentem : hoc est, efficaciter operantem, cui membra corporis seruiant, cuiusq; uoluntati ac efficaciæ auscultent. Cæterùm haud scio,qūo nostrum subuerterimus ordinē , et usque ad eo inualuerit malitia ,q̄ intantū cogit carnis cō-

cupiscentijs obsequi,ut deturbetur à throno suo re D
gina,cuius erat psidere,ordinare,et imperare. Cogi mus.n.illam carnis parere uoluptatibus ignorātes ipsius generositatē,et quantā præ ista eminentiam sortita sit. Nam cogita,obsecro,formationis ordinem:et expende tecū, anteq̄ inspiraretur à domino spiraculum uitę,quis erat formatus ille? simpliciter inanimis quædam imago,operatione carens, et ad nihil utilis.At totum illud quod in tātum hon orē ipsum prouehit,non est nisi spiraculum illud à deo inspiratum.Cęterùm ut hoc non solùm ex his quæ tunc facta sunt,et ex his q̄ nunc quotidie cōtingūt, uideas:cogita tecum , qūo post animæ emigrationem, corpus hoc tam insuaue et iniucundū apparet.Et quid dico,insuaue et iniucūdum? qūo fœtore impletum,et deformitate horrendum fugitur,qđ antea cùm ab aia regeretur,clarum,amabile,iucundum,speciosum, ad bona opa facienda ualde accōmodum?Hæc utique omnia nobis cogitāda sunt, et maximè aiæ nobilitas quanta sit,nequid ea indignum opemur,ne coinquinemus eam illicitis opibus,ne sub carnis seruitutem eā subiugemus , ne tā B
nobilē, tātaq; dignitate sublimem, sic crudeliter et immisericorditer tractemus.Nam pp illius substantiam nos q̄ corpore inoluti sumus , possumus cum incorporeis uirtutib⁹, adiuuāte nos diuina gratia, certare:et in terra obambulantes, quasi in cœlo ui uere,et nihil minus q̄ cœlestes facere,et quodāmodo aliquid amplius.Et qūo,hæc?Ego dicam. Quādo.n.quis inuentus fuerit corruptibili hoc corpore circūdatus,eodē modo uitā agens,ut supnæ illę uirtutes,qūo non propensiorem dei gratiam sortitus fuerit, qa et corporeis necessitatibus obnoxius, incorruptā et inuiolatā aīæ generositatē seruauit ? Et quis unq̄,dicis,poterit inueniri talis? Meritò impossibilis nobis hæc res uidetur, ob immodicā uirtutis arduitatē . At si uis dicere quòd non sit hoc impossibile,cogita oro omnes iustos,q̄ domino ab initio usque ad prędens tempus placuerunt:magnū illum Eliam,et in fœcundę filium , et eremi ciuem Ioannem:Paulum quoque magistrum orbis,et omnem sanctorum numerū , q̄ eādem quā nos naturā habuere , iisdem corporis necessitatibus obnoxij F
fuere.Et ne ultrà impossibile esse opus puta, neque segnior fias ad uirtutē , ad quā faciliter amplexandam tātas à domino nactus es occasiones. Scięs.n. misericors dominus nostræ uolūtatis ifirmitatē et ad labendū procliuitatē,magna nobis medicamina in sacrarum scripturarum lectione reliquit:quę cùm subinde uulneribus nostris imponimus,& ui tam illorum beatorum uirorū ante oculos proponimus,ad æmulandum prouocemur, et uirtutem non negligamus:sed fugiamus peccatum,et omnia faciamus,ne indignos nos ineffabilib⁹illisbonis exhibeamus.Quod nobis, oremus,cōcedatur gratia et misericordia domini nostri Iesu Christi , cū quo patri et spūi sancto sit glia i secula seculorū , Amē.

Homilia. xiii.

Idens uestrum īexplebile desiderium , et īmo
u dicam auiditatē:mētēq; itentissimā, necnō omnes ad spiritualē hanc doctrinam anhelantes et accelerātes,q̄uis ualde sim meę inopię mihi cōscius,quotidie tamē inopem et tenuē hāc mēsam uobis proponere studeo , cōfidēs qđ flagrātes desiderio,maiori proptitudie q̄ dicūtur, susceptur i

G sitis,q̃doquidē & in ſenſibilibus eduliis hoc cōtin
gere uiderit aliqs. Excitato.n.conuiuarū appetitu,
etiamſi paupercula menſa ſit,& inops qdē q conui
uio excipit,magna tamē cum uoluptate ſumuntur
appoſita.At ſi faſtidioſus epulātiū fuerit ſtomach⁹,
etiamſi ſumptuoſum fuerit epulū, & uaria & copio
ſa edulia:nullū inde cōmodū, cùm nemo ſit q uti
appoſitis queat.Hic aūt qa gratia dei alacres & fa
melici ad ſpūalem mēſam acceditis, & ipſi magno
deſiderio dicim⁹,ſciētes quod ſobriis auri b⁹ appo
nimus diuinas haſce narratiōes. Quoniā & agrico
la:q̃ pinguē & craſſum agrū iuenit, nihil ſui officij
itermittit,ſulcos ſecat,aratrū ducit, ſentes exſcidit,
largiter ſemiat,ſpe paſcitur:& quotidie agri fertili-
tatē cōſiderans,ſemētis germē,ſegetē & meſſem ex-
pectat.Similiter & nobis,cùm uidem⁹ alacritatē ue
ſtrā quotidie increſcere,deſideriū uigere, ſtudiū in
crementa ſumere,egregia ex uobis ſpes eſt. Vnde et
maiori ſtudio ac pr̃optitudie, q̃tū uires noſtræ ſup
petūt,in ædificationē ueſtræ charitatis, in gl̃ia dei,
i gl̃iationē eccleſię di aliqd afferre anhelam⁹.Age igi
H tur,ſi placet,repetitis breuiter his q̃ heri dicta ſunt,
conſequēter hodie lecta tractem⁹.Quid aūt eſt qd
pridie tractabatur, & quouſq; ſermonē extendim⁹,
et ubi miſſū facim⁹?Et formauit deus hominē pul
uerē de terra.Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculū
uitæ,factusq; eſt hō in animā uiuentem. Quòd tūc
dicebā,id et nunc dicā:et ſubinde memorare non
ceſſabo,quòd magna et ineffabilis eſt miſericordia
cōmunis oium domini erga genus noſtrum, et ob
ſalutem noſtrā uſus eſt multum nobis congruenti
di cēdi mō,magnoq; a¡al hoc,hoiem dico, honore
proſequutus eſt:necnō uerbis et rebus declarauit,
qd maiorē eius quàm uiſibiliū oium curā habue-
rit.Quid igitur prohiberet etiam hodie de iiſdē in-
ueſtigare apud charitatem ueſtrā? Nā ſicut thymia
mata quantò magis digitis atterūtur,tantò maiorē
natura ſua fragrantiam reddunt:ita et in ſcripturis
uſu euenit,quanto qs illis eſt familiarior, tanto ma
gis uidere poteſt latētē in ipſis theſaurū, plureſq; p
cipere indicibiliū diuitiarū fructus.Et formauit,in
qt,de⁹ hoiem,puluerē de terra.Animaduerte,obſe-
cro,q̃ta ſtatim uarietas ex ipſo uerborum prœmio.
In omnibus.n.aliis creaturis docuit nos beat⁹ Mo
I ſes modum formationis,dicendo: Dixit deus,Fiat
lux,et facta eſt lux:fiat firmamentum,congregetur
aq̃,fiant luminaria,germinet terra herbā fœni,pro-
ducant aquę reptilia aiarum uiuētium,et producat
terra animam uiuentē.Vidiſti quomō ratione om-
nia formata ſint?Sed uideam⁹ quid poſtea,quū ho
minem format,inqt:Et formauit deus hominē. Vi-
de quomodo p uerba quę noſtrę paruitati congru
unt,uſus eſt:ſimul et modum formationis,et in for
mando potentiā docens,et quaſi ut humano more
dicā,manibus dei ipſum formari depingit: ſicut et
alius propheta inquit,Manus tuę fecerūt me,et plaſ
Pſa.10.b mauerūt me.Nam ſi imperaſſet ſimpliciter ex terra
produci hoiem,nonne productus fuiſſet,q̃ produ-
ctū? Sed ut modū quo formauit,cōtinuō memoriis
inculcaret,et non ſupra quàm oportet de nobis ſen
tiremus,ideo tāta diligētia ſingula enarrat, et inqt,
Formauit de⁹ hominē,puluerem de terra. Vide et i
hoc huius dignitatem.Non.n.ſimpliciter terrā acci
pit,ſed puluerem,et tenuiſſimū,ut ita qs dixerit,de
terra.Et hunc puluerē terræ,ſuo p̃cepto in corporis
naturam uertit.Nam ſicut ſubſtantiā terrę quū nō K
eſſet,produxit,ita et nunc quū uellet puluere terræ
in corp⁹ uertit. Hic exclamare iuuat pulchrū illud
beati Dauid dictū:Quis loq̃tur potētias domini,et Pſ.105.a
auditas faciet laudes eius? quia de puluere tale ani
mal produxit,et tāto honore uenuſtauit, tātisq; be
neficiis ſtati ab initio proſequutus eſt, moſtrās per
oia ſuam miſericordiam? Et inſpirauit in faciē eius
ſpiraculum uitę.Et factus eſt homo in animā uiuē
tem.Hic inſenſatorū aliqui ſuis moti opinionib⁹,ni
hilq; deo dignū cogitantes,neque uerborū diſpen-
ſationē animaduertentes,dicere audēt,aīam ex dei
eſſentia eſſe.O inſaniā,ô deliriū.Quot pditionis ui
as diabolus peperit,ſi qui eas ingredi uolūt ? Et ut
diſcas conſidera quomodo diuerſis inter ſe uiis ice
dunt.Nā alij anſam ex uerbulo,inſpirauit,rapiētes:
aſſerunt,ex dei eſſentia eſſe animas:alij aūt, quòd
animæ in brutorū ſubſtantiā tranſeunt. Quid hac
amētia deteri⁹ fieret? Nam quoniā obtenebrata eſt
ratio eorum,etiā uerā ſcripturę mētē ignorauerūt.
Sicut capti oculis in diuerſa p̃cipitia feruntur,et illi
quidem ſupra dignitatē animam efferunt, alij aūt L
contra dignitatē dehoneſtant.Nā ſi ideo quòd ſcri
ptura dicit,inſpirauit in faciem eius ſpiraculū uitę.
hoc dicere uolum⁹,neceſsē erit et deo os affingere,
et man⁹ tribuere,q̃doquidem i quit,Et formauit ho
minem.Sed ne illorum ineptias in mediū proferen
tes,etiam ipſi indecora dicere cogamur: age ipſorū
ſtultitiam & multifariam dementiā deſtruētes, ad
ipſum diuinæ ſcripturæ ſcopum incedam⁹, quę ſēi
pſam interpretatur,tantū ne craſsis uerbis addicti
ſimus:ſed cogitemus,craſſorū illorū uerborū cau-
ſam eſſe noſtrā hebetudinē & ifirmitatē. Nequeūt
enim aliter humanę aures quæ dicūtur accipe, niſi
tantum adhibeatur tēperamentū. Proinde animad
uertentes tantam noſtram imbecillitatem, & qa de
deo ſunt dicta,ita illa accipiam⁹,ut par ē ea de deo
accipere.Ne ſubiiciam⁹ deū mēbrorū compoſitioni,
& figurarum deliniationi,ſed honeſtē de deo,& M
ut de illo cōuenit,imaginemur.Simplex.n. & in cō
poſitus,& infigurabilis eſt de⁹. Nam ſi deo mēbra
& lineamenta attribuuri ſumus,noſtris opinionibus
ipulſi mox in gentiliū impietatē incidem⁹: Igi-
tur quùm audieris ſcripturā dicentē, Formauit de⁹
hominē:cogita uirtutem eandē, quam dum dicit.
fiat.Et iterum quādo audis,Inſpirauit in faciē eius
ſpiraculum uitæ:hoc iterum cogita,quod uſum eſt
ſibi. Et ſicut i corporeas uirtutes produxit:ita cer-
tè corp⁹ illud ex puluere ratiōalē animā habere ius
ſit quę corporeis membris uti poſsit. Formatū. n.
corp⁹ hoc iuxta p̃ceptū domini, q̃ſi inſtrumentū
erat quòd egebat aliquo ſe mouēte:imò ſicut lyra,
quę op⁹ habet aliquo,q poſsit arte & ſcientia ſua p
mēbra quaſi p fiſtulas,conuenientem illi melodiā
domino offerre.Inſpirauit in faciē eius ſpiraculū ui
tæ,& factus eſt homo in animā uiuentē. Quid eſt,
inſpirauit ſpiraculū uitę? Voluit & impauit, ut hoc
corpus haberet uitalē uim,quę facta eſt animali in
animam uiuentem:hoc eſt,efficaciter operantē, &
ſuam artem membrorum motu oſtendere ualentē.
Et uide etiam in hoc ipſo,quā uariē hoc admirabi-
le rationale aīal,& cętera irrationalia formata ſint.
De illis enim inquit,Producant aquę reptilia aiarū
uiuētiū,& prodierūt ex aqs animātia animata. Sic
& de terra,Producat terra animā uiuentē.De homi

A nē autē nō ſic,ſed prius de terra corpus formatur,
& poſtea uitalis illi uirtus datur, q̃.l.aīæ eſt ſubſtā
Leu.7.& 17.c tia.Et idcirco de brutis dicebat Moſes, Sanguis ei⁹
aīa eius eſt. In hoie autem ſubſtantia quædam eſt
incorporea & immortalis, multo iteruallo corpus
excellens,& tanto,quanto corporeis eminēt icopo
rea.Et forte diceret aliquis:Quare ſi anima dignior
eſt corpore,idignius primo formatū ē & poſtea qd
eminētius?Nō uides dilecte,quod & icreaturis hoc
idem uſu euenit?Sicut enim cœlum & terra,& ſol&
luna,& cætera omnia formata ſunt,& irrationalia
animalia,& poſt hec omnia homo,horum pricipa-
tū ſuſceptur⁹: ita & in hac hominis formatione pri
us corpus producitur,& poſtea anima,quę dignior.
Et ſicut animalia miniſterio hominis utilia futura
āte hominē formatur, ut paratū haberet miniſtrū
is ad cuius uſum creabātur: ita ēt corpus ante ani
mam formatur, ut cū ſecundum ineffabilem con-
ditoris ſapientiā anima produceretur, poſſet ſuas
potentias operari per corporis motionem. *Et plan-*
B *tauit deus hortum in Edem ſcḋm Orientē, & poſuit illic*
hominem quem formauit. Poſtquā domin⁹ uniuerſam
ſuā nobis declarauit benignitatē, & illum propter
quem oia uiſibilia formata ſunt in mediū adduxit,
ſtatim incipit in illū beneficia collocare.Et plā
tauit deus hortum ſcḋm Orientem. Conſidera &
hic dilecte,quòd niſi ut dignum eſt, de deo uerba
hæc recipiantur,neceſſe eſt ut in profunda errorū
detrudamur.Quid.n.dicere poterunt & de his uer-
bis,q oia quę de deo dicūtur,humano more accipe
re audent?Et plantauit deus hortū. Quid? dic oro,
foſſorione opus habuit & agricultura, & alia cura,
ut paradiſi hortū excoleret? abſit. Iterū.n.etiā hoc
loco uerbum illud,plantauit,ſic intelligendū, qd
imperauit hortū in terra fieri, ita ut productus ho
mo in eo uerſaretur. Hac.n.de cauſa hortum pro-
duxit,de quo audi ſcripturam,dicentē: Et plātauit
deus hortum in Edem, ſcḋm Orientem, & poſuit
C illic hoiem quem formauit. Et idcirco nomen lo-
ci ſcripturis inſeruit beatus Moſes,ut non liceat nu
gari uolentibus imponere ſimpliciorum auribus,
& dicere,nullū eſſe in terra hortū quē uocāt paradi
ſum,ſed in cœlo,& fabulas q̃ſdā eiuſmodi ſomnia
re.Nam cū diuina ſcriptura,tanta uſa eſt diligentia
& non refugiunt quidā,loquacitate ſapientiaq; pe-
regrina inflati,aduerſa ſcripturis loq,& dicere,non
eſſe ſuper terrā paradiſum: multāque alia pręter ea
quæ dicta ſunt introducentes,qd non ſicut ſcripta
ſunt,ſed alia ratione intelligenda: & qd ea quæ de
terra,de his q̃ in cœlis ſunt,dicta eſſe arbitrandum
ſit:niſi humilitate & congruenti nobis ſermonū ſa
miliaritate beatus Moſes uſus foret, ſpiritu ſancto
linguā eius mouente,quò non exciditſſent? Quāuis
ſacra ſcriptura,cū nos tale qddā docere uult, ſeip-
ſam exponit,& auditorē errare nō ſinit. Sed qa ple
riq; nō ut cōmodi qppiā ex ſacris literis occupen-
tur,ſed uoluptatis gratia aures accommodāt his q
demonſtrata narrant, & ppea non eos qui magis
proſunt,ſed q magis oblectāt,ut audire poſsint, q-
runt.Oro igitur,ut oibus illis præcluſis auri b⁹, ad
amuſsim canonē ſacrę ſcripturę ſequamur, Et quā
do audis dilecte,qd plantauit deus hortū in Edem
ſcḋm orientem:hoc quod dicit,plantauit ut decet
de deo intelligas, nempe qd præcepit. Ad qd reli-
quū eſt,crede qd & paradiſus factus ſit,& in illo lo
co ubi ſcriptura ſignificauit. Cæterū non credere D
his q̃ in diuina ſcriptura continētur, ſed alia q̃dā
ex propria ſententia in ferre,opinor plurimū picu-
li ſecū aduehere his q talia audent. Et poſuit illic
hoiem,quē formauit. Vide quantū honorē ſtatim
homini dedit. Extra paradiſum qdē formauit illū
ſed mox itroduxit,ut re ipſa ſenſu beneficiorū frue
retur ſcirētque quātus illi honor eſſet cōceſſus. Et
poſuit hoiem illic quā formauit. Verbū,poſuit,ite-
rum ſic intelligamus, pro eo qd p̃cepit illi ut eſſet
illic,ut & ex aſpectu & conuerſatione multā pcipe
ret uoluptatē,prouocareturq; ad gratitudinē,intel
ligens quātis ſit affectus beneficiis, quū nullū ad-
huc boni ſpecimē p̃buiſſet. Ne mireris ergo uerbū
hoc,poſuit. Perpetuus.n.ſcripturæ mos eſt,pp nos,
& pp noſtram utilitatem humanis uti uerbis. Et
ut ſcias,uide quō ſuperius cū de formatione ſtella
rum ageret,eadē dictione ſit uſus,cū dixit: Et po-
ſuit ea in firmamento cœli. Non qd affixerit ea cœ
lo cogitandū (nā unumquodq; eorum ſuū perficit E
curſum,de loco ad locū trāſiens) ſed ut diſcas, qd
in cœlo ea eſſe præceperit, quo & hominem in pa-
radiſo uoluit uerſari. *Et oriri fecit deus præterea ex ter*
ra omne lignū pulchrū ad uidendum,& bonum ad edēdū.
Et lignum uitæ in medio horti, & lignū ad ſciēdū notitiā
boni & mali. Ecce ſecundam beneficentiæ ſpeciē &
honorem, quem in hominem recēs formatū collo
cauit. Nam poſtquā illum in paradiſo cōuerſari uo
luit,p̃cepit narias arbores ex terra prouenire, q̃ ſi-
mul & oblectare illū poſſent, utpote ſpectatu iucū
dæ,& eſui accōmodę. Omne.n.inquit,lignum pul
chrum & uiſionē, hoc eſt ad ſpectaculū, & bonū
ad eſum,hoc eſt, q poterant exhilarare aſpectu, &
uoluptatem præbere eſu:& quia erant tā multa, &
quia conceſſa, mirificam fruituro contuliſſent uo
luptatē. Oium.n.lignorum quęcunq; dixeris, pro-
uentum fecit. Vidiſti miſeriæ neſciā cōuerſationē?
Quaſi angelus aliquis uixiſſet homo ſup terrā, cor
pore qdē amictus, ſed extra corporis neceſsitates
conſtitutus:& ſicut rex paludamēto & diademate F
ornatus,& purpura ueſtitus, ita i paradiſo ipauide
uerſabatur in magna rerum copia. Et lignū uitæ in
medio paradiſi,& lignū ſciendi notitiā boni & ma
li. Poſtquā nos docuit,quòd terra produxit omne
lignū iuxta mādatum domini,& iucundū uiſu, &
bonum,eſu,tunc ait: Et lignū uitæ in medio para-
diſi,& lignū ad ſciendum notitiā boni & mali. Mi-
ſericors.n.dominus, cū ut opifex præſciret ex mul
ta copia, procedente tpe, nocumentum ſubnaſci,
produxit lignum uitæ in medio horti,& lignū ſciē
di notitiam boni & mali:& non multò poſt abſti-
nere ab iſto iuſſurus erat, ut ſcire poſsit qd gratia
& liberalitate illis frueretur, eſſetq; dominus aliqs
& naturę ſuę,& oium uiſibilium: pp hoc iam ligni
memoriam fecit,& narrauit nobis conſequēter ſu
minum noia,& illorum ſeparationem. De quibus
dixerit aliquis,qd ex illis rigetur paradiſus. Alii aūt
qui diuiſerunt in quatuor origines, ita mundi cli-
mata nobis diſtinxerunt. Sed forte ſunt qui ex pro
pria ſententia quæ libet dicere uolūt: hi iterū neq;
flumina,concedunt eſſe flumina: neq; aquas: ſed
pſuadere conantur iis q ſibi aures accōmodare uo
lunt,ut aliud qddam imaginentur. Cæterū uos ob
ſecro, ne feram⁹ tales, ſed ōbturem⁹ aures, credam⁹
diuinæ ſcripturę,& ea q̃ in illa dicuntur ſectemur:

G sanas doctrinas i pectora nostra reponamus,& cū his etiā uitam diligenter instituamus,ut uita testificetur doctrinæ,& doctrinæ longè fideliorem uitā declarēt.Nam neq; si recta sciamus fidei dogmata, uitam aūt negligimus,aliquid nobis profuerit : neque si uitā habeamus, & rectas negligimus doctrinas lucrifacere aliquid quod ad salutem nostrā sit utile,profuerit.Nam si uoluerimus & gehēna liberari,& regnū assequi,operæprecium est utriq; ornari,& dogmatū rectitudine,& uitæ diligentia. Quid enim utile fuerit,dic obsecro,arbori , q̄ i summū se extēdit,& foliis frondet,si fructu careat? Sic & xp̄ia no nihil proderit recta dogmata, si uitā suā nō bene instituat.Propter hoc & Christ⁹ tales beatos dixit,inquiens: Beatus q̄ fecerit,& docuerit.Multò.n. fidelior & certior doctrina operū,q̄ sermonum.Nā qui talis est,etiā silens,& cū nō uidetur, docere potest,& alios quidem qui illum uident, alios uero q̄ de illo audiūt:& multa fruetur dei gratia , nō solū pp se,sed & pp alios qui illū uident , & incitantur ut glorificent dominū suū.Talis per mille linguas, H & multò plures , gratias & laudes referet deo . Neq; enim noti soli testes sunt uitæ illius, & ipsum mirātur ac ipsum dominū: sed & qui non cognoscūt,& ab aliis discūt,& qui ualde procul habitāt,& diuisi sunt:& non amici soli,sed & inimici reuerebūtur uirtutis eminentiā. Tanta.n.huius uirtus, ut & cōpescat ora & linguas eorū q̄ uirtuti ifesti sunt.Et sicut ad solis radios infirmi oculis nō audēt respicere,ita neq; uirtutē malitia cōtueri audebit unq̄,sed dorso obiecto discedet,uictamq; se fatebitur.Id qd & persuasum nobis sit,ut uirtutē arripiamus , & diligenter nostrā uitā instituamus , & à peccatis , cū adhuc parua apparent,siue in sermone,siue in opere statim desistere studeamus.Neq;.n.unquā in maiora incidem⁹ peccata ,si à paruis nobis cauerim⁹: & sic procedente tpe poterimus , superna gratia fauente,& excelsam uirtutē apprehendere,recōditāq; effugere pœnā,& æterna conseq̄ bona, gratia & misericordia domini nostri Iesu xp̄i,cū quo patri,spirituiq; sancto sit gloria nunc & semper,& in secula I seculorum. Amen.

Homilia. xiiij.

Terum,si libet,etiā hodie ex cōtextu eorū i q̄ heri dicta sunt , spirituale nobis doctrinam ut cōtexamus,dabimus operā. Multa enim & in his q̄ commodū lecta,recōditiora sunt: & opus est ut in profundiora descendamus: diligēterq; scrutemur oia, quò fructū aliquē lucrifaciamus. Nā si id agūt q̄ pciosos lapides i mari iuenire cupiūt,magnum laborem & molestiā ferētes,periculoq; indomitarum aquarum se exponentes, quo desideratis potiātur:multomagis nostrū fuerit animū intendere,ut uisis q̄ in profondo doctorū latēt preciosos illos lapides cōprehēdam⁹.Sed ne timueris dilecte,quū audis profunditatē . Non.n.hic est tāta uis æstuatiū undarū , sed spiritus sancti gratia mētem nostram illustrans,& facilè inueniri desiderata concedens,omnem laborē alleuiat. Et gēmas alias iuenisse,inuētori nō multū prodest, sepe aūt & nocuit,& inumerorū naufragiorū occasio fuit, neq; tantam in inueniendo habuit lætitiā is qui inuenit,quantā inuentis illis iniucūditatē attulit,aduersus se inuidorū oculis cōcitatis,& auaris ad bellū armatis.Et adeo neq̄t nostrę uitę prodesse tales reperire,ut & multorū bellorū sit argumētum. A- K uaritiæ.n.materia est,& caminū cupiditatis succēdit,captorumq; animam expugnat. Atqui de spiritualibus nostris thesauris nihil talium formidare oportet:sed & diuitiæ q̄ ide colligūtur ineffabiles, & uoluptas immarcesibilis,& multo interuallo superat oium hominū lætitiā.Et qd hoc uerū sit,audi beatum Dauid dicentē: Desiderabilia eloqa tua *Psa. 18.a* sup aurū & lapidē preciosum multū. Vides qd cū in mediū attulerit materias , q̄ preciosiores reputā tur non solum hac cōparatione non cōtentus fuit, sed & apposuit,multū:& postea excellentiā,quę in de est,nobis manifestauit.Super aurū,inquit,& lapidem preciosum multū:non qd in tantum dunta xat sint desiderabilia eloqa dei , sed qa solas hasce materias uidit apud hoies in maiori precio haberi præ aliis:pp hoc adductis illis in mediū, ita excellentiam monstrauit,qd desiderium eloquiorū spiritus uehementius sit . Et ut sciatis qd semp is mos sit sacræ scripturæ,utilitatē q̄ hinc est,sensibilibus L rebus conferre,& sic excellentiam ostendere , audi & q̄ deinceps subdit: Et dulciora sup mel & fauū. Et huc,non qd tantam, & non maiorem possit pbere uoluptatē:sed qa nihil aliud habetur in reb. sensibilibus,qd diuinorū eloquiorum uoluptati opponeret: idcirco cū hoc cōmemorasset, iterū sic excellētiam docuit,& maiorem dogmatū uoluptatē esse docuit spiritualiū doctrinarū.Eadē regula in- *Mat.13.d* uenies & xp̄m in euāgeliis usum . Nā cū discipulis loqueretur, cupientibus discere interpretationem parabolæ eius q̄ seminauit bonū semen in agro, & inimici zizania inter triticū seminantis: particulatim omnem edisseruit parabolā: Quis fuerit qui seminauit bonū semē , & quis ager, & q̄ sint zizania, *Ibidem.f* & q̄ alia interserit,& q̄ messores,& q̄ messis.Et quādo oia illis manifeste detexit,tunc dixit:Iusti fulgebunt sicut sol in regno cœlorū:non quòd nō maiorē claritudinē habituri sint iusti,sed mōstrat qd multò maiorem Tantā autē dixit , quoniam maiorē hac similitudinē in rebus uisibilib.inuenire nō licebat.Quādo igitur tale aliqd audiuerim⁹ , nō tā M tum maneamus in his q̄ dicūtur : sed in sensibilib. & uisibilibus,spiritualiū maximā eminentiam colligamus.Itaq; & hic,cū uehemētius desiderium inueniri pōt,& uoluptas suauior & certior.Diuina.n. eloquia sunt hæc & spiritualia , & q̄ multò maiorē pārere possunt lætitiam spiritualem , modo dictis attendamus magna prōptitudine, uehementiq; desiderio, ut ueras diuitias hinc nobis acqrentes , ad philosophiā xp̄i plurimis susceptis seminibus, tandem domum redeamus. Audiamus igitur q̄ hodie sunt lecta:sed obsecro,attēta sitis mēte, & excussis curis secularib⁹,oiq; ignatiua deposita,hæc q̄ dicūtur accipite.Diuinæ.n.leges sunt, & cœlitus allatæ ob salutē nostrā.Iā si cū regiæ legūtur literæ,ubiq; est silentiū,abestq; strepitus & tumultus, oibus adstantibus,& aures arrigentibus,ut sciant q̄ regiis literis manifestētur:& qsqs uel parum tumultuatus fuerit,in magno piculo est:Multò magis cū magno timore & tremore adstandū,& altū habendum silentiū,& pellēdę cogitationes turbulētę,ut q̄ dicūtur itelligere possitis:quò rex approbata obediētia uestra maiorib.uos mūerib⁹ remunerare dignetur Videam⁹ itaq; qd nūc nos doceat beatus ille Moses nō sua lingua hæc dicēs, sed à spū sancto afflatus.

Et acce-

A Et accepit dominus deus hominem quē formauit. Bene statim ab initiis duo hæc posuit.Non.n.dixit, dominus,& tacuit sed adiunxit,de⁹: occultū aliqd mysterium hic nos docens,ut scire possemus,quòd siue dicam⁹ dominum,siue deum,nullam i nominibus esse uarietatem. Hoc autem nunc non absq; ratione commemoraui:sed ut cùm audieris Paulū di- *1 Co.8.b* centem,Vnus deus pater ex quo oia,& unus dominus Iesus p̄ quem omnia:ne putes in dictionibus esse diuersitatem,& hāc maius aliqd significare , istā minus. Et idcirco scriptura absque discrimine illis utitur,ut cōtentiosis,ea quę ex sua sentētia excogitarunt,ad dogmatū rectitudinē affere nō liceat. Et quòd diuina scriptura neutrū horum cū singulari quadā obseruatione & supstitiōe enūciet,ex isthoc ipso quod nunc dicitur,diligēter cōsidera.Et accepit domin⁹ deus.De quo uult hereticus esse dictū? De patre solū?Esto:sed audi Paulum dicentē: Vnus deus pater ex quo oia,& un⁹ dominus Iesus p̄ quē omnia. Vides quomodo nomen domini filio attribuit? Quare ergo dicunt nomē domin⁹,maioris es- B se mōeti, quā nomen,deus? Videte quanta absurditas,& quāta blasphemia, quando quis non ipsū diuinę scripturę canonē seqtur , sed suis opinioib⁹ locū dat,quę mentē disturbēt:& uerborū pugnas: & infinitas quęstiones sanis rectisque dogmatib⁹ īmiscet.Et accepit domin⁹ deus hominē quem formauit,& posuit illū in horto uoluptatis, ut coleret illū & custodiret.Vide quātam formati hominis curā habuit.Postquam enim heri docuit beatus Moses,dicēs:Plātauit deus hortum,& posuit illic hominem:id est,uoluit illum illic habere domicilū , & uersari ibi,ac horti delitiis frui,hodie iterum ostendit nobis ineffabilem misericordiam dei,quā in illum contulit: & repetens sermonē,inqt : Et accepit domin⁹ deus hominē,quem formauit, & posuit eū in horto uoluptatis.Nō simpliciter dixit , in horto sed apposuit ,uoluptatis,ut excellentē uoluptatem, qua fruitur⁹ esset ihabitādo,nobis declararet. Et ut dixit,Posuit illū in horto uoluptatis:addit, ut coleret illū,& custodiret.Etiā hoc magnę curę & prouidētię nostri argumentū est.Nam cùm omnibus de C litiis potirentur,ibi uitā agentes,tam oblectamētis eorum quę uidebāt,quā lętitia eorum qbus fruebātur,ut ne immodica prosperitate homo isolesceret. Omnem.n.malitiam docuit ocium , propterea præcepit de⁹,ut oparetur illum,& custodiret.Quid aūt dicet aliq⁹,illius cura indigebat paradisus? Nō hoc dico,sed uoluit tum ut paruam quādā, sibique cōgruam gereret curam, parti custodiēdo, parti operando. Erat autem operatio tūc citra laborē. Dederat.n.occupationē quandam,quæ neque dolorem neque molestiam afferret. Cęterū quod dicit,custodiret:nō absq; causa appositū est, sed cōgruūt uerba,ut planè scire possit,qd sub domino agat, q̄ hāc largitus sit fruitionē,& cum illa etiam custodiam cōmiserit. Deus.n.omnia facit & operatur propter nostram utilitatem,et cum illa etiam fruitionem & refocillationem prębet. Nam cùm ob excellentem suam misericordiam,etiam priusquā nos produceret,ineffabilia bōa pparauit,sicut ipse dicit: Venite *Mat.25.c* benedicti patris mei ,possidete in hęreditatem p̄paratum uobis regnū ab initio mūdi:multò magis p̄sentia oia largiter præbebit , quandoquidē tanta beneficia in iam cōditum contulit.Primùm,cū nō

A bonum et quid malum? Sed ecce, iquit, scriptura lignum hoc uocat, lignũ scientiæ boni et mali. Neq; me hoc latet: sed si proprietates diuinæ scripturæ discere uolueris, scies quare hoc nomen huic ligno tribuit: non.n. qd homini scientiam dederit, sic uocatũ est: sed qa per illud facta est transgressio mandati. Et ex illo postea intrauit sciẽtia et erubescẽtia et ppea sic appellatũ est. Mos.n. diuinę scripturę ẽ, à reb. cõtingentib. nomina locis imponere, sicubi res contingant. Eaq; pp lignum hoc uocatum est lignum scientiæ boni et mali, qa circa illud obseruatio et transgressio mãdati. Misericors.n. deus à principio docens hoiem, quòd habeat conditorem et factorem eum q uisibilia oĩa produxit, ipsumq; formauit: per unum tantum mandatum declarauit se dominum esse. Et quasi liberalis dominus, magnã et admirabilem quandã domum alicuius usui donans, nec recipere uult qd se decet: sed paruulã aliq̃ partem accipit, ut dominii ius saluũ sibi maneat: ut ille interim sciat qd nõ ædificij dominus sit, sed
B gratia et misericordia domini fruatur huius usu. Sic utiq; et dominus noster, cũ uisibilia hęc oĩa homini concederet, et pstaret illi ut uersaretur in paradiso, et fruetur oibus q̃ in illo sunt: ut ne paulatim distracta mẽte putet uisibilia hęc p se esse, sentiatq; aliqd supra se: iussit ab uno ligno abstinere, magna definita pœna, si hoc trãsgrediatur: ut scire possit, qd dominum habet, cuius beneuolentia et cæteris fruatur. Verũ qa in magna inconsiderantia uixit, sicut et mulier in ruinã tantã concidit, ut puaricaretur pceptum traditum, et lignum degustaret. Atq; ideo bene hoc lignũ scientiæ boni et mali nomina uit, non qd antea ignorauerit. Nã sic nõ ignorauit. Serpẽti.n. mulier, inqt, Dixit deus, ne comedatis ex illo, ne moriamini: et sic sciebat qd mors pena esset si mandatũ puaricarẽtur. Sed qa post hujus esum, et supna gl'ia spoliati, et sensibilem nudationẽ experti sunt: ideo uocauit lignum scientiæ boni et mali. Erat.n. circa illud, quasi q̃dam obedientiæ dei exercitatio. Didicistis, quare dixit qd apti sunt oculi illorũ, et cognouerunt qd nudi erant? Cognouistis,
C quare lignũ hoc scientiæ boni & mali uocetur? Cogita.n. quanta confusione digni facti sunt. Deniq; post huius esum, cũ transgressi fuissent pceptũ domini, cõsuerũt folia ficus, & fecerũt sibi succinctoria. Vide à quanta gl'ia in quantã uilitatẽ deducti sumus, q antea quasi terrestres angeli uiuebamus? Tegmen sibi ex foliis excogitant: tantum malũ est pctũm. Non solum.n. nos à supera gratia alienos facit, sed et ad multã confusionẽ et humilitatẽ deducit: & cũ nos priuat à bonis q̃ iã possidebamus, oẽm ẽt fiduciam aufert. Sed ne oino tristem faciã sermonem, sursum deorsumq; uersando pctũm, qd per esum ligni & inobediẽtiam hoiem deiecit: age si placet, ab hoc ligno ad lignũ crucis sermonem uertamus, & uideamus q̃ nã mala illud intulit, et q̃ bona istud cõciliauit. Imò neq; lignum attulit mala, sed uoluntas peccans, et conceptus circa pceptũ habitus. Lignum illud mortem introduxit. Nã post prævaricationem mors intrauit, sed istud immortalitatem largitum est. Illud è paradiso eiecit, istud in cœlos nos reduxit: illud pp unam trãsgressionẽ tanti supplicii reũ Adam fecit, istud nos plurimis pctorum sarcinis exonerauit, fiduciamq; ad dominum nobis cõcessit. Vidisti ligni et ligni differen-

tiam? Vidisti diaboli malignitatẽ, et hois pctũm, et D
domini miam? Quoniã ipsum uerum deũ nostrũ decet gl'ia nunc & semp, & in secula sc'orum, Amẽ.

Homilia decimaseptima.

Atis, opinor, pro nostra uirili heri locũ de
s ligno interptantes, enarrauimus. Docuim⁹ enim charitatẽ uestram, quare diuina scriptura lignum cognitiuum boni & mali uocet: pro inde hodie aĩus est ad sequentia pergere, ut discatis ineffabilem dei misericordiã, & quanta sermonis attemperatione usus sit, nostræ naturæ prouidentiam & curam habens. Oĩa.n. fecit & operatus est, ut rationale hoc aĩal, à se conditum, in omni honore esset, & in nullo angelorum uita minutior foret, sed & in corpore, illorũ possideret impassibilitatẽ. Cæterũ ut uidit utroq; peccando transgressos per negligentiam ea q̃ à se pcepta erant, & quanuis minis eos munierat & retraxerat, neq; nunc tamẽ à misericordia sua cessat: sed semp sibi similis, quasi clementissimus pater, filium indignũ quid nobilitate sua commissse, & à summo honore in extremã uilitatem redactũ uidens, paternis uiscerib. cõmotis, E
non illũ consilii inopẽ, & auxilio destitutũ finit: sed iterum suum agit officium, breui illũ à leuitate liberatũ, pristinę restituens dignitati. Simili modo bonus deus miseratus est hois cũ uxore sua, circũuenti diaboli insidiis, cuius p serpentem cõsilium acceperat. Nã ueluti medicus ad inualidũ & ęgrotantem iacentemq;, ac indigentem cura & medici manu, protinus illũ accedit. Sed ut & ex uerbis discas q̃ ineffabilis sit dei benignitas, operæpciũ fuerit audire q̃ lecta sunt. *Et audiuerunt uocẽ domini dei deambulantis in horto ad meridiem, & delituerunt tam Adã quã uxor illius à facie domini dei, in medio ligni paradisi.* Dilecti ne inconsiderãter ptereamus q dicta sunt, neq; in uerbis ipsis hęreamus: sed consideremus, ob nostrã imbecillitatem tãtã hìc esse uerborum humilitatẽ. Nã si uellemus uerba, ut sunt pronunciata, sectari,& nõ dignè, ut decet de deo exponere: dic qso, qũo non multa simul comitabuntur absurda? Ecce.n. statim ex his q̃ principio lecta, spectare hoc licet. Et audierunt uocẽ domini dei de- F
ambulãtis in horto ad meridiẽ,& delituerũt. Quid dicis? deãbulat deus? pedes ipsi tribuem⁹? & de eo nihil sublime cogitabimus? Nõ ambulat deus, absit: Qũo.n. ambularet, q ubiq; præsens est, et oĩa implet? cui cœlũ thronus, et terra scabellũ, ipse in horto continetur? Quis cordatus hoc diceret? Quid igitur est, Audiuerunt uocẽ domini dei deambulãtis in horto ad meridiẽ? Voluit illos hæc tali mõ sentire, ut in magno mẽtis angore constituerentur: id et qd factũ est. Nam postq̃ ita illius uisum, et ita sensĕrunt, quasi adesse de⁹, et occultari cœperũt: Mox n. ut intrauit pctũ, & puaricatio, tumultuariò sil' eos inuasit & erubescẽtia. Quippe iudex incorrupt⁹, cõscientiã puto, cũ aduersus hoiem exurgit, clara uoce clamat, & accusat, & ostẽdit & q̃si ãte oculos scribit pctorũ magnitudinẽ. Eãq; ob rẽ misericors de⁹ principiò cũ formaret hoiem, cõscientiã illi ididit accusatricẽ ppetuã, q̃ decipi, & deceptionẽ ferre possĕt nunquã. Et licẽt qs admisso pctõ, ppetratoq; aliquo facinore illicito, oẽs hoies cęlet, ab illa tamen accusatrice nõ poterit delitescere: nã hãc i trinsecus habẽtes, ubicunq; sum⁹ circũferim⁹. Ipsa nos circuit, obturbat, laniat, flagellat, nunq̃ qescit: sed & domi,

G & in foro,& in tẽplis,& in mẽſa,& dormientẽ,& ſurgentẽ adoritur, rõnẽ delictorũ exigit, obq; oculos proponit & delictorũ grauitatẽ, & ſubſequuturam pœnã. Et quaſi medicus optimus nõ ceſſat ſua medicamenta apponere:& ſi ſemel depellatur, neq; ſic deſiſtit,ſed continuã curã gerit. Hoc & cõſcientiæ opus eſt,ut ingiter memoriã ingerat, nec permittat unquã in factorum obliuionem nos uenire:ſed ob oculos proponat,uti uel hac rõne nos tardiores faciat,ne in eadẽ pctã prolabamur. Porrõ ſi cũ hinc tantũ nobis eſt ſubſidii,& tãtũ adiutorii,& aſsidet nobis tã importuna accuſatrix,q̃ noſtram mentem flagellet,& cor lancinet, & quouis carnifice grauiꝰ apphendat, & plericq; neq; ſic peccata uincimus: ſi hoc deſtitueremur ſubſidio,quorſum tunc nõ ſtatim excideremus? Et ppea protoplaſtus ut illũ ſenſum accepit,aduentũ domini ſecũ cogitans,ſtatim ſe occultauit. Quare dic oro? Quoniã uidebat ſibi trucẽ adſtare accuſatorẽ,conſcientiã dico. Neq; n. aliũ obiurgatorẽ & teſtem pctorum,ſed unicũ illũ quem intrinſecus circunferebat. Docebant tamen
H peccati magnitudinẽ alioqn & nuditas, & ablatio gl'iæ,q̃ illos antea quaſi ueſtimentũ fulgidũ ueſtierat. Itaq; poſt graue peccatum illud, cõfuſione amicti,deliteſcere tentauerunt. Audiuerunt.n.inqt,uocem domini dei deambulãtis in horto ad meridiẽ, & occultauerunt ſe tã Adam q̃ uxor eius à facie domini dei in medio ligni paradiſi. Nihil pctõ peius, dilecte. Ipſum.n ut introierit, non ſolum confuſione totos nos replet,ſed & inſipientes facit eos q antea intellectu & ſapiẽtia multa ꝓditi. Aiaduerte,ob ſecro,q̃ inſipienter agit nunc,qui antea tanta polle
bat ſapientia, q re ipſa traditã ſibi ſapientiã nobis declarabat, q talia prophetabat: audita uoce dei deambulantis in horto ad meridiẽ,occultauit ſe tã ipſe q̃ uxor ipſius à facie domini dei in medio para
Pſa. 43.d diſi. Quantæ hoc eſt inſipientiæ, qd à deo,q ubiq; Pſa.32.c. præſens eſt,q ex nihilo res ut eſſent produxit,q abPſal.7.c. ſcondita ſcit,q finxit ſigillatim corda hoiũ & noet Hiere. uit oia opa eorum, q ſcrutatur corda & renes, q ẽt 17.b.& ipſos cordis motus cognoſcit, abſcõdere ſe tentãt? Apoc. 2.f Sed ne mireris dilecte:talis.n. peccantium conſuetudo eſt,ut tametſi occultari nõ poſsint, occultari
I tamen uelint,& ſtudeant. Quandoqdem non ferẽtes confuſionẽ,qua poſt peccatum ueſtiebãtur,nudati incorruptibili illa gl'ia,hoc faciebant. Cõſidera aũt & ubi occultantur. Nã ſicut flagriones & ingrati qdã fumuli, cũ non poſsint à domino ſuo occultari, huc & illuc in angulos domꝰ currere ſolẽt, metu illorũ cõſcientias concutiente:ita & hi nullũ inueniẽtes effugiũ,in ipſa domo, paradiſo(inquã) uerſantur. Nec abſque rõne tps aſsignatur. Audiuerunt.n.inquit, uocem domini dei deambulãtis in horto in meridie. Sed ut diſcas domini miſericordiã,qd neq;,ut ſolet,differebat:ſed mox ut uidit qd factum erat,& ulceris magnitudinem, ad opitulan dum feſtinauit: ut ne ulcus graſſando fieret incurabile uulnus:idcirco ut ꝓueniat accelerat,& uelociter creſcẽti ulceri adeſt, & pro ſua bonitate, neq; ad partũ tps a cura ſua illũ deſtitutũ relinqt. Nã ſicut tantã p ſe ferebat inſaniã ſalutis noſtræ inimicus,q ſemp noſtris bonis inuidet,ut mox ſub initiũ moliretur inſidias, & ſuo pnicioſo cõſilio nos admirabili hac uita priuaret: ita contrã optimꝰ & oipotẽs deus,q ſua ſapiẽtia res noſtras diſpenſat,uidens diaboli malignitatẽ, & hoĩs peccatum, per qd cũ mu- K
liere deceptus,in tantã incidit confuſionẽ:mox aſſiſtit,& quaſi manſuetus,& miſericors iudex in tribunali terrore & horrore pleno ſedet, & examinat diligẽter:p hoc nos docendo,ne qué fratrũ noſtrorum condemnaremus,niſi cauſa antea diligẽter cognita Audiamus igitur,ſi placet,q̃ iudex rogat,& q̃ rei reſpondent,& quas pœnas ferunt:& cui cõdem nationi obnoxius fuit,q in illos tantas inſidias machinatus eſt. Sed obſecro mentẽ colligite,& cum timore dictis auſcultate. Si.n.cũ uidemus iudicẽ in ſublimi ſella ſedentẽ, & reos in mediũ producẽtẽ, & ſuppliciis afficientẽ,nõ ſine timore adſtamꝰ,audire uolẽtes qd nam iudex dicat, & qd reſpondeat reus: Multo magis nunc hoc nobis faciendũ,cũ uidemus opificẽ naturæ pœnã ſuis creaturis intenta re. Verũ diligẽter attendite,uidebitis quantũ interſit inter miſericordiã dei,& hoĩum inter ſe auſteritatẽ. Et *uocauit dominus deus Adam:& dixit illi, Adam ubi es?* Vel ex ipſa interrogatione hac dignũ eſt, ut obſtupeſcamus ad eminentẽ dei miſericordiã:non L
ſolũ qd uocauit,ſed qd̃ per ſeipſum uocauit. Id qd̃ hoies facere nunquam ferrent inter ſe, licẽt eandẽ naturam ſortiti ſint. Scitis.n.cũ iudices in alto ſolio ſedent, ſuppliciſq; malefactores afficiunt, nec ſuo eos reſponſo dignantur: hoc ipſo oſtendentes illis, quãta ignomnia ſeſe aſperſerint ſuis flagitiis: & iudex qdẽ reſpondet,ſed alius qſpiã à iudice hęc excipiẽs,reo annunciat, & iudici quoq; q̃ reus dixerit. Et hic fermẽ ubiq; iudicantiũ mos eſt. Verũ deꝰ nõ ſic agit:ſed qũo? Et uocauit dominꝰ deus Adã: & dixit illi, Adã ubi es? Vide in breui hac dictione quãta uis recõdita ſit. Et ipſum uocare magnę & in effabilis eſt miæ, tum ob benignã interrogationẽ, q̃ erubeſcentem,& neq; os apire,neq; linguam moUere audentem, aiabat:tum qd̃ ipſum dicere, Vbi es? plurimam habet miſericordię uim. Significat.n. quaſi ita diceret ad illũ: Quid factum eſt? In alio te loco reliq, in alio te inuenio: alia gl'ia ueſtitũ te reliqui,nunc in nuditate te inuenio. Vnde tibi hoc accidit? Quis te in tantã induxit uiciſsitudinẽ? Quis latro, uel fur ſic ſemel oẽs diuitiarũ ſubſtãtias auferens, in tantã te inopiã deduxit? Vnde nuditatis M
ſenſus tibi cõtigit? Quis tibi author fuit,qd̃ ablatũ à te ueſtimentũ illud admirabile, quo amictꝰ eras? Quę repentina hæc mutatio? Quę tẽpeſtas ita ſubito oẽs tuas merces demerſit? Quid accidit qd̃ ab eo q tibi tanta beneficia ꝓſtitit, & in tantũ honorem te euexit,occultari attentas? Quẽ nunc timiens,deliteſcere ſtudes? Nũ adſtat tibi q accuſet? Nũ ꝓmunt teſtes? Vnde tanta formido,tantuſq; metus te inuaſit? *Tuam.*inqt,*deambulantis in horto uocẽ audiui, & timui,quia nudus ſum,& abſcondi me.* Et unde tibi nuditatis tuę ſciẽtia contigit? Dic obſecro, qd hoc noui & rari? Quis hoc unq̃ annũciare potuiſſet tibi, niſi ipſe huiꝰ cõfuſionis author eſſes factus? niſi à ligno de quo ꝓcepi ut ab eo ſolo nõ comederes,comediſſes? Vide excellentẽ mĩam & patientiã domini. Nã cũ poterat ne reſponſo qdem dignari eum q peccauerat, ſed ſtatim pœnã infligere,quã priꝰ ſtatuerat ꝓuaricaturo:longanimis tamen eſt,& ſuffert,& interrogat, & reſponſum accipit: & iterũ interrogat, quaſi ad defenſionẽ eũ prouocãs:ut arrepta occaſione ẽt poſt tantam præuaricationem, ſuam erga illum miſericordiã declaret. Quo etiã nos docet,

A ut quando & uos reos cõdemnamus,non tã crude liter illis loquamur,neq; ferina in illos utamur ſęuitia:ſed lõganimiter & miſericorditer agamus,utpote noſtra ipſorum membra cõdemnaturi,& cogitãtes illos nobis ſcdm naturã cognatos: ſuppliciũq; miſericordia temperemus. Non n.fruſtra tanta uerborum humilitate noſtrę tenuitati congrua utitur diuina ſcriptura, ſed uerbis craſsis æmulari nos debere dei miſericordiã, docet. *Dixitq;, Quis annunciauit tibi quòd nudus eſſes,niſi de ligno, de quo ſolo ꝓcepti tibi ne come deres,de illo ipſo cõediſſes?* Vnde,inqt, poſſes hoc ſcire,te tanta cõfuſione ueſtiri,niſi multũ intẽperans fuiſſes, & mandatũ meũ contempſiſſes? Cõſidera dilecte,bonitatis dei excellentiã, qũo quaſi amicus amico loqtur, & quaſi conq̃ritur ei q mandata ꝓuaricatus erat. Quis annunciaſſet tibi qd̃ nudus eſſes, niſi de ligno de quo ſolo præcepi tibi ne comederes,de illo ipſo comediſſes? Non caret emphaſi,& latẽti qdã ui,qd dicit,De quo ſolo:q̃ſi dicet, Nũ adeò anguſtos fruendorũ bonorũ limites
B tibi ꝓſcripſi? Nõne oẽm tibi copiã ꝓbui? nõne oim q̃ in paradiſo ſunt poteſtatẽ tibi dedi? & duntaxat ab hoc unico ut abſtineres ꝓcepi: ut ſcire poſſes te ſub domino quodã eſſe, cui obediẽtiã debes. Quæ igitur negligentia illa,ut tantis fructib. nõ ſis contentus:ab hoc unico abſtinere nolueris, & ſic ſtatim ad uiolandũ mãdatũ qd̃ dedi, prorupis,temeti ipſum tantis malis immergendo? Quę tibi inde utilitas? An nõ hæc ꝓdixi? Nõne metu pœnę uolui te coërcere & munire? Nõne hac de cauſa,ne in tanta mala incideretis,hunc cibũ prohibui? Quis te poſt tanta mãdata adeò inſenſatu factũ uenia dignaretur? Nõne ſicut pater germanũ filiũ,de oibus ſatis dilucidè & diſtinctè inſtruxi: & ut de aliis qdẽ guſtares,ab hoc aũt abſtineres, ut ne oĩa bona ſiꝰ pirent? Sed fortè ratus es alterius cõſiliũ meo manda
to melius & fidelius, & expectatione maiorũ bono rũ hæc feciſti:& offenſo mãdato meo,de ligno ede re auſus es. Ecce qd tibi acciderit,nũc re ipſa didiciſti,& exptus es quanta cõſilii illius pnicies. Vidiſtis iudicis miſericordiã? uidiſtis manſuetudinẽ & tolerantiam domini? uidiſtis uerborũ attemperationẽ
C omni ſermone & cogitatione ſuperiorem? Vidiſtis, qũo per interrogationem,& dicendo, Quis annunciaſſet tibi, niſi de ligno, de quo ſolo ꝓcepi tibi ne comederes,de illo ipſo comediſſes? ianuas illi aperire uult defenſionis, ut & miſericordiã ſuã erga eũ, q tantum peccauerat, declararet. Audiamus & illũ qd ad hæc reſpondeat. *Et dixit Adã, Mulier quã dedi ſti ut ſit mecũ,ipſa mihi dedit de ligno,& comedi.* Miſerabilia.ſ.uerba, & magna miſeratione plena,& digna q̃ ad miſericordiam dominum prouocent, tã manſuetum,& bonitate ſua uincentem noſtra pctã. Nã poſtq̃ magna longanimitate illius mentem cõmouit,& oſtendit peccati magnitudinem, quaſi defenſione contexta,inqt Adam, Mulier quã dediſti, ut ſit mecum ipſa mihi dedit de hoc ligno,& comedi. Scio,inqt, q peccauerat:ſed mulierẽ quã dediſti, ut ſit mecum,de qua ipſe dixiſti, Faciamus illi adiutorium ſcdm eũ,ipſa mihi huius ruinæ cauſa fuit. Mulier quam dediſti ut ſit mecum. Quãdo.n. expectaſſem ut tanta confuſione me reſpergeret, q̃ ideo cõdita ut mihi ſolatio eſſet? Tu mihi iſtam dediſti,tu ipſam mihi adduxiſti. Ipſa, neſcio unde mota, dedit mihi de ligno,& comedi. Videntur hæc qdẽ de- D
fenſionem quandã p ſe ferre: ſed prorſus uenia carent. Qua.n.uenia dignus es, inqt,q mea ꝓcepta obliuiſceris,& qd̃ mulieris datum meis uerbis ꝓferendum putas? Nã licẽt mulier cibum dederit, ſufficiebat tamen mandatum meũ, & timor ſupplicii ad fugam eſcæ incutiendã. Num ignorabas? nũ neſcie bas? Ideo curam ueſtri gerens ꝓdixi,ne in hęc incideretis: ut licẽt mulier tibi ad tranſgreſsionẽ mandati miniſtraret, ut ꝓpea inſons non feres. Maiorẽ enim fidem mandato meo te habere oportebat, & non ſolũ ut tuipſe ab eſu caueres, ſed & ut mulierẽ doceres pctorum magnitudinẽ. Caput.n.es mulieris,& pp te illa producta eſt: tu autẽ ordinẽ inuertiſti,& non ſolum illam non correxiſti, ſed & ipſe ſiꝰ abreptus es. Et oportebat corpus reliquum capiti obſequi:ſed diuerſo modo res euenit,corporiq; reliquo caput obſequutũ eſt,& q̃ ſurſum erant,in infimum locũ uenerũt. Propterea quoniã oẽm ordinẽ inuertiſti,hoc loco nunc es q antea tanta gl'ia ueſtitus eras. Quis te ſatis dignè deplorarit,cui tot & tãta bona ablata ſunt? Veruntamẽ licẽt oia hæc tibi E
acciderint, nulli tamẽ alteri cauſam aſſcribe,ſed tibiipſi & tuæ ignauię. Neutiquã.n.te nolẽte mulier in tantã induxiſſet ruinã. Nũ obſecrauit? nũ diſſeruit? nũ decepit? Dedit tantũ, & ſtatim, tamq; facilè ad ſumendũ cibũ adductus es, nullã mandati uel memoriã feciſti: putaſti a me te deceptũ eſſe, & ppea cibum hunc tibi nõ dediſſe, ut ne maiorib. fruereris. Et qũo rationi conſonum, qd̃ ego te fallerem, q tot in te beneficia contuli? Et iſtue ipſum quanta beneficentiæ magnitudo erat, ut ꝓdicendo diſtinguerem à quo abſtinendũ eſſet, quò non incideres in q̃ inciditi? Sed hæc oĩa nõ magni faciebas. Ecce nunc experientia te docet, quanta peccatorũ ſit magnitudo. Reliquũ, ne ſoli mulieri culpã adſcribas, ſed negligentiæ tuę. Igitur cũ ſatis Adæ dictũ eſt,& confeſsionẽ ille fecit commiſſorũ, ut putabat, pctõ in mulierẽ translato: uide bonũ dominũ, quanta iterum uerborũ humilitate dignatur ẽt illa ſuo reſponſo. Et dixit deus mulieri, Cur hoc feciſti? Audiſti uirum in te culpã transferentẽ,& oĩa tibi aſſcribentem q̃ ipſi in adiutricem data es,atq; ideo condita ut tuis ſolatiis ipſum foueres, utpote eandẽ naturam cũ ipſo ſortita. Cur hoc feciſti ô mulier? cur & tibi & uiro tãtæ cõfuſionis facta es author? Quę utilitas ex hac intẽperãtia tibi accreuit? Qd̃ ex hoc errore lucrũ tibi acceſsit, qd̃ ſpõte decepta, ẽt uirũ eiꝰ mali participẽ facere uoluiſti? Quid ergo ad hęc mulier? Serpẽs decepit me, & comedi. Vide ẽt hęc q̃ natura meticuloſa, puicax eſt, & pctã ſua defendit. Nã ſicut uir culpam in mulierẽ reiicere uidetur dicens: Mulier coegit me,& dedit,& comedi: ſic & ipſa nullũ effugiũ inueniens fatetur factũ,& inqt: Serpẽs decepit me,& comedi. Mala illa,iqt, beſtia hũc nobis lapſum attulit. Illiꝰ pnicioſum cõſiliũ,in hãc nos cõfuſionẽ adegit. Ille me decepit,& comedi. Dilecti,ne tranſeamꝰ ſimpliciter q̃ nunc dicuntur,ſed diligenter ſcrutemur. Nã plurimam inde uoluptatẽ ꝓcipiemus. Terribile.n.iudiciũ eſt,& horrore plenũ. Et ſanè quiſquis bene audierit, magnũ theſaurum mẽti ſuæ inferet. Conſidera igitur & uirum dicẽtẽ, Mulier, quã dediſti ut ſit mecũ, ipſa mihi dedit, & comedi. Quin & ipſa quoq; apologiã cõcinnans nõ dixit, Serpẽs coegit me, et comedi: ſed qd̃ Serpẽs decepit me. Nuſq̃ neceſsitas, nusq̃ uiolẽtia, ſed uolũ-

G tas & arbitratio. Dedit ſolum, nō coegit, nō uim fecit: Inimicus.n. noſtræ ſalutis opa huius malæ beſtiæ uſus, cōſilium dedit & decepit: non uim fecit, neq; coegit, ſed pernicioſo cōſilio fraudes ſuas ope cōpleri fecit: quoniā mulierē offendit, q̄ deceptionē facilē admiſſura erat, nulla uenia dignā. Serpēs decepit me & comedi. Vide igitur bonū dominū, illorum uerbis contentum, & ad plura dicenda nō cogentem. Quandoqdem hæc nō ignorās interrogabat, ſed cōſcius, & ualde conſcius. Cæterū ut ſuā declaret miſericordiā, ad illorum ſe infirmitatē demittit, & ad peccatorum cōfeſſionē prouocat. Atq; hac de cauſa nihil ulterius ex eis q̄rit. An non & ſpecies ip̄oſturæ diſcēda erat? Verū ut nobis oſtēdat, quòd nō ignorās interrogauerit, contentus fuit dictis. Nā dicendo, Serpēs decepit me, & comedi: aperuit perniciosum conſiliū, quod à diabolo p ſerpētem accepit. Vidiſtis quanta diligentia Adam interrogatus eſt? cū quāta tolerantia in iudiciū adducta eſt mulier? quō uterq; ſe defendit? Vide conſequēter hic ineffabilem miſericordiæ iudicis excellentiam.

H Quia poſtq̄ mulier dixit, Serpens decepit me, & comedi: non iam ſerpentem dignatur ut audiatur, & locum habeat defendendi: neq; rogat ſicut uirū & mulierē: ſed accepta ab illis defenſione, in illū, q̄ſi malorum authorem, impetum facit. Et qa deus, cui ēt ineffabilia, & arcana nota ſunt, ſciebat quòd ſerpens miniſtrauerat diaboli inſidijs & inuidiæ, qua hoiem pſequebatur: ut diſcas ſuā bonitatem, quō cùm de illis diceret, ad Adam qdē ait, Vbi es? Quis annūciauit tibi? Euæ autem dixit, Cur hoc feciſti? de hac mala beſtia nihil tale dicit. Sed qd? Et dixit dominus deus ſerpenti, Quia feciſti hoc. Vidiſti differentiā? Mulieri dixit. Cur hoc feciſti? Serpēti aūt, Quia feciſti hoc. Quia hoc malū, inqt, opatus es: qa pernicioſum hoc cōſilium induxiſti, qa huic inuidiæ miniſtraſti, qa inuidiā acuiſti aduerſus creaturā meā: Maledictus tu præ oībus pecorib. & prę oībus beſtijs terræ. Super pectus tuū & uentrē tuum gradieris, & terrā comedes oibus diebus uitæ tuæ. Et inimicitias ponā inter te, & inter mulierē: & iter ſemen tuum, & inter ſemē illius. Ipſa obſeruabit caput tuum, & tu obſeruabis eius calcaneum. Attēde oro hic, quanto ordine ſequentia turgeant miſericordia. Nā interrogās à uiro incepit, deinde ad mulierē trāſiit. Et poſtq̄ ipſa dixit, qs ſibi autor fuerit: ut uentū eſt ad ſerpentē, nō iam illū dignatur ut reſponſum ex eo audiat, ſed pœnā intētat, & talem q̄ omni tpe duret, & ſui ſpectaculo omnib⁹ poſthac futuris doctrina ſit, ne ultrā peſtilēs illud audiatur conſilium, neq; locus cōcedatur doloſis ipſius inſidijs. Sed fortè dixerit aliqs, Cùm diabolus ſerpētis opa uſus, malum attulit cōſiliū, cur beſtiæ illi pœna infligitur? Eſt & hoc ineffabilis miſericordię dei opus. Nā ſicut clemētiſsim⁹ pater puniēs eū, q̄ filiū ſuū occiderit, & gladiū & enſem, per q̄ fili⁹ ſuus occiſus, deſtruit, & i multas partes diuidit: eodē modo & deus egit. Quippe ſerpēs quaſi gladius qdam diabolicæ ſeruiuit malitiæ, unde & ppetua ipſi pœna intētata eſt. Quò p uiſibile & ſenſibile hoc ratiocinemur & expēdamus, in quāta ignominia ſit & diabolus. Nā ſi is q ut ſerpēs miniſtrauit, tantā exptus eſt indignationē, quale ſuppliciū ueriſil'e eſt ſuſceپturū diabolū? Imo hoc nos iam docuit in diuinis

Mat. 25.d euangelijs xp̄s, dicēs ad eos, q à ſiniſtra ſteterūt: Diſcedite à me maledicti in ignē, qui p̄paratus eſt diabolo, & nuncijs eius. Illi.n. olim p̄paratus eſt inextinguibilis ille ignis. Quid ergo miſerius illis, q negligendo ſalutē ſuam, ſeipſos ſupplicio illi reos ſtatuunt, qd diabolo p̄paratum eſt? Nam nobis, ſi uoluerimus uirtutem amplexari, & leges à xp̄o ſtatutas ſeq, paratum eſt regnū, de quo ip̄m audi loquētem. Venite benedicti patris mei, in hereditatē acci

Ibidem c pite regnum, quod uobis præparatum eſt à conſtitutione mundi. Vidiſti illi extinguibilem ignem p̄paratum: nobis aūt niſi deſides fuerimus regnū? Hæc igitur cogitantes, & uitæ noſtræ curā agamus & malitiam fugientes, nunquā diabolicis artibus decipiamur. At ſi & uos uoluerit is, iterū in mediū afferamus pœnā q̄ ſerpenti inflicta eſt, ut paulatim ad finē iudicij properātes, uideamus diuinę miſeri cordię magnitudinem. Nam ſi hoies iudicem uidētes publicē ſedentem, & contra reos ſententiā pronunciantem, ſæpe toto die ibi manēt, nec inde abſcedunt donec ſurrexiſſe uiderint iudicē: multo magis nūc nos decebit iudicē uidere bonū deū, qūo ſerpenti grauē pœnā impoſuerit, ut p ſenſibi- L lis huius beſtię pœnas, qua quaſi organo uſus eſt malignus ille dęmō, intelligamus quas illi ppetuas in futuro ſcō inflicturus eſt. Qūo itē cōgrua & miſericordi correptione uirū & mulierem caſtigat, q̄ admonitio potius ſit q̄ punitio: ut his oibus diligenter aiaduerſis, admiremur miſericordis dei prouidentiam, quā ille noſtrę naturę exhibet. Quid ergo illi dictū? Et *dixit dominꝰ deus ſerpēti, Quia feciſti hoc, maledictus tu præ omnibus pecoribus, & p̄ omnibus beſtijs quæ ſunt ſuper terrā. Super pectus tuū & uentrē tuū gradieris, & terrā comedes oibus diebus uitæ tuæ. Et inimicitias ponā inter te et inter mulierē, & inter ſemen tuū, & ſemē eius. Ipſa tuū tenebit caput, et tu tenebis eiꝰ calcaneū.* Grauis indignatio, ſed magna etiā & eminēs impoſtura, quā per illum malignus dęmon intulit. Et dixit dominus deus, Quia feciſti hoc. Quia tali, inqt, malitię miniſtraſti, ut ip̄oſtura illa ope cōpleretur, malū conſiliū afferendo, & letale poculū tēperando: quia ſic miniſtraſti, & à mea beneuolentia excidere uoluiſti creaturas meas miniſterio maligni dęmonis ſentētię exhibito, q ob excellentē inuidiā & ſuperbiā ſuā è cœlis in terrā deductus eſt: & ppea quia te in his ut inſtrumento eſt uſus, perpetuam tibi pœnā impono, ut per ea q̄ tibi fiunt, & ille ſcire poſsit quā ipſe expectet pœnam, & futuri hoies erudiantur non accedēdum ad diaboli conſilia, neq; illius fraudes accipiēdas, ut ne in eaſdē incidāt pœnas. Propterea maledict⁹ es tu inter oia pecora, qa calliditate malē, & nō ut oportebat es uſus: ſed prius legium quod ſuper oia aiantia poſsidebas, hoc tibi in oium malorū ceſsit occaſionē. Inquit enim, Serpens erat prudentiſsima oium beſtiarum ſuper terrā. Propterea maledictus tu inter oia iumenta & oēs beſtias terræ futurus es. Et quia maledictio nō erat ſenſibilis, neq; oculis uideri poterat, pp hoc & ſenſibilem illi pœnā infert, ut continuò ante oculos uidere poſsimus ſupplicij eius monimenta. Super pectus & ſuper uētrem gradieris, & terrā comedes oibus diebus uitæ tuæ. Quia & ſtaturę tuæ formatione abuſus es, & i familiaritatē rationalis aialis à me cōditi uenire non formidaſti. Sicut igitur diabolus, q per te opatus, & te ut inſtrumento uſus eſt, è cœlis deorſum depulſus eſt: qa pluſquā digni

tatis ſuæ

A tatis ſuæ erat, ſapere uolebat: ita ſimiliter impo, ut & tu aliā formationis figurā habeas, & ſup terrā repas eaq; alaris: atq; adeo ne liceat tibi poſthac ſuſpicere: ſed ſemp in hoc maneas ſtatu, & ſolus ex aialibus terra paſcaris: neque hoc ſolum. Nā & inimicitias ponam inter te & inter mulierē, inter ſemē tuū & ſemē eius. Neque hoc cōtentus ero quòd ſup terram reptes, ſed & inimicam fœderisq; neſciam faciā tibi mulierem: neq; eam ſolam, ſed & ſemen eius ſemini tuo hoſtem ppetuū faciā. Ipſa tuum ſeruabit caput, & tu eius ſeruabis calcaneum. Tantum.n. illi robur concedam, ut cōtinuò immineat capiti tuo, te autem faciā ſub pedib⁹ ei⁹ iacere. Vide hic dilectę qūo p pœnam huic beſtiæ deputatā, quanta humani generis cura deo ſit demoſtretur. Et hoc quidem de uiſibili ſerpēte. Licet aūt uolenti poſt hoc conſiderare ſcriptorum tenorem, & cognoſcere, qđ ſi de ſenſibili ſerpēte hęc dicta ſūt, multo magis accipiēda ſunt hęc de ſpūali ſerpente. Etenī & illū pedibus noſtris ſubiecit humiliatum. Et nos incūbere illi⁹

Luc. 10.c capiti ſecit. An non hoc ſignificat, dicēs, Calcabitis ſup ſerpentes, & ſcorpiones? Deinde.n. ne putem⁹ de

B ſenſibilibus ſerpentibus eſſe dictum, ſubdit, Et ſup oēm uirtutem inimici. Vidiſtis ex his, quę dicta ſūt de pœna, inſtrumento diabolico inflicta, ingentē dei miſericordiam? Veniam⁹ iterū, ſi placet, ad mulierē. Serpēs qa impoſturā intulit, propterea & pœnā ipſe prim⁹ accepit. Et qa primo mulierē decepit, ideo & ipſa prior plectitur pœna magnā admonitionē habēte. *Et mulieri dixit. Multiplicās multiplicabo triſtitias tuas: et gemitū tuū. In triſtitijs paries filios. Et ad uiruꝝ tuū cōuerſio tua, et ipſe tui dominabitur.* Vide boni tatem domini, quomodo poſt tantam puaricationē manſuetudine utitur. Multiplicās multiplicabo triſtitias tuas. Ego qdem uolebam, inqt, te citra dolorē & grumnā uiuere, liberamq; ab oi mœrore & triſtitia, & oi uoluptate repleri, et licèt corpore circundatā, corporalium ſenſu non affici. At qa non uſa es ut oportet tanta proſpitate, ſed affluentia bonorū in tātā te ingratitudinē inuexit propterea tibi frenū ipono, ut ne amplius laſcinias, ad triſtitias & gemit⁹ te cōdemnans. Multiplicans multiplicabo triſtitias tuas, & gemitum tuum. In triſtitijs paries

C filios. Rē inqt, magnę lętitię & filiorum propagatio nē à triſtia te incipere faciā, ut & ipſa, quāta peccati & mobedientię magnitudo, ppetuā habeas memoriā ex perpetuis doloribus, & pręſertim tpe partus. Et ne proceſſu tpis obliuiói tradas quod factū eſt, quod hęc impoſtura horū tibi cauſa facta ſit, propterea multiplicās multiplicabo triſtitias tuas & gemitū tuum. In triſtitijs paries filios. Hic ſignificat parturientiū dolores, multiplicemq; illum laborē, quē ferre neceſſe ē: ut pote tot mēſib⁹ geſtare uterū, uelut ſarcinā pueri, & ſentire ſingulares q inde oriūtur dolores, & mēbra diſtēdi, et ferre intolerabiles illos dolores, quos ſolę ille ſciūt quę exptæ ſunt. Verūtamē doloribus tāta ſolatia ſimul admiſcuit miſericors deus: ut fermè conferendum ſit gaudiū, qđ ex nato puero habetur, cū doloribus illis, q tot mēſibus uentrem diſſecant. Nā tātum laborē, totq; dolorū cruciat⁹ ferentes: & ut ita dicam, penè de ipſa uita deſperātes, poſtquàm pepererit, & doloreb⁹ fuerint ſolutę, lętitiaq; frui cœpint, iterum ūſi oblitę laborū omnium, ſeipſas filiorū generationi accōmodant: ſic diſpēſante miſericorde deo ut hoium ſal-

uetur genus. Semper enim futurorum bonorū ſpes D pręſentia incōmoda leuius ferri facit. Id quod i negociatoribus qs uiderit, q remota maria trāſeūt, & naufragia ferūt, & piratas, & pręterea pericula multa, qbus illorum ſpes fruſtatur: neque ſic tamē deſiſtunt, ſed iterum eadem attētant. Hoc etiam de agricolis poſſemus dicere. Eteni & illi cùm profundē ſe cuerint terram, & diligenter excoluerit, ac ſementē fecerint, ſępe ariditate, uel immodicis pluuiis, uel tādem q̄do manipuli colligendi, rubigine uel calamitate ſupueniente, ſpe ſua excidunt: ueruntamē neq; illi ſic deſiſtūt, ſed iterum ut tps appetierit, agriculturā exercent. Et in qbuſcunque ſtudiis hoc obuiū eſt: Sic mulier quoq; & ipſa ſæpe poſt menſes illos, poſt itolerabiles labores, poſt noctes iſomnes, poſt mēbrorū diſtēſiones, paruo quoddā interuallo facto, licet, ante ſtatutum tps partū abortuerit infor mē, & nondū liniamētis figuratū: uel etiā formatū qdem, non integrum autem neq; ſanum, uel etiā ſæpe mortuum, uix è periculis elapſa: attamē q̄ſi obli ta horum oium, eadem quę antea ſert & tolerat. Et qd dico? ſæpe cum fœtu nato commori eas contin E git, & neque hoc cęteras terret, neque pſuadet ut rē fugiant: tātū deus triſtib⁹ illis iſeuit dolorē ſimul & uoluptatē. Propter hoc dicebat, Multiplicās multiplicabo triſtitias tuas, & genitū tuū. In triſtitijs paries filios. Hoc etiā Chriſtus dicebat diſcipulis ſuis, moſtrans tam doloris magnitudinē, quā lętitię excellentiā, Mulier quādo parit, triſtitiam habet, quoniam uenit hora eius. Deīde uolēs nobis cōmendā re, qūo triſtitiæ ſimul è medio tollantur, gaudium autem & lętitia ſuccedant, inqt, Quando aūt pepererit puerū, non iā memor eſt afflictionis, propter gaudium, qa natus eſt hō in mundum. Vidiſti prouidentiam, & curā noſtri eximiam? Vidiſti pœnam admonitiōis plenā? In triſtitijs paries filios: deide, Ad uiruꝝ tuū cōuerſio tua, & ipſe dominabitur tui. Quaſi ſe defendens apud mulierē, hæc dicit miſericors deus. Ego, inqt ab initio honore parē te formaui, & eiuſdem dignitatis in omnibus participem. Et ſicut Adę, ita & tibi omnium pricipatū cōcredidi: cæterùm qa abuſa es honoris dignitate ſubiicio te uiro: & ad uirū tuum cōuerſio tua. Quia relicto eo F q dignitate par, & cui⁹ naturę particeps, & propter quē formata es, familiaritatē cum ſerpēte mala illa beſtia habere, & eius accipe conſiliū uoluiſti: propterea poſthac illi te ſubiicio, & illum dominū tuū aſſero, ut illi⁹ ſcilicet dominiū agnoſcas. Et qa neſciuiſti imperare, diſce bene regi. Ad uirū. n. tuū, inqt, conuerſio tua, & ipſe dominabitur tui. Meli⁹ eſt ut tu ſub illo ſis, & illū dominū habeas, quàm ipauidè & liberè uiuēs per pręcipitia feraris. Itaque cōſiderās quod tibi utile, ad illū te habere uolo cōuerſionē: & ſicut corporis eſt caput ſeq, dominiū eius ſuauiter agnoſcere. Scio qđ dictorū prolixitate fatigamini, ſed excitemini aliquantulū oro, ne impſectum iudiciū relinquamus, neq; relicto adhuc iudice ſedente diſcedam⁹. Et iam fermè ad finem pueni mus. Videam⁹ itaque qđ poſt ſermonem mulieri factum, uiro dicat, & quam illi pœnā intentet. *Adæ autem dixit. Quia audiſti uocē uxoris tuæ, et comediſti de ligno, de quo mādaui tibi ut ex eo ſolo non comedas, de illo ipſo comediſti: maledicta terra in opibus tuis. In triſtitijs comedes illā omnibus diebus uitæ tuæ: ſpinas et tribulos oriri tibi faciet, & comedes fœnum agri. In ſudore faciei tuæ ue*

D

G *sceris pane tuo, donec reuertaris tu in terram, de qua sumptus es. Quia terra es, et in terrā abibis.* Plurima & ineffabilis etiā hoc loco ostēditur dei erga hoiem prouidentia, & cura. Sed audiamus diligenter unū quodque dictorum. Adę autem dixit, Quia audisti uocē mulieris tuę, & comœdisti de ligno, de quo p̄ceperā tibi ut ex eo solo nō comedas, de illo ipso comedisti. Quoniā, inqt, audisti mulierem tuā, & comedisti de ligno, & consilium illius meo mādato maioris fecisti: & noluisti ab unico hoc ligno abstinere, de quo solo prȩcepi tibi ne comederes (non. n. tibi p̄cepi ut a multis abstineres, sed de uno solo, & nec̄ ab illo abstinuisti, sed oblitus mandatorū meorū, a muliere psuas° es) idcirco re ipsa discas q̄tum malum sis opatus. Audiāt uiri, audiant mulieres: & illi quidem, ut ne ferant mala consulentes: hæ autē, ut ne talia cōsulant. Nam si hic culpa in mulierē reiecta, nullam ueniam assequutus est, q̄lē qs haberet ueniā, dicens, Propter uxorē hoc & hoc peccaui, & hoc & hoc feci? Ea. n. de causa sub tua potestate facta est, & dominus eius pronunciat° es, ut illa tibi pareat, & nō caput pedes sequatur. Verūm nō rarō H uidem° contrariū usū euenire, ut is q suo ordine caput esse deberet, nec̄ pedū ordinē seruet: & ea quę in pedū loco est, i caput cōstituatur. Idcirco & beatus Paulus magister orbis, hęc oia præuidēs, clamabat. Quī nāq; scis mulier, an uirū tis saluatura? Aut
1. Corint. 7. d. quī scis uir, an uxorē tis saluatur°? Veruntamē uiri est, ut diligēti opa malē consulentem repellat: mulier uerō semp in auribus sonans habet supplicium qd Euę irrogatum, quę pestiferum, illud consiliū uiro suggesserat: ne audeat talia cōsulere, nec̄ imitetur Euam: sed illius exēplo prudentior fiat, & talia consulat, quę & ipsam, & uirum oī supplicio libera tura sunt. Porrō ad istitutū redeam°. Adæ aūt dixit deus, Quia audisti uocē mulieris tuæ, & comedisti de ligno, de quo p̄cepi tibi de eo solo ne cōederes, de illo ipso comedisti. Quoniā, inquit, tanta tibi negligētia in obseruando meo mandato, nec̄ timore te coercuit, nec̄ qd p̄dixi futurū ex usu huius ligni, qd tunc ab aliis internosci faciebā: sed in tantā malitiā pueniisti ut neque ab unico hoc ligno tibi tēperaueris tametsi tot & tantis tibi frui liceret: atque ideo maledicta terra in operibus tuis. Vide misericordiam domini, quomodo serpentem punit, qūo item & rationale animal. Illi. n. dixit, Maledictus tu de terra: hic autem non sic. Sed qd? Maledicta terra in operib° tuis. Et meritō. Nam quia propter hoiem producta est ut ille posset frui his quę ex ea nascuntur: ideo iterum propter hoiem peccantem maledictum ei inditur: qa maledictum terrę eueniens, hominis securitati & felicitati obest. Maledicta terra i operibus tuis. Exin ut discamus qd sit, maledicta, subdit, In tristitiis comedes eam oībus dieb° uitæ. Vide quot nnuc seculis hāc pœnam luimus: ut nō solum illis utile sit, sed ut posteri iisdem reb° doceātur, unde illis hęc supplicia sūt iuecta. In tristitiis comedes eam oībus dieb° uitę tuę. Post hoc diligenti° docēs nos maledicti speciē & tristitię causā, subdit: Spinas & tribulos oriri tibi faciet. Ecce maledicti monimēta. Spinas, inqt, & tribulos proferet terra: itaq; multis labor ib° & ęrumnis opandū tibi, & oī tempore cum tristitia uiuere te faciā, ut hoc tibi frenū sit, ne qd supra dignitatem de te sentias: sed cōtinuo cogites tuā ipsius substātiā, neque feras ut posthac sic decipiaris. *Et comedes fœnū agri. In sudore* K *faciei tuæ uesceris pane tuo.* Animaduerte quo pacto post pctū & inobedientiam oia secus contigerunt quam antea, & planē diuersa: q̄si diceret, Ego qdem cùm in hunc mundum te prodire feci, uolebam te degere absq; doloribus, laboribus sudorib°, & ærūnis, & oi felicitate frui, neque corporalib° necessitatibus obnoxiū esse, sed ab oībus illis liberū. Quia uerō non profuit tibi tanta securitas, ea propter & terrę maledicā, ita ut absque satione & aratione nō proferat suos fruct° sicut antea: sed & cū multo labore, molestiis, & ęrumnis, afficiā te tristitiis, & cōtinuis fatigati onib°. Sudorib° item totū humiliabo, ut his exercitat° ppetuā doctrinā habeas, modestē agēdi, tuāque ipsi° naturā agnoscendi. Neque hoc ad modicū & breue tps erit, sed omni tpe uitę durabit. In sudore. n. faciei tuę uesceris pane tuo, donec reuertaris tu in terram, de qua sumptus es. Quia terra es, & in terram abibis. Hęc sustinebis usq; ad finē uitę tuę, & donec i illam resolueris ex qua format° es. Nam quanuis tibi corporis dederim naturā, ob meā bonitatē, ipsum tamen hoc corpus ex terra exi L stēs, iterum erit terra. Terra. n. es, & i terram abibis. Eniuero ut ne hæc fierēt, dixi, ne comedatis de hoc ligno. Quocūque. n. die comederitis, morte moriemini. Non. n. hoc uolebam. Sed quia eorū, quę ad me attinebant, nihil intermissum est: tu aūt teipsū in hęc coniecisti, ne i aliū causam retuleris, sed tuę ipsius desidię totū adscribito. Iam deinceps alia nobis q̄stio hic nascitur, qua, si placuerit, breuiter absoluta, finē sermonis hic faciā. Dixit, inqt, deus. Quocūque die comederitis, morte moriemini: multorū autē annorū numero ostēditur uixisse illos post in obedientiā, & cibi esum. Et quęstio qdē aliqua esse uidetur his q a superficie salutant diuinas literas. At si qs magno studio aures adhibeat manifestū ē qd dicitur, neque quęstio fuerit attēdēti. Nā licet multos annos uixerint, attamen a quo tpe audierunt, Terra es, & in terram abibis: & sententiā acceperūt mortis mortales fuerunt: et ex illo tpe fuerunt perīde ac si qs illos dicat mortuos fuisse. Hoc igitur et scriptura significās, dixit, Quocūque die comederitis morte moriemini: hoc est, sententiā accipietis, M mortales posthac uos futuros. Sicut. n. ī humāis iudiciis, q̄do qs sententia lata ut capite mulctetur, iterū in carcere coniicitur, et licēt ibi multo tpe agat, nihil melius tamen habet defunctis et mortuis, utpote iam per sententiam mortuus: eodem modo et illi, ab eo die a quo mortalitatis sniam accepunt, tametsi longo tpe duraverint, nihilominus sententia mortui erant. Scio qd hęc doctrina plurib° prolixioribusq; tractata sit. Ideo qa gratia dei, pro nostris uiribus oia in medium prolata sunt lectis nūc finem iponam°. Possent qdem & alia proferri, et iterum monstrari, inflictam hanc pœnā, et mortales nos factos multū habere diuinę misericordię. Sed ne multitudine dictorū mētē uestrā obruam°: age, obsecramus uos, ut cùm hinc abieritis, ne i conuenticula insipientiū uos conferatis, nec̄ intempestiuę nugacitati uacetis: sed itelligite et colligite nobiscū quę dicta sunt, et in memoriā referte, quid nam iudex responderit, quid rei pro se dixerint quomodo Adam qdem culpam in uxorem transtulerit. illa uerō in serpentem: et quomodo deus etiā hunc puniet, et pœnā illi toto seculo duraturā inflixerit, gra-

A uemq; in illum indignationē declarauerit: atq; ex hoc ostēdit suam in deceptos curā, pp quos impostorem ita ultus est. Manifestum, qd hic eos decepe rat qui deo ualde grati, & pro quibus multū solicitus erat. Dein mementote supplicij mulieris, & pœnæ q̄ illi intentata, immo potius admonitionis. Et sic quoq; recordemini, q̄ sint Adæ dicta. Sententiaq; in mēte uestra scribatur, Terra es, & i terrā abibis. Hinc obstupescite ineffabilē dei misericordiā. Qd nos, q sup terrā sumus, & in terrā dissoluimur, si uoluerim° uirtutē amplexari, & uitia fugere, assequ poterimus ineffabilia illa bona q̄ parauit & promisit diligētib. s.e. Gratias igitur illi multas debemus, nostrū cōfitēdo dominū, pro tot talibusq; beneficiis & nequaquā ex memoria dimittēdo, p bona opa, & diligēti malorū fuga ipsum mitigemus. Qūo nō oīs ingratitudinis signū fuerit, si ipse quidem cùm deus sit & immortalis naturæ, non refugit assumere mortalē & terrestrē nostrā substantiam, ut & ab antiqua morte nos liberaret, supra cœlos ueheret B honore quo patri cōsidet, exaltaret, & ab oī cœlesti exercitu adorari faceret? Nos aūt cōtraria illi retribuere nō erubescimus, sed & imortalē aīam, q̄si dixerit qs carni agglutinatā, terrenā ipsam & mortuam, & nihil operari ualentē, facere curamus. Obsecro ne sic fiat, ne sic ingrati simus erga benefacto rē nostrū: sed illius p̄ceptis obedientes, q̄ ipsi grata sunt & probantur, operemur: ut & ęternis bonis dignos nos ostendat. Quæ nos oēs assequi cōringat gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cū patre & spiritusancto sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia decima octaua.

Idistis heri iudicis misericordiam? Vidistis
u examē benignitate refertū? Vidistis suppliciorū diuersitatē? quo punitus sit dolosus ille supplantator: quo etiam deceptis pœna sit intentata, q̄ magnā dei præ se ferret misericordiam? Vidistis quo nobis cōmodorum occasio fuit, adfistere tribunali, & uidere quo processerit examen? C Cognouimus. n. quantis seipsos bonis mādati trās gressione priuarint Adā & Eua, nudati, gr̄a illa ineffabili, & uita non inferiore q̄ angelica. Cognouimus patientiā domini, didicimus quantum malū sit desidia, quo & p̄sentibus spoliet, & magna ignominia denigret. Idcirco obsecro, sobrij sum°, fiatq; nobis illorū lapsus, remedia, & illorū desidia, securitatis cā. Quia maior pœna est eorū qui post illos peccant, & tantis exēplis emendare se nolunt. Non enim qui postea eadē peccant, q̄ primi, in eandem pœnā incident. Id qd breuiter ab orbis doctore sa
Rom. 2. b pientissimo (beato Paulo, inquā) discere possumus, q̄ dicit, Quicunq;. n. sine lege peccauerūt, sine lege et peribunt: & quicunq; in lege peccauerunt, p legē iudicabuntur. His uerbis dicit, non eandē luituros pœnā eos qui ante legem, & eos qui post legē. Gratuius. n. punietur qui post legem data peccauerunt. Nam quicunq; sine lege peccauerunt, etiam sine lege peribūt. Proficiet illis ad leuiorē pœnā, qd legis doctrina & adminiculo caruerūt. Et quicunq; sub lege peccauerunt, per legē & iudicabuntur. Istis dicere uult, qa & legē habuerunt magistram, & nec̄ sic emendati sunt: sed eadem q̄ illi peccauerūt, grauiorē quoq; pœnam dabūt. Porrō audiamus q̄ hodie sunt lecta. *Et uocauit Adā nomen uxoris suæ Euā, id* D *quod est uita: quia ipsa est mater omniū uiuentiū.* Vide diuinæ scripturæ diligentiā, qūo neq; hoc p̄terit, sed docet nos, quod mulieri nomē Adam imposuerit. Vocauit, inqt, nomen uxoris suæ Eua, id quod est uita: qa ipse mater est oium uiuentium: hoc est, ipsa est origo eorū, q ex illa sunt futuri, radixq; & fundamētū posteritatis. Dei postquā docuit nos qūo mulieri impositū nomen, iterū ostendit nobis dei bonitatē, quæ non despexit suas creaturas in tanta nuditate & ignominia uersantes: *Et fecit*, inqt, *dominus deus Adæ & uxori illius uestes pelliceas, et induit illos.* Sicut misericors pater filiū habens bona indole p̄ditum, & oī cura educatum, & fruentem oībus deliciis, & uestę nitida & sericis amictum, & paternis opibus securē utentem, cū uiderit eū nimia prosperitate in malitiæ præcipitium prolapsum, priuat illis oībus, & suę potestati subiicit, & uestę spoliat, & uilē seruilémq; togā illū induit, ne oīno nudus sit & turpis. Ita & misericors deus, quoniā. Adā & Eua indignos sese exhibuerunt indumento glorioso illo & nitido, & qd tegēdo nullis corporalibus eos E necessitatibus obnoxios esse sinebat: exuit nūc oī illa gl̄ia & fruitione, qua ante grauē hāc ruinā gaudebat: multāq; erga illos declarauit misericordiā, misericordia motus ob tantam ruinā, qa uidebat magna cōfusione circumamictos, & nescios qd facerēt. Tales. n. sunt diaboli machinatiōes, ut si quādo aliquē iuenit q sibi pareat, eū uoluptatula quadam supplātatū, & in profundū malitię proiectū, omniq; confusione & ignominia plenū, iacere relinquat, miserabile oībus qui illū uident spectaculum. At aiarum nostrarū curator uidens illos in tātis difficultatibus, ipsos non oīno destituit p̄sidio, sed uelamētum illis excogitat, uestem frugalē: ostē dēs qualibus se uestimētis dignos fecerint. *Et fecit dominus deus Adæ et mulieri illius uestes pelliceas, et induit illos* Vide, oro, quantā sermonis humilitatē nobis attemperat diuina scriptura. Id qd sæpe dixi, id & nūc dico, ut oīa ita intelligam°, sicut par est de deo intelligi. Et uerbū, fecit, accipe pro eo quod est, im F perauit ut essent. Iussit. n. togis pelliceis uestiri in petuam memoriam, qd inobedientes fuerimus domino. Audiant opulenti, & qui luxuriāt in uermiū oper ibus, & uestiuntur sericis, discāntq; quo abinitio humanam naturā misericors dominus docuerit. Quia pp trasgressionē, pœnę mortis reus erat factus protoplastus, opūsq; habebat uestę quę cōfusionē tegeret, pelliceas fecit uestes: quo docuit nos ut mollē & dissolutā uitā fugiamus, nec̄ inertē & remissam sectemur, sed magis austeram amplexemur. Sed fortē grauatim ferentes hæc diuites, dicēt Igitur pellib. uestiri nos iubes? Nō hoc dixerim. Nā nec̄ illi perpetuò usi fuerūt his uestib. Misericors enim dominus prioribus beneficiis recētiora q̄dā superaddit. Nam postquā sese corporalib. necessitatib. obnoxios fecere. & ab imortalitate illa & angelica uita exciderūt: dispensauit deus, ut ex ouiū uelleribus indumēta sibi pararent, nō alia de causa, q̄ ut tegumentum habeant, & ne rationale aīal hoc militer nudū & inhonestū inter bruta illa uersaretur. Itaq; uestiū amictus continuū nobis sit monimentū, quo memores simus, quātis bonis excideri mus, & discamus quāto supplicio humanū genus ob inobedientiā sit affectū. Dicant igitur nobis, q tanto utūtur apparatu, ut iā usum lanæ prorsus au

G dire nolint,sed ſerico ueſtiãtur, eôque inſaniæ pue
nere, ut aurum ueſtibus intexãt. In primis autẽ mu
lieres huic mollitiei deditæ ſunt. Quare,dic obſe
cro, corpus ita ornas, & gaudes eiuſcemodi ami
ctu: Nõ cogitas qđ pro magno ſupplicio, pp tranſ
greſsionẽ tecmẽ hoc excogitatũ eſt? Et q̃re nõ au
1.Ti. 6.b dis Paulũ, dicentẽ, Habentes uictũ & amictũ, illis
contenti ſimus? Vides qđ unius duntaxat rei habẽ
da ſit hũc cura: uidelicet, ne corpus nudũ ſit, ſed ut
tegatur. Nũ adhuc de uarietate ueſtiũ oportet ſoli
citũ eſſe? Cæterũ ad ſequentia ueniamus. *Et dixit
dominus deus, Ecce Adã factus eſt ſicut unus ex nobis, ſciẽ
do bonũ & malũ. Et nunc ne fortè extendat manum ſuã,
& accipiat de ligno uitæ, & comedat, et uiuat in ſeculũ. Et
emiſit illũ dominus deus ex horto deliciarũ, ut oparetur ter
ram, de qua ſumptus erat.* Hic quoq; uide q̃ congruis
& idoneis infirmitati noſtræ uerbis utatur deus. Et
dixit, inqt, deus, Ecce Adã factus eſt quaſi unus ex
nobis. Vidiſti quanta dictionis humilitas? Hęc aũt
ut decet, digne de deo intelligamus. Vult.n. hic p
uerba hęc in memoriã referre, qũo decepti fuerim⁹
H à diabolo per ſerpentẽ. Quandoquidẽ ille dicebat
ſi comederitis eritis ut dij, & ſpe potiendæ diuini
tatis cibum hunc ſumere auſi ſunt. Atque hac de
cã deus iterũ illos monere uolens, ut ſentirent quã
grauiter eſſent lapſi per inobediẽtiã & deceptionẽ
inquit, Ecce Adã factus eſt quaſi unus ex nobis. Ita
acriter uerbũ hoc uibratur, ut trãſgreſſorẽ attinge
re ualeat. Propterea, inqt, qđ contempſiſti manda
tum meum, ecce factus es quòd expectaſti: imò nõ
qđ expectaſti, ſed q̃lẽ te fieri dignũ erat. Ecce Adã
factus eſt quaſi unus ex nobis, ſciẽs bonum & ma
lũ. Hoc.n. impoſtor diabolus dicebat p ſerpentẽ,
aperientur oculi ueſtri, eritiſq; ſicut dij, ſcientes bo
num & malũ. Et nunc ne fortè extendat manũ, &
tangat lignũ uitę, & comedat, & uiuat in ęternum.
Vide oro hic miſericordiã domini. Oportet enim
quod dictũ eſt diligenter ſcrutari, ut nihil eorũ q̃
in fundo iacẽt, latere nos queat. Quũ deus Adę mã
I datũ daret, à nullo alio abſtinere pcepit, q̃ ab uni
co ligno: de quo, qa edere fuit auſus, pœna capita
lis irrogata eſt: id qđ cũ præciperet illi definiuit, ſi
auderet. De ligno autẽ uitæ nihil ſignanter pceper
rat. Quandoquidẽ, ut exiſtimo, & eſt ueriſimile, im
mortalem illũ feciſſet. Potuiſſetq; ipſe, ſi noluiſſet,
cũ aliis ẽt de hoc ueſci, quod perpetuã illi contuliſ
ſet uitã, eo qđ nullum mãdatum de illo acceperat.
Si aũt curioſulus aliquis rogat, quare lignũ uitę ap
pelatum eſt: ſciat, ſi noſtris rationibus innitamur,
non poſſe hoiem oĩa dei opera contueri. Viſum.n.
fuit domino, ut meditationẽ quandam obedien
tiæ, & inobedientiæ haberet homo à ſe factus, &
in paradiſo degens. Et hæc duo duobus illis lignis
monſtrabantur, nẽpe ligno uitæ & mortis. Nã eſus
& tranſgreſsio mandati, mortẽ illi attulit. Itaq; ubi
de hoc accepit, mortalis factus eſt, corporiſq; neceſ
ſitatibus obnoxius. Et originẽ accepit peccati in
greſſus, pp qđ & mors à domino utiliter diſpẽſata
eſt. Non poſthac in paradiſo relinqt Adã, ſed exire
inde iubet: monſtrans quòd pp nihil aliud hoc fa
ciat quã pp miſericordiam erga nos. Et ut hoc diſ
camus, operæprecium fuerit uerba diuinæ ſcriptu
ræ denuò legere. Et nunc, inqt, ne quando extẽdat
manũ, & accipiat de ligno uitæ, & comedat, & ui
uat in æternũ. Nã qa magna intẽperantiæ, inqt, in
dicia exhibuit, ſuaricandoq; mãdatũ mortãlis fa K
ctus eſt, ne nunc & lignũ, quod uitã præbet contí
nati, uocati ſunt filij dei in diuinis ſcripturis, eo qđ parentes eorū illius uirtutē imitati ſunt. Filios aūt Cain, & q ex eo nati, & q ante Seth geniti fuerūt filios hominū uocat. Factum eſt, inquit, cū cœperūt hoies multiplicari ſup terrā, & filiæ natæ ſunt illis, ut uiderunt filij dei, qui à Seth & ab Enos progeniti, filias hoīum illas q̄ ab aliis natæ ſunt: de quibus dixit, qđ filiæ natæ ſint illis, & qđ pulchrę eſſent. Vide qūo per uerbum hoc, oēm nobis eorum intēperantiam inſinuat. Non. n. ob deſideriū procreādorum filiorū conueniebant, ſed ob uoluptatē & intemperantiā. Vt uiderunt, inquit, filias hominū, qđ pulchræ eſſent. Concupiſcentia illos in hanc induxit pniciē: pulchritudo aſpectus, & ſcortationis, & intēperantię eis occaſio fuit. Et neq; hoc cōtēta, addidit: Sumpſerunt ſibiipſis uxores de oīb. quas elegerant: qđ etiam magnam illorū intemperantiā inſinuat, qđ à pulchritudine uicti ſunt, & frenū imponere inordinatæ concupiſcentiæ ſuę nō uoluerūt: ſed ſpectādo capti, ſubmerſiq; ſunt, & ob ipiū hoc opus idignos ſe fecere, quorū ſupnè deus curā ageret. Et ut diſcamus qđ non lege nuptiarū, neq; procreandorū filiorū gratia hoc fecerūt, pp hoc dicit: Vt uiderūt qđ pulchræ eſſent, ſumpſerūt ſibimetipſis uxores de oībus quas elegerant. Quid igitur? Reprehendēt ne aliquis aſpectū oculorum? Non. neq; enim oculus ruinæ cauſā fuit, ſed uoluntatis negligentia: & irrefrenata cōcupiſcentia. Nā oculus propterea factus eſt, ut dum uidet creaturas dei, ipſarū cōditor glorificetur. Itaq; oculi opus eſt uidere: malè aūt uidere, à mēte eſt, q̄ intrinſecus gubernat. Nā membra noſtra, utpote utilia, ad faciēda bona cōdita ſunt à domino, & gubernari poſſunt ab incorporea ſubſtantia, de aīa dico. Poſtquam autē hæc negligēs eſſe, & habenas laxare cœperit, quaſi auriga, neſciens indomitorum equorū ferociā cōpeſcere, pmiſsis freuis, & equos currum trahētes, & ſeipſum in pceps ire facit: Sic planè & uoluntas noſtra quandoquidem neſcit membris ut oportet uti, indulgens iordinatis cōcupiſcentiis, ſeipſam ſubmergi facit. Propterea dominus Chriſtus, ſciens fragilē noſtrā, naturam, & uoluptatis negligētiam, legem poſuit q̄ muniret & prohiberet curioſam cōſidera tionem: ut naſcens in nobis in cendiū, cū adhuc à longe eſt, extinguat, & inqt: Qui aſpicit mulierē, ut concupiſcat illā, iam adulterium commiſit cū illa in corde ſuo. Propter hoc, inqt, iterdico uobis illicitum uiſum, ut ab opere illicito uos liberē. Ne putes inqt, qđ congreſſus ſolū peccatū faciat. Animus eſt q̄ codemnatur. Igitur & h iuiſæ pulchritudinis ſpectaculo capti ſunt. Viderunt. n inqt quòd pulchræ eſſent, & ſumpſerunt ſibi uxores ex oībus quas elegerant. Sed uideamus & poſt illicitam illorum operationem & intēperantem aīum, domini dei boni tatē. Dixit, inqt, dominus deus: Neutiquā pmanet ſpiritus meus in hominibus his in ſeculū, eo qđ ipſi carnes ſint Erūt aūt dies ipſorum cētum uiginti anni. Hic in breuibus uerbis abyſsus miſericordiæ uideri poteſt. Spiritum. n. hic uocat uim ſuam, qua curam noſtri agit, quæ illorū interitum pnunciat. Et ut ſcias qđ de hoc ſit ſermo, uide qđ ſubdatur. Eo qđ ipſi, inquit, carnes ſint: hoc eſt, eo qđ carnalibus operibus ſeipſos totos dedunt, & aiæ ſubſtātia abutuntur, & quaſi ſola carne circundati aīa carerent, ſic uitam ſuam abſumnnt. Perpetuus. n. ſcripturæ mos eſt, carnē uocari carnales: ſicut & uirtute pſtantes, carnis expertes noīæ: quēadmodū Paulus dicit, Vos autē non eſtis in carne: non qđ non carne circundati, ſed quia carne circūdati ſupiores erāt carnalibus affectionibus, & ſenſibus. Nā ſicut dicebat: Vos aūt non eſtis in carne, eo qđ carnalia deſpiciebant: ita & de illis dicitur, qđ ſicut carnes, eo qđ carnalibus rebus continuò erant occupati. Et qa ipſi ſunt carnes, nō iam concedā eis peccatis ſuis coinquinari. Vidiſti indignationis magnitudinē? Vidiſti minarū excellentiā? cōſidera et qūo indignationi, & interminationi miſericordiā admiſcuit. Talis. n. eſt dominus noſter, minatur ſępe, nō ut ope cōpleat minas, ſed ut correctis nobis minas nō ad opus pducat. Alioq ſi punire uellet, cur pdiceret? Sed qa nō uult, ſemp ceſſat, & morā nectit, & differt, & pdicit occaſionē reis pſtans, ut fugiendo malitiā & apprehendendo uirtutē pœnas nō experiantur. Itaq; poſtquā interminatus eſt illos ſe exterminationi generali traditurū: hoc. n. eſt, Non pmanet ſpiritus meus in homini b. iſtis, eo qđ ipſi ſunt carnes: pro eo, Non ſinā illos poſthac uiuere: non cōtētus quingētorū annorū lōganimitate, qua per omnem uitam Noe, audito illius noie docebātur; nunc iterū producens & differēs indignationem, aliud illis tps pſcribit, & dicit: Interminatus ſum, & dixi, & manifeſtaui meā indignationem, quā ob multitudinē peccatorū q̄ operati eſtis, uobis inferri iuſtū eſt. Sed qa etiam eos qui incurabiliter peccauerūt, ſaluari uolo, nullūq; perire: idcirco uobis indulgeo & tps cētū uiginti annorum: ut ſi uolueritis, & pcta abblueritis, reſipiſcēdoq; & in meliora uos conuertendo, uirtuti ſtuduerit is, & pœnas & pericula effugiatis. Erunt. n. inquit dies eorū anni centum uiginti. *Gigantis autem*, inquit. *erant ſuper terrā in diebus illis. Et poſteaquā ingreſsi ſunt filij dei ad filias hominū, illæq; genuerunt, illi erant gigātes, qui à ſeculo uiri nobiles.* Gigantes hic à ſcriptura dici opinor robuſtos corpore: ex illis, inquit, generatio illorū aucta eſt: id qđ & alio loco uidere licet dictū: Gigātes, in qt, ueniūt ut furorē meū placēt. Hūc aūt cētū uigiti annorū numerū, aliq putāt terminū uitę eſſe. Nō hoc aūt ſignificat, ſed nūc lōganimitatē oſtēdere uult, quā & poſt hęc pcta i ipſos oſtēdet. Igitur ut diſcam⁹, qđ illi poſt indignationē & minas, & tāti tpis lōganimitatē, quā ipſis in pœnitētiā dederat, nō ſolū nihil profecerūt, ſed i iiſdē moribus perſeueranerunt: ppea dicit, poſtquā ingreſsi ſunt filij dei ad filias hominū, illæq; genuerūt, iſti erāt gigātes q a ſc̄lo uiri nobiles. Vidiſti ingratitudinis excellētiā? uidiſti ſtupidas & doloris ſenſu carētes aīas? Neq; pœnæ timor, neq; lōganimitatis tps deſtituit illos à malis operibus: ſemel in præceps deiecti, & mētis oculo exceçati à mala cōcupiſcētia, q̄ſi ab ebrietate q̄dā demerſi, redire ultrà noluerūt: quēadmodū & ſapiēs qđā dicit: Impius cū i profundū ceciderit malorū, cōtemnit. Graue. n. graue eſt dilecti, capi laqueis diaboli. Aīa. n. poſtea q̄ſi in retib. cōprehēſa, & q̄ſi ſus in luti uolutabro oblectatur: & in mala cōſuetudine deprehēſa, neq; ſentit peccatorū fœtorē. Ideo opus ē ut ſobrij & uigiles ſimus, ne ab initio diabolo ingreſſū cōcedamus, ut ne dū obtenebrata fuerit noſtra ratio, & excæcata mētis pſpicacia, faciat q̄ſi priuatos huius ſolis lumine, ne ualeas in radios ſolis iuſtitię cōtueri, & ita i pceps

G ferariſ:id qđ & illis tũc accidit. Audi.n.iterum bonitatis dei tolerantiã. *Vt uidit aũt*, inqt, *dominus deus quòd multiplicatæ ſunt malitiæ hominum ſuper terram*. Quid uult hoc dictũ, Vt vidit autẽ? Nũ ignorauit dominus? abſit, ſed noſtrę infirmitati oia narrat diuina ſcriptura, ut nos doceat, qđ & poſt tãtã ſuam longanimitatẽ in iiſdẽ manſerũt malis, ſi nõ & in peiora ſe cõiecererũt, dicit: Vt uidit autẽ dominus deus qđ multiplicatæ ſunt malitię hominũ ſup terrã. Ex hoc.n.malo ope, quaſi è fonte quodã multa ẽt alia ſuboriebãtur peccata: & ideo dicit, malitiæ hominũ. Nã ubi ſcortatio & luxuria & tãta intẽperãtia, ueriſimile eſt ibi & ebrietatẽ & crapulã & magnã iniuſtitiã & auaritiã & innumera alia naſci mala. *Vt uidit aũt*, inqt, *dominus deus qđ multiplicatæ ſunt malitiæ hominũ ſuper terrã, & qđ unuſquiſq; cogitat in corde ſuo diligenter ad mala omnibus diebus*. Vide quõ ſingula quæ dicuntur, peccatorũ oſtendũt magnitudinẽ. Quia.n.in genere dixit, quòd multiplicatæ ſunt malitiæ hominũ ſuper terrã: ſubdidit. Et unuſqſq; Magna huius uerbi emphaſis & uis eſt. Nõ, inquit, adoleſcens ſolũ, ſed & ſenex eadẽ agit q̃ adoleſcens: neq; uir ſolũ, ſed & mulier: neq; ſeruus ſolũ, ſed & liber: non diues ſolũ, ſed & pauper. Et uerbũ, cogitat, multũ habet momenti. Nõ.n.ex ſubreptione hoc illis accidit, ſed in corde cogitant, & hæc p ſingulas horas uolunt, in hæc ſtudiũ ſuũ collocãt. Et neq; ſemel & iterũ uel fortuitò ſupplantati à peccato, à malitia ſibi temperãt, ſed diligenter eã exercẽt & mala operantur: hoc eſt, magno ſtudio, nihil obiter, nihil negligẽter ab eis fit, neq; breui tpe, ſed oĩbus diebus, oẽm ſuam uitam in hoc impẽdunt. Vidiſti malitiæ immanitatem? vidiſti qũo dedita opera rem fecerũt, diligenter oia mala operantes: & oĩs ætas ad agendũ malũ ſua ſponte acceſſerit? Vnuſqſq; inqt, neq; ætas intẽpeſtiua, & alioquin inexperta, malorũ expers erat: ſed ſtatim & ab incunabulis oẽs malũ hoc prælium certabant, contendẽtes ut malis operibus alter alterũ ſuperaret. Hic oro aio expende miram huius iuſti Noẽ ſapientiã q in tãta malorũ cõſpiratione malitiã effugere ualuit, & nihil inde damni ſed quaſi ex alia natura cõſtitutus, ſic ualido recepto ſenſu, & nõ aliunde adiutus, uirtutis operationi deditus, & malã eorũ cõſpirationem effugit, & à cõmuni omniũ perditione eſt exẽptus. *Et aio retractauit*, inqt, *dominus deus, quòd fecit hominem de terra*. Vide iterũ uerbum craſſum, & noſtræ paruitati idoneũ. Aio retractauit, inqt, pro pœnituit, nõ qđ pœnituerit deus, abſit: ſed iuxta humanã conſuetudinẽ loquitur nobis deus, qđ enormia illorũ peccata miſericordẽ deum indignari fecerũt. Et aio retractauit, inqt, dominꝰ deus qđ fecit hominem ſuper terram. Non.n. pp hoc ipſum produxi, inquit, ut tanta ruina lapſus, ſibiipſi perditionis fieret author. Nam hac de cauſa primũ tanto honore eũ inſigniui, & tantam eius curã me habere declarraui, ut uirtuti uacans, alienus à perditione fieret. Quia aũt miſericordia mea abuſus eſt, ſatiꝰ poſthac fuerit malos eiꝰ conatus ipedire. Et cogitauit, dixitq; dominus deꝰ, inqt, Et delebo hoiem quẽ feci à facie terræ, ab hoie uſq; ad pecus, à reptilibus uſq; ad uolatilia cœli: quia aio retractaui qđ feci eũ. Quæ mei officij erant, inquit, oĩa exhibui. Ex nihilo, vt eſſet, illũ produxi naturæ illius ſcientiã faciendorũ & non faciendorũ indidi, liberũ arbitriũ donaui. Ineffabili lõganimitate uſus ſum, & K
poſt lõgũ illud tps, & poſt indignationẽ & minas quas dixi & aliud pfiniui tps, uolẽs ut ſua peccata illo ſentiente, indignatio mea reuocaretur. Et qa ẽt ſic nihil lucrifacio, nec proficio, cogit neceſsitas ut minas opere cõpleam, & oĩb. modis deleri illos faciam, & ſicut malum quoddã fermentũ aboleã totum illorũ genus, ut ne poſteriorib. ſeculis peccãdi authores & doctores fiãt. Et dixit dominꝰ deꝰ: Delebo hoiem quẽ feci, ab hoie uſq; ad pecus. Iã fortè dixerit aliqs: Quare cũ homo in malum declinauit, etiam bruta eandem pœnã ſuſtinẽt? Nũ pp ſuũ ipſorum uſum producta ſunt bruta? pp hoiem facta ſunt. Hic igitur cũ à medio aufertur, qs illorũ uſus eſſet? idcirco et iſtã pœnã cõmunẽ ferũt, ut iterim pœnæ grauitatem addiſcatis. Et ſicut ab initio cũ peccaſſet protoplaſtꝰ, terra maledictionẽ accepit: ſic & nũc cũ abolendus eſſet hõ, bruta quoq; participia fiunt. Sicut etiã cũ hõ gratus ſit deo, creatura quoq; humanę felicitatis particeps ẽ, quẽadmodũ beatus Paulus inqt: Et creatura hęc liberabitur Ro. 8. d.
à ſeruitute corruptionis i libertatẽ filiorũ glię dei. L
Sic & nũc cum hoie ob multitudinẽ peccatorũ puniendo, uniuerſali perditioni ſimul traditur. Et iumenta & reptilia & uolatilia cœli ſimul pereũt diluuio, quod totũ orbẽ inuaſurũ erat. Et ſicut in domo, quando is q̃ peſt, in indignationẽ domini incidit, ueriſimile ẽ cooperarios ei cõdolere: ita & hic, quaſi in domo hoibus pereũtibus, oĩa q̃ in domo, & q̃ ſub illius ſunt dominio, neceſſe eſt eandẽ pœnam incidant. *Et animo retractaui*, inquit, *qđ feci illos*. Verbo hoc quantum ſe noſtræ humilitati attẽperat? Nũ uolebã, inquit, tanta illos pœna plecti? ipſi me peccatorũ immanitate in tantã inuexerunt indignationem. Cæterũ ne putemus oĩmodam abolitionẽ humani generis fieri, ſtirpitúſq; naturã noſtrã eradicandã: ſed diſcamus quantũ malũ ſit peccatum, & quantũ bonũ uirtus: & quòd melior ſit unus faciens uoluntatẽ domini, quã decem millia M
præuaricatorum, dicit: *Noe autẽ inuenit gratiam coram domino deo*. Tametſi multitudo oĩs, inquit, in tãtam malitiã exciderit, iuſtus tamen hic ſcintillã uirtutis ſeruauit. Et his oĩbus omni tpe loqtur, & dũ adhortatur, ut à malitia deſiſtant, ſimul ſe interim liberum ab illorũ mœrore ſeruauit. Inſuper ſicut illi malis operibus miſericordẽ deum ad indignationẽ prouocauerũt: ſic ipſe uirtute pollens, gratiã inuenit cotã domino deo. Non eſt.n.perſonarũ acceptor deꝰ. Verũ & ſi in tãta multitudine inueniat hoiem q̃ ſibi placita ſunt facientẽ, nõ deſpicit: ſed ſua illũ dignatur cura, & tãto maiorẽ illius rationẽ habet, quanto cũ tot, tantiq; ſint, q ad malũ eũ trahunt, ipſe cõſtantius uirtutis uiã ſectatur. Id ſciẽtes, ad id unũ ſpectemus, qđ ipſi placet, & efficit ut ſuã gratiã nobis cõciliemꝰ. Neq; hominũ amicitię, neq; cõſuetudini ita ſeruiamus, ut uirtutis faciamꝰ iacturã, ſed dei lõganimitate, prout decet, utamur: & dũ adhuc tps habemus, omnẽ deponentes ignauiam, uirtutẽ amemus, peccatumq; odio habeamꝰ. Niſi.n.& ad iſtã amore & deſiderio quodã nos cõtulerimus, & ignauiã ualde oderimꝰ: neq; huius dãnum effugere, neq; illã amplexari poterimus. Enimuero uirtus familiaris eſt his q eã cõcupiſcũt, & Pſal. xl.
eius deſiderio exardeſcunt. De quo prophetã audi dicẽtẽ: Iudicia domini uera, iuſtificata i ſemetipſo,

deſiderabilia

A deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum. Non quòd tantum deſiderabilia, ſed quia apud nos nõ inueniũtur alia quę his materiis ſunt ptioſiora: propterea ſubdit, Dulciora ſuper mel & fauum. Et hic quoque, qa non iuenit quòd natura melle dulcius eſſet, hac ſimilitudine uſus eſt. Igitur ſicut hi q in opibus colligẽdis, inſaniunt deſiderio & concupiſcentia quadã, in hoc ĩcumbunt magno ſtudio & conatu, & nunquã explentur. Auaritia.n. inſatiabilis ebrietas. Et ſicut ebrij quãto plus uini ingurgitant, tãto magis ad ſitim inflãmantur: ſic & ſti quoq; inſaniam hanc indomitam nunq̃ ſiſtere poſſunt, ſed quanto magis ſuas opes augeri uident, tanto & concupiſcentia magis flagrant. Neque antea à peſsimo appetitu hoc abſiſtũt, donec in ipsũ malitię profundum deſcenderit. Igitur ſi illi pnicioſam hanc concupiſcentiam malorũ oĩum cauſam cum tanta conſtantia curant: q̃to iuſtius nos mandata domini, quę ſuper aurũ ſunt & argentum, ſemper in mente noſtra uerſare, nihilq; ptioſius uirtute ipſa exiſtimare? ſed exſcidere ex aio noſtro affectio
B nes illas peſtiferas oẽs, & ſcire quòd temporalis illa uoluptas ppetuũ pârere ſolet dolorẽ, & fine carẽtia tormenta. Ne decipiamus noſipſos, neque putemus quòd hic finẽ habituræ ſint res noſtræ: id qđ ſentiunt pleriq;, licèt uerbis non loquãtur: qa credere ſe dicũt reſurrectionẽ, & futuram retributionẽ. Sed ego non attẽdo uerba, ſed ea quę quotidie fiũt. Nã ſi reſurrectionem expectas & retributionem, quare ita pſentis uitę glorię dediꝰ es? Quare, dic mihi, quotidie, crucias te pecunias plures q̃ arena ſit colligens, & agros domos, & balnea emens, atque hæc ſæpe p rapinam & auaritiam corradendo? & illud Eſa. 5. b
prophetæ dictũ implendo: Væ qui coniungunt domum ad domum, & agrũ agro copulant, ut uicino auferãt aliqd. An nõ hęc quotidie uideri poſſunt? Et ille qnidem dicit: Huius domus obſcurã & tenebroſam meam facit, & infinitos prętextꝰ excogitat, ut eam rapiat. Alius autem raptum a paupere agrũ, ſuo coniunxit. Hoc autem multo maiꝰ & magis admirabile minusq; uenia dignum, quòd unꝰ uno eo demq; loco habitãs & ſedens, ſæpe aliò trãſire neq; ſi uellet, poſſet, uel ob uarias occupationes, uel corC poris ualetudine alligatus: ubique tamen & in omnibus ciuitatibus, ut ita dicam, monimẽta ſuę auaritiæ poſsidere, & immortales ſuæ malitiæ columnas ſtatuere uult. Et peccata quidem, ex quibus oĩa hæc collecta ſunt, ſuo imponit capiti, ferosq; grauẽ ac ingeſtabilem molem nõ ſentit. Aliis autẽ uſum, qui ex his haberi poteſt, cõcedit non ſolũ poſt emigrationem ex hac uita, ſed etiam antequã hinc egrediatur: etiamſi nõ inuitꝰ eis nudetur, a familiaribꝰ diſsipantur, & ut ita dicam, dilacerantur oĩa hęc. Et neque ipſe uel mileſima eorum parte fruetur. Et qđ dico fruetur? quo cùm illi non ſit niſi unus uenter, ſufficeret ad tot opum multitudinem abſumendã? At malorũ omnium cauſa eſt uana gloria, qa uult apud ſe nomen aliquod manere, agrorũ, balneorũ, domuũ. Quę tibi hic utilitas hõ, cũ nõ multo poſt ubi febrecula quapiã corripieris, aia ſubitò euolãs nudũ & uacuũ te faciet? Imò uirtute qdẽ nudatũ, ueſtitũ aũt iniuſtitia, rapinas, auaritia, gemitibus, eiulatibꝰ, lachrymis orphanorũ, inſidiis, dolis: quo poteris grãdes prementesq; illas ſarcinas peccatorũ ferens, per anguſtam hanc portam intrare, quæ ca-

Tomus primus.

pere nequit molem tantę magnitudinis? neceſſariũ D
ltaque foris manere, & oneribus illis grauatũ dolere quòd nihil hic egeris, cũ ante oculos parata uidebis tormenta, & ignẽ illum terribilẽ ac nunquam extinguendũ, uermémq; incõſumptibilem. Cęterũ ſi quam noſtrę ſalutis habemus rationẽ, dũ adhuc tẽpus habemus, deſiſtamus à peccatis ſectemur uirtutẽ, uanã gloriã deſpiciamꝰ. Nã idcirco uana dicitur, qa euanida eſt, & nihil habet ſtabile neque firmũ: ſed ſolum eſt oculorũ deceptio, & priuſquã appareat auolat. An nõ & uidemꝰ ſæpe quòd is quẽ hodie pcedũt lictores, & ſtipãt ſatellites, cras i carcerẽ cõiicitur, & cum malefactoribꝰ uerſatur? Quid hac uana & inani gloria fallacius? Quòd ſi i hac uita pſenti uiciſsitudinẽ hanc euadit, omnino mors ueniens fœlicitatem reſecabit. Et quem hodie in foro magna põpa comitabãtur, & q in carcerẽ coniiciebat, & ſup thronum reſidebat & inflabatur, & homines alios q̃ſi umbras ſpectabat, is ſubito poſtea iacebit mortuus abſque ſpiritu, fœtulentus, petitus innumeris conuitiis, & ab his quos pridem iniuria affecit, & quos nulla affecit iniuria: cõdolẽtibus tamẽ his q ab iſto iniuria afflicti fuerunt. Quid hoc miſerabilius fuerit? Itẽ collecta oĩa ſæpenumero inimici et hoſtes inter ſe partiuntur & diſtribuũt: peccata aũt p quę hæc coaceruata ſunt, ſecũ aufert, de qbus diligens et accurata ratio exigetur. Ideo obſecro, ut fugiẽtes uanã hãc gl̃iam, uerã deſideremus, et quę oĩbus duret ſeculis: et neque opũ amor nos ſupplãtet, neq; cõcupiſcẽtia flãma exurat, neque liuor et iuidia corrũpant, neque furor et ira nos incẽdãt: ſed has oẽs malas et pniciоſas affectiones rore ſpũs extinguẽtes, deſpiciamus pſentia, deſideremus futura. In memoria habeamus futurã diẽ, magnaq; diligentia uitam inſtituamus. Neque.n.hac de cauſa in hanc uitam nati ſumus, ut ſolũ comedamꝰ et bibamus. Nõ uita eſt propter cibũ et potũ, ſed propter uitã cibus et potus. Ne ergo iuertamus ordinẽ, neque lic uẽtri et uẽtris uoluptatibus ſeruiamꝰ, q̃ſi eam ob cauſam facti ſimꝰ, ſed reputãtes damnũ qđ ide naſcitur, caſtigemꝰ motus carnis: ne ſimꝰ ſegnes, ne pmittamus illis ut aduerſus animam inſurgant. Nã ſi Paulus ille talis et tãtus, qui quaſi alatus p totum orbẽ trãſcurrebat, et corporalibus neceſsitatibus ſupior factus, et arcanorũ illorũ uerborũ auditor, quę uſque in hunc diẽ alius audiuit nullus, ſcribens dicebat: Caſtigo corpus meũ, et i ſeruitutẽ redigo, ne fortè aliis prędicans ipſe reprobus iueniat. 1. Cor. 9. d
Si igitur ille, cui tãta cõtigit gratia, poſt tãta et talia opa, opus habebat ut caſtigaret, et in ſeruitutẽ redigeret, et ſubiiceret poteſtati et domio animę corporis laſciuias: caſtigat enim qs quod inſurgit, et in ſeruitutem redigit quod frena reiicit: qd dicemꝰ nos, qui oĩbus uirtutibus deſtituti, oĩbus peccatis onerati ſumus: et prętera magnam ignauiã pr̃ nobis ferimus? Num inducias habet hoc bellũ? Nũ tẽpus aggrediẽdi dilatũ? Omnes nos uigilare et ſobrios eſſe oportet, et nũquam in ſecuritate: eſſe: qa nõ eſt prefinitum tẽpus, quãdo nos aggreſſurꝰ eſt hoſtis. Igitur ſem pnobis cura ſit, ſemper ſoliciti ſimꝰ de ſalute noſtra, ut ſic nũquã capiamur: et hoſtiles effugiẽtes inſidias, miſericordiã à deo aſſequamur, gratia et miſerationibꝰ domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ quo patri ſimul et ſancto ſpiritui ſit gloria, impiũ, honor nunc et ſemper et in ſecula ſeculorũ, Amen.

E 3

Homilia xxiii.

G Idistis in his quę dicta sunt, quanta diuinę misericordię magnitudo, quā excellēs lōga u nimitas? Vidistis hominū q tunc erāt, portētosam malitiā? didicistis quāta fuerit i media ista multitudine iusti uirt⁹, & q̄ nihil eū nocuerit uel illorū in malū cōspiratio, uel quōd sol⁹ i medio istorū relictus, longē diuersa icesserit uia? sed q̄si gubernator aliqs, mētis clauū magna uigilātia arripiens, nauiſuā ab irruētibus malitię procellis submergi nō ē passus: sed fact⁹ tēpestate potētior, q̄si i portu sederet, q̄tiebat mare: uirtutis gubernaculū dirigebat, & ā diluuio totum orbē deuastaturo se eripiebat. Tāta res ē uirtus, tā imortalis, tā iuicta, tā nihil cedēs huiⁿ uitę uarietatib. sed sup malitię retia uolitās, q̄si ā sublimi specula q̄dā, sic oia humana despicit, nihil qđ aliis molestū ē sentit, Sed sicut is q sup excelsā petrā stat fluctus ridet, quos uidet ad petrā magno ipetu rūpere, & protinⁿ ispumā solui: ita & uirtuti uacās i securo cōstitutus loco nihil insuaue fert ā rebus turbulētis, sed tranqllus aio & qetus sedet, i elligitq; res huiⁿ uitę nihil differre ab āū fluētis, tā rapido cursu trāseuntib. Nā sicut uidētur marini fluctus nūc qđē in altū extolli, mox autē & deprimi: ita & uidemⁿ eos q uirtutē cōtemnūt, & malitiā operantur, nunc qdem sublime sapere & supcilia surrigere, & huius uitę curis intentos esse, subitò
Psa.48.d ad extremā uenire inopiā & abiectionē. Quos beatus Dauid notās, dicebat. Ne timueris cū diues factus fuerit hō, uel cū multiplicatur glia dom⁹ eius: qa cū mortuus fuerit, non sumet oia hæc. Et bene dixit, Ne timueris. Ne te conturbet, dicere uult, diutis abundātia & celebris glora. Videbis. n. nō multo post, humi iacentē, & operari ualentē nihil, mortuū, cadauer uermib. i cibos obiectū, nudúmq; ab his oibus fieri. Oino. n. nihil horū auferre pōt, sed hic relinqt oia. Ne igitur anxius fis, cū uideris psentia: neque beatū dicas eū, qui post breue tps ab his oibus destituetur. Eiusmodi. n. est præsens felicitas & diuitiarum natura, ut non cōmigrent ubi hinc fuerit abeundum. Diuites. n. his oibus relictis, nudi hinc migrant, tātum malitia uestiti, & pcōrum oneribus inde collectis. At longè secus habet uirtus, q̄ potētior est insidiatoribus, & planè inuictos facit suos, continuámq; pbet uoluptatem, & ne sentire quidē sinit rerū istarū inæqualitatē: sed & hinc
I emigrantibus comitē se addit, & tūc potissimū, cū eius subsidio egem⁹. Ad hęc in die illo terribili magnū nobis prestat auxiliū, placās iudicem. Et sicut hic ab ingruentib. infortuniis, ita & in futuro se colētes à tormētis illis eripit. Neq; hoc solū agit, sed & ineffabilia nobis bona, qb. fruamur, cōciliat. Et ut scias hęc ita sese habere, neq; nos inuanū & frustra ad blandiendū his uerbis uti, tētabo nunc ex his q̄ proposita sunt charitati uestrę ostendere. Vide. n. quo beatus ille, Noē dico, uniuersō hoium genere aduersus semetip. misericordiā domini ad iracundiā prouocāte: ille inquā solus sua uirtute potuit & indignationis piculū effugere: & magnā dei gratiā sibi cōciliare. Aut si placet, loq̄mur de his q̄ in psenti uita eueniunt. Sunt. n. fortasis aliq paru futuris & inuisibilib. credētes. Videamus itaq; ex his q̄ hic fiunt, qualia cōtingunt his q in malitia ambulant, & qualia accipit q uirtutē sectatur. Postquā bonus deus ob malitiæ nimietatē sentētiā tulit, qđ uniuersali pditione humanū genus sit puniendū, & dixit: K
Delebo hoiem, quē feci ā facie terræ. Et monstrans indignationis suę magnitudinē, nō contra humanū dutaxat genus sententiam protulit: sed & cōtra oia iumēta & reptilia & uolatilia. Perituris enim & submergendis hoibus, pp quod hæc facta sunt, dignū ut & illa quoq; pœnę cōsortio paria fierēt. Igitur cū sentētia nōdū pfinita esset, qua alii ab aliis secernebātur (ut discas, q̄ non sit psonarū acceptor deus, sed in corda nostra igrediēs nos nō despiciat, & si uel paruā quandā occasionē nos afferim⁹, inef fabilē suā declarat misericordiā) dicit scriptura, ut ne totū gen⁹ humanū abolēdū putemus: sed sciamus, qđ ob suā bonitatē relinq̄t scintillā & radicē quādā saluā, ut iterū humanū gen⁹ in proceros extēdi posit ramos. *Noe aūt, inqt, inuenit gratiā corā domino deo.* Vide scripturę diligentiā, quō ne syllabā qdem unā inutilē cōtineat. Nā post q̄ nos docuit gra Exc.33.b
uitatē peccati hoium, & pœnæ magnitudinē malis inferendā: docet nos qđ ēt in tāta multitudine potuerit syncera seruari uirtus. Est. n. uirtus p seipsam admirabilis. Quōd si q illā in medio prohibētium L
colato, multo admirabiliorē se ostēdit. Et ppea diuina scriptura quasi admirādo iustū dicit, quōd in medio illorū q indignationē dei sensuri erant, Noe inuenerit gratiā corā domino deo. Inuenit gratiā, sed corā deo: nō simplr inuenit gratiā, sed corā domino deo: ut nos doceat, qđ unū ille habuerit scopū ut ab illo oculo laudaretur. q dormitare sopirique nescit, nihilq; curauerit humanā gl̄iā uel ignominiā, uel irrisionē. Verisimile. n. est, cū pter morē oium uirtutē coleret, eū fuisse subsannatū & irrisū ā malis oibus, q consueuerant arguere suā fugientes malitiā, & uirtutē amplexantes: id qđ & nunc sæpe fieri solet. Et uidemus multos q risum & subsannationē ferre nequnt, sed pferunt humanā gloriā uerę & immortali, abstracti & allecti ab hoium malitia. Aiæ. n. fortis & cōstantis est, posse obluctari his q auellere moliuntur, & nihil facere ut hominibus placeat: sed oculum suū intendere ad illū insopitū oculum, & ab eo solū gloriam expectare, & hæc despicere, nulliusq; pili facere humanā laudē uel cōuitia, sed trāsire ut umbras & somnia lā hic sępe multi nō ferētes cōuictū hoium uiginti uel decē, uel ēt M
paucorū, supplantātur & ruūt. Est. n. cōfusio ducēs in pctum. Neq; paruum est despicere irridentes & opprobrantes & salib. incessentes: at iustus ille non tantū decē & uiginti & centū hoies, sed & oēm hominū naturam & tot myriades despexit. Verisimile enim oēs illos ridere, reprehendere, subsannare & debacchari: & fortē ēt, si possibile fuisset, dilacerare uoluisse. Sēper. n. cōtra uirtutē insanit malitia. Atq nō solū nihil illi nocet, sed & infestando fortiorem reddit. Tantū. n. uirtutis robur, ut patiēdo superet negocium sibi facientes, & cū impugnatur, hostib. Prou.9.b
fiat potentior. Atq; id in multis uidemus. Cęterùm ut uobis occasiones præbeamus: Da. n. inqt, sapienti occasionem, & sapientior erit: operę preciū fuerit & ex ueteri & ex noua uobis afferre exempla. Itaq; cogita obsecro de Abel: nōne occisus est ab Cain? Gene.4
nōne in pauimentū prostratus? Sed ne spectes qđ pualuerit, occideritq; eū cui inuidebat, ēt innoxiū, sed sequentia expē de. Ecce occisus ille usque nunc pdicatur & coronatur, & tantū tēpus memoriā nō obscurat, Atq occidebat & prę ualebat, etiā tunc ui

A tā morte grauiorē sustinuit: & ex eo tpe usq; in hodiernum mfamatur, & ab oibus accusatur, cū ille omniū ore celebretur. Et hec qdē in præsenti uita fiunt: in sequenti q̄ futurū, quis sermo, q̄ mēs narrare posset? Et scim⁹ qđ uocas, utpote i tellectu pdi ti, multa talia in scripturis contenta uenemini. Nā i llæ hac de causa in uestram utilitatem sunt scriptę ut hæc discentes, malitiam qdē fugiatis, uirtutē au tē colatis. Vis & nouo idipsum uidere? Audi beatū
Actio.5.g Lucam istucipsum de apostolis narrantē, q flagellati à cōcilio discesserūt gaudētes, eo qđ digni fuissent habiti qui pro noie xpi ferrent ignominiā. Tametsi flagella nō gaudii sint occasiones, sed tristitię & mœroris: nihilominus flagella pp deū, & causa pp quā flagellabātur, gaudiū eis pariebāt. At ij q flagellarant, in magna animi cōsternatione & hesitatione nesciebāt qd facerēt. Audi. n. illos quō post flagellationem animo fluctuēt, & dicunt: Quid faciemus hominib. istis? Quid dicis? flagellastis, innumera mala subornastis, & adhuc dubitatis? Tā for
B tis inuictaq; res ē uirtus, & dū patitur affligētes uincit. Sed ne prolixior fiat sermo, necessariū ut iterū ad iustū nostrū redeam⁹, & cū stupore admiremur illi⁹ pstantiā quo tantū populū ridentē, ludificantem, subsannantē, obiurgantem (iterum. n. eadem dico & dicere nō cessabo) despicere & superare poterit? Quō? Ego dico. Quia continuò ad oculū illū, q̄ falli sopiriq; neqt, respexit, ad hūc suę mētis oculum direxit, atq; postea hęc oia, quasi non essent curauit. Et profectò sic res habet, ut cū quis hoc amore saucius fuerit. & in deū desiderio suo tēdit nihil uisibiliū uideat: sed cōtinuò eū quē desiderat imaginetur, & in nocte & in die & dormiens & surgēs. Ne igitur mirū tibi sit, si & iust⁹ ille semel eò mēte sua intēta, nō curauit supplantare uolētes. Nā adhibito studio suo, & diuinā gratiā nactus, his oibus potētior factus est. Noe. n. inquit, inuenit gratiā corā domino deo. Tametsi oī hominū generi, quod tunc erat, nō esset gratus neq; amabilis, eo qđ nolebat eandē incedere uiam, quā illi: fauit tamē illi is
C qui corda scrutatur, qui & illius mētē approbauit. Et quid dāni, dic oro, hinc nascitur uiro, qđ ab hominibus subsannatur & irridetur: cū is q finxit corda hominū, & intelligit oia opera eorū, pdicat illū & coronat? Et quę utilitas hoi, si ipsum totus orbis admiretur, & laudet: cōditor aūt oium, & iudex q decipi nequit, in die illo terribili cōdemnaturus sit Itaq; dilecti, cū hęc nobis cōperta sint, nullius pēsi faciam⁹ hominū laudē neq; ab illis celebrari quouis modo q̄ram⁹. Sed & pp illū solū, q probat corda & renes, uirtutis opa faciamus, & pctā fugiam⁹. Nā & Christus erudiens nos, ut ne captandis homi nū laudibus inhiemus, post multa alia tādē & hoc intulit, dicens: Væ uobis quando benedixerint uo
Luc. 6.d bis oēs hoies. Cōsidera quō per Vę nobis declarat quotuplex illos pœna maneat, Væ. n. lamēti nunci uerbū est. Vnde quasi miseros eos uocās, dicit: Væ uobis, quando benedixerint uobis oēs hoies. Et uide q̄ cautē dictū. Non simplr dixit, hoies: sed, omnes hoies. Impossibile. n. est, ut qui angustam & arctam uirtutis uiam ambulat, & mandata sequtur Christi, ab oibus laudetur, & in admiratione sit. Est. n. & illa excellens malitia uirtuti aduersari. Proinde dominus sciens qđ impossibile sit, ut is q uirtutem diligenter exercet, & à se solo laudem ut accipiat pstolatur, ab oibus hominibus laudetur, D
& bene audiat: miseros uocat, q pp humanā laudem uirtutem negligūt. Nā celebrari ab oibus, maximum fuerit argumentū non magni haberi uirtutis rationem. Quo. n. ab oibus probari poterit, qui uult iniuria affectos eripere ab his qui iniuria afficiunt? & iterum si uult corrigere peccantes, & laudare bene agentes? Nonne uerisimile est, quod ab aliis laudabitur, ab aliis uerò audiet conuitia? Et
ppea inqt: Væ uobis quādo uobis benedixerit oēs Luc. 6. d
hoies. Quō igitur nunc erit admiratione & laude dignus iustus ille, q ea quæ Christus aduenies docuit, prius ipse à lege naturæ edoctus, deditissima opera adimpleuit, laudēq; humanā p uirtutē cōtēnendo, gratiā apud deū inuenire studuit? Noe. n. inquit, inuenit gratiam coram domino deo. Cæterū quōd pp uirtutes, quas habebat, inuenerit gratiā coram domino deo, narrauit nobis admirabilis ille propheta, spiritu sancto afflatus. Operę pretiū itaq; ut & sequētia discam⁹, & uideam⁹ qđ de illo sentiat. E
Istæ aūt, inquit, sunt generationes Noe. Noe hō iustus pfectus in generatione sua deo placuit Noe. Rarus & alienus genealogiæ modus: nā ut scriptura dixit, Istæ sunt generatioes Noe: & aures nostras spe quadā impleuit, quasi genealogiā illius narratura, & qs eius pater fuerit, & unde genus duxerit: & quō in hāc uitā æditus, & alia, q̄ mos est genealogias narrantibus recensere: relictis tamen illis oibus, & etiā superiori cōsuetudine, inquit: Noe homo iustus perfectus in generatione sua, deo placuit Noe. Vidisti admirabile genealogiā? Noe, inqt, hō: cōmune nomē pro laude iusti usurpat. Nā cæteri ob carnales uoluptates quibus immersi, erant, amiserant esse hoies. Iste, inquit, in tanto populo hominis imaginē seruauit. Tūc. n. hō est, quādo uirtutē colit. Neq; n. speciē habere hominis, & oculos, & nares, & os, & genas, & cętera membra, hominē esse ostendunt. Hęc. n. mēbra sunt corporis. Hominem illū dicimus, qui iimaginem hominis saluam retinet. Quæ aūt est imago F
hominis? Rationalem esse. Quid ergo? an nō & illi fuerūt rationales? Verū nō hoc solū fuerit hominem esse, sed & uirtutib. esse deditū, & uitia fugere, & illicitis affectionib. iperare, & mādatis dominicis obtēperare. Porrò ut discas morē esse scripturę, qđ uitiis studentes & uirtutū negligentes, hominū noie uocare non dignetur, audi deū loquentem sicut herì dicebamus. Non pmanet spiritus meus in hominibus istis, eo qđ ipsi carnes sunt. Ego. n. dicere uult, substantiā ex carne & aia illis dedi: ipsi aūt quasi sola carne circundati, ita uirtutes animi negligunt, & solā carnē sectantur. Vidisti quō ob mālitiam carnē eos uocat, & non hoies? Et iterū ubi processerimus, statim audietis terrā eos nominari à diuina scriptura, eo qđ terrenis cogitationibus peant: dicit. n. Corrupta autem erat terra corā deo. Non de terra sensibili loqtur, sed inhabitatores terrā uocat. Alio autē loco, neq; terrā neq; carnē nominat: sed neq; esse eos putat in psenti hac uita, eo qđ uirtute careant. Audi. n. prophetam clamātē & dicentē in media Hierosolymitanorū metropoli: ubi tot millia milliū, & tot multitudines innumeræ. Veni, & non erat hō: uocaui, & non erat qui audiret. Non dicit, qa non aderant, sed quia pśentes ni
Esa.50.a hil meliores erant q̄ si nō fuissent prędentes. Et alio
qu oq; loco: Discurrite & uidete, si est unus qui fa- Hier.5.c

Gciat iudiciū & iustitiā,& propicius ero. Vidisti quo illū solum scripta sancta hominem uocare solet, qui uirtutē colit: cæteros autē neq; esse putat, sed aliquando uocat terrā & aliquando carnem? Hac de causa genealogiam iusti narraturā se promittēs diuina scriptura, dicit: Noe homo. Hic.n. solus homo, cęteri autē non homines, sed humanā gerētes formā, & ex hominibus in bestias mutati, malitia uoluntatis generositatē naturę amiserunt. Quia cū in malum declināt & serui fiunt irrationaliū affectionū, imponit illis bestiarū noia. Audi ut quodā loco dicit: Eq mulierū amatores facti sunt. Vide quo ob immodicam salacitatem hanc cognominationem acceperunt. Alibi autē: Venenum aspidū sub labijs eorū: ubi eius bestiæ dolum & fictionem imitari eos docet. Canes quoq; mutos alios uocat. Et iterū eos q aures ad doctrinā obturant, uocat q̄si aspides surdas & obturātes aures suas. Et multa alia qs noia inueniet īpposita à diuina scriptura his, q in brutorū affectus p ignauiā transeunt. Et non in ueteri solū, sed & in noua lege. Audi Baptistam dicentē Iudęis: Progenies uiperarū quis uobis mōstrauit ut à futura ira fugiatis? Vidisti quo & hic dolū mētis illorū, bestię noie significauit? Quid ergo miserabil^e fuerit peccatorib^9, q & ipso hominis noie priuātur, & pp hoc maiorib. pœnis digni sunt, qđ acceptas à natura plurimas occasiones, ad benefaciendū monētes, nostra spōte ad malū progredimur? Itaq; q tunc erant, oēs ea se appellatione indignos p̄stabant: iustus autē ille in tanta uirtutis obscuritate, tam excellēti uirtute polluit, ut scriptura cū cœpisset narrare uiri genealogiā, dixerit: Noe autem hō. Est & alius iustus qdā, cui hoc nomen prosummo encomio cōtigit, & pręaliis oībus hoc nomine p̄dicatur, ut sic uirtus illius diligenter exponatur. Quis ille ē? Beat^9 Iob, ille pugil pietatis, athleta orbis, q sol^9 incurabilia illa sustinuit, & acceptis innumeris à diabolo telis, uulnus nō accepit: sed sicut adamas qdā oēs īpetus ferre potuit, & à tātis fluctibus nō solū nō est submersus, sed & p̄ualuit, & acceptis in corpus suū oībus qui in mundo doloribus, multo clarior euasit. Nō solū.n. nō prostrāuit illū ingruentium dolorū continuitas, sed & ad maiorē gratiarū actionē euocauit. Vnde in oībus suā gratitudinē declarās, tēpestiuē diabolo plagā dedit, quo ille intelligeret sese frustra moliri, & contra stimulum calcitrare. Hunc igitur sanctū, quē antequā certaret, tantū laudauit misericors deus, & p̄dicās dixit diabolo: Aio tuo aduertisti famulū meū Iob, qđ nō sit homo similis illi super terram, hō, inculpatus, iustus, uerax, deū colens, abstinens ab omni ope malo. Vidisti & hunc à cōmuni naturę noie p̄dicari? Aduertisti, inqt, qđ non sit silis illi homo? Et sīles utiq; oēs sumus, sed non scđm uirtutem, sed scđm formę rationem. At hoc nō est homo, sed, quando abstinens à malitia, uirtutem operatur. Vidisti quos diuina scriptura hoies appellare solet? Quocirca & ab initio, cū uidisset deus factū à se, dicebat: Faciamus hoiem secundū imaginem nostram & scđm silitudinem: hoc est, ut imperet & uisibilibus oībus & passionib^9 suis. Imperet, non ferat imperiū. Itaq; quia amissa dignitate magis subditus est, & imperiū fert potius q̄ imperat: amisit & nomen quòd sit homo, & brutorū in se noia transtulit. Atque hac de causa, nunc diuina scriptura uirtutē illius cōmēdare uolens, dicit: Iste sunt generationes. Noe: Noe hō iustus. Ecce & aliā maximam p̄conij speciem, Iustus, hac appellatione oēm uirtutē cōplectitur. Hoc.n. nomen, iustus, cōsueuimus dicere de his qui oigenam exercēt uirtutem. Postea ut discas quo ad summum fastigium peruenerit, id quod & tūc exigebatur à natura nostra, inquit: Iustus, perfectus existens in generatione sua. Oia, inqt, impleuit quęcūque facere cōuenit eum q uirtutē amplexatur. Hic.n. est perfectus. Nihil.n. intermisit, in uno claudicauit. Nō in hoc benefaciebat, in illo uerò peccabat: sed in oī uirtute perfectus erat, qua tūc pollere illū congruebat. Pręterea, ut ex tpe quoq; & ex colltione cum aliis illustriorem nobis iustum exhiberet: inquit: Perfectus in generatione sua, in tpe illo, in generatione illa p uersa, quæ adeo in malum declinauit, q̄ neq; uestigium uirtutis p̄ se ferre uoluit. In illa igitur generatione, in illis tpibus iustus ille non solum uirtutē præ se tulit, sed & in tantum peruenit uirtutis culmen perfectus, & in oībus absolutus: Et id qđ antè dixi, bene agere inter uirtutis hostes, & inter eos q uirtutē prohibēt, maius semp uirtutis pōdus testatur. Vnde hac ratione iustus ille maiores laudes natus est. Neq; hic finē laudādi illū facit diuina scriptura, sed adhuc uirtutis illi^9 excellētia demōstrat: & qđ diuino calculo probat^9 fuerit. Quia postquā dixit, perfectus in generatione sua: addit, Deo placuit Noe. Tāta erat uirtutis illi^9 glia, ut & à deo laudari promeruerit, Deo.n. iqt, placuit Noe ut scias qđ approbat^9 fuerit à deo: placuit illi oculo q falli nō potest, per sua bona opa. Et illius sibi fauorē tātū cōciliauit per bonæ uitæ opera, ut eū non solū ab indignatiōe in oēs effundēda liberarit, sed & aliis præesse fecerit, Deo.n. inqt, placuit Noe. Quis hoc beatior fuerit, qui tantā pręse ferre potuit uirtutē, ut dominū uniuersi habeat laudū suarum p̄conē? Hæc ab eo sunt facta, q̄ quibusuis diuitijs, quauis abundantia, quauis glia & potentia, quauis humana felicitate p̄tulerit qsqs mentē habet. Hæc regno magis desiderabilia fuerint ei q deū syncero amore diligit. Verùm.n. istud est, posse nos optima uita propitium & clementē nobis facere deū. Vt.n. gehennam timere nō debemus, pp ignem illum inextinguibilē, & pœnas terribiles, & perpetuos cruciatus: sed quia offendimus tā bonum dominū & ab illius gratia sumus alieni: Ita & ad regnū nobis festinandū nō nisi pp amorem in illū, ut eius gratia fruamur. Nā ut regno desiderabilius est, misericordem dominū nostrum beneuolū esse nobis: ita gehenna grauius, ab illius beneuolentia excidere. Vidistis quātę nobis utilitatis fuit argumētū appellatio iusti, & quātū thesaurū pepit admirabilis hui^9 uiri genealogia? Seq̄mur igitur & nos diuię scriptury regulas, & aliquorū genealogiā enarrādo, nō patres & auos, & abauos i mediū afferam^9, sed ei^9 solū cui^9 ē genealogia, uirtutē detegam^9. Hic optię genealogię mos ē. Quę.n. utilitas, ex claris & probis parētib. originē ducere, te aūt bōę uitę eē exptē? Aut qđ dānū fuerit: si parētes & progēitores fuerūt ignobiles & obscuri, ipe aūt uirtutib. floreas? Quia & iust^9 ille talis fuit, & cōciliauit sibi gratiā dei, nō qđ à talibus fuerit parētibus. Neq;.n. ita eos cōmemorat scriptura, ut uirtute nobiles. Nihilominus cū tāta essent obstacula, & à tātis impediretur, in tātū perfacta sunt, & innumera alia? Qui in sinu patris est, formā serui suscipe uoluit, & oia alia sustinere quæ ad corpus pertinent: ex uirgine nasci, nouē mensibus in utero gestari, & panniculis inuolui, patrem suū putari Ioseph spōsum Marię, paulatim crescere, circūcidi, sacrificiū offerri, esurire, sitire, fatigari, & tandē ét mortē sustinere: & mortē nō uulgarē, sed eam q̄ ignominiosissima habebatur, crucē dico: & hæc oia pp nos nostramq; salutē suscepit oium cōditor, qui inalterabilis, qui oia ex nihilo ut essent produxit, q respicit super terram, & facit eam tremere: cuius gliæ fulgurantem maiestatem neque Cherubim, & incomparabiles illæ uirtutes uidere possunt: sed auersæ facies tegunt obiectis alis, quē sem per laudant angeli & archāgeli, & innumerę myriades. Hic pp nos & pp nostrā salutē hō fieri uoluit, & optimę uitæ nobis uiam parauit, per quā & ipse transiit, hac ipsa nostra natura assumpta. Quæ igitur post hac nobis erit excusatio, si cum tot adiuuāt salutē nostrā, in reb. inutilib^9 nos occupam^9, so la negligentia nostrā amittentes salutem? Proinde obsecro, ut sobrii sitis, & non temerè aliorū sequamini consuetudinē, sed uestram ipsorum uitā quotidie diligēter excutiatis, uideatisq; qd pctūm, quid ue rectè à nobis gestū sit: ut sic pctā nostra emendemus, supernamq; nobis gratiam cōciliemus, exemplo iusti illius, & deniq; regnum assequamur cœlorū, gratia & misericordia domini nostri Iesu xpi, cui cum patre sp'rituq; sancto sit gloria, imperium, honor nunc & semper & in secula seculorū, Amen.

Homilia.xxiiij.

h Aud uulgarem utilitatē heri nobis attulit iusti Noē genealogia. Nam & cognouimus mirabilē genealogię modū, & uidimus iustū laudari nō à parentū claritudine, sed à suarum uritutū morib. pp quas & tantum accepit testimonium à diuina scriptura. Noe.n. inqt, hō iustus, perfectus in generatione sua: deo placuit Noe. Totum enim sermonem in uerba hęc breuia insumpsimus heri. Quandoquidem diuinorum eloquiorum natura in paucis uerbis multas sententiarū affert diuitias, & ineffabilem diligenter scrutari uolentib. thesaurum largitur. Proinde obsecro, ne qd in sacris literis aut cōtemnatur, aut obiter ptereatur, ét si nomina recenseantur, uel historię narrentur, recōditū inuestigemus thesaurū. Nā & xps dicebat: Scrutami ni scripturas. Quia non ubiq; in superficie scripturę, mens scripturę inuenitur: sed opus est scrutinio, ut ne qd in profundo latet, nobis remaneat absconditum. Quod si sola naturæ appellatio hoc nomē, Hō dico, tātæ nobis utilitatis argumentū heri fuit: quantū lucrū pcipiemus, si attenta ac uigili mente singula adierimus? Etenim misericordē habeamus dominū, & quādo uidet nos solicitos & magnū desiderium ad cognoscenda diuina eloqa habere, nō pmittit nos ulla re indigere: sed statim illustrat mētem nostrā, & suū fulgorē largitur, & pro sapientia illa sua mire industria oēm ueram doctrinam animæ nostræ inserit. Ea propter cùm nos ad istucipsum adhortaretur, & alacriores faceret, beatitudinem decreuit iis quibus tale est desiderium, dicēs: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi satu rabuntur. Vide sapientiam doctoris, non solū nos per beatitudinem hortatur, sed & dū dicit: Qui esuriunt & sitiunt iustitiā: docuit audiētes, quāta alari

A uenire potuit fastigium: ut discas qđ eum q uigilat & sobrius est, & suæ salutis curā agit, nihil est quod prohibeat. Nā ubi negligentes cœperimus esse, ét à reb. minimis offendimur: sic si uoluerimus sobrii esse, quāuis innumeri sint q ad malitiā trahāt, neutiquā nostrū studium poterunt offendere: sicut ne que illū iustum, tametsi tot essent irridētes, segniorem in exercenda uirtute facere potuerūt. Proinde nullus alium arguat, & in alios culpam transcribat sed suæ ignauiæ totū imputet. Et qd dico in alios? Neq; diabolū ipsum qs tantum putet, ut prohibere quempiā posit, quò minus in uiā, q̄ ad uirtutē ducit, eat. Supplantat qdem & decipit socordiores, nō cogit autē, nec prohibet, id qđ rerū experientia docet. qđ nunc qdem, si uolumus sape, tantæ cōstantiæ specimen exhibemus, qđ neque si multi essent ad malitiæ uitā nos inhortantes, eorū ferremus cōsiliū: sed oī adamante firmiores, aures obturarem^9 tam praua consulentib. At si negligentes fuerimus, etiā si nullus sit qui consulat uel supplantet, nostra
B sponte ad malitiā prosiliemus. Nā si hoc non esset situm in uoluntate nostra, neq; in potestate mentis neque deus sui iuris naturā nostrā fecisset: oportebat uel oēs malos esse q naturæ nostræ participes sunt, & iisdem obnoxii sunt affectionib. uel oēs bonos & uirtute pręditos. Cū autem uidemus cognatos nostros, & ab affectionib. non obturbari, & nō eadē q̄ nos ferre: sed & ualida rōne gubernare naturam, & inordinatos motus domare & refrēnare cōcupiscentias, impare furori & iræ, fugare inuidiam, eliminare inuidentiā, contemnere rabiosam in cōquirendis pecuniis cupiditatē, minorem glīæ curā habere, ridere oēm præsentis uitæ felicitatē, spirare ad glīam, præponere uisibilibus oibus laudē q̄ à deo est: nōne manifestū est qđ per gratiā dei suo studio bene agere possunt, & nostra ignauia nostra amittimus salutem, & eius gratia nos spoliamus? Quapp obsecro, ut hæc cogitantes, & in mente nostra cōtinuò uersantes, nunquā diabolū, sed nostrā
1.Pet.5.b. leuem ignauiamq; mentem arguamus. Et hæc dico,
C non qđ diabolum à suo crimine absoluere uelim, Absit: uadit.n. sicut leo ut rapiat, & rugiens, & quę rens quē deuoret. Sed & uos cautiores reddere uolui, ut ne existimemus carere nos culpa, siquidem tā facilè ad malitiā prorumpimus: & ne friuola illa dicamus uerba, Quare deus dimisit illū, cū talis esset, malum fieri, & supplātari ac prosterni? Sunt.n. hæc uerba ingratitudinis summę. Verū tu hoc tecū considera, qđ tales non pp hoc potissimum reliqt, ut timore cōpulsi, & inimici insidias expectantes, simus ppetuò sobrii & uigiles, laborémque uirtutis imminuamus spe retributionū & expectatiōe inefabilium illorum bonorū. Et qd miraris si ob hanc causam reliqt diabolū deus cui tanta nostrę salutis cura, & q ita nostra somnolentiā excutit, materiámque coronarum nobis præparat: ipsam ét gehennā ppea cōdidit, ut metus pœnæ, intolerabilisque cruciatus ad regnū nos cogat? Vidisti mirè industriā domini misericordiā, quo oia facit et tractat, ut nō solum eos q ab se conditi sunt, saluet, sed et ineffabilibus bonis ditet. Et ppea liberum arbitrium nobis datum est, et in natura cōscientiáque nostra reposita scientia boni et mali, et diabolus ut esset pmissus, non ut gehennam experiremur, neq; regno priuaremur. Et quid miraris si ista oia propter hęc

D

E

F

Ioā.5. & 7.f.

Matt.5.a

G tate ad spūalia eloqa inuestiganda ire congruat: dicere.n. uult, Quemadmodū q fame duce mira prōptitudine ad cibos festinant, & q ita sitiunt ut p siti flagrent, ad potū eunt: eodem mō ad spūalem doctrinam, tanquā esurientes & sitientes accedere par est. Tales.n. non solum beatitudinib. dignı, sed & q̄ cupiunt assequuntur. Etenim satiabuntur, inquit, hoc est explebuntur: explebunt suū spūale desiderium. Igitur qa tam bonus, tamque liberalis dominus nobis est: age & nos ad ipsum confugiamus, & eius nobis gratiā cōciliemus, ut & ipse pro sua misericordia illustret nostrā mentē ad uidendā diuinarū scripturarū uirtutē. Et uos quoq; multa alacritate spūalem doctrinā q̄si esurientes & sitientes suscipite. Fortè.n. fortè bonus & oipotens dominus, ēt si nos humiles[simus, pp uos & uestrā utilitatē suppeditabit nobis sermonē in aptione oris in gl̄iam suam, & in ædificationē uestrā. Proiecta igitur cura nostra oi in deū, cuius gratiā expectamus, & inuocato eo q & sapientiā dat paruulis, & illuminat
H cęcos, & expedite loq cōcedit balbis, dudum lecta tractemus: ut q̄ ipse pro sua misericordia nobis suppeditarit, charitati uestrę proponamus. Sed intenta obsecro adsitis mēte, & diligenter iis q̄ dicūt attendite, omnésque huius uitæ curas seponite, ut spūale semē, q̄si in pinguē agrū, exustis spinis & herbis, proiiciā. Istæ autē, inqt, generationes Noe. Noe hō iustus, pfectus in generatione sua: deo placuit Noe. In iis nup finē dicendi faciebamus, ideo sequentia in medīū proponēda sunt. *Genuit autē*, inqt, *Noe tres filios. Sem, Cham, Iaphet.* Non absq; cā diuina scriptura & tps & numerū nobis assignauit filiorū iusti: sed & hic nobis latenter insinuare uult excellentē, multiplicémq; eius uirtutē. Nā postq̄ superius dixit qđ Noe erat qngentorū annorū: tunc subdidit. Et genuit tres filios. Docēdo nos summā cōtinentię illius magnitudinē tunc fuisse, cū tantę intēperantię dediti essent oēs hoies, tantáq; salacitate oēs ętates, ut ita dicā, ad malū ruerent. Audistis.n. scripturam dicentē: Vt autem uidit dominus qđ implętæ sunt
I malitiæ sup terrā, & nullus nō cogitaret mala diligenter in corde suo à iuuentute. Vbi manifestè declarat, qđ & iuuenes uincebant prouectiores ętate, & senes nō minus q̄ iuuenes insaniebant. Et ad malū multa procliuitate propēsa erat ætas ēt malorū inexperta. Vt igitur discamus quo pacto iis oib. tātam insaniam ac rabiem p̄ se ferentib. iustus ille mā serit solus cōtinentiæ uirtutē cum aliis strenuè seruans, donec ad quingentesimum annū puenit: tūc inqt: Et genuit Noe tres filios. Vidisti dilecte excellentem iusti temperantiā? Ne hoc ita pfunctorię trā seamus, sed & tps illud expendamus, & malitiā quę sup omne hoium genus ob eorum desidiam se extenderat, cōsideremus quantæ sit uirtutis, in tantā tpis longitudinem concupiscentiæ rabiē refrenare uiamq; longè ab aliis diuersam ingredi: & nō solū ab illicito coitu se cohibere, sed & à legitimo & inculpato. Et *genuit*, inqt, *Noe tres filios: Sem, Cham, Iaphet. Corrupta autē erat terra corā deo, & repleta est terra iniu stitia.* Mihi uidetur diuina dispēsa: hoc factū, quòd iustus iste ēt nunc a coitu abstinet, & pueros istos habet. Quia.n. ob malitiæ magnitudinē & excellētem prauitatē generali diluuio totum orbem deleturus erat misericors deus, quasi radicem aliquā & fermentū uoluit iustū illū supesse, ut abolitis illis origo q̄dā esset futurorum. Huius gratia, cūm iam K
quingetorū esset annorū, haberētq; filios istos tres istis cōtentus fuit: declarās hoc factū, ut diuinæ in humanū genus misericordiæ seruiret. Et quò scias hoc nō eē temeraria cōiectura dictū, cōsidera scripturæ diligentiā: Nā postq̄ dixit, qđ iustus ille tres habuerit filios: statim subdidit, Corrupta est autē terra corā deo, & impleta est terra iniustitia. Vidisti ī eadē magnā nā iestabilē uarietatē? De iusto.n. dicebat scriptura: Noe hō iustus, perfectus in generatione sua. De reliqis aūt oib. inqt: Corrupta est terra corā deo, & impleta est terra iniustitia. Noie nterræ, hoium multitudinē uocat, eo qđ oia eorum opera terrestria erant: & idcirco terræ noie & eorū uilitatē, & malitiæ excellentiam significat. Nā sicut de protoplasto, q ubi legem trāsgressus, gl̄iam qua tegebatur amisit, mortis pœnę obnoxi⁹ factus fuit, dicebat: Terra es, & in terram abibis. Ita & hic, qa plurimū inualuerāt pctā, inqt, Corrupta autē erat terra. Neq; simp̄r dicit, Corrupta aūt erat terra: sed corā deo: & impleta est terra iniustitia. Dicendo.n. L
Corrupta est, omnigenā illorū malitiam emphasi quadā dixit. Nō .n. unius uel duorū pctorum tantū rei erāt, sed oēs iniqtates absq; mō cōmittebāt: ideo & subdit, Et ipleta est terra iniustitia. Nō obiter, neq; uulgariter malitiæ studebāt, sed pctā quęq; seruienti cōtentione agebāt. Et uide quo illos postea ne tenui qđē memoria dignatur, sed noie terrę uocās, simul indicans & dei indignationē, & pctorum grauitatē. Corrupta est autē terra, inqt, coram deo: hoc est: secus q̄ pceptū erat à deo oia faciebāt, mādata dei cōculcantes, & magistrū naturæ humanæ insitū amittentes. Vidisti dilecte quantū malū sit pctūm, quo hoies facit ut suo noie uocari non sint digni? Audi nunc q̄ sequuntur. *Et uidit dominus deus terrā, & erat corrupta.* Vide iterū quo eos terrā uocet: & postea cū semel atq; iterū & tertiò noiauit terrā, ut ne qs de terra sēsibili eū dixisse suspicetur, inquit: Quia corrupit ois caro uiā suā sup terrā. Ne que nunc hoīs appellatiōe eos dignatur, sed carnē uocat: quo nos docere uoluit, qđ non de terra hæc M
dicat, sed de hominib. carne amictis, & terrestribus negociis sese totos impēdētib. Mos.n. scripturę est, ut sæpe charitati uestræ dixi, carnalia sapiētes & nihil sublime cogitantes, carnis noie appellare. Sicut & beatus Paulus inqt: Qui autē in carne sunt, deo *Ro.8.b.*
placere nō possunt. Quid igitur? nō fuit in carne & is q hęc dicebat? Nō hoc dixit, qđ q carne circūdati sint, deo placere nō possint: sed de his q nullā uirtutis rōnē habēt, & nihil nisi carnale sapiētes, carnis uoluptates sectātur, nullāmq; aiæ incorporeę & spiritualis curā gerunt. Itaq; qa dictis istis diuina scriptura docuit nos pctorum multitudinē malitię in crudescētiā, idignatiōis diuinę magnitudinē, & qđ ob studiū malorū operū, semel atq; iterū ac tertiò terrā eos q tūc uiuebāt noiauit, carnisq; noie uocauit spoliatos cōmunis naturę uocabulo: nūc p ea q̄ subdit, ineffabilē dei misericordiā & dignatiōis eius excellētiā ostēdit nobis. Quia cōsequnter iusto huic sicut amicꝰ amico cōmunicat, q̄uā pœnā humano generi sit intētaturus, & dicit: *Tępus ois hominis uenit corā me. Quia impleta est terra iniustitia ex illis. Et ecce ego corrumpo illos & terrā.* Quid est, tps ois hominis uenit coram me? Magnam, inquit, ostendi longanimitatem: uolens hanc inferre pœnam, quam illaturus

A sum: sed qa immodica pctorum illorū multitudo in hoc tps eos adduxit, & finē ijs ponere oportet, excindiq; illorū malitiā, ne ulterius progrediātur. Tempus.n. inquit, ois hois uenit corā me. Vide & hic, quo superius dicebat, Vnusquisq; cogitat: ita & nunc ois hois, Omnes consonant, oēs ad iniquitatem pergunt, inquit, & in tanta multitudine nō inueniri potest aliqs, cui uirtutis sit cura. Tempus.n. inqt, omnis hominis uenit corā me. Tempus, hoc est, aduenit tps, quo secandum erit, & papilla ulceris contrectanda. Tempus ois hominis uenit corā me, q̄si nemo uideret, rationēq; delictorū ab ipsis exacturus esset, sic sese malis operib. māciparūt, nō cogitantes, quòd me nihil latere queat, q uitā, animamq; & corpus dedi, totq; bona suppeditaui. Tēpus igitur ois carnis uenit corā me. Dein q̄si satisfacturus, rationēq; redditurꝰ iusto, mōstrat quòd in tantā se indignationē prouocarint hoies pctorum nimietate, inquiēs: Quia impleta est terra iniustitia ex illis. Nū ptermissum est aliqd, inqt, ab eis, ita ad peccatū cōtendentibus? Tantam malitię magnitu
B dinē uidere licet, ut & exundet & affluat, totāq; terram impleat: ppea & ipsos corrūpo & terram. Ecce, inqt, ego corrumpo illos & terrā. Quia priores ipli malis suis operib. seipsos corruperūt, idcirco generalē iterū inducā, aboleriq; faciā & ipsos & terrā, ut purificationē accipiat terra, & à pctorū maculis emūdetur. Cogita nūc obsecro, qualē tūc habuisse putas aiam iustū istum, cùm hęc à domino audiret? Nā licèt multarū uirtutū suarū cōscius eēt, nō tamen absq; dolore q̄ dicebātur accepit. Amicū & indulgentissimū dilectionis est iustorum genus, & pro aliorum salute iusti quæq; ferre eligerent. Quo igitur eximiꝰ ille se cōtinuit, cū mente sua oium interitū & totiꝰ naturæ abolitionē tractaret, & fortassis nec sibiipsi iucundū quiddā polliceretur? Vt igitur mēte nō turbaretur, sed paruā quandā cōsolanē ī tāta mœroris magnitudine accipe posset, post quā docuit eū malitię illorū grauitatē, & quòd tps urgeat, exigens ut profunda sectione incidātur: dicit ei: Illi qdem communi perditione interibunt.
At tu fac tibiipsi arcam. Quid est, At tu? Quia non cō
C municasti eorū pctō, sed oēm in uirtutibus uitam peregisti: ideo tibi impero ut extruas arcā ex lignis quadratis incorruptis. *Mansiunculas per arcā facias, et glutinabis intrinsecus & extrinsecus eā bitumine. Erit aūt trecentorū cubitorū longitudo, & quingentorum latitudo, & triginta cubitorū altitudo. Suprà contrahens facies arcā, & in cubitū cōsummabis eius summitatē. Ianuā aūt facies ab obliquis, cubiculis bicameratis & tricameratis facies eam.* Cōsidera dignationē dei, & ineffabilē uirtutē misericordiāq; oēm rōnem transcendentē. Simul declarat & suā erga iustum prouidentiā, ut fabricet arcā illi imperans: ordināsq; interim modū in quē cōstruenda, nēpe in quā longitudinem, latitudinē & sublimitatē, & maximā ei cōsolationē afferet, spē salutis p arcæ cōstructionē subscribēs. Volebat aūt illos quoq; q tam grauiter peccauerāt, fabricatione arcæ admonēri, ut secum cogitarēt q̄ se cissent, resipiscēdoq; indignationē nō experirētur. Neq;.n. paruum illis tps denuò cōcessum, donec fabricaretur arca: sed planè multū & sufficiēs fuisset, nisi adeo igrati & stupidi fuissent ad erratorū emēdationē. Verisimile.n. quòd quicūq; ex eis uidit iustū qui fabricabat arcam, & causam extructionis sci-
D tatus sit, & postea cognouerit diuinā indignatiōnē, unde si uoluisset potuisset ad suorum pctorum agnitionē uenire. Verū hæc illis nullā utilitatē attulerūt, nō qa nō potuerūt, sed qa noluerūt. Igitur postq̄ de cōstruenda arca iusto pcepit, cōmunicat & narrat ei ēt pœnæ speciē, quā illaturus erat, & dicit: Tu qdem hanc para, sicut pcepi: ego aūt ubi tu ædificium compleueris, etiā ea q̄ ad te attinent tuta faciā. *Ego aūt*, inqt, *inducā diluuiū aquæ sup terrā, ut corrumpat oēm carnem, in qua est spiritus uitæ, subter cœlum, & quæcunque fuerint super terram consumentur.* Vi de quo & per minas ostendit q̄ grauia illi peccauerint, & inqt: Etenim eādem pœnam inducam, tam rationalib. q̄ rationis expertib⁹. Quia cùm à sua dignitate, qua brutis pfuerunt, excidēre: dignū est ut inter illos & ista nulla sit pœnarum differentia. Inducam.n. diluuium aquæ, ut corrumpat oēm carnem, in qua est spiritus uitę subter cœlū. Et iumenta, inquit, & uolatilia, & feras, & quadrupedia, & q̄cunq; sub cœlo consp̄iciuntur. Et ut discas quòd nihil relinquatur, inqt: Et quæcūq; sunt sup terram consumentur. Nā purificatione orbis opus habet, E
sed hoc te nō conturbet, neq; mentem tuam cōfundat. Nam qa uideo ulcera eorum incurabilia, sistere uolo malitię fluēt aut ne grauiorib. pœnis obnoxios se faciant. Idcirco ēt nūc pro sua misericordia cū indignationem bonitate tēperat, talem pœnā infert q̄ sine dolore sit, & nō sentiatur. Neq;.n. respiciens ad ea q̄ peccauerant, uel q̄ meruerant: sed prę uidens futura, & in hos cōgrua pœna aiaduerte, & posteros ne ab his offendātur liberare uolo. Ne igitur mœstus sis, nęue turberis hæc audieus. Nam licèt illi dignā peccatis suis pœnam luent, sed statuā testamentum meum tecum. Nam qa oēs priores indignos sese p̄stiterunt, neq; de mandatis meis bene senserūt, tecum postha statuam testamentū meū. Etenim protoplastus post tot beneficia impostūrā passus, mandata mea transgressus est: & q ex illo natus est, ipse in idē malitiæ profundum incidit, unde & cōtinuam maledictionis pœnam accepit. Verū neq; illius pœnis posteriores emendatiores facti sunt, sed mala sua ita coaceruarūt, ut & genealogiā ipsorū reprobarē. Sanè post hæc ut inueni Enoch, F
q uirtutis imaginē seruauit, qa ualde mihi charus fuit, eū trāstuli: mōstrans oibus uirtutis cultoribꝰ quātas mercedes & retributiones adipiscātur: uolebā.n. ut cæteri illius imitatores fierēt, eādemq; uiā ingrederentur. Cæterū qa alijs oibus postea malitiā sectantib. te solum inueni in tāta multitudine q primi parentis trāsgressionē reuocare posuit, Tecū statuā testamētū meū. Nā bonę tuę uitę opa declarāt fidelē te in suscipiēdis mādatis meis. Deniq; ne adhuc iustus hæc audiens mœreat, q̄si solus ipse liberādus sit, iterū cōsolatione eū, ut dicitur, demulcēs, dicit: *Ingredieris aūt in arcā tu & filij tui, & uxor tua, & uxores filiorum tuorum.* Nā licèt multū à uirtute iusti illius abfuerint, alieni tamen erāt à grauioribus sui sęculi peccatis. Aliās quoq; ob duas cās salute potiti sunt. Vna ī honorē iusti. Cōsuetudo.n. misericordis dei est, honorē hūc dare seruis suis, ut pp eos saluētur & alij. Id qđ & beato Paulo cōcessum est, magistro illi orbis, q uſquequaq; suæ doctrinæ radios emittebat. Quādoqdē cū ille Romā naviga *Actо. 27.*
ret, orta in mari tēpestate magna, ita ut multi sue timerēt, nullāmq; bonā spē pp procellarū magnitu-

G dinem haberẽt,uocatis oĩb⁹,dicit: Bono aio eſtote uiri.Amiſsio.n. aiæ nullius erit ex nobis,prꝛterꝙ natus.Aſtitit.n.mihi nocte hac dei,cuius ſum, angelus, dicens:Ne timeas Paule:dedit.n.tibi de⁹ oẽs q tecum nauigant. Vidiſti qũ o uirtus uiri ſalutẽ illis cõciliauit?imo nõ uirtus tantum,ſed miſericordia domini. Ita ſimili modo & hoc loco factũ eſt, & hæc prima cauſa eſt.Altera uerò iſta:Volebat ſemen aliqd & radicem ad poſteritatis cõſtitutionẽ relinquere:nõ quòd impoſsibile eſſet deo iterũ formare hoies, & ex uno genere iterum augmẽtum facere:ſed qa hoc ſuæ bonitati probabatur. Attende igitur dei bonitatem, etiã pp poſteros.Nã ſicut interminãdo pœnã, cum hoium genere & iumẽta,& reptilia,& uolatilia,& feras peritura dixit:ita & hic pp iuſtũ imperat, ut introducantur in arcã ex uno quoꝛ illorũ genere par unũ,ut ſit ſemẽ & primitiæ multitudinis poſtea futurę.*Et ex omnib* inquit,*iumẽtis,& ex omnibus feris,& ex omni carne,bina ex omnib. induces in arcam, ut paſcas apud te, maſculus & fœmina erũt. Ex omnibus auibus uolatilibus ſecũdum genus, & ex*
H *omnibus reptilibus repentib. ſup terrã,ſecundũ genus bina ex omnib. intrabũt ad te,ut paſcãtur apud temetiꝑm, maſculus & fœmina.*Ne obiter hæc ꝓterieris dilecte,cogita quãtũ pepererit iuſto curarũ tumultũ,cogitanti apud ſe quãtã hæc oia curã exigerẽt. Nõ.n.ſufficiebat ei cura mulieris & puerorũ, & nuruũ, ſed & ſolicitudo tot brutorũ & educatio annectabatur. Verũ pauliſꝑ expecta, uidebisꝙ dei bonitatẽ, quo ĩcũbẽtẽ iuſto curã exoneret.*Tu aũt accipies*,inqt,*tibi ipſi de omnib. cibis, de quib. comeditis,& cõgregabis apud teꝑm,& erũt tibi & illis in cibum*. Ne exiſtimes,inqt, deſtitutũ te mea prouidentia relinq.Ecce.n.ꝓcipio ut q ueſtræ alimoniæ ſufficiũt, & q ad alẽda bruta ſpectãt,oĩa in arcã inferãtur:ita ut nullã uel famem uel penuriã experiamini,'& nec bruta pereãt,utpote cibũ nõ habentia ſibi cõuenientẽ. *Et fecit*,inqt, *Noe omnia quæcunque ſibi ꝓcepit dominus deus, ſic fecit.* Videas & hic encomiũ amplum.Fecit,inqt,oĩa quę cũꝙ ꝓcepit ei domin⁹ deus. Nõ aliud qdem opere exequebatur,aliud autẽ negligebat: ſed oĩa q ꝓcepta erãt,fecit. Et ſic fecit,ut ꝓcepta erãt ei, nihil intermiſit,ſed oĩa impleuit. Et operib .ſuis probauit quòd iuſtè beneuolentiã dei aſſequutus ſit. Quãtis nõ coronis dignũ fuerit teſtimoniũ hoc,quo à diuina ſcriptura fruitur iuſt⁹ ille? Quis hoc fuerit beatior, q oĩa ope cõpleuit q ſibi à deo ꝓcepta fuerũt, & tantã in iis q ſibi imperata erant obedientiã declarauit?Et ut ſcias quanta ab oium cõditore ꝓdicta ſint,audi q ſequuntur.*Et dixit*,inqt,*dominus deus*
Cap. 7. *ad Noe:Ingredere tu, & omnis domus tua in arcã.* Deinde ut ſciamus quòd gratia non ſolum ſaluat iuſtũ, ſed & laborum retributiones dat, & uirtutum præmia:dicit, Ideo tibi impero,ut tu & domus tua oĩs in arcã ingrediamini:qa te uidi iuſtũ corã me in generatione iſta. Magnũ & fide dignũ teſtimonium. Quid.n.hoc mai⁹ eſſet,cũ ipſe cõditor, & q eum ut eſſet produxit,talia de iuſto pronũciat? Quia te uidi iuſtũ,inqt,corã me. Vera hæc uirt⁹ eſt, quãdo corã deo qs illã accipit, quãdo oculus ille q decipi nequit,ſuũ fert calculum. Exin docẽs nos miſericors deus menſurã uirtuti,quantam tunc ab iuſto exigebat(nõ.n.eandem uirtutis menſurã ab oĩbus aſſeri uult, ſed pro uarietate tẽporum & uirtutes differentes requirit)dicit: Quia te uidi iuſtum corã me in generatione iſta, q̃ tam mala, q̃ in tantam mali- K
tiam declinauit, q̃ tantã ingratitudinem præ ſe fert. Te uidi iuſtum, te ſolum inueni gratum, te inueni uirtutis rationẽ habere:tu ſolus corã me iuſtus apparuiſti, oĩbus alijs pereuntib. te iubeo ingredi cũ omni domo tua in arcã.Ex aialibus puris iubeo te introducere ſeptena.Quia prius indiſtinctè ꝓceperat,ex oĩbus par unum introduci:pp hoc nunc dicit:*Ex puris autẽ ſeptena, ex impuris uerò bina maſculum & fœminam.*Poſtea autem cãm docens ſubdit: *Vt ſeruetur ſemen ſuper ommem terram*. Operæpretium aũt hoc loco fuerit inqrere & uidere, unde ſciebat iuſtus, q̃ nam pura,uel impura? Nondum.n.erat diſtinctio hæc facta, quam poſtea Moſes Iudæis in legibus ſuis ſtatuit. Vnde ergo ſciebat?à ſeipsone, & ab inſita naturæ ſuæ doctrina? nũ & rõ dictauit? Nihil.n.ĩmundum ex iis q̃ deus fecit.Quo pacto.n. ĩmundã uocaremus ullam creaturã, q̃ ſemel ſupnè à conditore approbata? Dixit.n.diuina ſcriptura. Quia uidit deus oĩa quæcũꝙ fecit,& ecce bona ualde.Sed poſtea natura à ſeipſa ita diiudicauit. Et qd hoc ſit uerum,conſidera quo in nõnullis locis, ab L
aliqbus abſtinent aliqui ut ĩmundis & nõ probatis, aliq illis ipſis ueſcuntur cõſuetudine ſe ad hoc inducente:ſic & tunc quoꝛ erat. Ipſa ſcientia iuſto inſita,docebat, q̃ nã ad cibum accõmoda,& q̃ immunda,nõ ut ita ſint, ſed ut pro immundis habeã tur.Qua de cauſa,dic oro, aſinum ĩmundum cenſemus,quãuis leguminib.tantum paſcatur,alia autem quadrupedia cibo cõuenientia putemus,etiãſi ĩmundo alimẽto paſcãtur? Ita ſcientia à deo nobis ſuppeditata,horũ ẽ doctrix. Poſſet aũt & alı̃ dici:Quia deus q ꝓceperat,idem & ſcire ea manifeſtè fecit. Cæterũ de mundis ac immundis ſatis dictũ eſt.Verũ interim alia proſpectat q̃ſtio:quare ex immundis bina,ex mundis autẽ ſeptena:& hæc quoque,quare nõ uel ſex,uel octo,uel decẽ paria. Fortaſsis prolixi⁹ ſermo ille ſe extendit:ſedſi nõ piget & uultis,breuib⁹ de iis charitatẽ ueſtrã docebim⁹,ea ſcilicet q̃ nobis diuina gratia cõceſſerit.Multi.n.uarias de iis fabulas narrãt, & hinc occaſiõe ſumpta, obſeruationes numerorũ oſtẽdunt.At nõ obſeruatio, ſed intẽpeſtiua hoium curioſitas talia fingere M
molitur,unde & multæ hęreſes ortæ.Quod ſtatim ſcietis:etenim frequenter (ut uideamur q̃ſi ex abũdãtia eos,q ex ſuis opinionib⁹ noua afferunt,cõpeſcere)inuenimus in ſcripturis cõiugij numerũ ſeruatũ:qppe quãdo miſit diſcipl'os, binos eos miſit. *Matt. 6. & Luc. 10.a.*
Ipſi aũt oẽs duodecim erant, & Euãgelia quatuor numero. At ſupuacaneũ fuerit hęc apud charitatẽ ueſtrã cõmemorare,q̃ ſatis didicit hmõi dictis obturare aures.Neceſſarium aũt ut poſthac doceam⁹ quare ſeptena ex puris afferri ꝓceperit. Plura qdem ꝓcepit ex mundis introduci,ut iuſtus, & q cum illo erãt, inde cõſolarentur, ex illis uſum habentes. Quòd aũt ſeptena, & hoc quoꝛ: ſi cãm diſceretis, ſummum indicium eſt piè mẽtis iuſti. Nam qa cognouit miſericors deus uiri uirtutem:& quòd ut iuſtus & tanta domini fretus miſericordia,ubi tantę tẽpeſtatis effugiſſet periculum,liberatusꝙ fuiſſet à periculo,ſuã gratitudinẽ declaraturus, & pro gratiarũ actione hoſtias & ſacrificia oblaturus eẽt, ut ne hoc faciẽdo mutilaret paria:ideo domin⁹ ꝓſcius hui⁹ gratę mẽtis, iubet ſeptena ĩtroduci ex ſingulis auium generibus, ut cùm ceſſaret ulis interitus, &

ſuam

A ſuam mentẽ declararet, & coniugia uolatiliũ,cæterorũꝙ aialium nõ lęderentur: id qd & priori ſermone didiciſtis.Vbi aũt in eũ locum puenerimus, uidebitis iuſtũ illum hęc facere. Didiciſtis cãm ob quã ſeptena introducere ꝓceptũ fuit:Num poſthac tolerabitis eos q fabulari,diuinæꝙ ſcripturæ ordinẽ turbare, & q̃ ex ſuo capite finxerunt ĩtroducere nituntur? Igitur poſtq̃ oĩa clarè mãdata fuerunt, & de auib. & de mundis,& de immũdis,& de alimẽtis,dicit iuſto, *Adhuc ſeptẽ dies ſunt,et ego ĩduco pluuiã ſuper terrã, quadraginta diebus & quadraginta noctib. & delebo oẽm ſubſtantiã à facie terræ ab homine uſq; ad iumentũ.*Attende obſecro, ẽt ex iis q̃ nũc dicta ſunt bonitatis diuinæ excellentiã,quo poſt tantã longa nimitatẽ ẽt nunc ante ſeptẽ dies ꝓdicit:uolens metu emendatiores illos reddere, & ad pniam reducere.Nã ideo ꝓdicit,ut ea q̃ dicit,ſup eos inducat. Cogita hic & Niniuitas,& attende quanta horum & illorum uarietas. Quia cũ tot annis audiſſent quòd ante fores eſſet interitus,neꝙ ſic à malitia ſua ceſſa-
B runt. Et conſueuimus quidem negligentiores eſſe, ſi incerti ſumus quãdo futura punitio. At ſi uicini ſimus his q̃ offendere poſſunt, tũc humiliamur, & plurimã oſtentamus conuerſionẽ: id qd & in Ninitis cõtigit.Quandoqdẽ ubi audierunt qd adhuc *Ionæ.3.b.* tres dies,& Niniue ſubuertitur:non ſolũ nõ deſperauerunt,ſed & ad dictum hoc exurrexere, tãtamꝙ malorũ fecerunt miſsionẽ, & tã diligentẽ confeſsionem declarauerunt,qd & ad bruta uſque extenderent ea q̃ attinebãt ad pniam. Et qd hæc ad bruta, & ſermõe carentia? ſed ut p hoc miſericordiã boni domini ſibi cõciliarent. Prædicato.n.ieiunio,inqt regis purpurati, mandarunt ut neque oues neque boues,neque alia bruta pabulum uel aquã accipe-
C rent:ſed oẽ hoium genus tunc ſaccis amictũ,& ipſe quoque rex ſublimi throno ſedens, magnã & parẽ cum aliis egere pniam:feceruntꝙ hęc, licèt ignorarent an pœnã effugerent. Dicebant.n.Quis ſcit, ſi fortè pœniteat deus ſup malitia,quam ut nobis faciat loquut⁹ eſt? Vidiſti barbarorũ gratitudinem? uidiſti quo neꝙ dierum anguſtia ſegniores fecit? Vide & illos poſt numerum tot annorum, ubi audiuerunt qd adhuc ſeptẽ dies & diluuium inducitur,neque ſic cõuerſos. Vnde ex cõfeſso fuerit, qd uoluntas noſtra malorum oĩum cauſa eſt. Ecce.n. & hi & iſti fuerunt hoies,& eiuſdem cuius alii naturæ,ſed nõ eiuſdẽ uoluntatis. Propterea nec idẽ eorum euentus,ſed Niniuitæ ſubuerſionẽ ſubterfugerunt, cũ bonus deus eorum cõtentus eſſet pnia pp ſuã mĩam:ſed iſti ſubmerſi, in cõmuni abolitione pierunt.Adhuc.n.inqt,ſeptẽ dies,& ego induco pluuiam ſup terrã. Deinde magis augere uolens terrorem,inquit,*Quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Quid? non erat ei poſsibile ut uno die totã pluuiam induceret? Quid inquã uno die? Vno momẽto poſſet:ſed hoc dedita opa facit,uolens ſiſ & timorem incutere,& occaſionẽ pſtare, qua poſſent pœnam q̃ in forib⁹, effugere. *Et delebo*,inquit,*omnẽ ſubſtantiam quam feci, à facie terræ,uſq; ad pecus.* Vide qũo & ſemel & iterum ꝓdicit,& neque ſic ſibi ſupplicatur. Oĩa autem hæc faciebat, ut nos doceret qd iuſtè eis tantã pœnã inflixerit. Et nullus tã inſipiens, ut arguere & dicere poſsit:Si lõganimior fuiſſet,ſortè pniam egiſſent,fortè à pẽtis abſtitiſſent,& ad uirtutẽ rediiſſent. Eaꝙ de cauſa annorũ quoꝛ numerum manifeſtũ nobis facit, & arcã fabricari iuſsit. D
Et poſt hæc oĩa ẽt ante dies ſeptem ꝓdicit,ut oĩum temerè loquentiũ impudentes linguas compeſcat. *Et fecit*,inqt,*Noe omnia, quæcunq; mandauit ei dominus deus.* Vide qũo & nunc ꝓdicat iuſti gratitudinẽ, & obedientiã diuina ſcriptura:docẽs nos qd nihil qd imperatum erat ꝓtermiſerit: ſed oĩbus impletis, ẽt per hoc uirtutis ſuæ ſpecimen ꝓbuerit.Illum igitur & nos imitemur iuſtũ,& mãdata à deo tradita implere ſtudeamus,& leges à xp̃o nobis latas non deſpiciamus.Sonent autem cõtinuò in mente noſtra, feſtinemus ad bona opa, lõganimes ſimus in his q̃ ad ſalutẽ noſtrã pertinent, pſertim cũ nunc longè maior uirtutis menſura à nobis exigatur, quãto & meliora bona ſortuti ſumus.Ideo & xp̃s dicebat:Ni *Matt.5.c.*
ſi abundantior fuerit iuſtitia ueſtra q̃ ſcribarum & phariſæorũ,nõ intrabitis in regnũ cœlorũ. Cõſideremus hoc dictũ,& nõ pfunctoriè tranſeamus :ſed cogitemus quãta pœna futura eorũ, q nõ ſolũ opera dant ut illos trãſcendãt,ſed & minus illis habẽt: neꝙ hoc ꝓſtant ut irã remittãt proximo,uel linguã E
à iuramentis ſeruẽt purã,uel oculũ muniãt à nociuo ſpectaculo.Et cũ domin⁹ ꝓcipiat, nõ ſolũ forti- *Matt.5.f.*
ter ferre ſi q̃ iniuria fuerim⁹ affecti, ſed & beneficia in inimicos largiter collocare. Et q tecũ iudicio cõtẽdere, inqt & pallium tollere uult,dimitte & tunicã.Nos aũt ſępe & proximo iniuriã facere nitimur uel ẽt ulciſci eum q nobis negocium facit, quãuis nobis impatũſit nõ ſolũ diligẽtes diligere(nã hoc, inqt, & publicani faciũt) ſed & bene & amicè affectos eſſe in eos q nos hoſtiliter infeſtãt:q neꝙ amicis fraternã charitatẽ exhibemus.Ea pp doleo & lugeo,qa uideo in nobis tantã uirtutis raritatẽ,malitiã aũt quotidie inualeſcere.Neꝙ moratur gehẽnę timor noſtrũ in mala curſum, neꝙ regni deſideriũ adhortari ſufficit,ut in uia uirtutis ãbulemus. Sed oẽs,ut ita dicã,q̃ſi oues erramus,& neꝙ cogitamus terribilẽ illã horã,uel leges à domino nobis datas. Sed oẽs ad dominũ opiniones ſpectamus,& gl'iolã *Iona.5.g.*
ab illis uenamur,neꝙ audim⁹ Euãgeliũ, dicẽs:Qũo uos poteſtis credere, gl'iam ab hominib.accipientes,& gl'iam q̃ à ſolo deo eſt,nõ q̃rentes? Quẽadmo F
dum.n.q illã humanã deſiderant, diuina prorſus excidunt:ita q diuinã ſectantur,continuò neꝙ hac priuantur:id & ipſe prius promiſit, Quęrite regnũ *Mat.6.d.*
cœlorum,& hæc oĩa uobis adiicientur. Etenim eũ q huius deſiderio tenetur,ſequuntur oĩa. Nam q illuc mente ſua celer uolat, oẽm pſentem uoluptatẽ quaſi non eſſet,cõtemnit. Oculi.n.fidei,quãdo uident ineffabilia illa bona,neꝙ uiſibilia ſentiunt:tãtum inter hæc & illa intereſt. Sed neminẽ uideo, q inuiſibilia uiſibilibus ꝓferat. Idcirco mihi mœror eſt,& indefinens dolor cordi meo: qa non expientia docti eſtis,& operib. Neꝙ dei promiſsiones,neꝙ munerum magnitudo,regis deſideriũ & amorẽ nobis ingenerant. Verùm adhuc reptantes ꝓelegimus terrena cęleſtibus, pſentia futuris:& ea q̃ prius auolant q̃ ſpectentur, his quæ oĩbus durant ſeculis: & momentaneam uoluptatem, perpetuæ uoluptati: brenem hanc pſentis uitæ felicitatem, æternis illis & fine carẽtibus bonis. Scio qd aures ueſtras offendunt,& uellicant uerba hæc,ſed ignoſcite. Auidus ueſtræ ſalutis hęc loquor,malẽs uos hic aliquãtiſper affligi ęternã pœnam effugientes,quàm cũ parua refocillatione perpetuam ferre pœnam. Nam

G si sermo meus in uobis proficit,& priorẽ tristitiam repelletis,& nunc maximè dum adhuc sanctę qua dragesimę tps uobis relictum,poteritis pctā abstergere,magnamq; à deo misericordiā uobis cōciliari. Non.n.multis dieb.opus habet dominus,neq; tpe: sed si uoluerimus,& in duab. hebdomādis corrigere pctā nostra poterimus. Nam si Niniuitas triū dierum pniam agentes,tāta dignatus est misericordia, multo magis nos non despiciet. Tantum uerè pœniteamus,& desistentes à pctō, uiam q̄ ad uirtutē ducit,ingrediamur. Enimuero de illis,Niniuitas pu

Ionæ.3.d to,scriptura dicit, beatos eos p̄dicans: Quia uidit deus, qđ discesit unusquisq; à uia sua mala. Igitur si uiderit,qđ & nos nūc uirtuti iunxerimus,& à malo destiterimus,festinemusq; ad bonorū opationē, approbabit & nostrā cōuersionē, & sarcinis pctōrum exoneratis sua largietur dona. Neque nos sic à pctis liberi esse & saluari cupimus, sicut ipse cupit & adesse festinat,ut & ab illis liberos nos faciat, &

H stras mētes: sui quisq; scrutator sit, an qđ amplius à se pterito tpe gestum sit,uel quā utilitatem habuerit ex continua hac doctrina:uel quid qđ proximo seruiat,fructuū collegerit,uel q̄ à se ptermissa & negligētius gesta correxerit, uel quā adhortationem melioris uitę ex his nostris quotidianis accepit admonitionib.uel qđ bonis suis operib.adiecerit. Nū quam.n.qescendum est à bona hac opatione. At si q̄ uiderit cōsuetudinem suā adhuc p̄ualere, & se in iisdem pseuerare, cogat mentem suam suæ desidiæ rōnem reddere:nec sinat progredi ulterius, sed ibi cōsuetudini finē imponat,moretur cōcitatum cursum,coerceat cogitatiōes, in mente reuoluat horrēdum illum diē. Cogitet qđ horror ille pariat,& impetū ignis inde resiliētis,et cōflagrantē uim,& qualem cōueniat esse proficientis mentē? Ab oī macula,ab omni labecula sit pura, & illicitarū cogitationū assult⁹ repellat, et familiaritatē subuertat: ut sic dieb.illis nosipsos queamus moderari,ac ut,quantum fieri pōt,purificati, participes fieri tā psentiū,

I quā ineffabilium illorū bonorū q̄ promisit diligētib.se gratia et misericordia domini nostri Iesu xpi: cum quo patri sit et spiritui sancto sit glia,impium, honor nunc et semper, et in secula sclorum,Amen.

Homilia.xxv.

RGumentum de quo heri charitati uestræ

a disserui,denuò attingam,& iusti Noe historiā iterū in medium afferā. Magnæ.n.uirtutum iusti diuitię sunt, nostriq; officii est oibus pro nostra uirili disquisitis, curare ut uestræ opes hinc auctiores fiant. Cæterū obsecro attenta mēte adsitis,ut ne sentētias,q̄ hic latent,ignoretis. Operęprecium autem fuerit,prius charitati uestrę cōmemorare,ubinā heri missum fecerimus sermonē,ut inde hodie sermone repetito, dicenda dictis rectè cōtexamus. Sic.n.manifestiora nobis erunt et ea q̄ nūc dicuntur. Vbi ergo q̄ docebamus heri,finem sumebant? Dixit, inqt,dominus deus ad Noe:Ingredere tu, & ois domus tua in arcā:qa te uidi iustum corā me in generatione ista. Ex iumentis tuis mundis in duc ad te septena: & ex iumentis q̄ nō sunt mūda, bina. Adhuc.n.septem dies, & ego inducā pluuiam super terram quadraginta dieb.& quadraginta noctib⁹,& delebo oēm substantiam à facie terræ, ab hoie usq; ad pecus. Et fecit Noe oia q̄ præceperat si bi dominus deus. Hucusque procedebat sermo,hic K docendi finē faciebamus. Fortasis & ipsi meministis: q̄ charitati uestræ cām reddiderimus q̄re deus ex mūdis septena,ex immundis bina introduci iusserit. Age ergo hodie accedamus ad ea q̄ consequenter lecta sunt,& uideamus qd nobis diuina scriptura dicat post ingressum Noe in arcā. Nunc.n.maximè,si ullo alio tpe, decet ut amplius sit nostrū studium,cū ob ieiunii tps & dulcissima uestra cōsuetudine magis fruimur,& à uoluptatib.uoracitateq; liberamur,excitatisq; mentib.dictis diligēter attendere possumus. Dicēdū igitur,unde hodie lectio cępta est. *Noe autē erat annorū sexcētorū*: inqt, *& diluuiū aquæ factum est super terrā*. Attendite obsecro, & ne perfunctorie dictum ptercurratis. Habent.n.latentes diuitias breuia hæc uerba. Qđ si mentem intenderimus, licebit ex istoc ipso misericordiæ domini excellentiā,malitiæq; hoium,q̄ tunc erant,abundātiam deprehendere. *Noe autē annorū erat*, inqt, *sexcentorū*. Non absque causa annorū Noe numerum nos docuit, neq; ut istuc ipsum discamus quot annorū L fuerit iustus: sed quia prius nos docuit scriptura,dicens: Noe autē erat annorū q̄ngentorum: & postq̄ nobis annorum manifestauit numerum, tunc narrauit immodicā hoium in malum propensionem. Et qa incumbebat cogitatio hoium diligenter in mala à iuuentute,ideo dixit deus,N ō pmanet spūs meus in hominib.istis, eo qđ ipsi sint carnes: pnunciando eis indignationis suę excellentiā. Deinde ut daret eis idoneū tps,qđ sufficeret pnię,ut effugerēt & indignationē non experirentur, dicit: Erunt autem dies eorum anni centum & uiginti: hoc est,ad huc longanimis ero ēt post q̄ngentos illos annos, in quib. iustus iste suo nomine satis admonet,& inducit,si quidem attendere uellent,quò & à malitia desistant,& uirtuti uacent. Veruntamē & nunc policeor me annos centum uiginti longanimem futurum, ut tpe hoc quod intercedet, non abutantur, malitiam fugiētes,& uirtutem amplexantes. Et nō solum contentus fuit centum uiginti annorū promissione,sed iusto p̄cepit ut arcam cōstrueret,quò M & ipse aspectus arcæ iis sufficientem memoriā suggereret, & nullus ignoraret inferendę pœnę magnitudinem. Nā istuc ipsum,qđ iustus ille,& q̄ in summum uirtutis peruenerat fastigium,tāto studio extruebat arcam: satis esse debebat ad iniiciendū oībus,quibus mens erat,angorem & formidinem, & persuadendum ut placent tam mansuetum & misericordem dominum. Nam si barbari illi, Niniuitas dico,quos iterum in medium adducere opępreciū est, ut ēt hac ratione magis demonstretur & horū excellens malitia, & illorum ingens gratitudo. Etenim dominus noster in die illo terribili,iudicii inquam,seruos & seruos in medium producens,condemnationem facit, quando monstrātur ii q eadē bona sortiti erant,& eorundem participes non eandem exercuerant uirtutem. Sæpe autem ex inæqualib⁹ comparationes facit,ut magis desides & pctōres condenet. Quapp & in Euangelio dicebat: Viri Niniuitæ resurgent in die iudicii cum generatione *Matt.12. et Luc.11 d.* hac,& cōdemnabūt eam,qa pniam egerunt. Et ecce plus q̄ Ionas hic: quasi diceret, Barbari quorum nulla cura est habita,q̄ prophetarū doctrinas non audierūt,q̄ signa nō uiderūt,q̄ miracula nō spectarunt: sed auditis tantum unius hois in naufragio

A seruati uerbis, q̄ eos magnam desperationem afferendo cōsilij inopes facere poterant, ita ut prorsus cōtemnerent q̄ dicebātur: nō solū nō desperunt prophetę uerba, sed & in triū dierū angustia deprehensi,tā diligentē & studiosam fecere pniam, ut & sniam domini reuocarent. Illi igitur, inqt, cōdemnabūt generationē hāc, cui tāta cura cōtigit,q̄ prophetarū libris enutrita,q̄ signa & miracula quotidie spectauit. Deinde ut & istorū incredulitatis eminentiā ostēderet,ēt horū ineffabilē uirtutē subdit: qa pœnituerunt ad p̄dicationē Ionæ,& ecce plus q̄ Ionas hic. Niniuitæ qdē, inqt, uiso abiecto hoie Iona, & eius susceperūt p̄dicationē,& cōsummatā fecerunt pniam. Isti aūt uidentes multo maiorē q̄ Ionas erat, ipmq; uniuersi dominum secū simul uersantem,tātaq; ac talia miracula operantē, leprosos mundantem,mortuos suscitantem,cæcitates naturæ corrigentem, dæmones expellentē,morbos curantē potestate multa, pctōrum remissionē pbentē: nō illā quā barbari, declarauerunt pniam. Verū ad sermonis nostri cōtextum redeamus, ut uideas

B q̄ immodica illorū fuerit ingratitudo: & quòd Niniuitæ in triduū coartari, neq; sic de salute sua desperarunt, sed ad pniam acceleraverunt,& peccata abluerunt, misericordiaq; domini sese dignos exhibuerūt. Illi aūt,de quibus nunc sermo, tps centum & uiginti annorum ad pniam acceperant,neq; aliquid inde lucrifecerunt. Proinde dominus uidens in multam illos excidisse malitiā, celerem ipsis inducit correctionē, aboletq; & è medio abiicit peccandi furorē. Propter hoc dicit: Noe aūt erat annorum sexcētorum,& diluuium aquæ factum est sup terrā. Iam didicimus quòd quādo indignatio & p̄dictio domini facta est, Noe fuit annorum q̄ngentorum: quādo aūt inductum est diluuium,sexcentorū: ita interfuerunt anni inter p̄dictionem & diluuiū, centū: & in ijs annis ne tātillum qdē profecerunt,licèt tantū docerentur à Noe arcā fabricante. Iam si fortè qs q̄rat: Quare cū dixerit dominus,cētum uiginti anni erunt dies eorum: promiseritq; se tātō tpe longanimitate usurum, antequā impleren

C tur anni promissi, uniuersale introduxit excidiū? Etiā hoc suæ misericordiæ maximū est argumētū & indiciū. Nam quoniā uidit quotidie incurabiliter illos peccare,& nō solū nihil ex indicibili lōganimitate sua proficere: sed & increscere ulcera, ppea succīdit tps,ut ne maiori.s.pœnę se obnoxios facerent. Et q̄ (inqt aliquis) hac maior esset pœna? Est planè,est dilecte,pœna & maior, & terribilior, & durans: nempe q̄ in futuro seculo. Nā qui pœnā hic sustinēt,& illic nō effugiunt,sed leuiorē sortiūtur ob ea quam hic tulerunt, ij magnitudinē eorū quæ illic sunt tormentorū minuunt. Audi xp̄m di*Luc. 10.c* centē,& miserā uocantē Bethsaida: Væ tibi Chorozaim, inqt, Vę tibi Bethsaida: qa si i Sodomis factę essent uirtutes illę q̄ factę sunt in uobis, olim in sacco & cinere pœnitētiā egissēt. Idcirco dico uobis, quia tolerabilius erit terrę Sodomorum,& Gomorrhæ in die iudicij, quàm uobis. Vides dilecte, quomodo cùm dicit, tolerabilius erit, ostendit quòd licèt tantam hic pœnam dederint, & incendium illud nouum & rarum tulerint, & alibi pœnam sustinebunt, ueruntamē leuiorē, eo quòd prius hic tantā experti sint idignationem. Vt igitur & ij peccata coaceruātes, maiorib.se pœnis obnoxios non face-

D rent, domin⁹ misericors & benign⁹ misericordiā eorū uidēs, tps quo se lōganimē futurum promisit, ab breuiauit. Nā sicut eis q admonitionib.suis proptè parent, ob bonitatē sibi pēculiarē sniās suas reuocat, & cōuersis appropiat, ab iminētib. pœnis eos liberās, ita quoq; cū promittit uel bona aliqua se pbiturū, uel pniæ tps, uidet aūt fieri idignos, ēt tūc quoque suas promissiones rescindit. Quocirca & p prophetā dicebat: Finem loquar sup gentes, & super re *Hie. 18.b* gna, ut perdā & effodiā: & si pniam egerint, agā & ego pniam super his q̄ loquutus sum ut facerem. Et iterum, finē loquar super gentes & regna, ut reædificem: & si peccauerint, pniam & ego agam sup his q̄ loquut⁹ sum ut facerē eis. Vidisti quō & à nobis occasiones accipit, tam misericordiæ, quā erga nos declarat, q̄ indignationis? Idcirco etiā nunc tps resecat, cuius longitudine abutebātur. Beatus quoque Paulus ad stupidos illos, qui pp pniam datam no- *Rom. 2.a* bis salutem non aduertunt, dicebat: An diuitias benignitatis eius, & patientiæ & longanimitatis cōtēnis, ignorās quòd benignitas eius ad pniam te provocat: secundum aūt duritiā tuam, & cor pniæ ne E scium, thesaurizas tibimetipsi irā in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei? Vidisti quō & eximius ille doctor orbis clarè nos docuit, quòd q̄ longanimitate dei ad pniam nobis concessa abutuntur, maiori pœnæ & supplicio semetipsos obæratos faciunt? Et hac de cā misericors de⁹, q̄si satisfacturus nobis, rōnēmq; reddens quare anteq̄ promissum tps impleretur, diluuium induxerit, annorum iusti numerū ponit, & dicit: Noe aūt erat annorum sexcentorū. Nā q̄ in centū annis cōuerti noluerint, qd amplius proficerent ex annis uiginti, q̄ quòd plura adiicerēt peccata? Enimuero mōstrans ineffabilē suā misericordiā, & excellentē bonitatē: nō refugit etiam ante septē dies, qn p̄dicet eis diluuium mox inducendum, ut uel angustia tpis correpti, cōuersionē aliquā ostēdant. Et uide misericordiā domini, quō quasi bonus aliqs medicus, uarijs uijs morbū eorū curare tentat. Nā quoniā incurabilia eorum erant uulnera, tā prolixum eis tps pscripsit, uolens etiam si in tāto tpe agnoscerent & resipiscerent, reuocare idignationis suæ sniam. Semp.n.mos suus est, quo F niā nostrę salutis curā agit, p̄dicere quas pœnas sit illaturus, ob hāc tātum cām ne inferat, quas si iferre uellet, neutiq; diceret: sed studiosē p̄dicit, ut cùm nos didicerimus, & timore emendatiores facti conuertamus ipsi⁹ indignationem, & sniās irritas faciamus. Nihil.n.est, qđ ita illum exhilaret, atq; conuersio nostra, & à pctō ad uirtutē regressus. Aiaduerte igitur quō & istorum ualetudinē industria quadā curare nititur. Nā prius tātum tpis ad pniam dedit. Dein ubi uidit eos q̄si insensati essent, ita se gerere, nihilq; proficere tpis longitudine, iā cùm in foribus ipsis esset, ut dicitur diluuium, iterū p̄nunciat, nō ante tres dies, sicut de Niniuitis dicitur, sed ante septē. Et fidenter dixerim, excellentiā misericordiæ domini nostri sciēs, si uel i septē dieb. iustā pniam agere uoluissent, effugissent utiq; diluuij periculū. Itaq; quoniā neq; productio tāti tpis, neq; coarctatio à malis eos abducere potuit, induxit diluuium in sexcentesimo anno Noe. *Noe autem*, inquit, *sexcentorum annorum erat & diluuium aquæ factum est sup terrā*. Vidistis dilecti quantæ nobis utilitatis materia facta sit, cognoscere numerū annorū iusti, & quot

G annorũ erat quãdo diluuiũ uenit? Age progrediamur ad ea q̃ conſeqũnter dicuntur. Nã ut cœpit diluuium, inqt: *Ingreſſus eſt aũt Noe & filij eius, & uxor illius, & uxores filiorũ illius in arcã, propter aquã diluuij: & ex uolatilib. mundis, & ex iumentis, & ex reptilib. bina. Ex omnib. intrauerunt ad Noe in arcã, maſculus & fœmina, ſicut p̃ceperat dominus Noe.* Nõ abſq; cã addidit, Sicut mandauit dominus Noe: ſed ut iterũ augeret laudẽ iuſti, quòd oĩa impleuerit ſicut p̃ceperat, & quòd nihil ex dictis p̃termiſerat. Et *factũ eſt poſt dies ſeptẽ, ſicut promiſerat*, inquit, *dominus & aqua diluuij facta eſt ſup terram primo & ſexcẽteſimo anno uitæ Noe, menſe ſecundo, uiceſimo & ſeptimo menſis.* Vide ſcripturæ diligentiam, qũo nõ ſolum nos docuit quo anno, ſed & quo menſe & die. Et ut maiori narratione emendatiores reddat poſteros, terrorẽ quoq; factorũ latius dicit: *In die iſto rupti ſunt oẽs fontes abyſſi, & cataractæ cœli apertæ ſunt, & facta eſt pluuia ſup terram quadraginta dieb. & quadraginta noctibus.* Vide quãta dicendi attemperatione utitur etiã nunc ſacra ſcriptura: oĩa. n. iuxta humanã cõſuetudinẽ loH quitur: non quòd cataractæ & feneſtræ ſint in cœlo, ſed oĩa per familiaria nobis uerba loq̃tur, quaſi diceret: Præcepit tantũ dominus, & ſtatim aquarũ natura mãdato cõditoris obediuit, & ut conſtituit, totũ orbẽ illuit. Iã quòd quadraginta dieb. & quadraginta noctib. iductũ eſt diluuiũ, & iſtuc ipm bonitatis maximum genus eſt. Volebat. n. pp magnã miſericordiã, etiã aliquos ex eis caſtigatos generalẽ hãc internecionem effugere, cùm ante oculos uiderent proximos ſuos perire, & imminere ſibi cõem interitum. Veriſimile. n. eſt primo die bonã aliquã partem diluuio periiſſe, & ſecũdo die accreuiſſe aliquid diluuij: & ſic̃ die tertio, & quarto, & reliquis. Atq; ita ĩ quadraginta dies, & quadraginta noctes produxit, ut oẽm defenſionis prætextũ adimeret. Nam ſi uoluiſſet ac imperaſſet, potuiſſet omnia in uno momento perdere diluuio, ſed pro ſua miſericordia tãta dierũ productiõe uſus ẽ. Deinde dicit. *In die illa intrauit Noe in arcã, & Sem, & Cham, & Iaphet, & uxor Noe, & tres uxores filiorũ illius, & oẽs beſtiæ ſecundum genus ſicut præceperat dominus deus Noe.*

I Quãdo, inquit, cœpit diluuiũ, ſecundum p̃ceptum domini, intrauit Noe in arcã cũ filijs & uxore ſua, & uxorib. filiorũ ſuorũ, & oẽs beſtiæ ſecundum genus. Et *clauſit*, inquit, *dominus deforis eius arcam.* Aiaduerte ẽt hic uerbi ad noſtrã infirmitatẽ accõmodationẽ. Clauſit dominus forinſecus illi⁹ arcã, ut doceat quod ſecurũ fecerit iuſtũ. Quòd aũt adiecit, ſorinſec⁹, ita ut ne poſſet uidere iuſtus generalẽ oĩum interitũ q̃ fiebat, unde maiori dolore cõficeretur. Nã ſi expendiſſet ſecum atrociſimã illã tẽpeſtatẽ, deſcripſiſſetq; i mẽte humani generis pditionẽ, cõmunem brutorum oĩum interitum, & hoĩum, & iumẽtorum, & ipſi⁹ terrę (ut ita dicã) abolitionẽ, mœſtitia correptus & ualde turbat⁹ fuiſſet. Bonorũ. n. uirorum aiæ magnã cõpaſionem habere ſolent, ſi quãdo uidẽt puniri hoies, etiã ſi mali ſint q̃ peunt. Et inuenies oẽs prophetas & iuſtos plurimum pro illis deo ſupplicare, ſicut patriarcha pro Sodomitis faciebat, ſicut & prophetæ continuò facere ſolebãt. Etenim unus qdẽ dicebat, Heu mihi domine, delebis tu reliqas Iſrael? Alius aũt, inqt: Facies hoies ſicut piſces maris, nõ habentes ducem? Igitur quia alioq̃n iuſtus cõfundebatur mente, & turbabatur, ut non & ſpectaculi triſtis aſpectu magis cruciaretur, in arca illũ q̃ſi in carcere includit, ut ne oculis proſpiciẽs metuere iciperet. Veriſile. n. eſt, ſi uidiſſet iundationẽ tot aquarũ, anxiũ futurum fuiſſe ne & ipſe aqs periret. Eius igitur curã gerens miſericors deus, nõ pmiſit ipm uel aquarum ſpectare ſæuitiã, uel uidere hoĩum excidiũ, & cõem orbis iternecionem: Ego autẽ quãdo reputo mecum, in arca iuſti hui⁹ uitã, obſtupeſco & miror, & iterum dei miſericordiæ totũ adſcribo. Nã niſi illa cõfirmaſſet illius mentẽ, & difficilia leuia feciſſet, qũo, dic oro, ferre potuiſſet? Erat. n ibi incluſus, q̃ſi i carcere & cuſtodia. Et qũo potuiſſet, dic, aduerſus tãtos ſluctuum impetus obſiſtere? Hoies. n. q̃ in naui ſunt, & uelo utuntur, & gubernatorem ad clauum ſedentem uident, & ſua arte uentorũ ui obſiſtentẽ, ſi quãdo fluctuũ uident iſaniã, enecãtur metu, & ſaluti ſuæ (ut dici ſolet) timẽt. Quid igitur dicet aliquis de iuſto hoc q̃ q̃ſi in carcere (ut dixi) ſedens, hinc & inde circunferebatur, neq; cœlũ uidere, neq; aliquò oculos uertere ualens: ſed intus tenebatur, nihilq; prorſus uidere poterat, qđ cõſolationẽ afferret? Et ij qdẽ q L in mari nauigãt, etiã ſi exurgãt alti fluctus, poſſunt ſubinde in cœlũ ſuſpicere, & cacumina montiũ uidere, & ciuitates magnas ſpectare, ſicq; aliquãtã cõſolationẽ capere. Quod ſi grauior & intolerabilior fuerit tẽpeſtas, undecim uel paulò plurib. dieb⁹, & poſt multas illas tẽpeſtates, & picula in terrã eiecti, & paululum refecti, oĩum illarũ moleſtiarũ obliui ſcuntur. Hic autem nihil tale, ſed anno toto nouũ & rarũ illum carcerẽ inhabitat, neq; aerem reſpirare ualẽs. Qũo? Vndequaq; n. arca munita erat, qũo ſubſtitit? qũo durauit? dic mihi. Nã ſi ferrea & adamantina illis fuiſſent corpora, qũo potuiſſent, q̃ ne que aere fruebantur, neq; uento, q̃non minus q̃ aer ad refocillanda corpora noſtra factus eſt: neq; oculos paſcere poterãt, aut cœli, aut terræ floribꝰ pictæ ſpectaculo? Qũo non excæcati oculi eorum, q̃ tandiu ibi egerunt? Et ſi humanis rationib⁹ hæc deprehendere uolumus, & illud cogitandum quantum fluuialis aquæ copiam habebant in arca uiuẽtes. Et ut hęc p̃team, qũo potuit iuſtus ille cũ filijs & uxorib⁹ cõuerſationem cum feris & aliis aĩalib⁹ ferM re? Qũo tulit fœtorem? Qũo tulit cohabitationẽ? Et qđ dico? qũo bruta ipſa potuerunt durare, & nõ perire in tãta tpis lõgitudine, q̃ neq; aerem attrahere ualebãt, ne q̃ moueri, ſed in uno loco coercebantur? Scitis n. clarè, quòd & noſtra & brutorũ natura, etiã ſi aere fruamur, alijſq; oĩbus, cõtinuò autem in uno loco ſim⁹ incluſi, perit & corrũpitur. Vnde igitur potuit iuſtus cum oĩbus q̃ in arca erãt, tanto durare tpe? Non aliunde q̃ ex ſuperna gratia, cui omnia ſunt poſsibilia. An non arcã hinc & inde moueri, & non ſubmergi à tanta aquarum ui, cùm nullus eſſet gubernator, ſupnæ erat gratiæ? Non. n. dicere potes, quòd fuerit ad modũ nauis, ut arte quadam illius ĩter dirigi potuerit. Arca erat undequaq; munita: & propter præceptum conditoris, non ſolum eam lædere non potuit aquarum impetus, ſed & ſublimior illis facta, inhabitantes admodum ſecuros fecit. Quando enim deus operatur aliquid, dilecte, noli humana ratiocinatione exquirere quę fiunt: tranſcendunt enim mentem noſtram, & nunquam poteſt humana cogitatio attingere & comprehendere, eorum quæ à deo condita ſunt, ratio-

A tionẽ. Proinde par eſt, nos audiẽtes quod deus iperauit obedire & credere iis quæ ab illo dicũtur. Nã cùm conditor ſit naturę, oĩa componit & transformat, prout ſibi uidetur. Et clauſit dominus deus foriſecus illius arcã. Magna huius iuſti uirtus fuit, & fidei excellẽtia. Illã ipſã. n. arcã fabricari fecit, & cohabitationẽ æ quo aĩo tulit, coarctationemq; ſuſtinuit, & cõuerſationẽ cũ aliis animalibus. Hinc eſt quod & beatus Paulus i eius memoriã ueniẽs, et p-
Heb.11.b dicãs illũ, clamabat, dicẽs: Per fidẽ oraculo admonitus Noe, ea quę nondũ uidebãtur, ueritus apparauit arcã ad ſalutẽ domus ſuę, p quam cõdemnauit mundũ, & eius quę ſecundũ fidẽ eſt, iuſtitię factus eſt hęres. Vidiſti quo fides in deum, quaſi ſecura q̃dam ancora, fecit ut arcã fieri curaret, & in habitationẽ ſuſtineret? Nam hęc illi & ſalutis fuit occaſio, p quã, inqt, condemnauit mundũ, & eius quę ſecũdum fidem eſt, iuſtitię fact⁹ eſt hęres: nõ quod ipſe fuerit iudex, ſed comparationis gratia, cõdemnationẽ dominus inducit. Cùm. n. eadem habuerit quæ iuſtus, uon tamẽ eadẽ ueritatis uiam ingreſi ſunt. Fide qua p̃ditus fuit, condemnauit eos q tãtæ fue
B runt incredulitatis, ut p̃dictioni non crederẽt. Ego aũt ſupra oĩa uirtutẽ iuſti admiror, dominiq; boni tatẽ & ineffabilem miſericordiã, qũo potuerit uerſari in medio beſtiarũ, leonũ dico, & pardorum, & aliarũ immitiũ ferarũ. Recordare hic dilecte, obſecro, quãtę dignitatis fuerit protoplaſtus ante inobedietiã: & dei bonitatẽ aĩo obſerua, quòd p̃uaricatio hanc poteſtatẽ nobis datã mutilauerit & immiſ nuerit. Inuenit aũt deus aliũ uirũ: qui potuit innouare imaginẽ priſtinã, & ſeruare uirtutis characteres, magnamq; in mãdatis dei obediẽtiã p̃ ſe tulit, et ad primũ ſuum honorẽ iterũ rediit, q̃ſi docens nos op⁹bus, quantã poteſtatẽ Adam ante inobedientiã habuerit. Virtus itaq; iuſti, diuina miſericordia adiuta, primũ reparauit dominũ, agnouerũtq; beſtię ite rũ ſubiectionẽ, Cùm. n. ij uiderit iuſtum, obliuiſcũtur naturę ſuę: imò non naturę, ſed ferocię, & naturę inſitam ferociam in manſuetudinẽ conuertunt, Et uide interim qđ & Danieli euenerit. Hic. n. cùm à leonibus circundaretur, quaſi ab hominibus ſtiparetur, ſic intrepidè uiuebat. Quandoquidẽ iuſti
C fidentia ferarũ naturã frenabat, nec ſinebat ut ageret ea quę ferę ſolẽt. Simili modo etiã egregius ille magna facilitate ferarũ ferebat conuictu, & neque loci anguſtia, neq; tpis productio, neque quòd ſic incluſus erat, & aerẽ reſpirare non poſſet, moroſum & difficilẽ reddebãt: ſed ob fidem in deum oĩa ipſi facilia uidebãtur. Et ſic uerſabatur in graui illo carcere, ſicut nos in pratis & lucis. Præceptum. n. domini difficilia, facilia ſibi uideri faciebat. Talis. n. iuſtorum mos eſt, ut quando aliquid propter deũ ferunt, non res ipſas quę fiunt ſpectent, ſed cauſam ſe cum expendẽtes, facilè omnia ferant. Quia & Paul⁹ gẽtiũ doctor, uicula, ad tribũalia abductiões, quotidiana picula, multas illas & itolerabiles afflictiones, leues uocabat: nõ qđ natura tales eſſent, ſed qa cauſa propter quã fiebant talem ei ſententiã ingenerabat, neque aduerteret, ſi quę grauia talia obue
nirẽt. Audi. n. illũ dicẽtẽ: Nam momẽtanea leuitas
2 Co.4.d afflictionis noſtrę, mire, ſupra modũ, æternũ põd⁹ glorię parit nobis. Expectatio, inqt glorię quã aſſequemur, & ppetuæ illius felicitatis, leuiter nos facit ferre cõtinuas illas afflictiões, leueſq; eas haberi, ſciẽ

tes quo amor in deum grauitatẽ moleſtiarũ immiD nuit, neq; ſentiri ſinit, cùm nos inuaſerint. Sanè ob hoc & beat⁹ ille oĩa ſuauiter ferebat, ut pote q fide & ſpe i deũ paſcebatur. Et *clauſit*, inqt, *dominus deforis illius arcã, et factum eſt diluuiũ quadraginta diebus, et quadraginta noctibus ſup terrã, et ſup ferebatur arca.* At tende iterũ quo narratione augeat terrorẽ, & aggrauet factũ. *Factum eſt. n.* inqt, *diluuium quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & multiplicata eſt aqua, & eleuauit arcã, & exaltata eſt à terra: & inualuit aqua, & multiplicata eſt ualde ſup terram, et ſup ferebatur aqua ſup aquã: aqua aũtẽ inualeſcebat ualde ualde ſup terrã.* Vide quo diligẽter narrat magnã aquã uim, & quotidiaE nũ ſæuitię illarũ incremẽtũ. *Inualeſcebat. n. aqua*, inqt, *ualde ualde: et occultauit oẽs mõtes excelſos, q̃ erant ſub cœlo. Quindecim cubitis in ſublime exaltata eſt aqua, & operauit omnes montes.* Merito ordinauit deus claudi arcam, ut ne uideret iuſtus quę fiebant. Nam ſi nos poſt tot annorũ numerum, & poſt tot ſecula, audiẽtes duntaxat ſcripturæ narrationẽ, metu & ſtupore corripimur: quid ueriſimile eſt iuſtum illum fuiſſe paſſurum, ſi qdem oculis uidiſſet intolerabilẽ illã abyſſum? Quomodo. n. potuiſſet uel ad breue tp̃s? an nõ ſtatim primo aſpectu defeciſſet aĩa illi⁹ tota, & tam graue ac moleſtũ ſpectaculũ ferre ultra non potuiſſet? Cogita hic dilecte, qũo nũc cũ paruus iber ingruit, in angore ſumus, & de uniuerſo, dẽq; ipſa (ut dici ſolet) uita deſpam⁹. Quid igitur ueriſimile erit, iuſtum illũ tunc fuiſſe paſſum, ſi ad tãta ſub limitatẽ uidiſſet exaltatas aquas? Sup montes. n. inquit, quindecim cubitis exaltata eſt aqua. Recordare igitur hic dilecte, quę à domino dicta fuerint, q̃do dicebat: *Non permanet ſpiritus meus in hõibus iſtis, eò quòd ipſi ſunt carnes.* Et iterum: *Corrupta eſt terra, et ipleta eſt terra iniuſtitia Et uidit dominꝰ terrã, et erat corrupta: quia corruperat omnis caro uiam ſuam.* Itaque qa plenus erat malitia, purificatione orbis indigebat, & opus erat ab eo omnem maculã ablui, & oẽ fermentum prioris malitię ſuſtolli, & neque ueſtigiũ malitię relinqui, & quaſi reelementationem quandã fieri. Et ſicut bonus artifex, ſi quando uidet uas aliquod inueteratum à rubigine (ut dicũt) cõſumi, iniecto eo in ignem, facit ut quicquid habet rubigiF nis deponat, & transformans in priſtinum decorẽ reducat: ita & dominus noſter totũ orbẽ hoc diluuio purgauit, & à malitia hominũ (ut ita dicã) & à coinquinatione & corruptione multa liberauit, et denuo ei⁹ clade mõſtrata facie pulchriorẽ fecit, ita ut nõ pmiſerit uel ueſtigiũ prioris deformitatis relinq. *Exaltata eſt*, inqt, *ſuper montes quindecim cubitis aqua.* Non abs re narrat hęc ſcriptura, ſed ut diſcamus quòd non ſolũ homines et iumẽta, et quadrupedia, et reptilia ſubmerſa ſint, ſed et uolucres cœli, et quęcunq; i mõtibus degunt, feras dico, et alia bruta aialia. Et idcirco dicit: Exaltata eſt ſup montes quindecim cubitis aqua: ut diſcamus ſententiã domini ope impletã. dixerat. n. Adhuc ſeptẽ dies, et inducam diluuiũ ſup terrã, et delebo omnẽ ſubſtantiam quam feci à facie terrę, ab homine uſq; ad pecus, à reptilib⁹ uſq; ad uolatilia cœli. Hæc nobis à ſcriptura narrantur, nõ ut tantũ ſciamus in q̃tam altitudinẽ aquę puenerit: ſed ut ſimul uideam⁹ nullum omnino animal, uel ferã, uel iumẽtũ relictũ eſſe, ſed omnia cũ humano genere deleta. Quoniã propter ipſum oĩa producta erant, unde abolẽdo

Mat.10.c nis non sit sanguis,audi dicẽtem:Ne timueritis ab eis q occidunt corpus, animam.n occidere nõ poterunt.Et uide quantã fecerit diuersitatẽ. *Qui effuderit,*inqt,*sanguinem hominis, pro sanguine eius effundetur: quia in imagine dei feci hoïem.* Cogita obsecro,quãtus hic terror uerbo adstructus est.Et si qd eiusdẽ naturę est,inqt,nõ te auocat,neq; à tã peruerso cõatu repel D
lit naturæ cõmunio:sed etsi totus impie flagitiosus fraternũ fœdus & compassionẽ non agnoscis, cogita quod ad imaginẽ dei formatus est,& quantis eũ deus dignatus sit progatiuis, & qd omni creaturæ pfectus sit,& quiesces à mala uoluntate. Quid ergo si innumeras qs patrauerit cędes, & tantum sanguinis effundat,qũo dignam dabit pœnam sanguinis effusi?Non hoc cõsidera hõ,sed tale nõ multo post accipiet corpus incorruptibile, qd poterit cõtinuã & æternam pœnam ferre.Illud item cõsidera,q̃ diligenter pceptum sit. Nã de hoïe,inqt: Ne effundas *Gene. 9.* sanguinem: de brutis autẽ non dixit, ne effundas: *Ibidem.*
sed,ueruntamen carnẽ in sanguine aiæ ne comedatis. Illic dicit,Ne effundas:hic,ne comedas.Vides q̃ nihil molestũ habeant eius leges?qũo leuia & facilia mandata?qũo nihil graue, neq; onerosum requirit a nostra natura?Dicũt aliqui,brutorum sanguinem,grauem,terrestrem, & multarum ægritudinũ causam,si comedatur.At nos pp prædictum sermo E
nem magis piè philosophicum,& domini mandatum id obseruare debemus.Deinde ut discas quare tam diligenter hoc pceptũ statuit, cohibens hoim cędis auidas mentes, dicit:Vos autẽ crescite,& multiplicamini,& implete terrã,& dominamini ei.Non temerè,,& absque causa dixit,Vos autem:sed quasi diceret,Vos qui pauci,& in paruo numero,oẽm terram implete, & dominemini ei:hoc est,dominium habete & potestatem, & fructum.Vide obsecro dei misericordiam, qũo prius magna beneficia donat, & tandem unicum & leue mandatum dat. Et sicut de Adam dictum est,post̃q ei cõcessit, ut habitaret in paradiso,& tot ac tantis frueretur, tandem ei prę cepit,ut ab unico ligno abstineret. Ita & hic post̃q promisit non ultrà talẽ se illaturũ generalẽ stragẽ, neq; ita indignaturum: sed usque ad consummationem mundi immota permansura oia elementa, ita ut quęque suum cursum & ordinẽ impleant:benedictionem autẽ ipsos cõsequuturos, donandosque pristina super bruta oia potestate, ac carniũ esu securè pmisso,tunc inqt:Veruntamẽ carnẽ in sangui F
ne aiæ ne comedatis. Ineffabilẽ liberalitatẽ præ se ferens, & tunc primũ pcipit id qd inter hoies nunq̃ fieri solet. Hoies.n. primùm uolunt ea quæ præcipiunt opere compleri, magnaq; obedientia & bene uolentia erga se uti subditos mandata susçipientes. Nõ ita se gerit communis oĩum dominus: prius.n. benefacit,& multitudine beneficiorum nostrã naturam ad se allicit, & postea imperat facilia atq; leuia, ut facilitate mãdatorũ & beneficiis prioribus excitati,ad ea implẽda inducamur.Ne igitur negligentes simus delicti circa mandatorũ obedientiã: sed beneficia priora cogitantes, & mandatorum facilitatem, & pmiorum post impleta mandata promissam magnitudinẽ,sobriiq; simus, & festinemus ad facienda mandata à deo nobis tradita:& ne dimittamus uias quas ad perficiendã aiarum nostrarum salutẽ pscripsit,sed tpe nostræ uitæ qd reliquũ bene utamur, & peccata abluamus, & in hac uita nobis fiduciã quandã reponamus, maximeq; nũc cùm adhuc est relicta quadragesimæ pars. Neq;.n. paruus est dierum numerus q relinquitur,si uolue rimus parumper respiscere.Hoc aũt dixi, nõ quòd solum tãto tpe opus habet peccatorum correctio,

G sed qa dominū habem⁹ misericordē & benignū,& nō idiget magno tpe, tātū magno feruore & sobrietate ad ipsum accedamus, reiectis secularibus curis oibus,& supernæ gratiæ inuitamur. Nā & Niniuitę tanta peccatorum multitudine aggrauati, quia magnam & ueram pniam egerunt, no indigebant ampliori q̄ trium dierum tpe ad prouocādam dei bonitatem,& irritandā q̄ aduersum se lata erat sniam. Et quid dico Niniuitas? latro in cruce neq; uno die opus habebat. Et quid dico, die uno? neque breui hora. Tanta est dei erga nos misericordia. Nā ubi uiderit uoluntatis nostrę firmū propositū,& feruēti nos desiderio ad se accedere, non retardat, neque differt: sed accelerat, suamq; solitam liberalitatē exhibens, dicit: Adhuc loquente te, dicā: Ecce assum. *Esa.65.d* Itaque et nos, si uoluerimus in paucis dieb. illis studij specimē quoddā afferre, et ieiunii subsidio nō abuti,& excussa socordia continuis precib. placare dominū, calētes profundere lachrymas, delicta nostra sedulò cōfiteri,& quasi medico proponere nostra uulnera,& aiarum ulcera, nec abiicere quā ille H dat medicinā, necnō et alia q̄ à nobis exiguntur afferre: aio inquā conteri et cōpungi, eleemosynā dare largam, affectiones q̄ mentem nostram interturbant refrenare, & ex aia eliminare: ita ut neque ab diuitiarū cupiditate expugnemur, neque iniurias illatas uindicare cupiamus, neque hostiliter in proximū affecti simus. Nihil. n. oium deus ita odit & auersatur, ut hoiem ultionis auidū,& in aio suo ppetuas seruantē inimicitias. Tantū. n. eius peccati damnū est, ut misericordiā dei reuocet, nec locum habere sinat. Quod ut sciatis, Euangelicā uobis pa- *Mat.18.c* rabolam refero. Ille decē millium talentorū debitor, remissionē oium à domino cōsequutus, eo qd supplicabat et orabat. Dominus. n. noster, inqt, misertus est eius, et fœnus ei remisit. Vidisti misericordiā domini? Ille procidit, supplicat, orat, ut lōgius sibi tps præfiniatur. Longanimis esto in me, inqt, et oia tibi reddā. Sed bonus dominus, misericors, nostriq; curā agens, supplici bene uolens, nō solū quantū petiit, sed quantū ne cogitare quidē ausus fuit, dedit. Is. n. eius mos est, ut uincat et pueniat petitiones nostras. Ita et hoc loco illo orante, ut seueritatē dominus remitteret, et promittente soluturū se oia, dominus bonitate sua uincēs nostra delicta, misericordia motus, inqt, Dimisit eū, fœnusq; totū ei dimisit. Vidisti quid seruus orauerit, et quantum ei dominus dimiserit? Vide iterū et serui insolentiā debebat. n. iuxta tantā misericordiā et indicibilem beneficentiam sibi exhibitam, et ipse proximo fuis se cōpatientissimus. Verùm ipse planē diuerso modo egit. Egressus. n inqt, ille decem millium talentorū debitor, et remissionē assequutus. Audite obsecro, diligenter: nam q̄ illi acciderūt, sufficiunt, ad corripiendas aias nostras, et ad persuadendū, ut tol latur grauis ille morbus è mente nostra. Hic igitur, inqt, egressus inuenit unū è conseruis suis, q debebat sibi centū denarios. Vide quantū interest. Hic conseruus debebat centū denarios, illic dominus erat q repetebat decem milia talentorū. Nihilominus qa uidit supplicantē et orantē, dimisit. At iste apprehensum seruū strangulabat, dicēs: Redde mihi si qd debes. Et qd nā cōseruus, q supplicabat, dixit? Vide quo subinde Euangelista uerbū, cōseruus uersat nō temerè: sed ut discamus qd pares illi nihil differebāt. Veruntamen debitor ei supplicabat, eo- E dem modo ut ille antea domino: Longanimis esto in me, et oia tibi reddam. Ille autē, inquit, egressus, coniecit hunc in carcerem, donec omne debitū sibi dinumeraret. O summā ingratitudinē: habebat adhuc in recenti memoria quāta dominus liberalitate secū egerat, neq; sic aliqua cōpassione motus est sed prius qdē suffocabat, nūc uerò in carcerē conii cit. Cæterū uide qd sit. Vt uiderunt, inqt, cōseruillius, cōtristati sunt: & ut uenerunt ad dominum, rem oēm manifestarunt. Non ille qdem q ita malè affectus erat, aut quo potuisset ille q in carcerē cōiectus? Sed alii conserui, & qui nulla iniuria affecti, q̄si iniuria affecti, ita mœsti erant, dominoq; quē accesserunt narrauerunt. Iam uide & domini indignationē. Tūc accersito eo, inqt, dicit, Serue male. Verè hic uidere licet, quantū malorū sit iniuriarū reminisci. Quoniā cum decē milia talenta consumpsisset, non uocauit eum malū: sed nunc qa conseruo crudelis fuit. Male serue, inqt, oē debitum illud remisi tibi, quia rogasti me. Vide quo declarat ex cellentem eius malitiā. Num aliquid amplius feci- L sti? inqt. Nonne paucula tantum uerba dixisti,& suscepta petitione tua totū illud grande & indicibile debitū remisi? Nōne & te misereri oportebat cōserui tui, sicut ego tui uolebā? Qua dignus eris uenia? Ego dominus tantū pondus debitorū pp pauca il la nuda uerba dimisi: tu autem conseruo tuo, q est eiusdē naturæ, non es misertus, neq; inflecti potuisti, neq; recordatus eorū q̄ à me tibi concessa, ullā cōpassionē p te tulisti: sed inhumanus fuisti & crudelis, conseruoq; misereri noluisti, idcirco hic tandē disces quantorū tibiipsi malorū autor fueris. Et iratus dominus illi, tradidit illū tortoribus. Vide & nūc ipm irasci inhumanitatē erga seruum,& seruis illū tradere: id qd prius nō fecit cū tot debitorum reus esset, nunc fieri iubet. Tradidit. n. illum tortoribus, donec omne debitum redderet: donec, inqt, decem millia talenta, q̄ iam remissa erant, dinumeraret. Magna & ineffabilis dei misericordia, cū in sē qdem pctūm est, ad nudas tantū preces totū remittit: cū autē in conseruū uidet crudelem & inhumanum, suam reuocat liberalitatē, monstrans illi re ip M sa quòd non tantū offensus fuerit quantū dum seipsum offendisset. Et sicut conseruum in carcerem cōiecit, donec debitū redderet: ita & ipse tortorib? traditur, donec qd debebat rependat. Hæc de talētis & denariis nō absq; causa diximus, sed de pctis erat sermo,& delictorū magnitudine: ut discamus qd nos quidē infinitorū pctorum pœnas domino debentes, pp ineffabilē illius misericordiam, remissionem ab ipso accipimus. Si uerò erga conseruos & proximos, & eos q eandem quā nos naturā sorti ti sunt, crudeles & inhumani fuerimus,& q̄ in nos cōmissa sunt non dimittimus, sed pro re friuola importuni fuerimus (quantum. n. interest inter centū denarios,& decē millia talenta: tantū & inter ea q̄ nos in dominum, & ea q̄ alii in nos deliq̄runt) tūc & nos in indignationem domini incidemus, & ea quæ iam antea dimissa erāt soluere iterū in tormētis rogemur. Porrò ut diligēter discamus parabolā hanc ob aiarum nostrarū salutem dictā, audi q̄ in feruntur. Sic & pater uester cœlestis faciet uobis, in *Mat.18.c* quit, si non unusquisq; fratri suo remiseritis è cordibus uestris delicta illorū. Magnū parabolæ lucrū,

A modo attendere uoluerimus. Quid. n. tantū poterimus dimittere, quā tū nobis à domino dimittitur? Et nos qdē si hoc uoluerimus, cōseruis remittim⁹, ipsi uerò à domino remissionē accipimus. Et uide ut diligenter singula sunt dicta. Nō. n. dixit simplr, si nō dimiseritis hominib. peccata: sed, si nó unusquisq; fratri suo è cordib⁹ uestris delicta illorū. Aduerte quo uult cor nostrum in quiete & tranquilli tate esse, & mentē nostrā à perturbationibus alienā, affectionibus q̄sq; omnibus liberā, plurimúmque nos erga proximū misericordiæ studiū declarare. *Mat.6.b.* Et alio quoq; loco iterū dicit, Si dimiseritis hominibus delicta illorū, dimittet & uobis pater uester cœlestis. Ne igitur putem⁹ aliud, dum benefacimus alij, q̄ quòd magnum quoddā beneficiū apud illū deponamus. Nā ipsi sumus q beneficio fruimur, et multū lucri inde nobis cōciliamus: sicut ēt si hoc nō fecerimus, oīno nihil eos lędere poterimus, no bisipsis autem intolerabilem gehennæ pœnā paramus. Idcirco obsecro, ut cogitātes hæc, nūq admittamus, ut eorū q nos cōtristarunt, uel aliàs offende B runt, iniuriæ reminiscamur, uel inimico aio erga illos afficiamur: sed cōsiderātes, quāta hoc nobis afferat beneficia, et quantā ad dominū fiduciam: et ante oia, quòd reconciliari cum iis qui nos iniuria affecere, peccatorum nostrorum assumptio q̄dam est: festinemus & anhelemus ad hoc, maximè id lucri cogitātes, ut tā officiosi in eos sim⁹, q nos offendêre, q̄ sumus in eos q uerè nobis benefaciūt. Nā si sapimus, nó ita nobis prodesse poterunt q candidi in nos sunt, dum illorum curam gerimus, atq; ij p quos diuino fauore digni efficimur, & pctorū sarcinis exoneramur. Cogita obsecro dilecte, quanta sit uirtutis magnitudo,& discę uel ex pmijs, q̄ pp il lam uniuersi dominus promisit. Nā cū dixisset, Di- *Mat.5.g. & Luc. 6.d.* ligite inimicos uestros, benedicite eis q psequuntur uos, orate pro calumniātib. uos: quia sublimia sunt pcepta, summumq; uerticem tangentia, inqt, ut efficiamini similes patri uestro q in cœlis est: qa solem suum oriri facit sup bonos & malos,& pluit sup iustos & iniustos. Vidisti, quātū homo pōt, cui simis fiat, cū nō solum non ulciscitur eum qui offen C dit, sed & pro eo orare studet? Ne igitur negligentia nostra talibus nos fraudemus bonis, & pmijs q̄ ēt rationē transcendunt: sed modis oībus bonorum operū nobis cura sit, cogaturq; & eruditur mens, ut pareat dei pceptis. Nam ppea hanc admonitionem & ego nunc feci, & parabolam in medium attuli,& quāta sit boni operis magnitudo,& quantū inde lucrum nobis accrescat, ut cū adhuc tps est, si quis ex uobis est q inimico in quēpiam sit aio, opera det, se recōciliet. At nequis mihi dicat, Semel atq; iterum oraui, & non assensit. Si hoc synceriter facimus, non prius quiescamus donec multa sedulitate uictoriā adepti, illū nobis cōciliemus, & à suis i nos inimicitijs abducam⁹. Neq; n. illi qd largimur, sed in nos trā seūt beneficia. Dei fauorē hinc assequmur, pctorum nostrorum maculas detergi facim⁹, magnā apud deum fiduciam accipimus. Si hoc fecerimus, poterimus pura cōscientia ad sanctā terribileq; hāc mensam accedere, & uerba illa q̄ precib. nostris inserta sunt, fidenter dicere. Sciūt initiati illi qd dicatur. Proinde uniusc uiusq; consciētiæ relinquo, quō mandato illo impleto, per illud terribile tps dicere possimus. Quòd si negligentes fueri mus, quāta hinc nobis cōdemnationis causa, q di- D uersa facimus & dicimus? Audem⁹ temerè uerba pcum pronūciare,& maiorē nobisipsis ignē extruere, irāmq; dei in nos prouocare. Gaudeo & lætor, qa uideo uos tanta uoluptate q̄ dicimus audire, & plausu tāto excipe, pròptosq; ee,& ad dominici mādati adimpletionē paratos. Hæc. n aiarum nostrarū medicina est, hoc uulnerū nostrorū pharmacū. Hæc optima deo placēs uia. Hoc certissimū pię aię indiciū, susc̄ipere oia pp legem domini,& à cogitationum infirmitate nō retrahi, & affectiones magi strari, aio quotidie uersare beneficia à deo nobis exhibita: & q̄, qđ nunq̄ satis narram⁹, obtinere possumus,& q̄ olim in nos collocata,& q̄ quotidie accipimus,& q̄ in futurū reposita sunt bona, si uoluerimus mādata domini ope cōplere. Igitur hic bene agāt quiq;,& q̄si ad thesaurū maximū festinātes, neque differāt, ut fieri solet. Etiā si labore, uel inquisitione, uel lōgo itinere opus sit, etiāsi molestię multę sunt, oia hęc auferam⁹ impedimēta. Vnica nobis cura sit, quō mādatū domini adimpleamus,& obe dientię nobis afferatur merces. Scio quòd graue & E molestū uidetur, ad eū q hostilr in te affect⁹ sit, abire, cúmq; eo stare & loq. At si mādati cogitaueris dignitatē, & retributionis magnitudinē: & quòd nō in illū, sed in te recurrāt beneficia, oia tibi leuia & facilia uidebūtur. Hęc igitur in mentib. nostris uersantes, cōsuetudinē nostrā uincam⁹, piáq; mēte do minica mādata adimpleam⁹, quò & à xpo remunerari mereamur, gratia,& misericordia bonitatis eius. Cui cū patre & sācto spiritu sit gloria, imperiū, honor nūc & semp, & in secula seculorum, Amen.

Homilia uicesimaoctaua.

Vm heri proposita benedictione, quā cōse
c quut⁹ est à domino iustus, q post egressum
ex arca, altare ædificauit, & oblatis hostijs
suā declarauit gratitudinē, ulteri⁹ neq; progredi, neque lectionē totā enarrare, neq; quātū se humiliati nostræ misericors de⁹ attēperet, ostēdere potuim⁹: nā sermonē nostrū, qa prolixi⁹ se extēdebat, celeriter succidimus, ut ne multitudine uestra memoria adobrueretur, nō sine iactura eorū q̄ dicēda erāt. Nō. n. hoc solū nobis curę est, ut multa dicam⁹: sed F tāta, q̄ nobis facilè sit mēte cape, quò cū lucro hic abire liceat. Nā si nos plura q̄ par sit dixerimus, & uos nihil inde pcipitis, q̄ utilitas? Scitis. n. quòd pp uestrā utilitatē hūc laborē susc̄epim⁹, & iustā nos mercedē accepisse credim⁹, si uestrū uideam⁹ profectū: & quòd diligēter q̄ dicūtur teneatis, i finib. aī uestri reposita, cōtinuo ea memorātes & ruminantes. Memoria. n. olim dictorū, faciet, ut maiori cōmoditate,& dicēda cape possitis. In hoc. n. inuigilamus & incūbimus, ut oēs uos pfecti & cōsummati fiatis, & nihil eor q̄ i diuinis scripturis cōtinētur, uos lateat. Etenim eorum notitia, si uigiles, sobriiq; esse uolum⁹,& ad melioris uitæ frugē plurimū nobis cōfert, alacriorēsq; ad uirtutū labores facit. Nā cū erudimur, oīb⁹ iustis magnā apud deū esse fiduciam, qui afflicti & tētati p oēm uitā suā, patientiā & gratitudinē declararunt, & sic præmia sunt adepti: quomodo non & nobis curæ erit, ut eandem incedamus uiam, quò & eadem præmia obtineamus? Ideo obsecro, ut quotidie aliquid accedat boni operis,& crescat uestrū ædificiū spūale, & bona opa q̄ olim fecistis, diligenter custodiatis, & si quæ

G adhuc desiderātur adiiciatis,& sic in summū uirtu
tis pueniatis fastigium,in uestram gloriā,in ædifi
cationē ecclesiæ,in honorem xpi.Sanè ego uidens
inexplebilē uestram spiritualiū doctrinarū auidi
tatem,ēt satis conscius magnæ meæ tenuitatis,nō
intermitto quotidie apparare ex diuinis scripturis
conuiuiū,& quæcūq; dei misericordia pp suam mi
sericordiā & uestrā utilitatē suppeditauerit, propo
nere.Age igitur & hodie indicabimus charitati ue
stræ eminentē dei misericordiā,quam humano ge
neri demōstrauit,& ob id uerba q deus ad Noe di
xit,afferim⁹.Et dixit deus ad Noe,& filios illi⁹.Post
quā benedixit illū & filios illi⁹, & dixit, Crescite &
multiplicamini:& tradidit illis dominiū sup bruta
oia,potestatemq; dedit hisce quasi oleribus herba-
rū uesci, necnō & mādauit ut carnes i sanguine nō
comedāt:adhuc gerēs curā iusti & posteritatis,be-
neficiisq; nostrū genus adobruens, denuò maiora
adiicit beneficia,& inqt, *Dixítque dominus deus Noe
& filijs illius cū ipso, dicens Ecce statuā testamentū meum
uobiscū,& cū semine uestro post uos, & omni animæ uiuē
ti uobiscū, & omnib. q egressa sunt ex arca, et statuā testa
mentū meum uobiscum. Et nō morietur ultrà omnis caro
ex aquis diluuij,nec erit ultrà diluuiū aquæ,quod oēm ter-
ram corrūpat.*Quia uerisimile erat iustum adhuc in an-
gore esse,& metē illius formidine teneri:& siquādo
ingrueret paruus aliqs imber,futurū tristē & attoni
tū, q̄si denuò talis tempestas mundū inuolutura sit:
ideo ut & ipse fidere posit, posteritāsque ois,opti-
mus deus bene sciēs quod & paruus mœror turba
re qat.Nam pteritorū experientia ad formidinē in-
cutiendā multum habet momenti. Itaq; qa uerisimile
erat,& a parua pluuia formidaturū,idcirco miseri-
cors deus, quasi fiduciā illi adhibitur⁹, & ab oi for
midine solutum,in magnā securitatē & iucundita-
tē iducturus,promittit ipsi, quòd eiusmodi pœnā
ultrà nō sit illaturus . Et hoc qdē pridē & ante be-
nedictionē promiserat,dicēs, queadmodum audi
uistis,Nō adiiciā ultrà,ut maledicā terrā,etiā si ho-
minum malitia increscat,non tamen ego humanū
genus tali subiiciā pœnæ.Nā monstrando ineffabi
lem suam misericordiā, idipm nūc denuò promit-
tit,ut bene confidat iustus, & cōcogitet apud se,ac
dicat, Et olim benedictionē generi nostro dedit,&
ut ualde multiplicaretur effecit:sed postea cōem il
lam oium internecionem subiunxit . Quocirca,ut
oēm ē cogitationib.illius tumultum expelleret, co
piosis argumentis certum ipsum fecit,nō futurū ul
trà tale diluuium:Quasi.s.diceret,diluuiū ex mise-
ricordia induxit,ut & malitia impediatur,neq; ulte
ri⁹ progredi possit:ita & nūc eade misericordia pol
liceor me nō ultrà facturū , ut sepositio omni mœ-
rore,psentem uiā transigatis.Et ideo dixit,Ecce sta
tuo testamentū meū, hoc est pactum facio. Nam si
cut in humanis negotijs siquis promittit aliqd, pa-
ctum facit,& certis argumentis & indicijs securum
alium facit:ita & benignus dominus,inqt,Ecce sta
tuo testamētū meū.Et bene dixit,statuo,pro eo qd
est,Ecce ego instauro ea, q̄ ex pctorum ruina acci-
derant:& statuo testamentū meū uobiscum, & cū
semine uestro post uos.Vide misericordiā domini:
quasi diceret, Non tātum uobiscum statuo pactū:
sed & iis q uos sequentur stabile & firmū fore pro-
nuncio . Postea ut suā declaret liberalitatē,inquit,
*Et omni animæ uiuenti uobiscū, à uolatilib. & à pecorib.
et omnib. bestijs terræ,quæcūque uobiscū ex omnib. q̄ egres* K
*sa sunt ex arca,& statuo testamētum meū uobiscū,& non
morietur omnis caro ultrà ab aqua diluuij. Et nō ultrà erit
diluuium aquæ,ut corrumpat oēm terrā.*Vidisti pactorū
magnitudinē?uidisti promissionū ineffabilē libe-
ralitatem? Cōsidera quo misericordiā suam denuò
facit usq; ad bruta & feras?ptingere:& meritò.Id qd
& sæpe dixi , hoc & nūc dico . Nam quia pp hoiem
hæc producta sunt,ideo & illorū beneficiorū par-
tē habent,q̄ homini concessa sunt.Et uidetur mihi
commune esse testamentū & homini,& brutis .Nā
& hoc homini solatio fuerit, ut scire possit in quā-
to sit honore, quod non solum in se collocētur be
neficia,sed pp se in alia quoq; animalia extendatur
liberalitas: Et nō morietur,inqt, ois caro ultrà ab
aqua diluuij,& nō erit ultrà diluuium, ut corrūpat
omnem terram.Vidisti quo & semel,& iterum,& sē
pius pollicetur se non ultrà immissurum commu-
nem omnium internecionē,ut ex mente iusti hanc
solicitudinē adimat , & de futuris ut bonā spē ille
habeat. Dein nō ad suā naturā spectans,sed nostrā
infirmitatē:nō contentus est promissione sua,quā L
uerbis dedit:sed iterum ostendit, quo se nostræ in
firmitati attēperat , tali metu humanū genus libe-
rans,ut etiāsi sæpe pluuiæ deferātur:& uiolētæ tē
pestates fiant:etsi aquarū magna sit inūdantia,ne-
que sic metuēdum,sed cōfidendum,nobis ad mira
culū respicientibus. *Et dixit dominus deus ad Noe,Hoc est
signum testamenti,quod ego do inter me & te.* Vide quā
to honore iustum dignatur,ita cū eo pacisciturq̄si
hō homini loquēs,& dicit,hoc est signū testamēti
qd ego do iter me & te,& oēm aiam uiuentē,q̄ uo-
biscum est in generationes ęternas.Vidi quo signū
dandum omni uiuēti duraturum in generationes
æternas?Non solum cōiter omnibus uiuentib. dat
signum,sed & perpetuum & ęternū illud facit,quo
ad mundus subsistit. Quod ergo signū?Arcū meū
pono in nube,& erit in signum inter me & terram.
Ecce post pollicitationem uerbo factam & hoc si-
gnū do,iridē dicens, quā aliqui fieri dicunt sole ra
dios suos cōtra nubes mittente.Si sermo me⁹,inqt,
nō sufficit,ecce & signū do,nunquā ulterius talem
me pœnā inducturu.Hoc ergo signum uidentes, à
formidine liberemini.*Et erit cū nubilauero,* inqt,*nubes su* M
*per terrā,& apparuerit arcus meus in nube,& recordabor
testamenti mei quod est inter me & uos,& inter oēm ani-
mam uiuentē super oēm terrā.* Quid dicis ô beate pro-
pheta?Recordabor,inqt,testamenti mei,hoc est pa
cti mei,promissionis,pollicitationis.Non quia ipse
opus habeat recordatione , sed ut nos ad illud si-
gnum respicientes,nihil durum suspicemur:sed sta
tim recordemur diuinæ promissionis , & robore-
mur,& cōfidamus,utpote nihil tale passuri.Vidisti
quantū deus uerbis se pp nostrā infirmitatem hu-
miliet,quantā curā gerat nostri generis, quantā mi
sericordiæ magnitudinē declaret:nō qa hominum
conuersionem uidit,sed ut p oia nos doceat excel-
lentem suam bonitatē?Et non erit ultrà aqua in di
luuium,ita ut deleat omnem carnem:qa sciuit hoc
timere humanam naturā. Vide quo continuò hoc
pollicetur , quasi dicens , Etiamsi uideritis multos
imbres fieri,neq; sic aliquid duri uobiscum conci
pite.Non enim erit aqua in diluuium, ita ut deleat
oēm carnem.Talis imber nō erit ultrà, tantam in-
dignationē nō ultrà experietur humanū genus. Et
erit,

A erit,inquit,arcus meus in nube,& uidebo ut recor-
der testamēti æterni inter deū,& inter aiam uiuen-
tem in omni carne. Considera quo uolens humā
nam naturā ad fidem & firmā credulitatē induce-
re,quanta uerborū usus sit humilitate . Et uidebo,
inqt,ut recorder . Ergone uisus ipsum in memoriā
ducet?absit.Non.n.ut hoc suspicemur,ita dicit,sed
ut quādo uidemus signū hoc, dei promissioni cō-
fidamus,certi qd nō sit possibile dei promissiones
intercidere.Et dixit domin⁹ deus,inqt,ad Noe,Hoc
signū testamenti mei,qd posui inter me, & inter o-
mnem carnem,q̄ est super terram.Accepisti,inqt,si-
gnum id qd dedi inter me & oēm carnem,q̄ est sup
terrā . Ne ultrà confundaris mente,ne turberis aio:
sed ad hoc respice,& ipse bonā spem habeto,& oēs
qui post te futuri sunt , hinc cōsolationē accipiāt .
Et aspectus signi fiduciam eis præstet , qd nunquā
talis tempestas terram inuadet. Nam quanuis pctā
hoium crescent,ego tamen quæ promisit adimple-
bo,& nunquam talem indignationem in oēs faciā.
B Vidistis q̄ excellens domini bonitas? Vidistis quan
tum ad nostrā humilitatem uerbis se dimittat? Vi-
distis quanta suæ erga nos curæ magnitudo? Vidi-
stis quāta promittētis liberalitas ? Nō.n.beneficiū
suum usq; ad duas uel tres,uel decem generationes
extendit,sed promisit quoad subsistit mundus : ut
ex utroque emendatiores reddamur,& ex eo qd illi
pp multitudinē pctorum tali pœna puniti sunt , &
ex eo quod nos tanta promissione dignatus est.Nā
cordatos beneficia magis q̄ pœnæ alliciunt ad mā
datorū obedientiam . Igitur ne simus ingrati . Nos
enim antequam ullum bonitatis specimē exhibue
rimus,imò ēt cùm pœnis digna fecerimus,tanta di
gnatus ē beneficēcia.Si grati fuerimus,& de priori
bus gratitudinem indicauerimus,conuerterimusq;
nos ad meliora,quanta tum deniq; nos dignabitur
liberalitate & gratia, q indignis ita benefacit , & tā
misericors est peccatoribus? si à pctis desiterimus,
& uirtutē sectemur,q̄ nō cōsequuturi sumus?Enim
uero hac de cā prior ipse multa i nos beneficia col-
locat,& cū peccauerimus iterū nobis uenia impar-
tit,& supplicia non ē uestigio infert : ut per oia nos
C alliciat,& dū nobis benefacit , & dum longanimis
est.Sæpe ēt dum aliquos punit,alios per hoc induce-
re uult , ut illorū metu castigati supplicii pericu-
lum effugiāt.Vidisti sapientissimi dei misericordiā
quo oia q per ipsum fiunt, pp unum solum,nempe
humanam salutem,fiunt?Idcirco cū hęc cogitam⁹,
ne simus desides,ne aduersus uirtutē certemus , ne
prętereamus leges ab illo statutas.Nā si uiderit nos
conuerti,& quiescere, & principium aliqd facere,ip
se,quoq; sua simul afferet , faciētq; nobis oia leuia
& facilia,& non permittet ut laborē sentiamus . Nā
quando aia ad deū cogitationē suam intendit , nō
iam decipi potest à uisibilium aspectu : sed pteriēs
oia ea quæ non uidentur corporalib.oculis, q̄ nul-
lam sciunt uicissitudinem,sed perpetuò manent, fi
xaq; sunt ac immota , diligentius speculatur q̄ ea q̄
ante pedes sunt posita . Tales.n.mentis sunt oculi,
qui ad illorum spectaculum continuò intendunt,
& supernis radiis illustrati,oia quę in hac uita sunt
quasi umbram & somnium transeunt:nō illi ultrà
deceptioni obnoxii sunt, neq; ipsis imponi pōt:sed
etiam si opes uiderint,statim derident : scientes qd
fugitiuo quouis infideliores,ab uno ad alium tran

D seant,& nunquā apud eundem subsistāt , & infinita
mala posidetib.afferant,quos & in ipsum malitię,
ut dicitur,præcipitiū impulsos deturbāt. Et si cor-
poris formositatē intuiti fuerint,neq; illā magnifa-
ciunt,cogitantes tam fragilē ac instabilem,qd sup-
ueniens morbus repente oēm illam formositatem
obscuret,& quòd nonnunquā ante morbū,si inua
serit senectus, facies q̄ antea formosa erat fiat inde-
cora,& iniucunda:mors autem superueniens,oēm
corporis pulchritudinē corrumpat.Et si quē uide-
rit gl'ia & potentia inflatum , & q in summū digni-
tatū uerticē peruenerit,omniq; felicitate fruitur , ēt
illum præterit quasi nihil stabile & solidum habē
tem, sed de illis gloriantem q̄ fluminib⁹ ipsis ocyus
præterlabuntur . Quid.n.omni huius uitæ gl'ia ui-
lius,q̄ flori herbę confertur? Ois.n.gloria hominis, 1.Pet.1.d
inquit,sicut flos fœni.Vidistis , dilectī,quo q̄ acutè
uideant oculi fidei, siquando in deum mens inten
ta fuerit? Vidistis quo à nulla re uisibili decipi pos-
sunt,sed rectum habent doctrinæ iudicium,neque
in uno falluntur? Sed si gratum est,iterum ad cōte-
xtum sermonis reuertamur,& paucis propositis fi- E
nē sermonis faciamus. Nā postq̄ scriptura sermonē
de diuino miraculo finiuit,uoluit iterū nos docere
alia q̄ ad iustū illū & filios illius ptinēt, & dicit:
*Erant autē filij Noe,qui de arca egressi sunt,Sem,Cham,Ia
phet. Cham aūt erat pater Chanaan. Tres isti sunt à quibus
dispersi sunt super oēm terram.* Dignū hic fuerit,ut inq
ramus, quare diuina scriptura hos tres filios cōme
morando,subdit,Cham autē erat pater Chanaan?
Ne putetis,obsecro,hoc absq; cā fuisse adiectū . Ni-
hil.n.in diuina scriptura cōtinetur qd nō aliqua ra
tione dictū sit, q̄ non & latentē in se habeat utilita
tem. Quare ergo assignauit , Cham autē erat pater
Chanaan? Voluit autē per hoc nobis illius intēpe-
rantiæ nimietatē insinuare , & qd neq; calamitatis
magnitudo illū coercere potuit , neq; tanta in arca
angustia irrefrenatā illius concupiscentiā sedauit:
sed quanuis senior nondū filios procreauerat , hic
incōtinentię deditus,in tpe tantę indignationis,&
generalis iteritus, quo orbis cōprehensus est,rei Ve F
nereæ deditus fuit, iam statim ab initio mentis suę
malitiā monstrans . Itaq; nō multo post,pp contu-
meliam in parentē , maledictionē susceпturus erat
eius filius Chanaan . Ideo scriptura diuina nomen
eius pri⁹ assignauit,pariter& filij nomē,docēs & pa
tris intemperantiā : ut cū eū postea uideris magna
ingratitudine erga patrē uti, scire possis qd iā olim
talis fuerit,utpote neq; à tāta calamitate humiliat⁹.
Sufficere.n. debebat ad extinguēdā libidinē tātus
luctus.Et nihil flammā & insaniā hāc ita cōprime-
re pōt,ut tristitiæ uehemētia & calamitatis excellē
tia.Igitur q in tāta malorū magnitudine tātę rabiei
& insanię in procreādis pueris fuit, q̄ uenia dignus
fuerit? At hic nobis alia qstio nascitur,celebrata,&
q̄ ubiq; circunfertur,Quare patre peccāte,filius ma
ledictū accipit ? Sed ne longū sermonē hunc facia-
mus, in crastinū diem illū reponemus , ut cū ad eū
locum peruenerimus,tunc & solutionē afferamus,
quam deus donauerit.Nihil.n.in sacra scriptura(si
cut dixi) inuenire licet , quod absq; ratione aliqua
sit scriptū.Iā hoc sciamus,quòd nomē filii nō absq
que causa fuit à Mose cōmoratū , cū dixit, Chā
aūt erat pater Chanaan.Tres sunt ij filii,inqt, Noe,
& ab iis dispersi sunt in omnē terram . Neque hoc

G dictum obiter ꝑtereamus dilecti, sed cogitemus ex illo ipso uirtutis dei magnitudinē. Tres, inqt, erāt ij filij Noe, & ex illis dispersi sunt sup oēm terrā. Quo ex trib⁹ tanta multitudo succreuit? quo potuerunt durare? Quo ex paucis illis totus mundus cōstitutus? Quo eorum ꝑmanserūt corpora? Nō medicus erat q medicinam adhibebat, neq; erat aliqua alia cura. Nondum.n. erant ciuitates conditæ, sed post tantam miseriā & uitam illam in arca, è qua salsuginosi & incuruati ob cōpressionem exierunt, & in tanta solitudine existentes, & indicibili uastitate, quo non corrupti sunt? quo non perierunt? Timorem.n. & metum, dic oro, non putas cōmouisse eorū mentem, & concussisse aiam? Ne admireris dilecte: deus.n. erat q oīa faciebat, & deus naturæ opifex erat, q omnia præpedimenta auferebat manda to sito, quo dixit, Crescite & multiplicamini, & im-
Exo. 1. et seq. plete terram Hoc.n incrementum dedit. Quia & Israelitæ cùm in Aegypto in luto & latere conficiendo onerati essent, in tāto maiorem multitudinem excrescebant, quò magis opprimebātur. Et neq; im
H misericors & crudele ꝓceptum Pharaonis, qđ præcipiebat masculos in flumina proiici (& alioq mirè uexabant ꝑfecti operarū) ualuit imminuere illorū multitudinē, sed in maiorē multitudinē increscebant. Erat.n. diuina gratia, q̄ oīa diuerso modo operatur. Quando igitur dominus ꝓcepit, ne q̄ras ut iuxta humanum morem opera perficiantur. Potentior.n. q̄ natura, non eget naturę ministerio, sed per ea q̄ alioquin impediunt res augmētat. Eo modo & nunc: per tres illos totum orbem impleuit. A tribus.n. illis, inquit, dispersi sunt in uniuersam terrā. Vidisti dei potentiam? uidisti quo & si sint multa obstacula, nihil tamen illius moratur uoluntatem? Idipm & in fide licebit uidere. Cum.n. tales sint, q infestent, tanti sint q insidientur, & reges, & tyranni, & populi seditiosi, & oīa facientes ut extinguant scintillam fidei per insidiatores, per eos q uetare uolebant tāta pietatis flāma erupit, ut totum orbē habitatū & inhabitatū inuaserit. Etiam si ad Indos abieris, & ad Scythas, & ad fines orbis terræ, ēt si ad ipm Oceanū, ubiq; inuenies xp̄i fidem illu
I strantē oium animos. Hoc admirabile & stupore plenum, quòd effera barbarorum corda demulsit, & placida fecit pietatis sermo, didicerūtq; philosophari, & abiecta pristina cōsuetudine ad pietatem trāslati sunt. Et sicut p tres illos hoium genus multiplicauit uniuersi cōditor: ita quoq; & ī fide p undecim piscatores illiteratos & idiotas, qui neq; os aperire audebāt, oēm sibi orbē cōciliauit. Et illiterati isti, & idiotæ, & piscatores, philosophorū obtu rauerūt ora, & trāscurrerunt orbē quasi alati, semi nātes ueritatis sermonē, & spinas execātes, & pristinas affectiones reuellētes, xp̄iq; leges ubiq; plantantes. Et neq; quòd pauci erēt, neq; quòd priuati & illiterati, neq; quod austera & insolita docerent, neq; quod ueteri cōsuetudine humanū genus pręuentū esset, obstaculo eis esse potuit: sed pręuia gratia sustulit hæc oīa, magnaq; facilitate opati sunt oīa, p ipsa obstacula maiorē accipiētes alacritatē. Enimuero interdum flagellati decedebāt gaudentes, nō
Act. 5. g. propter flagella simplr, sed qa pro noie Christi digni habiti sunt ignominiam pati. Interdū autē in
Ibid. c carcerē coniecti, quia ab angelo educti fuerunt, iterum eadē continuauerunt: & in tēplum abeuntes, doctrinæ sermonē seminauerūt, piscati multitudi-
K nes ad pietatē. E iterū detenti, nō solū non segniores inde facti sunt, sed & maiorem libertatē præ se tulerunt, in medio insanientis populi, & dentib. fre-
Ibid. a mentis stātes, ac dicētes, Obedire oportet deo magis q̄ hoibus. Vidisti libertatis magnitudinē? uidisti illiteratos piscatores cōtemnere tot furentes populos, & ad cędes ac mactatiōes paratos? At tu dilecte audiens hæc oīa q̄ fiunt, non tribue illis: sed diuinæ gratiæ, q̄ cōfirmat & instruit illorū alacritatē. Quia & ille beatus Petrus, cū ex utero matris claudum rectū faceret, oibus obstupescentib. & admi-
Act. 3. a & seq. rantibus, suā ipse gratitudinē declarans, inqt, Viri quid in nos intenditis, quasi q propria potētia uel pietate fecerim⁹ illū ambulare? Quare, inqt, sic obstupescitis, & stupefacti estis in hac re? Num nos sumus hoc operati, uel propria uirtute incolumitati illū restituim⁹, & ambulare fecim⁹? Quid in nos intenditis? Nihil ampli⁹ nos attulimus, q̄ quòd linguā nostrā cōmodauimus. Qui aūt oīa fecit, dominus est, & ille naturæ cōditor, deus Abraham, Isaac, &
L Iacob, quos patriarchas censetis. Ille quē uos tradi-
Matt. 27. b. c Mar. 15. b. Luc. 23. b Ioā. 18. g. & 19. d distis, & negastis corā facie Pilati, iudicantis illum dimittendū. Ille est q oīa operatus est, quē uos sanctum & iustum negastis, & petistis uirum homicidam uobis tradi: principē aūt uitæ cōdemnastis, quē de⁹ excitauit à mortuis, cuius nos testes sum⁹, & in fide nois illius, hunc quē uidetis & uidistis, solidauit nomē illius, & fides q p ipm dedit huic incolumitatem corā omnib. uobis. Magna & multiplex liberi huius sermonis excellētia. Ineffabilis potentia uirtutis, q̄ supernē illis collata. Manifestissima resurrectionis demōstratio beati illi⁹ sermo fue-
Mat. 26. g Mar. 14. g. Luc. 22. f Ioan. 18. d rit. Quod.n. maius miraculum illo qs q̄reret, cū is qui ante crucē etiā abiectæ puellæ minas ferre nō potuit, nunc tantus & talis aduersus Iudæorū populum insurgit, tantāque fiducia? & cū unicus eēt, contra tā incōpositam & tam rabidā multitudinē se opponit, & loqtur q̄ insaniā illorū magis exasperare queant? Vidisti dilecte id qđ in procemio dicebam, etiā nunc declaratum? Quòd siquis amore in deum accendatur, non fert postea, q̄ ad corporales illos oculos ptinent, sed alios oculos posidet, ocu
M los inquā fidei: illa semp speculatur, & ad illa mentē habet intentā. Ambulánsq; in terra, municipatū habet & conuersationē in cœlis: ita oīa agit, nullis humanis ꝓpeditus à uirtutis cursu. Nam q talis est, non posthac respicit ad secūda huius uitæ, neq; ad dura, & aspera, sed oīa illa ptercurrit, ad patriā suā festinans. Et sicut qui sensibilē cursum magna cōtentione peragit, nullum occurrentium uidet, etiā si fæpius in illū incidat: sed aio suo ad cursum intento, facilè oīa transit, festinās ad destinatum scopum: Eodem modo, qui cursum uirtutis ut currat, festinat, & à terra in cœlum redire concupiscit: oīa enim quæ uidentur deorsum relinquit, & totum se cursui dedit, neq; prius subsistit, donec in uerticem ascendere poterit. Ei q sic affectus est, etiam quæ uidentur esse terribilia in præsenti uita, contemptibilia fiunt: quin & talis neque gladium timet, neque præcipitium, neque ferarum dentes, neque tormenta, neque lictorum manus, neque aliquid quod triste ī hac uita: sed & si carbones uideat subtractos, quasi prata & paradisos uidens transilit. Et si aliā quandā tormentorū speciem intentari spectat, nō

A deficit ad aspectum, neq; auersatur. Desiderium.n. futurorū metē ipsius trāstulit. Et quasi frustra corpore amictus, ita affectiones suas magistratur, & supernа gratia munitus, corporis dolores ne sentit q dē. Quocirca obsecro, ut facilè uirtutis labores ferre possimus, magnū habeamus in deū amorē & desideriū, & illuc mente nostra intēta, à nulla re hui⁹ uitæ supplantemur in cursu illo: sed futurorum bonorū fruitionē continnò cogitantes, oēs huius uitæ molestias mansuetè feramus. Et neq; ignominia nos contristet, neq; inopia grauet: neq; morb⁹ corporis, mētis sensum laxet: neq; cōtemni à multis, & inter uiles haberi, segniores nos faciat in uirtutis studio: sed oibus iis, quasi puluis essent, excussis, assumptoq; generoso & sublimi spiritu, magnū p oīa fortitudinis specimē exhibeamus. Et sicut heri uestrā charitatē obsecraui, cū inimicis magna alacritate cōciliemur, & ex aīabus nostris affectionū eliminemus reliquias, & si qua cōcupiscētia interturbet, eā effugemus: & si furor ad irā extimulet, emendemus inflammationē cātu spūalium admonitionū, q̄ monstrant q̄ pniciosæ sint affectiones. Vir.n.
Prou. 26. b. et. 29. d Eccli. 28. b. inqt, iracundus, non honestus est. Et iterū, Qui ira scitur fratri suo sine causa, reus erit gehennæ ignis.
Matt. 5. e. Et si pecuniarū cupiditas incessat, demus operam, ut mens uitet tantā perniciem, & sicut radicē malorū oium exscindamus. Sic studeamus singulas affectiones malas corrigere, quò & abstinēdo à malis, & sectādo opa bona, posimus in die illo tremēdo à deo misericordiā assęq, gratia & miserationibus unigeniti ei⁹ filij, cui cū patre & spūsancto sit glia, imperiū & honor, nūc & semp, & i scła scłorū, Amē.

Homilia uicesima nona.

D finē tandem argumenti, qđ de hoc iusto
a est, uenimus: ideo obsecro mēte intēta adste, & diligenter q̄ dicūtur auscultate. Nā & ex iis q̄ hodie lecta sunt, non paruum, neq; uulgarē percipere licet fructum: quando quidē q̄ priscis euenerūt, si discere uoluerimus, maximæ nobis doctri-
C næ sunt occasio. Hac.n. ratione non solum opa sanctorum bona nobis scripta, sed & peccata, ut illa q dem fugiamus, ista uerò imitemur. Neq; hoc solum sed monstrat insuper diuina scriptura, & iustos sæpe lapsos, & peccatores magnā agētes pniam, quò utrinq; sufficiens nobis esset securitas: & neque qui stetit cōfidentior sit, uidens & iustos cecidisse: neq; q̄ in pctis est, desperet, uisis tot q̄ resipuerunt, & ad summum uirtutis apicem puenire potuerunt. Itaq; nullus, tametsi multorū bonorum operū sibi conscius, pſumptuosus sit, sed anxius & solicitus: & audiat beatū Paulū admonentē & dicentem, Qui sta
1. C. 10. e. re sibi uidetur, uideat ne cadat. Nullus itē, q̄ in profundū ipsum malitiæ descendit, salutis suę spē abiciat: sed ineffabilē dei misericordiā cogitās, audiat
Hier. 8. b Ezechiel. 18. g. iterū deū per prophetā dicentē: Num q cadit, non resurgit: & q auersatur, non reuertitur? Et iterū, Nolo mortē peccatoris, sed ut magis cōuertatur & uiuat. Vidisti dilecte, qđ oīa in diuinis scripturis scripta, nō alia de causa memorię sunt tradita, q̄ pp nostram utilitatē, & humani generis salutē? Hæc secū quisque expendat, suisq; cōgrua uulnerib. pharmaca imponat. Propterea.n. tot cuiuis sunt proposita, & licet uolenti conueniens suis affectionibus remedium apponere, & sanitatem accipere celerrimam, tantū medicinæ curam neq; reiiciat, sed suā declaret gratitudinē. Nulla.n. est in humana natura uel D
corporis, uel aiæ passio, quæ medicinam hinc accipere nequeat. Quo? dic obsecro. Ingreditur qs huc, tristitia & negociorum solicitudine oneratus, & ingressus huc, ita mœrore adobrutus, statim ut audi-
Psa. 41. b uit prophetam dicentem, Quare tristis es aia mea, & quare conturbas me? spera in deum, quoniā cōfitebor ei: Salutare uultus mei & deus meus: sufficiēti consolatione susceptā abit, & oēm illam mentis tristitiā excutit. Alius itē extrema premitur inopia: grauatim fert & mœret, uidens alios diuitiis affluere, & ualde inflari, & magno apparatu & pompa stipari: audit & hic eundē prophetā dicentē, Iacta
Psa. 54. d in dominū solicitudinem tuam: ipse te enutriet. Et
Psa. 48. d iterū, Ne timeas cū ditatus fuerit hō, uel cùm multiplicata fuerit glia eius: qa cùm morietur non accipiet oīa. Est & alius quoq; q̄ isidias & calumnias sustinens dolet, & insuauē putat uitā, nusquam humanum inuenire ualens auxiliū: docetur & ab eodem propheta, in talib. angustiis nō ad humanum E
præsidium cōfugiendū. Audi qđ ipse dicat, Ipsi detrahebant mihi, ego autē orabā. Vidisti unde quærat auxilium? Alij, inqt, dolos plectebant, & calum-
Ps. 108. a nias & insidias: ego autē ad inexpugnabilē murū confugio, ad tutam ancorā, ad portum ſluctuū expertem, preces inquā, per quas oia difficilia leuia & facilia mihi fiunt. Insuper alius ab iis qui prius sibi ministrabant, despicitur & contemnitur, et ab amicis relinqtur, et hoc est qđ mentē eius maximè cōturbat et confundit: sed et hic si huc uenerit, audit beatū illū dicentem, Amici mei et proximi mei aduersum me appropinquauerūt et steterunt. Et pro-
Ps. 37. b. ximi mei à longe steterunt, et uim faciebant, q̄ quærebant aiam meā: et q quærebant mala mihi, loquebantur uanitates, et fraudulentias tota die meditabantur. Vidisti struentes insidias usq; ad mortē ipsam, et perpetuū bellū gerentes? Nam hoc indicat, cū dicit, Tota die, qa per totam nitam. Quid ergo il
le interim, dū insidiantur, et uaria instruunt, egit? F
Ego autē, inqt, quasi surdus non audiens, & quasi mutus non aperiens os suū. Et factus sum quasi homo non audiens, & nō habens in ore suo redargutiones. Vidisti excellentē philosophiam, qūo diuer-
Ibidem. e sa uia uicit? Illi dolos struebant, ipse aures obturabat ne audiret. Illi omni tpe non cessabant linguā acuere, & uanitates & fraudulētias meditari: hic autem silentio illorū insaniam comprimebat. Et qua re sic se gerit, et illis hæc apparātib. ipse sic se disponit quasi surdus et mutus, et quasi neq; aures, neq; linguā habeat? Audi ipsum tantæ philosophię cāmdicentē, Quia in te speraui domine, qa à te pendet spes mea, inqt, et in te me proieci, nulla mihi cura est, qd illi agāt. Tua.n. gratia satis potens est ad dis-
Ps. 140. e sipanda hæc oīa, et irritandas illorum machinationes et insidias, ut nihil eorū impleatur qđ apparāt. Vidisti qūo quacunque calamitate humanam naturam premente, conueniens ex scripturis antidotum accipere liceat, et ois uitę huius reppellatur cura, neq; ab ullo qđ accidit, grauemur? Propterea obsecro, ut subinde huc ueniatis, et diuię scripturę lectionē diligēter auscultetis: nō solū cū huc uenias, sed et domi diuina Biblia in manus sumite, et utilitatē in illis positā, magno studio suscipite. Inde.n. multū lucri nascitur: primū qdem, ut lectione lingua reformetur: deinde aia pęnas assumit, et eleua-

G tur,iubarēq; solis iustitiæ illustratur,pérque tps illud ab immundarū cogitationū illecebris liberatur,multa qete ac tranquillitate fruens. Insuper,qđ ad agendas uires corpori sensibilis ille cib. facit,id aræ lectio præstat.Spuale.n.alimentum est, & fortē reddit aiam,& constantiorem,& magis philosophicam:non permittens ut à cogitationib.absurdis capiatur:sed leuem & alatā faciens, in cœlum ipsum, ut dicitur,transfert. Tantum igitur lucrum,oro,ne per negligentiam amittamus,sed ēt domi uacemus diuinarū scripturarū lectioni,& hic ptentes non in nugis & inutilib. colloqis tps decoquamus. Et pp quod conuenimus,attendamus q̄ legantur,ut maiori inde fructu percepto discedere liceat. Quòd si huc ingressi,ad intempestiuas & inutiles cōfabulationes uos conferetis, & absq; ampliori fructu hinc abitis,q̄ utilitas? Quo pacto non absurdū, eos qui ad sclares nundinas ueniunt,solicitos esse ut anteq̄ redeāt, oia q̄ ex nundinis oportet,capiant, licēt pecuniæ impendendæ sint:huc aūt in spirituales has nūdinas ueniētes, nō omne studium impēdere ut
H acceptis utilib. & in aia depositis,redeant:maximè cū nullo pecuniarum sumptu hic opus sit,sed alacritate sola & intenta mēte? Vt igitur ne deteriores fiamus iis q ad seculares mercatus uadūt,operā demus ut perq̄ uigilantes simus,ne desint hinc migraturis uiatica:imò ut habeamus q̄ nō solum nobis sufficiāt,sed & q̄ suppeditare possim⁹ & alijs,& uxorē corrigendo,& famulos,& uicinū,& amicū, & ēt inimicum. Tales.n.sunt spirituales doctrinæ,ut cōmunes oibus proponantur, nullāq; sit in eis diuersitas, nisi quando qs magis intentā affert mentē,& feruentiori desiderio alium transcendit. Itaq; quia tantum est è nostris doctrinis lucrum,age hodie lectа in medium proponam⁹, & fructu quopiā inde collecto, domū redeamus. *Et cœpit*,inqt, *Noe homo agricola terræ & plantauit uineā, & bibit de uino, & inebriatus est*. Vide quātæ utilitatis occasio est huius lectionis procemiū. Quādo.n audimus,quòd iustus ille & pfectus,& q tantum superius accepit testimonium,bibit & inebriatus est:quo nos posthac, qui tantis & tam uarijs peccatis imersi sumus,non ma
I gna firmitate damnū ebrietatis effugere studebimus? quāuis nō sit sīle iustum illum hac affectione capi,& nos in eandē incidere. Multa.n.sunt q̄ iustū illū uenia dignum declarāt:q̄ nō dico q̄si ebrietatem illi⁹ excusaturus, sed monstrans quòd nō ex intemperantia supplantatus sit, sed ignorās magis. Et quod nō ita simplr uini potationē inuenit,audi scripturam eius apologiam afferentem,cū dicit: *Et cœpit Noe homo agricola terræ*. Istucipsum qđ inqt, Cœpit,ostēdit quod ipse uini bibēdi primus inuētor fuerit:sed p ignorantiā,& nescius sumendi mēsuram, in ebrietatē inciderit.Neq; hoc solum est in causa, sed qa magna tenebatur tristitia, & sibiipsi
Pro.31.a. consolationem inde excogitare uolebat, sicut & sapiens quidā dicit,Date uinum iis q in tristitia,& sicerā iis q in dolore:monstrans quod nullū est tam pssens tristitiæ remediū atq; uini usus,tantū utilitatem eius ne pdat intēperantia. Quòd autem in tristitia & mœrore fuerit iustus ille, uidens seipm in tāta solitudine, & illorū hoium corpora ante oculos proiecta, & cōmune oium sepulchrum hoibus & brutis factum,quis cōtradiceret? Mos.n.prophetarum & iustorum oium,non solum pro iis dunta xat dolere q sibi proximi sunt,sed & pro reliqs om K nibus. Et siquis recensere uellet, inueniet oēs hanc cōpassionem præ se ferre:& audiet Esaiam quidem dicentem:Non ualebitis consolari me in contritio Esa.22.a.
ne filiæ generis mei.Hieremiam autem,Quis dabit Hier.9.d
capiti meo aquā,& oculis meis fontē lachrymarū? Ezech. uerò,Heu mihi domine,delebis tu reliquias Eze.9.d.
Israel? Et Danielem lamentantē, & dicentē,Paucu- Dan.9.
los nos fecisti ultra oēs gentes. Et Amos, Pœniteat te domine super hoc. Et Habacuk,Quare ostēdisti Habac.1.
mihi labores & molestias? Et iterum,Et facturus es a.
hoies,q̄si pisces maris. Et beatū illū Mosē quoq; di Ibid.d
cētem audiet, Siqdē dimittis ei peccatū, dimitte, Exod.32.
aut & me dele. Et iterū, cū promisisset illi deus ma c. & g.
ioris populi ducatū se traditurū,& dixisset, Dimitte me & delebo hoies istos, & faciā te in gentē magnam:neq; hoc uoluit, sed præesse istis maluit. Itē Ro.9.a.
orbis doctor beatus Paulus, Optabā ipse ego anathema esse à xpo,pro fratrib.meis cognatis secūdū carnē. Vidistis quo iusti omnes magnam cōpassionē erga proximos præ se ferebāt? Cōsiderate nūc, quo & iustus ille se habuerit, quo uerisimile est eū fuisse affectum, & quo à tristitia deprimebatur,uidens tam immensam solitudinē, & terrā illam quę antea tam uarijs luxuriabat plantis,& florib.ornabatur, repētē quasi defectis comis,& nudam,& so L litariam. Qui ergo tam inualuerat mœror,paruam quandā sibi cōsolationē excogitans, terræ colēdæ sese dedidit:& idcirco inquit,Et cœpit Noe hō agricola terræ,& plantauit uineam. Sed iure hic q̄ritur, an ipse nūc plantā inuenerit, uel antea & ab initio fuerit producta. Verisīle est quòd antea & ab initio fuerit in sex illis dieb⁹ creata,quādo uidit deus oia q̄ fecit,& erāt ualde bona. Et quieuit,inqt, deus die septimo ab oibus operib⁹ suis quæ fecit. Non dico quòd fuerit notus ab initio plantæ usus, uel fruct⁹ ex illo manifestus. Nā si fuisset ab initio notus,omnino Abelis tpe iter oblatas hostias & uinū libassent. Verū qa ignorabant adhuc fructus usum,plāta hac usi nō sūt. Hic aūt agriculturę studiosus, & magnæ diligentiæ, fortè etiā lignum degustauit,& contritis botris uinū fecit,eoq; usus est. Et qa neq; ipse gustauerat pri⁹, neq; aliū sciebat q gustauerat, ignarus qua mesura uti debebat,p ignorantiam in ebrietatem incidit. Præterea, quoniā carnis esus in uitā hāc itroductus fuit,postea & uini potus accessit. Vide aūt dilecte quo paulatim mundi status dispensatur,& qlibet iuxta sapientiā à deo naturæ inditā,initiò artis alicuius inuentor fit. Sic in hac uitam artiū studia sunt itroducta. Primus.n.agricul- M turam inuenit,secūdus artem pastoralem, alius fabrilem,alius musicā, hic aūt iustus uineaticā naturali solertia excogitauit. *Et cœpit*, inqt, *Noe homo agricola terræ,et plātauit uineā, & bibit è uino,et inebriat⁹ ē*. Cōsidera quo hoc qđ erat tristitiæ medicamentum, & sanitati conducit⁹, ei q modū per ignorantiam trāscendit,non solum nihil profuit,sed & statum eius offendit. Iam fortè q̄rit aliqs, Quare planta tot malis plena,in hanc uitā producta est? Ne ita temerè loquaris homo oia quæ in buccā incidūt. Non est planta hęc mala, neq; uinū malum, sed illius abusus:qa non pp uinum, sed propter peruersam uoluntatem nefaria scelera fiunt, & cùm in eo sit utilitas,ut noceat i cā est intēperātia. Quocirca nūc post diluuiū ostēdit tibi uini usū,ut ostendat

quòd

A quòd & antea in immodicam luxuriā humanū genus iciderit,multisq; peccatis se cōtaminauerit, cū adhuc uini usus nescīretur:ut & quādo uideris usū uini,nō uio totū tribuas,sed corruptę uolūtati sua spōte ad malū ruēti. Alia quoque ratione cōsidera quo uinū fuerit utile,& horrescito. Nā per hoc materia bonorum salutis nostrę perficitur. Sciunt initiati & eruditi quid dicatur. *Et cœpit*,iqt, *Noe agricola terræ, & plantauit uineam, et bibit de uino, et inebriatus est,et nudatus est in domo sua*. Grauissimū quiddā est ebrietas dilecti,& qđ potest excęcare sensus,& submergere mentem,& hominē rationale aial, qui sup omnia dominium susćepit,iniectis uinculis insolubilibus,quasi mortuum & operatione carentē iacere facit:immo deterius habentē, quàm mortuum. Nā mortuus neque bona,neq; mala operari potest: ebrius autē nihil boni ualet opari, ad malū tamen faciendū non omnino impotens est,iacétque ibi ridiculus oibus,& uxori,& pueris, & famulis. Amici enim suam ignominiā cogitantes, sese absc̄dūt,&
B cōfundūtur:inimici autem oblectātur, et irrident, et execrātur,q̄si hæc dicētes verba. Hunccine oportebat uiuere? et hunccine oportebat spirare aere? ô pecus,ô porcū:et adhuc grauiora loquūtur. Qui ex pluis redeūt,cæde coinqnatis manibus,et prędā ducunt,non tā attroci aspectu sunt,ut illi. Sunt.n.fortassis q illos laudib⁹ extollūt,propter trophęa, propter uictorias,propter uulnera et cędes: ebrios aūt miseros proclamāt,ęrumnosos uocāt,et innumera eis mala imprecantur. Quid eo miserius fuerit, qui ebrietati quotidie deditus est, et uinū profundit,et
Eccl.29.d mētis suę iudiciū corrumpit? Ea propter et sapiēs q dā admonebat,dicens. Principiū uitę hominis panis et aq̄,et uestis,et domus tegens turpitudinē. Et si qs ebrietate uincitur,ne euulgetur:sed à suis cōtegatur:et non sit oibus risus et turpitudinis argumētū. Et cœpit,inqt,Noe agricola terrę, et plantauit uineā,et bibit de uino,et inebriat⁹ est. Ebrietatis nomē charissime,i sacra scriptura nō ubiq; de temulentia dictū est,sed et satietatem significat. Hoc ita
C que fortè qs de iusto hoc dicet, quòd nō ut intēperans inebriatus fuerit,sed ob satietatē hoc ei cōtigerit. Audi.n.Dauid dicentē,Inebriabuntur ab ubertate dom⁹ tuę:hoc est,implebuntur. Aliter uerò. Nā ebrietati uacantes,nunquam satiantur, sed quātū i. gurgitant,tantū et siti flagrant & inflammatio quędam est eis uini usus:et uoluptates qdē euanescūt, sitis autē inexplebilis in pcipitū ebrietatis eos qui illi seruiūt deducit. Et plantauit,inquit,uineā,et bibit ex uino et inebriat⁹ ē, et nudat⁹ est i domo sua. Considera quòd hoc nō foris illi accidit,sed in domo sua. Idcirco.n.aßignauit diuina scriptura,In domo sua:ut ex iis quę sequūtur,malitię uehemēs studiū uideas, ei⁹ q nuditatē euulgare fuerit ausus. *Et uidit*,inqt,*Chā pater ille Chanaā, nuditatē patris sui, & egressus annunciauit duobus fratribus suis foris*. Fortassis si & alij quidā fuerūt,& illis nūciauit patris sui turpitudinem: tanta erat pueri neqtia. Propterea.n.ut discas iam pridē & ab initio eū corruptę mētis fuisse:nō simpliciter dicit scriptura. Vidit Cham nuditatem patris sui:sed qđ? Et uidit Chā,pater Chanaan. Quare dic mihi, & hoc loco filij uocabulum aßignat? ut discas illū fuisse intēpantē, & incōtinētem et mēte qua in tanta turbatione procreādæ proli uacauit, eadem etiā nūc in contumelia m patris proru

pit. Et egressus,inqt. annunciauit duobus fratribus D foris. Vide obsecro hic dilecte quòd non in natura sita sunt uitia,sed i arbitrio & uolūtate. Ecce.n.omnes fratres fuerunt,& eiusdē naturę, & eūdē habuerunt patrē,eodē utero fuerunt ædiri,eadem diligētia fuerunt educati, sed non eandē mentē declarauerunt. Sed ille quidem in malitiā incidit,ij uerò parenti debitum impenderunt honorē. Fortasis aūt & irrisit,ac subsanauit patrē,turpitudinē illius nūciando. Et non audiuit sapientē quendā,dicentem, Ne glorieris in ignominia patris. Verū fratres non Eccli.3.b
sic egerunt. Et quomodo? *Cū hæc audiuissent,acceptis*, inqt,*uestibus sup humeros suos,Sem & Iaphet ingressi sūt retrorsum,et nuditatē patris sui non uiderunt*. Vidisti beneuolentiā filiorū? ille euulgauit, isti neque uidere potuerunt:sed retrorsum ibant, ut ne rectà adirent patris contegentes nuditatem. Et uide illorū cū magna beneuolētia & māsuetudinē. Neque increpāt, neque uerberāt fratrem:sed ut audierūt, mox curarunt emendari & honestari factū. Faciēsque illorū auersæ erāt. & nuditatem patris sui nō uiderūt. Magna puerorū reuerentia,quam nobis scriptura mōstrat,quòd non solum tegunt,sed & uidere nō pos- E
sunt. Erudiamur hinc, & ex utrisque lucrifaciamus aliqd:& hos quidem imitemur,illius autem mores fugiamus. Nam qui sensibilem nuditatē euulgauit, maledicto se fecit obnoxium, & excidit ab honore quē parē habuit cum fratribus cōdēnatus ut illis seruiret:licēt autem non ipse,omnes tamen q ex ipso serui facti sunt. Quid patientur q peccata fratrū euulgāt:& nō solū non contegunt & excusant, sed magis ea faciunt manifesta,multāque ex hoc opantur peccata? Quando enim manifestas fratris peccatum,non illum tantū ignominiosiorem fecisti, & segniorē fortè ad uirtutis uiā:sed & eos q audiūt facis negligentiores, & ad socordiam inducis:neque etiā hoc solū,sed & deum blasphemari facis. Quod quantū affert supplicium, nemo est mētis compos qui ignoret. Fugiamus igitur ob secro mores Chā, nec imitemur. Imitemur autē gratorū illorū filiorū pudorem,quē in contegenda parentis nuditate declararunt. Et ita adumbremus fratrū peccata, ne ipsos negligentiores per hoc reddamus,sed ut hac ratione maiorē illis occasionē prębeamus, ut statim F
ab hoc malo liberentur,& i uirtutis pniam redeāt. Nam sicut non habere multos testes sudorum delictorum, resipiscenti faciliorem reditū præbet: sic si frōtem perfricuerit anima, et uiderit quòd nemo ignoret quę mala admiserit, non facilè desistere sōlet: sed quasi in profundum lutum incidisset, & subtus ab innumeris raperetur fluctibus, difficilè emergere poterit. In desperationem enim cadit, & nullum sibi reditum promittit. Idcirco precor, ne detegamus proximorū lapsus, & si ab aliis eos didicerimus ne satagamus, ut nuditas uideatur: sed sicut grati illi pueri obtegamus,adūbremus,admonitione,& consiliis lapsam animam erigere studeamus,misericordiæ dei magnitudinem docentes, & bonitatis eius excellentiam, & misericordiæ im- 1. Ti. 2.b
mensitatem:ut maiorem quàm illi benedictionem ab omniū domino consequamur, qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionē ueritatis uenire:qui non uult mortem peccatoris, sed ut con- Eze.18.f
uertatur & uiuat. Et nuditatem patris sui non uidērūt. Vide quomodo per legē naturę inditam prin-

G impleuerunt, antequàm ad erudiendum humanũ genus ea quę in lege ſcripta fuerunt. Et id quod lex dicebat, Honora patrẽ tuũ, ut bene tibi fiat: &, Qui maledicit patri uel matri, morte moriatur: hoc iam opibus ipleuerũt. Vidiſti qũo natura prius ſufficiẽtem habuit doctrinam? *Et uigilauit*, inqt, *Noe à uino, & cognouit quæ fecerat ſibi filius iunior.* Sui autẽ factus compos, inquit. Audiant qui totis diebus in conuiuiis uerſantur lapſus grauitatẽ, fugiantq; quod ex ebrietate eſt damnũ. Sui autẽ factus cõpos, inquit. Quid eſt, Sui autem factus cõpos? Id quod nos dicere ſolemus de mẽte captis, ſiquãdo in exceſſu fiãt, uel ſi qs ſibi reſtituatur, q à dæmone uexatus, & ab illius tyrãnide liberatur: hoc & hic uocat ſcriptura. Verè. n. ebrietas uoluntarius eſt dęmon, & grauius quàm dęmon mentẽ obtenebrat, & captũ omniũ beneuolentia deſtituit. Sępe enim dęmoniacũ cũ uidemus miſericordia mouemur, & cõdolem⁹, magnámque erga illũ beneuolentiã declaramus. Contrà autem facimus apud ebrios: indignamur. n. importuni ſumus, innumera iprecamur. Quare & quę
H cauſa eſt? qa ille q à dæmone agitatur, inuoluntarius operatur, etiamſi recalcitret, etiamſi rũpat ueſtẽ, et obſcœna quæpiam loquatur, uenia dignus eſt. At q ebrius eſt, quicquid fecerit, non eſt uenia dign⁹: & ualde incuſant illum familiares, amici, & uicini, & i ſumma oẽs: qa ſponte & uoluntariò in hòc trãſiit, & ebrietatis tyrannidi ſeipſum dedidit. *Sui autẽ compos factus* Noe, inqt, *à uino: & cognouit quæcunque fecit bi filius ſuus iunior.* Et hęc dico nõ ut iuſtũ incuſem: multa. n. erãt propter quę illi uenia debebatur. Et cum primis, quòd nõ in id uitij poſtea relapſus eſt, id quòd maximũ fuerit indicium quòd ignorãtia, non negligentia prius deliqt. Nã ſi hoc fuiſſet negligentię, oportebat iterũ eodẽ peccato capi: id qd nõ euenit. Nã ſi denuò id accidiſſet, ſcriptura vtiq; nõ obticuiſſet, ſed ſignificaſſet nobis. Vnus. n. ſcop⁹ & finitio ſcripturę diuinę eſt, neqd factorũ intermittat, ſed ueritatẽ nos doceat. Neque pp inuidiam, iuſtorum uirtutes prętexit, neque propter gratiã peccata adumbrat: ſed oia in mediũ nobis proponit, ut monimẽta & doctrinas quaſdã habeamus: & ut
I quãdo etiam nos per ſocordiam in id uitij incideri mus, cautiores ſimus poſtea, & denuò nõ icidam⁹. Neque enim tã grane eſt peccare, quàm in peccatis pſeuerare. Itaque non attende ſolũ quòd inebriat⁹ eſt iuſtus, ſed quòd poſtea non iterũ hoc ei accidere rit. Iã conſidera eos q in tabernis uinariis quotidie cõſumuntur, & ut ita dicam, quotidie fermè moriũtur: etiam ſi quãdo ſui cõpotes fuerint facti, neq; ſic ſibi cauẽt ab eodẽ piculo ſed quaſi ad opus quod dam ſtrenuum redeunt. Inſuper & hoc qs iure cogitabit, quòd iuſtus ille, quia prius nõ exptus erat naturam uini, nec ſciebat qua mẽſura utendũ erat, nõ mirum ſi bibens inebriatus ſit. Sed qa iuſtus, & bonis opib. pollebat, pctũ adũbrare potuit. Nos autẽ cũ ab inumeris aliis affectionibus infeſtamur, hoc addimus ut & ab ebrietate ſubmergamur. Quid excuſabit? uel qs dic oro, nos dignabitur uenia quos nulla experientia facit caſtigatores? *Sui autem compos factus eſt* Noe, inqt, *à uino, & cognouit quæ fecit ſibi filius ſuus iunior.* Vnde cognouit? fortè fratres ſignificauerunt, non accuſationis quidem gratia, ſed rem ut facta erat docentes, ut coneniẽs ille ſuo uulneri remediũ acciperet. Et cognouit, inquit, Noe quæ fecerat ſibi filius ſuus iunior. Magnam & intolerabilem rẽ dicere uult, fecerat ſibi. Animaduerte. n. quomodo intus in domo uiſa patris turpitudine, qd debebat obtegere, egreſſus euulgauit, & riſui & ſubſannationi patrẽ (quantũ in ipſo erat) expoſuit, fratrẽſque prauę ſuę uolũtatis ſocios fieri uoluit: cũ deberet, ſi oino proditurus erat, illos intra domũ uocare, & ſic nuditatẽ effari: ſed ipſe foras exiit, q̃ſi ſi etiã alia adeſſet multitudo, & eam facturus eſſet paternę turpitudinis conſciã, propter hoc inquit: Quę fecerat ſibi. Cõtumelioſus patri fuit, oblit⁹ ẽ honoris quẽ debẽt parẽtib. filij, prodidit peccata, fratres uoluit allicere & ſocios facere ſuę cõtumeliæ Quæ fecerat ſibi, inqt, filius ſuus iunior. Secundus. n. erat, & maior natu quàm Iaphet: licẽt autem ætate illo prior erat, uoluntate tamen minor, & temeritate illũ exceſsit. Nã qa noluit ĩtra ſuos limites manere, amiſit honorẽ ſibi à natura traditũ. Et ſicut ille id quod natura habuit, nequitia uolũtatis amiſit: ita Iaphet quod natura nõ habuit, ſaniorẽ ob mentẽ accepit. Vidiſti qũo nihil temerè & fortuitò in diuina ſcriL ptura cõtinetur? *Quæ fecerat ſibi*, inqt, *fili⁹ ſuus iunior, et dixit: Maledictus Chanaã filius, ſeru⁹ erit fratribus ſuis.* Ecce puenimus ad quęſtionẽ illam ubiq; celebrem multos. n. audimus dicentes: Quare cùm peccauerit pater, & prodiderit nuditatẽ, filius maledictum ſuſcipiat? Obſecro, attendite diligẽter, & ſolutionẽ ſumite. Illa enim dicemus, quę uidelicet ſuppeditauerit diuia gratia propter ueſtrã utilitatẽ. Et dixit: Maledictus Chanaã filius, ſeru⁹ erit fratrũ ſuorũ. Nõ ſimpliciter, neque in uanũ cõmemorauit filiũ, ſed ob latentẽ rationẽ. Volebat. n. & corripere filium propter peccatum, & cõtumeliam qua ſe affecerat, & ſimul nolebat prędiudicare benedictioni quę illi pridẽ facta. Benedixit enim, inquit, deus Noe, quando exiuit ex arca, & filios illius. Vt igitur ne uideatur maledicere, quẽ deus ſemel benedixerat, pterito illo q ſe contumelia affecerat, filio maledictũ intulit. Ne, inqt, hoc qdẽ oſtendit, quòd propterea Chã non eſt maledictus, quia prius à deo benedictionẽ acceperat. Quare autẽ cùm alius peccauit, ille pœnã luit? neque hoc abſque ratione factum eſt. Quia M pater nõ minorẽ pœnã & cruciatũ habuit, quã fili⁹. Scitis enim quomodo ſępenumero patres orant ut filiorũ pœnas ipſi ferant: & quomodo grauius illis eſt uidere filios ſupplicio affici quã ſi ipſis iis forẽt obnoxij. Factum igitur eſt hoc, ut ille ob naturalẽ i puerũ amorem, maiorẽ ſentiret dolorẽ, & benedictio dei ſeruaretur inuiolata, & puer acepta maledictione, ſuorũ propriorũ pœnas peccatorũ lueret. Nã licèt propter patris peccatũ, nunc maledictioni ſit obnoxius, attamen uerĩſimile fuit, qd & propter ſua delicta dederit pœnam. Non. n. ſolum propter peccatum patris maledictionẽ accepit, ſed ut propter ſe ille maiorẽ pœnã pẽderet. Na neq; patres pro filiis, neq; filij pro patrib. pœnã luũt, ſed unuſquiſq; pro ſuis peccatis pœnã luit. Vbiq; hoc à prophetis dictũ inuenim⁹, ſicut cùm dicũt: Comedẽtis uuas acerbas, dẽtes obſtupeſcunt. Et aĩa quę peccauerit, ipſa & morietur. Et iterũ: Non morietur patres pro filiis, neq; filij pro patrib. Nullus igitur noſtrum q̃ſt ignorans diuinas ſcripturas, audeat ſcriptis hũc ſcopum reprehendere, ſed grato animo quę dicũt accipiat, admireturq; diuinę ſcripturę mirã diligẽtiã, & expendat quantũ malũ ſic peccatũ. Ecce. n. fra-

A trem eadẽ natũ puerpera, eodẽ egreſſum utero, ut ſibi uindicauit peccatũ, ſeruũ fecit & ablata libertate, ſubiectionẽ illi iniunxit: unde poſtea ſeruitus ſumpſit originẽ. Neq; n. antea ſolebãt ita molliter agere, deliciari, & aliorũ miniſteriis indigere, ſed ſibiipſis miniſtrabãt quiq;. Eratq; par oiũm honor, & ablata è medio oĩs honorum diuerſitas. Pctũm aũt ubi itrauit, libertatẽ pdidit, & corrupit poteſtatẽ naturæ datã, ſeruitutẽq; introduxit, ut cõtinua ſit doctrix & admonitrix humanę naturę, ut fugiamus ſeruitutis pctũm, & ad uirtutis libertatẽ redeamus. Hinc. n. ſi uolũt, & domin⁹ & ſeru⁹ cõtinuã habẽt utilitatẽ. Cogitet itaq; ſeruus ideo ſeruitutẽ incepiſſe, qa Cham in tantã peruenerat temeritatẽ: & dominus quoq; cogitet, qd nõ aliunde ſubiectio & ſeruitus cœperint, q̃ qd ille puerſam habuerit uolũtatẽ, & à pari fratrũ dignitate exciderit. Verũ ſi ſobrii ſimus, & prudẽtes, nihil nos offendet qd hæc pp pctã parentũ noſtrorũ introducta in hanc uitã, cũ res in nominibus ſolis uerſetur: Quia & pri-
B mus parens pp trãſgreſſionem, mortis pœnam, uitamq; in laboribus mœroribuſq; cõſumendã intulit, & hic ſeruitutẽ. Verũ ſuperueniẽs dominus xp̃s hæc omnia ſuſtulit, ad noia uſq; tantum, ſi uolumus. Neq; n. mors, mors ultrà eſt, ſed nomen tantũ habet mortis, immo & ipſum nomẽ ſublatum eſt.
Ioã. 11. b Nã neq; mortẽ ipſam ultrà dicimus, ſed ſoporem &
1. The. 4. d. mortẽ: proide & xp̃s ipſe dicebat: Lazarus amicus noſter obdormiuit. Et Paulus Theſſalonicẽſibus ſcribens, inqt: De dormientibus aũt nolo uos ignorare fratres. Et ſeruitus quoq; ſili⁹ nomen eſt: ille. n. eſt ſeruus, qui peccatum operatur. Et quòd ẽt hãc abſtulerit aduentu ſuo Chriſtus, non niſi nomẽ eſſe pmiſerit, immo & uocabulũ ipſum deleuerit, au
1. Ti. 6. a di Paulum dicentẽ: Qui aũt fideles habent dominos, nõ contẽnat eos, quia fratres ſunt. Vides qũo ubi uirtus ſubintrauit, eos in fraternitatis nomen congregauit, q prius ſeruitutis noĩe erant obnoxij? Et *erit*, inquit, *Chanaam filius ſeruus fratrũ ſuorũ.* Abu-
Gene. 3. C ſus es, inqt, honore, non bene te geſiſti, cũ par eſſes dignitate: ppea ſubiectiõe emẽdari te uolo. Hoc ab initio & mulieri cõtigit. Quoniã. n. par erat uiro dignitate, & honore abuſa ẽ, ppea ablata ẽ ab illa poteſtas, & dictũ eſt ad illã: Ad uirũ tuũ conuerſio tua, & ipſe tui dominabitur. Proide ẽt hic nũc, ut ſe emendet, pœnam fert, & pp puerũ quoq; cruciatur ut diſcas qd ẽtſi ſenex nunc eſſet, attamẽ qa pœna in filium trãſiit, id ipſi luctuoſam et inſuauẽ uitam faciebat, cogitanti qd etiã poſt ſuã mortẽ filius pœnã luiturus eſſet. Nam qd fili⁹ per ſe malus, et oẽs qui ab illo nati fuerint abominabiles, et ad malũ perpenſe declinarint audi ſcripturã dicẽtem per modũ maledicti: Pater tuus. Amorrhęus,
Exe. 16. a et mater Chettæa. Et alius quidam increpans: Se-
Dan. 13. f men, inquit, Chanaã, et non Iuda. Porrò operępretium fuerit audire nunc poſt pœnã, accepit is q nuditatẽ inuulgauit, quos honores et retributiões aſſecuti ſunt alii, pro honore quẽ patri impenderũt. Et dixit, inqt, benedictus dominus deus Sẽ, & erit Chanaã ſeruus illius. Hoc fortè quis dixerit, nõ eſt benedicere Sẽ: imo ualde benedixit illũ. Quãdo. n. dominus benedicitur, & aguntur illi gratiæ ab hominibus, tũc uberior ab illo ſolet iſtis benedictio dari, pp quos ipſe benedicitur. Nã q benedixerit, inqt, debitorẽ ipm facit maioris benedictionis, au-

thorq; fuit Sẽ maioris retributionis: qa deus pp Sẽ D benedicitur. Sicut. n. quando benedicitur pp nos, multum id nobis cõciliat fauoris: ita & cõtrà, quãdo pp nos alii illũ blaſphemãt, maior hinc noſtra fit codemnatio. Quocirca obſecro, demus opam, ut ita uiuamus, & tantę uirtutis ſpecimen adhibeamus quò oẽs q nos uiderint, benedictionis laudes afferant domino deo. Nã quia bonus & miſericors ẽ, per nos uult glorificari: nõ qd ipſi aliqd ad ſuã gloriam accedat (nullius rei indigus eſt), ſed ut occaſiones ipſi pbeamus, ut maiorẽ nobis gratiã impartiatur. Benedictus domin⁹ deus Sẽ, & erit Chanaan ſeruus illius. Attẽde hic, qũo paternã pœnam profert, quæ tamen emẽdatio potius erat, q̃ pœna. Pater. n. erat, & clemens pater neq; iuſtam pœnam uoleb at iducere, ſed ita ut diu malitię obeẽt, ideo ait: in ſeruitutẽ te cõdẽno, ut iugẽ & indelebilẽ habeas facti memoriã. *Dilatare deus Iapeto, & habitet in tabernaculis Sẽ, & ſiat Chanaan ſeruus illius.* Iterũ hæc quoq; maxima benedictio eſt, fortè latentẽ aliquẽ habẽs theſaurum. Dilatare, inquit, deus Iapeto. Nõ E aberrabit qs, ſi dixerit benedictionis iuſti prophetias eſſe. Nã ſi pater Noe non ſimplr, neq; fruſtra uocabulũ indidit Noe, ſed uaticinatus eſt per nomen futurũ diluuiũ: multo magis iuſtus ille nõ ſimplr, neq; fruſtra benedictiones protulit. Opinor. n. qd benedicendo hos duos, duorum populorum uocationẽ ſignificare uoluerit: & per Sem quidem Iudæos, ex illo. n. ; & Abrahã, & Iudæorũ genus multiplicatũ eſt: per Iaphet autẽ gẽtium uocationem. Vide autẽ, qd & benedictio hanc pnunciet. Dilatare. n. inquit, deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. Hoc in gentibus adimpletũ uidemus. Dicẽdo enim, Dilatare, oẽs gentes ſignificauit. Sed dicẽdo, Habitet in tabernaculis Sẽ: qa gentes frui cœperũt iis quę Iudęis parata: & erit Chanaã ſeruus eius. Vidiſti quales & ii gratitudinis acceperũt mercẽdes, & quãta ille pp temeritatẽ & impudentiã ignomi nia punitus eſt? Sint hæc perpetuò in noſtra mẽte ſcripta, ut horũ æmulatores & imitatores fieri poſsi
F m⁹ huiⁿ aũt excellentẽ temeritatã, & nequã uolũtatem fugiamus. *Et uixit*, inquit, *Noe poſt diluuiũ annos trecentos quinquaginta, & fuerunt oẽs dies Noe, nõ gẽti quinquaginta anni, et mortuus eſt.* Neque hoc putes abſq; cã aſsignaſſe ſcripturam, ſed uide & hoc loco iuſti continentiã. Quia cũ tãta frueretur ubertate & proſperitate, ſuperuiueretq; tanto annorum numero poſt egreſſum ab arca, noluit ultrà indulgere puerorũ procreationi. Nõ. n. cõmemorat ſcriptura illũ alios pter tres iſtos habuiſſe pueros. Hic iterũ cogita magnã ſalacitatem Chã, quia neq; patrẽ uidens tãtæ cõtinentię, caſtior ipſe factus eſt, ſed oia diuerſo modo q̃ pater agebat. Proinde omne ſuũ genus in ſeruitutẽ cõdemnatum eſt, ut malę uolũ CAP. X. tatis frenũ habeat. Deinde hic narrat ſcriptura eos q ex filijs nati ſunt, & inqt: *Chã aũt genuit Chus. Et iterũ Chus genuit Nemroth, qui cœpit eſſe gigas ſup terrã.* Hic fuit gigas uenator corã domino. Quidã dicũt hic, corã domino, id ẽ aduerſarius deo: ego aũt nõ puto ſcripturã hoc ſinuare, ſed qđ robuſtus qs fuerit & uirilis. Et qd dicit corã domino: hoc eſt, a domino cõſtitut⁹, eo qd acceperat aliquã ab illo diuinã exiſtimationẽ: uel qd deus per hũc eſſet in admiratione habẽdus, qd talẽ produxiſſet, & ſuper terrã monſtraſſet. Sed hic iterũ proauũ ſuũ imitatus, &

G abusus naturę priuilegiis,aliũ seruitutis modũ adinuenit,& princeps atq; rex fieri attentauit. Rex.n. nõdũ erat,cũ nõdũ esset subditi. Ista aũt magis uidebatur esse libertas. Seruitus aũt grauissima est in ordine libertatis, pstim si liberis imperetur. Et uide habendi auiditatẽ q̃ faciat. Vide corporis robur nõ manẽs intra suos limites, & glię appetẽtẽ naturam. Non.n.ut defenderet illos, imperabat: sed & ciuitates ędificabat, ut imperaret bellatorib. *Inde.n.* inquit, *ex terra illa exiuit Assur, et ędificauit Ninive.* Animaduerte hic quoque, quòd nihil offendit natura nostrã progenitorũ malitia. Hi.n. Niniuitas dico, misericordiã dei pnia sibi conciliarunt, reuocata illius sententia. Hi quidẽ inter primos progenitores habuerũt Chã parricidã, deinde Nemrod hominẽ tyrannũ peruicacẽ, nepotẽ quoq; Assur. Dicũ tur aũt certè & alii fuisse inter illos molles & delicati, & dissolutam & corruptam agentes uitã, ebrietati & risui, & subsannationibus, & scõmatis dediti.

H Sed qa manifestã præ se tulerunt pniam, nihil ipsis obfuit progenitorũ malitia, sed tãtũ sibi cœlestis fauoris conciliarũt, ut usq; nunc celebretur præclara eorũ pnia. Proinde illos & nos imitemur, & cũ sciamus quòd neq; parentũ malitia nos offendit, si uoluerimus resipiscere: neq; parentum uirtus nobis proderit, si fuerim⁹ negligẽtes: magnũ itaq; nobis sit studiũ uirtutis, ut gratã uoluntatẽ ostendamus, quò eandẽ cũ Sem & Iaphet consequamur benedictionẽ: & ut à maledictione & seruitute, quã Chanaã accepit, liberemur: & ne sim⁹ serui peccati, sed uerã possidentes libertatẽ, ineffabilia bona adipiscamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu xpi, cui cũ patre & spũ sancto sit glia, imperium, & honor, nunc & semper, & in secula sclorum, Amen.

Ma.12.et Luc.11.d

Homilia tricesima.

Cce tandẽ ad finem sanctę quadragesimæ uenim⁹, & ieiunii nauigationẽ pfecimus, appulimusq;, dei gratia, in portũ. Verũ non ideo negligẽtes simus, sed hac de causa iterũ maius studium, maiorem diligentiã, maioremq; uigilãtiã exhibeamus. Nã & naucleri cũ per multa maria trã sierint, & plenis uelis, oneratisq; merciby in portũ ingressuri sunt, tunc maximã curã & solicitudinẽ gerunt ne in scopulũ uel petrã quãdã impingant, q̃ oẽs priores labores simul disperdat. Et cursores quoq; ita faciũt: cũ.n.ad finem stadiorũ peruenĩut, uehementiorem seruant cursum, ut metã attingãt, & præmia mereantur. Athletæ quoq; post plurima certamina, & uictorias, cũ pro corona certandum est, maiori nisu oia faciunt, ut coronati abeãt. Itaq; quẽadmodũ naucleri, & cursores, & athletę, ubi ad finẽ ueniunt, magis enituntur & uigilant, eodẽ modo & nos facere oportet. Quia in magnã hanc hebdomadam peruenimus dei gratia, nũc maximè & ieiunii cursus intẽdẽdus, & magis cõtinuãdę sunt preces, faciendaq; diligens & pura peccatorũ cõfessio, & in bonis operibus sedulitas, eleemosyna larga, æqtas, mansuetudo, aliæq; uirtutes: ut talibus ornati uirtutibus, ubi in diem dominicũ uenerim⁹ domini liberalitate fruamur. Magnã aũt uocamus hebdomadã, nõ qd plures horæ in ea sint, neq; qd plures dies habeat. Est.n. idẽ numerus in hac aliisq; oibus. Quare ergo illã uocamus magnã? quia magna q̃dam & ineffabilia bona contigerunt nobis in illa. In illa.n. solutum est bellũ diutinum, extincta mors, maledictio interempta, diaboli tyrannis dissoluta, uasa eius direpta. Deus hominibus reconciliatus est, cœlũ penetrabile factũ, angeli hominibus cõiuncta sunt, sepes subl ata, senestra remota. Deus pacis pacifica fecit oia, q̃ in cœlis, & q̃ i terris. Et hac de cã magnã hebdomadã uocamus. Quia tantã nobis donorũ multitudinẽ in illa largitus est dominus. Et idcirco fideles & ieiuniũ intẽdũt, & uigilas, & pnoctationes sacras, & eleemosynas faciũt, ut hebdomadę huic honorẽ habeãt. Nã si dominus talia bona in illa nobis donauit, qũo nõ & nos debemus quãtũ possum⁹, reuerentiã, & honorẽ ostendere? Enimuero & reges ipsi declarãt q̃ uenerabiles illos dies habeant, mãdantes, ut oibus sint inducię & feriæ, q̃ ciuilibus fungũtur negociis, claudẽdo fores iudiciorũ, & auferendo oẽs litium & contentionũ species, quò magna tranquillitate ac quiete liceat ad spiritualia rẽcte pficienda festinare. Et nõ hoc solũ, sed & aliam liberalitatẽ ostendunt. Habitantes.n. in carceribus à uinculis soluũt, & pro humano uirili dominum suũ imitantur. Quia sicut ipse grauĩ nos peccatorũ carcere exoluit, & innumeris bonis frui fecit: eodẽ modo & nobis faciẽdũ est, ut simus imitatores misericordię domini dei nostri. Vidistis qũo singuli reuerentiam & honorẽ exhibeamus diebus iis, qui nobis tot bonorũ sunt authores? Proide rogo tũc, si unquã aliãs, ut repulsis uanis cogitationibus, & mente purgata ac uigili assimus. Nullus ecclesiam ingressus seculares curas aduocet, ut digna laborũ mercede recepta, iterũ donũ proficisci liceat. Age igitur cõsuetã uobis mẽsam iterũ proponamus, & uestrã charitatẽ refocillemus, prolaturi i mediũ q̃ lecta sunt ex beato Mose, & indicaturi diuinę scripturæ diligẽtiã. Nã postquã historiæ de beato Noe finẽ imposuit, genealogiã cõsequẽter à Sem exordi tur, & dicit: *Et Sẽ nati sunt duo filij, nomen uni Phalek: quia in diebus illius diuisa est terra.* Considera qũo signi nõ multo post futuri pscientiã, uocabulo nati pueri indidit, ut cũ uideris rẽ opere adimpletã, nõ ultra mireris, uidens diuinitus hoc pueri noie pdictum. Nã postquam catalogum eorum fecit q̃ postea nati sunt, inqt: *Et erat omnis terra labium unum & uox una omnibus.* Nõ de terra loquẽs, sed de hominum genere, ut nos doceat unã linguã oĩ hoium fuisse naturæ. Et erat oĩs terra labium unum, & uox una oibus. Labium unũ sermonẽ dicit, & idipsum iterum per uocẽ, significans oẽs usos eadẽ uoce & lingua. Et qđ de loquela dictũ sit, & fuerit omnis terra labium unum, audi scripturam alio loco dicentem: Venenum aspidum sub labiis eorum. Ita so let scriptura labiorũ noie loquelam appellare. *Et factum est cũ mouerent illi ab Oriente, inuenerunt campũ in terra Sennaar, & habitauerunt illic.* Vide qũo humanum genus non potest subsistere intra suos limites, sed amplius cõcupiscẽs, maiora supra se appetit. Atq; hoc est qđ humanum genus potissimũ perdit: quia non uult naturæ suę mensurã agnoscere, sed semper maiora desiderat, & q̃ supra suã sunt dignitatem uotis concipit. Hinc & qui ad mundana respiciunt opera, si quãdo multo abũdauerint auro, & potentes fuerint, quasi obliti suę naturę, in tantũ se fastigium efferri uolunt, ut usq; in profundũ ipsum deducãtur. Et hoc uidemus quotidie cõtingere, quanuis nec hac ratione emendatiores eua-

dant

Ioã.3.b

Pſ.13.b 66 139.a

A dant alij. Et si ad paruũ tẽpus corripiantur, subitò tamẽ omniũ obliti, iterũ eandẽ uadũt uiã, & in eadem pręcipitia deferuntur: id quod & nũc uidere licet apud illos factum. Et factum est cũ mouerẽt illi ab Oriente, inuenerunt campũ in terra Sennaar, & habitauerũt illic. Vide qũo paulatim docet nos lubricã illorum uoluntatẽ, Quoniam uiderunt, inquit, campum, migrantes, & relicto priori loco illic habitauerũt. Deide dicit: *Dixit homo proximo suo, ueni te cõficiamus lateres, et coquamus eos igni. Et facti sunt illis lateres in lapidẽ, et bitumen erat illis cœmũ. Et dixerũt: Venite ędificemus nobis ciuitatẽ, et turrĩ, cuius caput erit usq; in cœlũ. Et faciem⁹ nobis ipsis nomẽ, priusquã dispergamur super omnem terrã.* Vide quomodo abutuntur uocis æqualitate, & quomodo uanũ uiuendi consiliũ sit multorũ malorũ occasio. Venite, inqt, faciamus lateres in lapidem, & bitumẽ in cœnum. Vide quãta

Pſ.216.a

securitate uolunt ędificare, nescientes qđ nisi dom⁹ ædificauerit domũ, frustra laborãt q̃ edificãt. Et ędificabimus, inqt, nobis ciuitatẽ: non deo, sed nobis ipsis. Vide oro quã inualuit malitia, habẽtes

B adhuc recẽtẽ memoriã generalis i diluuio interit⁹, intantã inciderunt insaniã. Et ędificabimus, inqt, nobis ciuitatẽ, & turrim, cuius caput erit usq; in cœlum. Nomine cœli, audacem illorum temeritatẽ p hyperbolẽ docet. Et faciam⁹, inqt, nobis ipsis nomẽ. Vidisti radicẽ mali? ut, inqt, perpetuam memoriam cõsequamur, ut nostri ppetuò memores sint posteri: tale erit nostrũ opus, ut unquã obliuioni tradatur. Et hoc faciem⁹ priusquã dispgamur sup faciẽ omnis terræ. Adhuc, inquit, congregati, glią nostrã operemur, ut posteritati ppetuum nomẽ relinquamus. Sunt multi etiam hodie q illos imitãtur, & talibus opib. celebrari uolunt. Alij splendidas domus ædificãt, & lauacra, & porticus, & deãbulacra: quorũ si aliquẽ rogaueris ẽre ita laboret, tã miser sit, tã tõsquẽ pecuniarũ faciat sumpt⁹, eòsq; inutiles: nihil aliud audies, quã hęc uerba, ut imortalẽ seruet memoriã, & audiat quòd illius est hęc dom⁹, hic ager. Sed hoc nõ est tam laudem, quã crimẽ sibi pârere. Nam statim ad hęc subiungentur plurimarũ cõtumeliarũ uerba: Domus hęc huius ẽ, hui⁹ auari, hui⁹

C rapacis, hui⁹ uiduarũ & orphanorũ spoliatoris. Igitur hoc nõ est memoriã assequi, sed ppetuis obijci criminibus, & etiã post mortẽ infamari, & spectatorum linguas acuere in blasphemiã & accusationẽ eius qui illã possidet. Quòd si omnino æternã memoriã amas, ego tibi uiã mõstrabo: qua poteris sẽ per celebrari, dabitq; tibi fiduciã in futuro seculo. Hoc pacto igitur poteris & cõmemorari, & celebrari quotidie, encomiscq; euehi & post hãc uitã, si has pecunias in manus ĩopũ dispẽses, relictis lapidib⁹, & splẽdidis ędificiis, & uillis, & balneis. Hęc memoria imortalis, hęc memoria à sarcina peccatorũ alleuiat, hęc multam tibi fiduciã apud deũ cõciliat. Cogita obsecro & hæc uerba, quę singuli dicturi sunt: Hunc misericordẽ & benignũ, hunc mãsuetũ,

Pſ.111.b

hunc suauẽ, hunc tam largum dispensatorẽ. Dispersit enim, inquit, dedit paupibus, iustitia eius manet in seculũ. Pecuniarũ ita dispersę diuitiæ expendẽtẽ non relinquunt, sed expectant: retentę aũt, simulq; incluse, etiam se seruantem secum pdunt. Dispersit enim, inquit & dedit pauperib. Sed audi quod sequtur: Iustitia eius manet i seculũ. Vno die diuitias dispersit, & iustitia eius manet in seculũ, & memoriã

fecit immortalem. Vidisti memoriã, quę se in omne D seculum extẽdit? vidisti memoriã magnis & ineffabilibus plenã bonis? Tali ędificio nostri memoriã relinquere studeamus. Nã lapidibus ędificasse non solũ nihil nobis prodesse poterit, sed nos cõtinuò & clara uoce ĩfamabit. Et nos hic abim⁹, deserẽtes peccata unde hęc parta, & ędificia hic relinqm⁹: qn nec frigidã & inutilem memoriã consequimur, sed potiby probris deturpamur, nomẽq; stati trãsit ad alterũ. Etenim sic res habent, ut ab hoc ad aliũ trãseant, & ab illo iterum in aliũ. Et hodie qdem domus dicebatur huius, cras uel alio die & mox dicetur alterius. Interim spõte nosipsos decipim⁹, putãtes nos dominiũ quoddam possidere, nescientes qđ solũ usũ fruimur, & siue uelimus, siue nolim⁹, aliis cõcedemus: & iam prętereo quòd iis etiã qbus nõ

Acto.9.f

fauemus. Omnino tamen si memoriã concupiscis, & hoc tantũ studiũ est: audi quomodo uiduæ memores sunt Tabithę, & quomodo circunstãt Petrũ flentes, & demonstrãtes togas & uestes, ąs faciebat illis, cũ adhuc supereesset Dorcas. Vidisti dom⁹ aiatas, uocẽ emittentes, & tantę uirtutis, ut à morte ad E uitã reuocare queãt? Nã postquã circunsteterũt Petrum, calidas lachrymas profundẽtes, cibúmq; & qbus opus habebãt quęrẽtes, Petrus eiectis oibus, & positis pedib. orauit: & cũ excitasset illã, uocauit sanctos & uiduas, & assignauit istis uiuã. Si memoriã queris, si veram gloriam amas, hanc imitare, tales domus extrue, noli sumpt⁹ tuos inanimatis impendere, sed cum illis q eiusdem sunt generis miseri cordiã facito. Hæc laude digna ẽ memoria hoc magnũ lucrũ affert. Cęterũ ad institutionẽ redeamus, & videamus illorum uirorũ, qui tũc erãt, audaciã. Illorũ.n. affectiones, nostræ, si sapere uoluerimus, emendationi seruiunt. *Et ędificemus,* inqt, *nobis ciuitatẽ, et turrim, cuius caput erit usque in cœlũ. Et faciamus no bisipsis nomen, priusquã dispergamur super terram.* Vide quomodo superbiam mentis illorũ ostẽdit. Et ędificemus, inquit, nobis ciuitatẽ. Et iterũ: Faciam⁹ no bisipsis nomen. Etiam post diluuiũ; & generalem omniũ interritũ non minoribus malis occupãtur. Quid ergo fiet? qũo ab insania sua reprimentur? Pollicitus est deus se nõ ultrà facturum diluuiũ, ni F mirum misericordię suæ consuetudinẽ seruãs. Illi autem neque pœnis emẽdatiores facti sunt, neq; beneficiis meliores. Audi quę sequũtur, ut discas inefabilis misericordię dei magnitudinẽ. *Et descendit,* inqt, *dominus deus, ut uideret ciuitatẽ et turrim, quã ędificabãt filii hominũ.* Vide qũo humano more scriptura loquitur. Et descendit, inquit, dominus, nõ ut humano modo itelligamus, sed ut p hoc erudiamur, nunquã temerè fratres cõdemnandos, neq; auditu solo iudicandũ, nisi pluribus argumẽtis pri⁹ certi reddamur. Omnia.n. à deo ideo fiunt, & ab hoc tãta ad eruditẽdũ humanũ genus utitur sermonis attemperatione. Descẽdit, inquit, domin⁹ de⁹ ut uideret ciuitatẽ & turrim. Vide qũo nõ statim ab initio illorũ reprimit isaniã, sed loganimi lenitate utitur, & expectat, donec malitiã suã ope declarẽt, & tunc conatus eorũ impedit. Ne.n.qs dicere posit, noluit se qdẽ illos, sed quę decreuerãt, ope non cœpisse, pstolatur donec aio destinatũ op⁹ aggrediãtur: & tũc mõstrat eis q̃ inutilia attẽtarint. Descẽdit, inqt domin⁹ de⁹, ut uideret ciuitatẽ ac turrĩ eorũ. Vide misericordię excellẽtiã, pmisit illos laboribus sese as-

G fligere,ut rerum experientia,ꝑceptoris loco illis esset.Et quoniam uidit malitiã inualescere,& morbũ increscere,non usque ad finem permittit,sed suã declarat bonitatẽ:quemadmodũ medicus bonꝰ.ui dens morbũ augeri,& ulcus incurabile fieri,statim sectione utitur,ut omnẽ morbi causam aboleat.Di xit,inqt, *dominus deus,ecce genus unũ, & labium unum omniũ:hoc est uox una et lingua una,Et hoc cœperũt facere, & nũc nõ ceſsabunt ab iis quæ decreuerũt facere.* Attende domini misericordiam.Quoniã conatus illorũ im pediturus erat,primùm cũ illis expostulat, & quasi ostẽdit peccati eorum magnitudinẽ, & ingratitudi nis excellẽtiã,& quòd abusi sũt linguę & uocis uni tate. Ecce enim,inqt, genus unum & labiũ unum omnium.Et hoc cœperunt facere, & nunc nõ cessa bũt ab iis quę decreuerũt facere . Hic enim dei mos est,ut puniturus priꝰ indicet quã magna sint pecca ta,& quasi expostulãs etiam ipse satisfacit nobis,ac tunc tandẽ corripere incipiat . Nã & cum terribile illud diluuiũ interminaretur,dicit scriptura:Vt aũt uidit deus,quod multiplicatę sunt malitię hoium, H & unusqsq; cogitat in corde suo diligenter i mala a iuuentute . Vidisti quo prius monstrauit malitiæ eorum excellentiã:& postea dicit,Delebo hominẽ: ita & nunc,Ecce genus unum , & labiũ unũ oium, & hoc cœperũt facere.Si in tanta cõcordia,& liguę unitate in tantã incider t insaniã:ubi tps processerit,quomodo non detoriora attentabũt?Non cessa bunt enim ab his quæ decreuerũt ut faciã nihil eo rũ impetũ & ardorẽ morari poterit,sed omnia quæ statuerũt secũ,studebunt perficere, ni statim pro at tẽtatis pœnã luant. Id quo que inueniet aliqs & de protoplasto dici : Electurus.n.illũ deus à paradisi i colatu:age,inqt,quis annunciauit tibi quòd nudꝰ esses? & iterũ:Ecce Adam factus est, q̃si unus ex nobis,ut sciat bonũ & malum,& nũc ne forte extẽdat manũ,& accipiat de ligno uitę & comedat,& uiuat in seculũ.Et emisit illũ dominus de paradiso. Etiã nunc inquit:Ecce genus unũ & labium unũ omnium,& hoc cœperunt facere,& nunc nõ cessabũt ab iis quę decreuerunt facere. *Venite & cùm descenderimus,confundamus illorũ linguas,ut ne audiat unusquisque uocẽ proximi.* Vide iterũ uerborum humilitatem. Ve I nite.inquit,& cùm descẽderimus:qd uolũt sibi uer ba hęc? Opũsne habet coopatiõe dominus ad cor rectionẽ,& subsidio ad illorũ destructionẽ? Absit. Sed sicut iam dixit scriptura,Descẽdit dominus:do cẽs nos per hoc quòd euidẽter malitiæ illorũ,uidit excellẽtiã:ita & hic dicit,Venite & cùm descenderi mus.Dictum ceu ad honore pares.Venite inquit,& cùm descẽderimus,cõfundamus illorũ linguas , ut ne audiat unusquisq; uocẽ proximi . Pœna hac q̃si ppetua nota sigillabo illos,quę eos oi seculo comi tabitur,neque huiꝰ ullo tẽpore obliuiscãtur. Nam quia abusi sunt uocis unitate,ideo uocis diuersita te castigare uolo.Sic.n.ubiq; facere cõsueuit dominus.Hoc ab initio & i muliere factũ ẽ . Abutebatur honore cõcesso,unde subiecta ẽ uiro.Et sister Adæ cõtigit:quia.n.ex multa prosperitate,paradisiq; incolatu nihil lucrifecit,sed puaricando pœnę obnoxius est factus ,eiecit eũ ex paradiso, & pœnã ei per petuã iniũxit,dicẽs: Spinas & tribulos germinabit tibi terra.Hi quoque honore pares,& eiusdẽ liguæ, in pœnis abusi,quã grauiter peccarint ex linguarũ uarietate sunt expti.Et confundamus illorũ , iquit, linguas,ut ne audiat unusquisq; uocẽ proximi . Vt K sicut linguę unitas cohabitationẽ fecit,ita liguę di uersitas dispgat. Nam quibus nõ est idem sermo & ligua quomodo cohabitare possunt? Et *dispsit illos,* inqt, *dominus deus ab illo loco super faciẽ uniuersæ terræ, et cessauerũt ædificantes ciuitatẽ & turrim.* Cõsidera do mini misericordiã , in quantã animi hæsitationem impulit.Amẽtibus.n.postea similes fuerunt. Et ille quidẽ imperabat hoc,& alius suppeditabat aliud,i utilisque fuit omnis illorũ conatꝰ : ideo cessauerũt etiam ædificare turrim & ciuitatem. *Et idcirco uocatũ eũ nomen illius cõfusio,quia illic confudit dominus deus labia omnis terræ* Vide quot fiunt,ut memoria hui⁹ sa cti in omnia secula producatur.Primũ linguarũ sit diuisio,imo ãte hoc nominis appellatio. Phalek.n. nomẽ,quod Heber puero iposuit,partitionẽ signi ficat:deinde loci agnominatio : cõfusio.n.uocatus est,idquod Babylõ sonat.Postremũ Heber ipse mã sit,idem seruans idioma quod & antea habebat,ut manifestũ diuisionis huius signũ foret . Vidisti per quot imortalẽ,nullaque obliuione delendã huius facti memoriã seruari uoluerit? Hic.n. pater postea L cogebatur dicere causam tã diuersę uocis.Et puer à patre dicebat i̇re Babylõ à con à cõfusione nomẽ sortita fuerit .nẽpe quod illic dominꝰ deus cõfudit labia uniuersę terrę,& ab illo loco dispsit illos . Nã utrunq; loci appellatiõe mihi significare uidẽtur,& quòd liguas cõfudit,& inde dispsio orta sit . Audi uistis dilecti,unde dispsionis uarietatisque lingua rũ orta sit causa.Fugiamꝰ obsecro,ne hos imitemur: & iis quę nobis deꝰ cõcesserit,ne abutamur:& naturã humanã cõsiderantes, ea cõsultemus quę mortales deceat:& cõsiderata ꝑsentis uitæ fragilitate,qa breue est tps uitæ nostrę,reponamus & thesaurizemus prius fiduciã,operando bona opera.Et non solũ p hos dies seruemus ieiunij seruorẽ, eleemosynę largi tatẽ,precum cõtinẽtiã.Etenim ieiunio ꝑces semper coniunctas esse oportet.Et quòd hoc uerũ sit,audi Christum dicentẽ:Hoc genus dæmoniorũ nõ egre Mat.17.d ditur,nisi in ꝑcatione & ieiunio.Et iterũ de apostolis dicitur.Nam cùm orassent,iquit , & ieiunassent, & Mat. 9.d commendauerunt eos domino, in quem credide- Act.14.d rant.Et iterũ inquit Apostolus:Ne fraudetis inuicẽ M nisi in precatione & ieiunio. Vidisti quo ieiunium 1.Cor.7.d hoc subsidio indigebat? Tũc enim potissimũ ꝑces sobrię sunt,cũ expeditior est mens nostra,neq; grauata,neq; malo delitiarũ onere ꝑssa fuerit . Magna arma sunt ꝑces,magna securitas , magnus thesaurꝰ, magnus portus, i deprędabile prędiũ modo sobrij & undequaque mẽte nostra collecta, inimicoq; no strę salutis nullo aditu pmisso, dominũ adeamus. Scit.n.hostis noster,quod ꝑ tps illud possimꝰ de iis quę ad nostrã salutẽ attinet,loq,& peccata cõfiteri, & uulnera medico ostẽdere,& sanitatẽ cõseq : ideo maximè obsistit,oiaq; facit & tractat,ut nos supplã tet, negligentesq; faciat. Proide sobrij simꝰ obsecro, & sciẽtes illius insidias,maximè tpe isto operã demꝰ, ut illi quasi ꝑsentem illũ,& ante oculos stantẽ uidẽ tes,obluctemur: & cogitationẽ omnẽ,quę nos iter turbare possit,repellamꝰ:totuq; nitamur & loq̃mur, ut non solũ uerba,sed & mens uerborũ comes deũ accedant. Nam si lingua qdẽ proferat uerba,mens autẽ foris sit,sua tractans negocia,& imaginãs quę in foro agãtur,nulla nobis utilitas ẽ , fortasis autẽ & maior cõdemnatio.Enimuero si cũ homines ac-

A cẽdimus,tãto studio nostri curã agimus , ut propè stantes sępenumero non uideamus,sed colligimus mẽtẽ & ad eũ solũ spectamus quẽ accedimus: quã to magis apud deũ idẽ facere cõtinuò & iugiter ꝑ cibus insistere congruit? Propter hoc & Paulus scri Lu. 21.g bens dicebat:Orantes in oi tpe , orate & in spiritu: non lingua tantũ,& cũ perpetua , inquit,uigilãtia, sed & in spiritu.Spirituales.n.inquit, sint uestræ pe titiones,sobria sit ratio,& ijs q̃ dicuntur mens intẽ dat. Talia petite qualia à deo petere cõueuit , ut & petita obtineatis.Et in illud incũbentes,& toti ex pergefacti,sobrii,& mente soliciti,nõ oscitantes, & ut somniculosorũ mos,est uos fricantes, & hinc & ide mẽtẽ uertẽtes sed magno timore et tremore sa lutẽ uestrã operemini . Beatus.n.qui pp reuerentiã metuit oia.Magnum bonum sunt preces.Nã si ho mini quis loquatur uirtute ꝑdito,nõ paruum inde fructũ percipiet.Quantis ergo bonis fruetur is,cui cũ deo colloquium fuerit? Oratio.n.colloquiũ est Pſ.103.d cum deo.Quod ut scias , audi prophetã dicentem: B lucundũ sit deo eloquiũ meũ:hoc est,sermo meus appareat deo. An nõ ꝑstare potest priusquam peta mus? Verùm pp hoc differt & expectat, ut occasio nem accipiat, qua iustè nos sua cura dignos faciat. Siue autẽ consequamur qd petimus , siue non con sequamur,perseueremus semper in oratione.Et nõ solũ gratias agamus si cõsequamur,sed ẽt si repul sam pasi fuerimus.Nam cũ deus aliqd nobis dene gat,nõ minus est q̃ si concessisset.Nescimus.n.nos, q nobis cõducãt, sicut ipse nouit.Itaq; siue uoti cõ potes siue ipotes sim⁹, gratias agere debem⁹.Et qd miraris,si nos nescimus quid nobis prosit?Paulus talis & tãtus, q ineffabilia illa consecutus fuit igno rabat & q̃ nõ expediebant precabatur . Nã qa uide bat se tot molestijs cingi, ac circũdari crebris tenta tionibus , orabat ut ab eis liberaretur:& nõ semel, 2.Co.12.b neq; iteru,sed & sæpius . Tertiò.n.inqt : dominum rogaui.Tertiò aũt,uocauit sæpe,& non uulgariter. Videamus qũo affectus fuerit . Nũ grauatim tulit? num segnior fuit? nũ languescebat? Non. Sed qd in quit? Dixit sufficit tibi gratia mea . Virtus.n mea in infirmitate perficitur . Non solũ non liberauit illũ 2.Co.12.c præsentibus malis , sed in ipsis perseuerare pmisit. C Vnde autẽ manifestũ quòd nõ tulit grauiter? Audi ipsum qui dicit, postquã didicit probari domino: Volupẽ igitur gloriabor in infirmitatib.meis.Non solũ,inquit,postea liberari non requiro,sed & ma gna uoluptate gloriabor i illis. Vidisti gratã aiam? Vidisti eius in deũ amorẽ? Audi etiã dicentẽ.Quid Rom. 8.c enim precemur ut oportet,nescimus . Impossibile, inqt, ẽ,cũ nos hoies simus,id certò scire. Relinquẽ dũ ergo hoc est oium conditori, sumẽdaq; sunt cũ gaudio & uoluptate quæcũq; ipse uoluerit:nec spe standum ad speciẽ eorũ q̃ fiunt , sed quid acceptũ sit domino. Magis.n.scit qd nobis prosit , quã ipsi nos.Ipse nouit quo salus nostra paranda.Nostrum ergo sit opus,continuis insistere precibus , & non ægreferre si differatur qd petimus,sed loganimes es se.Neq;.n.renuens preces nostras differt: sed hac ar te sedulos nos efficiẽs,ad semetipm attrahere uult. Nã & pater.quãuis benignus , cũ à puero rogatur, abnuit,quasi non uolẽs dare:nõ ut neget,sed ut ar dentius petat, & sibi magis concilietur.Hęc itaq; le gẽtes,nõ desperemus, nõ deficiẽtes accedamus ad eũ,& preces dicamus. Equidem cum crudelem & D inhumanũ illum iudicem, qui neq; deũ timebat, neq; hoies reuerebatur , mulieris sedulitas coegit, Luc.18.a & prouocauit , ut sibi succurreret : quanto magis nos si uoluerimus illã imitari muliere,ad opitulã dũ nobis prouocabimus mãsuetũ & misericordẽ nostrũ dominũ, cõpatientẽ,& ad saluãdũ nos oc currẽtẽ? Discamus ergo ut ipsi à precibus auelli ne queamus,sed ppetuò incũbamus illis, tã die q̃ no ctu:& magis noctu,quãdo nullus interturbat,quã do magna cogitationũ trãquillitas, quãdo absunt turbuletię,quãdo nullus est q ab accessu prohibet & abducit, quãdo coacta mẽs oia diligẽter referre potest aiarum medico. Cũ.n.beatus Dauid,rex si mul ac propheta,tãtis implicitus negocijs, purpu- Pſ. 118.b ra & diademate amictus,dicat:Media nocte surge bã ad cõfitẽdũ tibi sup iudicia iustitię tuę:qd nos dicemus,q priuatã & ociosam uitã agimus, neq; ea dem q̃ ille facimus? Nam cũ in die multis circunda retur curis,negociis,& tumultibus,nec tps inuenie bat aptũ suo ad deũ accessui:relaxatiõis tps, quod alii somni tps faciunt,in mollibus stratis reccum bentes,& hinc & inde se uersantes , rex tantis uin- E ctus curis,accedẽdi ad deum tps faciebat , seorsim deo loquẽs.Et syncerę intẽtæq; precationi deditus perficiebat quæcũq; uolebat, & orationib.suis bel la instruebat,triũphosq; statuens,uictoriã uictorię copulabat.Habuit.n.inuicta arma,supera.s.præsi dia,quę non solũ ad humana bella cõficienda suf ficiũt , sed etiã ad dæmonũ cohortes peruincẽdas. Igitur & nos hunc imitemur priuati & idiotę regẽ, ociosam & quietam uitã agẽtes, eũ qui in purpura & diademate monachorũ uitam transcendit.Audi enim eum iterũ alibi dicentem: Factæ sunt mihi la chrymę meę panes die ac nocte. Vidisti aiam in cõ Pſa.41.a tinua compunctione? Alimonia mea , inquit,panis meus,cibus meus,conuiuium meũ, non erant alia Pſal. 6.f quã lachrymæ tam die q̃ nocte.Et iterũ: Laborau in gemitu meo , lauabo per singulas noctes lectũ meũ.Quid dicem⁹, uel quid respondebimus , neq; eã compunctionẽ declarare uolentes , quã rex tot obseptus negociis egit? Quidnã,dic oro,oculis illis formosius,ppetuo lachrymarũ imbre , & ijsi mar garitarũ decore ornatis? Vidisti regẽ,q noctibus at que diebus lachrymis precibusq; deditus fuit? Spe cta & doctorẽ orbis in carcere cõpeditum , unà cũ Sila orantẽ tota nocte, neq; dolore,neque uinculis prohiberi:sed eo magis ingentẽ feruidũq; amorem declarare erga dominũ.Paulus.n.inqt,& Silas me dia nocte orantes,laudabãt deum.Dauid in regno Act.16.c & diademate , lachrymis & precibus totam uitam insumebat.Apostolus, qui in tertiũ cœlum raptus, 2.Co.12.a cui arcana sunt reuelata mysteria , media nocte in uinculis preces & laudes offerebat domino. Et rex media nocte expergefactus cõfitebatur. Et aposto li media nocte cõtinẽtes preces et laudes reddebãt Illos imitemur & nos, & precũ cõtinuitate uitã no strã muniamus,& nullũ nobis unquã erit obstacu lũ. Nihil.n. est qd obesse nobis põt, modo sobrii si mus.Num loco & tpe nobis opus est? Ois locus,oẽ tps huic accessui conuenit. Iterũ audi magistrũ or- 1.Ti. 2.b bis dicentẽ:In omni loco leuantes sanctas manus absq; ira & disceptatione:si mentẽ habueris purgã tẽ se ab illicitis affectionibus ẽtsi in foro,ẽtsi in do mo,ẽtsi in uia,etiãsi in carcere,etiamsi in mari ẽt si in diuersorio,etiãsi in officina, & ubi ubi fueris cõ

G stitutus,poteris inuocato deo precũ fieri compos. Quod cũ scim⁹,obsecro ut cũ ieiunio precũ faciamus diligẽtiã, subsidiũ nobis inde parãtes: quò & supernã assecuti gratiã, & p̃sentẽ uitã ita agamus ut deo probetur, & i futuro misericordiã aliquã adipiscamur,gratia & miserationib. domini nostri Iesu xp̃i,cũ quo patri & spiritui sancto sit gl̃ia, imperiũ & honor,nũc & semp,& in sc̃la seculorũ, Amẽ.

Homilia tricesimaprima.

Ngentes uobis habeo gratias, qđ hesternũ
I de oratione sermonẽ tãta uoluptate susce-
pistis,& tãto studio in auditoriũ cõfluitis. Facit.n.hoc etiã nos alacriores, ut spirituale cõuiuium largius uobis proponamus. Quia & agricola siquãdo uidet agrũ seminatũ uirescere & germinare,nihil qđ ad se,attinet,intermittit, quotidie congruã illi⁹ curã agẽs: & die noctuq; cõsiderãs,ne forte qđ labores,suos ledat. Simili modo & ego spiri-
H tualẽ hunc uestrũ florere, & semen hoc in sinibus uestræ mentis utiliter recondi uidẽs, gaudeo & lẽtor,multumq; sum anxius, nõ ignorãs q̃ malignus sit hostis,q uestræ saluti insidiatur. Et quemadmodum piratę,quando uident nauẽ multis mercibus oneratam,& plurimas adducentẽ diuitias:tunc potissimum uariis moliuntur insidiis, ut possint mercibus oibus nauigãtes illos spoliare.ita sanè & diabolus, cũ uiderit spirituales diuitias coaceruatas, alacritatẽ feruidã,mẽtẽ uigilẽ, & quotidie diuitias augeri, cruciatur,& dẽtib. frendet,& q̃si pirata circumit & inumeras excogitat artes,ut si quà uel parum inueniat aditũ, qcqd nobis ẽ spiritualiũ diuturnarũ depdetur. Igitur sobrii simus,obsecro: & quãto magis spũales nostræ facultates crescũt, tãto & uigiliæ nostrę intẽdãtur, ut undequaq; excludam⁹ eius insidias, & gratiã dei uita optima nobis cõciliãtes, superiori loco stemus, q̃ ut illius iacula nocere
I queãt.Mala.n.bestia est,& multiplices machinationes struit. Et quãdo non põt recta nos ad uitia allicere,& suis dolis iescare(nõ.n.cogit, uel uim facit. Abſit,sed decipit tantũ, & quos negligentes uidet supplãtat(quãdo igitur salutẽ nostrã manifestẽ lædere neqt,sæpe p opa carnis q̃ agimus, clãculò esca illata,diuitias nostras auehit oẽs. Quid igitur? Hoc qđ dico, operæpretiũ fuerit manifestius explicare, ut illius cognitis insidiis, damnũ qđ inde nascitur, uitare possimus. Quãdo uidet nos à manifestariis uitiis abhorrere, & fugere intẽperantiã, cõtinentiã uerò amplexari:& iterũ auersari auaritiã, odio habere iniustitiã:ridere & contẽnere delitias, ieiuniis aũt & precibus uacare, ac eleemosynis dare opam: tunc alitũ comminiscitur dolũ, quò pessundet oẽs nostras opes,operaq; nostra faciat inutilia. Nã eos q magna cõstantia machinationes suas uicerũt facit ut bonis opib⁹ inflentur, & ad humanã spectẽt gl̃iam,quò.s.à uera eos gloria faciat excidere. Quippe spũale qđ faciẽs, & humanã respiciens gloriam, mercedẽ suam hic accipit, & iam ultrà deũ nõ habet debitorem. Accepit.n.laudes suas, à quibus ut glorificetur q̃rit,& se priuat illis quas domin⁹ promisit,utpote maioris faciens momentaneã hoium laudem,q̃ dei omnium conditoris:id quod xp̃s de precibus,eleemosynis, & ieiuniis antea docuit, sic
Mat. 6.c dicens:Quando ieiunas,unge caput tuũ,& laua faciem tuam,ut ne uideariſ hominibus ieiunans,sed patri tuo q est in occulto:& pater tuus q uidet in occulto,reddet tibi. Et iterũ: Quando facis eleemosy- K
nã,ne tuba canas,iqt,ante te,sicut hypocritę faciũt *Ibidẽ. a*
in synagogis & plateis,ut uideãtur ab hoib. Amen dico uobis, acceperunt mercedẽ suã. Vidisti qũo, qui hãc inquirit,illã amittit? Qui autem uirtutem ita operatur,ut latere uelit hoies,in die illo terribili in manifesto accipiet à domino retributionẽ. Nã pater tuus,q uidet in occulto, reddet tibi in manifesto. Quasi diceret:Ne cogites,nullus hõ laudabite,& uirtutẽ clã facis:sed hoc cogita, tanta erit domini liberalitas,qđ non sinet hoc clã uel in occulto esse:sed p̃sente oi hominũ genere,ab Adã usq; ad consummationẽ seculi te prędicabit,& coronabit, & retributiones laborũ uirtutis dabit tibi. Qua igitur excusatione digni erimus,& laborẽ uirtutis sustinentes,& pp momentaneam, euanidamq; & uilem hominũ gloriã, æterna illa nosmetipsos priuãtes? Obsecro igitur,ut nos bene muniam⁹, & qđcũ
que spũale op⁹ aggredimur,studeamus in prõptua
riis animi nostri recondere, & facere non ad gratiã L
hominũ, sed ut laudet nos oculus ille qui nunquã dormitat:nõ ut ab hominib.celebremur & laudemur, & ita idigni efficiamur quos domin⁹ laudet. Ambo.n.hęc pnicialia sũt,& saluti nostrę detrimẽtosa,& spirituale aliqd opando ad humanã spectare gl̃iam, & bene aliquid operãdo sublime de se sapere. Idcirco sobrios esse oportet ac uigiles,& conq rere nobis quotidiana ẽ sacris literis pharmaca,ita ut pniciosis affectionib.istis nõ irretiamur. Nã etsi quis innumera bona opa fecerit, uirtutemq; oẽm absoluerit,si tamẽ magnũ qđ de se sentit, maximè oium miserabilis est & miser. Quod nobis manife- *Luc. 18.b*
stũ est ex iis,q̃ pharisęo acciderũt,q ut magna de se sensit,& publicanũ cõtẽpsit,subito deterior factus est publicão,& oẽs uirtutũ diuitias lingua sua effudit:& se nudans exhauriẽsq;, prtulit rarũ & nouum naufragiũ:apprehenso.n.littore oẽs merces suas si M
mul perdidit. Nã si ita accidat aliquid pp preces indignè dictas, perinde est ac siquis in portu naufra- *Ibid.17.b*
gium faciat. Propterea & xp̃s discipulis suis p̃cipiẽs, dicebat: Quando oia feceritis,dicite: serui inutiles sumus. Quo dicto munire eos uult,& q̃ longissimè à preciosis illis affectionibus alienare. Vidistis dilecti,qũo neq; qui humanam gloriã ambit. eius gratia uirtutis agens opera,utilitatẽ aliquã percipit? & quòd qui omnibus uirtutibus prædituſ est,si post bona opera infletur, & magnũ aliquẽ se existimet, nudus oino fiat, & oium uacuus? Fugiamus igitur obsecro,pniciosas illas affectiones, & ad illũ semp uigilẽ oculũ spectem⁹ tãtũ:& nihil quãtũ ad hoc attinet, cõmune habeamus cũ hoibus, neq; ab eis laudari q̃ramus:sed cõtẽti simus dominica laude. *Ioã. 12.b*
Cui⁹ laus,iqt,nõ ex hoib⁹,sed ex deo. Et quò magis uirtutib⁹ locupletamur & crescim⁹, hoc magis modesti sim⁹ & humiliemur. Nã etsi ad summũ uirtutis apicẽ ptigerim⁹,& supputauerim⁹ iusta gratitudie dei i nos beneficia,bene uidebim⁹ qđ nihil obtulerim⁹, adeo multa ille i nos cumulauit. Hinc.noẽs sancti probati fuerunt, & deo accepti. Hoc ut scias,audi doctorẽ orbis, aiam illã q̃ in cœlo uersata fuit,qũo post tot p̃clara opera,'post tantũ de cœ
lo testimoniũ(Vas.n inqt, electionis est mihi hic) *Actor. 9.d*
non obliuiscitur suorũ dilectorum, qũo utrisque manibus,ut aiunt,uersat, & neque eorum memoriã obliterari patitur,de quibus certissimus erat qđ

A per baptismũ fuerant dimissa: sed clamat & dicit: D
1.Co.15.b Minimus sum ap̃lorum, & nõ sum dignus ut uocer ap̃ls.Et postea,ut excellentẽ eius discamus humilitatẽ,addit:Eò qđ persecutus sum eccleſiã dei. Quid agis ô Paule? dominus per misericordiã suam delet & ignouit oia peccata tua, & tu ea adhuc subin de uersas,& memoras? Etiã. Scio.n.dicit,& nõ ignoro qđ ea dominus meus dimiserit: sed dũ mecũ cõsidero q̃ fecerim, & uideo diuinæ misericordiæ pelag⁹: bene disco qđ gratia & misericordia dei sum, qđ sum. Nam cũ dixisset, non sum dignus,q uocer ap̃ls,eò qđ eccleſiam dei sum persecutus: Subdidit, Gratia autem dei sum id qđ sum. Ego quidẽ inqt, tanta ferebar insania. Ineſtabilis autẽ eius bonitas & gratia remissionẽ dedit. Vidisti aiam contritam, & circunferentẽ cõtinuò memoriã p̃torum, quæ ante baptismũ cõmiserat? Illum & nos imitemur, & eorum q̃ post baptismum admisimus, quotidie simus memores,continuò ea in mẽte uersantes,nũ quã permittamus ut ipsorũ obliuiscamur. Hoc.n. frænum sufficiet ad humiliandũ nos, & modestiã
B ingenerandã. Et qđ dico Paulũ tantũ & talem? Vis uidere ẽt eos qui in ueteri lege hinc maximè claruerunt,quòd post innumera bona opera,& indicibilem ad deum fiduciã, humiles fuerunt? Audi qđ dicat patriarcha,post q̃ consuetudinẽ cũ deo habuit, & facta est ei promiſsio: Ego autẽ,inqt,terra sum & cinis. Cæterũ qa in patriarchę mentionẽ incidim⁹, si placet, hodie lecta proponamus charitati uestrę, quò illis explicatis uideamus excellentẽ iusti uirtutem. *Et accepit,inquit, Thara Abrã & Nachor filios suos, & Loth filiũ filij sui, & Sarã nurũ suã, uxorẽ autẽ Abræ filij sui,& eduxit eos ex terra Chaldęorũ,ut proficiſcerentur in terrã Chanaan,& uenerũt usq; ad Charran,& habitauit illic. Et fuerũt oẽs dies Thara in Charran,anni ducenti quinq;,& mortuus est in Charran.* Attẽdamus diligenter obsecro, q̃ sint lecta,ut mentẽ eorũ q̃ in scriptis latent,dephẽdamus. Ecce.n.in principio uidetur esse q̃stio. Nã cùm beatus ille propheta⁹, Moses, inquã,dixit:accepit Thara,Abrã & Nachor,& eduxit ex terra Chaldæorũ,ut proficiſcerentur in terrã
C Chananæorũ :& uenit usq; ad Charran,& habitauit illic. Beatus autẽ Stephanus Iudęos laudans,in
Actor. 7.a quit:Deus gl̃iæ uisus est patri nostro Abrahã⁹, cùm esset in Mesopotamia,priusquã habitaret in Charrã,& illinc postquã mortuus est pater eius,migrare eũ fecit. Quid igitur? diſsidéntne à seipſis diuinæ scripturæ? Abſit:sed ex hoc aiaduertere licet,qđ cũ patriarcha deo acceptus esset,uisus ei deus imperauit ut ide migraret. Qđ ut agnouit Thara pater ei⁹, licèt ifidelis esset,'attamẽ ob amorẽ in filiũ,socius illic peregrinationis esse uoluit. Et ut uenit in Charran,ac illic habitauit aliquandiu,uita hac excesit.
CA.XII. Patriarcha aũt tũc ad imperiũ dei in Chananæam cõcesit. Deniq; nõ antea eũ deus inde euocauit,do nec mortuus est Thara. *Tũc.n illo defuncto, inquit. Et dixit dominus Abrã: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terrã quã mõstrauero tibi. Et faciã te in gentẽ magnã,& benedicã tibi, & magnificabo nomẽ tuũ,& eris benedictus, & benedicã benedicẽtes te,& maledicẽtes te maledicã,& benedicẽtur in te oẽs tribus terræ.* Singla dicta pscrutemur,ut religiosam & piã patriarchæ mentẽ uideamus. Et dixit,inqt,domin⁹ Abrę,Egredere de terra tua,& de cognatiõe tua,& de domo patris tui, & ueni in terrã quã mõſtrauero tibi. Ne p̃teream⁹ obiter dicta,sed aiaduertamus quantũ impii põdus. Egredere,inqt,de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui,& ueni in terrã q̃ mõstrauero tibi. Quasi diceret:Relinq; certa,& oibus cõfessa,& elige magis incerta & nõ apparẽtia. Cõsidera⁹,qũo ab initio exercetur iustus,ut p̃eligat nõ apparentia præ apparẽtibus,& futura pręiis q̃ in manib.sunt. Neq; n.uulgare & partũ alìqd erat id, qđ ei ut faceret p̃cipiebat deus:nẽpe ut terrã relinqueret,quã inhabitarat,tãto tpe,& oẽm cognatiõem, & totã patris domum: iretq; nesciens & ignorãs quorsum. Non.n.dixit ei, in quam regionem transferre eũ uelit, sed mãdato indefinito piũ patriarchã exercuit. Veni.n.inqt, in terrã,quã monstrauero tibi. Cõsidera q̃so dilecte, quantà mentẽ requirebat hoc mandatũ,& q̃ planè nulla uel affectione, uel familiaritate impediri potuit. Nunc.n.quanuis tanta sint religionis incremẽta,multi adeo sunt consuetudini suæ alligati,ut potius multa & si necessitas urgeat, oia ferre uelint,q̃ loca mutare in quib⁹ prius habebant domicilium. Id qđ non solum uulgò fieri uidemus, sed ẽt ãb iis E
qui ẽ medio tumultu fugêre, & monasticã uitã delegerunt: quanto magis uerisimile erat iustũ illum ad hoc mandatũ tardiorem & difficiliorẽ potuisse fieri? Egredere,inqt,& relinque cognatos, & domũ paternã,& ueni in terrã quã mõstrauero tibi. Quę non turbarent uerba ista? neq; locum, neq; regionẽ certam ei designat, sed indefinito p̃cepto mentem explorat iusti. Nã siquis è uulgo fuisset,dixisset utique:Age, iubes relinquam terram quam inhabito, cognationẽ, domum paternam:quare non,imperando ut locũ hunc relinquam, certiorẽ me reddis quantum sit iter? Vnde.n. mihi illud innotesceret, quòd hac quã relinquo uberior & p̃stãtior sit illa? At iustus nihil horumuel dixit,uel cogitauit:sed respiciens ad magnitudinẽ eorum q imperata erant iis q̃ in manib.habebat,incerta p̃ferebat. Quanuis autẽ si nec tam generosum spũm, nec tam philosophicã mentẽ habuisset⁹, utpote eruditã per oia deo parendũ esse:erat tamen ei & aliud ẽt ipsam nõ parF
uum impedimentũ, nempe mors patris. Scitis.n. quòd sæpenumero pp sepulchra cognatorum in illis locis mori deligunt,ubi parẽtes eorũ mortui sepulti sunt. Verisimile igitur erat & iustũ hunc,nisi deũ plurimũ amasset, talia potuisse cogitare. Ecce pater pp suũ in me amorẽ, è domo sua profectus, pristinas consuetudines despexit, & contẽptis oib⁹ hucusq; hic fuit:& quasi diceret,pp me in aliena terra uita defunctus est:ego autẽ nõ daturus sum operam,ut post mortẽ par ei reddam, & relicto cũ cognatione patris sepulchro, hinc abeã? At q nihil horum promptitudinẽ eius remorari potuit: sed oia leuia & facilia ei apparere faciebat su⁹ in deũ amor. Fortasis & illud mẽte tractasset, siquidẽ humanis rationib.res suas moderari uoluisset, In hac ætate, qua nũc ad postremã senectã tẽdo,quorsum abitu rus sum? Nõ fratres mecũ ducẽs, neq; cognatos mecũ habẽs, sed ab optimis q̃busq; amicis seq̃stratus, ut solitari⁹ & pegrinus,in terra aliena uersabor,nescius ubi errãdi finis futurus. Qđ si in medio itinere cõtingat me uita defũgi, q̃ tãtę miserię fuerit utilitas? Quis me sepeliret senẽ, peregrinũ,carentẽ ciuitate, carẽtẽ domo? Fortasis uxor uicino s exorabit ut compassionẽ quandã in me declarẽt, & iusta ex

G mercede & collatione quadã faciet. Quãto satius ut ipse breui qđ supereſt tpe, hic reſidẽs uitã terminẽ, q̃ quòd ſenex hinc & inde uager, & oĩum ſcommatis inceſſar, q̃ neq; in ætate illa quietus uiuã, ſed loca locis mutans nullibi ſubſiſtã? Cæterũ iuſtus ille nihil horum cogitauit, ſed p̃cipienti obedire feſtinauit. Sed forte dixerit quiſpiã: Ad exhortandũ ſufficiebat ei, Veni in terrã quã tibi monſtrauero, & faciam te in gẽtem magnam, & benedicam te. Verũ iſtucipsũ, niſi pius fuiſſet, ſatis erat ad reddẽdũ eum ſegniorem, & ad obedientiam magis cunctabundum. Nam ſi fuiſſet ex magno illo numero, dicere potuiſſet: Quare me pegre proficiſci iubes, & i alienã terrã abducis? Quare ſi me magnũ facere uis, nõ hic magnũ facis? Quare i domo paterna uerſantẽ, tua benedictione nõ dignaris? Qđ ſi contingat priuſq; peruenĩã in locũ quẽ iubes, defatigatum me itineris laborib⁹ perire, & uitã finire q̃ mihi ex promiſſis utilitas? At nihil horũ uel in mentẽ ſuſcipiendũ cenſuit, ſed ſicut uolũtarius ſeruus ad ſolũ
H imperiũ obediuit, nihil curioſe q̃rẽs, nullũq; aliud negotiũ p̃texens: certiſſimus. n. erat, neutiquã mẽdacia eſſe dei promiſſa. Et faciã te in gentẽ magnã, inqt, & benedicũ te, & magnificabo nomen tuũ, & eris benedictus. Magnũ promiſſionis pondus. Faciã te, inqt, in gentẽ magnã, & benedicã te, & magnificabo nomẽ tuũ: non ſolũ genti magnę te præficiam, & nomẽ tuũ extollam: ſed & benedicã te, & eris benedictus. Ne putes dilecte, tautologiã eſſe, & idẽ bis dici, cũ dicitur: Benedicam te, & eris benedictus. Tanta. n. te, inqt, benedictione dignabor, ut illa in oẽ ſeculũ ſit duratura. Eris. n. benedictus, ita ut oẽs ſummi honoris loco habituri ſint, ſi eis cũ Abrã familiaritas cotingat. Vides quõ antea & ab initio ei p̃dicit claritudinẽ, quam illi daturus erat? Faciã te, inqt, in gentẽ magnam, & magnificabo nomen tuũ, & benedicã te, & eris benedictus. Idcirco & Iudęi in patriarcha ſupbientes, uolebãt ſe in eius
Ioan. 8.e. familiã intrudere, & dicebant: Filij Abrahã ſumus. Sed ut diſcant quòd pp malos mores indigni ſunt ea familia & genere, dicit eis xp̃s: Si filii Abrahæ eſ-
I ſetis, opera Abrahę faceretis utiq;. Ioannes quoque, Zachariæ filius, cũ ad Iordanẽ cõfluerent baptiza-
Matt. 3.b ri cupientes, dicebat eis, Progenies uiperarũ, q̃s mõſtrauit uobis ut fugeretis à futura ira? Facite igitur fructũ dignũ pnia, & ne p̃ſumatis dicere: Patrem habemus Abrahã. Dico n. uobis, quòd põt deus ex lapidibus iſtis excitare filios Abrahæ. Vidiſti quõ magnum apud oẽs eius nomen fuerit? ſed ante euẽtum iuſti pietas monſtratur, quõ dictis dei crediderit, & oĩa quæ uidebantur eſſe grauia, magna facilitate ſuſceperit: Et *benedicã*, inqt, *benedicẽtes te, & maledicentes te, maledicã: & benedicentur in te oẽs tribus terræ*. Vide quõ attemperat ſermonẽ deus, & quantæ amicitiæ monſtrat argumẽta. Illos, inqt, amicos faciam, q̃ germanẽ erga te ſunt affecti: & illos inimicos habebo, q̃ erga te diuerſo modo habent: id qđ uix filii patrũ noie faciendũ putarent, ut fiant inimici & amici. Maxima dilectę in patriarchã dei eſt hęc beneuolentia. Illos. n. inqt, benedicam, q̃ benedicunt tibi: & illos maledicã, q̃ maledicunt tibi: & benedicentur in te oẽs trib. terrę. Ecce & alterius liberalitatis argumentũ. Oẽs n. tribus terræ enitentur ut in tuo noie benedicãtur, & res ſuas tua agnominatione honeſtiores faciãt. Audiſtis dilecti, qualia imperauit dominus Chaldæo uetulo, q̃ neq; legem ſciuit, neq; prophetarũ audiuit uaticinia, neq; ullam aliã doctrinã didicit? Vidiſtis quanta p̃cepto-
K rum moles? quõ ad ea perficiẽda ſublimi & iuueni li aio habebat opus? Videte poſthac & patriarchæ gratitudinem ac obedientiam, quõ nobis eam ſcriptura manifeſtet. *Et profectus eſt*, inquit, *Abrã ſicut locutus eſt ei dominus, & iuit cum eo Loth*. Non ſimplr dixit, Et profectus eſt Abram: ſed, ſicut locutus ei dominus, Oia, inquit, fecit, quæ ad p̃ceptum hoc pertinebãt. Dixit, quòd reliquerit oĩa, dimiſerit cognationem & domum. Dixit, quòd iret in terram quã neſciret: & munere ſuo functus eſt. Promiſ rat de⁹ facturũ eum in gentẽ magnam, & benedicturũ: credidit Abram ẽt hoc euenturũ. Sicut locutus eſt ei dominus, ita profectus eſt: id eſt, credidit iis q̃ ſibi à deo ſunt dicta, nihil fluctuans, nihil cedens, ſed firmato aio ita profect⁹ eſt: idcirco & a domino magnã obtinuit gratiã. Et iuit, inqt, & Loth cũ eo. Quare cũ dominus dixerit: Egredere de terra tua, & de
L cognatione tua, & de domo patris tui: hunc aſſumpſit, non fuit inobediẽs domino. Sed fortè qa iuuenis erat, & patris loco ille p̃fectus: & ille ob ſingulare amorẽ, morumq; ſuauitatẽ à iuſto diuelli noluit Et hac de cã Abrã eũ aſſumpſit, & filii loco poſtea habuit, p̃ſertim qđ tã grãdæuus nullũ adhuc habebat filiũ, pp Sarę ſterilitatẽ. Aliter etiã dicere licet: Mores adoleſcẽtis nõ multũ à iuſtitia aberãt. Nã cũ propoſiti ei erãt duo fratres, & ipſe iuſtiori adhęrebat. Quãtæ. n. prudẽtię erat, diiudicare & probare cui patruorũ ſui curã pmittere deberet? Inſup & peregrinationẽ eligere, honeſtatis morũ erat indiciũ. Nã licẽt tandẽ in qbuſdã erraſſe uideatur, quando primis dignitatib⁹ excidit, attamen ueſtigium iuſti ſubſeq; proximè ſtudebat. Atq; ideo iuſt⁹ illũ in ſociũ itineris accepit, & ipſe magna alacritate alienã uitã domeſticę tulit. Porrò ut ſciam⁹ hęc à deo fuiſſe impata patriarchæ, nõ cũ iuuenis eſſet, ſed iã ad ſenectã uergẽti, quãdo pleriq; hoiũn ad pegrinandũ difficiliores ſunt, inqt: *Abrã aũt erat annorũ ſeptuaginta quinq; quãdo exiuit ex Charrã*. Vidiſti quõ nec
M ætas ei fuit obſtaculo, neq; aliud quiddã qđ potuit eum detinere ut domi reſideret: ſed uicit oĩa ipſius in deũ amor. Aia. n. uigilãs & ſobria, cũcta diſſecat impedimenta, totaq; ſit eius qđ amat, & à nullo qđ in medio apparet difficile, remorari ſe patitur: ſed oĩa prgterit, nec ſubſiſtit, priuſq; re deſiderata potiatur. Propterea & iuſtus iſte neq; ſenectute, neq; aliis maiorib. cauſis prohiberi potuit, qu oĩb. diſruptis uiculis, q̃ſi iuuenis & iuueneſcẽs, ac a nullo prohibit⁹, feſtinabat & anhelabat domini p̃ceptũ pficere Neq. n. poſsibile eſt, ut rẽ fortẽ & egregiã qs unq̃ aliter faciat, niſi ãtea aduerſus oĩa q̃ obſiſtere poſsũt, ſe armet & inſtruat. Hoc utiq; clarè ſciẽs & iuſtus ille oĩb. p̃teritis nõ curabat uel cõſuetudinẽ, uel domũ paternã, uel ſepulchrũ, uel ſenectutẽ ipſam: ſed in hoc dũtaxat figebat mentẽ, quõ implere poſſet qđ à domino fuerat impatũ. Licebat hic uidere rẽ multis miraculis plenã, qđ hõ in profundiſſima ſenecta, cũ uxore, ẽt ipſa ętatis prouectę, & multis famulis ſe alio trãsferat, maximè qđ neſcius ubi nã errãdi futurus finis. Qđ ſiqs & illud prudẽter expendat, quantę p illud tps uariũ difficultates erãt. Neq; enim ſicut nũc licebat impauidè uerſari, & tã facilè profectiones ſuſcipere. Nã ſingula loca propriis

A ducibus diſtincta erant, eratq; neceſſe iter agentib⁹ à ducibus ad duces trãſire, & quotidie de regno in regnũ progredi. Erat igitur & hoc non nihil obſtaculi iuſto, niſi tantũ habuiſſet diuina mãdata pficiẽdi deſiderium. Verũ oĩb. illis impedimentis, quaſi araneę tela eſſent, diſruptis, menteq; fide roborata, bene fidẽs dignitati promittẽtis, iter aggreſſus eſt. *Et accepit*, inqt, *Abrã Sarã uxorẽ ſuam, & Loth filiũ fratris ſui, uniuerſamq; ſubſtantiã, quã poſſederant in Charran, & exiuit ut proficiſceretur in terrã Chanaan*. Vide ſcripturę diligentiã, quõ nobis oĩa narrat, ut p oĩa diſcamus iuſti pietatẽ ac religionẽ. Accepit, inquit, uxorẽ ſuã & Loth, uniuerſamq; ſubſtantiã quã poſſederant in Charran. Non ſimplr, dixit: Oĩa quęcunque poſſederãt in Charran: ſed ut diſcamus quòd nihil ex bonis Chaldaicis accipiebat patriarcha, ſed paternis illis oĩbus relictis fratri, exiit, ea ſolum ſecũ ferẽs q̃ & in Charran poſsidebat. Et hoc faciebat, non qđ uſqueadeo illa magnificaret, ſed ut ex facultatib. illis poſſet oĩbus teſtari, quanta dei erga ſe fuiſſet prouidẽtia. Qui. n ex terra Chaldæorũ eũ
B euocauit, & iterũ inde migrare iuſsit, ipſe & ſubſtãtiã illius quotidie augebat, & oẽm moleſtiã auferebat. Itaq; qđ hæc ſecũ ferebat, & per oẽm uiam ſic procedebat, ſpecimẽ erat pię religioſæq; mẽtis. Qui cunq;. n. uidebant, merito cãm requirebãt quare iuſtus ille pegrinus: Dein reſpondẽs ille, qđ iuſſu dei in alienã terram, relictis propriis tranſiret, operib⁹ ſuis docebat & dicebat q̃ pia eſſet iuſti obedientia, & q̃ excellens dei erga illũ cura. *Et exiuit*, inquit, *ut proficiſceretur in terram Chanaan*. Vnde ſciebat, qđ in terra Chananæa futurus eſſet ſuæ peregrinationis exitus? Quanuis p̃ceptum ita cõtinebat: Veni in terram quã monſtrauero tibi: attamen deus ei & hoc ſignificauit, indicãs menti eius terrã, in qua ipſum cõſtituere uolebat. Propterea. n. cũ p̃ciperet ei, inde finitè dicebat: Veni in terrã, quã mõſtrauero tibi, ut nobis iuſti uirtutẽ detegeret. Deinde poſtq̃ ille qđ ſuum erat magna largitate attulit, mox deus ei ſignificauit, in qua terra uellet eũ domicilĩũ habere. Quia. n. eximias iuſti uirtutes pręuidebat, idcirco eũ ex domo euocauit, & neq; fratrem ut accipe-
C ret iuſsit: quoniã uolebat illum doctorẽ fieri, nunc iis quidem oĩbus Paleſtinis, paulo poſt autẽ etiam Aegyptiis. Vidiſti quõ non in natura, ſed in uoluntate mentis noſtræ ſita ſunt, tam q̃ ad uirtutẽ, quã q̃ ad uitia ptinent? Ecce natura qdẽ fratres erãt, uoluntate autẽ non item. Sed ille, licẽt frater ad tãtas uirtutes peruenerat, adhuc errore p̃occupatus fuit: hic autem oĩbus quotidie monſtrabat uirtutis ſuę erga deũ incrementa. *Et uenit*, inqt, *in terrã Chanaan & pertranſiuit Abrã teram in latitudinem eius, uſq; ad locum Sychem, ad quercum excelſam*. Docet nos ſcriptura locũ regionis, in quo nunc iuſtus habitaculũ ſacit. Deinde ut ſciamus quõ ſe illic res habebant, inqt: *Chananæi autẽ tunc inhabitabant terram*. Neq; hoc ſimplr & abſque cauſa beatus Moſes aſsignauit, ſed ut diſcamus ẽt illinc mentem philoſophicam & bene inſtitutam. Quia cũ loca illa p̃occupata eſſent à Chananęis, cogebatur quaſi uagus & pegrinus, & quaſi abiect⁹ & uilis aliqs diuerſari ut fortè obtingebat. Et fortè neq; diuerſoriũ facilè inueniebat: attamẽ neq; ſic ęgreferebat, neq; impatiẽs inter ſeipm dicebat: Quid hoc? Ipſe ego q tãto cũ honore, & tã ta cũ obſeruatione agebã in Charran, nunc ęgor
D ſicut ciuitate carẽs, & pegrinus & aduena obabulare, idq; gratię loco ducere, & qetẽ in uili q̃rere diuerſorio, & neq; hoc inuenire poſſum, ſed in tabernaculis & tugurĩolis uerſari, aliasq; neceſsitas ferre cogit me neceſsitas. Hoccine eſt, qđ dicebat: Veni, & faciã te in gentẽ magnã? Pulchra ſpludia, qd ſuaue poſthac expectãdũ? At nihil tale dicebat iuſtus neq; fluctuabat, ſed integra mẽte & pfecta fide, bene fidẽs dei promiſsis, imoto pſtitit aio, ũde ſtatim & ſupnam conſolationẽ accipere meruit. Verũ ne ſermonẽ producamus longius, hic ſermoni finẽ imponamus, illud unũ orãtes charitatẽ ueſtrã, ut mentẽ iuſti illius imitemini. Etenim abſurdiſsimũ eſſet, quòd iuſtus ille, cùm de terra in terrã uocaretur, tantã præ ſe tulit obedientiã, & neq; ſenectus, neq; alia q̃ enumerauimus p̃pedimẽta, neq; tẽporũ difficultas, neq; ulla alia q̃ remorari ipm poſſe uide bãtur, ad obediendum tardiorẽ eũ facere potuere: ſed oĩbus uinculis ruptis, cucurrit & feſtinauit ſenex, quaſi iuuenis reſumptis uirib⁹, cũ uxore & fratris filio, & famulis, ut perficeret ope qđ ſibi à deo demandatũ erat. Nos aũt q nõ de terra in terrã uo-
E camur, ſed de terra in cœlũ, nõ eandẽ quã ille iuſt⁹ alacritatem obediendo exhibem⁹, ſed frigidas plerũq; & inutiles p̃teximus cãs. Et neq; nos promiſſorũ magnitudo, neq; uiſibiliũ rerum uilitas, neque quòd terrenę ſunt & momẽtaneæ, neq; uocãtis dignitas attrahit: ſed tãtę ſumus negligẽtiæ, ut pferamus momẽtanea ſemp manentib⁹, terrã cœlo: ea q̃ auolant anteq̃ habeãtur, iis q̃ nunq̃ finem accipere poſſunt. Quouſq; n. dic qſo, ita inſanimus in colligendis pecunijs? q̃ rabies cogit quotidie à tam moleſta cõcupiſcentia infeſtari, & nunq̃ ſatiari, ſed deterius habere q̃ ebrij? Nã ſicut illi quãto magis mero ſe diſtẽdunt, tãto magis flagrant ſiti, & caminũ ſuccẽdũt minus tolerabilẽ: ita nimirũ & iſti q ſeſe tyrãnidi auaritiæ ſubiecerũt, nullũ cõcupiſcentiæ finẽ ſciunt: ſed quãto plura aſſluũt, tãto magis flãma creſcit, & camin⁹ ardet ualidi⁹. Nõ uidem⁹ quòd ij q ante nos fuere, quãuis toti⁹ orbis uictores eẽnt, ut ita dicã, nudi & ſolitarij ex hac uita abrepti ſũt? neq; plurib. licuit eis frui, niſi quãtũ rõnes & pœnę pro oĩbus ab eis exigẽtur. Et ſæpenumero inimici F facultates eorũ inter ſe diſtribuerũt: pctã aũt q̃ ex illis cõtracta, ipſi ſolũ ſecũ ferẽtes, abiere, & pro iis magnę indignationis ſupplicia ſuſtinẽtes, conſolatione undiq; deſtituũtur. Quare dic oro, tã negligẽtes ſalutis noſtræ, ita cõſultamus de aia noſtra, q̃ſi aliena eſſet & nõ noſtra? Nõ audis xp̃m dicentem: Quã dabit homo cõmutationẽ aiæ ſuæ? Et iterũ: Quã utilitatem accipit homo, ſi totũ mundum lucrifacit, aiæ aũt ſuæ detrimẽtum patiatur? Num habes qđ pro hac rependatur dignè? Etiã ſi totum orbem dixeris, nihil dices. Quæ. n. utilitas, ſicut dixit xp̃s, totum mundum lucrifacere, animam autẽ detrimentum pati, qua nihil nobis magis familiare? Verũ eam quæ tam pretioſa eſt, cuius tantã curam agere debemus, ut nihil illi p̃ferri debeat, ſic deſpicimus ut quotidie diſcerpatur, & interim ab auaritia expugnetur, aliquãdo à luxuria excorietur, interdum ab ira cõfundatur, & à qbuſuis affectionibus multipariã uexetur: attamẽ ita erga eam affecti ſumus, ut nullã illi⁹ geramus curã. Quis nos poſthac dignabitur uenia, & poſthac ab iminẽte pœna eripiet? Idcirco obſecro, ut cũ tps habem⁹, detergam⁹

Matt. 16. & Mar. 8. d. Ibid. & Luc. 9. d.

Universidad de Deusto Biblioteca

Geius sordes largis eleemosynis, & illis pctā nostra extinguamus. Ignē. n. dicit, extinguit aqua, peccatū uerò eleemosynæ. Nihil. n. prorsus ita nos eximere potest à gehenna ignis, atq; largitas eleemosynarū. Istā si pstiterimus iuxta leges à domino traditas, nē pe nihil ad ostentationē facientes, sed ob amorē in deū, poterimus & pctorum nostrorū maculas abluere, & diuinā misericordiā assequi, gratia & miserationib⁹ unigeniti filii dei, domini nostri Iesu xpi, cui cū patre & sancto spiritu simul sit glia, imperiū, honor nunc & semper, & in secula scorum, Amen.

Homilia tricesimasecunda.

Lurimus & ineffabilis in recēs dictis thesaurus latet dilecti, & opus est intenta mēte, sobriaq; & uigilanti ratione, ita ut nihil eorū q̄ in breuibus uerbis latent, nos ptereat. Nā pp hoc & misericors deus non facili & perfunctoria lectione uoluit nobis oia manifesta & perspicua esse, ut excussa somnolentia nostra, uigiles ipsi multam decerpamus utilitatē. Solent. n. ea q̄ labore & inquisitione aliqua inueniuntur, magis infigi nostræ mentī: ea uerò quę facilè conquiruntur, citius è corde nostro auolare. Obsecro igitur ne simus negligentes, sed excitemus mentē nostrā, & in ipsam scripturarū profunditatē intueamur, ut maiori inde lucro accepto, domū redire liceat. Est. n. ecclesia dei mercatus qdam spūalis, medicorūq; officina aiabus: & par est, ut sicut q ad nundinas ueniūt, inde multis mercib. conqsitis redeamus: uel quasi è medici domo, receptis q̄ aiabus nostris cōgruunt medicamētis, exeamus. Non. n. ideo quotidie confluimus, ut duntaxat conuentus fiant simplr: sed propterea cōgregamur, ut unusquisq; pharmaco suis affectionibus cōgruo suscepto, domū concedat. Quo. n. non fuerit absurdissimū, qd à puellis nostris quotidie à scholis redeūtib. petimus qd amplius discēdo profecerint, & adiecerint (neq;. n. sineremus eos fortuitò & absq; utilitate in ludū ire, nisi fructū ampliorē inde cōsecuturos uideremus) nos autē q iustam ætatē habemus & in spūalibus scholis sumus, non par illis studiū exhibemus, maximè cùm hæc in lucrū & salutē aiarum spectēt? Igitur obsecro, ut seipsum quotidie scrutetur unusquisq;, qd ex hodierna qd ex proxima lectione utilitatis retulerit, ut ne uideamur & nos temerè atq; frustra adesse. Qd sanè nos extra culpā facit, offerimus quicquid nostri est officij, & nihil prorsus qd possumus itermittimus: quod ēt iis q nobis succensent, nec occurrunt, nec dicta diligenter auscultant, maioris condemnationis erit occasio. Audi xpm, dicentē ei q talentū defoderat: Maligne serue, oportebat te pecuniā tuam apud numularios depositisse, & ueniens ego repetissem eam cū usura. De Iudæis aūt: Si nō uenissem, & locutus fuissem eis, pctūm non habuissent: nūc autē excusationē non habent. Cęterū nos hoc mō nō agimus, ut prorsum crimine careamus, & in nullo arguamur, sed uestrū profectū uidere cupimus. Et nostrā lætitiā imminui arbitramur, ēt quantūuis innocētes ipsi simus, nisi & uos studiū laborib. nostris dignū exhibueritis. Hæc. n. nostræ lætitiæ substātia est, si uestra in spūalib⁹ incremēta uideamus. Et scio qdē qd gratia dei tantū polletis intellectu, ut & alios ualeatis exhortari: sed iuxta beatū Paulū, memoriā uestrā refrico, & prouoco uestrum zelū & promptitudinē animi, subinde hæc admonēs, & cupiēs uos pfectos & absolutos fieri. Nihilo minus ēt argumentū mihi est hoc uestri in diuinis profectus, qd tāta promptitudine quotidie huc cō uenitis, & spūali doctrina expleri non potestis. nā quēadmodū corporalis cibi appetitus, indiciū est bonæ ualetudinis: ita desideriū spūalis doctrinæ, manifestissimū argumentū est aiæ bene habentis. Quapp & ego bene cōscius uestri desiderij, qd licēt quantūuis producā sermonē, nō possim uel sic explere desideriū, & alimēto spūali uos satiare, nō desisto pro mea uirili, ea q̄ dei gratia suppeditat in uestrā utilitatē quotidie uobis proponere, & diuinæ scripturæ doctrinā mētibus uestris inserere. Age igitur & hodie misericordē deū obsecrem⁹, ut linguā nostrā dirigat ad inueniēdū qd q̄rimus, & pro more nostro afferamus doctrinā, propositis primū his q̄ lecta sunt charitati uestrę. *Et uisus est.* inqt, *dominus Abræ.* Nūc primū inuenimus in scriptura dictū, qd uisus sit. Et dixit ei. Nōne bene dicebā ab initio, latere in paucis illis uerbis magnū thesaurū? Ecce. n. statim rarū & admirabile prœmiū. Et uisus est, inqt, dominus deus Abræ. Neq;. n. scriptura diuia uerbo hoc usa est, cū de Adā, uel de Abel, uel de Noe, uel de alio quopiā locuta est. Quid igitur est qd dicit: Et uisus est? Et quo alibi dicit: Nullus uidebit deū, & uiuet? Quid igitur dicemus nūc scriptura dicēte: Et uisus est? Quo uisus est iusto? Nū ipsam substantiā uidit? Nō, absit. Sed quid: Sic uisus est, ut ipse solus sit, & ut illi possibile erat uidere. Sapiens. n. & misericors dominus noster multas scit uias, quibus se humanæ attēperat naturę, & semetipsum his q se antea pparauerūt dignè manifestat. Idq; demōstrat per prophetā, dicens: Ego uisiones multiplicaui, & in manib. prophetarū assimilatus fui. Quoniam & Esaias uidit eū sedētē: hoc autē deo indignū. Deus enim non sedet. Aut quo, cū sit incorporea, & locis incomprehensa natura? Et Daniel quoq; uidit eū, ut antiquū dierū. Zacharias autē aliter eum cōtuitus est. Sed & Ezechiel aliter, unde dicebat: Ego uisiones multiplicaui: hoc est unicuique apparui pro sua dignitate. Et nunc quoq;, qa iustū à domo eius euocarat, & impauerat ut in alienā iret terrā, in qua agebat uagusq; & pegrinus, utpote Chananęis illic adhuc habitātibus, inqreret ubi domicilium habaret: (Bonus igitur dominus cōsolari eū, & eius soli dare alacritatē uolēs, ut ne torpesceret, neq; dubitaret ad promissionē iā sibi factā, qua dixit: Veni huc & faciā te in gentē magnā. Quandoquidē diuersa à promissione uidebat fieri, & se obābulare uti abiectū & uilē, & oī psidio destitutū, neq; habentē ubi diuerteret: ut igitur mentē eius excitet, inqt:) *Et uisus est dominus Abræ, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hāc.* Est & hæc pollicitatio magna, & assimilis illi p quā eū à domo euocarat. Dixerat. n. Magnificabo nomē tuū: & ppea nunc iterū dicit: Semini tuo dabo terrā. Nā cū iam senex esset, filioq; careret ob Sarę sterilitatē, promittitur ei qd terrā acceptūrus sit ex eo nascēdus. Misericordiā dei hic, oro, cōsidera, quo cū psciret iusti uirtutem, uult eū oibus manifestum facere, et ita elaborare ut quasi margarita aliq̄ clarescat. Vnde cū promissionē promissionib. adiū xisset, iterū paruā morā facit & differt, ut hac potissimū rōne patriarchę pietas mōstretur: qa res secus quā promittebātur euenire uidēs, nō inqetus erat, nec ipatiēs, nec turbabatur, sed immotū habebat, animum,

Mat. 25.e
Lu. 19.d.
Ioā. 15.d.

Rom. 11.b

Exo. 33.d

Exech. 1.b
Esai. 6.a

Dani. 7.b
Zach. 3.b

Aaium, certus ea q̄ semel à deo sibi promissa, rata & firma fore. Paulatim perscrutemur singula, ut sic & artificiosam optimi dei sapientiā, & simul curā quā erga iustū hunc declarauit, & patriarchæ in dominū amorē addiscamus. Et uisus est, inqt, dominus deus Abraę. Quo uisus est? Sicut ipe solus scit, & ille uidere potuit. Non. n. hoc dicere desinā, quādoquidem modū ignoro: audio. n. solū scripturā dicentem: Et uisus est dominus deus Abrę, & dixit ei: Semini tuo dabo terrā hāc. Vide quo per oia religiosam mentē præse fert. Illic. n. ob promisionē sibi à deo factā aram extruxit, & à loco consecrato discesit: hic autē qa tabernaculū fixerat, iterū ędificauit, inqt, altare domino, & inuocauit in nomine domini. Vidisti mentem bene institutam, & sapientiæ deditam? Vidisti quo qd scribens admonuit admirabilis orbis doctor beatus Paulus, & dicit: In omni loco leuantes sanctas manus: id patriarcha prius ope cōpleuit, in singlis locis altaria cōdēs, & domino gratias agēs? Sciebat. n. sciebat manifestē, qd nihil aliud reqrat ab humano genere dominⁿ uniuersi, post innumera & ineffabilia beneficia sua, q̄ aiam gratiarūactioni studentem, & scientē fateri gratiam pro iis q̄ iam aderant. Cæterū uideamus, quo & hinc iustus migrat. *Et discesit,* inqt, *Abrā, & profectus castrametatus est in solitudine.* Vide iterū religiosam eius mentē, & sapientiæ studiosam. Iterum, inqt, discesit, castrametatusq; est in solitudine. Quare illinc discesit? Fortè uidebat quibusdā incolis non placere suū aduētum, proinde eximiam suam mansuetudinē declarans, & quo tranquillitatem magnificaret, & ne cū hoie aliquid haberet negocij, solitudinem apprehēdit. Profectus, inqt, castrametatus est. Aliena dictione usa est diuina scriptura. Nam quemadmodū de militib⁹ solemus dicere, ita & de iusto hic dicit, qd castrametatus sit, ut ostendat expeditū patriarchā, quod sicut milites absq; difficultate nunc huc, nūc illuc tentoria sua erigunt: ita & iustus ille, quāuis secum duceret uxorē & fratris filiū, & tantum seruorum numerum: maiori tamen facilitate migrare solebat. Vidisti frugalē senis cū uxore & tot seruis uitam? Mihi magis admirabilis uidetur mulieris fortitudo. Cū. n. cogito muliebris sexus infirmitatē, & aiaduerto quo tam facilè tanta alacritate cū iusto peregrē uadit, & subinde migrat, neq; ipsa mole stē fert, neque iusto negociū facit: obstupesco, & cēseo qd non minorem spiritū & fortitudinē, q̄ Abrā possederit & ipsa. Et hoc maximè sciemus, cū ea q̄ consequenter lecta sunt ptractauerimus. Vidisti qd postquā audiuit, Semini tuo dabo terrā hanc: quo non quieuit iustus ille, & nunc huc, nūc illuc transiuit: sed uide quo iterum à solitudine exigitur, nō ab hominibus, sed necessitate famis. *Et facta est,* inquit, *fames super terram.* Audiant qui temerè & incircunspectè loquuntur & diuinant, dicētes, quoniā quispiā aduenit, fames facta, & quoniā adfuit, hæc cōtigerunt. Ecce ēt in aduētu iusti fames, & fames ualida, & non turbatur iustus, neq; aliquid humanum patitur, & suo aduentui tribuit famis causam. Sed quia uidit naturā argui, & inualescere famem: *Descendit,* inquit, *in Aegyptum Abram, ut habitaret illic, quia inualuit fames super terram.* Attende quomodo ampliora fiunt iusto septa, & remotior fit meta. Dispensabat. n. dominus ut non solum Palæstinam in

tum exire uolentes, multa indigemus mechanica, ualdéq; actuosi sumus ut multa nobiscum attrahamus, q̄ non solum non sunt nobis usui, sed & supernacanea, et inutilia, et pompæ gratia apparata, et tā tum ut ea nobiscum circunferamus. Verū iustus ille non sic egit, sed qa dominus dignatus est cū ipso habere familiaritatē, ut locum consecrauit, & altariū extruxit, migrauit magna facilitate alio. *Et erexit illic tabernaculū suum Bethel iuxta mare & Agge, uersus Orientē. Et ædificauit,* inqt, *altare domino, & inuocauit in nomine eius.* Vide quo per oia religiosam mentē præse fert. Illic. n. ob promisionē sibi à deo factā aram extruxit, & à loco consecrato discesit: hic autē qa tabernaculū fixerat, iterū ędificauit, inqt, altare domino, & inuocauit in nomine domini. Vidisti mentem bene institutam, & sapientiæ deditam? Vidisti quo qd scribens admonuit admirabilis orbis doctor beatus Paulus, & dicit: In omni loco leuantes sanctas manus: id patriarcha prius ope cōpleuit, in singlis locis altaria cōdēs, & domino gratias agēs? Sciebat. n. sciebat manifestē, qd nihil aliud reqrat ab humano genere dominⁿ uniuersi, post innumera & ineffabilia beneficia sua, q̄ aiam gratiarūactioni studentem, & scientē fateri gratiam pro iis q̄ iam aderant. Cæterū uideamus, quo & hinc iustus migrat. *Et discesit,* inqt, *Abrā, & profectus castrametatus est in solitudine.* Vide iterū religiosam eius mentē, & sapientiæ studiosam. Iterum, inqt, discesit, castrametatusq; est in solitudine. Quare illinc discesit? Fortè uidebat quibusdā incolis non placere suū aduētum, proinde eximiam suam mansuetudinē declarans, & quo tranquillitatem magnificaret, & ne cū hoie aliquid haberet negocij, solitudinem apprehēdit. Profectus, inqt, castrametatus est. Aliena dictione usa est diuina scriptura. Nam quemadmodū de militib⁹ solemus dicere, ita & de iusto hic dicit, qd castrametatus sit, ut ostendat expeditū patriarchā, quod sicut milites absq; difficultate nunc huc, nūc illuc tentoria sua erigunt: ita & iustus ille, quāuis secum duceret uxorē & fratris filiū, & tantum seruorum numerum: maiori tamen facilitate migrare solebat. Vidisti frugalē senis cū uxore & tot seruis uitam? Mihi magis admirabilis uidetur mulieris fortitudo. Cū. n. cogito muliebris sexus infirmitatē, & aiaduerto quo tam facilè tanta alacritate cū iusto peregrē uadit, & subinde migrat, neq; ipsa mole stē fert, neque iusto negociū facit: obstupesco, & cēseo qd non minorem spiritū & fortitudinē, q̄ Abrā possederit & ipsa. Et hoc maximè sciemus, cū ea q̄ consequenter lecta sunt ptractauerimus. Vidisti qd postquā audiuit, Semini tuo dabo terrā hanc: quo non quieuit iustus ille, & nunc huc, nūc illuc transiuit: sed uide quo iterum à solitudine exigitur, nō ab hominibus, sed necessitate famis. *Et facta est,* inquit, *fames super terram.* Audiant qui temerè & incircunspectè loquuntur & diuinant, dicētes, quoniā quispiā aduenit, fames facta, & quoniā adfuit, hæc cōtigerunt. Ecce ēt in aduētu iusti fames, & fames ualida, & non turbatur iustus, neq; aliquid humanum patitur, & suo aduentui tribuit famis causam. Sed quia uidit naturā argui, & inualescere famem: *Descendit,* inquit, *in Aegyptum Abram, ut habitaret illic, quia inualuit fames super terram.* Attende quomodo ampliora fiunt iusto septa, & remotior fit meta. Dispensabat. n. dominus ut non solum Palæstinam in

G colentib. esset doctor, sed & iis q in Aegypto erant, & lux suę uirtutis manifestaretur oibus: quasi. n. luminare quoddã, eũ q in Chaldęorũ delituerat terra, illinc euocarat, ut eos q in tenebris errorũ sedebãt, ad ueritatis uiã introduceret. Sed fortè diceret aliquis: Et quare non potius eos q in Chaldæa erãt ut ad religionẽ uenirent, sua pietate effecit? Verisile quidem est, illorũ saluté per aliorum prouidentiã procuratã. Attamen audi xp̃m dicentẽ: Nó est propheta absq; honore, nisi in sua patria. Vt igitur operę impleret promissionẽ, quam illi fecerat dicens: Et magnificabo nomen tuum, ppea & famem oriri permittit, & cogente necessitate in Aegyptum eum ire facit, ut discerent & q illic erant, quanta uiri uirtus. Nã fames quasi lictor, q uincula iniecit, ita ui è deserto in Aegyptũ eum abstraxit. Sed uideamus q̃ hinc sequuntur, & in quãtas difficultates iustus incidit: ut & eius fortitudinẽ discam⁹, & uxoris illius sapientiæ studiosam mentẽ. Post q̃ igitur multũ itineris processerunt, & proximè Aegyptum erant, iustus angore mentis afflictus est: &, ut ita dicã, de ui

Mat. 13. g et. Mar. 6 a.

H ta sua timens et tremens, dicit uxori. *Factũ est*, inqt, *quando Abram appropinquabat, ut intraret in Aegyptum, dixit Saræ uxori suæ: Scio quòd formosa sis mulier, futurũ itaq; ut cùm te uiderint Aegyptij, dicant: Ista est uxor eius, & occident me, te autẽ uendicabunt. Dic igitur, soror eius sum, ut mihi propter te bene fiat, & uiuat anima mea propter te.* Vidisti ex uerbis, in quãto angore et metu cõstitutus fuerit iustus, et neq; turbabatur aio, neque cogirans intra se, dicebat: Quid hoc? nũ derelicti sumus? num decepti sumus? num nos prouidẽtia sua destituit dominus, q dixit: Magnificabo te, et semini tuo dabo terrã hanc? Num ille nos relinquit nũc de extremis timere, et in manifestũ icidere periculiũ? Nihil horum uel in mentem accipiendũ existimauit iustus, sed unum hoc curabat, qũo arte aliqua excogitata posset et famis cõsolationẽ inuenire, et Aegyptiorũ manus effugere. Scio, inqt, qđ formosa mulier sis. Vide quãta mulieris erat formositas: nã et cum in senectam iam uergeret, et post tot annorum numerũ adhuc durauit uigor pulchritudinis

I in facie, et post tantam miseriam et malorũ sustinẽ tiam, quam in uia fuit experta, de locis in loca transeundo, et à Chaldæorũ regione in Charran, et à Charran in Chanaan, et iterum inde in Chananęã et iterũ huc, et nunc iterũ in Aegyptũ. Quẽ nõ fortium uirorum defatigarent tot continuæ pegrinationes? Verũ egregia hæc mulier, ẽt post tot exãtlatas ærumnas, luculenta adhuc est facie, unde & uehementẽ ac congruam curã asserebat iusto: ideo & dicebat, Scio qđ mulier formosa sis: futurũ itaq; ut cũ te uiderit Aegyptii, dicãt: Ista est uxor eius, & occident me: te autẽ uendicabunt. Cõsidera, quantũ confidebat personæ mulieris, non timens ne fortè laudibus remissior fiat, quin & tale inducit cõsiliũ dicens: Vt ne me quidẽ occidant, te autẽ uendicẽt: dic igitur, Soror eius sũ, ut mihi bene fiat, & uiuat aia mea pp te. Quoniã non uulgare erat qđ imperabat, propterea uerbis q̃ subdidit, allicere & ad misericordiam flectere, persuadereq; eam uolebat, ut promptè actũ suum recitaret. Futurum itaq; ut cũ te uiderint Aegyptii, dicant: Ista est uxor eius, & occident me, te autẽ uendicabunt. Non dixit, cõtumeliis te afficiẽt: non ult. n. eã nunc contristare. Propter eũ q famem fugit, operaberis manib. apud Aegyptios, erisque mihi salutis causa, ut mihi bene sit K propter te. Miserabilia sunt hæc uerba, sed & multę erat timor pp insaniam Aegyptiacam. Et quia non dum mortis erat soluta tyrannis, ppea in adulteriũ uxoris consentit iustus, & quasi seruit ædulterio, in mulieris cõtumeliã, ut mortẽ effugiat. Erat adhuc terribilis facies mortis, nõdũ erant æreæ portæ cõfractę, nõdum erat aculeus eius hebetatus. Vidisti uiculũ charitatis uiri & mulieris? Vidisti uirũ qua lia mulieri suggerere sit ausus? & quale consiliũ acceperit mulier? Et nõ renuit, neq; grauatim fert: sed oia facit, ita ut actus & fictio illa lateant. Audiant uiri & mulieres, & imitentur horũ concordiã, uinculum charitatis, pietatẽ insignem, & beatam Sarę continentiam, q̃ & uetula in tanta uenustate pmanens: certabat cũ iusto uirtutibus: ideo & tantam eius curam habuit deus, tantumq; supernè illi retributum est. Nullus igitur accuset pulchritudinem, nullus inutilia uerba hęc dicat: Hãc pdidit forma, huic pulchritudo causa fuit interitus. Non pulchritudo in cã est: Absit, opus dei est & ipsa: sed peruersa uoluntas malorũ oium causa est. Vidisti admirabilem hanc mulierẽ utrinq; relucentem, & ob pulchritudinẽ aiæ, uestigia iusti proximè sequentẽ, & ob formositatẽ faciei? Hanc imitentur mulieres. Ecce & uenustatis decor, & sterilitas, & tantũ tp̃s, & facultatum abundantia, & tot migrationes & peregrinationes, & cõtinuæ crebræq; tentationes, & qc quid tale, mentem eius mouere non potuerũt: immobilis. n. mansit. Vnde ob patientiam, dignã mercedem reportauit. In extrema. n. senectute, ex uulua sterili, & utero emortuo pârere potuit. Vt mihi, inqt, bene fiat pp te, & uiuat aia mea propter te. Quasi diceret: Nihil aliud relictũ est quo saluer, quã ut dicas: Soror eius sum, Fortasis. n. effugiam periculum quod expecto, & posthac pp te uiuam, & tibi quod reliquum uitæ fuerit, acceptum feram. Sufficiebant hæc uerba ad compassionẽ uxori mouendam, & ad persuadendum. Hoc uerè est coniugiũ, quoniam non solum in prosperitate, sed & in peri- M culis simul obambulant. Hoc germanæ charitatis indiciũ est, hoc signo certissimè internoscitur amicitia. Non sic diadema in capite positũ regem p̃clarum ornat, atque obedientia illa, qua cõsilio iusti paruit, beatã & illustrẽ & clarã demonstrauit. Quis non obstupesceret hãc parendi facilitatẽ? Quis nõ obstupesceret, si rectè recogitet, qđ post tantã continentiã, & in tali ætate ad hoc ut iustũ seruet, quãtum in sua uoluntate pendebat, ẽt adulterio se exposuit, & barbarorũ tulit cõgressum? Sed parũ expecta, & uidebis mirificè sapientẽ dei prouidentiã. Nam pp hoc deus tantã præ se tulit longanimitatem, & opitulari distulit, ut iustũ clariorem faceret & per ea q̃ illic fiebant, non solum Aegyptii, sed & Palæstini erudiebantur. Quantam beneuolentiam domini oium experitur patriarcha. *Factũ est*, inqt, *quando intrauit Abrã in Aegyptum, ut uiderunt Aegyptij uxorem quod esset ualde pulchra. Et uiderunt eam principes Pharaonis, & laudauerunt eã apud Pharaonẽ, & introduxerunt eã in domũ Pharaonis, & Abrã bene usi sunt propter illã. Et fuerũt ei oues, & uituli, & asini, & serui, & ancillæ, & muli, & cameli.* Vide quõ ea q̃ prius iustus suspicabatur, re ipsa euenerunt. Nã ut in Aegyptũ intrauit, ut uiderũt Aegyptii mulierẽ quòd pulchra esset ualde. Nõ simpliciter inqt pulchra, sed ex

A cellenter, ita ut oẽs qui eam uidebãt, allicerentur. Et ut uiderunt eam principes Pharaonis, laudauerũt eam corã Pharaone. Oro dilecte, ne temerè p̃te reas qđ dictum est, sed admirare quõ nullus Aegyptiorũ mulieri, utpote peregrinæ, & à terra aliena aduentãti aliqđ fecerit, neq; cõtempserũt uirum: sed ingressi, regi oia nunciarunt. Cæterũ hoc factũ est, ut res fieret manifestior, & ultio nõ in priuatũ & plebeium aliquem, sed in regẽ sæuiret, ut ubique diuulgaretur hoc factum. Et introduxerunt eã in domũ Pharaonis. Protinus ab uxore iustus abducitur, & ipsa ad Pharaonẽ introducitur. Considera quanta dei longanimitas, quõ non ab initio, neq; à procœmijs suã declarauit prouidẽtiã: sed pmisit oia fieri, & q̃si in fauces bestiæ mulierẽ incidere, & tũc tandẽ manifestam facit oibus suã uirtutem. Et introduxerũt eam in domum Pharaonis. In quo statu putas per illud tp̃s erat mulieris mens? quo turbata erat ratio? quo fluctus eleuabantur? quo naufragium non fecit, sed mansit quasi immobilis petra ad cœlestem gratiam semper spectans? Quid au

B tem dicam mulierem? qualem animum uerisile est fuisse iusto, illa in domum Pharaonis intraducta? *Et Abram*, inqt, *bene usi sunt propter illam. Et fuerunt ei oues, & uituli, & serui, & ancillæ, & muli, & cameli, & asini.* Hæc aũt ipsa quæ honoris & ministerij gratia data sunt ei, quo non magnum rogum in eo succẽdant? quomodo autem nõ eius exusit mentẽ, & deflagrari fecit rationem cogitatio causæ tantorũ donorum? Vidisti quomõ propè ad finẽ uenerint pericula? Vidisti quomodo nulla iuxta humanam consequentiã spes correctionis relicta? Vidisti quo iuxta humanam opinionẽ res deploratæ? Vidisti quo quasi in gulam bestiæ mulier inciderit? Vide cõsequenter ineffabilem dei misericordiam, & obstupesce patientiæ eius excellentiam. *Et examinauit*, inqt, *deus Pharaonem examinibus magis, & grauibus, & domum eius, propter Sarã uxorẽ illius.* Quid est, examinauit? pœnã, inquit, exposcit flagitij & mali conatus examinationib. magnis. Non simpl'r puniuit regẽ, sed pœnis magnis. Nam quia flagitiũ nõ erat uulgare, sed ualde magnum, ideo & pœna magna.

C Et domum ei⁹, inqt: nõ ipsum solum, sed & domũ eius. Et qua de causa, cum rex peccet, oẽs de domo eius pœnæ sunt participes? Non absq; ratione hoc fit, sed ut p hoc regis insania cõpescatur. Grauiori. n. plaga ĩdigebat, ita ut ipse exterreretur. Et ubi, inqt, hoc iustum, pp illum alios puniri? Non pp illum solum pœnã sustinuerãt, sed ueriſile est eos cooperatos fuisse, ut aliquando cõmitteretur iniquitas. Audisti. n. supra scripturã dicentem: Quia ut uiderũt eã principes Pharaonis, laudauerunt, & introduxerũt eã in domũ eius. Vidistis eos lenonis agere offi ciũ in regis gratiã, auferẽdo iusti uxorẽ? Quapp nõ ipse solus, sed & oẽs q adhærebant, pœnæ fuerunt participes: ut discant quòd nõ in peregrinũ simplicẽ furorẽ suum exercuerint, neq; in hoiem è medio uulgo, sed in uirum cuius tutor deus, tanta illũ cura dignans. Et idcirco acerbissima pœna cõcutiẽs eius mentem, discedere fecit ab nephario flagitio, coercuit ab irrationali impetu, cohibuit incontinentem mentem, alligauit concupiscentiã indomitam, refrenauit furoris insaniã. Propterea consequẽter uide quãta lenitate loqtur rex tyrannus hospiti, q̃si uago obãbulanti, cui & uxorẽ auferre ausus

D fuit. Et bene dixit scriptura, quòd examinauit Pharaonẽ & domũ eius ob Sarã uxorẽ Abræ. Sensum ei pœna p̃stat, quòd sit uxor iusti. Etenim & in domũ introducta, mãsit uxor iusti. *Cum uocasset aũt Abram Pharao, dixit ei: Quare hoc fecisti mihi?* Vide qualia uerba rex profatur: Cur hoc fecisti mihi? Inquit, Egone tibi feci, q peregrinus, q nulli notus, q pp famẽ adsum: tibi regi, tyrãno, & imperãti super Aegyptũ? Cur feci tibi? Tu abstulisti uxorẽ: nõnne sicut peregrinũ & hospitẽ despexisti, cõtempsisti, nulli⁹ momẽti me habuisti? Oino intẽperanti cõcupiscẽtiæ tuæ obsecut⁹ es, & q̃ tibi placebãt, ope uolebas cõpleri. Quid nã feci tibi? magna mihi fecisti, & gratia in me cõmisisti. Vide quanta rerũ uicissitudo. Rex priuato dicit: Cur fecisti mihi? Deũ dicere uult inimicum mihi reddidisti, irã eius sup me induxisti, pœnę obnoxiũ me fecisti. Fecisti ut pœnã lueret tota mea domus, eorũ q̃ in te admiserunt. Cur hoc fecisti? Quare nõ annunciasti mihi quod uxor tua esset? Quare dixisti: Soror mea est, & accepi eã mihi uxorẽ? Ego, inqt, q̃si sororẽ tuã uolebam ducere. At unde didicisti quòd uxor fuit iusti? Vltor tãtę iniq E tatis ille mihi rem indicauit. Cur fecisti mihi hoc, & nõ idicasti mihi quòd uxor tua esset? nõ accepissem eã mihiipsi uxorẽ peccaturus. Quasi sororem tuã habiturus hoc feci. Attẽde quõ supplicij grauitas cõcussit ei⁹ mentẽ, ita ut & iusto ronem redderet, & oẽ erga eũ declararet officium. Quanuis nisi dei fuisset gratia, q̃ mentem eius emolliebat, consẽctaneũ erat quòd in maiorẽ furorẽ inductus, quasi deceptorẽ puniuisset, & extremis affecisset supplicijs. At nihil horũ fecit: timor. n. supplicij inflãmatã eius irã humiliauit & restrinxit. Vnde unũ hoc curat, ut in iustũ officiosus sit. Resciuit. n. tandẽ, quòd nõ esset posibile eum uulgarem quempiam esse, q tanta superna gratia fruebatur. *Et nunc ecce uxor tua corã te, accepta ea ocyus uade.* Nunc, inqt, quia cognoui quòd nõ est soror tua, sed uxor, ecce habes eam. Neq; n. offendi in al⁹ quo coniugium uestrũ, neque priuaui te uxore tua. Sed ecce uxor tua corã te, accepta ea ocyus uade. Quæ lingua q̃ mens poterit digne q̃ facta sunt admirari? Mulier p̃fulgida forma, simul cũ uiro Aegyptio, & rege, & tyrãno, & sic insa F no, & incõtinenter affecto concũbens, intacta egreditur, seruata castitate sua. Talia. n. sicut prius dixi, sunt q̃ à deo disp̃santur, rara semp & admirabilia: & quando apud hoies desperatum est, tũc potẽtiã & sapientiã suã deus declarat. Enimuerò sicut ad- *Dan. 14.* mirabile & rarũ erat uidere uirũ desideriorũ stare in medio ferarũ, & nihil pati: sed quasi oues eum circũire, ita illæsum egredi è lacu. Et tres pueros in *Dan. 3.* camino, q̃si in prato & paradiso uersari, & nihil ab igne lędi, sed egredi ide ut uirorum fortissimos: Ita admiratiõe dignũ est & hoc facin⁹, quòd iusti uxor nullã cõtumeliã expta à rege Aegyptio, tyrãno, intẽperante, exiuit salua. De⁹. n. erat q faciebat oia & i inuijs uiam dabat, & spem bonã semp in rebus deploratis afferre ualet. Et nunc inqt: Ecce mulier tua corã te, accepta ea ocyus uade. Ne existimes, inqt, à nobis uiolatã illam. Nam licèt p ignorantiam attẽtauerimus q̃ facta sunt: sed nunc quia cognouimus q̃sit, & quem habeat defensorem, indignatio. n. q̃ i nos desæuit, docuit nos quãtũ gratiæ tibi sit apud deum omnium. Accepta igitur uxore ocyus uade. Terribilis postea erat eis iustus, & ppea magnis of-

G ficijs urgebāt,ut inde mitteretur,placātes ipsi⁹ dominum pp ea q̄ in illum commiserant. Vidisti dilecte, quantū bonum est patientia & fortitudo? Hic q̄so memor esto uerborū illorum q̄ dicebat Aegyptum ingressurus:Scio quòd mulier pulchra sis:futurū itaq; ut cū te uiderint Aegyptij,me quid occidant,te aūt seruent.Illis igitur in mentē resumptis, considera etiam quæ nūc fiunt, & admirare simul iusti tolerantiā & misericordis dei uirtutē, quanta cum gloria redire facit iustū, q̄ cum tāto timore & metu descenderat. *Et p̄cepit*,inqt,*Pharao uiris sup Abrā,ut inde deducant eum,& uxorē eius, & omnia,q̄ eius erāt,& Loth cū eo.* Magna cū claritate & gloria,locupletatúsq; diuitijs redit iustus:& fit nō solū doctor p ea q̄ contigerunt Aegyptijs, sed ēt omnib⁹ qui in itinere erant,& q̄ in Palæstina habitabāt.Nā quotquot uiderant eū quando descendit fame coactus, cum timore & tremore, nūc uerò redeuntem cum tanta claritate & facultatib. & diuitijs,discebāt uirtutem prouidentiæ dei erga illum. Quis uidit unq̄? quis audiuit? Abiit ut famem suam mitigaret,& di
H uitijs abundans,ineffabiliq; gloria redit. Ne admireris dilecte, ne factū hoc ita rarum tibi uideatur: imo admirare & obstupesce,et glorifica cóis oium domini uirtutem. Et uide etiam illius nepotes ob eandē famis necessitatem in Aegyptū descēdisse,& ibi i graui seruitute uiuētes,multas exantlasse erūnas,magna tamen felicitate tandē rediisse. Talis.n. est sapientissimus & optimus deus noster,quādo p mittit augeri & coaceruari molestias,tūc iterū discussa tēpestate,serenitatē rerúmq; mirā uicissitudinem facit,docens nos suæ potentiæ magnitudinē.

Cap.13. *Ascendit aūt Abrā ex Aegypto,ipse et uxor eius, & omnia quæ eius erant,& Loth cum eo,in solitudinem.* Opportunè hic qs accōmodarit uerba illa, q̄ beatus Dauid iis qui à Babylonica redibant captiuitate dicebat:

Ps.125.a. Qui seminãt in lachrymis,in exultatiōe metēt.Eūtes ibant & flebant,mittentes semina sua.Venientes aūt uenient in exultatiōe, gestātes manipulos suos. Vidisti descēsum anxietate atq; timore plenū,habētē secū & mortis formidinē? Vide nūc reditū claritate & dignitate cōspicuū. Oibus posthac uenerabilis erat iustus ille,tā iis q̄ in Aegypto,q̄ iis q̄ in Palæstina. Quis.n.non reueritus fuisset eū, q̄ sic à deo custoditus,& tantā beneuolentiā assecutus? Neminē.n.fortè latebant ea q̄ regi & domui eius accidebant. Omnia.n.deus ppea permisit, & eousq; durauerunt tentationes iusti, ut eius patiētia clarior fieret,et facta eius in totum orbē diuulgarētur,ita ut nullus eēt,q̄ iusti uirtutē ignoraret. Vidistis dilecti, quantum ex tentationib⁹ lucrum? Vidistis quantū patientiæ p̄mium? Vidistis et uirū & mulierē,& senem, & uetulā,quantū philosophię præ se tulerūt? quantū fortitudinis,quantum mutuæ dilectionis, quantū charitatis uinculū demōstrarunt? Illū oēs imitemur,& nunq̄ tristemur Ne existimem⁹ esse signū quòd nos dereliquerit et despiciat domin⁹, si tētationes nobis inferātur:sed hoc maximū sit nobis indiciū quòd de⁹ nostri curā gerat. Nā et si habeamus pctorū sarcinas q̄ nos p̄mant,poterim⁹ magnā patrētiā & gratitudinē declarādo leuiores eas facere:et si nō multa habeamus peccata,iterū maiori fruemur gratia,si grato aio tulerimus. Quia.n. deus noster liberalis est,et nostrę salutis curā gerit: ea de causa quasi luctam et exercendi materiā nobis proponit, et pro theatro tētationes inferūtur: ut si qd nostrū est declarem⁹,largiore dignetur nos cura. Quod cū scimus,ne tristes sim⁹ in tētationib. neq; afflictiōes grauatim ferām⁹: sed et gaudeam⁹, iuxta beatū Paulum: Nunc.n. inqt,gaudeo in afflictionib. Vidisti aiam gratam? Nam si in afflictionibus gaudebat, qūo potuit unq̄ in tristitia esse? si q̄ alios afficiunt tristitia, ipsi pariant lætitiæ occasionem. Cogita,oro, in quo statu illius erat aia Et ut discas quod non sit possibile alr nos promissa bona asseq,et regno cœlorū dignos fieri, nisi per afflictionem uitam p̄sentem transeam⁹, audi Apl'os dicentes eis q̄ nuper ad fidē conuersi erant:Et cū docuissent,inquit,multos, reuersi sunt Lystrā,et Iconium,et Antiochiā, denuò confirmantes aias discipulorum,exhortantésq; ut perseuerarent in fide, et quòd p multas afflictiones oporteat nos itrare in regnū cœlorū. Qualis igitur posthac erit nobis excusatio,si noluerim⁹ fortiter ferre q̄ inferuntur: præsertim sciētes quòd non sit possibile alr salutē nos asseq,nisi hanc iuerimus uiā? Audi et xp̄m dicentē:
I In mundo afflictionem habebitis, sed cōfidite. Vt
L ne audita tristitia,spe excidant,statim fiduciam eis affert,et suā pollicetur gratiā. Sed confidite,ego uici mundum. Habes,inqt, eum qui grauia alleuiet,q̄ nō permittet te submergi ab illatis tentationib⁹, q̄ cum tentatione et exitum p̄bet,et nō permittet supra nostras uires inferri grauia. Quid tristaris? quid mœres? qd impatiens es? quare tam abiecto aio es? Num,si q̄ nostra sunt attulerim⁹, patientiā dico,'et fortitudinē,et mētis gratitudinem, nos sinet despici? Nū etsi desperatæ sunt res,uincere possunt sapiētiā domini nostri? Nos q̄ nostra sunt exhibeam⁹, et syncerā habeam⁹ fidē,sciētes q̄ sint hæc facilia animarum nostrarū p̄sidi. Et ipse prorsus meli⁹ nouit q̄ nos, quid conducat:et ita res disp̄ēsat,ut sibi honorificū, et nobis utile:quò & patiētiæ mercedem accipiamus,& eius gratiam consequamur,gratia & miserationib. domini nostri Iesu xp̄i, cū quo patri simul & spiritui sancto sit gloria,imperium,honor nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Homilia triceſimatertia.

Vm alacrem uestrum cōuentum,& ingens M
c audiendi desiderium hodie uideā,æs alienum, qd charitati uestrę debeo,dinumerare uolo. Et scio eius uos oblitos esse,eo quòd multi dies interceſſerint,sermoq; noster ad alia interim sit egressus. A dicendorū.n.consequentia impediuit nos sanctarum feriarū aduentus. Incongruū.n. erat,ut festa crucis dominicæ celebrātes,de alijs sermonem afferremus. Mensa aūt uobis proponenda erat suis cōgrua tpib⁹. Et idcirco quādo uenit dies traditionis & passionis, continua docendorū serie resecta, p̄sentib.q̄ urgebant nos accommodantes, primū in proditorē linguā laxauimus. Deinde de cruce aliqua in medium protulimus. Postea,illuce scente resurrectionis die,necessarium erat,ut de resurrectione domini charitatē uestram doceremus. Et sequentib.diebus, pp miracula q̄ tūc facta sūt, resurrectionis demonstratio iterum asserēda erat. In quibus ēt in manus accepimus Apl'orum acta, inde uobis cōtinua proponētes cōuiuia,& crebris quotidianisq; admonitionib⁹ eos q̄ nup baptismi gratiam acceperant,exhortantes. Nunc aūt necessariū ut dbiti memor sim,& uobis satisfaciā, tametsi uos de

A Vos debiti genus ignoretis,utpote curis multis ipli citi,& soliciti pro mulieribus & pueris, & quotidiana alimonia,multisq; aliis negocijs. Verū nos q nullis id gen⁹ curris turbamur,& uobis debiti memorią suggerimus,& ad restituēdū nos param⁹. Neque admiremini hanc nostrā gratitudinē. Huius enim alieni ęris genus à corporalib.pecuniis diuersū est. In illis.n.nunquam debitor tātū gratitudinis præse fert. Scit.n.quòd dinumerando pecunias, suam imminuat substātiā,& accipiētis augeat facultates. Non autē ita est in spirituali debito, sed in eo & dinumerās dum soluit,magis abundat, & accipiētib. maiores accrescunt opes. Et idcirco illic magna ingratitudo esse solet,hic autē utrisque lucrū ē, & dinumerāti,& accipiētibus. Atq; id quod de charita-
Ro.13.b te admonit beat⁹ Paulus,dicēs:Nemini q̄quam de beatis,nisi ut diligatis inuicē. Quo indicat, hoc debitū semper solui,& nihilomin⁹ durare semper. Et
B qa uos ad capiendū parati semper estis,istucipsum & nos debitores locupletiores facit, & uobis magnę utilitatis est materia. Igitur quoniā talis ē hui⁹ debiti natura,ut quāto magis depēditur,tanto auctiores nostras reddat opes:age doceam⁹ nūc & de biti materiā,ut & ipsi alacriores dicēda suscipiatis, & nostrā gratitudinē boni cōsulētes, nos diligenti auscultādi studio remuneretis. Quęnā igitur debiti materia? Scitis & memores estis, quādo de patriarcha quędā in mediū attulimus, qūo demonstrauerimus descensum eius in Aegyptū propter famem, & rapinā Sarę à Pharaone factam, & indignationē dei quā in Pharaonē & domū eius ob suā erga iustum curam immisit,& reditū patriarchę ab Aegypto magna cū gloria. *Mādauit*,inqt,*uiris super Abrā, ut deducant eum & uxorem eius,& omnia que habebat, & Loth cum eo. Ascendit autem Abram ex Aegypto,ipse et uxor sua,et oīa quæ erāt illius,et Loth cū ipso in solitudinē.* Hic sermonē missum fecimus, & eū mediis diebus transtulimus in doctrinā,quā requirebant tunc occurentes ferię. Ideo hodie fuerit operæpreciū,'ut dicenda cū dictis cōtexamus,& quasi in unū corpus
C coaptemus,quò sermo fiat magis p̄spicuus. Et quò manifestiora sint quę dicuntur,operępreciū fuerit, ut charitati uestrę proponatur pricipiū eorū q̄ hodie sunt lecta. *Abram autem* inqt,*erat dives ualde pecoribus,et argento,et auro:& profectus est unde uenerat,in solitudmem usque ad Bethel, usque ad locū in quo prius fuit tabernaculū eius,inter Bethel et inter Aggę,ad locū altaris, quod illic principiò fecerat: & inuocauit ibi Abrā nomē domini dei.* Ne p̄tereamus obiter lecta,sed discam⁹ clarè diuinarū literarū diligentiā,qūo nihil nobis superuacuū narret. Abrā autem,inquit erat dives ualde. Cōsidera primū istucipsum, quod nō frustra assignauit. Neque enim temerè & inuanū diuitē nūc uocat, id qd nullibi aliās meminit, sed nūc primū dicit qđ dives fuerit. Quare hoc,& quā ob causā? ut discamus diuinę sapientię solertiā & suę in iustum prouidentię inimemsam & excellentē potentiā. Nā qui famis necessitate in Aegyptū peregrinari coact⁹ fuit,& angustias quas i Chananęa expiebatur ferre nō poterat,is subitò dives factus est:& dives nō tā tū pecoribus,sed & argēto & auro. Vidisti q̄nta dei prouidētia:abit,ut aliquā famis consolationem in uēiat:& redit,nō solū fame mitigata sed, & diuitiis, & indicibili gloria cōspicuus. Erat oibus manifestū qualis pridē fuerat,postea autē & Chananeæ inhabitatores clarè iusti uirtutē didicerūt, uidētes D rerum mutationē tam repentinā, & tantis diuitiis affuētem,qui ut peregrinus & quasi fugitiuus & uagus in Aegyptū descēderat. At tu uide qūo hic neq; prosperitate,neque diuitiarum affluentia remissior, uel negligentior factus est:sed iterum contendit ad eum locū, ubi prius fuerat priusquam in Aegyptū concederet. Venite enim,inquit, in solitudine, usq; ad locū ubi prius fuit tabernaculū eius, ad locū altaris quod fecerat ibi principiò,& inuocauit nomen domini dei. Cogita obsecro,quātus erat qetis & trā qllitatis amator,& in diuino cultu quā sedulus. Ad eum.n.loc⁻, inqt,accesit',quē prius ædificauerat, & in quo nomē domini inuocauerat. Ecce iā multis antea seculis impleuit hoc quod postea à Dauid *Psal.83.c* dictū ē: Elegi abiectus esse in domo dei mei magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorū. Solitudo.n. propter inuocationē nominis domini dei gratior ei erat quā ciuitates. Sciebat.n.sciebatq; clare,quòd ciuitatis magnitudinē nō facit ædificiorū pulchritudo,neque inquilinorū multitudo:sed inhabitantiū uirt⁹ propter qua & solitudo ciuitatib. dignior
E est, qę uirtute iusti ornatur,& orbe toto fit fulgidior. *Et Loth*,inqt,*qui cū Abrā ibat,erāt et oues,et boues. et pecora,neque capiebat eos terra,ut simul habitaret.* Erat quippe substantia eorū multa,& non poterāt habitare simul. Nō solū patriarchę facultates auctę sūt, sed & Loth,inqt,erāt oues,& boues,& pecora. Fortè partim Abrā,utpote liberalis, illa Loth fratris filio donauerat,partim alij dederāt in patriarchę gratiā. Et nō capiebat,iqt,eos terra:erat quippe substātia eorū multa. Vide quòd facultatū multitudo statim causa fit discessus,diuisionē opatur,concordiā impedit,& cognationis uinculū dirimit. *Et facta est pugna inter pastores pecorū Abrę et inter pastores Loth Chananæi autē et Pherezæi tunc inhabitant terram.* Attende qūo ualde familiares dicessionis initiū faciūt. Hinc enim semper omnia mala pullulāt à famulorū neqtia. Facta est,enim,inquit,pugna inter pastores. Hi diuisionis occasionē prębuerunt': dicere uult,ij cō cordiam dirimebant, ij multā morum inciuilitatē prę se ferebāt. Chananęi aūt & Pherezæi tunc inhabitabāt terrā. Quare nobis hoc assignauit? quoniā dixerat,quòd non capiebat eos terra ut habitarēt F simul causā quoq; docere uoluit diuina scriptura, qđ ideo eos nō capiebat,qa á gētibus illis p̄occupata erat. Verū nos religiosam patriarchæ mentē uideamus,quomodo sua lenitate exarsurum iucēdiū restinguit, *Dixit autē*, inqt, *Abrā ad Loth: Ne sit rixa inter me & te, & inter pastores meos et tuos,quia homines fratres sumus nos.* Vide insignem modestiam,uide sublimem philosophiā,ętate & dignitate senior, iuuenem fratris filium fratrem appellat, & in eandē i q̄ ipse erat dignitatē euehit,nihilq; minus illi quā sibi tribuit:sed dicit,Ne sit rixa inter me & te,iter pasto
1.Co.6 res meos & tuos .indignē.n. hoc fieret,quoniam fratres sumus. Vidisti quomodo Apostoli legē implet, quę dicit. Itaque iam quidē omnino delictū in uobis est,qđ lites habetis inter uos inuicē,Cur nō potius iniuriā patimini? cur non potius damnū accipitis? immo uos injuriā facitis,& dāno afficitis,idq; fratres. Hęc oia operibus implens patriarcha,dixit: Ne sit iuxta iter me & te, & iter pastores meos et tuos quoniā homines fratres nos sum⁹. Quid hac aia pacatius? Proinde nō frustra,neq; temerè principiò

G dicebam, quòd amore quietis & tranquillitatis solitudinē loeis frequētibus prętulerit. Attēde enim quomodo & nūc uidēs pastores cōfligere, statim in initio tentat restinguere incendium, quod erupturū erat, & contentionē sedat. Debebat enim ipse, utpote nullusoīb⁹ Palestinæ cultorib. sapiētiæ doctor, nullam scandali dare occasionē, uel ansam cōcedere: sed morū lenitate, tuba clari⁹ oēs erudire, & suę uirtutis facere imitatores. Ne sit, inqt, rixa interme & te, inter pastores meos & tuos, quoniā homines fratres sumus. Multa uerborū lenitas, iter me & te. Cōsidera quomodo ei loqui ceu honore pari, quāuis opinor non aliunde rixas fuisse exortas, quā qd pastores patriarchæ non pmiserunt illis eādem copia frui, qua ipsi. Sed iust⁹ equabiliter oīa facit, specimen prębens emmētis suę sapientię, ac docēs nō tantū pręsentes, sed posteros etiam omnes, nunquā cum proximis esse litigandū, etiam iis q nobis pręstantiores non sunt. Nam eorum contentio magnā nobis affert ignominiā, & non illis iputantur quæ fiūt, sed i nos trāsfertur qd reprehendēdū. Quomo
H do enim rationi consentaneum, quòd hoies qui fratres sunt qui eandem naturā sortiti qui eiusdē sunt familię, qui eodem loco habitaturi sunt, quos mansuetudinis, lenitatis, & oīs philosophię doctores esse oportebat, inter se contendant, & digladiētur? Audiant hęc q se extra crimina putāt esse quādo propter familiaritatē suis ministris pmittunt & conniuent rape, decipere, multa mala machinari, & in ciuitatib. & in agris, & auferre ui à uic nis, nūc agrū, nūc domū. Eaq; de causa maiori tales beneuolētia prosequūtur. Nā licēt iniustitiæ illæ op⁹ alienū tibi sint, tamē & ipse negocio cōmunicas: nō solum qd oblectaris facto, & credis inde facultatibus tuis incremētum accedere: sed qd non prohibes, ne facin⁹ cōmittatur. Nam qui prohibere potest eū, qui iniuriam facit, & nō prohibet, is nō minorē luet pœnā, quā qui iniuriā fecit. Obsecro igitur, ne seducamus nosmetipsos: sed & ipsi fugiam⁹ rapinas, & fraudes, & ex istiusmodi artib. emolumēta & lucra: & familiares nostros erudiamus ne qd tale operentur. Nō enim hoc nos insontes facit, sed potius maioris cōdēnationis obnoxios: qa in nostri gratiam illi suā amittentes salutē iniustitiā audent, & ipsi intereuntes nos secum rapiunt. Quòd si prudētes esse uoluerim⁹, & ipsi ab eo damno liberabimur, & illos à malis conatib. abarcebim⁹: Porrò nolo mihi dicas friuola illa uerba: Nihil mihi curę est: nunqd ego rapui? nihil mihi ea de re constat: ali⁹ fecit, nō fui particeps iniustitię. Prętext⁹ illa sunt, & inane cōmētū. Si vis declarare, qd nō cōmunicaueris iniustitię, neque auaritię fueris operarius, emēda factū, solare eū qui iniuria affectus est, redde ablata. Sic. n. & teipsum à criminib. liberabis, & iniuria affectū ęriges. Si declaraueris, quòd nō sunt hęc facta iuxta uolūtatē tuā, & obsecraueris pauperē, non sines eum à tristitia absorberi, quam ablatis bonis suis passus⁹ erat. Ne sit, inqt, rixa iter me & te, iter pastores meos & tuos: qa hoies fratres nos sumus. Vidisti mansuetudinē: uidisti lenitatē? audi & sequētia, ut discas excellentē eius philosophiam. Quomodo rixa dirimitur, & contentio restinguitur? *Ecce an nō omnis terra*, inqt, *coràm te est? Discede à me, si tu ad sinistrā, ego ad dextrā: si tu ad dextram: ego ad sinistrā.* Considera optimos mores, & isignē modestiā huius iusti. Sed ante hęc obsecro, cogita quātū ex diuitiis damnū, an & K
multę substātię uarietas. Aucta sunt armenta, multiplicati greges, affluxerunt diuitię multę, & statī discinditur cōcordia. Antea erat pax & charitatis uinculū nūc rixa & cōtentio. Vbi enim meū & tuū, illic oē litium genus & cōtentionis occasio: ubi aūt „
hęc nō sunt, ibi secura uersatur pax & cōcordia. Et „
ut discas, audi qd dicat beatus Lucas de iis, q ab initio ad fidem cōuersi sunt. Erat, inquit, oium cor & Actor. 4.f
anima una: nō quòd unam animā habuerint oēs: quō enim hoc, cùm in diuersis corporib⁹ fuerint? sed concordiā illorū nobis demonstrat. Iā nisi plurimæ equanimitatis fuisset iustus ille, & insignitā p se tulisset philosophiā, succensuisset forsitā, & ita ei dixisset: Quis furor ille? Ausine sunt familiares tui os distrigere aduersus opas meas? nō cogitarūt, quātum inter nos distet? Vnde tibi illa abūdātia? nonne ex mea cura? Quis te apud hominē tātū apparere fecit? nonne ego q pro oibus tibi fui? Patris ego uices egi p oia, & has mihi pro tot ministeriis mercedes reddis? Haccine spe ubique te comitē itineris L
habui? Esto nihil eorū quę à me habes in mente ti bi ueniat, nonne saltem uel senectā meā & canos reuereri oportebat? Sed conniuendo pmisisti pastores tuos i meos debacchari, nesci⁹ quòd sicut cōtumelia, qua illi affecti, in me trāsit, ita & tuorū temeritas tibi adscribitur. Sed nihil horū iust⁹ uel i mētem accepit, sed omnib. illis à mente repulsis, unū hoc agebat, quomodo qd erupturū erat incendiū extingueret, & suaui separatione excogitata, absq; tur bełis habitet: dicit enim, Ecce, nunqd oīs terra corā te est? discede à me, si tu ad sinistrā, ego ad dextram: si tu ad dextrā, ego ad sinistrā. Vides mansuetudiuē iusti? opibus enim mōstrabat, quòd nō facit hoc sua sponte, neq; separare uult: sed ob contē-
tionis necessitatē, ut ne i domo sit ppetuum bellū. Vide quomodo uerbis illius bilē mansuef acit, et ei electionis potestatē dat, et proponit omnē terram, et dicit: Ecce, nunquid omnis terra corā te? quāuis elige: et ego, quā tu reliqueris, magna cū uoluptate accipiā. Magna ē iusti hui⁹ philosophia. Per omnia nō uult esse onerosus fratrueli: q̄si diceret, Quoniā M
sit id qd nolebā, et ut cessent cōtētiones, necessariū est ut separemur: propterea te dominū electionis et arbitrū constituo, et oēm tibi potestatē do, ut terrā quā meliorē censes, tu eligas, et reliquā sinas esse meā. Nū hoc qs unquā uel æquali uel fratri faciēdū cēsuit, id qd fratrueli patriarchæ? Nā si ipse electionē retinuisset, et primū locū sibi seruasset, cōcessisset; illi quę reliq̄, nōne et hoc magnū qddā fuisset? At excellētis uirtutis suę exhibēs specimen, desideriū iuuēis explere uolebat, ita ut nulla ex separatiōe nasceretur mœrēdi occasio: unde ei proposita ptāte oī, dicit: Ecce oīs terra coram te. Separare à me, et q̄lē uolueris terrā, elige. Oportebat igitur fratruelē, cū tātā expiretur æquitatē patriarchę, parē repēdere honorē, et ei potius uolūtatis electionem concedere. Solem⁹ enim fermè cuncti hoies, si obluctātes uideamus, et cōtra nos litigaturos, ac contendētes, in primum locū ascendere, nō ferre nos inferiores esse, neq; eis cedere: quos si cedere uiderimus, et uerbis idoneis potestatē omnē nobis permittere, quasi reuerētes magnā mansuetudinē, et à contentione desistimus, et iterū obsistentes omnem uicissim potestatē cōcedimus, etiamsi minores esse ui

A deātur ii q nobiscū litigāt. Debebat igitur et Loth hoc facere, utpote iuuenis, et cui negatū cōcupiscere plura, posse. Atqui ipse primas partes, ut putauit, arripit et electionē facit. *Et sublatis*, inqt, *Loth oculis suis uidit oēm regionē circa Iordanē, qd tota esset rigua, antequā dominus subuerteret Sodoma et Gomorrha, quasi hortus dei, et sicut terra Aegypti, usq; dū uenitur in Sogora. Et elegit sibi Loth oēm circa Iordanē regionē. Et receßit Loth ab oriente, diuisiq; sunt uterque à fratre suo.* Vidisti uirtutē iusti excellentē, quo radice malitię ne germinare quidē permisit, sed statim cū iam oriretur fundit⁹ execuit et aboleuit, multa usus lenitate, et indicibilem temporaliū contemptū præ se ferens, declarauitque oibus, quo pacem habere, et à cōtentione liberari, oī substantiæ suę præferret. Nā ut ne
B qs condemnet iustum, quasi ingratum circa Loth futurum, et qd quē è domo sua eduxerat, in terra aliena nūc ab habitatiōe eiiceret, neq; putet ipsum inimicitiarū gratia hæc facere: sed ut discamus oēs qd pacis studiosus hæc faciat, ideo et electionē ei concessit: neq; molestè tulit quòd prima ferret: ut oibus notū foret, quo mens sua ad pacis charitatisq; scopū spectaret potissimū (præterea et aliud quoddā mysteriū iā antea dispēsabatur, quo multa sunt facta) et quod Loth rebus ipsis eruditetur quā indignè electionē sumpsisset, et ut discerēt Sodomitæ uirtutē Loth, et separatione facta promissionem patriarchæ datā euentu cōpleri, qua dictū ē ei: Tibi et semini tuo dabo terrā hāc: id qd paulatim procedēdo uidebimus, diuina scriptura nobis ea faciente manifesta. Et *Abrahā*, inquit, *habitauit in terra Chanaā. Loth aūt habitauit in ciuitate q̄ sita circa Iordanē, & tabernaculū habuit in Sodomis. Qui aūt homines Sodomis agebāt, mali erāt, et peccatores corā deo ual de.* Vides Loth tantū spectantē terrę naturā, et non aduertentē inhabitantiū malitiā? Quæ. n. utilitas, dic oro, si terra sit fructuosa et ferax, hoies autem adeo mali? Quid damni è solitudine ei infrugifera terra, si hoies sint humaniores? Caput. n. et summa bonorū est inhabitantiū gratitudo. Cæterū Loth
C ad unum tātum respexit, nempe fertilitatem terræ. Et idcirco scriptura manifestare nobis uolēs habitantiū illic malitiā, dicit: Qui aūt in Sodomis agebāt hoies mali erant, et peccatores corā deo ualde. Non solū, inquit, mali, sed peccatores: et nō simplr peccatores, sed et corā deo: hoc est, prodigiosa erat eorum iniquitas. Ideo & subdidit, coràm ualde. Vidistis malitiæ magnitudinē? Vidistis quantum est malum primum locum capere, et non quod utile est considerare? Vidistis quantū bonū sit humanitas, et primo loco cedere, et inferiorē fieri? Ecce in processū doctrinæ uidebimus nihil profuisse ei q primum locū elegerat: et eum q inferiorem se fecit, clariorem quotidie factum, opēsque illius per oia auctas, omnibusque factum spectabilem. Cæterū ut ne prolixiores simus docēdo, hoc loco subsistat sermo, et qd reliquum est, in sequentē seruetur sermonē. Illud autē uos rogauerim, ut imitatores sitis patriarchæ, & nunquā cōcupiscatis primatus: sed obtēperate beato Paulo dicēti: Honore alius aliū præcedentes, & date operam ut in oibus humiliemini. Hoc est. n. primatum habere, sicut & xps dicit: Qui seipsum humiliat, exaltabitur. Quid illi parfuerit uel æquale, quādo p ea in qb. aliis cedimus, ipsi maiori fruimur honore: & per q̄ alios uenera-

Gen. 12.c

Luc. 14.et 18.e

mur, ipsi in summum honorē euehimur? Itaq; obse D
cro, ut studeamus ita imitari patriarchę uirtutē, & seq uestigia eius, q ante legē tantā philosophiā præ se tulit, nos qui in gratia uersamur. Ista. n. uera est humilitas, quā eximus ille uir declarauit erga eū q multo se fuit inferior, non solū ob uirtutis ratio nem, sed & pp ætatem, & alia omnia: Cogita. n. qd senex iuueni cesserit, & patruus nepoti: & qui tantā à deo sortitus gratiā, ei qui in nullo magnū aliquod specimen præbuit: & ea q̄ oportebat illū dicere, ut iuuenē ad senem ætate & dignitate, & patruū, illa patriarcha ad iuuenē dicebat. Igitur nos quoq; nō eis tantū qui ætate nobis sunt maiores, uel ēt equales, honorē exhibeamus. Non est. n. humilitas, facere quod necessitate debes uel cogeris: hoc, inquā, nō est modestiæ, sed debiti. Vera aūt modestia est, quando cedimus iis q nobis uidētur esse minores, & eos ueneramur q nobis uidentur esse magis indigni q̄ nos. Quòd si rectè sapimus, nullos etiā nobis esse minores arbitrabimur: sed nos excelsi ab oib⁹ hominibus dicemus. Et hoc dico nō de nobis, qui innumeris immersi sumus peccatis: sed etiā siqs si- E
bi plurimorū bene gestorū conscius sit, nisi apud se sentiat qd omniū sit postremus, nulla ei futura utilitas ex oibus bonis suis operibus. Hęc est humilitas quando qs occasiones habet ut extollatur, & seipsum humiliat & supprimit, & modestè se gerit: tūc. n. ad uerū subuehetur fastigiū, iuxta promissionē domini, q̄ dicit: Qui se humiliat, exaltabitur. Satagam⁹ igitur, obsecro, uerticē illū oēs apprehēdere p modestiā, ut eādē illā, quā iustus ille à domino gratiā consequamur, & ineffabilia bona mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu xpi cui cū patre & sancto spiritu sit gloria, imperiū, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia. xxxiiij.

Harisimi, didicistis heri eximiā patriarchę
c modestiam, uidistis lenitatē egregiam. Neque enim erat res uulgaris, qd senex (quē omnium dominus tantis prosequutus fuerat beneficijs, tantaq; gratia frui fecerat) pari honore dignaretur iuuenem, & fratris filium, & primatu illi cede P
ret, inferioraq; ipse diligeret, nihilq; nō faceret quò bellum impediret, & cōtentionis materiā è medio tolleret. Hunc oēs imitari studeamus, & nunquam super proximū extollamur, nunquā de nobis sublimia sentiamus: sed modestia cōspicui cedam⁹ aliis, & inferiores haberi conemur, tam uerbis q̄ operib. Neque. n. unquā eis qui nobis iniuriam faciunt ad uersemur, etiāsi prius multū in illos contulerimus beneficiorum. Hæc. n. optima est philosophia. Neq; contumelia affecti feroces simus, etiamsi contemptiores & magis inopes nobis sint, q nobiscū conducunt: sed mansuetudine & lenitate furorem cōprimamus. Nihil. n. illa potētius, nihil illa fortius. Illa animam nostram in perpetua tranqllitate, & q̄si in portu constituit, & oīs recreationis ac quietis occasio nobis est. Ea pp & Christus diuina illa docens, Mat. 11.d
dicebat: Discite à me, qa mitis sum, & humilis corde: inuenietisq; requiē aīabus uestris. Nihil. n. animam ita in tranquillitate & quiete esse facit, ut mā suetudo & modestia. Hæc oī diademate se posside ti est utilior. Hæc oī claritudine & glia conducibilior. Quid. n. beatius, quā intestino liberari bello? Nā quātus plurima pace & cura externa fruamur, si

G intra nos cogitationū nascātur tēpestas,tumultus, & seditio,nihil externa pax nobis proderit:Sicut & necp miserabilius est aliqd ciuitate,q licèt prēsidiis & muris bene sit munita, intus tamē ciues foueat proditores. Hoc igitur obsecro, ut ante oīa nobis sit cure,qūo aiam à turbulentia uindicemus, & in trāquillū statū educamus, & ab oī liberemus amaritudine, quò & ipsi multa fruamur quiete, & iis q familiaritatē nobiscum habent,simus blandi.Hoc enim certissimū signū, quo internoscitur honore insignitus,si māsuetus fuerit,si lenis, si mitis,si modest⁹ & qetus: si nō q̄si seruus ducatur & trahatur, aut ab ira,aut ab aliis affectionib⁹: sed ratione uincat inter nos illos incōpositos motus,nobilēq; suā generositatē seruet,ne i brutorū ferocia negligētia degeneret.Et ut discas quantū manſuetudinis & lenitatis sit robur, & qd sola hęc uirtus sufficiat sē colētē diligēter ineffabilibus laudib. dignū reddere, audi beatū Mosen hic potissimū p̄dicari, & ex hac
Nu. 12. a ei coronā plecti. Et Moses,inqt,erat mitissimus omH niū hoīum q sup terrā. Vidisti encomiū magnitudinem? Oi eū humano generi parē pronūciat,immo oī hoīum generi p̄fert. Et iterū de Dauid dicit scri-
Psa.131.a ptura: Memento domine Dauid, & oīs māsuetudinis eius.Hinc patriarcha sibi maiorem cœlitus cōciliauit beneuolentiā,& afferens q̄ sua erant,à misericorde deo maiora assequutus est. Hoc scietis & uos, ubi attulerimus in mediū ea q̄ hesterna dicta sequūtur,& q̄ pri⁹ sunt lecta charitati uestrę declarauerimus.Nā quia Abrā multā prę se tulit mansuetudinē,ideo Loth suo primatu cesſit: & oēm ei eligēdi facultatē dans,uoluit minorem partē, modo auferretur oīs contentio. Vide quātā statim merce dem à deo consequitur, & qūo adhuc maiori retributione,ut per oīa multū abunder, patriarchā dignatur deus? Talis. n.est dominus noster,ut siquādo uel paruum quid attulisse nos uiderit, largissimas suas nobis remunerationes suppeditet, tātāq; prę se ferat liberalitatē,ut ea q̄ nobis sūt facta,multis nu.à nouis suis beneficijs uincātur.Et hoc i omnibus nostris factis inueniet qs ab eo fieri. Quid. n. dic mihi,uilius duobus obolis? Attamen qa uidua illa duos obolos in corbonā misit,inde celebris facta est ab eo tpe usq; in præsens toti mundo. Et qd dico duos obolos? Etiā siquis calicē aquæ frigidæ p̄beat,& pro eo magnæ decernūtur retributiones. Sēper. n.coronat eos q uirtutē operātur,iuxta ope-
Ma.10.d rātiū uolūtatē. Sil⁹ in pretiū assiduitate istucipsum ab eo fieri uidere licet. Nā siquis alacriter eū adit,
Esa.65.d statim ei dicit: Adhuc loquente te,ecce adsum. Qd siquis ampliorē sedulitatē teneat,& magno desiderio,feruentiq; mentis alacritate fiant petitiones: iterum liberalitate certat, & ante petitionē p̄dicat & coronat: id qd & in Chananæa muliere declarauit. Quoniā. n. uidit infatigabilē eius constantiā & p-seuerātiā,primū eā prædicauit,& præconiis (ut ita dicā) coronauit totiq; mundo celebrauit, postea liberalitate magna preces eius ēt superauit Nā, ut dixit: Mulier,magna est fides tua: tūc subdidit,Fiat ti
Ma. 15. c bi sicut uis.Et si uellemus singula scripture diuinę exēpla afferre, ubiq; magnā domini munificētiā esse mus uisuri. Sciebat hoc patriarcha ille,cedētē minorib. assequuturū maiora,sicut heri audiuistis.Et cesſit Lotho,regionēq; deteriorē elegit ut cōtētiōis resecaret occasiōes,& seruata uirtute sua peculiari, totā domū pacatā redderet. Cęterū uideam⁹ ex re- K
cēs lectis,qd ei retributū sit à domino pro tāta mā suetudine. *Et dixit*,inqt,*deus Abræ,postquā separatus est ab eo Loth: Eleuatis oculis tuis cerne à loco in quo tu nūc es,ad Aquilonē,et Aphricū,et orientē,et mare: quia omnem terrā quā tu uides,tibi dabo eā, et semini tuo usque in seculum* Vide qūo diuina scriptura acceleratā dei pro uidentiam & retributionē iusto factā demonstrat: uolēs nos docere,quantū approbata fuerit à misericorde deo patriarchę humilitas. Postquam, dixit,separatus est Loth,& abiit in terrā quā elegit,ut in p̄stātiorē: statim subdidit,Et dixit de⁹ Abrę,Dei de ut diligēter discam⁹, qd deus remunerauerit eū pro iis q̄ i Loth collocauerat, hęc addidit: Et dixit de⁹ Abrę,postquā separatus est ab eo Loth, q̄si manifestè hęc ei uerba dicens: Cesſisti ob tuā māsuetudinē regione meliore & amœniore fratris filio,& eximiā p̄ te tulisti humilitatē, tātāq; pacis habuisti
Ma. 25.b curā,ut nihil nō poti⁹ delegeris, q̄ eē inter uos cōtētiōes,ea pp largas illas à me retributiōes accipe. Eluatis,inqt,oculis tuis,uide à loco in quo tu nūc es, L
ad Aqlonē & Aphricū, & Oriētē, & mare: qa oēm terrā quā tu uides, tibi dabo eā,& semini tuo usq; i sclum. Vidisti retributionē, facti genus multis modis præcellētē? Hisdē uerbis utitur misericors dominus,qb. & patriarcha cesſionē fecerat. Nā sicut patriarcha dicebat: Ecce,an non oīs terra coram te? sē parare à me: si tu ad dextrā,ego ad sinistrā; si tu ad sinistrā,ego ad dextrā. Ita & dominus dicit: Eleuatis oculis tuis uide à loco in quo tu nūc es: qa oēm terrā quā tu uides, tibi dabo eā, & semini tuo usq; in seculū. Hic queso aiaduerte excellentē munificētiā. Dicit. n. Tu qdē dato illi electionis arbitrio: ea, quā ille uoluit eligere, terra cesſisti, relictā aūt ipse apprehendisti: ego uerò tanta te liberalitate prosequar,ut oēm quā ante oculos tuos terrā uides sitā, M
ex utroq; latere dextro & sinistro, à Septentione & Meridie,ab Oriente & occidēte,& in summa, oēm terrā quā uides,tibi sum cōcessurus: neq; tibi solū, sed & semini tuo usq; i seculū. Vidisti dignā diuina bonitate munificētiā? Vidisti quantis cesſit, & quā ta est assequutus? Hic erudiamur ut magna i dādis eleemosynis largitate utamur,quò datis paruis,adispicamur magna. Qūo. n. paria sūt,dic obsecro,da reę parū argēti,& obtinere peccatorū remissionē? pascere esurientē, & in die illa horribili fiduciā asseq, et audire uerba nulli regno cōferēda: Esuriui,et de
Ma. 25.b disti mihi qd comederē? Nū q tibi tātā rerū dedit ubertatē,potuit et illi⁹ in opiā leuare et solari? Hac de cā reliqt illū iopia uexari,ut et ipse patiētia multū mercedis acquireret,et tu per eleemosynā tibi fiduciæ materiam illuc præmitteres. Vidisti misericordiam domini,qūo pp nostram salutem dispensat oīa? Itaq; dū cogitas, quòd pp te et propter tuā utilitatem,ille cum inopia conflictans fame perit, ne absq; misericordia transeas,sed esto fidelis eorū quæ tibi à domino concessa sunt,bonorū dispensator,ut adiutus illius penuria, tibi supnā cocilies gratiā. Et glorifica dominum tuum, quòd pp te et salutem tuam permittat illum in paupertate uersari,ut tibi uia pateat per quam peccata possis abluere: et dispensatis bene iis q̄ à domino tibi sunt concessa, laudes illas mereare quæ oēm sermonem et
Mat.25.b rationē transcendunt. Audies. n. Serue bone et fidelis,super pauca fuisti fidelis, sup multa te cōstituā:

ingredere

A ingredere in gaudiū domini tui. Talia animaduertetes,ita respiciamus paupes,quasi operarios,q occasiones salutis dare nobis possunt,& eis largiter, hilariq; p̄optitudine cōmunicemus,nunquā renu-
Eccli.7.d entes dādo,sed magna lenitate cū eis colloquētes, & multā mansuetudinē declarātes,Inclina, inquit, pauperi aurē tuam, & respōde ei pacificè i mititate ut & antequā des, uerborū clemētia deiectū eius animum erigas. Adeo etiā uerbum animam roborare,consolationemq; multā afferre solet. Igitur nō tantū attendentes eum q accipit,in dandis eleemosynis simus liberales: sed ratiocinātes potius qs ille sit,q ea quę in pauperē collocata ut sibi facta uidi-
2.Co.9.b cat,& pro datis solutionē pollicetur. Hoc modo aio illū intuentes, magna p̄optitudine dare studeam⁹,& largā,dum adhuc tēpus est,semētē facia mus,ut & ubertim metamus. Nā q seminat parcè, inqt,parcè & metet. Manu igitur minimè parca, semina illa bona spargamus, ut suo tpe multū metamus. Nūc. n. seminandi tēpus est,quod ne p̄teream⁹ obsecro: ut in die retributionis pro iis quę hic semi-
B nauimus,fructus percipiamus,& domini misericordiā assequamur. Nullum. n. omnino aliud bonum sic poterit restinguere peccatorū nostrorum incēdium, ut elemosynæ largitas: ista & peccatorū nostrorū abolitionē opatur, & magnā nobis fiduciā cōciliat & p̄parat,ut ineffabilib. illis bonis frui tūc liceat. Et de iis quidē satis dictum est charitati uestrę: & demonstratū quòd si parua dederim⁹, à domino nostro magna cōsequamur. Hic enim sermo in eleemosynæ admonitionē digredi cœpit,qd patriarcha dum patrē terræ meliorē Loth concesſit, & uiliorē ipse retinuit tātā à domino consequutus est gloriam,ut oēm cogitationem transcendat promissio quā ei dominus fecit. *Eleuatis enim oculis tuis*, inqt,*uide à loco tuo,in quo tu nunc es, ad Aquilonem & Aphricū,& Oriētem & mare,quia omnē terrā quā tu uides,eā tibi dabo,et semini tuo usque i seculū*. Parte terrę, inqt,cesſisti. Ecce ego totā tibi terrā polliceor, neq; hoc solū,sed & semini tuo polliceor eā usque in seculū: hoc est,perpetuò. Vidisti quomodo certat beneficiis? Sciebat enim deus qd hoc maximè cupet
C patriarcha,& nihil eius alacritatē ita roboraret,inqt,Et hoc tibi concedā,ut q ex te nascētur,tibi succedēt,& sister terra fruētur,habebuntq; ppetuā illam potestatem. Deinde,ut ne respiciens ad naturā & senectutem suam Saræq; sterilitatē, promissionē minus curaret,sed bene fideret pollicentis uirtuti,i quit: *Et faciā semē tuum sicut arenā terræ*. Siqs potest numerare arenam terrę, & semē tuū numerabitur. Verē supra naturā humanā est hæc promissio: non solū promisit se facturū eum patrem inter tot impedimenta, sed in tantā multiplicaturum filiorū numerositatē,ut arenę maris cœquentur. Et innumerā multitudinē,ac ualde p̄stātē fore,tale similitudine declarare uoluit. Atētde quomodo miseri cors deus paulati uirtutē exerceat. Nam cū super⁹ dixerit. Semini tuo dabo terrā hanc: nunc iterū dicit,Et semini tuo usque i seculū dabo,& faciā illud quasi arenam maris. Et tunc sermonibus tātū facta est promissio,intercedit q; inter rem & promissionē multū temporis,ut religiosam patriarchę mentē,& ineffabilē dei uirtutē discamus. Data enim opera differt ac moratur,ut cū in profundā puenerint senectam,& de humanis uiribus,ut ita dicā,omnino desperauerint,tunc suā sciant infirmitatē,& cogno D
scant inenarrabilis potentię dei eminentiā. Hoc loco expendas quæso,à tpis tanta intercapedine, quā solida fuerit prophetę mens qūo humanis omnib⁹ prętertis,ad potentiā eius qui pollicitus erat respexerit. Non impatiēs erat,non turbabatur. Scitis. n. quòd plerunque quando quis semel atque iterum pollicetur,& promissa implere tardat, segniores sumus ad credēdum iis quę iterum promittit: id qd i homine non iniuria locum habet. De deo aūt,quit res nostras maxima dispēsat sapiētia,si q̄ semel promissa fuerint,etiā si innumera intercedant obstacula,cōfidēdū est ad magnitudinē potentiæ suę respicientib. firmādaque est ratio,& sciendū quod omnia quę ab illo sunt dicta,euenire modis omnibus oporteat. Nihil enim est quod morari queat ei⁹ promissiones,quoniā de⁹ est,cui oīa sunt possibilia & idcirco quorsumcunq; uult,res trāsfert: & ubi nō sunt uię,iuenire scit uias: & desperatos in bonā spem adducit,quò excellētia potētissimę suę sapiētię nobis manifestior fiat Dicit. n. *Surge, et perambula terrā in longitudinē eius et latitudinē, quia tibi dabo eā*. Vide E
quomodo in rebus omnibus certitudinē summā & ineffabilē iusto inserit. Dicit enim: Surge, & circumi,& addisce tā latitudinē quàm lōgitudinē, ut scire possis & magnitudinē terrę qua fruitur⁹ es, & antequā fruaris,spe pastus,magnā inde animi uolutatē haurias. Nā quantūcunque terrę circumieris, tibi dabo: ut scias quòd non tantū dimiseris, q̄ntū acceptur⁹ es. Ne igitur putes quòd minorē terrā tu sortit⁹ sis, quoniā ille arripuit quę prima sibi uisa ē & potior. Scies n. nō multo pòst rebus ipsis, q̄ nihil profuerit ei potioris terrę electio,& ipsusmet discet q̄ntū malū est primatū amare. Tu aūt nūc accipe modestię & clemētię,quā erga fratris filiū declarasti mercedē: & iam⁹ cognosce terrā omnē,cuius dominus es,& non multo pòst & ipse tu & semen tuū in ęternū possidebitis. Et semini tuo, iqt, usque, in seculū. Magna diuinę promissionis magnitudo,magna nostri omniū domini,ut uincat beneficiis,liberalitas. Magna mercedis p̄stātia, quā dat misericors & clemētissimus domin⁹ beato illi,& ex illo nascēdo semini. Vt hęc audiuit patriarcha, de ineffabili bonitate dei obstupefactus. *Motis tabernaculis*, iqt,*ue* F
nit,et habitauit iuxta quercū Mābre, quæ est in Chebron. Postquā,inquit,accepit promissionē,& separauit sē Loth,tunc trāstulit tabernaculū suū ad quercū Mābre. Vide mentē optimis moribus prędītā,uide spiritus sublimitatē,qūo facilè inde migrat, nec grauatur de locis in loca transire. Inuenies. n. eū nulla familiaritate p̄euentū,& alligatū: id quod multis euenit,etiā iis q se philosophos,& è mediis liberatos tumultib. iactant: & si quādo tēpus uocet,spiritualis negocij gratia,ut in alium locū concedant, sępenumero morosi sūt,tristes,& migrationē ęgreferentes,eo quòd consuetudine occupati sint. Verū non ita iustus,sed prius ab initio (nondū fulgente Euāgelij luce) philosophū agebat: & quasi pegrim⁹ & hospes,ita nunc hinc illuc,& nunc illinc huc trās migrabat,& p omnia religiosam suam mentem declarare studebat. Nam postquā tabernaculum fixit apud quercū Mambre,statim ibi extruxit altare domino. Vidisti mētē gratā quia mox ut tabernaculū fixit,stati pro facta sibi promissione,gratiarū actiones obtulit domino. In singulis locis ubi taberna-

G culũ fixit,iueuies hoc prę oĩbus ei fuisse curę,ut ex
1. Timot. 2.b tructo altario p̃ces offerret,& Apostoli p̃ceptũ impleret,iubentis ut in omni loco oretur, & eleuẽtur sanctæ manꝰ. Vidisti aiam diuino amore succẽsam, & ad diuina prõptã, perq; omnia gratias agentem? Non.n.expectauit,donec promissa cõplerentur:sed & mox pro promissione gratias egit, & faciebat qđ in se erat,ut de prẽuiis dignam & synceram gratitudinem prę se ferẽs,dominũ suũ prouocaret ad promissiones suas implendas.Illum sanè & nos imitemur,& promissionibus diuinis fidamus,& neq; alacritas obsoleſcat tẽpore,neque mẽs remissio fiat p̃pedimẽtis quę interueniũt:sed uirtute diuina fidẽtes,quasi iam ante oculos uideremus promissiones impleri,ita purã & inadulteratã declarem⁹ uirtutẽ. Magna enim & immensa promisit dominus,& quę nostrã trãscendũt rationẽ,nempe participes regni, & ineffabiliũ bonorum fore,utpote conuersationẽ cum angelis,& libarationẽ à gehenna. Cęterũ neq; diffidamus ideo quòd ea nõ uidentur corporalib. oculis,sed cogitemus mentiri non posse eum q pro
H misit.Et potentię suę magnitudinẽ oculis fidei metiamur,& ex iis quę iam concessa,etiã de futuris bonã spẽ habeam⁹:ea.n.de caussa & hic multa nobis donata sũt,ut ex iis adiuuemur,manuq; ducamur, ut illa quoq; bene credamus.Nã q filiũ suũ tradidit propter suã in nos charitatẽ quomodo nõ oĩa nobis & reliqua largitur⁹ est?Sicut & Paulus inqt:Qui
Rom. 8.f non pepercit proprio filio suo,sed pro nobis omnibus tradidit illũ, qũo non & oĩa nobis cũ illo tribuet?Si filiũ suũ exposuit pro peccatis nostris,si baptismatis donũ largit⁹ ẽ,si priorũ peccatorũ remissionẽ tribuit,si pœnitentię uiã nobis apuit, si inumera alia ad salutẽ nostrã tractauit, manifestũ qđ & futura bona nobis reposita p̃bebit.Nã q propter suã bonitatẽ,antea quã esse inciperemus hęc p̃parauit,quomodo non & frui cõcedet? Quòd aũt prius hęc bona nobis p̃parauerit,audi qđ dicat stãtibus
Mat. 25.e à dextris.Venite benedicti patris mei,hereditate accipite regnũ paratũ uobis ab origine mũdi. Vidistis bonitatis excellentiã,quãta erga nostrũ gen⁹ misericordia usus sit,ut & ante iacta fundamẽta mundi
I nobis regni cœlorũ fruitionẽ p̃parare dignat⁹ sit? Igitur ne simus ingrati,obsecro,neq; indignos talibus nos donis cõstituam⁹:sed diligamus, ut decet, dominũ nostrũ,nihilq; faciamus,qđ eius erga nos beneuolẽtiã impediat.Nonne ipsi antea dęmonib. seruiuimus?Ipse prior magnã & indicibilẽ charitatẽ erga nos declarauit: quo igitur non absurdum fuerit,si eum q sic dilexit non diligamus oĩbus nostris uirib⁹?ipse propter suã erga nos charitatẽ oĩa cũ uoluptate sustinuit: & ex ipsis paternis sinibus exiliens,ut ita dicã,serui formã assumere uoluit,& experiri omnes hominũ molestias,& ferre à Iudæis cõtumelias & opprobria,denique & crucẽ,& mortẽ ignominiosissimã,ut nos q humi trahimur, & ĩfinitis peccatorũ sarcinis oppressi sumus nostra in se fide liberos faceret.Vnde oĩa hęc mente recogitans beatus Paulus,seruidus Christi amator,& q̃si alat⁹ in vniuerso orbe currẽs,ĩ corpore icorporea facere studẽs,clamabat dicens: Charitas dei detinet nos.
2. Co.5.e Vide gratitudinem,uide omnis charitatis excellentiam,Charitas detinet nos:hoc est, compellit, cogit,constringit.Deinde uolens interptari quòd à se dictum,inquit:Iudicantis hoc,quoniam unus pro omnib⁹ mortuus est,ergo omnes mortui sunt.Et pro omnib⁹ mortuus est,ut & uiuẽtes posthac nõ sibi K
ipsis uiuant,sed illi q pro eis mortuus est & resurrexit.Vidisti quòd iure dixit, qa detinet nos charitas Christi: Si.n.pro nobis, inquit omnibus mortuus est,propter hoc mortu⁹ est,ut nos uiuentes posthac nõ nobisipsis uiuamus,sed ei q pro nobis mortu⁹ ẽ & resurrexit.Audiam⁹ igitur apostolicã admonitionẽ,& nõ nobisipsis uiuamus, sed ei q mortuus est, & resurrexit.Et quomodo,dicet quispiã, poterimus non nobisipsis uiuere? Audi enim iterũ dicentẽ:Vi Gal. 2.d
uo autẽ,non iam ego,uiuit autẽ in me Christus:Vidisti quomodo sup terrã ambulans,& carne circũdatus.q̃si cœlum inhabitans, & inter incorporeas uirtutes cõuersans afficiatur? Proinde alibi iterũ dicebat,Qui aũt Christi sunt,carnẽ suã crucifixerunt Gal. 2.d
cum affectionibus & cõcupiscentiis. Hoc igitur est nõ sibiipsis uiuere,sed ei q pro nobis mortu⁹ est,& resurrexit:quando q̃si mortui sumus p̃senti uitę, & ad nihil eorum quę uidẽtur respicimus Nã idcirco dominus noster crucifixus est,ut hanc uitã pro illa cõmutemus,immo p hanc illã nobis negociemur,
L Prẽsens enim vita,si volum⁹ esse sobrij & uigiles,ducit nos ad fruitionẽ uitę ęternę,& poterim⁹, si parũ voluerimus vigilare,& aperire mẽtis oculũ, & quietis illius semper apud nos meminisse,& ita p̃sentia prẽterire & superuolare,ad futura autẽ & semp durantia mentem intẽdere,sicut beatus ille q nos eru
Gal. 2.d diuit,dicens:Quòd autẽ nũc uiuo in carnẽ,in fide uiuo filij dei:qui dilexit me,& tradidit semetipsum propter me uide animam ignitã,uide mẽtẽ alatã,ui uide rationẽ incensam dei amore. Quòd enim,inquit,nunc uiuo,in fide uiuo.Non enim, inquit putetis me facere aliquid hui⁹ uitę causa.Nam licẽt carne uestitus sim,necessitatibusq; carnis alligatus: in fide tamẽ uiuo,quæ in Christũ,despiciẽs omnia p̃sentia,& spe quę in illũ est,omnia prẽtercurrẽs,intẽtã in cœlu mentẽ habeo.Deniq; ut discas excellẽtiã amoris sui dicit: In fide viuo filij dei, q me dilexit, & tradidit semetipsum propter me. Cõsidera q̃ emi nẽs gratitudo.Quid dicis ô beate Paule:paulo antè dicebas,Qui proprio filio suo nõ pepcit,sed pro no
Rom. 8.f bis oĩbus tradidit eũ,& nũc dicis, Qui dilexit me:
M & ut propriũ usurpas commune beneficium,Prosẽctò inquit:Nam licẽt pro omni hominũ genere sacrificium oblatum sit,tamen propter amorẽ in eũ, id quod factũ est omnibus,propriũ mihi facio. Ita & prophetis mos est facere,& dicere:Deus de⁹ me⁹, Psa.17.b
quãuis totius orbis sit dominus.Sed peculiare hoc 137. &
est amori,ut ex cõmunib. propria faciat.Filij dei,in 142.
quit,qui dilexit me.Quid dicis?te solũ dilexit? Omnem,inquit,hominum naturã dilexit,sed ego ei gratias debeo,quasi me solum dilexisset, & tradidisset semetipsũ pro me solo.Quid igitur,pro te solo crucifixus est?an nõ dicit,Quando exaltatus fuero,tra
Ioan.12.a ham ad me omnes? Nonne tu dixisti, quòd pro nobis omnibus tradidit semetipsum? Profecto, inquit,
Ephe.5.a non loquor pugnantia,sed meum amorẽ ita solor Iam uide iterũ & aliud, quid dictis illis nos doceri uelit.Cùm.n.superi⁹ dixerit de patre, quòd pro nobis omnibus illũ tradiderit :hic dicit, Semetipsum tradidit:& illic quidem,ut concordiam indicet, & parem honorẽ patris & filij, Quia & alibi dicit:Fa-
Phili 2.b ctus pro nobis obediens,usque ad mortẽ:ubiq; dispensationem fideliter docẽs.Hic autẽ uerbum, tradidit,idem est quod seipsum posuit ut idicet,quòd

A uoluntariè passionem susceperit, & non necessitate, neque ui,sed uolens & sponte,ut totius humani generis salutem operaretur crucem sustinuit. Qualẽ igitur uicissim gratiarum actionem exhibere poterimus,tam diuitem erga nos charitatem declaranti? Etiamsi animam ipsam impendamus pro suis legibus,& obseruatione mandatorum, quæ ab ipso sunt data:neq; sic ad charitatis modum pertingere poterimus,quã erga nostrũ declarauit genus. Ipse enim deus existẽs,pro hominibus hoc subiit,& dominus pro seruis, & non pro seruis simpliciter, sed pro ingratis, & perpetuis inimicis. Et ipse prior in indignos,& toties lapsos tantam contulit beneficẽtiam. Nos autem, etiamsi nos facimus quæcunque facere poterimus, nihil magnum faciemus, ut ei q nos tantis beneficiis præuenit,aliquid rependam⁹. Nostra enim, siqua sequuntur, retributio quidem sunt & debitum: illius autem sunt gratia, & beneficia & largitionis magnitudo. Hæc igitur oĩa cogitantes,diligamus Christum, sicut Paulus ipsum dilexit, nullam præsentium rationem habeamus,
B sed perpetuũ eius amorem animæ nostræ insidentem seruemus. Ita enim & omnia quæ in hac uita sunt deridebimus, & terram quasi cœlum inhabitabimus,neq; fœlici hui⁹ uitę successu remissiores erimus, neque aduerso & tristi cõsternabimur: sed omnibus præteritis, ad amabilem dominum nostrum hinc festinabimus,neque præsentia conturbabũt,neq; dilationem grauatim feremus, sed nũc
Gal.2.d. & nos sicut beatus ille dicemus, Quod nunc uiuimus in carne, i fide uiuimus filii dei, q dilexit nos, & semetipsum tradidit pro nobis:ut & præsentem uitam absq; mœrore perficiamus, & futuris bonis frui mereamur,gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & sancto spiritui gloria,imperium, honor nunc & semper & i secula seculorum,Amen.

Homilia tricesimaquinta.

Ngens bonum est dilecti, diuinarũ scriptu
i rarum peritia.Hęc enim facit animam optimis moribus præditam, hæc in cœlũ mentem trãsfert,hæc gratitudinis studiosum reddit ho
C minem.Hæc facit, ne ad aliquid præsentium respiciamus:sed ut ppetuò in alia uita mẽte nostra uersemur,& ad domini mercedẽ respicientes, omnia opemur,alacritateq; magna uirtutũ labores aggrediamur.Ex ipsis disse re licet dei celeriter succurentis prouidentiam,iustorum fortitudinem, domini bonitatẽ,retributionẽ magnitudinem Hinc possũmus ad æmulationẽ & imitationẽ optimæ generosorum uirorum uitæ excitari, ut non torpescamus in uirtutis certaminib⁹:sed cõfidamus, et antequã eueniant,diuinis promissionibus. Proinde magna diligentia diuinarũ scripturarũ lectioni uacemus. Ita.n.& scientiã assequemur, si ad ea q̃ ibi sita sunt cõtinuò accedamus. Neque.n.fieri potest,eũ q indiuinis scripturis magni studio, feruẽtiq; desiderio uacat, semp negligi:sed licẽt desit nobis hominis magisterium, ipse dominus supnè corda nostra in trans illustrat mentẽ rationi iubar suũ infundit, detegit occulta,doctorq; fit eorũ quæ ignoramus, tantũ nos q̃ à nobis sunt afferre uelimus. Nõ uocabitis.n.inquit,magistrũ super terram.Quando igi-
Mat.23.a tur in manus spiritualem librũ capimus, omni seculari cura repulsa,cogitatiões nostras cogam⁹, & mentẽ ne distrahatur,cohibẽtes lectioni uacemus D
magna pietate & attẽtione,ut posimus sancto spiritu ad scriptorũ intelligentiã duci, & multũ inde fructum percipere. Barbarus ille reginæ Aethiopũ eunuchus,qui in tanta erat gloria,& curru uehebatur,illo tpe lectionẽ non negligebat: sed prophetã in manibus habẽs,magnũ adhibebat studiũ, idq; nescius qd in libris cõtineretur, & afferebat qcqd in se erat,nempe studium, alacritatẽ,attẽtionẽ. Cogita.n.obsecro, quantũ erat neq; in itinere lectionem negligere,& præsertim sedentem in curru. Meritò malè audiunt ij qui neq; domi ut hoc faciãt, ĩpsuaderi possunt, sed putantes superuacuã esse horũ lectionẽ,quia uel mulieri cohabitant,uel militię asscripti sunt,uel puerorũ & seruorũ aliorumq; negociorum agunt curã,non conuenire sibi opinantur quòd diuinę scripturæ lectioni incumbãt. Ecce eunuchus & barbarus erat, q̃ utraq; ad reddendũ negligentiorem sufficiebant,& ad hæc dignitatis amplitudo,& opũ abũdãtia. Adde qđ & i itinere erat, & curru ferebatur. Hoc.n.modo iter facienti non est facilè lectioni esse attẽtũ,immò ualde molestũ: E
attamen desideriũ & ingens studium oĩa obstacula è medio auferens,in lectione retinebat.Vnde nõ dicebat ea,q̃ nunc plerq; dicũt: Non intelligo ea q̃ scripta, nõ possum intelligere profunditatẽ scripturarum. Quare frustra,& incassum laborem sustinerem? lego,& nõ habeo q manuducat. Nihil iis sisẽ cogitabat ille,lingua quidẽ barbarus, mente autẽ philosophus:sed cogitauit potius se non contẽptũ iri, sed superna gratia adiuuari, modo qđ suũ erat afferret,studium inquã & diligentiã. Quem & nos imitemur,& quę hodie lecta sunt,quid sibi uelint, Acto. 8.e
diligenter discamus.Sed lectionẽ primũ in mediũ afferre operæpretium fuerit. *Factũ est aũt, inquit, in regno Amarphal regu Sennaar,Arioch rex Elasar,& Chodollogomor rex Aelã, & Thargal rex gentiũ fecit bellum cũ Balla rege Sodomorũ, & cũ Barsa rege Gomorrhæ, & cũ Sennaar rege Adama,& cũ Symobor rege Seboim,et rege Balak,ipsa est Segor. Oẽs ij conspirauerunt in ualle Salsa:q̃ nũc est mare salis. Duodecim annis seruierũt Chodollogomor,tertio autẽ decimo anno desciuerũt. Porrò quarto et decimo anno uenit rex Chodollogomor. Et tertio decimo anno receſſerũt. Quarto aũt et decimo anno uenit Chodollogomor,& reges qui cũ eo erãt, & trucidarũt gigãtes in Astaroth,& Cernain,et gentes fortes, & unà cũ ipsis Somæos, qui erãt in Saue ciuitate:& Chorræos,qui erãt in mõtibus Seir,usq; ad Therebinthũ Pharã,q̃ est in eremo. Et reuersi uenerũt ad fontẽ iudicũ,ipsa ẽ Cades, et occiderũt oẽs principes Amalek,et Amorrhæos, et habitantes in Asasonthamar.* In exẽplari Græco aliqua desiderabãtur. F
Ne prętereamus obiter dilecti, q̃ dicta sunt,ne putemus inutilẽ eẽ narrationẽ. Dedita.n.opa diuina scriptura diligẽter oĩa nobis narrat, ut discam⁹ quantũ fuerit robur,& quãta potẽtia barbarorũ,& quãto impetu in bellũ uenerint,qui & gigãtes,hoc est proceros & fortes corpore debellarint, oẽsq; gẽtes in ugã uerterint.Nã sicut torrẽs, q ualde excurrit & inundat,oĩa secũ rapit,& perdit:ita & barbari illi inuaserunt oẽs gentes, & omnes prorsus perdiderunt,ita ut & principes Amalechitarũ, & alios oẽs in fugã uerterint. Et fortè dixerit quispiam : Et quę utilitas,scire barbarorum robur? Non temerè, neque frustra narrationi talia immiscuit scriptura diuina.Alioqui neq; uos, ut eorum memores essẽtis inhortaremur:sed ut discatis & excellentem dei

potentiã & patriarchæ uirtutẽ:id quod procedendo docebimus. Contra illos igitur, q tanto robore prædĩti erant,& tot gentes in fugã uerterunt. *Egressus est*, inquit, *in prælĩu rex Sodomorum & Gomorrhæ,& rex Adamæ,& rex Seboim,et rex Balak,ipsa est Segor:& direxerunt aciẽ in prælĩu,in valle Salsa', cõtra Chodollogomor & Thargal regem gentium, & Amarphal regẽ Sennaar,& Arioth regem Elasar. Quatuor reges cõtra quinq; Vallis autem illa Salsa,putei bituminis.* Deinde ut discamus quo confracto eorum robore, & consternata magnanimitate,in fugam uersi sunt,inquit, *Et fugit rex Sodomorũ & Gomorrhæ,et ceciderunt illic ubi fontes erant: qui autem reliqui, fugerunt in montana.* Vidisti quanto robore pollebant isti uiri,quo hostes suos etiã aspectu suo in fugam uerterunt? Vide consequenter quo illis fugam ineuntibus, isti ablatis omnibus quæ illorum erant,redierunt. *Acceperunt aũt*, inquit, *oẽs equos Sodomorum & Gomorrhæ, & oẽs comeatus eorum, & abierunt. Acceperunt quoq; & Loth filium fratris Abræ,& supellectilẽ eius,et abierunt. Habitabat enim in Sodomis.* Ecce id quod heri dicebam,id nunc euenit: nihil.n. profuit Lotho primatus & electio. Nã ex hoc non solum nihil utilitatis ei accreuit, sed ecce captiuus ẽt abductus est, & didicit re ipsa multo satius ei fuisse uti consuetudine iusti, q̃ separatum in libertate uiuere. Ecce.n.ut diuisus est à iusto,& putabat se in maiori esse rerum ubertate & copia,& potiora se assequutum & abundare,repẽtè factus est seruus,carẽs domo, carẽs & foco:ut discas quantum malũ sit diuisio, & quantũ bonũ concordia:& quòd cõuenit nõ maiora temerè capessere,sed potius humilitas diligẽda est, Tulerũt, inquit,Loth,& sarcinas eius. Quãto melius erat eũ cum patriarcha uiuere,& oĩa ferre,ut ne concordia solueretur:quã separatum,& electis potioribus, in tanta repentè pericula incidere, & in Barbarorum uenire potestatem? *Venit autem quidam*,inquit,*ex ijs qui seruati erant,& nunciauit Abræ trãsitori. Ipse aũt habitabat iuxta quercũ Mãbre, Omori fratris Eschol,& fratris Aunã,qui erãt corniurati Abræ.* Quo tantum bellum conflatum ignorauit patriarcha? Fortasis magna distantia aberat,& ideo ignorauit. Aduenies aũt qdã annunciauit Abræ transitori. Hoc dicit,ut nos memores faciat quo ex Chaldæa exierit. Nam qa trans Euphratẽ domiciliũ habuerat, dictus est transfluuialis,uel trãsitor. Et antea ẽt ab initio parentes ei hoc nomẽ indiderant,iam antea significãtes eũ inde migraturũ. Vocatus.n. est Abram, qa migraturus erat trans Euphratem, & in Palæstinã uenturus. Attende quo & parentes eius, licèt infideles forent, ductu potẽtissimæ sapiẽtiæ dei nomen puero imposuerũt, sicut & Lamech suo Noe, Est.n. & hoc diuinæ misericordiæ,futura p infideles dicere. Aduenies itaq; quidã,inqt, nũciauit transitori quæ acciderant, captiuitatẽ uidelicet filii fratris,& regũ illorũ magnam potẽtiam,Sodomorũq; expugnationẽ,& fœdam fugam. Ipse autẽ,inquit,habitabat iuxta quercũ Mambre, Omori fratris Eschol, & Aunan,qui erant coniurati Abræ. Iam fortè hic aliquis interrogauerit: Quare cũ effugerint Sodomitæ alij,iustus Loth in captiuitatẽ abducitur? Nõ simplr hoc,neq; frustra:sed ut discas his euentibus & patriarchæ uirtutẽ, & quòd pp ipsum seruantur & alij,& ut erudiaris primatum non appeterẽ, sed maioribus cedere. Audiamus igitur consequenter quę sequũtur,ũt discamus & iusti uirtutẽ,& indicibile subsidiũ dei. Verũ diligenter dictis auscultate, mentemq; recolligite. Multum.n. lucrifacere hic poterimus,& ex his quæ Loth euenerunt discere,nunquã ægreferendũ, siquando iusti incidãt in tentationes, improbi uerò & mali euadant:neq; ullo modo prima qrenda, neq; aliquid iustorum familiaritati & conuictui præferendum: & seruitutẽ apud bonos uiros,libertate apud malos utiliorem habendam. Et interim discamus & patriarchę insignẽ tolerãtiã,propẽsum in Loth amorẽ & beneuolentiã, fortitudinis magnitudinẽ, opum contemptum, ineffabilẽ diuini erga illũ adiutorij uirtutẽ *Namut audiuit*, inquit, *Abrã, qd captus esset Loth fratris sui filius, numerauit proprios uernaculos suos trecentos decem & octo,& persequutus est illos usq; Dan,* & *irruit super eos nocte ipse & pueri eius, & percussit eos, & persequutus est eos usque Chobã, q̃ est in sinistra Damasci. Et reduxit omnẽ equitatũ Sodomorũ. Et Loth filium fratris sui reduxit, & substantiam eius, & populum, & mulieres.* Considera hic dilecte magnitudinẽ & fortitudinẽ iusti, quo bene fisus misericordiæ dei,non perculsus est aio, cũ audisset uiroꝝ fortitudinẽ, & stragem quã fecerant, primũ in oẽs gentes irruptione facta,debellatisq; Amalechitis & cęteris omnibus. Deinde quòd irruerint in Sodomos,& in fugam ipsos uerterent,omnẽq; eorũ diripuerant substantiã. Et idcirco superius hæc oĩa narrauit nobis scriptura,& qualia sua uirtute strenuè gesserũt, ut scias qd non corporali robore eos deuicerit patriarcha, sed sua in deũ fide,& superno prędio adiutus omnia illa gesserit,non arma mouerit,nec tela,nec lãceas nec arcus intenderit,nec scuta obiecerit,sed solum, cum uernaculis. Et quare numerauit trecentos decem ac octo uernaculos? dicet qs, quare nõ simplr oẽs accepit & uernaculos, & q cum Loth educati erant,ut ultionem sponte & beneuolè facerent,utpote serui pro suo domino certantes? Et uide obsecro miram dei potentiã, quanta uelocitate cõtigit uictoria: Irruit.n. inquit, super illos nocte,ipe & serui eius,& percussit eos,& persequutus est eos. Erat enim manus superna, q̃ adiuuabat & cõmilitabat. Et ideo neq; armis,neq; machinis opus habebant: sed tantũ ut cõparauit cum famulis, & alios qdem percussit, alios autẽ fugam inire fecit, & utrunque impauidè,cũ null' esset qui obturbaret,& tã equos regis Sodomorũ reduxit, quã Loth fratris sui filiũ, & oẽs eius substãtias & mulieres. Vides quare aliis fuga ẽlabentibus, Loth captiuus abductus est? nẽpe ut & patriarchæ uirtus claresceret, & propter ipsum alii multi salutẽ assequerentur. Rediit aũt magno & pręclaro triũpho insignis,cũ Loth equos,& mulieres,& cæteras substantias reducens, & clara ac plena uoce pdicans,tubaq; uocalius clamãs, qd nõ humana uirtute, neq; corporali robore & illos fugarit,& uictor euaserit: sed superna manu faciẽte oĩa. Vidisti per omnia iustum clariorẽ fieri, & quotidie magis declarari dei erga eũ prouidentiam? Vide consequenter, quo studet ut Sodomitis diuini cultus doctor fiat. *Dicit enim egressus est rex Sodomorũ in occursum ei, postquã reuersus est à strage Codollogomor, & regũ qui cũ illo.* Attende quanta si uirtus aliquem diuino frui adiutorio. Rex peregrino & seni in occursum egreditur, & omnem honorem impendit. Iam.n. didicerat quòd nihil prosit regni uti litas ei,q̃ superno auxilio destitutus: & qd nihil potentius sit eo q manu dei adiuuatur. Et *Melchisedek rex Salẽ protulit panes & uinũ. Erat aũtẽ sacerdos dei altissimi.* Quid uult hæc obseruatio rex Salẽ,& sacerdos dei altissimi? Illũ.n. nobis & beatus Paulus, scribens ad eos q ex Hebræis crediderant, cũ in mediũ adduxisset,& nomẽ eius tractaret, ciuitatem simul interpretatur cũ significatione nominis eius, usus etymologia quadã: Melchisedek rex iustitię. Nã iuxta Hebraicã linguã, Melchi regnũ significat: & sedek, iustitiam. Et cũ ad nomen ciuitatis uenit,rex pacis,inqt. Salẽ.n. idem quod pax est. Sacerdos aũt erat, fortè à semetipso ordinatus: sic.n. tunc erãt sacerdotes: uel quòd qa ætate prouectior erat, à suis colebatur: uel quòd & ipse sacrificare studuit,sicut & Noe,Abel,Abram,quando sacrificia obtulerunt. Alioquin & typus xpi futurus erat, unde & Paulus ipsum extollens,sic dicit: Absq; patre,absque matre absque genealogia,neq; initiũ dierũ, neque uitæ finẽ habẽs: assimilatus aũt filio dei, manet sacerdos in perpetuum. Et quo,dicis, possibile est hominem absque patre & matre & genealogia esse,et non habere uel initiũ,uel finem uitę? Audisti,quòd figura fuit: ne ergo admirare, neque oĩa reqre in typo. Neque.n. typus esset,si oĩa q̃ ueritati accidunt, haberẽtur. Quid igitur est quod ibi dico? Igitur sicut ille, inqt,eo quod non sit memoria eorum q genuerũt, dicitur sine patre & sine matre: et qa non recẽsetur eius genealogia, dicitur sine genealogia: ita & xps, quia non habet uel in cœlo matrem, uel in terra patrem, absque genealogia dicitur. Et uide pp honorem in patriarcham collatum, quo sacramẽtum insinuatur. Extulit.n. illi panem & uinum. Videns typum,cogita oro & ueritatem,et admirare diuinarũ scripturarum ueritatem, quo superioribus seculis & ab initio futura præsignata sint. *Et benedixit*, inqt, *Abramũ, & dixit. Benedictus Abrã deo altissimo, qui condidit cœlũ & terram: & benedictus deus altissimus, qui tradidit inimicos tuos in manus tuas.* Non solum ipsum benedixit,sed & deum glorificauit. Vt dixit.n. Benedictus Abram deo altissimo,qui condidit cœlum & terram, et à creaturis uirtutem dei nobis declarat. Si.n. deus est ille q produxit cœlũ & terram, non sunt iam dij q ab hominib. coluntur. Dij.n. inquit,qui cœlũ & terram non fecerunt,pereunt. Benedictus, inquit, deus q tradidit inimicos tuos in manus tuas. Vide oro,quo non solũ iustum pdicat sed & dei præsidium agnoscit. Neque.n. absque illius gratia potuisset tantã eorum quos cricũdabat potentiã uincere. Qui tradidit, inqt, ipse est q totũ operatus est, ipse est q̃ fortes fecit infirmos, ipse est qui per inermes armatos deiecit: ab eo est gratia, q̃ tantam tibi uirtutem concesit. Vide quo ostendit deus concordiam, & propensum amorem in Loth, quòd pro suis propriis inimicis habuit, propter ea q̃ in fratris filiũ fecerant? Et dedit ei,inqt, decimas de oĩbus. Hoc & Paulus dicit. Considerate aũt quãtus ille,cui decimas Abrã dedit de primitiis patriarcha,uidelicet ex spoliis quę adduxit. Remunerauit Melchisedecem & decimas ei segregauit de oĩbus q̃ attulit. Hoc loco doctor fit oĩbus,ut declarãtes gratitudinem, primitias eorum quę sibi à deo concessa,offerant. Post hęc Sodomorũ rex patriarchę magnanimitatẽ obstupescẽs, dicit ei: *Da mihi uiros,equitatum autem tolle tibi.* Honesta regis gratitudo, sed uide & optimos mores iusti. *Dixit aũt Abrã regi Sodomorum: Extendam manum meã ad deũ altissimũ, qui fecit cœlũ et terrã si à funiculo usque sphæroterem calceamenti accipiam de omnibus tuis: ut ne dicas, Ego ditaui Abrã.* Magna patriarcquæ in contemnendis diuitiis uirtus,& cuius gratia abiurat & dicit: Extẽdã manũ meã ad deũ altissimũ, qui fecit cœlũ & terram. Duo simul docere uult Sodomorum regẽ, & id qd prestãtius erat iis q̃ ei offerebantur. Nã & uitæ honestæ & formã idicauit,& pietatis doctor ei fieri studet, quasi docẽs eũ. Illũ tibi testẽ adhibeo,qd nihil tuarũ rerũ accipiã, illũ qui oĩum est conditor, ut scire possis deũ oĩum,& ne credas esse deos ea q̃ ab hoium manibus fabricantur. Ille.n. cœli & terrę conditor, ille & nobis in hoc bello uictoriæ & triumphi author. Ne igitur expectes me pmissurũ, ut mihi des qppiã. Neq;.n. mercedis gratia uindictã feci,sed primũ ob amoris affectũ quẽ erga fratris mei filiũ gero: deinde & pp ipsius iustitię officiũ, ut è barbaro rũ manib. eriperem iniustè abductos. Si à funiculo inqt,usq; ad sphæroterẽ calcei accipiã de tuis omnibus: hoc est,nihil tã uile,nec tã contẽptibile existimatũ qd accipiã. Nã sphæroterẽ solẽt uocare apicẽ calcei qui in acumen desinit. Quo calceorũ genere barbari cõsueuerũt uti. Exin & causam,quare accipere detrectet,dicit: Vt ne dicas Ego locupletaui Abrã. Habeo deũ,q̃ inumera mihi suppeditet bona, supernæ gratię innitor: nõ opus mihi diuitiis tuis, nõ indigeo humanis facultatib. contentus sum dei in me beneficẽtia. Scio illius largitatẽ. Paucis & uilib. cesi meo Loth, magnas & ieffabiles promissiones assequut⁹ sũ, & nũc maiorũ diuitiarũ negociatio mihi est,& maiorẽ eius gratiã mihi cõcilio, ãre opes tuas nõ accipio. Ideo aũt opinor & iuramẽtũ adhibuit, & dixit: Extendã manũ meã ad deũ altissimũ, ut ne putes eũ ita simulare, ut probabile est sæpe cõtingere: sed ut sciat hoc ita planè decretum apud Abrã, ut ne uel minimũ qd ide sibi feligeret. Atq; ita implebat mandatũ illud,qd à xpo discipulis dictũ: Gratis accepistis, gratis date. Nõ.n. ego,inqt,aliud qd ad belli rẽ attuli, prętęrq̃ uoluntate & promptitudinẽ. Victoriã aũtẽ & triumphũ,ac cætera opatus est ille ineffabili uirtute. Deinde ut ne putet rex qd pp cõtemptũ & despectionẽ, q̃ ab eo dabãtur nõ accipet, declarãs suã & in hoc humanitatẽ,& bene moratã mentẽ,inqt, *Nõ accipiã, exceptis iis quæ comederunt iuuenes, & portione uirorũ qui mecũ uenerũt Eschol, Aunan, Mambre, ij accipiẽt portionẽ.* Hos,inqt, permittã accipere portionẽ aliquã, quoniã ingẽtis amicitiæ specimẽ declarant. Hi.n. erant, dicit, conIurati Abrę: hoc est,amicitia cõiuncti: qd ostendit, qa uoluerunt piclitari eũ eo. Vnde remunerare uolens eos,facit ut partẽ aliquã accipiant, Apricam legem ẽt in hoc implens: Dignus est operarius alimẽto suo. Nihil.n. ultra usum suũ accipere permittit. Dicit.n. Exceptis iis q̃ comederunt iuuenes,& portione eorum qui mecum uenerunt. Eschol, Aunan, Mambre,ij accipient portionem. Vidisti etiãdẽtem patriarchæ uirtutem, quo & philosophiã exercuerit,opes contemnendo,& modestiam præ se ferendo,ut nihil per arrogantiã & cõtemptum facere uideatur,neq; è uictoria superbiat? Talem imitemur & nos,obsecro,& operã demus, ut inuictos nos custodiamus,& neq; ptextu uirtutis arrogantes, uanã gl'iam q̃ram⁹, neq; ptextu modestiæ uirtutẽ negliga

Universidad de Navarra Biblioteca

G mus:sed ubiq; modũ seruemus,& bonis operib.no
stres humilitatem, quasi fundamẽtum & scabellũ,
substruamus:ut securè uirtutes supextruere ualeamus. Virtus.n. non est,nisi coniunctam habeat humilitatem. Qui hoc fundamentum rectè iecerit,poterit in quantam uoluerit altitudinem structuram excitare.Hæc est inexpugnabilis turris,hæc oẽ cõtinet ædificium,non sinens ipsum uel à uentorum uiolentia, uel ab imbrium impetu,uel à spirituum ui deiici: sed omnibus insidiis inaccessum facit & inuictum, quasi ex adamante constructũ esset,magnasq; nobis diuinæ largitatis retributiones affert. Per hanc & patriarcha tantarum promissionum accepit magnitudinem.Scietis.n.permittente deo, & ex iis quę in contextu dicenda,quo nunc,ut contẽplsit ea quæ daturus erat Sodomorum, rex magna & ineffabilia dei dona consequutus est. Per hanc, non ille solum, sed & iusti omnes deo fuerunt grati:id quod, si fueritis diuinarum scripturarum lectionis studiosi, addiscere poteritis. Misericors.n.
H dominus, quando nos uidet despicere præsentia, etiam ipsa largius suppeditat, reponitq; plurima quibus olim fruemur. Videre hoc potes in diuitiis, in gloria huius uitæ, & in omnibus aliis temporalib⁹ rebus. Despiciamus igitur præsentes diuitias,ut ueras diuitias inuenire ualeamus: despiciamus uanã hanc gloriam,ut uera illa & solida fruamur:despiciamus præsentem prosperitatem,ut præ ineffabilibus illis nihili faciamus præsentia,ut ad futura præmia excitari ualeamus. Neq; enim possibile est ut q̃ præsentibus est mancipatus, ineffabilium bonorũ desiderium accipiat unquam.Sicut enim lemę quędam oculos opplentes,ita præsentium cupiditas intellectum obscurat, & nõ permittit uidere qd oporteat faceret. Contrà non est possibile,ut qui solida & immobilia illa bona ament,momentanea illa,& quę antequam appareant marcescunt, cõcupiscãt. Nã saucius amore diuino, & futurorum desiderio tenetur, aliis oculis uid:t præsentium statum,& uidet quòd ois præsens uita figura est & deceptio, & I à somniis nihil differt.Idcirco & Beatus Paulus di-
1.Cor.7.f cebat,scribens:Præterit figura mundi huius:monstrans quòd omnia humana in figura tantum sunt & sicut umbra & somnium trãseunt, nihil solium, nihil uerum habentia Qũo igitur non fuerit mens puerilis,ad umbras spectãs, & de somniis supbiẽs, & alligata iis q̃ paulò post præteribunt? Præterit.n. inquit, figura huius mundi. Itaq; cum audieris qd præterit,posthac amplius quæris? Quando audis, figura solum sunt humana oia, ueritate destituta: quare uoluntarius impostura fers,& non cogitas quàm sunt instabilia & mutabilia,& ea præteris:ad illa autem quæ semper durant, semper immobilia, semper stabilia,nullius uicissitudinis capacia,quare desiderium nõ transfers? Nam ut scias intellectũ doctoris orbis, uide qũo iterum etiã alio loco oia præclara huius uitæ, nullius esse momenti demonstrare uolens,quali utitur dictiõe,cũ dixisset:Quæ enim uidentur,momentanea sunt, etiamsi diuitiarum abundantiam dicas,etiamsi gloriã,etiãsi claritudinem,etiamsi principatũ,etiamsi potentiã, ẽtsi regnum,etiamsi diademate redimitum illum, ẽtsi thronum summum:oia hæc quæ uidentur, in breue tps dispensata, non admodum diuturnũ sui fructum nobis sinunt.Quę igitur nos inquirere uis,si K omnia momentanea sunt?Illa, inquit,quæ non uidentur,non hæc quæ uidentur,sed ista ipsa q̃ oculis corporalibus non spectantur. Et quis hoc consuleret,ut q̃ uidentur prætereantur, & q̃ non uidentur,inquirantur?Ipsa rerum,inquit, natura doceat nos.Nam hęc quidem licèt uideantur,statim tamẽ præterfluunt: illa autem licèt nunc ea uidere non possimus, sunt tamen perpetua, continuò durant, terminum nesciunt,finẽ non accipiunt,uicissitudinẽ ignorant, stabilia & immobilia sunt. Fortassis tandẽ & molestus esse uideor,quotidie frustra conqsilens. Sed(ut afficior)magnũ malitię damnũ est, magna pecuniarũ tyrannis,magna uirtutũ raritas. Et idcirco uellẽ admonitione continua uincere,& incolumitati integrę huc cõuenientes restitui. Eã ob rem & scripturas enarrandi tantũ nobis est studium,ideo iustorũ uirtutes in mediũ afferim⁹ nec piget eadẽ sępius repetere, ut per oia uos inducere ad æmulationẽ iustorum ualeamus.Saltẽ uel tandem salutis nostræ curã faciamus, & bene utamur statuto huius uitæ tpe nobis dato: & dum adhuc L tps est,ad pniam & lapsuum correctionem festinemus, & pecuniarum abundantiã in aiarum nostrarum salutem expendamus,superfluaq; indigentib⁹ insumamus.Quare.n.dic mihi,permittis filium aurum & argentum prodigere, q̃ oportebat in paupe rum uentres euacuare, reponendo intutum promptuarium,ut tpe quo maximè opus habes, eorum adiutorio consolationẽ inuenias:& qui à te hic pasti sunt,alibi fiduciæ fores tibi aperiant,& accipiãt te in æterna sua tabernacula?Vestes quoq; nõ sinamus à uermib⁹ rodi, & absq; usu in arculis putrescere,cũ tot sint q indigeant, & obambulãt nudi: sed ueneremur, honoremq; demus nudo xpo potius q̃ tineis: & induamus eum q pp nostram salutem nudus obambulare uult,ut cũ ipsum induerimus,audiamus in die illo:Nudus eram,& me uestiistis.Nũ Mat.25.d
oneros̃a sunt p̃cepta? num molesta? Ea q̃ pereunt, inquit,q̃ à uermibus arroduntur, q̃ absq; usu & frustra consumuntur,hæc dispensa,ut tibi fiant utilia ut & detrimenti damnũ effugias,& ex ipsis lucrum M
maximũ tibi pares, Excellentis.n.& magnæ inhumanitatis est post tot spũales admonitiones, arculis & muris includere superflua,& non illis subleuare proximorũ inopiã:sed sinere à rubigine & tinea potius corrumpi,& ante prędonũ iacere manus,& pp illa supplicijs potius plecti,q̃ dignam pro eis remunerationem accipere. Obsecro,ne simus tã negligentes salutis nostrę,sed expensis in pauperes substantijs,magnam nobis fiduciã antea reponamus: ut ineffabilibus olim bonis frui mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu xpi,cui cum patre & sancto & uiuificatore spiritu,gloria,imperiũ, honor nunc & semper,& in secula sęculorum,Amen.

Homilia tricesimasexta.

Hesauro cuipiam assimilatur iustorum uir
t tus, in quo plurimæ & ineffabiles diuitiæ continentur. Nã sicut qui ex illo uel paruã quandã partẽ capere potest, breui sibi copiam rerum quanta satis est, parat.Ita euenire & in uirtutibus patriarchæ,uidere quis potest. Ecce ferè quotidie ex historia eius, proposita uobis doctrina,magna largitate conuiuium præbemus,& hucusq; nõ dum paruam bonorũ illius operum partẽ enarrare potuimus,tantis abundat uirtutibus. Et sicut

A à fonte largis fluente riuis, etiam si oẽs hauriãt, nõ solum non imminuuntur fluenta:sed quanto plures sunt q̃ inde hauriant,tãto magis aquarum natura scaturit:Ita ẽt in patriarcha nostro fieri uidem⁹. Quot.n.à tpe quo fuit,usq; in præsens ex fonte bonorum illius operũ hauriunt:& nõ solum nõ euacuarunt flumina,sed tanto abundantior est scaturigo bonorum operum. Narrationẽ.n.de illo in diuina scriptura, quasi catenã aureã inuenimus contextã.Et oi tpe primũ quidẽ ipse præ se fert optimè moratã uitã,statim aũt subsęgtur diuina remuneratio.Et ut discatis quòd ita se res habeat opæpreciũ fuerit breuiter uobis enarrare q̃ superius dicta, ut sciatis eximiã iusti fidẽ,quã in promissionib. illius declarauit,& liberales dei retributiones, quas ei misericors de⁹ reddidit.Sufficit.n.unus ille iust⁹, ut oẽs nos erudiat,ut alacriter aggrediamur uirtutis certamina, cõfidentes supernis remunerationibus, & scientes misericordis dei nostri liberalitatẽ, & ut susçipiamus oia magna felicitate, q̃ dura & ardua in hac uita uidẽtur,spe remunerationũ nutriB ti.Attẽdite itaq; obsecro, qũo ab initio, quando à sua domo,ut uocant,q̃ sua erant obtulit, ex sciẽtia q̃ in natura nostra sita est, nullũ extermũ sortitus doctorem:sed & ab infidelib⁹ parẽtibus educatus, diuinã illustrationẽ acceperit. Quia nõ prima æta te sequutus est errorẽ paternum, sed pietatẽ diuini cultus seruauit, ideo supnã uisitationẽ statim obti
Actor.7.a nuit,adhuc in Chaldęa existẽs:& hoc nobis beat⁹ Stephanus exponit manifestius, sic dicẽs:Deus glorię uisus est patri nostro Abrahã, cũ adhuc esset in Mesopotamia,priusquã habitaret in Charran.Vidisti quo eũ inde uisio euocauit? Verisimile.n.qd cũ sedula in deũ pietate, eximiã quoq; parentib.reuerentiam exhibuerit:tantoq; amore parẽtes sibi cõciliauerit,ut inde ad relinquendũ amore filii suam patriã, & ad quęredũ alienã moti sint.At diligẽter uide obsecro,qũo & hæc q̃ à deo fuit ob priorẽ uirtutem, eius uisitatio, iterũ clariorem ipsum reddidit.Elegit paternã regionẽ relinquere, & alienã inhabitare,ut præceptu dei perficeret:& paratus erat etiã absq; familiaribus,ut mihi uidetur,peregrinus
C fieri:sed ut dixi,uiri uirtus,& insignis erga parentes pietas,effecit,ut pater comes fieret itineris. Deinde occupata Charran postq̃ illic tabernaculũ fixerũt, & morte functus est Tharra(hoc.n. patri eius nomẽ erat)iterũ p̃ceptũ est ei à deo,ut exiret ĩde.Egredere.n.inqt,de terra tuã,& de cognatione tua,& de domo patris tui,& ueni in terrã, quã monstrauero tibi.Nã postq̃ cũ tota domo in Charran migrarũt, ibi imperans ei,dicit:Egredere de terra & cognatione tua: manifestans qd ipsum solũ per se uult peregrinationẽ susçipere,neq; fratrẽ,Nachor dico, neq; aliũ quenquã necessariũ, De terra aũt tua dicebat, qa non paruo tpe ibi habitarãt, & quasi in propria patria illic habebãt domicilium.Et cũ in lugendo parente maximè foret occupatus,erantq; difficultates aliæ multæ,tunc præceptum peregrinandi magna perfecit alacritate, idq; ignoras ubi nã futurus errãdi finis.Veni.n.inqt, non in hanc uel illã terrã, sed in eam,quã mõstrauero tibi.Nihilominus licèt indefinitũ esset mandatum, omissa curiosiore percontatione,imperatum faciebat.Porrò & fratris filio assumpto, suã demõstrauit uirtutẽ:quem, quia iuuenẽ acceperat,paulatim suæ uirtutis imitatorẽ effecit. Vnde eũ relinquere noluit,sed peregrinatio D
nis socium fecit. Quasi diceret:Si pater qui in fidelis fuit, ob suum in me amorem, domum paternã, in qua nati sumus & adoleuimus,relinquere,& me comitari uoluit, uitaq; i aliena terra defunctus est: multo magis ego fratris filium, iuuenẽ, indole sua pollicentẽ paulatim uirtutis incremẽta, nõ pmiserim hic relinqui.Itaq; mõstrans modis oibus suã religionẽ,etiã istã peregrinationẽ fecit. Quãdo in Palæstinam uenit, & Chananæorũ fines intrauit,apparuit ei deus,uolens eius alacritatẽ confirmare,& manum porrigere: dicit ei, Semini tuo dabo terrã hanc, eo quòd filios sibi succedere ualde optabat, ac desiderabat:qd & statim promittit,retribuẽs tãtis laborib.mercedẽ.Quoniam natura infœcũdus erat,& ętas quoq; prouectior,ne sibi quid polliceri posset,faciebat. Promissione deus excitat & erigit athletã,& alacrẽ fieri & reiuuenescere facit in sequẽtibus certaminib. Proinde uide qũo post hãc promissionẽ iustus aliud certamẽ aggreditur. Inualescẽte.n.fame,& Chananæa magnis pressa necessitatibus & angustijs, in Aegyptum cõtendit,fami illic E
mitigatione ǫrens, maioribus sese periculis inuoluit. Vxoris n.uenustas & pulchritudo mortem ei q̃si ante oculos mõstrabat. Ideo cũ iam in cõfinijs esset Aegypti,ingressurus dixit uxori. *Scio quòd mulier formosa sis, scio tuæ pulchritudinis speciem, & timeo Aegyptiorũ intemperantiã. Nam si te uiderint,& cognouerint quòd uti uxorẽ te mecũ ducã:te quidẽ in uita asseruabunt,ut sui furoris impetũ opere cõpleant: me aũt occidẽt, quò liceat eis impauidè suã libidinem explere, ut nemo sit qui adulterium eorum prodat. Dic igitur, Soror illius sum.* Vide adamantinã aiam,uide metem ferro solidiorem:nõ turbauit eius mentem calamitas quam expectabat.Non cogitabat,neq; dicebat intra semetipsum:Ideone propria relicta patria tãtam præmeruli obedientiã,inq; alienã ueni terrã, ut hisce malis implicarer? Nõne paulò antea promisit mihi:Semini tuo dabo terram hãc? En & adulterij & mortis timor mentem meã concutit. Sed nihil horum neq; in mentẽ accipere dignatus est.Vnum ei duntaxat curæ erat,qũo molestum hunc actum simulans,duob.hinc inde periculis urgẽtibus, uel unũ saltem effugere posset. Igitur qa ipse q̃ sua erãt attulit,cõsilio uidelicet utens & animi fortitudine:mulier quoq; singularem erga uirũ affectionẽ & obedientiam declarabat,cooperata est, & his quæ decreuerant ministrauit. Vbi igitur quod suum erat perfecerũt,ita ut iuxta humanum rorem desperaretur,& ferè opere completa fuisset Aegyptiorũ malitia, tunc magna dei in eum prouidentia declarata est.Mulierem.n.deus non solũ à contumelia eripuit, indignatione sua in regem & in domum eius immissa:sed & patriarchã cum magna gloria in Palæstinã ex Aegypto redire fecit. Considera qũo misericors dominus in medijs auxilium afferens tentationibus,athletã suum ad ferenda sequẽtia certamina fortiorẽ reddit:nunq; eum suo destituit adiumento, sed in oibus monstrat ei,quòd semper parua illa,q̃ faciebat patriarcha,magnis & mirũ i modum magnis,humanumq; captũ trãscendentib.remuneret.Vidisti iusti patientiã?Vidisti itẽ post reditũ ex Aegypto humilitatis magnitudinẽ,& insignẽ mansuetudinẽ? Nã cũ rediisset ab Aegypto,multãq; possideret substantiã, tam ipse q̃ fratris filius. Non

G capiebat, inqt eos terra ut habitarēt simul, qa multas facultates habebāt: unde & rixa orta est iter pastores Loth, & Abrā. Tunc iustus aiẽ suæ māsuetudinem, & prẽclaram sapientiam mostrans, uocato Loth, dixit: Ne sit rixa inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos, quasi diceret: Nihil pace pstantius, nihil cōtentione dānosius & grauius. Vt igitur ē medio faciamus oēm rixādi materiā, elige quā uolueris regionē, & reliquā mihi relinquẽ, ut a litium & cōtentionū molestia simus alieni. Vidisti uiri uirtutem? cessit iuniori primatu & electione, et amauit ipse uiliorē terrā. Sed uide hic ēt quantam mercedem nactus sit pro ijs suis officijs. Statim. n. separatione facta, inqt ei deus: Eleuatis oculis tuis uide oēm terrā ab omni parte: qa oēm quā tu uides, tibi dabo, & semini tuo usque in seculum. Cōsidera quantis beneficijs certare dignatur ob modestiā quā erga fratris filiū declarauit: & ipse qdē, ut paruis cessit, multo maiora consequutus est: Ille H aūt tanta auiditate potiorē partē deligēns, nō multo post in pericula incidit: & nō solū nihil cōmodi ab electione accepit, sed et captiuus, et domo atq; foro repētē simul priuatus est: rebusq; ipsis didicit q̄ eximia uirtus iusti, et ipse postea dedit operā, ne qd unq̄ tale attentaret. Nā postq̄ Sodomis habitare cœpit, statim excitatū est graue bellū: nā uicinarū gentiū reges insurrexerūt, & oēm regionē simul depopulati sunt: gigantibusq; occisis, & Amalechitis, expulsis, ēt Sodomorū & Gomorræ regē in fugam uerterunt: & montanis oibus occupatis, & eqtatu regis Sodomorū auecto unà cū Loth captiuo, & uxoribus, & oīb. sarcinis, abierūt. Sed uide iterū in gentē dei prouidentiā. Volens. n. simul & Loth à captiuitate liberū reddere, & patriarchę gl'iam magis illustrare, excitat iustū ut fratris filio succurrat: nā ut didicit q̄ erāt facta, cum uernaculis suis impetu facto in reges illos, eos paruo labore peculit, & Loth & uxores, & oēm equitatū regis reduxit. Quibus tā claris triumphis, oibus patefacta est ingēs dei erga I illū beneuolentia, & qd ille non sua uirtute tātam stragem cōfecisset, sed superna uirtute munitus. Et ipse quoq; patriarcha enitebatur ut Sodomitis doctor diuini cult⁹ fieret, uerbis illis q̄ regi loq̄batur. Quia cū occurrisset rex, & pro exhibitis gratias egisset, ac oēm equitatū ei se donaturū dicebat, hominesq; duntaxat accepturū: uide iterū iusti magnanimitatē, quo optimę suę uitę specimē exhibet, quòd melior sit iis q̄ ab illo dabātur, & illos ad uerę religionis notitiā inducit. Non. n. absq; causa dicitur: Nō patiar, ut aliqd tuorū munerum ad me redeat, nō mihi tali mercede opus est: sed qd? Extendo manus meas ad deū altissimū (quasi docens eū: Non sunt dii, q̄ à te colūtur, sed ligna & lapides: sed un⁹ est dominus sup oia, q creauit cœlū & terrā) quòd non accipiā de funiculo usque ad sphæroterem: ut ne existimes me illorum gratia ultionē sumpsisse, & ne dicere possis, qd mihi abūdātiæ factus sis author. Nā q me triumphare & uincere fecit, idē & diuitias abūdē mihi suppeditat. Vidisti quo, siquidē lucrū facere uoluisset rex, authorē agnoscere uictoriæ ex propheta potuisset? Docebat. n. posthac non fidendū propria sua uirtute, sed agnoscendū autorem oium, ridēdosq; manufactos deos, & colendū deū q̄ super oia, qui oia condidit, qui & bonorum oium fons est. Et in summa, discebat ex oibus patriarchæ uirtutē. Nā ne existimes, quòd p arrogantiā & fastum data cōtemneret, idcirco dicit ei: Ego qdem nihil sumam. Neq;. n. opus habeo, neq; indigeo, ut meæ facultates augeantur ab alijs: eis aūt q̄ periculorum meorum fuerunt socij, pmitto ut suas portiones accipiāt, quo paruā aliquā suorū laborū consolationem habeant. Ita Sodomorū regi respōdit iustus. Postq̄ autem & Melchisedek rex Salem panes & uinum attulit (erat. n. sacerdos, inquit, dei altissimi) ab illo accepit oblata. Dein ut repēderet benedictionē quā ab eo acceperat, & glorificationem in deum (dixerat. n. Benedictus Abram deo altissimo, & benedictus de⁹ q tradidit inimicos tuos in manus tuas) decimas ei dedit de oibus spolijs q̄ attulerat. Vidisti quantā pietatem & religionem in oibus prę se ferat iustus? & quo à rege Sodomorū à funiculo usq; ad sphæroterem accipere nihil uoluit? accepit autem ea quæ à sacerdote sunt oblata retribuens & sua. Quibus nimirum nos docuit, ha K L bendum aliquē delectū, & nō passim ab oibus dona accipienda. Nā quāuis Sodomita ille quantum ad liberalitatē attinebat, sapiebat: erat tamen alioqn incredulus, & institutione multa indigebāt. Pro inde patriarcha dona qdē despexit oēm aūt curā adhibuit: & p ea q̄ accipere refutauit, & per ea q̄ dixit, curauit ut illū ad pietatem induceret. A Melchisedek autē non iniuria accepit. Viri. n. uirtutem diuina scriptura assignauit, dicens: Erat autem sacerdos dei altissimi. Quanuis aliās ēt q̄ fiebant, xpi typus erant, & oblata sacramentū quoddā pignant, ideo & protulit. Cæterū ut accepit, uicissim illum suis remunerādo, docebat uirtutis suę magnitudinē. Decimas. n ei dedit, ēt hac rōne piam suā mentem significans. Fortassis prolixius sese extendit sermo noster, atq non caret causa, neq; frustra erit. Cognouimus. n. paucis ab initio usq; ad hodiernā lectionē, q̄ iusti huius fortitudo, magnanimitas, excellens fides, mēs optimis moribus pdita, insignis M modestia, admirabilis diuitiarū contēptus, diuinę erga eū prouidentię perpetua prouidentia, q̄ eū iugi adiutorio firmans, quotidie clariorē & illustriorem reddidit. Nunc autē si uolueris, & non defatigamini, ad ea q̄ recēs lecta sunt accedamus, & paucis quibusdā propositis, absoluamus sermonē, ut discatis quanta denuò ei rependatur merces, eo qd cōtempserat donata sibi à rege. Quid igitur, inqt, Post hæc autē uerba factū est uerbum domini ad Abrā. Quare sic incipit, post hęc autē uerba? nū indicat uerba, q̄ cū Sodomorum rege colloquutus? Post cōtemptū illū, inqt, postquā ea q̄ ab illo data sūt repulit, post doctrinā illā, quā reiectis dōis pronunciauit, ut pietate & agnitione conditoris oium regē initiaret, post hæc uerba, postq̄ decimas Melchisedek obtulit: quando, inqt, oia q̄ ex se erant impleuit, tunc post uerba hæc. *Factum est uerbū domini* Ca. XV. *ad Abrā in uisione noctis, dicēs: Ne timeas Abrā, ego protego te, merces tua multa ualde erit.* Vide misericordiā domini, q̄ statim & è uestigio sequēs, beneficiis suum athletā remunerat, & ad ulteriora certamina iterū instruēs, uigore nouo roborat. Factū est uerbū domini i uisione noctis. Quare in nocte? ut in silētio & qete melius q̄ dicuntur accipiat. Et dicit ei: Ne timeas Abrā. Attēde immēsam dei curā. Quare dixit, ne timeas: qa tātas opes contēpserat, nō curatis his q̄ rex dabat: hoc est, Ne timueris quòd despexisti

tanta

A tāta dona, neq; anxius sis quasi imminutiores sint tuę facultates. Ne timeas. Deinde ut aium magis excitet, adiecit uerbo & appellationem, & inqt: Ne timeas Abrā. Nō parū ad expergefaciendū facit, cùm quempiā proprio noīe cōpellam⁹. Ego protego te. Multā habet & hoc uerbum emphasin. Ego qui à Chaldæis te euocaui, ego q te huc duxi, ego q te à periculis Aegypti liberaui, ego q semel atq; iterum promisi tibi atq; semini, tuo daturū me terrā hanc, ego te protegā: ego q in dies magis & magis omnibus te clarum ostendo, ego protego te: hoc est, ego scuti uice tibi ero, ego pro te certo, ego propugnator fio, ego curā gero, ego oīa difficilia facilia tibi reddā, ego protego te. *Merces tua multa erit ualde.* No luisti mercedē accipe pro laboribus. quos sustinuisti tātis piculis teipm obiiciēdo, sed contēpsisti & regem, & munera eius. Ego tibi mercedē dabo, nō tā tā quantā accepturus eras, sed multā, et ualde multam. Vidisti liberalitatē domini? uidisti uerborum pondus? Vidisti quo excitat pietatis athletā? uidisti quo aīam eius confirmauit? Ipse. n. q arcana cor B diū nouit, sciebat illi opus esse hmōi uerborū cōsolatione. Et uide qd inquit patriarcha: dicit, *Domine, quid mihi dabis? ego autē sine liberis dimittor.* Postq̄ merces sibi ualde copiosa promissa, exponit aiẽ suę dolorē, & tristitiā propter prolis inopiā, q̄ interim in pectore eius toto illo tpe fuit, dicit: Domine quid tale mihi dabis? Ecce. n. ego usque ad senectā perueni, & prole carens dimittor. Vide quo prisci illis seculis iustus ille philosophabatur. Nam q uitā honestē & in uirtutibus egerunt, quādo ex hac uita emigrant, uerē liberantur, & quasi soluūtur à cer taminibus, & à uinculis relaxātur. Est. n. mors his q̄ bene uiuunt, translatio q̄dam ad meliora: à mo-' mentanea uita ad perpetuā & immortalē finemq; non habentē. Ego aūt dimittor, inqt, prole carens. Et ut misericordē dominū sibi conciliaret, non iis contentus fuit uerbis. Et qd dicit? *Filius autē Masek uernaculæ meæ, hic Damascus Eliezer. Et dixit Abrā. Quo niā non dedisti mihi semē, ille hæres meus erit.* Ingentem dolorē aīę eius declarant hæc uerba, quasi diceret deo: Neq; ea sum assequutus q̄ ancilla mea uernacu C la: sed ego qdē abibo sine prole, & sine filio: hic au tem uernaculus meus hęreditatē, accipiet, q̄ à te mihi data, idq; cū semel atq; iterum promissionē à te acceperim, dicente: Semini tuo dabo terrā hāc. Cō sidera obsecro & hoc loco iusti uirtutē, qd cogitationes in aīo uersans, nunquā aliquid durū loquutus est: sed & nūc instigatus uerbis q̄ loquutus est ei dominus, magna fiducia dominū alloqtur, manifestamq; facit internā cogitationū pturbationē, ostendēs aiæ suæ ulcus, unde & acceleratū accepit medicamentum. *Et statim uox dei facta est ad eū.* Vide quo signanter scriptura loquitur. Statim inqt. Non permisit iustū ad paruulū tps ægrē habere, sed festinatam ei consolationē affert, & grauitatē mœroris emēdat uerbis q̄ tūc ei loquutus. *Et statim*, inqt, *uox dei facta est ad eū, dicēs: Nō erit hic hæres tuus, sed qui egredietur ex te, hic hæres tuus erit.* Hoccine timuisti? hoccine mentē tuā turbauit? hoccine tristitiā tuā auxit? Scias igitur, qd nō erit hic hęres tuus, sed qui egrēdietur ex te, hic hęres tuus erit. Ne igitur ad humanā spectes naturā: ne tuā senectā, Sarę sterilitatē cogites: sed eius q tibi promisit potentię bene fide, & tristitiā ponēs, cōsolationē q̄ tibi sufficiat accipe, pstuadeq; tibi, qd hęredē habiturus sis, q ex te D nascatur. Porrò qa supra naturā erat promissio, & uincebat humanā rōnē (magnā. n. in eo turbationē excitabāt tot naturæ ppedimēta, senectus eius, & qd Sara sterilis, ac utero emortuo erat) auget dominus promissionū magnitudinē, ut iustus ad promittētis liberalitatē respiciēs, bene sperāret cōfideretq; sic euētūrū. *Eduxit autē eū foras, & dixit ei: Eia sus spice in cœlum, & numera stellas, si poteris numerare eas. Et dixit ei: Sic erit semē tuū. Et credidit Abrā deo, et reputatū est illi in iustitiam.* Quare assignauit, quòd duxit eū foras? Postq̄ supius dixit, qd in uisione noctis apparēs ei, uerba illa ei loquutus sit: nūc uult ei ostendere, q̄ innumerabiles sint stellę, & inqt: Eduxit eū foras. Suscipe in cœlū, & numera stellas, si poteris eas dinumerare. Et dixit ei: Sic erit semen tuum. Magnū promissū, uaria promissiōis magnitudo: sed si ipsām promittētis uirtutē cogitabim⁹, nihil nobis apparet magnū. Qui. n. de terra corpus formauit, & cōdidit oīa q̄ uidētur, ille ēt dare poterit q̄ sup naturā. Vidisti domini liberalitatē, q̄ certet beneficiis Postq̄. n. dixit, absq; prole dimittor, q̄si apud portas E inferni existēs, & nihil āplius opari ualēs ut procreentur pueri: sic uerba illa protulit, dicēs: Filius Mesech uernaculę meę, hęres erit. Ideo uolēs spūm ei⁹ erigere, & nouū uigorē mēti addere, ab imminēte timore eū liberat, promissiōeq; ac doni magnitudine mentē eius erigit, & ostēdēdo stellarū multitudinē, & promittēdo nascēdos ex eo illis pares furu ros, i bonā spē adducit. Vidēs. n. dei promissionē, reiecta oi humana rōne, & neq; ad seipm, neq; ad Sarā min⁹ procreatiōi aptā, respiciens: sed pteritis humanis oīb. sciēs qd potēs est de⁹ ēt ea q̄ supra naturā sūt largiri: fidē dedit dictis, nullā dubitationem admittēs, neq; cū dicta fuerūt hęc, ābigu⁹ fuit. Hoc enim uerę fidei est, quādo promissiōes nō iuxta solitū morē, & hoīb. cognitū fiūt, nos promissiōis uirtute fidim⁹. Fides. n. est eorū q̄ sperātur substātia, re rū q̄ non uidētur argumentū. Et iterū: Qd autē uidet qs, cur & sperat? Hoc igitur est fides, quādo illis credim⁹ q̄ nō uidētur, & mentē ad dignitatē eius, q promisit intēdimus: id qd profectò & iustus ille fecit, syncerā & eximia promissis fidē habēs: Idcirco & pdicatur: Credidit Abrā deo, & reputatū est ei in iustitiā. Vidisti quo & ante euentū & impletionem promissorū, eo ipso qd credit, iustā mercedem accipit? Nam in iustitiā ei reputatum est. Credidit promissioni diuinę, & non humana ratiocinatione curiosius ea q̄ dicta sunt, explorauit. Discamus igitur & nos obsecro à patriarcha, dei credere dictis, & ei' promissionib⁹ fidere, neq; ea cogitationib⁹ nostris indagare, sed magnā gratitudinē exhibere. Hoc. n. nos & iustos declarare poterit, & assēq promissa faciet. Atq Abræ promissum est, qd ex semine eius maxima futura esset multitudo, erantq; pter solitū naturæ modum q̄ promissa erant: proinde & fides in deū iustitiā ei attulit. Nobis autē, si sapimus, multo maiora promissa sunt, q̄ & ipsa multis modis humanas cogitationes transcendunt, ut ex fide iustitiā reportemus, & adipiscamur bona promissa. Ea. n. q̄ nobis maximè promissa, humanā transcendunt rationem, & oium cogitationem excedunt: tāta promissionum est magnitudo. Neq; in præsenti uita solum nobis promisit huius uitæ statū, & uisibilium fruitionem: sed & postquam hinc emigrauerimus,

Fidei defi nitio.
Heb. 11. a
Rom. 8. e

G & post corporis corruptionē, quādo in cinerem & puluerē nostra dissoluentur corpora, tunc resurrectura ea promisit, & in maiori glia futura. Oportet
1.Co.15.g enim (inqt beatus Paulus) corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale hoc induere immortalitatē. Et post corporū resurrectionē regno frui, daturū se nobis pollicitus est, & cōuersationē cū sanctis, & in ppetuo seculo quietē, & ineffabilia illa bona, q̄ oculus nō uidit, & auris nō audiuit, & in cor
1.Cor.2.c hois nō ascenderunt. Vidisti quāta promissionum excellētia? Vidisti donorū magnitudinē? Hæc cogitantes, & scientes qđ mentiri neqt is qui ea promisit: magna alacritate pparemus nos ad uirtutis agones, ut & promissis bonis frui possimus: & ne pferamus saluti nostræ & tantis bonis momentanea: neque cogitemus labores uirtutis, sed retributiones in aia ponamus: neq; pecuniarū sumptus tantū spectemus, siquando opus est eas pauperib. erogare, sed potius quantū inde nobis accrescat. Ea.n. de cā semini eleemosynā comparauit diuina scriptura, ut cū gaudio & multa alacritate eā operemur. Nā si
H ij q semina terræ cōcredunt, & unica, & intus reposita spargētes, ita negociātur, & bona spe fouentur & nunc manipulos imaginantur ac plenas areas: multo magis quib. darū est semē hoc spūale seminare, gaudere & exultare conuenit, qđ messuri sint in cœlo hoc qđ in terra serunt: & numos expendunt, pctorum autē remissionē accipiunt, et fiduciæ materiā inueniunt, conciliantes sibi p ea q̄ hic dant, perpetuā quietē, et cum sanctis conuersationē. Et continentiā eligere uolentes, non spectemus quòd laborem habet uirtus, neq; qđ uirginitas magnū habet certamē: sed quietē q̄ nos excipiet, cogitemus: hāc semp ante oculos nostros depingentes malę cōcupiscētię refrenemus rabiē, uincamus carnis motus indecentes, et retributione mercedis laborū difficultatē abbreuiemus. Sufficit. n. bonorū spes, ut ēt pericula contēptim aggrediamur: quāto magis ut uirtutis labores fortiter feramus? Quādo enim aio uersas, qđ si ad breue tps certaueris, et fulgidā seruaueris uirginitatis lāpadē (nā beata uita
I cēseberis dignus, et cū spōso intrare poteris, modò accēsas habeas lāpades & sufficiēs oleū, bonorum operū actionē inquā) quo non cū omni facilitate difficilia oia trāscurrere poteris, cogitans illud qđ
Heb.12.d à beato Paulo dictum est: Pacē sectemini cō omnibus, & sanctificationē absq; qua nullus uidebit dominū? Vidisti quo sanctificationi pacē cuniunxit. Nā ut seiamus qđ non solum corporis requirit puritatē, sed et pacem, opportunè meminit, utrinq; uolens munire, et de utroq; solicitas esse cogitatiões, ita ut nulla sit in nobis turbatio, nullúsque tumultus: sed in trāquillitate et quiete uersemur, et cū oībus pacificè agamus, et mansueti simus et mites, et humani, atque adeò ut oēs uirtutis colores in facie nostra reluceāt. Ita.n. deinceps et gliam pśentis uitæ poterimus despicere, uerā gliam præferentes, et humilitatis maiorē habentes curam, ridereq; oium
Ma.5.c.a præsentis uitæ prosperitatē, ut uera et solida felicitate fruamur, et xpm uidere mereamur. Beati. n. inquit, puri corde, quoniā ipsi deū uidebunt. Purificemus itaq; nostrā cōscientiā, et magna cura uitā nostrā gubernemus: ut cū præsentē uitā in omni uirtutū genere transierimus, horū laborū præmia mereamur accipere in futuro sclo, gratia & miseri-

cordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, et K
sancto spiritu sit gloria nunc et semper, et in secula seculorum, Amen.

Homilia. xxxvj.

Agna diuinæ scripturę uirtus est, & multæ
m in uerbis latent sniarum diuitiæ. Ideo congruit, ut diligenter intendamus, & solicitè scrutemur, quò ampliorē utilitatē inde pcipiamus. Nam pp hoc & xps pcepit, dicens: Scrutemini scri- Ioan.5.f.
litatis heri ꝓcepimus, cū de Agar ancilla fu
gitiua diſſereremus? Dicimus enim magnā patriar-
chæ lenitatem,eximiam continentiam,reuerentiā,
qua Sarā cōplexus eſt,& quomodo concordiā bo-
nis omnibus præferēdam duxerit. Vidiſtis dei inef
fabilē miſericordiā,quomodo in honorē iuſti non
ſolū reduxit. Agar,quę in ſolitudine errabat, & ob
timorē dominæ aufugerat,ſed & ei Iſmaelēm prolē
dedit,inde iuſto magnū ſolatiū excogitans,tantęq;
patientiæ mercedes ei tribuens. Et poſtquā natus ē
Iſmael,uult nos docere ſcriptura tēpus & numerū
annorum patriarchę. Vnde aſsignauit,dicēs : *Quan
do natus eſt Iſmaël ,annorū octoginta ſex erat Abrā.* Vi-
deamus autē & hoc loco,id qđ & ex ſequētib. diſce
mus,eminentiā iuſti & ineffabilem atq; eximiā mi-
ſericordiā domini. Sciemus autē utraq; euidenter,
ſi iterū tēpora uitę iuſti addiſcere poterim⁹: & quo
H modo bonus deus quæ ad ſe attinent omni tpe di-
ſpenſat,probans ſuū famulum, & piam eius mentē
detegens. Ipſe enim clarē preſciebat famuli ſui grati
tudinem,& animę eius pulchritudinē ſciebat, mar
garitamq; euidenter agnoſcebat. Sed qa uoluit oīb.
tunc ꝑſentibus eum manifeſtare, ut & poſteriorib⁹
ſeculis ad imitationē ac zelum,eos qui ęmulari uo
lunt,prouocaret: idcirco paulati mētē iuſti tā opu-
lentā nobis detegit,ut diſcamus & nos diuinis pro
miſsionibus nō diffidere,neq; dilationē grauati fer
re: ſed maiorem ſpem i inuiſibilibus quā uiſibilib⁹
ponere,quę domin⁹ omnium promiſerit: & ſciam⁹,
quòd nō poſsibile ut unquā excidāt promiſſa dei:
ſed et ſi longo tēpore eueniant aliq; diuinis promiſ
ſis,diuerſa,ne propterea mens turbetur,ſed cogno-
ſcam⁹ eius qui promiſit iuictam uirtutē & ſapiētiā:
& q̄ndocunq; uoluerit,opere quæ probātur cōple-
re poterit,omnia ei cedēt & obtēperabūt. Nā quia
dominus eſt naturę & opifex,potēs etiā eſt dare ea
quę ſupra naturā ſunt. Ne igitur ad propriā imbe-
cillitatē reſpicientes,curioſius quæ à deo fiunt inq
I ramus,neq; ad naturę ordinē intendētes,mēte clau
dicemus: ſed ſicut grati famuli īmēſam domini no
ſtri potentiā non ignorantes,credamus eius promiſ
ſionib. & humanis uiribus ſupiores facti promiſſa
aſſequamur omnino: & cū eius fruimur beneuolē-
tia,pro noſtro uirili deū quoq; ueneremur. Maxim⁹
n. hic eſt noſter honos quē offerre poſſum⁹, ut uir-
tute ſua fidam⁹, etiā ſi prę oculis uideamus diuerſa.
Et qđ admiraris apud deū honorem maximum eſ-
ſe,cum apud nos maximū honorē ſibi ipenſum pu
tēt homines, quādo aliqđ uile & modicū promit-
tūt,nosq; de promiſsis nos fluctuam⁹, ſed promittē
tibus bene fidimus? Quòd ſi hoc in hominib⁹, q tā
crebrò fallere ſolēt,uel ob infirmitatē præſtare ni-
hil ualent: quāto magis dei promiſsis credere debe
m⁹, etiāſi interi multū tēporis interſluat ? Quæ nūc
nō abſque cauſa dicta ſunt,ut ſcire poſsimus,cū ue
nerim⁹ ad principiū eorū quę hodie nobis ſunt pro
poſita,quomodo miſericors deus uolens apud oēs
nobilē reddere patriarchā,qui tot annis ſuam lon-
ganimitatē ſeruauit: & ut iuſt⁹ nō ęgreferat, nec ſę-
gnior fiat,nec deſpet: ſed bona ſpe uegetat⁹,religio-
ſum animū in omnibus prę ſe ferat. Sciemus aūt li-
quidò oēm patriarchæ uirtutē,ſi didicerim⁹ q̄ntū K
tēpus interfuerit. Omnia.n. beatus Moſes ſpirituſan
cto afflatus docebit. Quid igitur ille dicit? Quādo
obediuit mādato dei,& migrās à Charris, i Chana
næā cōtēdit,annorū erat ſeptuaginta quinq; Et ſta
tim ut uenit in Chananæā,domin⁹ promiſit ei & ſe
mini eius daturū oēm terram : & in tanto numero
multiplicaturū,ut innumerabile fiat ſicut ſtellæ &
arena. Et poſt promiſsionē hauc multa interi acci-
derūt iuſto,nępe deſcenſus in Aegyptū propter fa-
mē,rapina Saræ,& ſtatim diuina conſolatio . Iterū
poſt reditū ab Aegypto,alię moleſtię à rege Geraro
rū,& ſtatim ſubſidiū. Atq; hęc omnia uidēs iuſtus,
poſt promiſsionem quæ ei uenerat,nō turbabatur
aio,neq; curioſius diſq̄rebat q̄re accepta promiſsio
ne tali,in tātas talesq; tētationes quotidie icidat, &
tanto tēpore maneat abſq; prole. Noluit.n. utpote
pius humanis rationib. ea quę à deo fiebant cōcre-
dere,& amabat,magnaq; uoluptate ſuſcipiebat quę
cūq; à deo fuerant arbitrata. Et poſt decimū annū
accipit Iſmaelē ex ancilla, & i illo putat. qđ reliquū
erat promiſsionis adiplēdū. Erat.n. patriarcha quā
do natus eſt ei Iſmaël,annorū octogitaſex : & iterū
tredecī annis exercetur à miſericorde deo in patien
tia,donec eius promiſsio ipleatur. Nā quemadmo-
dū uidiſti aurū in cōflatoria fornacula purgari,ita
tēporis acceſsione iuſti uirt⁹ clarior fit & illuſtrior.
Quādo.n. dicit: Factus eſt Abrā annorum nonagin
tanouem,apparuit ei deus iterū. Et quare nam tan-
to tpe diſtulit? ut non ſolum iuſti patientiā & uirtu
tem diſcamus,ſed & immenſam ſuam potētiam ui-
deamus. Cùm enim nihil ſpei & expectationis eſſet
i natura,quę ad procreādā prolē inutilis erat,& mē
bra prę ſenectute lāguidā & frigida eſſent, tūc tādē
iuſti uirtutē detexit,& ſuā potētiā idicauit,promiſ-
ſion ē implendo. Sed operę preciū,ut iterum audia
m⁹ ea ipſa,quæ cū illo de⁹ loquutus eſt uerba. *Cùm
factus enim eſſet*,iquit,*nonagintanouē annorū,apparuit ei
deus & dixit ei.* Cū autē audieris,apparuit nihil hu-
mile ſuſpiceris,neq; putes oculis carnalibus uideri
diuinā illā & incorruptibilē ſubſtantiā,ſed piè om
nia intellige. Apparuit,inqt ei de⁹: hoc eſt, uiſitatio
ne ſua illum dignatus eſt,& dignū duxit eū cuius M
curā ageret,uſus magna ſermonis attemperatione.

Dicit.n. inquit,*ad eum: Ego ſum deus tuus,eſto proba-
tus corā me,et eſto irreprehenſibilis,et ponā teſtamētū meū
ĩter me et iter te,et multiplicabo te ualde. Et procidit Abrā
ſuper faciem ſuam.* Magna iuſti gratitudo, excellens
item clemētiſsimi dei i illū miſericordia. Ego ſum,
inquit, deus tuus: quaſi diceret, Ego ſum q uſque in
preſens res tuas uariis modis diſpeſo. Ego ſum, qui
te ē domo tua euacuaui,& huc duxi,q omni tēpo-
re propugnator tu⁹ ſum,& q te inimicis ꝑualere fe-
ci. Ego ſū: & nō dixit ſimpliciter: ego ſum de⁹: ſed,
ego ſum de⁹ tuus. Vide mirā bonitatem quomodo
hoc etiā additamēto amorē ſuum erga iuſtū decla
rauit. Nā q totius mūdi eſt domin⁹, & uniuerſi opi
fex,creator cœli & terræ,dicit: Ego ſum de⁹ tu⁹. Ma
gna grauitas dignitatis,q̄ iuſto tribuitur. Sic & pro
phetis loq mos ē. Nā ſicut ipſe nūc,cū ē domin⁹ cō
munis oīum,à ſeruo ut peculiaris uocari uoluit,& i
uenimus eū poſt hęc dicētē, Ego ſū de⁹ Abrahā, de⁹ *Exod.3.b*
Iſaac, de⁹ Iacob, ita & prophetæ dicere cōſueuerūt: *Pſa.72.a*
Deus deus meus: nō cōcludentes eius dominiū, ſed
amorem immenſum declarātes. Non igitur mirū ſi

A hoies hoc faciant,cū & ipſe idē faciat. Cæterùm ne
miremur dilecti, ſed audiamus prophetā dicentē:
Eccl.16.a Melior eſt unus faciēs uoluntatem domini, q̄ decē
mille peccatores. Et iterū audiamus Paulū dicētē:
Heb.11.g Obambulauerunt in melotis,in pellibus caprinis,
egentes,anguſtiati,afflicti, qb. nō erat dignus hic
mūdus. Sic propheta qdē pronūciat unū bonū im
piis decē millib. meliorē. Beatus uerò Paul⁹ doctor
orbis,memorās bonos oēs in afflictionib. hic agē
Ibidem. tes,inqt: qbus nō erat dignus hic mundus. Ita cùm
dixiſſet totum mundū,mundo oppoſuit eos q hic
uexātur & affligūtur,ut diſcas quāta uirtutis ma-
gnitudo. Atq; ob hoc dominus de⁹ inqt ad patriar-
chā: Ego ſum de⁹ tuus,ſis probat⁹ corā me,& eſto ir
repreheſibilis. Neq; n. cotēnā tuæ uirtutis ſudores,
ſed ponam teſtamentum meū inter me & inter te,
& multiplicabo te ualde. Nō tantū faciā te in mul-
titudine magna creſcere, ſed ualde: manifeſtās aug
mentationē plurimam. Quod ſuprà dicebat, cū di
ceret arenam & ſtellas: id hic per aduerbium, ualde
B ſignificauit. At grat⁹ & religioſus famulus, uidēs tā
tam dei erga ſe miſericordiā & obſequiū atq; curā,
obſtupefactus,aioq; uerſans & naturā ſuā & boni-
tatē, immenſamq; miſericordiā dei. Cecidit, inquit,
in faciē ſuā. Qua figura ſuā indicauit gratitudinē.
Non ſolum.n. tunc non fuit factus arrogantior, ne
que ſuperbiebat propter fauorem dei, quem expe-
riebatur, ſed & multo magis humiliabatur. Et ceci
dit, inquit, in faciē. Ita.n gratę aiæ, quanto maiori
fruuntur fiducia, tāto maiorē dei reuerētiam exhi
bent. Cecidit, inqt, in faciē ſuā. Et qa poſt tantam
fiduciā iuſtus ſeipſum & nutaræ ſuæ imbecillitatē
uidens,neq; oculis nutare auſus fuit: ſed deorſum
uidēs,ſuā declarauit reuerētiā: uide iterū boni dei
ineffabilē liberalitatē . *Loquutus eſt*, inqt enim, *deus
dicens: Ecce ego & teſtamentū meū tecū, & eris pater mul
titudinis gentiū & non uocabitur ultrà nomen tuū Abrā,
ſed erit nomen tuū Abrahā: quia patrē multarum gētium
conſtituī te faciāq; te creſcere ualde ualdē, & ponā te in gē
tem, & reges ex te egredientur.* Conſidera dilecte, quo
C prædicit & nunc manifeſtē oīa, & ut maioribus eū
Abram. argumentis certum reddat, & literam addit nomi
ni eius, & inquit: Eris pater multitudinis gētiū. Nō
uocabitur.n. nomen tuum Abram, ſed Abrahā: qa
patrem multarū gentiū conſtituī te. Nā ſicut prius
nomen eius tranſitum indicabat, iuxta Hebræorū
linguam: & hoc ſciunt qui linguę illius ſunt periti:
quia parentes eius nomen hoc indiderant, eo qđ à
patria ſua in Chananęā tranſiturus erat. Iā fortaſſe
dixerit quiſpiam: cū parētes eius infideles fuerint,
unde illa ſciētia, ut qđ multo tpe poſtea futurum,
noie complecterentur? Sed eſt et hoc oīpotentis ſa
pientię dei argumentum, q̄ ſæpenumero per infide
les eiuſmodi res diſpenſat: & multa ſimilia inueni-
mus etiam in aliis facta ſtatim.n. occurrit nobis &
Noe uocabulū: neq; n. abſq; cauſa & inuanum etiā
huic nomen indiderunt parentes, ſed præſignarūt
ſub ſequuturū diluuium. Enimuero & pater huius
nō ideo nomē puero īdidit, qđ ipſe iuſtus eſſet, au-
di ſcripturā dicētē: Noe ſolus inuētus ē iuſtus, pfe-
ctus i generatiōe iſta. Neq; obticuiſſet ſcriptura, ne-
que dixiſſet, Noe ſol⁹ iuſtus erat, ſi & Lamech pater
ei⁹ uirtutē iuſti ſuiſſet imitat⁹. Impoſitur⁹ itaq; puer
ro nomē, īqt: Et uocabitur nomē ei⁹ Noe, hic faciet
nos ꝙeſcere ab opib. noſtris, & à moleſtiis manuū

noſtrarū, & à terra quā maledixit dominus deus. D
Vnde illi eſſet ſpēs ſciētia eorū, q̄ poſt tot ſcła erāt euē
tura? dicit.n. Vocabitur Noe, hic nos ꝙeſcere faciet. Noe.
Nomen autē Noe, lingua Hebræorū, quies dicitur.
Itaq; quia ingruente diluuio hic ſolus mundū ſer-
uaturus,& poſterioris ſcłi futurus author erat: id-
circo,inqt, hic faciet nos reqeſcere: requiē diluuiū
uocans. Nam oēm terram fatigatā, & ualde deterio
rem factā ihabitantium malitia, ſuperueniens dilu
uij aquarū inundantia, q̄ finem malitiæ malorum
iſtorum hominū faciebat, & terrā repurgauit, quā
fecerat immundā inhabitantiū malitia, & illos pu
niēdo quieſcere fecit. Vidiſti qūo & per incredulos
multa ſæpe ꝑſignari facit? eodem modo & patriar-
chæ nomen parentes indiderant, ſtatim ab initio
declarātes qđ peregrinus erat futurus & trāſiturus
flumē in terrā alienā. Inquit igitur : Quoniā nomē
à parentibus tibi inditū illud præſignauit : accipe
& eius elementi additionē, ut ſcias qđ hoc tibi de-
clarat te multarū gentiū fore patrē. Et uide euiden
tiam uerborū. Non dixit oīum gentium, ſed multa
rū gentium: quia erant & aliæ gentes expellendæ, E
ut ſemen iuſti hæreditatē acciperet: ideo dicit, Pa-
trem multarum gentiū cōſtitui te. Dicit : Scio tuæ
uirtutis magnitudinē, multarū gentium doctorem
te faciam,& creſcere te faciā ac multiplicari ualde
ualde: & ponā te in gētes, & reges ex te egrediētur.
Dilecti,ne perfunctoriè tranſeamus q̄ dicuntur. Nā
ſi cogitauerim⁹ patriarchę ętatē, qđ ille in extrema
ſenecta audiit, ſtupeſcemus iuſti uirtutē, & miſeri-
cordis dei eximiam potentiam: quia ex hoie prope
modū mortuo, & mēbris inualidis, q & quotidie
mortē præ oculis imaginabatur, in tantū auctum
iri ſignificauit ſemen, ut & in multas gentes fiat, &
ex eo reges egrediātur. Vidiſti qūo creſcāt promiſ
ſiones? Faciā te creſcere, inqt, ualde ualde. Duplica-
tionē huius aduerbii non fruſtra adiecit, ſed ut ſi-
gnific et iuſto miram multitudinē dandā. Proinde
in noie, ījſi in colūna quadā idelebili promiſsionē
ei inſcripſit. Iterū dicit: *Statuam teſtamentum meū in-
ter te, & inter ſemen tuū poſt te in generationes eorū, in te
ſtamentum ſempiternum, ut deus tuus.* Non ſolum erga F
tə hanc meā declarabo prouidentiā & curam, ſed
& erga ſemen tuum, & poſt tuā mortē. Vide qūo re
focillat animam iuſti, promittens ei quòd & ſemi-
nis eius multā curā ſit habiturus. Et q uirtus teſta-
mēti? ut ſim deus tuus, inqt, & ſeminis tui poſt te.
Hoc.n. erit tibi ſumma & caput bonorū. *Et dabo tibi
& ſemini tuo poſt te terrā in qua peregrinus es, omnem ter
rā Chanaan in poſſeſsionem ſempiternā, & ero eorū deus.*
Propter tuā, inquit, uirtutē & poſteri tui erūt mihi
cōmendatiores, & dabo eis in poſſeſsionem eternā
terram Chanaan, & ero eorū deus. Quid eſt, Et ero
eorum deus? hoc eſt, multam me eorum curā habe
re oſtendā, & meum ſubſidium illis præſtabo. Et
dixit deus ad Abraham: Tantum tu teſtamentum
meum obſerua, tu & ſemen tuum poſt te in gene-
rationibus eorum. Nihil aliud à uobis requiro, q̄
obedientiam & gratitudinem, & ego omnia quæ
cunque pollicitus ſum, opere complebo. Inſuper
uolebat eos qui ex ipſo naſcendi erant, facere ſuū
peculiarem populum: & ut poſtea cùm multitudo
propagaretur, non ſe gentibus illis, quarum hære
ditatem occupatura erat, commiſceret. Et aliter:
Quia iuxta prædicationem ſuam in Aegypto ſerui

G turi erant. Vt igitur ne gentibus se commiscerent in Aegypto, circuncisione, signi gratia, iusto ꝑcipit, & inquit: Hoc est testamentū quod seruabis inter me & uos, & inter semen tuū post te in generationibus illorū. Circūcidetur i uobis omne masculinū. Circuncidetis carnē præputii uestri. Deinde ut doceat & illos & oēs nos, quare hoc iniunxit, & qđ non alterius cuiuspiam gratia, q̄ ut esset assignatus & sibi segregatus populus, inqt: Et erit in signū testamēti inter me & uos. Et postea etiā de tpe imperat, quo conueniat hoc fieri. Puellus. n. inquit, octo dierum circūcidetur, & uernacul⁹, & emptiti⁹: & oēs in summa, ut ita dicam, qui apud uos sunt hoc signū susci pient. Et quisqs non circūciditur in die constituto, perdetur: quia testamentū meum dissipauit, quia transgressus est (dicit) præceptū. Vide sapientiā domini, qūo cū sciret paruas eorum mentes futuras, signum circuncisionis quasi frenū quoddā imposuit, ut ne gentibus commiscerētur. Nam quia sciebat eorū lasciuiā, & qđ licēt infinities eis isurretur
H ut se ab illicito contineant, non parēret. Ideo dato eis perpetuo memoriali, iniecit eis circuncisionis signū, quasi uinculū quoddā: deditq; eis terminos & regulas, ultra quas transire eis non liceat, & in nullo cū gētib. se cōmiscerēt: sed sua gēte cōtēti essēt, ut patriarchę semē impmistū maneret, ut sic & promissa in eis cōpleri possent. Et quēadmodū uir alīqs prudens & lenis, ancillā habens petulantē, mandata illi dat ne unquā extra uestibula prodeat, neque cū ptereuntibus cōueniat: ita & misericors dominus circūcisionis signū carni eorū ididit, quasi pedibus uinculū quoddā: ut domesticū habentes signū, non ultra doctrina aliorū opus habeāt. Atq ingrati, insensatiq; Iudæi etiā hoc tpe circūcisionē seruare uolunt, puerilemq; declarant mentē. Cuius enim gratia, dic mihi, circuncidi uolunt? Nam tūc quidē, ut ne impiis gentibus se commiscerent, hoc in mandatis acceperūt: nunc autē pp beneficium ueritatis, quæ oēs ad lucem adduxit: q̄ circūcisionis utilitas? Nunquid ad aīæ libertatē confert carnis depositio? Non audierūt manifestè deum dicētem: Et erit in signū testamenti: quasi demonstrātē quòd ob multā insipientiā tali signo indiguerint. Ita. n. & in humanis reb. nōnunquā fieri solet. Quā do nō habemus aliqbus fidē, curam⁹ ut ab ipsis signū pignoris loco recipiamus. Sic & oīum dominus, sciens mentiū incostantiā: hoc ab eis signū petere uoluit: nō ut maneat signū hoc, sed ut quādo signata finē accipiunt, & signi usus auferatur. Nā sicut q signū repetūt, & pignus accipere uolūt, cū negociū perfectū fuerit, tunc & signū tollunt: ita etiā hic cū signaretur populus patriarchæ, signum hoc apud uos itroduci oportebat, quoad gētes illę, pp quas signū accepistis, esse cessarent: & cū ad ueritatis lucē accelerent, uestrum est non iam propriæ ingratitudinis indiciū circūferre: sed liberū esse, & ad pristinā generositatē redire. Cōsidera. n. quòd eximius ille patriarcha, priusquā acciperet circūcisionis mādatū (nonagita. n. & nouē annorū erat, quā do hoc ei ꝑceptū est) & accept⁹ fuerit deo & multis modis à domino prędicat⁹ est. Et qa propediē promissiones erāt ipledæ, nascēdusq; Isaac, & augēdū gen⁹, & patriarchę emigrādū ex hac uita: nūc accipit mādatū circūcisionis, & in tali ætate circūciditur, ut posteris oīb. lex q̄dā & regula fierēt ea, q̄ patriarcha prior fecerat. Et ut euidenter discatis dilecti qđ hoc nihil ad aīæ uirtutē conducat, ex his q̄ fiunt uideri potest. Cur. n. inquit, octo dierū circūciditur? Tps aūt definitū à misericorde deo duab. de causis opinor. Vna, ut in ætate immatura facili⁹ circūcisionis in carne laborē ferre queat: alia, ut rebus ipsis disceremus, qđ factū aīæ nihil conducat, sed hoc fit signi gratia. Pueri. n. imaturi, cū ea q̄ fiūt ignorāt, neq; sensum eorū habēt: quam inde in aīa sua utilitatē accipere possunt? Illa enim sunt uerè bona opera aīæ, quæ ex electione fiunt. Animæ. n. bonum opus est uirtutem eligere, & malitiā fugere. Animę bonū opus est, ut ne plura quā oportet cōcupiscat, & facultates tribuat indigentibus. Animę bonum opus est, non addictū esse rebus præsentibus, sed eas qdē despicere, futuras aūt continuò in aio habuere. In carne uerò signū accipere, q̄le bonum opus fuerit? Verū igrati illi & insensati Iudęi: quanuis iam illuxerit ueritas, adhuc in umbra sedent: & quāuis sol iustitiæ infulserit, q lucis suę radios undiq; emisit, adhuc cādelari luci sunt addicti? & quanuis sit tps ut solido pascantur cibo, ipsi adhuc lacte nutriūtur. Neq; beatū Paulū audire uolūt clamātē & dicētē de patriarcha: Et signū accepit circūcisionis, signaculū iustitię fidei in ꝑputio. Vide qūo utraq; nos docuit, & qđ acceperit signi loco circunsionē, & qđ cū præputiatus erat, iustitiā à fide declarauerit, qppe ne imprudenter Iudęus dicat, Nonne circuncisio ei iustitiā conciliauit? Idcirco beatus ille ad pedes Gamalielis eruditus, & in lege apprimè institutus, inqt: Ne putetis impudētes Iudęi, qđ circūcisio nobis aliqđ ad iustitiā cōferat: nā cum tpe ꝑputij fidē præ se ferret, audiit: Credidit autem Abraham deo, & reputatum est ei i iustitiam. Cū igitur esset iam iustus ob suā in deū fidem, in signum circūcisionē accepit. Et prius qdē nomini eius litera additur, deinde aūt circuncisio imperatur: quo ostēdit deus, qđ ob multā uirtutē iust⁹ iam peculiariter possederit, & pp illū ēt eos q illi nasciturі erāt. Et quemadmodum siquis seruū possidet, nomen eius & figurā sæpe immutāt oīaq; facit ut sciatur suus esse, & dominium suum innotescat: ita nimirū & omniū dominus, quasi posthac separare eos uolens ab aliis hoībus, adiecta quidē litera, declarauit qđ multorū populorum esset pater: circuncisione autē, qđ electus eus populus futurus esset & ab aliis gentibus sequestratū semē ex eo nasciturū. Quòd si & illi ob cæcitatē suā adhuc seruare uolunt circuncisionē, non audientes iterū Paulum dicentem: Si circuncidimini, xps nihil uobis proderit. Nam pp hæc affuit dominus, ut oīa illa toleret, atq; pp legem impleuit, ut legis obseruatio finē habeat. Et idcirco dicebat beatus Paulus: Quicunq; in lege iustificamini, lege excidistis. Verū nos credamus beato huic, & non manufactam circuncisionem susciamus. Dicit. n. In quo circuncidamini circuncisione non manufacta, in despoliatione peccatorū carnis, in circuncisione xpi. Deinde docens nos diligentius qđ sit circuncisio, subdit: Cōsepulti ei in baptismo. Sicut. n. illos circūcisionis signū ab aliis gētib. segregauit: & demōstrabat qđ peculiariter ad deū pertinerent: Simili modo ēt apud nos, circūcisio per baptismū, euidētio rē facit separationē & discretionem fideliū & infidelium. Dicit. n. In quo circuncidamini circuncisione non manu facta, in despoliatione peccatorū carnis. Nā id qđ illic operatur circuncisio in depositionē carnis, hoc hic agit baptismus in depositionē pctorum. Igitur q semel carnis peccata exuimus & puram induti sumus uestē, maneamus dilecti in puritate, magistri simus affectionū carnis, uirtutē amplexemur. Et q sub gratia sumus, eum q in lege, immo ante legē fuit, ęmulemur: ut cū uestigia eius sequēdo, uitā nostrā rexerimus, męreamur in illius sinus occurrere, & sempiternis frui bonis, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cū patre & spiritui sancto sit gloria, honor, imperiū nūc & semper, et in secula seculorum, Amen.

Homilia. xl.

Ge reliquias hesternæ mensæ uobis propo
a namus, & finē hodie imponamus sermoni, immo benedictioni & promissioni quē uniuersorū dominus cū patriarcha habuit. Verùm audiens reliquias mēsæ, neqd sensibile suspiceris. Neq;. n. quales sunt eduliorū sensibiliū, tales sunt spūalium reliquiæ. Ita. n. licēt uariæ sint, non tamē parem uoluptatem conuiuatoribus ꝑstant: nam si in diem posterum fuerint reseruatæ, inutiles fiunt oēs. Istæ uerò non solum, si in unum & alterū diē, sed & quantouis tpe relictæ fuerint, eandē seruant uoluptatem: diuinæ. n. sunt et spūales, neq; ullum eis à tpe nocumētum imminet: sed quotidie nouū uigorem afferūt, & eos q illis frui uolunt, multa implent lætitia. Proinde qa talis harum reliquiarum uis est, age alacriter & uos magnam inde uoluptatem auferte, & nos fidentes earum efficaciæ, proponamus eas uestræ charitati. Verū ut nobis sermo ille manifestior fieri uideatur, operęꝑtium fuerit meminisse finis herì dictorū, ut sic facto contextu doctrinam attingamus. Heri ꝑceptum circuncisionis adduximus in mediū, & qđ dixit deus patriarchæ: Circuncidatur oē masculinum uestrū, & erit in signum testamenti inter uos & me. Et puer octo dierum circuncidatur. Et q non circuncisus fuerit, pibit aīa illa: qa testamētū meū dissipauit: Ibi sermonem finiuimus in circuncisionis argumento: & ne multitudine dictorū uestrā adobrueremus mentē nolųimus ultrà progredi. Neq;. n. hoc solū curamus ut multa dicamus antequā abeatis, sed nostri sermonis doctrinā uestris uirib. cupimus esse adęquatam, & ut fructu quopiā inde percepto ex his q dicuntur, domū redeatis oēs. Age igitur ad ea q̄ dicta sunt, adiungamus & relicta: & uideamus post circuncisionis ꝑceptū, qd misericors deus patriarchæ loquatur, & proponat. Et *dixit*, inqt, *deus Abræ: Sarra uxor tua non ultrà uocabitur nomine suo Sara, sed Sara erit nomen eius.* Quemadmodū, inqt, noīe tibi impositō significaui qđ pater sis futurus multarum gentiū: ita & uxori tuæ sic̄r appono literā, qa nunc tps adest ut olim à me promissa impleantur. *Erit enim*, inqt, *nomen eius Sarra. Benedicā autem eam, et dabo tibi ex ea filium, & benedicam illum, & erit in gentes, et reges gentium ex eo exibunt*. Et idcirco prius literā adieci, ut scias qđ oīno fient q̄ à te facta sunt. Ne igitur ad infirmitatē naturæ spectaueris, sed potius ad uirtutis meæ magnitudinē, fidem habe iis q̄ à me dicta sunt. Benedicā. n. eam, & dabo tibi ex ea filiū, et benedicā illū, et erit in gentes, et regs exibunt ex eo. Excedunt humanā naturā promissa. Et sīle fuit, q̄si aliqs polliceretur ex lapidib. hoīem se facturū. Nihil. n. à lapidibus differebant, quantum ad generationem attinet. Et patriarcha præ senectute propè actione carebat, et ad filiorum procreationē oīno inutilis erat. Et Sara ad hoc qđ natura sterilis erat, laborabat et ætatis et senectutis uitio. Cæterū iustus hæc audiens, et putans olim dei promissionē impletā in Ismaele, quādo dixit, Tibi et semini tuo dabo terrā hanc: non existimabat autē, quòd hoc tribueretur ei q è Sara nasciturus erat: sed cogitabat secū qđ promissiones impletæ essent. Nunc aūt audiens dominū deū dicentem: Benedicam Sarā, & dabo tibi ex ea filium, & benedicā illū, & erit in gentes: & iterū: Ex illo reges gentium egredientur. Cū nesciret qd diceret: neq;. n. discredere potuit tā religiosus, ad suam respiciens ætatem, & Saræ sterilitatem, usq; ad illam ætatem consilij anceps, & ob stupescens promissionē dei: Cecidit, inqt, in faciem suā & risit. Quum uoluptate perfunderetur, & in aio cogitaret qūo iuxta humanum morē hoc fiat aliquando, & num centenario nascatur filius, & nū sterilis & nonagenaria repentè posit idonea fieri ad partum: & cùm hæc aio cogitasset, non audebat tale quiddā lingua effari: sed monstrata sua gratitudine, orauit pro Ismaele, quasi diceret: Domine satis me consolatus es, & dolorem quē ex prolis inopia gerebam, dato Ismaele, in lætitiā uertisti. Nato. n. illo, neq; in mentem postea accepi uel cogitaui aliquando qd è Sara sit mihi futurus filius: sed neq; ipsa hoc expectauit, eo qđ Agar mihi tradidit, oēm sibi spem denegans. Satis consolationū accepimus nato filio Ismaele. Hic igitur q à te datus est, uiuat oro te, & abundē satis recreati erimus, & senectutē nostram illius uita solabitur. Quid igitur ad hęc misericors dominus? Quia satis piā iusti mentē tanto tpe probauerat, & Sarę fidē: qa uiderat utrūque nihil sibi de suis promittentē uiribus, Abrahā quidē pp senectutem, Saram aūt pp sterilitatem & annos, dicit: Nunc quia oīno uobis hoc esse uidetur impossibile, idcirco & ego tandiu distuli, ut ostendam qđ longè ultra naturā sit donum qđ concedo, quò & uos aliiq; oēs his factis discant qđ naturę sim dominus, & ad quodcūq; libuerit ea utar, & ipsa obedit & cedit meis ꝑceptis. Qui. n. eam ex nihilo produxi, multo magis quū iam sit & claudicet, erigere possum. Vt igitur melius considere possis, audi & expergiscere, & repulsis cogitationibus mentis tuę, accipito ex his q̄ tibi afferūtur certū argumentū. Ecce. n. Sara uxor tua, quā putas, tum pp sterilitatem, tū propter ætatē párere non posse, ipsa pariet tibi filium: & ut nihil hæsites, ecce tibi & nomē eius q nascetur pmonstrabo. Eum. n. qui nascetur uocabis Isaac. Et ponā testamentum meum ad eū in testamētū sempiternū, & semini eius post eū. Hic. n. est quem primū & ab initio tibi promisi, & in hoc promissiones meę implebuntur. Proinde & oīa tibi prædico, non solum quòd nascetur, sed & qūo eum uocabis, & quòd ei constituam testamentū meū. Et ad hæc quòd & semini eius post eū. Insuper dominus oīno accumulare uolens beneficia & excedere amplius q̄ petiuerat: quoniā mentē iusti erexerat, & per ea quæ promisit ferè iuuenē ex se ne fecerat, & eum q mortuus erat, ut ita dicā, uerbis fœcūdarat, beneficiis eū largissimis prosęqns, inqt:

G Et hęc quidem,quæ.ſ.promiſi,opere complebo:ēt quod de Iſmaele rogaſti, concedam tibi. Audiui.n. orationem tuam. Ēt ecce benedixi eum,& augebo eum, & multiplicabo eum ualde ualde.Duodecim gentes generabit, & dabo eum in gentē magnam. Quandoquidem.n.inqt,ſemē tuum eſt,ſic augebo eū, & multiplicabo ualde, ut duodecim gentes ex eo procedant. Cæterū teſtamentū meū ſtatuā cū Iſaac quē tibi Sara pariet tpe hoc,anno ſequēte.Vide obſecro hic dilecte, qūo iuſtus in uno tpis momento mercedes oīs temporis accepit,& impletum eſt illud, qđ xp̄s diſcipulis ſuis dixit: Quiſquis reliquerit uel patrem,uel matrem,uel domum,uel fratres,propter nomen meum,& hic centuplum accipiet,& illic uitam æternam in hæreditatē accipiet. Conſidera n. quoniam iuſtus ille promptē p̄cepto domini obaudiuit,& relicta domo paterna, ptulit alienam natali: qūo paulatim multam præ ſe ferēs patientiam,in faſtigium uirtutis progreſſus,ita illuſtris & ſpectabilis factus eſt,ut ex eo nati aſtris cœli adæquentur. Fortaſſe ſiqs bene uelit intueri,non
H ſolū centuplū accepit hic iuſtus, ſed decies millies millecupla. Quòd ſi hic tāta cōſequutus eſt,qs ſermo narrare poſſet, quibus poſt hęc fruiturus ſit ille? immo ēt hoc,quātū nobis poſsibile,ſermo oſtēdere poterit. Quando.n. audis quòd oēs iuſti ab illo tpe uſque nunc, & uſque ad conſummationem eius,opus orationis faciunt,ut in ſinus patriarchæ occurrant: quē alium hoc maiorē honorē cōmendare qs poterit? Vidiſti quanta res ſit patientia,quāta uirtus, quantū ſit eſſe religioſum, & magnā præ ſe ferre gratitudinē in beneficiis dei? Quia.n. quando oportebat ſua attulit, magna gratitudine oīa ferens,tam iucunda,q̄ iniucūda,ppa miſericors deus caput bonorū,& id quod iuſtus maximè concupiſcebat, largitus eſt. Conſidera.n.qūo uigintiquatuor annis probauit iuſti uirtutem.Quando.n.exiuit à Charris,& obediuit præcepto domini,ſeptuagintaquinq; annorum erat: nunc autem poſtq̄ hęc audiuit,nonaginta & nouē annos exceſſerat. Hæc audientes dilecti,diſcamus promptā exhibere obedientiam,& nunq̄ in laborib.uirtutum uel dormitare,uel torpeſcere:ſed ſciam⁹, qđ dominus noſter benignus eſt & munificus,et pro paruis laboribus magna reddit p̄mia: non ſolū in futurā immortalia bona reponens,ſed et in p̄ſenti uita, noſtrę naturæ infirmitatē conſolans. Quandoquidē ſemper aduerſis temperantur proſpera. Vniuerſorū.n. deus noſtri curā agens, nō ſemper in aduerſis nos manere relinqt, ut non opprobretur noſtris noſtra infirmitas, ſed celeriter et ipſe opitulatur,firmās noſtrā alacritatē,et mentē excitans. Neq; ſemper in proſperitate nos eſſe relinqt, ut ne fiamus negligentiores, alioqn ad malū procliues. Humana. n. natura quādo multū proſperè ei ſuccedit,ſuę obliuiſcitur nobilitatis,neque intra ſuos limites ſubſiſtit: Idcirco quaſi clemētiſsimus pater aliquando nobis indulget,aliquādo caſtigat, ut uariis uiis noſtrę aīæ ſalutē curet. Quoniā et medicus,quādo infirmū curat, neq; ſemp fame detinet,neq; ſemper larga mēſa frui ſinit,ut nō uoracitas febrim pariēs augeat morbū, fames uerò infirmiorem eū efficiat: ſed coniectans apud ſe quātę ſint ægrotātis uires, et diligēter utēs arte,oīa ſua in mediū affert. Siſr et miſercors deus, ſciens qđ cuiuis expediat, aliquando concedit nobis proſperitate frui, aliquādo autē exercitationis K
gratia tentationibus nos circundat. Nam ſi uirtute prædити ſunt qui tentationes experiuntur, clariores euadunt abundantiorē ſibi ſupernā gratiā conciliantes: ſi autē,ut nos,peccatores fuerint, et magna gratitudine tentationes ferunt, grauem deponunt p̄ctorum farcinā, multāq; uenia et ipſi potiuntur. Ideo obſecro, cū ſciamus potentiā et ſapientiā medici aīarum noſtrarū, nunquā curioſē eius diſpēſationes ingramus. Enimuero cū ea neque mens noſtra comphendere ualeat,magis obſtupeſcamus et glorificemus deū pro oībus: quòd talē habemus dominum,q mentis noſtræ captū excedit. Et ſi ſciremus,qūo res diſpenſaret: attamen neque ſic ſcire mus quid nobis utile foret, ut ipſe ſcit. Neq; ſic noſtra nos curamus, ut ipſe ſalutē noſtram: et oīa facit et tractat,ut ad uirtutē nos inducat,et à diaboli manib⁹ eripiat. Et cū uidet nihil prodeſſe nobis proſperitatē,tunc ſicut bonus medicus q aīaduertit habitiores fieri eos quorū curā gerit,pp crapulam, ad ſanitatē per continentiā reducit. Ita et eximius aīarum noſtrarū medicus dimittit pauliſper L
nos tentari, ut ſentiamus quantū damni ex proſperitate accepimus: et quādo ſcit profutura remedia, tūc celeri nobis ſubſidio cōcedit ut à tentationib. liberemur,et ſuę prouidētię curā ubertim declarat Itaq; etſi aliq; prędити uirtute in tentationes incidāt, ne turbētur,ſed hinc meliorē ſpem concipiant: qa afflictiones et tentamenta præmiorū eis ſunt materia. Qđ ſi in peccatis fuerint, et aduerſa eis eueniāt, ne propterea grauatim ferant, ſcientes quia ſemper peccatores purificātur aduerſis, mō grato aīo ſuſcipiamus ea q̄ eueniunt. Grati.n. famuli eſt,non ſolū gratum eſſe domino,quando ubertim pro ſuis oīa ſuccedunt: ſed & ut in aduerſis eandē gratitudinē declaret. Sic.n. patriarcha ille gratus fuit deo,& tantam apud deum obtinuit fiduciā, & dona accepit quæ ſupra humanam ſunt naturam. Operæpretiū eſt ut ad inſtitutū ſermonē redeamus,& uideamus iuſti obedientiam: & qūo fecit quod à deo imperatum eſt,nō quærens cām, ſicut multi inſipientes faciunt, & de his q̄ à deo fiunt curioſē quærunt,&,di- M
cunt: Quare hoc,& quare illud? & q̄ hinc,uel quę illinc utilitas enaſcitur? ſed ſicut famulus diligēs dominū, quęcunq; præceperit implere ſtudens,nihil ulterius pcontās: & ut diſcas, audi q̄ ſequūtur. Poſtquām.n. dominus promiſsionē ei fecit, & compleuit ſermonē ſuum, ſtatim iuſtus q̄ imperata fuerūt perfecit,& ſignū hoc quod à deo erat datū,indidit Iſmaeli,circunciſionē dico, & oībus uernaculis & emptitiis,ſicut loquutus eſt ei deus. Circūciſus eſt autē & ipſe. Nonaginta.n.& nouem annorum erat quando circuncidit carnem pręputij ſui: Iſmael aūt erat annorū tredecim. Ne putes abſq; cauſa ſcripturam proponere nobis numerū annorum. Nā ut ex hoc diſcas iuſti magnam obedientiā quòd cū iam in decrepita eēt ætate,leniter tulerit dolorē pp prę
ceptum dei,& propterea facit illam enumerationē, & nō ipſe ſolū,ſed & Iſmael, & oēs uernaculi circūciduntur. Neq; hoc fortuitum fuerit. Non.n. idem eſt carnem ſanam,& malè habentem ſecare. Nam licēt medici quoq; membra infirma aliquando incīdunt,at non eſt ſimilis dolor. Emortuum.n. membrum,ut ita dicā,fermè & uitali operatione deſtitutū tunc incidunt. Hic autē ſenex & decrepitus (cen

Mat.19.a & Mar. 10.d.

A tum.n.annorū erat) cruciatū ſuauiter tulit, ſimul et p̄ceptum dei implere uolēs, et filium et uernaculos oēs promptiores reddens,ut ne cederēt, ſed magna alacritate dei p̄ceptum implerent. Vidiſti quāta res ſit uir p̄ſtans uirtute qūo miniſtros oēs docet ut ſua ueſtigia ſequantur? Nam id qđ heri dicebam,hoc item & nunc dico,quòd pp hoc ferè ex illo die p̄ceptū fuit à deo,ut immatura ætate hoc ferrent pueri, quò abſq; ſenſu inciſionē carnis ferrēt. Verū cōſidera dei miſericordiā, & ineffabilem ei⁹ erga nos beneficentiā. Illa.n. circūciſio dolorē habet & laborē. Et nulla alia ex circūciſione fuit utilitas,q̄ hęc ſola, quòd ex hoc ſigno eſſent cognobiles,& ab aliis gentib. ſequeſtraretur. Noſtra aūt circūciſio,uel baptiſmatis inquā gratia medicinā habet citra dolorē,& innumera bona nobis affert, & ſpirituſſancti gratia nos implet, & nullū definitum habet tps ſicut illic: ſed licet & ī prima & in media & in ultima ætate hāc non manufactā circūciſionem recipere,in qua non ſuſtinetur labor, ſed peccatorū deponūtur onera, & remiſsio inuenitur o-
B mnium p̄ctorum, q̄ p totā uitā geſta ſunt. Quippe cùm deus uidit grauē noſtrā infirmitatē, & quòd ęgrotaremus incurabilr, ſummaq; indigeremus medicina, ac indicibili miſericordia diſpēſans noſtrā ſalutē, largitus eſt nobis p lauacrū regenerationis innouationē: ut depoſito hoie uetere, hoc eſt operibus malis,& induti nouum, in uiā uirtutis eam⁹. Verū iterū oro, ne deteriores ſimus ingratis & inſenſatis, deteriores Iudæis dico. Illi.n. ſuſcipiētes circunciſionis ſignaculū, bene ſe muniunt, & cauent ne ultrà cū gentibus ſe miſceāt, quantum ad cōmunionis rationem pertinet: quātum autem ad impietatem, ſæpe illos ingrati etiā excedunt. Atq nos cū ſemel ſuſcipimus baptiſmi circunciſionē, ita ſecurè noſtra corrigamus. Nō dixerim quòd nō liceat nobis uerſari inter gentes: ſed licēt cū illis uerſemur, noſtrā tamen cuſtodiamus uirtutē: ſic eos ad noſtrā trahentes religionem,& pp bonorum operum adminiſtrationem, doctrinæ eis authores ſimus. Ea.n. de cauſa cōmunis oīum dominus permiſit ſimul uerſari bonos & malos, pios & impios, ut bo-
C ni lucrifaciāt malos,& q in malitia adhuc ſunt detēti, manuducātur ad pietatē. Nihil.n. adeo gratū eſt deo, ut ſalus animarum. Proinde obſecro, ne ſimus negligentes, neq; nobis neq; aliis. Quātum ad nos attinet, ita iſtituamus uitā ut uiſum eſt,& probatur deo: quantū aūt ad proximū, ſic luceam⁹ uirtutibus, ut ēt ſilentib⁹ nobis, oēs quotquot nos uident, ſatis doceātur. Nā ſicut ſi uirtute p̄diti ſum⁹, maxima & ipſi lucramur,& ifidelib. uſui ſumus: ita ſi negligentes fuerimus,& ipſi magnā feremus pœnā: & aliis argumentū ſcandali ſumus. Et ſicut uirtutem amplexati, duplicē mercedē à deo accipiūt, tum qđ ipſi uirtutem exercuerint, tum quòd alios ad uirtutis communionē traxerint: ita & in peccatis, nō ſolū pūimur qđ ipſi peccauim⁹, ſed et quòd aliis ſcandalo fuimus. Verū abſit ut aliquis eorū q hic ſunt fiat, ſed oēs nos ad ædificandum eos qui nos uidēt,uitā inſtituamus,ut poſsimus magna fiducia ſtare apud tribunal xp̄i,& ineffabilia illa bona cōſeq. Quę nobis oīb⁹ cōcedātur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu xp̄i, cū quo patri & sācto ſpiritui ſit gloria, honor & imperium, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia. xlj.

D Rauor hodie,& moror in enarrādo ſermo-
g ne. Nā cū mente repeto, quòd nobis quotidie inſonantibus, admonentibus, & ſpirituale hoc uobis conuiuium apponētibus, multi ex his ipſis qui aſſunt, & ſpiritualis huius doctrinę & horrendæ atq; terribilis menſæ participes, totos dies in ſpectandis ludis eſtrib. perdunt, eſſe perin de atq; nō doceremus, tam nihil proficimus: & ūſi conſuetudini cuipiā ſeruientes, ſi tantū annuat eis diabolus, ſua ſponte accelerāt ad impia illa ſpectacula, & ſeipos uolūtarij maligni dęmonis illaqueāt retib⁹. Et neq; noſtra admonitio, neq; piculū ipm, neque inutilis ipſa cōuerſatio, docere eos poſſunt. Qua ergo poſt hac p̄optitudine docebo uiros, q-
bus nō eſt aius ut ex iis q̄ dicūtur proficiant? Et ne mireris. Siqdē & agricola, cū poſt multos labores & ærūnas ſterilē uidet agrū, neq; digna laboribus mercede reſpondentē, non pari alacritate illū ſemi
nat & colit. Et medicus quoq; uidens infirmū ſuis mādatis non obtēperare, ſed uacantē quotidie his q̄ morbum incrudeſcere faciūt, ſæpenumero in ſua E
illū ægritudine relinquit, ut experiētia ipſa utatur magiſtra. Siſr & q diſciplinas pueros docent, uidentes illos priora reſp uere, & abiicere eorum q̄ antea docta ſunt memoriā, ſæpe auerſantur: ſic negligentiā eorū correcturi, & ad maius ſtudium reducturi. Verūtamen agricola tardior qdem ſit, qa uidet dānum ſuū maius fieri, utpote qui laborē & ſumptus ferat, & fructib. deſtituatur. Medicus aūt nō immeritò ægrum ſæpe relinquit: corpus.n. eſt quod curatur, & pp hoc dimittit, ut doloris acceſsio morbū ſentiri faciat, & ſic tandē medicinam non reſpuat. Magiſter autem ludi, utiliter nonnunq̄ plagis pueros erudit. Verū nos hodie p̄cellentes illos omnes, hoc agemus ut paternū erga noſtros amorē declaremus: & doceamus, ſi in illa negligētia māſerint, eos inde maiorē condemnationis cām habituros. Agricola quidē nō pari alacritate ſeminat, cogitās ſumptus hacten⁹ fuiſſe inutiles: nos aūt ab hac cura liberi ſumus. Nā licēt iacto ſpūali ſemine, ob auditorū ignauiā fructum nō capiamus, p̄fecta nobis tamen futura merces: pecuniā.n. concreditā expen F
dimus, & mandatū domini impleuimus: cæterùm poſthac auditores rationē reddēt ei q repetiturus eſt concredita. Verū hoc nos nō conſideramus, qđ extra dānum ſumus, & qđ noſtrum eſt implemus: ſed uolum⁹ ut & uos ex dinumeratis pecunijs multū negociemini, ut ne obnoxij fiatis ſupplicij quod fert ille q talentū recōdidit,& dominicā pecuniam nō ſolū nō multiplicauit, ſed & ipſam in terra deſodit. Tales.n. ſunt, q ſermones audiunt: talentum.n. uocat,& pecuniā,neq; operam dant ut fructum afferant. Sed fortè dixerit quiſpiā, parabolam iſtā talentorū de doctorib. eſſe dictam: & ego hoc dicā. Verū ſi diligenter eam intueamini, ſcietis quòd doctores qdem debent dinumerare pecuniā: ſed uos nō ſolum eam ſeruare, ſed & ſiſr negociari debetis. Atq; ut diſcas, operæprecium fuerit eā in medium afferri. Paterfamiliās qdam, inquit, peregrè proficiſcens uocauit ſeruos ſuos, & dedit uni qdem talen- Matt.25. b.
ta quinq;, alij aūt duo, alij uerò unum. Poſt multū aut tps, cùm aduenisſet ipſe, uenerūt ſerui: & ille qdem q acceperat quinque talenta, acceſsit dicens: Domine, quinq; talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinq;

G superlucratus sum. Magna serui gratitudo, larga ēt domini misericordia. Ēt qd dicit? Euge serue bone & fidelis, sup pauca fuisti fidelis, sup multa te cōsti tuā: ingredere in gaudium domini tui. Quoniā, inquit, in iis q̄ tibi credita sunt, multam præ te tulisti gratitudinē, dignꝰ es cui & maiora tradātur. Accessit aūt & q̄ duo talenta acceperat, dicēs: Nōne duo talenta mihi tradidisti? ecce alia duo lucratus sum in eis. Habuit & ille in pecunijs domini sui debitā curā, & beneuolentiā, unde & eadē q̄ superior meritus est. Et quare ille q̄ duo attulit talēta, eūdem cō sequitur honorē, quē ille q̄ talēta quinq; attulerat? meritò: augmentationem. n. & imminutionem, nō uel huius diligentia, uel illius negligentia fecit, sed concreditorū quatitas. Nam quòd ad diligentiam ambo pares fuerunt, proinde & eandem dignitatē nacti sunt. Verū alius nihil tale fecerat: sed qd? Accesit, dicens: Cognoui te, quòd austerus hō sis, metens ubi nō seminas, & cōgregans ubi nō spargis: & reueritus abij & occultaui talentū in terra. Ecce habes qd tuū. O malitiā famuli, ô imensam ingratitudinē. Nā non solum contemsit, & nihil negocii tus est talēto sibi cōcredito, sed & pro talēto accusationem attulit. Ita. n. solet malitia, obtenebrat rationē, & eū q̄ semel à uia est auersus, in pceps ferri facit. Hæc autem oia de magistris dicta sunt, ut talenta sibi cōcredita non abscondant, sed oi diligētia discere cupientib. apponant. Verū ultrà audi di lecte ex indignatione erga illū, quo & discipuli rei sunt: & non solum illa repetuntur q̄ cōcredita, sed & cum lucro operatio quæritur. Quid igitur dicit illi dominus? Serue maligne. Terribilis indignatio, & minę ualentes p se pcellere animū. Sciebas, inqt, quòd metam ubi nō semino, & cōgregem ubi non dispersi: oportebat igitur te pecuniam tuā dinumerare mensarijs, & ego cū uenissem, cū lucro repetissem illā. Pecuniā dicens eloquia pciosa: numularios aūt uos q̄ suscipitis. Tuum quidē fuerat, ait, tā tum dinumerare, meum aūt repetere ab illis nō solum dinumerata, sed & usuram. Videtis dilecti, quā tus in dictis terror. Quid ergo dicent, q̄ concredita seruare negligunt, quando & lucrum ab eis requiri I tur? Et uide misericordiam domini. In his sensibilibus pecunijs prohibuit neq; usurā accipere. Quare, & ob quā cām? quia uterq; magno damno afficitur. Nā debitor qdem inopia atteritur, creditor aūt Deu. 23.b augēs diuitias, & pctorum accumulat sibi multitudinē. Proinde ab initio olim Iudæis crasiorib. tale dedit pceptū, dicens: Non fœneraberis fratri tuo & proximo tuo. Qua igitur excusatione digni erūt, q̄ Iudęis sunt inhumaniores, & post gratiā, & tantā a domino misericordiā inueniūtur his q̄ sub lege fuerūt inferiores, imo peiores? In spiritualib. autem repetiturum se promittit usuras. Quare? qa oino di uerso modo se habēt spiritualis usura, & sensibilis. Illic. n. à quo reqritur seueriter, subitò in extremam inopiā defertur: hic aūt à quo exigitur, quādo gratitudinem præ se tulerit, quanto maiorē usurā afferet, tāto largiori fruetur remuneratiōe. Quocirca dilecti cū uobis cōcredita dinumerauerimꝰ, uobis necessarium erit duplicē afferre laborē & uigilantiā, tū quòd dinumerata custodienda sunt ut fixa maneāt: tū quòd operādum ut & alijs cōmunicentur, & multos in uiā uirtutis inducāt: ut bifariā uobis lucrū accrescat, tum pro salute uestra, tū pro aliorū utilitate. Quòd si hoc feceritis, & uos reddetis beatos. Beatus. n. inqt, q̄ dicit in aures audientiū: & facietis ut largior uobis apponatur mensa. Igitur fratres uestros nolite negligere, neq; solum spectate q̄ ad uos attinent: sed unicuiq; cura sit qū o proximū suū è diaboli faucib. eripiat, & ab ipijs illis spectaculis in ecclesiā adducat, monstrando ei multa lenitate & mansuetudine tum damni grauitatem, qđ illic fert, tum bonorū q̄ hic conceduntur magnitudinē. Et nō solum semel atq; iterum hoc facite, sed semp. Nā etsi hodie uerbis tuis nō obtemperat, postea obtēperabit: etsi neq; secūdò uel tertio admonenti obtēperabit, iterū tamē te uidens urgentem, fortè erubescet: & reueritus tuā curā, ab his q̄ offendunt desistet. Et nunq̄ dic, quia semel & iterum & tertiò & sæpius dixi, & nihil perfeci. Ne quiescas dicere: nā quāto magis tu perseueraueris, tāto magis & merces tibi crescet. Non uidetis quāta oium deꝰ nos longanimitate tolerat, & qū o quotidie negligimus obtēperare eius mandato, & neq; sic cessat à cura nostra, sed oia sua suppeditat: solē oriri facit, pluuias concedit, aliaq; oia? Simili modo & nos er L ga fratres nostros bene affecti, magnā faciamus diligētiā, & oblectemur maligno illi dęmoni, ut irritos eius faciamꝰ conatus. Nā si singuli q̄ assint, unū lucrifacere possent, cogita quantā nobis lętitiā ecclesia multitudine filiorū suorū ostēderet: & diabolus cōfunderetur, uidens inuanū & frustra extē di sua retia. Quòd si hoc feceritis, audietis & uos in die illo: Serue bone & fidelis, i pauca fuisti fidelis, supra multa te cōstituā. Cæterū bona spe sum uos hoc facturos: Video. n. uultus uestros, & coniecturā sumo quòd admonitionē nostram magna uoluptate acceperitis, atq; hinc spero uos, qđ uestrū fuerit, facturos. Proinde hāc admonitionem hic finiamus. Proponemus aūt uobis tenuē nostrā ac pauperē mēsam, ut cū solitā acceperimus doctrinā, domum cōcedamus. Operæpreciū igitur & hodie in mediū afferre patriarchā Abrahā, ut discatis quantā ab hospitalitate mercedem acceperit. *Apparuit aūt ē ei deus*, inquit, *apud quercū Mambre, sedēte ipso ad ianuas tabernaculi sui meridie*. Singula uerba diligēter excutiamus, & reqrendo thesaurū, oēs in eo latētes M diuitias discamus. Apparuit autem ei deus inquit: Quare sic exorsus est? Specta domini misericordiā, & cōsidera famuli gratitudinē. Postq̄ n. superiꝰ apparuit ei, & post cætera etiam circūcisionis mandatum præcepit: eximius aūt ille semper q̄ à deo pcepta erant, diligenter pficere, reiecta omni mora, curauit: & circūcisus est ipse, implens mandatū domini, & Ismaelem circūcidit, & uernaculos omnes, et in summa miram declarauit obedientiā: iterū ei apparet. Talis. n. dominus est dominus noster, ut si quādo uiderit nos i priorib. gratos, accumulet beneficia, & nunq̄ à sua beneficētia desistat, remunerans obedientiū gratitudinē. Propter hoc, qa obediuit, iterū apparuit ei. Qua de causa sic dixit beatꝰ Moses: Apparuit aūt ei deus apud quercū Mābre, sedente eo ad ianuā tabernaculi sui meridie? Considera, oro, hic uirtutē iusti. *Sedente*, inquit, *ad fores tabernaculi sui*. Tātopere curabat hospitalitatē, ut nol let horum uenationē cuiquā familiariū committere: sed trecentos decē et octo habens uernaculos, homo senex et nūc decrepitæ ætatis (cētenarius. n. erat) apud ianuā sedebat. Et hic qdem hoc opus faciebat,

A ciebat, & neq; senectus illi obstaculo erat, neq; suæ quietis lecto recūbebat, sed ad ostium sedebat: alij aūt sæpe nō solū tantum studium nō faciūt, sed & planè diuersum, & horum cōgressus fugiunt & eui tant, ut ne inuiti cogātur excipere. Verū non iustus ille agebat, sed sedebat ad ianuā meridie. Hoc ualde auget hospitalitatem & uirtutē iusti. *In meridie*, inqt, *hoc faciebat*. Meritò, quoniam sciebat, quòd q̄bus est itineris necessitas, eo tpe maximè indigent cura: proinde tps hoc ut idoneum elegit, et sedens eos q̄ pteribāt uenabatur, pro sua quiete ducēs ministrare uiatorib. & eos q̄ calore æstuabant sub tectum introducere studebat, nō curiosē explorans eos q̄ pteribant, neq; requirens an noti uel ignoti essent. Neq; n. hospitalitatis fuerit diligenter singula perscrutari, sed omnibus simplr suam cōmunicare benignitatē. Et quia hospitalitatis fagenam expan Heb. 13.a derat, meruit & uniuersitatis dominum cū angelis suis suscipere. Eapp & Paulus dicebat: Hospitalitatis ne obliuiscamini. Per hanc. n. qdam nescij angeMat. 25.d los exceperūt hospitio, patriarchā insinuans. Atq; B ob hoc xps dicebat: Qui susceperit unū ex his minimis in noie meo me susципit. Audiamꝰ dilecti, & hospitio excepturi nunq̄ quæramus quis, & unde. Nā si patriarcha in rogando fuisset curiosius, fortè peccasset. Sed sciebat, inquis, aduenientium dignitatē. Vnde hoc tibi liquidum? Quomodo, si ita est, admiratus fuisset? Neque. n. sic admirabile erat, si susciпiēdo hospites curiosius exploraſſet q̄ essent, sicut nūc cū ignorās q̄ nā aduenerint, tanta alacritate & honore accedit, uerbis suis q̄si seruus domino eis uincula iniicit, & supplicat eis ut ne renuāt, neque maximo damno afficiant. Sciebat. n. quid faceret, quòd pp hoc & abundantiā magna uoluptate pci peret. Sed audiamus scriptorē ipm, ut uideas in extrema senecta iuuenilē alacritatē, & senem quasi iuuenem exultātem, et putantē se inuenisse thesaurū quēdam hospitum aduentū. *Eleuatis aūt*, inquit, *oculis uidit, & ecce tres uiri steterunt supra eum: & ut uidit, occurrit in occursum eis ab ostio tabernaculi sui*. Currit, et uolat senex. Vidit. n. prędam quā uenabatur, et nulla infirmitatis suę ratione habita, ad uenationē cu C currit, et nō uocauit famulos, neq; iperauit puero, nihilq; rusticitatis neq; desidiæ præ se tulit: q̄si dicret, Magnus thesaurus est, magna negociatio: p memetipsum hāc mercem inferre debeo, ne elabatur tantū lucrū. Et hæc faciebat senex, hoies obscuros et uiatores suscipere se existimās. Discamꝰ et nos, ac imitemur iusti uirtutem. Nā si hoc fecerimus, ueriſi mile est et nos aliquādo eiusmodi præda potiri, immo semp assequmur si attēdimus. Ob illam. n. cām misericors dominus, ut ne ad talē benignitatem se Mat. 18.a gnes simus, neq; curiosius eos q̄ aduenium scrutamur, inqt: Qui acceperit unum ex minimis in meo noie, me accipit. Ne igitur ad uilitatē uenientis spectes, neq; uilem ex his quæ uides putes: sed cogita quòd p ipsum dominū tuum susципias. Quando. n. pp eius nomen ministerium tuum in illum declaraueris, mercedē accipies quasi illū susceperis. Esto sit deses et negligētioris uitæ, q̄ tua fruitur benignitate, nō sit tibi ei rei cura: plena. n. tibi et perfecta merces dabitur, in domini honorē hoc facienti, et imitanti patriarchæ uirtutē. Et ut uidit, inqt, accurrit i occursū eis ab ostio tabernaculi. Bene et hoc uerbū, accurrit, quadrat, ut discas quòd q̄si ignoti affuerūt, et q nō sua sponte ad tabernaculum uene D rūt: ppea ne subterfugeret eū spirituale lucrū, qui senuerat, icanuerat, et cētenarius erat, accurrit, et cursu promptitudinē declarat. *Et cōspicatus eos*, inquit, *adorabat super terrā, et dixit: Domine, si inueni gratiā corā te, ne transeas seruum tuū. Sumatur sanè aqua, & lauēt pedes uestros, & refrigerabimini sub arbore, & accipiā panē, & comedetis, & posthac præteribitis, cuius gratia declinastis ad seruum uestrum*. Verba iusti sublimia ualde sunt. Neq; tantū miraculū, quòd eos susceperit, quā tum quòd cū tanta prōptitudine, et studio et non attenta aut sua aut aduenientiū ætate. Nam fortasis uidebātur sibi iuuenes, neq; existimauit sufficere ut uerbis dūtaxat adhortaretur, adorabat, inqt, sup terrā: quasi supplicās, et efficacē exhortationē afferēs, ut ne putetur pfunctoriè adhortari. Et idcir co diuina scriptura monstrans nobis iusti uirtutē, igt: Adorabat sup terrā, et gestib⁹ et uerbis magnū seruorē, egregiam animi humilitatē, summam hospitalitate declarabat. Et cum adoraſſet, inqt, dicit: Domine, si inueni gratiā corā te, ne ptereas seruum tuum. Quis pro dignitate laudauerit iustum hūc, E uel quo pacto eū quis innumeris etiā labijs prædicet? Dicere. n. Domine, est captantium beneuolentiā: dicere aūt, Si inueni gratiam in oculis tuis, hoc est admirabile. Beneficium, inqt, das, nō accipis. Vere. n. eiusmodi res hospitalitas est, qua magis accipit q̄ dat q illam promptē et alacriter exercet. At ne quis auditorū eleuās iusti uirtutē, existimet quòd cōscius, quales fuerint pśentes, hęc locutus sit (neq; enim magnū qddā tale fuisset, si sciēs dixisset) sed admirabile et rarū est, quòd quasi hoies alloquēs, talia uerba loquitur. Ne admireris aūt, quòd cùm tres exceperit, ad unum se cōuerterit iustus, dicēs, Domine. Fortasis. n. unus gloriosior cæteris apparebat, ad quē exhortationē suam cōuertit. Deinde aūt cùm progreditur, communem facit sermonē, et inquit: Sumatur aqua, et lauent pedes uestros: et iterū refrigerabimini sub arbore, et comedetis panē, et postea transibitis, cuius gratia declinastis ad puerū uestrū. Vides qū o ignorās qui sint, q̄si hominibus loquēs transeuntib. ita cōmuni exhortatione utitur, et semel atq; iterū seruū se uocans. Et uide qū o prædicit et mensæ suæ tenuitatē, immo lauti- F cias, Sumatur, inquit, aqua, et lauent pedes, et refrigerabimini sub arbore. Quia. n. fatigati estis, et multum tulistis æstum, ideo oro ne ptereatis seruū uestrum. Num magnum qūiddam est quod ego exhibeo? aquā uobis solum pstare possum, qua loti pedes uestros sub arbore fatigationē deponatis. Insuper et mēsæ dicit speciē. Ne putetis, inqt, me splēdida uobis appositurum, uel cōdimentorū diuersitatē, uel assatorū uarietatē. Panē comedetis, et sic trā sibitis, cuius gratia declinastis ad seruū uestrū. Vidisti qū o uarijs utitur modis, precibꝰ uincere prætereuntes, et gestibus et uerbis et operibus attrahere eos uolens. Primū. n. inquit, adorauit, deinde dominos uocat. Postea dicit q illis exhibituris sit, extenuās res, et nihili esse uocans. Aquā. n. tepidā, inquit, habeo ad lauādos pedes, et panē, et tectū ab arbore. Ne parui feceritis mihi tabernaculū, ne despexeritis senectutē, ne renuatis ad exhortationem meā. Scio quantū sertis laborē, coniecto quātus sit caloris æstus, et ppea paululū uos refrigerare uolo. Qualē pater, filios suos tenerē diligēs, filijs exhibet

Universidad de Deusto Biblioteca

G benignitatē,talem ille ignotis & peregrinis,& nunquam sibi cognitis. Verū qa magna alacritate processit ac constantia,assequutus est uenationem, & prædā intra retia concludere potuit. *Et dixerunt*,in qt:*Sic fac, ut dixisti*. Senis excitatus est iuuenilis uigor. In manib⁹,inqt,habeo thesaurū, diuitias hinc sumā,senectutis obliuiscar. Et uide eū exultantem in opē, et quasi præ gaudio saltantē,perinde atque multa bona in manib.afferret, ita se oblectantem. Et *festinauit*, inqt,*Abraham in tabernaculum*.Sicut quā do ad uenationē cōtendebat,significauit eius alacritatē et laborē diuina scriptura, dicens:Accurrit autē in occursum eorū.Ita et nunc, qa adduxit uiros,et id qđ optabat perfecit, neq; sic ab alacritate desistit:sed magis feruentē declarat amorē, neq; qa securus fuit, ideo fit negligentior. Id qđ nobis frequenter euenit, et principio ualdē studiosi sumus: quando autē in negociū uentū est,non par studiū afferimus.Verū iustus nō sic,sed qđ ? Iterū festinat et anhelat et currit senio cōfectus in tabernaculū
H ad Sarā, Accelera, et misce tres mēsuras similę. Cōsidera quo et Saram uenationis sociā facit, et quo eam erudit,ut suam imitetur uirtutē.Etenim et illā incitat ne officio suo negligēter fungatur,sed acceleret. Magnā, inqt,negociationē assequuti sumus, ne perdamus thesaurū.Accelera et misce tres mēsuras siląe. Quoniā sciebat boni operis magnitudinē uolebat uitę suę sociam ēt retribuendarum merce dum esse participem.Quare.n.dic mihi,nulli famulorū hoc præcepit, sed mulieri tam prouectæ ætatis?Nonaginta.n.annorum erat.Non rebellat mandato Sara, sed parem alacritatē etiā ipsa affert.Audiāt uiri,audiant mulieres. Viri qdē ut sic suos cōtubernales erudiant, qđ siquando spuale lucrum incidat,ne per famulos hoc perficiatur,sed per seipsos faciant oia.Mulieres autem, ut accelerēt iuuare uiros in tā bonis operib⁹,& non erubescāt,aliquos accipiendo hospites pp xp̄m,illis congruū præbere ministeriū,& per seipsas afferre:sed imitentur Saram uetulā, in tanta senecta laborē libenter susci-
I pientem,& filioū opera perficientē. Verùm scio,qđ nullus feret ea q̄ à nobis dicuntur. Nunc.n.oēs plane contraria uia incedunt, & multa mulierum est mollities,& omne studium in cultu uestiū, in auratis & collaribus & externo ornatu,aiæ uerò nulla est cura Neq; Paulus eas humiliat, dicens:Nō in
1.Ti. 2.c. coronis tortis,uel auro, uel margaritis, uel sūptuosa uestę. Vide aiam hanc in cœlo uagantem, qūo non putauit indignū se & uile, ēt de iis per sermonē admonere,& de sertis admonere.Meritò : omne enim ei studiū erat in bene colenda aia. Quia igitur sciebat quòd hæc maximę aiæ perniciem generent, ppea non refugit q̄ cōueniebant ad docendū sic ægrotantes, sed inqt:Si uis ornari,uero te ornatu cole,quo decet mulieres pias. Bonis te operibus orna,hic aię cultus est,hic a nullis externis cōmendatur,hunc nullus depdari poterit, hic ppetuò manet indireptus.A cultu autē externo innumera fiūt mala. Et nondū dico aiæ nocumenta,arrogātiam q̄ intrinsecus nascitur,despectum proximi, fastum spiritus,aiæ corruptionē, uoluptatum illicitarū fomitem. Quid qđ facilē diripitur ille cultus et famulorum malignitate et latronū insidiis et sycophantarū calumnijs? Et infinita mala inuenire in eo licet, ac ppetuas amaritudies. Atq Sara talis nō erat,sed uerum possidebat ornatū:ideo et digna fuit patri- K
archa:et sicut ille festinauit, et in tabernaculū cucurrit,ita et ipsa magno studio fecit q̄ impata erāt, et miscut tres mēsuras siląe. Nā quia tres erant qui aduenerant, tres mēsuras iussit misceri,ut ciclus panes pararentur.*Et ut hoc præcepit, ad boues ipse iterū cu currit*..O senis iuuentutē,ô aiæ cōstantiā,currit ad boues, & nō permittit aliquē famulorū eò trāsire: per oia monstrans his q aduenerant, quanta uoluptate perfusus sit,& quanti faciat eorū psentiam,& quòd hūc pro thesauro haberet honorē. *Et accepit*, inquit,*uitulum delicatum & bonum*. Ipse per semetipsum electionē fecit,&optimū q aderat accepit,puerocq; dedit,& illū detinuit,non remorādo,sed multum studii declarando. Animaduerte, qūo oia cū uelocitate, cum feruenti alacritate, cum hilaritatē, cum gaudio,cum magna iucunditate facit. *Et festinauit puer ut hoc faceret*, & neq; hic senex quiescit,sed iterū in ministrorū ordinem transit. Et ut accepit butyrum & lac & uitulū, apposuit qđ fecerat.Sic p
b semetipsum oia facit & apponit. Et neq; dignū semetipsum censuit q considēret eis,sed illis comedē tibus adstabat ipse sub arbore. O magnitudinem hospitalitatis,ô humilitatis excellentiā, ô mentem oppidò piam. Adstabat centenarius comedētibus illis.Mihi uidetur tūc præ gaudio alacritatēq; multa imbecillitate sua factus supior,& robur quoddā accepisse.Sæpe.n.consueuit alacritas aiæ, siquādo roborata fuerit, uincere corporis imbecillitatē.Adstitit igitur patriarcha quasi famulus,summum honorē suū existimans,qđ persentibus ministraret,& solaretur itineris eorū laborē. Vidisti quanta iusti hospitalitas ? Neq.n.hoc solum cōsidera,qđ panes proposuit & uitulū:sed illud cogita,cū quanto honore & quanta modestia declarata sit hospitalitas. Non sicut multi faciūt & superbiunt & despiciunt susceptos,eo qđ ministeriū illis exhibeant.Hoc aūt perinde est,ac siqs diuitias cōgreget & circunferat: & cū collegerit,oia simul è manib.labi sinit.Quisquis.n.cū arrogātia operatur qppiā, sic facit quasi plus præberet q̄ acciperet:nescit qđ faciat,proinde M
& mercedem q̄ hinc,disperdit.Verū iustus ille sciēs quid operaretur. per oia faciebat ostendit alacritatem mentis.Et postq̄ largiter & magna hilaritate seminauit hospitalitatē, statim & manipulos uberrimos messuit.Nam ubi ea q̄ ex se erant impepleuit, & nihil intermisit, & finē acceperunt q̄ ad hospitalitatem pertinebant, declarataq; fuit uirtus iusti. Vt postea discas quantorū & qualiū bonorū cā fuerit iusto hospitalitas, manifestat se q affuit,& paulatim iustū suæ magnitudinē potentiæ docet. Quia ubi uidit eū stantē apud quercum,& stando magnū honorē & ministerium afferre, dixit ei:Vbi est Sara uxor tua?Statim aūt p interrogationē indicauit ei qđ nō esset ex uulgarib. aliqs, quādoqdem & mulieris illius nomē sciuit.Ille autē inqt:Ecce in tabernaculo.Et qa statim polliciturus erat ei q̄ supra naturam, pp hoc & dicendo nomē Saræ, signi ficauit quòd super hoiem esset qui in tabernaculū eius diuerterat.*Reuertens enim*,inqt,*ueniam ad te sdm tempus hoc,in horas, & habebit filiū Sara uxor tua*. Ecce hospitalitatis fructⁿ,ecce alacritatis illius miræ mercēs,ecce laborum Sarę retributiones. *Illa autem*, inquit,*audiuit iuxta ostium tabernaculi,stans post illud*. *Et ut hoc audiuit,risit secū dicens*.*Nūdū quidē mihi fuit usq;*

A *nunc,dominus autem meus senex*. Et ut respōdeat diuina scriptura pro Sara, pri⁹ assignauit, Abrahā aūt & Sara profecerant in dieb. suis. Et neq; hoc cōtenta,adiicit : Et defecerāt Saræ fieri muliebria.Arefactus erat, inqt, fons,exceçatus oculus,officina erat inutilis factа : ad q̄ respiciēs Sara, cogitabat apud semetipsam & senectutē patriarchæ.Verū dum illa iuxta tabernaculum ita cogitat,is q scit arcana mētis, demōstrare uolēs & uirtutis illius excellētiā, & quòd nullū occultū se lateat,dicit Abrahę:*Cur risit Sara apud seipsam, dicēs:Nūquid uerè pariā, ego aūt senui*?Hęc.n.illa apud semetipsam cogitabat. *Num impoßibile*,inqt,*apud deum uerbum*? Ecce manifeste seipsum detegit. Non scitis,inqt,quòd naturæ dominⁿ exists,oia possum quādo uoluero, & emortuam uuluā fœcundam,& partui idoneā facere? *Num impoßibile*,inquit,*apud deum uerbum* ? Nonne oia facio & trāsformo?num uitę & mortis potestatē habeo? num impossibile est aliqd apud deū? Nonne prius hoc pollicitus sum?Num á me dictū prodiit aliqd, & opе nō pficitur? *Audi igitur quòd in tempore hoc re-*
B *uertar ad te in horas, & erit Saræ filius*. Postq̄ reuertero, inqt, tpe illo,tunc sciet re ipsa Sara, quòd neq; senectus ei obstaculo fuerit, neq; sterilitas:sed uerbum meum non poterit irritari,& partus eā docebit eorum q̄ a me dicta sunt potentiā. Cæterū ut illa audiuit, quòd neq; illa q̄ cogitarat esset ā psente occulta,negauit dicens: *Non risi.Timor.n.concusserat eius mentē*. Et ppea scriptura tribuens hoc infirmitati suę totum, inquit:Timore.n.perterrita fuit. Verùm patriarcha dicit ei:non,sed risisti.Ne putes, inquit,licèt in aio hęc tractaueris,& quòd in occulto riseris,quòd possit absçòdi à pręsentis uirtute & sciētia.Itaq; negare factū noli,ne addas ad peccatū: magna.n.ab hac hospitalitate nobis proueniēt bona.Hunc imitemur oēs,& magnā geramus hospitalitatis curā:non ut momentaneā & corruptibilem retributionem solū accipiamus,sed ut reponamus nobis etiā immortalium bonorum fruitionē.Nam si hoc facimus,susçipiemus & nos hic xp̄m, & susçipiet ēt ipse nos in mansionibus illis quæ ab æterno pparatæ sunt diligentib⁹ se.Et audiemus ab eo:
Mat.25.c Venite benedicti patris mei,in hæreditatē accipite
C pparatum uobis regnū ab origine mūdi. Cui⁹ gratia,& pp qđ ? Esuriui.n.& dedistis mihi māducare: sitiui,& potastis me:pegrinus fui,& collegistis me: in carcere fui,& inuisistis me.Quid minus molestū q̄ hęc?non.n.præcepit nobis curiosē scrutari & inquirere quibus nam deberemus curā exhibere. Tu quod tuum est,inquit,declara,licèt abiectus & uilis sit,ut apparet,quem foues. Quæ.n.in illos facta sunt,egò ut mihiipsi facta agnosco.Propterea addidit : Quaten⁹ feciſtis uni fratrū meorū minimorū, mihi feciſtis.Igitur cū tanta ex hospitalitate sint lucra,nō cōtemnamus,sed quotidie hui⁹ bonæ negociationis merces inferre studeamus, scientes quod dominus noster alacritatē magnā,nō ciborum pōdus reqrat,nō mensam sumptuosam, sed mentē hilarem,nō tantū ministeriū à nudis uerbis,sed charitatē à puro syncerocq; corde. Idcirco & sapiēs qui
» dam dicebat:Melior sermo, q̄ munus. Sæpe.n.sermonis obsequiū magis recreat accipientē, q̄ donum ipsum. Proinde sciētes hęc,ne simus difficiles erga eos q nos accedūt. Quòd si nō poterimus eorum inopiā subleuare, hoc faciamus cū gaudio lætitiaq; magna:non ut prębentes aliqd, sed ut ab eis D
accipientes. Quòd si nō possumus,ne simus asperi in eos:sed uel uerbis eorū curā agam⁹, & in mansuetudine respondeamus eis. Quare.n.duræ cōpellas eū,num cogit?num uim facit?orat,supplicat,obsecrat.Qui aūt hęc facit, contumelia dignus non est. Quid dicet?orat & supplicat,inumera bene apprecatur,& hęc oia facit pro uno obolo, & neq; illum erogamus.Et quā assequemur ueniā ? quā habebimus defensionē ? Ipsi qdem quotidie lautā mēsam apponētes, & sæpe plus q̄ usus reqrit insumentes,illis neq; paruum qđ cōmunicamus, idq; cum innumera bona p hos nos habituros expectam⁹. O magnā desidiā.Quātum hic damni facimus? quātum lucri e manib.nostris excidere pmittimus?Materiā nostræ salutis a deo nobis datā amandamus, neq; in mentem accipimus, neq; cōsideramus,neq; paruitatem eorum quæ damus, neq; imensitatem eorum quæ accipimus:sed oia arculis includentes, & aurum qdem à rubigine absumi permittimus,imo furum manib⁹ proponimus:uestes quoque uarias à tineis arrodi sinimus, nolumus aūt ut ea q̄ absq; usu iacent,bene dispēsentur, & ut iterum nobis cu E
stodiantur,ac per ea ēt ineffabilia bona mereamur assequi.Quæ nobis oibus concedat gratia & misericordia sua dominus noster Iesus xps,cui cū patre & sancto spiritu sit gloria nunc & semp,& in secula seculorum, Amen.

Homilia. xlij.

Idicimus ex hesterna lectione charissimi,
d eximiam iusti hospitalitatem:age & ea q̄ se quūtur tractātes,hodie discamus benignitatem & cōpassionē patriarchæ. Possedit.n.iustus ille uirtutes oēs. Neque.n.tantū bene affectus erat in proximos,neque hospitalis tātum & compatiēs, sed & alias uirtutes omnes ubertim declarauit. Nā si ue patientiā discere opus, inuenies eū in summū illius uerticem progressum : siue humilitatē requiris,uidebis & in hac nulli cedentem, sed omnes trāscendentē etiā si fides declaranda sit, & in ea præoibus alijs probatus est. Est.n anima eius imago q̄ dam animata:uarios uirtutum colores in se ostentās.Quę igitur nobis post hac relicta est excusatio, cū unus hō cūctas in se uirtutes possideat, nos ita F
immunes earū simus, ut ne unā quidem perficere iuuet?Quòd.n.non ex eo quod non possumus, sed quod nō uolumus,à bonis oibus sumus alieni:manifestè indicat qđ multi uicinorū nostrorum inuenīūtur uirtutib⁹ cōspicui. Et istucipsum qđ patriarcha,qui ante gratiæ tps & ante legē fuit à seipso,,& à scientia(quæ naturæ insita est)in tantū peruenit uirtutis fastigiū, sufficit ut oēs nostras excusatiōes refutet. At fortè dicent aliqui qđ uir ille multam à deo gratiā consequutus sit,& oium dominus, eius singularem habuerit curā.Fateor ita esse & ego. Verū nisi primū & ipse qđ suū erat feciſſet, non tāta à domino obtinuisset. Eapp nō hoc solum uide,,sed in unoquoq; diligenter attende qūo primū in oib. uirtutis suæ indicium exhibuerit, atque sic diuinū meruerit præsidium.Atque hæc sæpe uobis declarauimus:quando à patria sua migrabat, quòd neq; à progenitoribus semen fidei acceperit, & a seipso ualde religiosam atq; piam mētem obtulerit: & homo ille cū nuper à Chaldęa translatus esset,iterum subitò iubetur ut aliò pergat,& alienā terrā suę prę

G ferat:non fluctuauit aĩo,nõ distulit,sed statim imperata fecit:idq; nescíens ubi nã errandi futurus esset finis,festinabat & anhelabat,ut in iis q̃ planè in creta erant, mandatũ dei oibus pferendũ duceret. Vidisti quo ab initio q̃ à semetipso erant attulerit, & propterea diuia quotidie ubertim suscepérit:Eo dem modo dilecti,et nos, si uoluerimus supna frui gratia,imitemur patriarcham, & ne cunctemur ad obeũdã uirtutem : sed quotidie ita eã exerceamus, ut oculum illu m q sopiri nescit,conciliemus nobis ad mercedẽ tribuendã. Etenim q scit arcana mẽtis nostrę,cũ uider.t sanam mentẽ nostrã,& nos cona ri & eniti ad uirtutis agones, stati & nutu suo nos adiuuat,simul & labores nostros alleuians, & infir mitatẽ nostrę naturę cõfirmans, uberesq; retributiones suppeditãs . Sanè in Olympicis certaminib⁹ neutiquã qs tale qd inueniet: sed subsistit adornator & magister,fitq; spectator tantũ ut cæteri , neq; in ulla re potest adiuuare,sed expectat ut fiat uicto ria.Dominus aũt noster non sic,sed simul nobiscũ certat,& manũ porrigit,& sil'adiuuat , & quasi un H dequaq; aduersariũ nostrum nobis tradit, & oia fa cit & causatur ut in certamine duremus , & uincamus , quò nobis immarcesibilẽ imponat coronã. Corona.n.inqt , gratiarũ accipies in capite tuo . Iã in mediis illis Olympicis certaminib⁹ corona post uictoriã nihil aliud est, q̃ folia lauri,q̃ applausus & clamor uulgaris,q̃ tamen oia uespera ingruẽte mar cescunt & pereunt : at corona q̃ pro uirtute & eius sudorib⁹datur,nihil habet sensibile,neq; in hoc sẽculo nobiscũ dissoluitur,sed perpetua est,immorta lis,extendens se in oia scła .Et labor quidẽ parui tẽ poris:merces aut ẽ laborum,finẽ non habet,neque cedit tpi,neq; marcescit.Et ut discatis, ecce quot an ni præterierunt, quot generationes , à quo Abrahã hic fuit: Et sicut heri ac hodie , ita fulgent eius pro uirtute coronæ ,& usq; ad cõsummationẽ seculi oi bus q rectè sapiunt, argumentũ est sermonis & do ctrinæ. Proinde qa talis est uirtus iusti,ad æmulan dum expergiscamur,& uel tandẽ nostrã agnoscen tes generositatẽ,patriarcham imitemur,& de salu te nostra cogitemus, multa adhibita diligentia:ita I ut non solũ corpus sanum sit , sed & ut diuersi aiæ morbi curentur. Nã si uoluerimus sobrii esse & ui giles,facilius morbos aiæ q̃ corporis emendabim⁹. Nã siquando nos affectio qpiam perturbat,si uolu mus pia religiosaq; mente cogitare iudiciũ diei illius terribilis,& nõ ad psentia spectare, sed ad cruciatus , quos pp illas feremus , statim ab aia nostra resiliet ac reuolabit. Ea pp ne simus negligẽtes,sed scientes qd agon est & certamina , & ut in plio hostibus nos obiiciamus oportet , quotidie recẽtetur ac rigorẽ inuenlẽ recipiat aius noster , ut superno freti psidio,malæ huius bestiæ,insidiatoris dico sa lutis nostræ,caput statim conterere ualeamus. Ipse Luc.10.c enim dominus nobis promisit, dicens:Ecce do uo bis potestatẽ ambulandi sup serpẽtes & scorpios, & super oẽm uirtutẽ aduersarii.Sobrij igitur simus obsecro,ac prudentes,ut cũ uestigia huius patriar chæ seq̃ nur,oigenam uirtutẽ amplexati,easdẽ co ronas mereri possimus , & in eius occurrere sinus, & effugere gehennæ pœnã , & asseq bona illa inef fabilia . Verũ ut ãplior fiat nostra emulatio,& ma gis ad imitandũ hunc iustũ prouocemur:age iterũ ex historia iusti illius cũ uestra charitate colloquẽ tes,sequẽtia aggrediamur. Igitur post largã illã ho K spitalitatẽ,quã fecerat,nõ qualitate ferculorũ, neq; quantitate , sed pr̃optitudine & liberalitate mentis existimatã,statim hospitalitatis mercedẽ obtinuit: & didicit qs nã psens ille esset,& quanta ei⁹ uirtus. Abituri illinc erat ad subuertẽda Sodoma,comita tur eos patriarcha & deducit,ut inqt. Vide domini misericordiã,quãta obsequela usus est.Simul & iu sto honorẽ impendit , & uirtutẽ in aia eius latentẽ detegere uoluit. *Cũ surrexissent autẽ*, inquit,*uiri,respe xerunt in faciem Sodomorum & Gomorrhæ* . de angelis dixit.Nã hic quidẽ in tabernaculo Abrahę,& ange li,& eorũ dominus p idem tps uisi sunt: postea uerõ illi quidẽ ut ministri missi sunt ad subuersionẽ illarũ ciuitatũ,ipse autẽ dominus mansit , & quasi amicus amico iusto communicabat q̃ nam factu rus esset.Vnde cũ illi profecti sunt,dixit,inqt,domi nus:*Num celabo ab Abraham puero meo , quæ ego faciã*? Mirũ in modũ deus obseqtur iusto , & plurimo eũ honore dignatur. Nã quasi hõ homini loquẽs,mõ strat nobis , quanto honore dignos ducit uirtute præditos.Et ut ne putes, honore tantũ iusto cõces L sum solius diuinæ esse bonitatis , uide quo diuina scriptura docet nos,quòd ipse sibiipsi honoris sibi fuerit author , obediendo mãdatis diuinis magna sedulitate.Quia postq̃ dixit:Non celabo ab Abra hã puero meo,q̃ ego facio : nõ statim dicit futurũ: confectaneũ.n.erat,qd adderet,& diceret se incen surũ Sodoma.Verũ dignũ est, ut neq; illud pereamus: neq;.n.syllabam : neq; apicem in diuina scri ptura pterire oportet.Quantæ.n.dignitatis esse pu tas,qd dicit Abrahã puerum suum? quãtæ affectio nis? quãti amoris ? Hoc.n.potissimũ monstrat exi miã dignitatẽ & honorẽ in iustũ . Deinde id quod dicebã, cũ dixit, Non celabo:nõ statim affert & di cit quod futurum.Sed qd ? Vt discamus quòd non absq; causa, neq; temerè deus tãtum erga illũ decla rans studiũ,inqt: *Abrahã autẽ futurus est in gentẽ ma gnam & populosam. Et in ipso benedicentur oẽs gentes ter ræ.Noui enim quòd constituet filijs suis. & domui suæ post se,& custodient uias domini dei,ut faciant iustitiã et iudi ciũ, ut adducat dominus super Abrahã omnia quæcunq; lo cutus est ad eum* . Papæ,quanta misericordis domini M magnitudo ? Quoniã postea inducturus erat excidiũ Sodomorũ, nũc prius patriarchã aiat & cõfidentẽ facit, sil'pollicens ei benedictionẽ maximã, & quòd in magnã multitudinẽ futurus sit: docens eũ quod mercedẽ hãc piæ suæ mentis accipiat. Co gita.n. quanta est patriarchæ uirtus , qũo deus di cit:Scio.n. quòd constituet filiis suis post se, & cu stodiẽt uias domini. Magna hęc est uirtutis augmẽ tatio. Non.n.tantũ mercedem accipit,qa ipse bene egit:sed & quia pręcipit natis suis,largas retributio nes accipit . Is.n.q principium pbet ac initia,ẽt eo rum quæ postea fiunt author est . Et uide domini bonitatem,non solum pro præterita uirtute,sed & pro futura remunerat. Scio.n.inquit,quòd constí tuet filiis suis. Quoniã dicere uult,p̃noui iusti men tem,idcirco remunerationib⁹ pręuenio. Scit.n.ab dita cordis nostri, & quando uidet uolẽtes q̃ opor tet, ac sanã pręse ferentes mentẽ , manum porrigit, & ante labores remunerat, alacriores hac rõne effi ciens:id qd in iustus oibus fieri inuenies . Nam cũ sciat imbecillitatem humanę naturę, ut non in ar duis & difficilib.nihil se posse putet, iter laborãdũ ita suum

A ita suum auxiliũ & remunerationes prębet,vt & la bor all euietur,& feruor crescat.Noui.n.inqt, qd cõ stituet filiis suis,& custodiẽt uias domini dei.Nõ so lũ de ipso pdicit,qd cõstituet,sed & de filiis eius,qd custodiẽt uias domini dei, Isaac & Iacob insinuãs. Vias domini,hoc est,mãdata & pcepta. Vt faciant,i qt,iudiciũ & iustitiã:nihil præferendo iustitię & ui uẽdo citra omnẽ iniustitiã. Hæc. n.maxima uirtus est,ac propterea eueniunt oia quę locutus est ei do minus.Opinor autẽ quod & aliud qddã significet, cũ dicit:Abrahaã aũt futurus est in gẽtẽ magnã & populosam:pro eo, Tu quidẽ qui uirtutẽ amplexa ris,& meis obtẽperas pceptis,obedientiãmque prę te fers,in gẽtẽ magnã & populosam eris.Impij autẽ illi Sodomorũ regionẽ inhabitãtes,disperibũt om nes.Nam sicut uirtus salutis causa est eam operanti bus,ita & malitia interitus.Porrò postquã benedi ctionibus & laudib⁹fiduciã ac animos dedit iusto, icipit quod dicturus erat argumẽtũ. *Clamor Sodomo rũ et Gomorrhæ apud me multiplicatus est, et peccata eorũ magna ualde.Cũ igitur descendero,uidebo utrũ iuxta cla* B *morẽ suũ qui ad me uenit,proficiunt,an non,ut sciã*.Terri bilia uerba.Clamor,inqt,Sodomorũ & Gomorrhę. Quãuis & aliæ ciuitates simul pierint,sed qa hę fue runt clariores,eas solũ cõmemorauit.Multiplicatæ sunt apud me,& peccata eorum magna ualde.Vide quo mala coaceruef . Nõ solũ magna ẽ multitudo clamoris & iniustitię.Nã quòd clamor Sodomorũ & Gomorrhæ multiplicat⁹ ẽ,opinor significare,qd cum indicibili iniquitate illa etiã omni uirtute pri uati sint, multãsq; iniustitias q̃s cõmiserũt demon strauit:& isurrexerũt potẽtiores cõtra iualidiores, ditioresque cõtra paupes.Proinde nõ solũ,inqt,ma gnus erat plãct⁹ clamoris,sed & peccata ipsorũ nõ uulgaria fuere,sed magna,atq; ualde magna.Insoli tũ.n.iniquitatis modũ excogitauerũt, & alienas & illicitas coeundi leges iuenerũt. Atq; tãta erat mali tiæ procliuitas,ut oẽs oi malo replerentur , & nul lam postea correctionẽ admitterent,totique abole ri digni essent: neq;. n. incurabiles illi morborũ me dicos ferebãt.Postea docet omne hoium genus,qd licet magna ualde & cõfessa sint peccata , nõ antea C tamen pronunciandũ sententiã ,quã manifestæ de monstrationes fiant,inquit,Cũ descenderim autẽ, uidebo utrũ iuxta clamorẽ suum, qui ad me uenit, pficiãt,uel non,ut sciam.Quid sibi uult,qd sermo nẽ suum ita attẽperat:cùm descenderim,inquit,ui debo ? Nũquid de loco in locũ transit uniuersorũ dominus?absit.Non hoc dicit:sed ut dixi , p uerbũ crasi⁹ docere nos uult,qd op⁹ sit magna diligẽtia: & nõ auditu solo peccatores cõdemnãdi sint, neq; sentẽtię ferẽdæ,nisi cõprobatio pcedat. Audiamus hęc oẽs: nõ.n.solum ij qui pro tribunali sedent ob seruare hãc legẽ debent,sed & nullus unquã ob nu dã accusationẽ proximũ condemnet. Idcirco enim & post hęc beat⁹ Moses spiritu sancto afflat⁹ admo Ex.22.et net,dicens:Auditum uanum ne accipias.Et beatus Rom.2.b Paul⁹,scribẽs,clamabat : Tu aũt cur iudicas fratrẽ 14.a tuũ?Et Christus quoq; præcipiẽs discipulis suis:No Mat.7.a lite,inqt,iudicare,ut ne iudicemini.Cur enim,inqt, ante tẽpus iuadis iudicis ius? Cur pręuenis diẽ illũ terribilem:Vis iudex esse,cognosce temetipsum , & tua delicta.Null⁹ ẽ q uẽtet:sic.n.& peccata tua emẽ dabis,& nihil ex facto icõmodaberis.Quòd si reli ctis reb.tuis sedes ad iudicãdũ alios , maiores te ti biipsi colligere peccatorũ sarcinas non sentis.Idcir D co obsecro,fugiamus oino ne cõdemnemus alios. Nã etsi iudiciarię potestatis nõ sis particeps,attamẽ iudicasti mẽte,& peccato feciti te obnoxiũ :pferti qd nulla demõstratiõe audita,sed sola suspicione,& tenui accusatione cõdemnas.Quapropter beat⁹Da uid clamabat,dicẽs Detrahẽtẽ clam proximo suo, hũc psequebar.Vidisti uirtutis eminẽtiã ? Non solũ Ps.100.a non recipit quę dicuntur,sed & abigit uolentẽ fra tri suo maledicere.Igitur si & nos peccata nostra i minuere uolum⁹, hoc maximè oium seruemus , ne cõdẽnem⁹ fratres nostros , neq; detrahere cupiẽtes accedam⁹:imo iuxta prophetã abigam⁹,& omnino auersemur.Hoc enim opinor & prophetã Mosen ĩ sinuare cũ dicit:Auditũ uanũ ne acceperis . Et hac de causa etiã nũc dominus tã crasso uerbo usus ẽ, in utilitatẽ animarum nostrarum.Dicit.n. Cùm de scendero autẽ,uidebo. Cur.n.Num sciebat? Ignora bátne peccatorũ magnitudinem ? Nesciebat lapsos correctionem non suscepturos? Verũ quasi satisfa- E ctionem quãdã affert iis q posthac impudenter ac cusare uolũt : & monstrando puicaciam & uirtu tis penuriã,tanta usus est longanimitate . Fortasis aũt nõ propter hoc solum,sed & ut iusto detur oc casio declarãdi mentẽ suã condolentem,& bene in alios affectam.Angeli enim(vt dixi)abierãt i Sodo ma patriarcha uerò stabat corãm domino. *Et ut ap propinquauit*,inqt,*Abraham,dixit:Nũquid perdes simul iustum cũ impio,et erit iustus sicut impius*? O quãta iusti fiducia,immo ô quãta animi cõpassio,Quodãmo do cõpassionis ebrietate grauat⁹,nescit qd dicat.Et mõstrans diuina scriptura,quòd magno timore & tremore preces faciat:Vt appropiquauit,inqt,Abra hã,dixit:Nunqd pdes simul iustũ cũ impio ? Quid facis ô beate patriarcha? Quid op⁹habet tua exhor tatione domin⁹,ut ne hoc faciat ? Verũ ne hoc cogi tem⁹:nõ.n.quasi domino hoc facturo dicit, sed qa manifestè propter fratris filiũ dicere non audebat, cõmunes pro omnibus facit pces , uolẽs cũ aliis & hunc seruare,& cũ hoc etiam alios eripere:incipitq; patrocinari,ac dicit: *Si fuerint quinquaginta iusti in ci uitate,pdes eos? Nõ parces toti loco propter quinquagita iu stos,si fuerint in ea? Nequaquã facies uerbũ hoc, ut occidas iustũ cũ impio,et sit iustus sicut impius. Nequaquã. Qui iu* F *dicas omnem terra,non facies iudiciũ* ? Vide quomodo & in hac oratione suam religiosam , & pia mentem declarat,& iudicem omnis terrę cõfitetur,precatúr que ne pereat iustus cũ iniusto. Postea mitis & mi sericors domin⁹annuit petitiõi,& dicit:Facio id qd dixisti,& accipiam tuã petitionem . Si inuenientur quinquaginta iusti in ciuitate , propter illos parcã omni ciuitati,& toti loco. *Dabo hoc*,inqt,*quinquagin ta iustis, si inuenti fuerint,et alios saluabo,et petitionẽ tuã implebo*.Verũ uideamus iustũ illũ,quomodo arrepta fiducia,& agnita misericordia dei,iterũ aliam pe titionem affert,& inquit:*Nunc cœpi loqui ad dominum meum,ego aũt sum terra et cinis*. Ne putes,inquit,domi ne ignorare meipsum,& trãsgredi me mẽsurã,& tã ta uti fiducia.Scio n.qd terra sum & cinis:sed sicut hoc scio,& manifestè scio, ita neq; illud ignoro,qd Psa.32.a copiosa ẽ tuę misericordię magnitudo,& qd diues Ro.10.c es i bonitate,& qd uis oẽs hoies saluos facere . Nam 1.Timot. quos ex nihilo produxisti,q o factos pderes,nisi tã 2.b ta eẽt pctorũ nostrorũ grauitas? *Idcirco iterũ oro et p̃cor si pauciores quinquaginta inuenti fuerit et quadragin-*

G taquinq; fuerint in ciuitate iusti,nũ saluabis ciuitatẽ? Et dixit: Si inuenti fuerint q̃dragintaqnq;,nõ pdã. Quis pro dignitate dominũ oium laudarit,ob tantã loganimitatẽ & obsequelã: uel iustũ beatũ p̃dicaret,cui tãta est fiducia? Et adiecit,inqt,*ultrà loqui,et dixit: Si inuẽti fuerint ibi quadraginta?* Et dixit, *non pdã pp quadraginta.* Exin quasi reueritus indicibilẽ dei loganimitatẽ iustus,& timens ne fortè uideatur transcendere modũ p̃cando,dicit: *Nũquid domine si loquar,Si inuenti fuerint ibi triginta?* Et quia paratũ iuenit ad misericordiã: non quinq; iustos assumpsit,sed decẽ,& sic affert patrociniũ. Si inuenti fuerit illic triginta?

Et dixit: Nõ perdã,*si inuenti fuerint illic triginta.* Ani maduerte quanta iusti cõstãtia,q̃si ipse foret obnoxius sentẽtię,ita eripe studet à pœna Sodomitis inferenda. *Et dixit quoniã possum loqui ad dominũ: Si inuẽti fuerint ibi uiginti?* Et *dixit: Non pdã propter uiginti.* Omnem sermonẽ transcendit,& omnem cogitationem domini bonitas. Quis. n. nostrũ, qui i medio infinitorũ malorum uersamur,uellet ferẽdo sententiã cõtra proximos tanta uti misericordia & obse-
H quela? Verũtamẽ iust⁹ ille uidẽs diuitias misericordię dei,nõ subsistit. sed iterũ dicit: *Nũquid domine,si loquar adhuc semel?* Nã qa ineffabilis erat loganimitas, pp hoc reueritus ne & indignationẽ aduersus se moueret eius q rogabatur,dicit: Nunqd domine? Num temerarium qddã facio? dicit. Num impudẽtiam prę me fero? num opus cõdẽnatione dignũ facio,si loq̃r adhuc semel? pro magna & inenarrabili misericordia tua adhuc unã orationẽ accipio à me.

Si autẽ inuenti fuerint illic decẽ? Et *dixit:* Nõ *pdã propter decẽ. Et quia prius dixit: Adhuc semel loquar, Abiit,* inquit, *dominus postquã cessauerat loqui Abrahæ,et Abrahã reuertitur in locũ suum.* Vidistis dominũ ad nostrã infirmitatẽ se humiliãtẽ? Vidistis & iusti erga alios afflictionẽ? Didicistis,quãta uirtus sit eorũ qui uirtutem exercent? Si enim inuẽti fuerint, inqt,decẽ iusti,propter illos omnib. remissionẽ cõcedo peccatorũ. Nõ bene dicebã,qd hæc oia facta sunt, ut nulla relinquatur ipudenter loquẽtib. contradicendi occasio? Sũt. n. multi insaniẽtiũ,q infręni lingua,& reprehẽdere & dicere uolũt. Quare incẽsa sunt Sodoma? si tulisset eos domin⁹ lõganimiter,fortè pœnituissent. Propter hoc ostẽdit tibi malitię nimietatẽ,& qd i tãta multitudine tãta raritas fuit uirtutis,
Deu.23.b qd alio quodã diluuio idigeret,& q̃le prius i mũdo fuit. Sed promissio dei ẽ ut nõ ultra tale inferat supplitiũ,propterea aliũ pœnæ modũ excogitat,simul & illos in pœnã ducẽs,& posteris omnibus ppetuã prębens doctrinam. Quoniã enim naturę leges irritarant,& alienos & illicitos excogitarãt coit⁹,idcirco insolitũ supplicij modũ induxit propter illorũ iniquitatẽ: & uętre terræ inutili facto,& relicto posteris monimẽto ppetuo,ut ne eadẽ attẽtãtes in easdẽ incidãt pœnas: & liceat uolẽti ad loca illa pgere, uidere ipsam terrã (ut ita dicam) clamãtem & ostẽdẽtem supplicii uestigia, & firmata q̃si heri uel hodie facta: tã manifesta ostẽditur indignatio Ideo obsecro,ut p illa p quę alij pœnam dederũt, nos castigemur. Sed fortè dixerit aliq̃s: Quid ergo qd illi sic puniti sunt? nõne sunt & nũc multi q eadẽ cõmittunt quę illi,attamẽ non puniũtur? Etiam: sed hoc potissimũ maiorem pœnam eis conciliat, his q talia perpetrãt. Quãdo enim nõ castigamur ex his quæ illis acciderũt,& nõ ẽ nobis lucro longanimitas dei,co
I gita quomodo illũ inextinguibilẽ ignẽ nobismetipsis succẽdimus,& acerbũ uermem paramus. Aliter quoq;. Quia propter gratiam dei sunt & nũc multi uirtute prediti,q placare possunt dominũ,sicut tũc patriarcha. Tametsi nos, cũ nosipsos attẽdimus,& nostrã uidemus desidiã,putamus mirã uirtutis raritatẽ? attamen propter illorũ uirtutẽ, longanimitatem deus in alios seruat. Et ut scias qd taliũ fiducia nobis longanimitatẽ dei conciliet,audi ex hac ipsa historia dicit enim patriarchę: Quòd si decẽ iustos inuenero,non pdã ciuitatem. Et qd dico decem iustos? nullus inuẽtus illic ab iniquitate alien⁹ nisi sol⁹ Loth iustus,& ei⁹ duę filię. Vxor. n. propter illos fortè pœnã ciuitatis effugit,postea tamen pœnã dedit propter suã malitiã. Nunc autẽ propter ineffabilẽ dei misericordiã,qa pietas incrementũ sumpsit, multi etiã in mediis ciuitatib. ignorati possunt placare deum,& alij in mõtib. & speluncis. Aliorũmq; uirtus multorũ tegere ualeat malitiã. Multa. n. dominj bonitas ẽ & sæpe solet etiã pp paucos multis dare salutẽ. Et quid dico, propter paucos iustos? Sæpe quãdo nõ inuẽtus est in prędenti uita iustus, pp
L defunctorum uirtutẽ, uiuentium miseretur. & curã habet: unde clamat dicẽs: Protegã ciuitatẽ hãc pro 4.Re.19. g.et 20.b
pter me,& propter Dauid puerũ meum: quasi diceret: Licet ipsi indigni sint,& nullã salutis habeãt occasionẽ: uerũ qa solitus sum misericorditer agere, & ad miserandũ pr̃optus sum,propter meipsum faciam,& propter puerũ meũ Dauid: qui ante hos annos è uita migrauit,hic author erit salutis his q sua se perdiderũt desidia. Vidisti misericordiã domini, quomodo eos q uirtute pollẽt, totj multitudini opHeb.11.g
ponit,& repẽdit? Quapropter & Paul⁹ dicebat: Obã bulauerũt i ouillis caprinisq; pellib⁹, destituti, p̃si, afflicti, q̃bus indignus erat mũdus. Ille dicit: Omnis mũdus,et tot⁹ orbis nõ est conferẽdus his q in
Ma.10.d afflictionibus & p̃suris,& nuditate agũt & obãbulant,& i spelũcis uersantur pp deum. Igitur dilecte, quando uideris uirum uili externo habitu uestitũ, uirtute uerò intrinsecus amictũ, ne uilipenderis qd apparet: sed aiæ diuitias disce, & internam gloriã, & uidebis undequaque fulgentẽ uirtutẽ. Talis erat beatus Elias, q melotẽ tantũ habuit,& purpura ue-M
stit⁹ Achab, illi⁹ melotẽ idigebat. Vidisti Achabi inopiã, Elię aũt diuitias? uide & quãta ptãte distẽt. Melote huius cœlũ aperuit, pluuiarũ discẽsum sistit. Et lingua prophetę frenũ fuit: cœlo,& annis tribus & sex mẽsib⁹ pluuia nõ fuit: purpura aũt amict⁹ & diademate,circũibat quęrẽs prophetã, & nihil lucri ex sua potestate habebat. Cęterũ uide domini misericordiã, qa uidit prophetã multo zelo & feruore moueri,& magnã hanc pœnã inferri contra totũ 3.Re.17.b
mundũ, ne ipse simul in supplicij incideret cum illis, dicit ei: Surge,& ualde in Sarepta Sidoniorũ. Illic. n. prȩcipiã mulieri uiduę, ut te pascat. Et ut exurrexit, abiit. Vide spiritus gratiã dilecte. Etenì & heri uobis totus sermo de hospitalitate fuit,& hodie hospitalis ista uidua sermonẽ illũ cõplebit. Et uenit, i quit, ad uiduã,& inuenit eam colligẽtẽ ligna, & dicit ei: Da mihi parũ aquę,& bibã. Illa audiuit. Et dixit ad eã iterũ: Fac mihi subcinericios panes, & comedam. Illa uerò postea detexit immodicã suã egestatem, immo inenarrabiles diuitias. Magna. n. pauptas idicat diuitiarũ illi⁹ magnitudinẽ. Et dicit: Nõ est ancillę tuę nisi pugili⁹ farinę,& parũ olei in am-

A phora, & comedemus ego & pueri, & moriemur. Miserabilia uerba, q̃ & lapideã aiam inflectere possent. Nulla posthac nobis spes salutis. Mors in foribus est. Hoc solũ nobis relictũ ẽ ad uitã, qd uix sufficiet mihi & pueris: id qd erat mihi possibile feci, aquã cõmunicaui. Verũ ut discam⁹ & mulieris hospitalitatẽ, & iusti magnã fiduciã, uide qd sit. Vbi propheta didicit diligẽter hæc oia, ut detegeret nobis uirtutẽ mulieris. Nam deus qui dixerat: Prȩcepi mulieri, ut te pascat: ipse erat q tunc per prophetã opabatur. Dicit ei: Fac mihi primũ & comedo, & tũc filiis tuis, Audite mulieres, q̃ diuitiis affluitis, & in multa iutilia uestras facultates insumitis, & post illa oia duos uel tres obolos idigẽtib⁹, uel uiro cui piã, uirtute p̃dito, pp deũ famelico, ipẽdere nõ uultis. Ista aũt nihil horũ possidẽs, sed tãtũ pugillum farinæ, & paulo post iuxta suã opinionẽ, puerorũ mortem spectatura, ut audiuit à propheta, Fac mihi primũ, & tũc tibi & pueris tuis: nõ ægrè tulit, nõ
B neglexit, sed fecit imperata: erudiẽs oẽs nos, p̃ferendos nostra refocillatione seruos dei: & non simplr talia lucra p̃tereunda, sed attẽdẽdũ qd multa hinc nobis erit merces, Vide igitur hãc uiduã, pro pugillo farinæ, & pauxillo oleo, qũo perpetuũ oleũ possederit. Nã postquã pauit prophetã, neq; pugill⁹ farinę defecit, neq; amphora olei, cũ interim fame terra ois corrumperetur. Est aũt & hoc admirabile & rarum qd neq; laboribus postea opus habebat, sed parata ppetuò erant farina & oleũ: & neq; agricultura indigebat, neq; bonũ cooperatione, neq; ulla alia cura, sed super naturã eueniebãt oia. Et cũ rex, q coronã capite gestabat, anxius esset, & fame laboraret: paup uiduã oib⁹ destituta, qa prophetã susceperat, in perpetuã ueniat abundantiam. Propterea & x̃ps dicebat: Qui susceperit prophetã in noie
Ma.10.d prophetæ, mercedẽ drophetæ recipiet. Vidisti heri qd propheta meruerit dapsili sua hospitalitate, & feruida alacritate: uide & nũc hãc Sidoniã repentè diuitias possidentẽ. Lingua. n. prophetæ q̃ cœli habenas moderabatur, farinæ pugillũ, & dei ampho-
C benas moderabatur, farinæ pugillũ, & dei ampho rã iugiter scaturire fecit. Hãc oẽs imitẽtur & uiri & mulieres. Ego quidẽ uellẽ nos prophetã imitari, & ei⁹ possidere uirtutes. Sed qa hoc onerosum nobis uidetur esse, quãuis & ille hõ erat, carnẽq; sicut & nos circũferebat, & eãdẽ quã nos habebat naturã, uerũ qa q̃ sua erant largiter attulit, atq; uirtutẽ amplexatus est, supnã quoq; gratiã assequutus est. Cærũ si uel mulierẽ hanc imitamur, & sic paulatim eò ueniemus ut etiã prophetã imitemur. Aemulemur itaq; ei⁹ hospitalitatẽ, & nullus posthac inopiã prę texet. Nã quãtũuis inops sit aliquis, nõ erit hac ege stosior, cui ad unũ tantũ diẽ erat alimentũ: & neq; sic fuit segnis ad petitionem prophetæ, sed magna pr̃optitudine celeriter ei respondit. Talia. n. sunt, q̃ à deo fiũt. Mos ei dare magna pro paruis. Quid. n. dic oro, tãtũ attulit, quantũ accepit? Verùm dominus noster, non quãta dentur consueuit attẽdere, sed uoluntatis largitatẽ: & ob hoc parua ẽt magna facit, & magna sępe attenuat, quãdo nõ hilari pr̃optitudine q̃ fiũt, insumũtur. Et ea pp uidua illa euã
Mat.22.d gelica, multis multa i gazophylaciũ mittẽtib⁹, pro
Luc.21.a iectis duobus minutis oẽs uicit: non qd immiserit plura aliis, sed qd liberaliorẽ uoluntatẽ ostẽderit. Alii. n. inquit, ex eo quod sibi abundabat eleemosynam faciebant: ista autẽ oia quæcunq; possidebat, immisit. Omnẽ. n. uictum, inquit, iniecit. Tametsi D
salutẽ mulieres imitaremur uiri,& nõ inferiores eis uideretur: sed studeamus nõ solũ ad nostrũ usum omnẽ substantiam nostrã impẽdere, sed & egenorum magnã habere curã idq; cũ alacritate & hilaritate. Etenim & agricola, terræ cõcredẽs semina, nõ hoc tristi facit uultu, sed gaudens & lætabũdus, & quasi iã spe manipulos uidens, in terrã, seminat. Et tu dilecte, ne solũ respexeris ad eũ q recipit: sed cogita, qd ipse quidẽ est uisibilis qui à te accipit: alius aũt q̃ in illũ fiunt, sibi facta dicit: neq; ille uulgaris quispiã est, sed oium dominus: cœli terræq; conditor. Et sumpt⁹ ille occasio fit, & nõ solũ nõ minuit tuam substãtiam, sed auget magis, si cũ fide & prõptitudine hilari hoc feceris, aio hãc caput donorũ. Nã cũ huius accessiõe & peccata cõdonãtur, quid huic par fuerit? Si igitur uolumus uerè locupletari, & cũ diuitiis etiã peccatorũ inuenire remissionẽ, effundamus res nostras in egenorũ manus, p̃mittamus eas in cœlũ, ubi neq; fur, neq; latro, neq; pariMat. 6.a
tũ effossor, neq; famuli malitia, neq; aliud qcquã nocere poterit diuitiis nostris. Rogatio. n. illa oibus E
istiusmodi damnis superior est. Tãtũ ne uanã gloriã sectemur, sed ut iuxta leges à x̃po traditas, non ab hominib. laudes p̃cipiam⁹, sed à cõmuni oium domino: ut ne & sumptus faciamus, & lucro destituamur. Nã licẽt nõ diripi possint diuitię p manus pauperũ aliò translatę, uana tamẽ gl'ia absumũtur. Et ut tinea & uermes uestes corrũpũt, ita & inanis gl'ia diuitias q̃ misericordiæ colligũtur. Idcirco obsecro, ne solũ faciamus eleemosynas, sed & cautè faciamus, ut magna p̃cipiamus pro paruis, et pro fragilib. incorruptibilia, et pro tpalibus æterna, et cũ his oibus ẽt peccatorũ remissionẽ assequi possimus, bonaq; illa ineffabilia: quibus nos omnes potiri oremus, gratia & misericordia domini nostri Iesu x̃pi, cui cũ patre & spiritu sancto, & uiuificatore sit gloria nunc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

Homilia.xliij.

Vẽadmodũ floridũ quoddã pratũ uarios
q & oigenos flores, ostẽtat, ita & diuina scriptura iustorum uirtutes nobis demõstrat: F
nõ ut sicut in illorũ florũ fragrãtia paruo tpe fruamur, sed ut perpetuã inde utilitatẽ recipiamus. Illic manu tãtum accipimus flores, & protinus marcescentes suã gratiã amittunt: hìc autẽ non sic: sed quando arribus iustorũ uirtutes accipimus, & eas in sinus mentis reponimus, per omne t̃ps (si uolumus) eorũ suaueolentia frui poterimus. Itaq; quia tãta sanctorũ in diuina scriptura fragrãtia ẽ, hodie Loth bonũ odorẽ inqramus, ut sciamus liqdò qd iustũ hunc in tantum uirtutis apicẽ euexit patriarchę cõsuetudo, quę effecit ut uestigia illius sequeretur, & peculiariter hospitalitatẽ exerceret. Verũ ut manifestior sit sermo noster opæ pretiũ fuerit scri-Ca. xix
pturæ uerba audire. *Venerũt aũt,* inqt, *duo angeli Sodoma uesperi.* Quare sic icipit, & dixit: Venerũt autem duo ãgeli Sodoma uesperi? Quoniã postq̃ diuersati sũt apud patriarchã, et ide surgẽtes abierũt misericorsq; domin⁹ et curator pro sua bõitate i humana figura uisus, mãsit apud patriarchã, loquẽs cũ eo sicut heri audiuistis: uolẽs oẽs nos docere et excellẽtẽ suã lõgãimitatẽ, et patriarchę charitatem. Angeli tẽ cõtẽdebãt tũc uersus Sodoma. Seruãs igitur scriptura suũ ordinẽ dicit iterũ: uenerũt aũt duo ãgeli

G Sodoma uespi,facientes qđ iperatū erat. Et uide diligētiā & obseruationē diuinę scripturę,qūo & tps nobis declararit,quādo uenerint eò: dicit.n.uespi. Et quare tps significauit? & quare ad uesperam eò uenerūt? ut ostenderetur nobis magna Loth hospitalitas. Sicut.n.patriarcha sedens tpe meridiei, obseruabat aduentātes,& uenationē suā exercebat, & occurrebat,& magno gaudio uiatores suscipiebat, ita simili modo & iustus ille,quoniā sciebat puersitatē eorū q in Sodomis habitabāt, neq; uesperi discedebat,sed manebat, ne fortè thesaurū amitteret quēdā ex hospitalitate, ut fructū decerpere posset. Verè admirari licet uehemēter iusti huius uirtutē, qđ conuersans in medio tā impiorū, non solū non fuit inde negligentior factus:sed & maiorē uirtutē præ se tulit:& cū oēs(ut ita dicam) in præceps ruerent,ipse solus in tanta multitudine rectā ambulauit uiā. Vbi igitur sunt qui dicunt, qđ non sit possibile in media ciuitate uersantē seruare uirtutē: sed
H opus esse secessu, & mōtana quadā cōuersatiōe, & nō posse domui suæ pfectū, & habentē mulierē,& filios curātē ac famulos, uirtute pditū esse? Videat iustū illum cū muliere,& pueris,& famulis, & in ciuitate degentē,& inter tā malos ac impios conuersantem,& quasi scintillā quādā in medio lucentē, & non solū non extingui, sed& quotidie lucē clariorē emittere.Et hæc dico,nō prohibens secessum ab urbibus,neq; interdico mōtiū & solitudinū cōuersationē:sed mōstro,uolenti sobriè agere & uigilare,nihil inde obstaculi esse. Sicut igitur negligēti ac supino nihil prodest solitudo:neq;.n.locus nos uirtute facit pditos,sed mēs & mores:ita & prudēs atq; uigil nō offenditur,ēt in media ciuitate uiuēs. Quocirca uellem,sicut beatum illum, uirtute pstātes in mediis ciuitatib.esse,ut quasi fermentū facti aliis,multos ad sui imitationē trahant. Verū quia hoc difficile uidetur esse,quāuis & ipsum fiat. Trā sit.n.figura mūdi huius,& breuis est uita præsens. Et nisi nunc,cū adhuc intra caueā sumus, labores uirtutū aggrediamur, & laqueos malitiæ effugia-
I mus,postea iuanū nosmetipsos reprehēdem⁹. Nulla.n.pœnitudinis serę utilitas. Nā quādiu in psenti uita fuerim⁹, possibile est ut pœnitētes inde fructū accipiāt,& ablutis prioribus misericordiā domini assequātur. Quòd pterierit tps psens,repentesq; abrepti fuerimus:pnia quidē ducemur tunc, nullam
Psal. 6.b autē utilitatē inde capiemus.Et ut discas,audi pro
Psa.48.b phetam dicentē:In inferno autē quis confitebitur tibi?& iterum:Frater non redimit, redimet homo? Nullus,inquit,erit illic postea, q eripiat eū q sua defidia periit,neq; si frater fuerit, neq; si pater. Et qđ dico pater & mater?neq; iusti,qb. tanta apud deū fiducia'est,poterūt nobis tūc aliqd prodesse,si nūc desides fuerimus. Dicit.n. Si steterit Noe & Iob &
Exe.14. Daniel,filios suos & filias nō eripiēt. Et uide mina
.b rū grauitatē, & quales iustos in mediū adduxerit. Quoniā & illi suis tpibus etiam aliis salutis causa fuerūt.Noe.n.cum terribilis illa diluuij tempestas terrā occupasset, & mulierem & filios saluauit. Et Iob silr aliis salutis author fuit. Et Daniel multos eripuit à morte,quādo barbarus ille inquirebat q supra humanā sunt naturā, & interimere uolebat Chaldęos,& Magos,& Gazarenos. Vt ne putem⁹ in sequēti sc'o fore talia,& qđ q uirtute pditi, & fiduciā habēt i deū,eos q hīc negligēter uixerūt,libera re illic à supplicio possint sui studiosos: ppea ad- K
& totos nos ille grauior dolor sibi uindicat, ita ut minorem dolorẽ nõ sentiamus. Eodem modo iustus quoq; ille nũc uidẽs urgere dolorẽ mortis, oĩa acerba toleranda cẽsebat. Cęterũ hęc audiẽs dilecte, ne condemnes iustũ ob pusillanimitatẽ, quòd mortẽ timuerit: sed potius admirare cõditorẽ uniuersi, q̃ tantæ erga nos est misericordiæ, quòd mortem iustis illis & sanctis tunc terribilẽ, eandẽ nunc ita contemptibilẽ fecerit xp̃s, ut quã formidabant illi uirtute clari, & tãta erga deũ fiducia freti, nunc derideant & iuuenes, & tenerę uirgines. Nihil enim mors est ultra q̃ somnus, & peregrinatio, & trãsmigratio à deteriorib. ad meliora. Mors. n. domini immortalitatẽ nobis donauit, & ut descendit in infernum, eripuit, dissoluit eius neruos, & robur destruxit: & quod antea terribile erat & implacabile, hoc nunc cõtemptibile fecit, adeò ut & multi exiliãt & festinent cũ hinc migrandũ. Proinde & Paulus clamat, dicẽs, Dissolui cupio, & cũ xp̃o esse multo melius. Verũ hęc qdẽ nũc post xp̃i aduentũ, postq; cõ Phili. 1. c
fractæ sunt portæ inferni æreæ, post quã sol iustitię

G ubiq; terrarum affulsit. Tunc autē terribilē adhuc habebat faciē, concutiebatq; iustorū illorū uirorū mentē: ideo & oia alia ferebant leuiter, ēt q̄ intolerabilia esse uidebantur. Hinc est qđ & iustus ille, timens eorū qui in Geraris habitabant insidias, domiciliū ibi habuerit: non ut uxorē, sed ut sororē se cum habens. Et sicut cū in Aegyptū eum descendere pmisit deus uolēs & rudes illos & insensatos discere iusti uirtutē: ita & hic differt dominus, ut iusti patiētia in oibus eluceat fiatq; dei in ipsum beni gnitas manifestata oīb⁹. *Misit autē Abimelech rex Gerarorum, ut afferrent Sarrā.* Cogita hic q̄so tempestatem cogitationum quā tulit iustus, uidens uxorem suā abduci, & se nihil posse iuuare eā. Silenter. n. ferebat oia, sciens quòd se non esset despecturus dom in⁹, sed acceleratū adhibiturus subsidiū. Admirabilis quoq; & Sarræ charitas est, q̄ periculo mortis iustū eripere uoluit. Poterat. n. ipsa detegēdo factū, contumeliā effugere: sed pertulit oia fortiter, ut uiro salutē pararet. Et impletū est illud dictū, Erunt duo in carnē unā. Ita mutuæ salutis curā uicissim agebant, & tantā declarabant cōcordiā, quasi unū essent corpus, & una aia. Audiant hęc uiri, audiant & mulieres: & istæ quidē ut eandē erga suos uiros charitatē declarēt, & nihil aliud illorū pferant salu ti: uiri autē erga uxores habeāt beneuolentiā, & q̄si unam aiam & unū corpus posiderent, oia faciāt. Hoc. n. uerum est coniugiū, quando tāta inter eos est concordia, quando uinculo charitatis ita sunt concatenati. Sicut. n. corpus nunquam à semetipso disidet, neq; aia aduersus seipsam: ita uirū & mulier non conuenit disidere. Tunc. n. bona infinita sibi coaceruare poterunt. Vbi. n. concordia, ibi bonorum cōfluxus, ibi pax, ibi charitas, ibi spūalis lætitia: nullū bellū, nulla rixa: nusquam inimicitię & contentio: sed hęc oia è medio tolluntur per cōcordiam, bonorū oium radicē, quæ oia illa simul abolet. *Misit autē Abimelech rex Gerarorum, & accepit Saram. Et intrauit deus ad Abimelech in somno noctu, & dixit, Ecce tu morieris propter uxorē quā abstulisti: ista autē cohabitatrix fuit uiro.* Vide dei misericordiā: quo, q̄a uidit iustum propter metū mortis, Sarę ablationē fortiter ferre, & regem eā ut sororē iusti abducere: suam postea declarat prouidentiā, iustum quoq; il lustriorem reddit, & Saram ab iniuria, regē uerò à peccato liberat. Et itrauit, inqt, deus ad Abimelech in somno noctu. Circiter ipsum, inqt, somni tps, eri pere eū uolens ab iniquitate, dedit menti eius sciētiam, & occulta manifestauit, multumq; meū auxit interminando mortē. Dicit. n. Morieris pp mulierē quam abstulisti: ista autē cohabitatrix fuit uiro. *Abimelech autē non tetigerat illam.* Hæc autē oia facta sunt, ut dei promissio facta patriarchæ impleretur. Enimuerò q̄a pauloantea promiserat, Isaac esse nascēdū, & propē aderat tps: ut ne officeret promissio ni dei, tantū timorē in Abimelech immisit, ut perculsus aio Sarā attingere non auderet. Propter hoc enim adiecit diuina scriptura, Abimelech nō tetigerat illā, sed & de facinore se defendit, ac dicit, *Domine, gentē iustā & ignorantē perdes?* Nunqd sciens, inqt, mulierē eius esse, hoc feci? nūqd iniuria peregrinū afficere uolens? nunqd ut uxorem eius auferens? Vt sororē eam accepturus erā, ratus hoc noīe & hūc & illam honorari, Gentē igitur iustā et ignorantem perdes? Deinde manifestans qđ dicebat, inqt: *Et ipse mihi dixit, Soror mea est: & ipsa mihi dixit, Frater meus est.* Vide quo habuerint concordiam & cōspiratione. Et ipse, inqt, hoc mihi dixit, & ipsa adstipulata est dictis eius. *In corde puro, & in iustitia manuū feci hoc.* Non ut iniquū facturus, inqt, sed ut legitimū et licitum, irreprehensibileq; hoc feci. Quid igitur miseri cors deus? *Dixit autē ei deus in somno.* Vide quantam obsequelam exhibet oium dominus, sitā bonitatē per oia declarās. *Et ego scio quod corde puro hoc feceris.* Scio, inqt, quòd ipsi hunc actum instruxerint, & qđ deceptus eorū dictis hoc feceris. *ob hoc, ut ne propter deceptionē hanc pecces: cohibui ne tu peccares in me.* Magna uerbi est attemperatio, maxima domini est misericordia. In me, inqt, redituru est pctum. Nā sicut in hominibus, quando qs aliquem in multo honore apud dominū suum iniuria quadam afficit, sibi iniuriā factā putat dominus: & dicit, Mihi iniuriā fecisti per ea quib. à te seruus iniuria affectus: ea. n. q̄ in illum cōmittuntur, in me transeunt. Eodē mō & bonus dominus. Cohibui te, inqt, ut ne peccares in me. Mei, inqt, famuli sunt, et adeo mihi commendati quòd ut mea habeā quęcunq; illis fiūt, siue bona sint, siue nō bona: *propterea nō dimisi te ut tāgeres eam.* Quoniā magnam eorum curā gero, sciens qđ per ignorantiā hanc eis contumeliā facturus eras, cohibui te, ut ne peccares in me, Ne simplr, ut quēpiam uulgarium attende hunc uirum: sed discę qđ est ex his quorū ego maximam curā gero, & qui peculiariter mei sunt. *Redde igitur uxorē uiro, quia propheta est, & orabit pro te, & uiues.* Vide quo uirtutem iusti detegit, prophetā ipsum uocat, quasi ꝓparans regem ut precatorem eum faciat pro se. Orabit. n. pro te, et uiues. Ille etenim, inqt, ueritus ne occidere tur à te, hanc comœdiā instruxit, et quasi cooperatus est in contumeliā Saræ: scias autē, quòd illius preces uitā tibi præbebunt. Deinde ut ne concupi scētia flagrās, & pulchritudine Saræ uictus, minus faciat mandatū: immittit ei timorē, et maiorē pœnā minatur se inducturū. *Quòd si non dederis,* inquit, *scias quòd morieris tu, & omnia tua.* Non solū tu in obedientiæ pœnā lues, sed et oia tua pp te mors pdet. Ob hoc autē per tps noctis hæc oia deus ei loquitur, ut in quiete accepta admonitiōe, magno timore imperata faciat. *Statim enim,* inqt, *orto diluculo Abimelech uocauit pueros suos, et loquutus est omnia uerba hæc in aures eorū.* Vide quo rex fit pco uirtutis iusti, & eū omnibus manifestum facit. Narrauit oia sibi à deo manifestata, ut omnes sciant et dei erga illum benignitatem, & quantū sit deo curæ illius pp eius mores & uirtutem. *Timuerūt autē oēs homines ualde.* Vidisti quo non frustra & absq; causa toties trāsmigrat iustus? Nam si in tabernaculo suo primo māsisset, unde potuissent Geraritæ scire quantā iustus apud deū haberet fiduciam? Timuerunt autē oēs hoies ualde. Magnus in eos timor immissus, de rerū summa faciebat anxios. Postea sequitur: *Vocauit Abimelech Abrahamū.* Considera in quanta glia iustus postea apud regem agit, q̄ pauloantea ab oibus habebatur contemptibilis, q̄si erro et peregrinus. Igitur cū oēs cōuenissent, uocatur statim patriarcha, q̄ nihil horū sciebat, & discebat postea à rege ipso q̄ pp se à deo illi facta erāt. *Dixit enim ei, Quare hoc fecisti nobis? quid peccauimus in te, quòd induxisti super me & super regnū meum pctūm magnū? Rē quā nullus faceret, fecisti nobis. Quare in tantum,* inquit, *uoluisti me incidere peccatum?*

peccatū? Quid cogitasti quòd hoc fecisti? Vide quo p uerba sua indicat minas, q̄ à deo sibi sunt factæ. Quoniam. n. dixerat ei, Quòd si nō reddideris, morieris tu & oia tua. hoc ipsum interpretatur Abimelech, & dicit, Quid peccaui in te, qđ induxisti super me & super regnū meum pctūm magnū? Nō satis erat, si ego punirer? omne regnū meum simul perdēdū est ex deceptione quā fecisti. Quid uidisti in nobis ut hoc faceres? Considera hic dilecte iusti prudentiam: quo satisfactionis loco, in agnitionē dei illos introducit. *Deinde enim,* inqt, *dixit, Nū fortè non est timor dei in loco isto, meq; occident propter uxorē.* quasi diceret, Valde meū anxius fui, ne fortè, eo qđ adhuc erroribꝰ tenemini, nulla uobis iustitiæ cura sit: pp hoc simulaui, uobis parcens: ut ne, si intelligeretis eā uxorem meam fuisse, capti eius amore, occidere me tentaretis. Vide quo per pauca illa uerba docet quòd oportet eum qui deum in mente habet, nihil iniquum agere, sed timere iudicem illum q̄ falli nequit: & ob pœnā q̄ alibi infligetur, oīs iustitiæ face re rōnem. Postea uolens pro se defensionē afferre: *Ne putetis,* inquit, *me ēt sic mētitū esse. Etenim soror mea est ex patre, sed non ex matre. Data autē mihi est in uxorē.* quia eundē patrem uocat, quē & ego, ideo & sororē ipsam uocaui. Ne igitur condēnetis me. Nam etsi metus mortis in hāc me necessitatē coegerit, & qđ timui ne fortè pp eam me occideretis, ipsam autem in uita conseruaretis: attamē neq; sic est mendaciū qđ à me dictū. Vide q̄ diligenter agit iustus, ut mōstret quòd neq; in hoc sit mentitus. Et ut oia, inqt, diligenter à me sciatis, audite & consilium qđ inter nos iniuimus. *Quando enim eduxit me dominus de domo patris mei.* Considera, obsecro, hic magnam iusti sapientiā, qūo in serie narratiōis docet eos, quòd à principio fuerint peculiariter addicti deo: & quòd deus se à domo sua euocarit, & in eū locū duxerit: ut sciat rex, qđ ex eorū numero sit Abraham q magnā in deo habēt fiduciā. *Quādo enim,* inqt, *euocauit me deus ex domo patris mei, dicebam ei: Hāc iustitiam facies in me, in omni loco in quē uenerimus, dic, Frater meus est.* Quia. n. superius dixerat: Dixi. n. fortasis nō est timor dei in loco isto. Et uidebatur eos nimiū carpere, uolēs mitigare asperitatem uerbi, hic dicit, Ne putetis me hoc solum uestri gratia feciſſe. Statim. n. quādo eduxit me dominus de domo patris mei, dicebā ad eā, Hanc iustitiā facies mihi in omni loco in quē uenturi sumus. De oibus, inqt, q terrā hanc inhabitant, mandatū ei dedi: & qđ ēt sic extra mendaciū sit hypocrisis. Mortis. n. timor ad hoc nos cōpulit. Hæc ut dixit iustus, & iram eorum demulsit, suamq; detexit uirtutē, & sufficientē religionis uerę cultum eis tradidit: reueritus rex magnā iusti mansuetudinem, magna liberalitate remunerat patriarchā. *Dicit enim, Accepit Abimelech mille didrachmas, & oues, & uitulos, & seruos, et ancillas, et dedit illi Sarā uxorē suā.* Vidisti dilecte omnipotentē & uariam dei sapientiā? Qui in mortis piculo cōstitutus erat, & oia faciebat ut mortē posset effugere: nō solū mortem effugit, sed & magnā obtinuit fiduciam, & repentè glorioſus factus est. In hunc. n. modum agere solet deus: nō solū à tristib. liberat eos q fortiter se gerūt in periculis in q̄ incidunt: sed & tantam in aduersis præbet lætitiā, ut in eorū obliuionē oīno ueniāt, & in multa sint bonorum affluentia. Et uide insup regis erga iustū illum officium. Non solum. n. tantis muneribus illū appræmiat, sed ēt potestatem ei dat ut in terra sua habitet. *Ecce enim,* inqt, *terra mea coram te est, ubicūq; tibi placuerit habita.* Nam qa didicit quòd pp illum & propter illius preces uita sibi data sit, ideo ita in uagū, erronē, & antea nulli cognitum, quasi in benefactorē & tutorē aliquē officiosus fuit. Saræ autem, inqt, dixit: Ecce dedi mille didrachmas fratri tuo. Vide quo accepta à iusto doctrina, ut credidit eius dictis, ēt ipse fratrē huius illū uocat. *Ea quæ dedi,* inqt, *fratri tuo, tua erunt in honorē uultus tui, & omnia uerè dic.* Quid est in honorem uultus tui, & oia uerè dic? Pro his q̄ per ignorantiā attentaui, te q̄ es uxor iusti, in domū meā introducendo: pro hoc solū qa cōtumeliæ tibi author fui, mille dedi didrachmas, resarcturus ea q̄ à me in te sunt admissa. Verū oia alia uerè dic. Oēs, inqt, à te discant, quòd nihil factū est à me iniquū: quia intacta exiui ſti de domo mea. Doce, inqt, uirū tuū, qđ innocens sum à pctō: discat à te, quòd nihil à me sactum sit. Quare hęc dicit? Vt cū iustus ab ea didicerit, multisq; fuerit rationib. edoctus, pro eo pces domino offerat: Nā postq̄ ille dixit, Oia uerè dic: hoc est, doce uirū tuum ea q̄ facta sunt: statim subdidit scriptura: *Et orauit Abrahā deum. Et sanauit deus Abimelech, & uxorē eius, & ancillas eius, & pepererūt. Quia concludens conclusit extrinsecus oēm uuluam in domo Abimelech propter Sarā uxorem Abraham.* Vide quo dominus uolens iustū per oia reddere illustriorē, precibus patriarchæ salutē regis & oium q̄ in domo illius, donat. Orauit. n. inquit, Abraham ad deum, & curauit deus Abimelech, & uxorē eius, & ancillas eius, & pepererunt: qa cōcludens cōclusérat dominus oēm uuluam in domo Abimelech. Propterea quāuis alienus esset à pctō rex, plagā hanc induxit dominus, ut pcibus iusti annues eā soluat, & iustū clariorē & illustriorē efficiat. Nā semper oia ita facit & tractat, & singula dispensat, ut q̄ sibi seruiunt quasi luminaria reluceāt, & eorū uirtutē ubiq; manifestā faciat. Et uide obsecro, postq̄ iustū ita liberauit a molestiis, quo iterum corona bonorū iusto traditur: nempe quòd nunc eueniunt q̄ olim à deo promissa sunt. *Et dominus,* inqt, *uisitauit Sarā, sicut dixit & fecit Sarę sicut locutus est: & ut concepit, peperit Sara Abrahæ filiū in senectute, in tempore sicut loquutus est ei dominus.* Quid est, sicut loquutus est? Quē admodū, inqt, promisit, quādo hospitio exceptus est cū angelis apud quercū Mambre. Nā qđ dixit, Quia in tpe hoc ueniam, & erit Saræ filius: hoc nunc opere impletum est. Et q̄ natura denegabat, ea uidebant euenisse: non iuxta humanū & solitū morē, sed per diuinā gratiā. *Et uocauit nomē filij sui, quē peperit sibi Sara, Isaac.* Non absq; cā assignauit, quē peperit sibi Sara. Non. n. dixit simplr, uocauit nomen filij sui: sed adiecit, quē peperit sibi Sara, infœcūda illa, & uetula. *Et circuncidit eū,* inqt, *die, octauo, sicut præceperat dominus.* Sic. n. præceptū acceperat, ut die octauo circunciderentur q̄ posthac nascerētur. Porrò ut ulterius discamus ineffabilē misericordiā dei, qđ quæ apud hoies impossibilia sunt, apud eū sint possibilia. Idcirco nobis tps assignauit iterum diuina scriptura, & post partū docet nos Abrahā erat annorū centū, quādo natus est ei Isaac filius suus. *Dixit autē Sara, Risum fecit mihi dominus: nā qui audiet, gaudebit mecum.* Quid est, Risum fecit mihi dominus? lętitiæ occasio mihi partꝰ est. Et qđ mirū, si mihi gaudiū?

Universidad de Deusto Biblioteca

G omnes ẽt qui audiunt habebo congratulantes: nõ qa peperi, ſed qa ſic peperi. Tã admirabilis rarusq; partus oẽs in admirationẽ adducet, & maiorẽ oĩbus uoluptatem afferet, cũ ſciuerint quòd ego, q̃ nihil a mortuis differebã quantũ ad generationem, ſubitò mater facta ſim, & è uulua exciccata puellũ peperi, & lactare poſſum, & fontes lactis emittere, q̃ nullã ſpem pariendi habebã. *Et dixit, Quis annunciabit, quòd lactat puerũ Sarra?* Nã propter hoc et lactis fontes conceſsi ſunt, ut partum magis credibilẽ faciant: & neqs ſuppoſiticium eſſe putet puerũ. Fontes. n. lactis oĩbus prædicabant ꝑter humanam expectationem hoc eueniſſe. Quis annũciabit, quòd lactat puerũ Sarra? qđ peperi filiũ i ſenectute mea: quòd ego, q̃ ſenui, parere potui, & in hac ætate filiũ alere poſſum? *Et creuit*, inqt, *puer & ablactatus eſt. Et fecit Abrahã conuiuiũ magnum die quo ablactatus eſt filius ſuus.* Vidiſti dei ineffabilẽ ſapientiã, qũo patiẽtiã iuſti modis oĩbus probauit? quando ipſe & oẽs qui ipſum uidebant, humanę naturæ uires ſectantes, nihil polliceri audebant, tũc ipſa promiſsio cõpleta eſt. Igitur dilecti, & nos eandẽ quã iuſtus ille patientiã habeamus, & nunq̃ deſides ſimus: ſed ſpe bona recreemur, ſciẽtes qđ neq; rerũ difficultas, neque aliud qd humanum obſtaculũ nobis eſſe poterit, ſiquãdo gratia dei ſuã declarare uoluerit libera litatẽ. Quoties. n. ille annuit, oĩa ſibi cedũt et obtẽperant, & difficilia facilia ſunt, et impoſsibilia poſsibilia: tãtũ firmã in ipſo fidẽ cõſeruemus, et ad magnitudinẽ potẽtię ſuę ſpectãtes, humanis oĩbus ſuperiores fiamus. Nã q futura bona et ineffabilia illa promittit his q cũ uirtute uitam hic peregerint, quãto magis & ea qbus hic opus eſt ꝑbebit: et maximè ſi nos illa deſiderantes, ꝑſentia deſpiciamus? Tũc. n. eis maximè et ubertim fruemur, quando ea cõtemp ſerimus. Proinde hęc ſciẽtes, illa deſideremus bona q̃ manẽt et immobilia ſunt, et q̃ finẽ neſciunt: ut et ꝑſentẽ uitã citra triſtitiam tranſmittamus, et illa aſſequi ualeamus, gratia et miſericordia domini noſtri Ieſu xp̃i, cui cũ patre et ſpiritu ſancto I ſit gl̃ia nunc et ſemper, et in ſcła ſeculorum, Amen.

Homilia. xlvj.

Ge et hodie dilecti, heri dictorũ ſeriem repetentes, conuiuiũ hoc ſpũale inſtruamus: ut iterũ, ſicut heri, diſcam⁹ et boni dei inefa fabilẽ benignitatẽ, qua noſtra curat, nobis ſe attẽperans, et magnã patriarchę obedientiã atq; gratitudinẽ. Vidiſtis qũo natiuitas Iſaac Sarã exhilarauit? *Dixit enim*, inqt, *Riſum fecit mihi deus. Nam qui audierit, gaudebit mecũ.* Oẽs dicit, auditores participes gaudij mei faciã. Magnũ. n. donum mihi à deo conceſsum eſt, et quod humanã tranſcendit infirmitatem. Quis. n. inqt, non obſtupeſcat, uidens me lacte meo enutricantẽ puerũ i extrema ſenectute, q̃ huc uſq; non peperi? Et quaſi admirãs & attonita de facto, ſubdidit, *Quis annũciabit Abrahæ, quòd lactat puerum Sarra, quod peperi filiũ in ſenectute mea?* Quoniã, inqt, ſuper naturã eſt hoc factũ, propterea qs annũciabit, qs mente concipiet? q̃ ratio ſufficit ut inueniat facti huius euidentiã? No ſic admirabile fuit, qđ ex petra in deſer Exo.17.b to ſcaturierint fontes aquarum, quando illã Moſes Nũ.20.b uirga percuſsit: ſicut de uulua iam emortua puerũ naſci, et lactis fontes ſcaturire. Nã ut oĩbus partus manifeſtus eſſet, et oẽs tam eos q tunc aderant, quã qui poſtea audierunt, ad fidẽ miraculi introduxit: K & idcirco ipſa puerũ alit, et lacte uult enutricari, et inqt, Quis annunciabit Abrahæ, qđ lactet puerũ. Sarra? Quia hoc nouum et admirabile, et ꝑter expectationẽ mihi cõceſsum, qđ peperi filiũ in ſenectute mea, quòd ꝑter ſterilitatẽ ſufficiebat ſenectę tps, ne mihi prolem pollicerer. Veruntamen impedimẽta hæc oĩa è medio tulit dominus, & pueri partũ, et lactiſſuos fontes mihi conceſsit. Verũ uideamus et ſequẽtia. *Poſtquã impletum eſt & lactands tps, uidit*, inquit, *Sarra filium Agar Aegyptiæ, qui fuit Abrahæ, ladentem cũ Iſaac puero ſuo. Et dixit Abrahæ, Eiice ancillam hanc, & puerũ eius. Nequaquã enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Durũ autem apparuit uerbũ hoc coram Abrahã ſuper filio ſuo.* Vide obſecro hic dilecte Sarã iterũ non ferentẽ Iſmaelis licentiã, neq; patiẽter ſuſtinere uolentẽ ancillæ filiũ cum ſuo Iſaac conuerſantem. Sicut igitur prius ſuperbũ ſpiritũ Agar humiliare uolens, uehementi indignatione fugam inire eã fecit: ita et nunc uolẽs ab initio reprimere Iſmaelis temeritatẽ, et nõ ferens ut uideat puerum L ſuũ, et ex ipſo dei dono, cũ ancillę Aegyptiacę filio ſimul uerſari, dicit Abrahæ, Eiice ancillã, et filium eius. Nõ. n. erit hęres filius ancillæ huius cum filio meo. Quoniã et ſe in extrema ętate eſſe uidebat, & patriarchã quoq; decrepitũ. (Erãt. n. ambo, inquit, pleni dierũ) ſuſpicãs ne fortè repentè morerentur, illũ, eo qđ ex patriarchæ cõcubitu natus eſſet, attentaturũ ut ſe in hereditatẽ intrudat, particepsq; fiat et ęqualis Iſaac: idcirco dicit, Eiice ancillã hinc èt filiũ eius. Diſcat, inqt, iam, quòd nihil cõmune habebit filius ancillæ, cũ filio meo Iſaac. Neq; n. cõgruũ ut filius Aegyptiæ et ancillę, cũ filio meo et dominæ ſimul uerſetur. Cæterũ Sarra nõ immeritò rem hanc egit, ſed oppidò decenter, atq; ita decenter ut & deus collaudarit eị dicta. Patriarcha uerò bene affectus erga Iſmaelẽ, moleſtè accipiebat q̃ à Sarra dicebãtur. Durum. n. inqt, apparuit uerbũ hoc coram Abrahã de filio ſuo. Neque. n. de Agar tantum curabat, ſed erga puerũ ita afficiebatur, ut pote adhuc adoleſcentẽ. Sed conſidera, obſecro, hic miſeri M cordis dei mirã ad noſtrã paruitatẽ humiliationẽ. Nã quia uidit et Sarrã pati aliq̃d humanũ, et ægre ferre parem filiorũ honorẽ: idq; meritò. Abrahã autem non ferre æquo aĩo eiectionẽ Iſmaelis et ancillæ (nam licèt non obluctaretur Sarræ ob ſingularem mãſuetudinẽ, attamẽ durũ ei uidebatur: hoc eſt, graue, moleſtum, et oneroſum) tunc ſuã ſolitã ſeruãs miſericordiã, et concordiæ illorũ copulã cõſtringens, dicit ad Abrahã: Ne *durũ ſit corã te uerbum hoc, de puero & ancilla. Omnia quæcunq; dixerit tibi Sarra, audi uocem eius.* Ne accipias, inquit grauiter quod ab ea dictum eſt: ſed oĩa quęcunq; dixerit tibi Sarra, audi uocẽ eius. Hęc oĩa, inquit, quę nunc tibi dixit de Iſmaele et de Agar, acciperet audi uocẽ eius. Ne uelis, inqt, contriſtari eam, q̃ tanto tpe tantum amorem erga te declarauit: q̃ non ſolum ſemel, ſed et ſecundo, ut te à morte eriperet, ſeipſam pro tua ſalute expoſuit, et author tuę iſtius gl̃iæ fuit. Primũ quidẽ te fecit cũ tantis diuitiis ab Aegypto redire, poſtea uerò iterũ in cã fuit ut ita te uenerareturac obſeruaret Abimelech. Ne igitur diuerſa ab his q̃ locuta è cõſulas: enimuerò nõ aliter eueniet. In Iſaac enim eius filio tuũ ſemẽ uocabitur, et ipſe erit tuus hæres. Filiũ autem illum ancillæ creſcere faciam, et

A in gentẽ magnã faciã eum, quoniã ſemẽ tuum eſt. Fac igitur q̃ illa tibi dixerit. Obedi uoci eius. Cogita hic, obſecro, quanta ſubitò concordia & pax in contuberniũ eorũ cõceſſerit, bonitate diuina uinculũ eorũ cõſtringẽte. *Surrexit. n.* inquit, *mane, & accepit panes & utrem aquæ, & dedit Agar, & impoſuit ſuper humerum eius, & puerũ miſit cum ea.* Vide obſecro hic iterũ religioſam iuſti mentẽ: nã quãdo audiuit Sarram dicentẽ, Eiice ancillã & filiũ eius: durum ei uidebatur, eo quòd bene afficiebatur erga Iſmaelẽ: uerũ ubi dominus ꝑcepit, ſtatim fecit qđ imperatum eſt: & genuini amoris oblitus, q̃ſi diceret: Vbi qđ ꝑcipit dominus, faceſſant oẽs affectiones: qa natura dominus eſt, q̃ ꝑcipit. *Vt accepit igitur*, inqt, *ancilla panes, & utrem aquæ, egreſſa eſt cum puero.* Verùm (obſecro) uide iterum, pp gratiam quam habebat iuſtus apud deum, qũo hæc quoq; ſuperna cura digna habetur. Vt ergo abiit, uagabatur per ſolitudinem, & cùm aqua cõſumpta nullã uſquã inueniret conſolationem, *abiecit puerum*, inquit, *ſubter unam* B *abietem.* Diſrumpebãtur eị uiſcera, & dolebat multum ob immodicam erga puerũ affectionẽ. *Sedit*, inquit, *aduerſus eum, quaſi ad iactum arcus. Dicebat. n. Non uideo mortem pueri mei. Et ſedit è regione pueri, Clamans autem puer, flebat.* Cæterũ miſerator & miſericors deus, patris & matris erga nos curam ſua tranſcendens pietate, inquit, *Exaudiuit uocẽ pueri de loco ubi erat.* Miſertus eſt & pueri, & calamitatum Agar. Permiſit tantum eam ſentire qđ ſit ſolitudo, & ſtatim ſuũ cõceſsit ꝑſidium. *Et uocauit*, inqt, *angelus dei Agar de cœlo, & dixit ei: Quid eſt Agar? Ne timeas: exaudiuit. n. deus uocẽ pueri de loco ubi eſt. Surge, accipe puerũ, & apprehende manum eius: in gentem. n. magnã faciã eũ.* O miſericordiam domini, nõ quia ancilla erat, ob ſeruauit eam: ſed quia patriarchæ promiſerat, & illius ſemen erat, tantam quoq; curam erga eam declarare dignatur. Dicit: Quid eſt Agar? Ne timeas, exaudiuit. n. domin⁹ uocẽ pueri. Surge & accipe illũ, & apprehende manũ eius. In gentẽ. n. magnã faciã illum. Ne mœreas, inqt, eo quòd è domo eiecta ſis. Tantam. n. curã ego pueri agam, ut & in gẽtem C magnam fiat. *Et aperuit*, inquit, *oculos eius.* non quia antea non uiderit, ſed qa nihil proderant ei aperti oculi ante ſupernã uiſitationẽ. Propterea cũ uellet ſuã prouidẽtiam declarare, inquit: Aperuit oculos eius: id eſt indicauit ignoranti, & mentẽ eius excitauit uiamq; ei oſtẽdit, ut uideret locũ in quo fontes aquæ ſcaturiebant. *Et uidit*, inqt, *fontem aquæ uiuentis, & iuit & impleuit utrem, & potauit puerum.* In inuiis uiã ꝑbuit: & perplexæ menti, nullãq; ſalutis ſpẽ habenti ſuã miſericordiã exhibuit, ſimul eam conſolans, & pueri curã agens. Sic quãdocũq; uoluerit deus, licèt in ſolitudine ſimus, & in extremis afflictionibus, nullámq; ſpem ſalutis habeamus, nullo alio opus habebimus, diuina gratia nobis oĩa ſuppeditãte. Nã ſi eị gratiã nacti fuerimus, nullus nobis ꝑualebit, ſed nos potentiores oĩbus erimus. *Et erat deus cũ puero*, inqt, *& creuit, & habitauit in ſolitudine.* Sic quãdo amicũ & beneuolũ habemus deũ, etiamſi in deſerto fuerimus, multo ſecuriores uiuemus, q̃ ij q in ciuitatib. uerſantur. Maxima. n. ſecuritas, & inexpugnabilis murus eſt gratia dei. Et ut diſcas, qũo qui in ſolitudinib⁹ agit, ſecurior ſit, & potentior his q in medijs ciuitatibus uerſantur, ingenti hoium ꝑſidio freti: uideamus qũo Dauid de loco in locũ tranſiens, & quaſi erraticus uagans, mãnu ſupna munitus fuerit. Saul aũt cùm eſſet in me- D 1. Re.18 dijs ciuitatib. & tantum ſecum duceret exercitum, & ſeq. & ſatellites habens, & armigeros, & quotidie timebat & tremebat inimicorum inſidias. Et ille qdem ſolus erat, nullumq; aliũ ſecũ habebat, non indigebat humano ꝑſidio: hic uerò coronatus, & purpura indutus: illius auxilio idigebat, & regi opus erat paſtoris opa: & diademate redimito, priuati adiumẽtum neceſſariũ erat. Sed ſi uultis, aliquãto ſuperiora de ſerie huị⁹ ſermonis petam⁹, ut oĩ hac hiſtoria in mediũ producta, diſcam⁹ nihil ſorti⁹ eſſe munito ſupna gratia, & nihil ifirmius eo q hac priuat⁹ eſt, ẽt ſi innumeris circũdetur exercitib⁹. Igitur Dauid ille cũ adhuc adoleſcẽs ob immaturã ætatem in paterna domo uerſaretur, quoniã ꝑs aliquãdo expoſcebat ut clarior eị⁹ fieret uirtus, admonitus à patre ut fratres ſuos inuiſeret miſſus eſt ad eos. Porrò cũ ad illos ueniſſet iuiſendi gratia, ubi uidit inſtructã aciẽ cõtra alienigenam Goliath, & oẽm populum iuxta Saulum formidine pculſum, regẽque E ipm in ſummo cõſtitutum periculo, ſpectator uolebat fieri, & abiit ut uideret nouũ & rarũ ſpectaculum, quòd unus homo aduerſus tot milia ſe opponeret. Verũ fratres eius nõ ferẽtes fortitudinẽ ſpũs, prouocati ſunt in inuidiã, & dicũt ad eũ: Non alia 1. Re. 17. de cauſa ueniſti, q̃ ut bellum uideres? Non ueniſti noſtri cã, ut nos inuiſeres? At tu uide huius prudentiã & mãſuetudinem: nihil temerarium, neque aſperum eis loqtur: ſed reprimẽs eorum flãmam, & demulcens inuidiã, inqt: Nunquid non uerbũ eſt? nũ quid, inquit, uidiſtis me arma arripere? nunqd uidiſtis me adordinari cęteris i acie? Tãtũ uidere uolui & interrogare unde huic tantũ inſaniæ? Quis. n. eſt alienigena ille, q exprobrat exercitum dei uiuẽtis? Poſtea cũ audiret illius blaſphemias & arrogantiã, & uideret trepidationẽ eorum q cũ Saul erant, inquit: Quid erit uiro, q illius caput execuerit? Et magnũ animi robur his uerbis oſtendebat, oẽs in admirationẽ adducens. Hęc ut cognouit Saul, mittit ad iuuenẽ, q ꝑter paſtoritiam artẽ ſciebat nihil: & ut uidit eius ætatẽ, uilipendit eũ. Deinde cũ didiciſ- F ſet ex eo, qũo cũ urſis egiſſet qui greges ſuos inuaſerant. Coactus. n. fuit admirabilis ille uir hæc narrare, nolens hinc uanam gloriam aucupari, ſed in neceſsitate conſtitutus, & ut illi animos adderet, & ne ſpectaret ad uilitatẽ eius qđ apparebat, ſed ad fidẽ q intrinſecus latebat, ſupernũque auxiliũ quo adleſcẽs inermis uiris armaturis, & paſtor exercitibus fortior erat. Deinde ubi rex uidit mẽtis eị⁹ fidẽ, ſuis illũ armis induere uolebat, indutus aũt ea ferre nõ potuit. Hoc aũt factum eſt, ut uirtus dei nudè monſtraretur: & nõ armis, q̃ fiebant, mira aſcriberẽtur. Nam quoniã indutus illis grauabatur, & min⁹ expeditus erat: depoſuit arma, & accepta pera paſtorali & ſilicib. cõtra carneã illam turrim egreſſus eſt. Et uide iterũ alienigenã ad uilitatem ętatis ſpectantẽ, & uide ex uerbis uilipendentẽ iuſtum, & quaſi cõtra puerũ humilem exurgentẽ. Nam poſtq̃ uidit eũ cum paſtorali pera contra ſe contendentem, & glebulas ſolũ afferentem, in hũc fermè modum ad eũ dicebat: Putaſti te adhuc apud oues eſſe, & canes quoſdã perſeq: & ita aduerſum me, q̃ſi contra canẽ inſtrumẽtis illis iſtructus, in pugnã ueniſti? ſtatim experientia diſces nõ tibi cũ homine uulgari bellũ

G esse. Et usus magno uerborū fastu, tumultuabatur, armaturāq; suā oēm mouebat, ac arma exerebat. Et ipse qdem armorū uirtute fidēs, pugnā accesit: Dauid autem fide, supernoq; præsidio munitus. Et prius uerbis supbi elationē & superciliū decutiēs, ut dixit ad eum: Tu uenis ad me i armis & lācea, & tua uirtute uicturū te putans: ego aūt in noie domini dei. Vt hæc inquā dixit, sumpto ex pera pastorali silice, quasi reuera canē aliquē gregē inuadentem abacturus, funda iaculatus est: statimq; in frōte pcussum alienigenā, deiecit: & festināter educto illius gladio, caput eius amputauit, & regi attulit, finemq; bello imposuit. Atq; illi⁹ opa & rex salutē inuenit, & oīs illius exercitus respirauit. Vidisses tunc inopinatas admirabilesq; res, armatū ab iermi deiectum, reiq; militaris peritū ab eo q pter pastoralem nihil sciebat cadentē. Quare, & ob quā cām? Quia hic quidem habuit supnam gratiam se adiuuantē: ille aūt ea carens, in huius manus uenit. Iam uide hic, q̄ absurda operatus sit inuidię morbus. Postq̄ enim rex uidit iustum hunc tanta gloria celebrari, 1.Re.18.b & tripudiantes clamare, uicit Saul in millib. Dauid H autem in decem millibus: non ferēs mansuetē q̄ de hoc dicebātur, quāuis iuxta rationē iusti ei magis tribuerāt q̄ Dauid, uictus inuidia benefactori malū repēdit. Et quē oportebat ut saluatorē & benefactorē agnoscere, eū interficere quærebat. O excelētem insaniā, ô stuporis magnitudinem, eum q uitā sibi seruarat, & oēm suum exercitū ab alienigenæ Goliat furore liberauerat, ut hostē despexit: & īmemor beneficij, ab affectióe uincebatur: sed mētē suā obtenebrat⁹ ab inuidia, perinde ac ab ebrietate quadā, benefactorē ut hostē spectabat. Ita.n. se habere solet hui⁹ affectionis malitia, primū corrūpit eum à quo generatur. Sicut.n. uermis q à ligno producitur, lignū primò cōsumit: ita & inuidia illā primò aiam corrūpit à qua nata est, & ei cui inuidetur planè diuersa q̄ uult affert. Ne igitur uide ad principiū eorū quib. inuidetur, sed ad finē respice, & attende qa malitia inuidentiū, eos quib. inuidet clariores efficit. Nam is cui inuidetur, subsidiariū habet dei auxiliū, & gratia fruitur: q aūt inuidet, gratia spoliatur, & facilē uincitur ab oībus: et antea à suis affectionib. q̄ externis hostibus infestatus q̄si cōsumitur, & quasi occultis mox illis deuoratur, & absumptus (ut ita dicā) submergitur. Quæ cū nobis cōperta sint, obsecro fugiamus affectionis hui⁹ damnū, & oībus uirib. ab aiabus nostris eliminemus. Pernicios̄issima. n. est oīum affectionum, nostramq; salutem corrūpit, utpote diaboli inuentū: ppea & sapiēs qdam dicebat, Inuidia autem diaboli mors intrauit in mundū. Quid est, inuidia diaboli mors intrauit in mūdum? Nā postq̄ mala hæc bestia primum hominem uidit īmortalem, per suā malignitatem ad transgressionē mandati induxit, per quā fecit ut morti fieret obnoxius. Inuidia igitur deceptionē operata est, deceptio trāsgressionē, trāsgressio inobedientiā, inobediētia mortē. Propterea dicit: Inuidia aūt diaboli mors intrauit i mūdum. Vidisti quātum affectionis hui⁹ damnū? immortalitate insignē, mortalem fecit. Verū inimicus quidē nostræ salutis, sua inuidia immortalem protoplastū, in mortē cōdemnari fecit: misericors aūt, solicitusq; pro nobis dominus, p mortē suā iterum immortalitatem nobis largitus. Vnde & maiora q̄ amisimus inuenimus: paradiso eiecit, & in cœlum K induxit: morte cōdemnari fecit, & immortalitatem nobis donauit: paradisi delitijs priuauit, & regnū cœlorū nobis pparauit. Vidisti solertē domini tui sapientiam? & quo ea, q̄ per inuidiam diaboli contra salutem nostrā facta sunt, in caput illius cōuertit? nō. n. solum nos maioribus dignatus est, sed & illum ipsum nobis subiecit, dicens: Dedi uobis po- Luc.10.d testatem calcandi sup serpentes & scorpios. Proinde hęc oīa cogitantes, & inuidiā ex aiabus nostris effugemus, & studeam⁹ ut diuinā cōsequamur gratiam. Hęc. n. nostra armatura solida, & inexpugnabilis, hęc nostrę maximę diuitię: per hāc & Ismael, quāuis adolescēs, & in solitudine, rerūq; oīum inopia, statim creuit, & i gentē magnā factus est. Quia deus erat, inquit, cū puero. Hinc sermo noster egressus est. Despiciamus igitur, oro, p̄sentia, desiderem⁹ futura: gratiā dei omnibus præferamus, & per uitā optimam multam fiduciam nobis antea reponamus: ut & præsentem uitam citra mœrorem trāsigamus, et futura bona consequamur, gratia et miserecordia domini nostri Iesu Christi, cui cū patre simul et spiritu sancto sit gloria nunc et semper, et in L secula seculorum, Amen.

Homilia. xlvij.

Ngēs lucrū, grādisq; thesaur⁹ i uerbis q̄ ho
i die lecta, tametsi pauca sint, latent. Eo. n. modo se habēt diuina eloqa, ut multas diuitias nō in multitudine uerborū, sed breuitate sermonū cōtineant. Age igitur aperiamus q̄ dicta sūt, et discam⁹ diligēter eorū q̄ hodie lecta, uim et mētem. Nam sic iterum sciemus et patriarchæ copiosam uirtutem, et dei excellentem misericordiam. *Et factū est*, inquit, *post uerba hæc deus tētabat Abrahā.* Quid uolūt subitò uerba hęc, Et factū est post uerba hæc tentabat deus Abrahā? Cōsidera obsecro, diuinā scripturā: quo iā uult detegere nobis iusti uirtutē: et qa narraturus est, quo Abrahā à deo tentatus sit: prius uult ut discam⁹ tps quo hęc patriarchæ pcepta sunt, et quādo iussus est offerre Isaacū: ut scias magnā patriarchę obedientiā, et quo nihil præferēdū sit his q̄ deo placuerint. Quid igitur est, Factū est aūt post uerba hæc? Quoniā postq̄ natus est Isaac, quādo uidit Sarra Ismaelē sil⁹ersari cum M Isaac sicut heri uobis diximus, ægreferēs hoc, dicebat Abrahæ: Eiice ancillā et filiū eius. Nō. n. erit hęres filius ancillæ cū filio meo. Cūq; hoc uideretur durū patriarchę, uolēs eū de⁹ cōsolari, ait: Audi Sarā uxorē tuā, et fac qd ab ea dictū: neq; uideatur tibi durū, qđ dictū ē d puero, hoc et ācilla. In Isaac. n. uocabitur tibi semē, et illū quoq; faciā crescere i gētē magnā, qa semen tuū est. Et oīs promissio quā à deo habebat, eò tēdebat ut nati ex Isaac in magnū populū propagarētur. Itaq; aliquādiu bona spe alebatur iust⁹, et uicissim affligebatur ac tētabatur, et afflictionū pmia recipiebat: nūc aūt p oculis uidebat succes̄surū hęredē, magnāq; ide uoluptatē pcipiēs, ipauidē et securē agebat. Verū q̄ absc̄ondita cordiū nouit, uolēs nobis iusti hui⁹ detegere uirtutē, et magnū amorē quē ergā se gerebat, post tot promissiones et hāc quoq; q̄ recēs facta, et cui⁹ memoria adhuc i aurib. illi⁹ sonabat, cū iā adolescēret Isaac, et in ipso ętatis flore esset, crescereteq; patris erga illū dilectio, post uerba promissionis, et postq̄ dixit: In illo uocabitur tibi semē, et ille erit succes̄sor tu⁹.

Post

A Cap. XXII. *Post uerba hæc*, inqt, *tentabat deus Abraham*. Quid est, tētabat? nō quòd ipse ignoraret, tentatione illū probauit, sed ut & hi q̄ tunc erant, & q̄ ab eo tēpore usq; ad p̄sens, istucipsum patriarchæ desideriū & obediētiā i pręceptis dominicis præ se ferre discāt.

Et dixit, inqt, *ad eū: Abrahā, Abrahā. At ille dixit: Ecce ego.* Quid uult uerbi duplicatio? Magne beneuolētiæ erga patriarchā argumētū est, & mōstrabat ei uocatione ipsa, quòd magnū aliqd ostēsurus esset. Vt igitur attētiorē redderet, uocationē geminabat, & dixit: Abrahā, Abrahā. *Ille aūt dixit: Ecce ego. Et dixit: Accipe filiū tuū dilectū, quē dilexisti Isaac, et uade i terrā excelsā, et offer eū in holocaustū sup unū mōtiū quē tibi dixero.* Magnum præcepti pondus, & res humanam transcendens naturā. Accipe filiū tuum dilectum, quē dilexisti, Isaac. Vide quo p uerba ista maius incendium succendit: & fornacem amoris, quo iust⁹ in Isaac affectus erat, uiolētius excitat. Accipe, filiū tuum dilectum, quē dilexisti, Isaac. Vnū quodq; uerbū per se sufficeret ad fauciandam animā iusti. Nō enim simpliciter dixit, Isaac: sed addidit, filiū tuū, B quem prēter omnem expectationē genuisti, & in ipsa senectute habere potuisti: dilectū, desiderabilem tuū, quē tā imodicē diligis Isaacū, quē successurū tibi expectas, ex quo & semē tuū multiplicādū promisi: & in tantū multiplicandū, ut stellarū multitudini & arenę quæ est iuxta littus maris adæquetur. Illū ipsum accipe, & uade in terrā excelsam, & offer eū ibi in holocaustū super unū montiū, quem tibi dicā. Admiror ego, quomodo hæc iustus auribus ferre potuerit. Illū enim ipsum, inqt, tā desidera bilem tibi, offer mihi in holocaustū super unū mōtiū. Quid igitur iustus? non turbatus est aio, nō cōfusus est mente, nō consilio destitutus est: in tā gra ui præcepto nō cogitabat, nō ratiocinabatur secū, Cur hoc? Qui mihi prēter omnem expectationē beneficium exhibuit, qui per misericordiā suam emor tuā Sarræ uuluā generationi idoneā fecit: nūc post quā ablactatus est & creuit, & in flore ætatis est, occidere, & in holocaustū offerri pcipit, q̄ pauloantea dixit, In ipso uocabitur tibi semē: nunc diuersa pcipit. Et quo impleb⁹ tur quę ab eo pcepta? Quo pac- C cto. n. fieri potest, ut radice execta rami pullulēt, uel succisa arbore fructus proueniāt, uel fonte arefacto fluuij reddātur: Iuxta hominis rationē talia fieri nō est possibile, deo aūt uolēte fieri possunt oīa. Cæterū horum nihil cogitauit secū iust⁹ ille, sed sicut gratus famulus, omni ratione humana unā tantū rem curabat, ut impata opere impleret: & ēsi fact⁹ ab humana natura alienus, & postponēdā ducēs diuinis præceptis omnē affectionē & dilectionē, ad implēda bona festinauit. *Et cū surrexisset*, inqt, *Abraham mane, strauit asinam suam: accepit autem secum duos seruos: et scissis lignis in holocaustū, cū surrexisset profectus est. Et uenit in locū, quem dixit ei deus: die tertio.* Vide mi fericordē dominū, quomodo & interuallo loci, iusti probauit uirtutē. Cogita aūt, qd probabile fuerit triduo illo sustinuisse iustū. Reputabat. n. secū, sibi præceptū esse quòd suis manibus tā dilectum filiū occidere debeat, & nec rem illi cōmunicare & detegere audeat. Et obstupesce piū religiosumq; & prudētē animū. Quia. n. sciebat magnitudinē præcepti, prorsus hoc significauit neq; pueris, neq; ipsi Isaac: sed solus secū agonem illū decertabat, & ēsi adamas manebat inuictus, robur cogitationū tantum declarans, & non multa causatus obtēperabat D magno cum desiderio nutui diuino. *Sed postquā ad locum illum peruenit, ut respexit*, inqt, *Abrahā oculis suis, uidit locum à longè, et dixit seruis suis: Sedete hic cū asina.* Vide & hic iusti magnā prudentiam, & pueris uult esse occultū: per omnia declarans quòd cū feruēti alacritate, & intēto desiderio implere uellet qđ deo probabatur. Nam qa sciebat quod nouū & inaudi tum esset, neque ab ullo unquā tale quiddā factum erat antea, facit ut lateat pueros. *Et relictis eis cū asino*, inqt, *Hic expectate. Ego. n. et puer ambulabimus usq; illuc, et cùm adorauerimus, reuertemur ad uos.* Ignorās futurum quod dicebat, sed prophetauit qđ ignorās tamen fortasis. Dicebat aūt hęc pueris, fortè ut ipo neret eis, & faceret ut ibi manentes non sequerētur.

Accepit autē Abrahā ligna holocausti, et imposuit Isaac filio suo. Tulit quoq; in manibus ignē & gladiū et perrexērūt duo illi simul. O animæ fortitudinē, ô spiritus soliditatē. *Et* iposuit, inquit, Isaac ligna holocausti: ipse autem gladium & ignem accepit, et iuerūt ambo simul. Qualib⁹ oculis spectabat puerū ligna afferē tē, sup quę nō multo post illū ipositur⁹ erat? Quo- E modo manus ferre potuit ignē et gladiū? Et manus quidem ferebat ignem, qui sensibilis erat, intus autem accendebat ipsius mentem, et rationem absumebat, et psuadebat ut uinceret amor in deū: faciebatq; cogitare, quòd iis q̄ iam dederat supra humanā naturā factū esse patrē, iterum posset et nūc quę humanam trāsgrediuntur ratione operari. Cæterū uide obsecro pręterea, ante sensibilē ignē, incēdiū, quod paulati exardescebat, et iusti mētē cōcremabat. *Dixit autem*, inquit, *Isaac ad Abrahā patrē suum: Pater.* Sufficiebat hoc uerbum ad lācinanda iusti huius uiscera. *Ille autem dixit: Quid est fili?* Patrem uocas, paulò post futurū orbū: et ego filiū appello, q̄ nō multo post altare ascēsurus est, meis occidēdus manibus. Deinde puer inquit: *Ecce ignē affers, et ego ligna, ubi est hostia immolāda? ubi est ouis ad incēsum?* Cō sidera obsecro hic, quomodo probatur iustus? quo tulit auribus: quo potuit respondere puero? quomodo nō est confusus mente? quomodo futura occultauit à puero? sed i quit generoso spiritu, et forti anima: *Deus uidebit sibimetipsi de oue ad holocaustū fili.* Vi F de etiam hic, ignarus insinuat iterū quòd futurū. Videbatur enim p responsum deceptur⁹ Isaac, sed illū quidē uerbis interim solatur: ipse autē maiorē gra uioremq; dolorē pertulit, uerba i anima uersans, et cogitans pueri elegantiā externam, internamq; pulchritudinem, obediētiā, gratiam, ætatis florē. Cūq; irent ambo, uenerunt ad locum de quo dixit ei dominus. Venerūt, inqt, ad montem excelsum, quem scilicet ei dominus indicaret. *Et ædificauit ibi Abrahā altare.* Iterum obstupesco iusti fortitudinē, quomodo potuerit extruere altare, quomodo ualuerit, quō non defecerit præ angustia: sed et altare ædificauerit, & ipositi erit ligna. *Et ligatū filiū suū Isaac imposuit sup altare. Et extēdit Abrahā manū suā ut accipet gladiū, & occideret filiū suū.* Ne simpliciter prętercurramus, dilecti, quæ dicta sunt: sed consideremus q o non auolarit à corpore anima, quo potuerit suis manibus colligare, et lignis imponere tā dilectū, tā amabilem unigenitū. Et extendit, inquit, Abrahā manū suam, ut arriperet gladiū ad occidendū filium suū. O religiosam animā, ô fortē mentem, ô ingens desiderium, ô rationem uincētē humanam naturam.

G Accepit,ĩquit gladium,ut occideret filiũ suũ. Vtrũ admirer & obstupescã iustius,fortémne spiritũ patriarchæ,an pueri obedientiã:qđ neque reluctatus est,neque factum ægrè tulit,sed cessit & obtẽperauit his quę à patre facta sũt? Et sicut agn⁹,cũ silẽtio sup altare accubuit,expectans patris dexterã. Verũ ubi illa pia mens sua oia consummauit, & nihil in termisit:monstrans bonus dominus quòd nõ occidere puerũ,sed potius iusti detegere uirtutẽ uolẽs, hæc impauerit:coronato iusto ob uolũtatẽ suam, & accepta consummata hostia ex mẽte patriarchę, nũc & suã declarat misericordiã. *Et uocauit*,iqt,*angelus domini de cælo,dixitq;:Abrahã,Abrahã*. Nã quia uidebat iustum iam accinctũ & paratũ ad imolationem,& uolẽtem implere mandatum domini,idcirco uocat eũ de cœlo,& dicit:Abrahã,Abrahã Bene & hic geminatione usus est,ut superetur impet⁹ iusti,& q̃si p uocẽ detineatur iusti dextera, iã tendẽs ad pueri cędẽ. *Et dixit:Ecce ego. Et dixit:Ne iniicias manus tuas in puerũ,neq; facias illi quicquã. Nũc.n.cognoui,*
H *quia times deũ tu,& nõ pepercisti filio tuo dilecto propter me*. Ne iniicias,inquit,manum tuam in puerũ.Non hoc pręcepi ut opus pficiatur,neq; uolo ut occidatur puer tuus:sed ut obedientia tua manifesta fiat oibus.Igitur ne feceris ei qcquã.Contentus sum uolũtate tua,& ex hac te corono & pdico.Nunc. n.cognoui,quia times deum tu. Vides quo humiliter se nostræ infirmitati hoc uerbo attempat? Quid igitur?ignorabat ne ante hoc iusti uirtutẽ,& nunc cognouit oium dominus?Non hoc inqt,dicẽs nũc ip se cognoui. Sed quid dicere uult? Nunc,inqt,oib⁹ declarasti,quo syncero timore deum colas. Nã ego sciui famulum meum. Quæ aũt nũc à te facta sunt, in doctrinam sunt tam præsentibus,quàm futuris. Innotuisti enim nunc oibus quòd timeas deum,& mãdata eius ope cures implere:quia non pepercisti filio tuo dilecto propter me.Illi qui tã dilect⁹, quẽ teneriter,tamq; germanè amas, nõ pepcisti propter me, propter mãdatũ meum:propterea qa ego tibi pręcepi,ptulisti mãdatũ meũ filio tuo: proinde & filiũ tuũ accipe.Propter hoc.n.pręcepi tibi,ut & semen tuum extẽderetur:redimitus ergo obediẽtiæ tuæ corona,abi.Ego.n.uoluntatẽ coronare soleo, & propter mentem præmia præsto.Ope impleri cõgruit quę à te dicta sunt & pueris tuis,& Isaac: illis .n.promisisti.Cũ adorauerimus,redeam⁹.Ecce hoc nũc erit:& puero tuo rogãte,Vbi ouis ẽ ad holocaustũ?de⁹ uidebit sibimetipsi de oue ad holocaustũ, dixisti. Ecce cũ respexeris,ĩquit,oculis,uide nõ procul à te ouem,quã scilicet pro puero sacrificabis. *Vt respexit enim*,inqt,*uidit:et ecce aries unus detinebatur cornibus in arbusto Sabek:& iuit Abrahã & accepit arietẽ, & obtulit illũ in holocaustũ pro Isaac*. Vide religiosam tuam mẽtẽ,ecce id quod prius dixisti puero, hoc tibi pparauit.Et accepit,inqt,& obtulit i holocaustũ pro Isaac filio suo.Vidisti dei misericordiã? Et sacrificiũ consũmatum est,& patriarcha religiosam suã mentẽ declarauit,& à uolũtate coronã reportauit: & Isaac accepto,rediit cum innumeris coronis.Hęc autẽ oia figura fuerunt crucis,propterea & Christ⁹
Ioan.8.g Iudæis dicebat:Abrahã pater uester exultauit ut uideret diẽ meum:& uidit,& gauisus est. Quo uidit, qui temporibus pręcesit?per figurã,per umbrã.Sicut.n. hic ouis oblata est pro Isaac, ita & rationalis agnus oblatus est pro mundo.Oportebat.n.in umbra describi,& prefignari antea ueritatẽ.Vide obse K
cro hic,quomodo omnia per umbram prefigurata sunt:unigenit⁹ illic,& unigenitus hic:dilect⁹ illic & german⁹,dilectus & hic ac german⁹. Hic.n.est fili⁹ Matt.3.d
meus dilectus,i quo mihi bene cõplacui. A patre il Luc.9.c
le in holocaustũ offertur,& hũc pater exposuit. Et
clamat Paul⁹, dicẽs: Qui sanè proprio filio suo nõ Rom.8.f
pepcit,sed pro nobis oibus tradidit illum: quo nõ & cum illo omnia nobis data sunt? Hucusque umbra,postea rerum ueritas magna excellẽtia mõstratur.Agnus.n.hic rationalis pro toto mundo oblatus est,totũ orbem terrarum purificauit, hoies ab errore liberauit,& ad ueritatẽ adduxit: terrã cœlũ fecit,non elementorum imutata natura,sed cõuersatione cœlesti hominibus sup terram degẽtib⁹ allata.Propter hunc ois dæmonũ cultus solutus est, Propter hunc nõ adorantur lapides & ligna ab hominib.& ante isensata insigniti ratõe nõ procidũt, sed ois abiit error,& ueritatis lux orbẽ illustrauit. Vidisti ueritatis excellẽtiã?uidisti qd umbra,qd ueritas? *Et uocauit*,iquit,*Abrahã nomẽ loci illius. Dominus uidit:ut dicãt hodie,in mõte dominus uisus est*. Vide iusti L
religiosam mentẽ,quo undequaque ex his quę acciderãt appellationes locis imponit. Visitationẽ.nã deo factã,uolens quasi in columna ærea insculpere loco p appellationẽ,uocauit nomen loci, Dominus uidit.Sufficiebat qdẽ iusto pmio,quòd uiuus rediret Isaac,& quòd meritus erat illam eximiã laudẽ,nẽpe quòd dicit:Nũc cognoui,quòd times deũ tu.Veruntamẽ is q donis certare cupit,et beneficiis semp uincit mentem nostrã,coaceruat etiam nunc iusti uolũtatis remunerationes,& inquit iterũ ad illum. *Vocauit enim angelus domini Abrahã secũdò de cælo dicẽs:Per memetipsũ iurauí(dicit dominus)eo quòd fecisti uerbum hoc,et nõ pepcisti filio tuo dilecto pp me: profectò benedicẽs benedicã te,et multiplicãs multiplicabo semẽ tuũ sicut stellas cæli,et sicut arenã quæ ẽ in littore maris. Et hæreditate possidebit semẽ tuũ ciuitates hostiũ. Et i seminetuo benedicẽtur omnes gentes terræ,eo quòd audisti uocẽ meã*.
Quia,inquit,impleuisti pceptum meum,& tuã obediẽtiã per omnia declarasti,propterea audi:Per me metipsum iurauí dicit dominus. Vide quomodo i M
sermone se demittit domin⁹:p metipsum, inquit,iurauí,ut confidas oino euentura tibi quę à me dicta sunt.Quãdoquidem.n.homines promissis iuramẽta adhibent,ut stabiliorẽ accipiãt promissionem ij qbus promittitur: eapropter & dominus ,humanã usus cõsuetudine,inqt:Per memetipsũ iurauí,eo qđ fecisti uerbũ hoc, & non pepcisti filio tuo dilecto propter me.Cõsidera obsecro misericordiã domini.Nõ pepcisti filio tuo dilecto propter me, & sanè uiuũ reducit.An nõdum finẽ nides dilecte,se uolũtatẽ & mentem disce,qua faciebat mãdata citra ratiocinationem curiosam.Quantum.n. ad uoluntatem attinet,cruẽtauerat dextrã patriarcha, & p cutẽ pueri immiserat gladiũ,pfectumq; obtulerat sacrificium:idcirco & domin⁹,q̃si sacrificio reipsa cõsũmato,laudat iustũ,& dicit: Nõ pepcisti filio tuo dilecto propter me.Tu qdem non pepcisti propter meum mandatũ,ego autẽ peperci propter tuã obedientiam.Propter hanc tuam obedientiã remunerans te.Benedicẽs benedicã te,et multiplicans multiplicabo te. uide cumulatã benedictionẽ. Hic qui per uoluntatem tuã occisus est in tãtam multitudinem propagabit semẽ tuum,ut stellis et arenę adę-

A quetur. Et oẽs gẽtes in semine tuo multiplicabuntur,eo quòd audisti uocem meã.Hæc oia, inquit, tibi propter obedientiã erunt.Nonne plurima nobis bona conciliat, qđ obedimus deo, & pceptis eius obtẽperamus?Ideo sicut patriarcha ille, ne curiosius ingram⁹ quare talia ab eo imperata sint: & ut grati serui impleamus mãdata,rõnẽq; eorũ relinquamus domino. Si sic docuerimus nosinetipsos, poterimus & eãdẽ obediẽtiã declarare, quã iustus
Rom.2.b ille,easdemq; consequi coronas. Quo autem obediemus? si mãdata ei⁹ opere adimpleuerimus. Nõ enim auditores.inqt,legis iustificãtur,sed factores. Quæ.n.utilitas,si quotidie audiamus, & opera negligamus?Ideo oro,ut ad agẽda opera festinemus, neq;.n.aliter saluari nos possibile est: ut & peccata nostra abluamus,& misericordiam dei consequamur gratia & miserationib.domini nostri Iesu xpi, cũ quo patri & spirituisancto sit glia nũc & semp, & in secula seculorum,Amen.

Homilia xlviii.

B Idistis heri patriarchæ fortitudinem? uidistis animam adamante solidiorem, quam ille habuit ob magnam in deũ charitatẽ? Sacerdos pueri factus est,& proposito qdem cruentauit dextram,sacrificiumq; obtulit:per ineffabilẽ aũt misericordiã dei saluo & sano filio suo recepto rediit:& pp uoluntatem prædicatur,coronaq; fulgida redimitur, & summum agonẽ certauit, & per oia pietatem mentis suę declarauit. Videamus aũt & hodie iustum illũ, quãtam filij habuerit curam. Nam postquã à sacrificio illo nouo & admirabili rediit, excepit eũ Sarræ luctus:cũ autem petiisset à filiis Chet possessionem sepulchri,empto loco imposuit mortuũ. Hoc primũ principiũ possessionis fecit patriarcha pp Sarrę mortẽ:mõstrãs nobis scriptura diuina uirtutẽ patriarchæ per omnia? & qđ sicut peregrinus & aduena toto tpe egit:atque hoc assignauit, ut discamus qđ tanto superno pũsidio fruens,& sic illustris factus, & in tãtã multitudinẽ diffusus,propriũ sepulchrũ nõ possedit, sicut nũc
C multi faciunt, agros & uillas,infinitãq; aliam substantiam possidere studentes. Habebat.n sufficientes diuitias mẽtis,& de aliis nõ erat anxius. Audiãt qui repentẽ,& in uno tpis momento omnia corradunt,& ubiq;(ut ita dicã)suæ auaritiæ concupiscẽtiam extendunt: imitenturq; patriarchã, q nullibi habuit locũ,quo Sarrę collocaret reliquias:tũc primũ, quando ab ipsa necessitate cõpulsus est, emit agrũ & spelunca à filijs Chet. Nã quòd spectabilis
Capũt. XXIII. erat apud Chananæos,audi filios Chet ad eũ dicẽtes. *Rex à deo es tu in nobis,in electis sepulchris nostris sepeli mortuũ tuũ:nullus enim nostrum prohibebit te à sepulchro suo*. Cæterùm uide iustum, quo operibus suis doceat optimæ uitæ mores, & non prius uult accipere monumentũ,priusquã iustum dinumeret pretium. Nam licèt uos,inqt, ita benuoli erga me fitis:at ego nõ patiar,nisi pri⁹ debitum pretiũ depẽderim:& sic accipiã sepulchrum. Et data, inquit, pecunia,accepit sepulchrum. *Fuit aũt*, inquit, *uita Sarræ centũ uigintiseptem annorũ, & mortua est & sepeliuit Sarrã uxorem suã in spelunca agri duplici, q̃ est è regione Mambre*.Et qui tam clarus & spectabilis,& tantam apud deũ habens fiduciam, & apud oẽs qui ibi agebant in tanto honore erat,ut & à filiis Chet rex noiaretur,neq; gradũ pedis possidebat. Propte

rea & beatus Paulus pdicãs uirtutẽ iusti,scribẽs di D
cebat.Per fidẽ peregrinus fuit Abrahã in terra pro Heb.11.b
missionis ueluti aliena,cũ in tabernaculis habitasset cũ Isaac & Iacob cohęredibus eiusdẽ promissionis.Deinde docens nos,quo fide peregrinus fuerit, subdidit: Expectabat.n.habentem fundamenta ciuitatẽ,cuius opifex & cõditor est deus.Spe, inqt,futurorũ despiciebat præsentia & expectatione maiorũ bonorũ,minus curabat ea quæ in præsenti uita sunt:atq; hæc ante legẽ,& ante gratiã. Qualẽ igitur habebimus nos excusationẽ, dic oro, qui post tot annunciationes,& promissiões ineffabiliũ bonorũ,inhiamus psentibus,& emimus agros, & ubiq; clari esse studemus,colligimusq; hæc oia per auaritiã & rapinã? Et id qđ beatus propheta cũ lamẽto dicebat:Væ his q̃ coniungũt domũ domui, ut qđ à proximo auferant:hoc nos operibus implemus. Esa.5.b
An non quotidie fieri uidemus spoliari orphanos, pdę patere uiduas, infirmos à fortiorib. oppimi? Verũ iustus ille nequaquã sic, sed sepulchrũ emere cũ uoluit,quoniã uidit eos à qb. petiit, dare uolen E
tes,nõ prius accepit, q̃ iustũ dependisset pretium. Hæc itaq; mente uersantes dilecti, nos q sub gratia eum q ante legẽ imitemur: & ne multa possidendi cupiditate accensi, maiorẽ & grauiorẽ augmentemus ignẽ inextinguibilẽ, & flammam intolerabilem.Audiamus.n.si in huiusmodi & auaritiis manserimus,ea q̃ dicta sunt diuiti illi:Stulte, ista nocte Luc.12.c
aiam tuã auferent:quæ aũt præparasti cuius erũt? Quare(dic mihi)tantopere studes,ut colligas ea q̃ non multo post hinc abripiendus,hic relinques,& ex eis non solũ nihil utilitatis percipere ualens: sed & onus peccatorum in humeris propriis ferens, & inutili pœnitudine ductus:nã ea quæ à te collecta sunt,in hostiũ deuenient manus, tu aũt pro his rationẽ & pœnã dabis?Quantæ igitur est dementiæ aliis laborare, & te ppea pœnã dare? Esto aũt hactenus ita negligẽter nos gesserimus,nunc saltẽ qđ decet,consultemus: & non tantũ operã demus, ut nobis opes affluant, sed ut & iustitiæ magnã ratiõnẽ & curã geramus.Neq;.n res nostræ intra hãc uitam totæ conclusæ sunt, neq; semper in aliena hac F
regione erimus: sed non multo post in propriã remeabimus patriã.Oia igitur faciamus, ne alibi egeni simus futuri. Nã quæ utilitas, in aliena regione multas diuitias relinquere,in propria aũt, & in patria necessariis carere?Itaq; oro,festinemus dum ad huc tps est, ut illuc transferamus etiã quæ in hac aliena habemus.Enimuero licèt multũ inter se distent,facilis tamẽ est trãsuectio.Et securè illuc trãsferimus, & in thesauro indeprædabili reponimus quæcunq; per pauperũ manus pmittimus.Eorũ.n. manus in cœlestia prõptuaria sibi data reponũt. Quoniã igitur tanta & facilitas et securitas: quare moramur, et non oi studio hoc facimus, ut ibi ea inueniamus ubi eis maximè opus erit? Propterea patriarcha ille q̃si alienã inhabitat Chananæã: qa illã expectabat ciuitatẽ, cuius opifex et cõditor est deus.Si igitur uoluerimus iustũ hũc imitari,et nos in illa occurremus,et in sinus patriarchæ ueniem⁹. Operũ n.cõmunio,et fruitionis communionẽ prę stat. Verũ si placet redeamus ad sermonis seriẽ, et uideamus post Sarræ mortem quantã iustus curã agit pueri,Isaac dico.Audiam⁹igitur diuinã scriptuCa.xxiiij
ram nobis narrantem. *Et Abrahã erat senex, qui prò-*

G *fecerat diebus. Et dominus benedixit Abrahã per omnia.* Quare hæc nobis aſsignauit ſcriptura? qa patriarcha diligẽter curaturus erat ut ſpõſa Iſaaco adduceretur, ideo nobis ei⁹ętatẽ aſsignauit. Quãdo.n.inqt ad extremã ſenectutẽ puenit, uolẽs Iſaacũ à Chananæorũ cognatione liberum eſſe: ita ne inde uxorẽ duceret, uocato, inqt, famulo prudẽtiore, commendat ei negociũ hoc, & dicit: *Pone manum tuam ſubter femur meum*. Lingua Greca hãt ſubter femur: Hebraica uerò, ſubter lumbũ. Et quare ſic dicit? Mos ille ueterũ erat. Aliter aũt dic, qđ hinc principiũ natiuitatis Iſaac fuit. Et ut diſcas, qđ hoc facere cõſueuerint, uide: qa ipe imperat ut manũ ille eò ponat. Stati aũt ut appoſuit, *Et adiuro* inqt, *te p dominum deũ cœli, et deum terræ*. Vide qũo & famulum docet, ut ſciat uniuerſorum conditorẽ. Nam qui dixit, deum cœli, & deum terræ, omnem creaturam comprehẽdit. Et quod iuramentum? *Vt non accipias uxorem filio meo Iſaac de filiabus Chanaan, inter quos ego habito: ſed in terrã meã in qua natus ſum ua de, & ad cognationẽ meã, et inde accipies uxorẽ filio meo Iſaac.* Vidiſti manda
H tũ patriarchę, qđ famulo dedit? At ne pſunctorie p tereas dicta, ſed cogita mentẽ & propoſitũ iuſti, & quò ſpectarit: & attende qũo ueteres non quærebãt ſubſtantiam multam, non diuitias, non ſeruos, & iugera agri tot & tot, nõ externę uenuſtatis formã: ſed aiæ pulchritudinẽ, & morum nobilitatẽ. Nam quoniã uidebat malitiã eorũ qui in Chananęa habitabant, ſciẽs quantum bonũ ſit ſortiri cõiugem iiſdem moribus uiuentẽ, præcipit ſeruo, & iuramẽtum adhibet, ut ex ſua cognatione uxorẽ adducat Iſaac, & neq; interuallũ locorũ, neq; aliæ difficultates ſegnẽ eũ in his reddãt: ſed ſciens rei neceſsitatẽ, omni cura mittit ſeruum. Cęterũ patriarcha habẽs reſpectum uirtutũ aiæ, & abhorrens à uicinorum malitia, ita qdẽ ſe gerit: at nunc oẽs tale quiddam ne cogitarent quidẽ. Nam etſi malis innumeris plena ſit, hoc ſolũ inquirunt, quantum abundet pecunijs, cætera oia poſteriore loco habẽt, neſciẽtes qđ cũ mẽs peruerſa ſit, licèt indicibiles affluãt diuitię, facilius in extremã uenient inopiã: & nihil proderunt opes, cũ non ſit ibi mens q̃ bene illas diſpenſare queat. Verũ patriarcha ſeruo ſatis magnũ mandatum dedit, & iuramẽto eũ adſtrinxit. Videamus autẽ nunc & ſerui probitatem, qũo imitatus ſit pietatem domini. Nã poſtquã uidit tanto ſerio iuſtũ ſibi præcipere, dicit ei: *Si nõ uoluerit uxor uenire mecũ, uis filiũ tuũ in terrã unde exiſti inducã*? Vt ne, inqt, ſi difficultas aliqua incidat, tranſgrediar mandata tua: rogo, qd oportebit me obſeruare: & nũ placet tibi ut illuc abeat Iſaac, & accepta ſponſa redeat, ſi nõ uoluerit (ut mãdaſti) uenire mecũ? Quid igitur iuſtus? denegat hoc, & dicit: *Ne reducas filiũ meũ illuc*. Nõ erit hoc tibi opus. Qui.n.mihi hoc annũciauit, & promiſit ſemẽ eius ita multiplicãdũ, ẽt hoc proſpere faciet ſuccedere. Ne igitur abducas illuc filiũ meum: dominus deus eſt cœli & terrę. Vide qũo ſuperius iurans, ſeruum de oium conditore docet: & nunc precaturus, iterũ eadẽ uerba dicit: per oia docẽs ut ſeruus profecturus in illo fiduciã habeat, & de bono rei exitu bene ſperet. Docet.n. eũ quantã olim ab initio beneuolentiã dei inuenerit, & qđ ille q à domo paterna euocauerit, & uſque ad hoc tempus ita gubernarit, iámque in tam prouecta Iſaac dederit, proſpera etiã q̃ adhuc reſtant faciet.

*Dominus.n.*inqt, *cœli & terræ, qui aſſumpſit me de domo* K
patris mei, et de terra in qua natus ſum, ille ipſe qui loquutus ẽ mihi: Tibi dabo terrã, et ſemini tuo. Ille q tãtã erga me declarauit benignitatẽ & curã, ipſe mittet angelũ ſuum ante te, & inde accipiet filio meo uxorẽ. Bene aiatus, inqt, abi: certus.n.ſum qđ qui tantis me beneficiis hactenus proſequutus eſt, prioribus ẽt illud addet, & mittet angelum ſuũ ante te. Ipſe, inquit, pręcedet te, & uiã præparabit in oibus, uxoremq; tibi notã faciet, ut accepta ea huc redeas. Qđ ſi cõtingat, qđ abſit, ut reluctetur uxor uenire huc, alienus eris à maledictiõe iuramẽti. Nã filiũ meum illuc nõ reduces. Nullũ.n.mihi dubiũ eſt, quin dominus ſecunda tibi faciat omnia. Declarat itaque qũo uirtute diuina bene fidat, & prohibet ſeruũ, ne filiũ illuc inducat. Poſtea, cũ diligenter mandaſſet ſeruo, curaq; eũ liberaſſet (uerebatur.n. ne mandato non impleto periurij reus fieret.) *Poſita*, inqt, *manu ſua ſubter femur, iurauit ei ſup uerbo hoc, qđ filium ſuum illuc non abduceret.* Vidiſti qũo ab initio ſeruus indicauit ſuã erga dominũ beneuolentiam? Vide nũc quomodo ex patriarchæ doctrina melior eua L
ſerit, & imitatⁿ fuerit domini pietatẽ atq; religionẽ. *Acceptis n.*inqt, *decẽ camelis: & de omnibus quæ domini ſui erant: ſurrexit et pfectus eſt in Meſopotamiã, in ciuitatem Machor, et ſtabulari eos fecit extra ciuitatẽ iuxta puteũ aquæ veſperi, quando egrediuntur aquaturæ. Et dixit: Domnus deus domini mei Abrahã*. Vide ſerui ſapiẽtiã, orbis don inũ à patriarcha noiat. Domine.n.inqt, deus domini mei Abrahã, qui tanta in illũ beneficia collocaſti. Et qd miraris, ſi ſeruus eũ uocat deũ Abrahã? ipſe oium deus, monſtrans qũo iuſtorum uirtutem magni faciat, inquit, Ego ſum Deus Abrahã, & deus Iſaac, & deⁿ Iacob: & dicit: Domine deus domini mei Abraham fœliciter ocurre mihi hodie, & fac miſericordiã cũ ſeruo tuo Abrahã? q̃ſi diceret, Fac ut impleãtur q̃ ille uult, & iuxta eiⁿ ſententiam proſpera fac oia, Fac miſericordiam cũ domino meo Abrahã. Quid eſt, fac miſericordiã? uoti compotem eum fac. *Deinde*, inquit: *Ecce ego ſteti propter fontem aquæ, filiæ aũt habitantiũ ciuitatẽ, egrediuntur ut hauriant aquã, & erit uirgo cui ego dico, Inclina hydriã tuã, ut bibã: et dixerit mihi, bibe et camelos tuos potabo, uſquequo bibere ceſſẽt. illã pparaſti puero tuo Iſaac: & in hoc cognoſcã qđ feciſti miſericordiã domino meo Abraham.* Vide ſerui prudentiã. Nã qa ſciuit patriarchæ hoſpitalitatẽ, & qa uirginẽ inde ducendã congruebat iiſdẽ eſſe pditã moribus, qbus iuſtus: nullam alia conjecturã inquirit, ſed characterem uirginalis animi hoſpitalitate colligere uult, & inqt: Siquãdo ego aquã ab ea petiuero, dicẽs, Inclina mihi hydriam: & non ſolũ faciet qđ petiui, ſed & candorẽ ac liberalitatẽ mentis ſuæ declarabit, & dicet: Etiã camelos tuos aquabo. Morum ſuorũ mititatẽ ſatis ex aquæ pbitione oſtendẽdo. Aiaduerte obſecro, quantũ fuerit, quòd uirgo tenera aquã nõ ſolũ annuerit eiⁿ petitioi, & depoſuerit ab humeris hydriã, & ad ſatietatẽ pbuerit petẽti, uiro pegrino, & prorſum ignoto: & non ſolũ illi dederit, ſed & camelos oẽs aquauerit, & per ea quę fiebant monſtrauerit aiæ ſuæ ingenuitatem. An neſcitis quòd multi etiã uiri denegant ſæpe petentibus talia? Et quid dico de aqua q̃ pbetur? Interdũ cũ faces tenẽt, & ab accedẽtib. orãtur ut pauliſper expectẽt, quò lumẽ accendant: id facere renuũt, tameſi nihil inde minuatur

A tur ignis, et multi ſint q accendere poſsint. Hic autẽ et mulier et puella, et hydriam ſup humeros ferens, nõ ſolũ non grauati tulit quòd ab ea peteretur: ſed et pluſquã petitũ erat, conceſsit: et potũ dedit ut pe tebat, et ex ſeipſa etiã camelos potare feſtinat. Annuerat.n. miſericors deus patriarchę pcib. angeloq; ſibi miſſo oia illa diſpoſuit fieri, ſicut ſeruus petiue rat. Dein poſtquã uidit reipſa pces patriarchæ efficaces, et obtinuit imaginẽ quã optabat, illiusq; eximiam uidit hoſpitalitatem: uide qd fit, dicit enim: *Feſtinauit et euacuauit aquã in cãnales, et cucurrit ad fontẽ ẽ ut hauriret aquã, et aquauit oẽs camelos eius.* Vide locu cupletiſsimam prõptitudinẽ. Et euacuauit hydriã, & cucurrit. Quo mõſtratur puellę indicibilis alacritas: qa neque ut aliena auſugit, neque ptextu continentię petitioni renuit: ſed cũ multa mititate inqt, Bibe domine. Cogita, obſecro, q̃ta etiã ea ętate fuerit cõtinentiæ diligẽtia, & modeſtiæ eminentia, ho ſpitalitatiſq; frequẽtia. Quibⁿ non opibus hæc ſunt pciоſiora? Quibus nõ theſauris hęc ſunt pferenda? Hęc ſumma dos, hęc inumera bona, hęc theſauⁿ q
B non conſumitur. Vidẽs igitur prudẽs ſeruⁿ efficacẽ dei prouidẽtiã. *Diſcebat eam*, inqt, *& ſilebat, ut ſciret proſperumne feciſſet dominus iter ſuum an non.* Quid eſt, diſcebat eã? Verba puellæ diligenter conſiderabat, aſpectũ, inceſſum, habitũ, aliaq; oia: & expectabat, ut ſciret an proſperũ feciſſet dominus iter ſuum, an non. Nam quæ iam facta erãt, dictę inſignitã & plurimã uirginis indicabant uirtutẽ. Et ideo remunerans eius obedientiam, & aquæ ſuppeditationem. *Apponit ei* inqt, *inaures aureas, & duas armillas & diligẽter addiſcebat ut ſe haberet. Et rogabat, cuius filia eſſet: & uũ eẽt apud patrem eius locⁿ diuerſoriũ*. Cõſidera & hic puellę reſponſum. Nã ſicut cũ aquã peteret, nõ ſolũ eã dedit, ſed & camelos illius potauit: ita & hic rogãte ſeruo num eſſet locⁿ, & cuius eſſet filia: inquit, *Filia ſum Bathuelis, Melcha quẽ genuit Nachor.* Dicit & patrẽ & auũ, ut illis cognitis fiat alacrior. Vide prudentiã puellæ: de patre rogatur: & non ſolũ hoc indicat, ſed & patrẽ patris. Et cũ rogaſſet ſeruus ſolũ an eſſet locus diuertendi, illa addit: *Et fœnũ et pabulum multũ apud nos.* Hęc ut audiuit ſeruus, & admira
C tus eſt mirã & largã puellæ hoſpitalitatem. Et ut dicit quòd nõ ad ignotos quoſdã ueniſſet, ſed i domum Nachor, qui frater erat patriarchę. *Quod cùm probaret*, inqt, *hõ adorauit dominũ, exhilaratus in his quæ cognouerat, et quæ ei puella dixerat.* Adorauit dominũ, & gratias illi egit, eo quòd in patriarchã & in ſe tãtã declaraſſet prouidentiã, & quòd omnia tã proſperè & facilè ſucceſsiſſent: *Et dixit, Benedictus dominus deus domini mei Abrahã, qui nõ abſtulit miſericordiã et iuſtitiã à domino meo.* Poſtquã uidit puellę beneuolẽtiã & ab ea omnia manifeſtè didicit, tũc & ipſe puellæ ſign ificat qs ſit: & per gratiarũ actionẽ in deũ, manifeſtũ ei facit quòd nõ ex aliena domo ueniat, ſed frater Nachor ſit, q huc eũ miſerat. Hęc ubi didicit puella, cũ magna uoluptate cucurrit, inqt. Vide quo modo i ſingulis declaret nobis hoſpitalitatis alacritatẽ, curſu, uerbis, mãſuetudine. *Cucurrit*, inqt *& annunciauit in domo matris ſuæ iuxta uerba hæc oia, ea quæ audiuerat à ſeruo, parẽtib. ſignificauit: Et cucurrit* iqt, *Laban ad hominem foras ad fontẽ*. Vide quomodo & hic curſu deſiderium ſuum mõſtret. Et ut uidit hoẽm ſtantẽ apud fontem cũ camelis, dixit ei: Veni, ingredere, benedictⁿ dominⁿ: cur foris ſtetiſti? Ego diſpo

ſui domum & locũ camelis, Vide & hunc benedicẽ D
tem deũ in aduentu peregrini, & antequã hoſpitalitatẽ impleuit opere, multis eum exhortatus ẽ. Veni. iquit, ingredere. Prius enim præparaui & locũ & domum camelis. Deinde ingreſſo eo, inquit: *Deſtrauit camelos, & dedit paleas et fœnum & aquã, ut lauarẽtur pedes eius.* Vide qũo hi qui adhuc in errore tenebãtur, magnã hoſpitalitatis curã agebant. Et dedit aquam, ut lauarentur pedes eius, & pedes uirorũ q cum eo erãt. Et appoſuit eis panem ad comedẽdũ, Sed hic attende obſecro, magnã famuli prudentiã. Quare? dicit enim, *Nõ comedã, donec loquar uerba mea.* Vos quidem, inquit, officium ueſtrũ in me declaratis: ego autẽ nequaquã antea quietis meæ rationẽ habebo, donec cauſam uos docuero pp quã in hãc uiã ſim miſſus, & quare à Chananęa huc ueneri, & quomodo in domum ueſtrã huc ductus ſim, ut cũ omnia didiceritis, tunc & uos ueſtrã erga dominũ meũ beneuolentiã declarare poteritis. Et ĩcepit narrare: & dixit: *Seruus Abrahæ ſum ego: dominus autẽ bene dixit dominũ meũ ualde, & dedit ei oues et uitulos, aurũ et argẽtũ, ſeruos & ancillas, camelos & aſinos. Et genuit Sara uxor domini mei filiũ unum domino meo cũ ipſe iam ſenuiſſet, et dedit illi omnia quæcunque habuit.* Vide quo- E
modo cũ diligentia oia eis narrat. Illius ſum, inqt, Abrahæ ſeruus, quẽ ſcitis. Diſcite itaque quantã ab omnium domino miſericordiã conſequutus ſit, ita ut ualde ſit ditatus. Deinde docet & diuitiarũ abũdantiam, inquiẽs: Oues & uitulos, argẽtũ & aurũ, ſeruos & ancillas, camelos & aſinos acqſiuit. Audite diuites, q tot & quotidie emitis pdia, & balnea, ac deãbulacra, & ſplẽdidas domus ædificatis: Videtis, in qbus diuitię iuſti fuerint conſtitutæ? Nuſquã ager, nuſquã domus, & ſupuacanea ſumptuoſitas: ſed oues & uituli, cameli & aſinę, ſerui & ancillæ Et ut diſcas, ſeruorũ multitudo unde ei cõtigerit, addit alio loco: Vernaculi oẽs erãt. Hic igitur, inquit, dominⁿ meus, q in tanta ſubſtantia fuit, & multã ſupernè gratiã inuenit quando iam ſenuit Sarra filiũ peperit ei, hunc habens unigenitum, eũ hęredẽ omniũ ſuorũ conſtituit quęcunque habuit. Dein poſt quam narrauit domini gloriam, & Iſaac partũ, dicit inſuper & mãdata quę accepat, ut in Charras proſi F
ciſceretur. Et adiurauit me, inqt, dominⁿ meⁿ, dicẽs: *Non accipias uxorẽ filio meo Iſaac de omnibus filiabus Chananæorũ, inter quos ego habito: ſed in domũ patris mei ua de, & ad cognationẽ meã, et inde accipe uxorem filio meo.* Et ipſe quidẽ hęc mihi mandauit, ego autẽ difficultatem negocii mecũ perpẽdens, rogabam dominũ meum. Si non uoluerit uxor uenire mecum, *Et dixit mihi: Dominus cui cõplacui coram eo, ipſe mittet angelũ ſuũ tecum, & accipies uxorẽ filio meo ex cognatione mea, et de domo patris mei, & tũc innocens eris à maledictione mea.* Igitur dominus quidẽ hæc mihi mãdauit, & talibus pcibus factis, uiatico me inſtructũ huc miſit. Ego autẽ fretus illius pcib. ubi ad fontẽ ueni, hęc uerba loquutus ſum, & dixi: *Domine deus domini mei Abrahã, ſi tu proſpum facis iter, quod nũc habeo, Ecce ego ſto apud fontẽ aquæ, filiæ autẽ hoium huius ciuitatis egrediẽtur ad ferẽdas aquas. Et erit uirgo, cui ego dixero: porrige mihi parum aq̃ ex hydria tua: ſi dixerit mihi, et tu bibe et camelos tuos aquabo: ipſa erit uxor quã pparaſti ſeruo tuo Iſaac. Et ĩ hoc ſciam quòd feciſti miſericordiã domino Abraham.* Hæc ego quidẽ, iquit, apud memetipſum deũ rogaui, nõ dum autem finem accepant quę à me dicta ſunt, &

G confestim adimpletū est. Nam priusquā ego dicendi finem facerem, ecce Rebecca exiit aquā ferens in humero suo: dicebam aūt ei, Da mihi potum. Et ac celerās deposuit hydriam suā, & dixit mihi: bibe & tu, & camelos tuos aquabo. Et cùm uiderē iam eui dentem fieri dei prouidentiam, interrogabam cuⁱ⁹ esset filia. Et ut didici è qb. esset nata, dixi quòd nō ad alienos uenissem, sed i domū Nachor fratris domini mei. Vnde sumpta spe bona, appēdi ei inaures & armillas: & cū hoc placeret, adoraui dominū & benedixi deum domini mei Abrahā, quia prosperū me fecit, ut assumerem filiā fratris domini mei. Verùm hęc ita à domino dispēsata sunt, & ad pces do mini mei ita euenerunt. Cęterū uos si quā ipsi declarabitis, & facietis misericordiā & iustitiam cum domino meo, annunciate mihi. Iam mihi, inquit, significate, ut scire possim, qd oporteat me facere. Quòd si minus placet, & idipsum dicite ut alio iter faciam, & me cōuertā uel ad dextram, uel sinistrā. Postea quoniā deus erat, q omnia propter preces patriarchę secūdabat, dicūt ei pater uirginis & frater:

H *A domino exiit uerbum hoc: non possumus tibi contradicere uel bonū, uel malū. Ex narratione tua satis intelligimus, to tū hoc diuina dispēsatione fieri. Ne igitur putes nos uelle ad uersari his quæ deo probantur, Ecce habes uirginē, tolle eā et proficiscere, et erit uxor filio domino tuo, sicut loquutus ē dominus.* Vidisti quō solebant olim filiis suis uxores ducere? Quomodo magis animæ generositatē, quā opum abundantiam inquirebant? nusquam instru menta, nusquam pacta, & alia ridicula quæ nunc apud nos fiūt, & uerba illa quæ i literis cōtinētur: Si absque liberis, inquit, moritur, si hoc & hoc cōti gat. Verū apud illos nihil tale, sed maximę & securissimæ literæ erant uirginis mores: nusquam cym bala & choreę. Et hoc scies, q̄ndo ad sponsum uirgi nē uideris introduci. *Vt ergo audiuit seruus hæc à patre & fratre, adorauit deum super terram.* Vide quomodo i omnibus quę fiebant, uniuersorū domino gratias offert. Ipse. n. erat q antea pręparabat omnia, & iux ta uerbū patriarchę pręmittebat angelū ante illū, qui omnia fœliciter ordinabat. Denique qa certior factus de negocio bene perfecto: *Prolata, inqt, uasa au rea et argentea, et uestes dedit Rebeccæ.* Nunc cum fiducia ministrat ei, q̄si iam uerbis desponsatæ Isaac. Ho norat autē donis & fratrem, & matrem: & quum ui dit negociū & mandatū impletum, tunc tandem re fici se passus est. *Comederunt, inqt, & biberunt ipse et uiri qui cum eo erant, & dormiuerunt. Cumq; mane surre xisset, dixit, Emittite me: ut uadam ad dominū meū.* Quo niam omnia mihi tā fœliciter successerunt, & nihil est quod restet, sed uobis bene placet: dimittite me, ut abeā ad dominum meum. *Dixerunt autē, inquit, fratres et mater: Maneat nobiscū uirgo diebus quasi decē, et post hæc abibitis. Ille autē dixit ad eos: Ne me detineatis, etenim dominus prosperū fecit iter meū: dimittite me, ut abeā ad dominū meum.* Quare, inquit, differtis, quū deus tantā facilitatem mihi in omnibus dederit? Dimit tite me, ut abeam ad dominū meum. *Illi autem dixe runt. Vocabimus Puellā, & interrogabimus eā. Et uocaue runt eā, dixerunt q̄; ei: Ibis cū homine? Illa autē dixit, Ibo, Et dimiserunt Rebeccā sororem suam, et substantias eius, et seruum Abrahā, et eos qui cum eo erant. Et benedixerunt, inquit, Rebeccam, et dixerūt ei: Soror nostra es, fias in mil le decem milliū, et hereditate possideat semē tuū portas inimicorum tuorum.* Vide quō & illi ignorantes uirgini

quæ futura sunt, dixerūt: deo mentē eorum ad hoc K
dirigente & incitante. Vtraque. n. ei prædicta sunt, tum quòd in mille myriades fieret, tum quòd semen eius hęreditate possessurū esset portas inimicorum. Vidisti per omnia euidentē dei prouidentiam relucere, quomodo per infideles futura, ut prędicātur, dispensat omnium dominus? *Cū surrexissent autem Rebecca & ancillæ eius, ascenderunt super camelos,* Vidisti qualem spōsam ducat patriarcha? aquantē, & hydriam super humeros ferentem, & nunc iterum ascendentē super camelos. Nusquam mulę argento fulgētibus ceruicibus, neque famulorū turba, neq; magna mollities, quę nunc fieri solet: sed tantū erat priscarum mulierum robur, ut & in camelos suos ascenderent, & sic iter facerent. *Et profectæ sunt, inqt, cum homine. Isaac autem egressus erat, ut meditaretur in agro ad crepusculum: & ibi eleuatis oculis, uidit camelos ue nientes. Rebecca autē ut uidit Isaac, desiliit à camelo, et di xit seruo: Quis est homo ille qui uadit in cāpo nobis obuiā?* Vide puellæ generositatem, postquam uidit Isaac, quærebat qs esset. Et ubi didicit quòd ipse esset spō sus, uelauit se theristro: & ueniēs seruus omnia cla L
rè annunciauit Isaac. Hic considera oro, quomodo nusquam superflua illa & inutilia, nusquam diabo lica pompa, nusquam cymbala, & tibiæ, & choreæ, & satanica illa conuiuia, & scommata omni obscœ nitate plena: sed omnis honestas, omnis sapientia, omnis mititas. *Intrauit autem Isaac, inquit, in domum matris suæ, et accepit Rebeccam: & fuit ei uxor, & dilexit eam, & consolationem accepit Isaac super Sarra matre sua.* Hanc imitentur mulieres, hunc æmulentur uiri. Sic sponsas ducere curent. Quare enim, dic oro, statim ab initio sordibus impleri finis puellæ aures, tā tur pibus cantilenis, tam intempestiua illa pompa? ne scius quomodo adolescentia per se in malū propen sa? Cur honesta nuptiarū mysteria inuulgas? oportebat omnia hæc depellere, & uerecundiam princi piò docere puellam, & sacerdotes uocare, & precib. & benedictionibus concordiam coniugij constrin gere: ut amor sponsi augeatur, & puellæ continen tia crescat, & omnia quæ fiunt eò spectent ut uirtu tis opera ingrediantur in domum illā, tollanturq; è medio omnes diaboli insidiæ: & ipsi gratia dei M
uniti, iucundè uitam perficiant: qua nobis frui de tur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Chri sti, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria in secu la seculorum. Amen.

I

Homilia. xlix.

Terū uos ad cōsuetam mensam ducere uo
i lo, & ex uerbis Mosi cōuiuium proponere, imò ex uerbis sancti spiritus. Neque enim à seipso hęc nobis exposuit, sed spiritu sancto afflat⁹. Videamus igitur, qd & hodie nos docere uelit. Neq; enim simpliciter, neq; inuanum uitas sanctorū exponit: sed ut imitemur eorum uirtutē, & imitatores simus bonorum operum quę illi fecerunt. Nā post quam nobis diligēter narrauit ea quę ad sanctū patriarcham Abraham attinēt, & docuit postremū il lius certamen in immolatione filij, quod & si non ope, uoluntate tamē perfecit, finemq; imposuit nar rationib⁹ illis: nūc exponit nobis quę ad Isaac occi sum & non occisum ptinent, factum enim ænigma ti simile est. Audi enim Paulū dicētem: Fide obtu lit Isaac, cū tentaretur: & unigenitū obtulit in quo Heb. 11. d
promissiōes accepat. Deinde ut discamus quomo-

A do fide hæc oia acta sunt, & diuersa uidens promis sioni q̄ iubebatur facere, nō pturbabatur: unde il lum & in parabola & typo portauit. Quid est, & in
pa rabola portauit? Nā postquā eum in sacrificiū obtulit, & mentē perfectā declarauit, ipse corona redimitus est, & accepto puero rediit, & sacrificiū per ouem impletum est. Et ostēdit per oia uniuersi cō ditor suæ misericordiæ excellentiā: & qd hoc impe rando non occidi Isaac, sed iusti exercere obedien tiā uoluerit. Cæterū sicut uidimus patriarchæ uir tutem in oibus relucentē: age, & q̄ de Isaac dicta sunt hodie in mediū afferentes, uideamus quō & ipse piam & religiosam mentem in omnibus præ se tulerit. Dignum autem est, ut ipsa scripturæ uer ba audiam⁹. *Illæ autē sunt, inquit, generationes Isaac fi lij Abrahæ, Abrahā genuit Isaac. Isaac aūt erat annorum quadraginta, quando accepit Rebeccā filiam Bathuelis Sy ri ex Mesopotamia, sororem Laban Syri, sibi in uxorem.* Considera obsecro dilecte, diuinę scripturæ diligē tiā, quo nihil superuacuè ponat. Quare nobis tps Isaac ponit, & dicit: Erat autē Isaac quadraginta
B annorū quādo accepit Rebeccā? Non absq; causa, neq; temerè: sed qa nobis Rebeccæ sterilitatē narraturus erat, & qd ex precatiōe iusti procreatio pro lis concessa sit. Vult autē docere nos magnitudinē patientiæ Isaac, & clarè indicare quanto tpe liberis caruerit: ut & nos æmulantes iustum, assidui simus in diuinis precibus, siquando aliquid à deo petieri mus. Si. n. iustus ille ita uirtute prædītus, & tantā apud deum gratiam habens, tantam præ se tulit constantiam & studiū, continuò deum orādo, ita ut solueretur Rebeccæ sterilitas: qd dicemus nos, q tantis peccatorū oneribus premimur, & neq; tā ua riam uirtutis iusti partē ostendimus: sed & si aliqd bene egerimus, statim torpescimus, & resilimus, ni si statim exaudiamur? Propterea oro, ut ex his quæ iusto illi euenerunt eruditi, nunquā cessemus ora re deū, ut ignoscat nobis peccata, feruēsq; & æstuās desideriū ostēdamus: & nō egręferam⁹, neq; segnio res fiamus, si non statim audiamur. Fortasis. n. do minus continuā nostrā sedulitatē blāda arte indu ceas, ita differt, ut mercedē patientiæ quoq; affera
C mus: & quia ipse tps scit quando nobis utile quod quærimus, Neq; n. nos ita scimus quid nobis utile, ut ipse euidenter nouit, qui etiam abscondita men tis nostræ cognoscit. Proinde par est, ut nihil curio sius quæramus, uel incusemus in his q̄ à deo fiūt: sed grati simus, & admiremur iustorū uirtutes. Nā postquā dixit nobis diuina scriptura, quot annorū fuerit Isaac: dicit & de Rebecca uxore eius, qd ste rilis fuerit. Vide obsecro, iusti religiosā mētē. Quoniam. n. uidit naturam claudicantē ad naturæ cōditorem confugit, & uincula naturæ precibus solu ere festinauit. *Deprecatus enim est, inqt, Isaac super Re becca uxore sua, quia sterilis erat.* Vnum hoc in primis operæpretium ut quæramus: Quare, cum & ipsa & uir eius uitæ fuerint eximiæ, & ambo cōtinētiæ studiosi, sterilis fuit? Non possum capere eorū uitā & dicere qd sterilitatem illam peccata fuerint opa ta. Et ut discas rem mirā, quia non solum ipsa steri lis fuit, sed & mater iusti Sara: neq; mater eius sola, sed & sponsa Iacob uxor Rachel. Quid sibi uult il
Exod. 3. le ster ilium chorus? oēs iusti, omnes uirtute prædi
He. 11. d ti, oēs à deo testimonium habentes. Nam de ipsis dicebat: Ego sum deus Abraham, deus Isaac, deus

Iacob. Beatus autē Paulus: Ideo confunditur deus D
ut inuocetur eorū deus. Multæ ipsorū laudes in no uo, multæ i ueteri, undiq; clari & nobiles, & oēs ste riles habuerunt uxores, multoq; tpe caruerunt li beris. Quando igitur uideris uirum & mulierē uir tuti deditos, carereq; pueris: quādo uidetis pios & religionis studiosos nō habere liberos, ne tribuas hoc peccatis. Multi. n. diuinæ dispēsationis sermo nes nobis sunt arcāi. Et pro oib. gratias agere opor tet: & solos illos miseros dicere, q̄ in pctō uiuunt, nō eos qb. filii desunt. Quippe fœnumero multa deus dispensat, quorū nos causam nescimus. Eapp undequaq; sapietiā eius admirari oportet, ac glori ficari ineffabilē misericordiam. Sed hæc quidē ad utilitatem uestram dicta sunt, ideo ut multam gra titudinē exhibeatis, neq; de dispensatione diuina curiosè rogetis. Dicamus tamen & causam, pp quā mulieres illæ sterilēs fuere, ut cū uideris uirginem nostrū dominū parientē, ne sis incredulus. Exerce enim hic tuos sensus, inquit, in uulua sterilium ut cum didiceris ligatam & emortuam uuluam diui na uirtute ad procreationem aperiri, inde copiosis E
argumentis acceptis, nō admireris audiēs qd uirgo peperit: imò admirare & obstupescę, & ne sis incre dul⁹ miraculo. Quādo igitur tibi dicit Iudę⁹, quo peperit uirgo? dic ei: Quo peperit sterilis & uetula? Duo impedimenta tūc erant, & ætas intempestiua, & natura uitiata: in uirgine autem unum impedi mentum fuit, qd non est particeps concubitus. Ste rilitas igitur iam uiā parat uirginitati. Et ut scias qd pp hoc steriles prius fuerunt, ut credatur uirginita tis partus: audi uerba Gabrielis, quæ ad uirginem dixit. Postquam. n. uenit, & dixit: Concipies in ute Luc. 1. c
ro, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum: obstupefacta est & admirata, ac dixit: Quō erit mi hi istud, quia uirū nō cognosco? Quid igitur ange lus? Spiritus sanctus superueniet sup te, & uirtus al tissimi obumbrabit tibi. Ne queras, inquit, naturæ modum & ordinē, quando super naturam sunt q̄ fiūt. Ne spectes cōiugii dolores, quādo maior q̄ in F
nuptiis natiuitatis modus erit. Et quō fiet istud in quit, quoniā uirū non cognosco? Sanè pp hoc erit, quoniā uirum non cognoscis. Nā si cognosceres ui rum, non fuisses habita digna ut huic ministerio seruires. Atq; adeo qd incredula es, per hoc crede: non quia malū nuptię, sed quia melior uirginitas. Hunc autē ingressum nostri oium domini dignio rem esse oportet, quā nostrum. Regius. n. fuit introi tus. Oportebat autē & partim cum nostra natiuita te communicare, & partim alienum esse: & utraq; hæc fuerunt. Et quō? audi. Nam de utero prodire, commune habet nobiscum: absq; nuptiali autem congressu nasci, supra nostram est natiuitatē. Natu rale est, qd humana natura est in utero: supra natu ram humanam est, absq; commixtione esse pręgnā tem. Et ppea utraq;, ut per excellentiā, etiam com munionem quā habet tecum, discas. Considera au tem quanta sapientia hæc facta sint, neq; eminetia obfuit assimilationi & affinitati suæ nobiscū: ne que nostra affinitas & similitudo, ei⁹ obscurauit ex cellentiā: sed opibus utraq; ostēsa sunt, & alia pfe ctē habuit nobiscū: alia nō habuit, sed ab eis tot⁹ liber fuit. Verū, ut dixi, pp hoc steriles fuerūt istę ut credatur uirginitatis part⁹, ut ipsę nos manuducāt ad fidem promissionis. Audi. n. quid dicit angelus

G dei:Spiritus sanct⁹ ueniet sup te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi.Sic,inqt, poteris pârere. Totum enim operatione spūs erit. Ne igitur spectes ad terram,è cœlis operatio uenit. Spūs gratiæ est qd fit, ne quæras naturæ modū, ne iuxta nuptiarū leges intelligas.Verū, quoniam maiora sunt uerba hæc quā uilla caperet,uult & aliam ei prębere demonstrationē.Tu aūt,obsecro, attende qūo sterilis istā manuducat ad fidem partus. Quoniā prior demōstratio maior erat cogitatione uirginis, audi qūo & humiliorem sermonem affert, per sensibilia ipsam manuducens Et ecce, inquit, Elizabet cognata tua & ipsa cocepit filiū i senectute sua: & hic mē sis sextus est ei q uocatur sterilis. Vides qd sterilis pp uirginem? Quoniā cuius gratia alioq retulisset partum cognatæ,cuius itē gratia dicebat, quæ uocatur sterilis. Planè per oia manuducebat eam ad credendum annunciationi: ppea & tempus dixit, & naturæ sterilitatem:propterea & tps distulit conceptionis.Non.n.statim à principio ei annunciatū est,sed præterito tpe semestri, ut uteri sarcina conceptionem doceat. Et uide quāta Gabriel utitur sollertia.Nō n.in memoriā ei reducit uel Sarā,uel Rebeccā,uel Rachelē. Quare,& quā ob causam? Et hę fuerunt steriles, & uetulæ, & magnum miraculum fuit: sed quia erāt antiquæ narrationes, adducit eā ad hoc qd nuper contigerat,ut mētē eius ad credēdum prouocaret.Sed necessariū est ut ad institutū sermonē redeam⁹, & significem⁹ iusti uirtutē,qūo precibus sterilitatē Rebeccæ soluit, & uincula naturæ superauit.*Deprecabatur autem,dicit, pro Rebecca uxore sua,quoniā sterilis erat,& exaudiuit eū deus.* Non qa mox ita subditur & scriptū est, putes è uestigio & protinus assequutū esse qd optabat & qrebat. Nam uiginti annis mansit orans & deprecans deū, & tunc tandē assequutus est quod desiderabat. Et unde sciemus hoc? Si diligenter ingredimur ad ea, q̄ in diuina scriptura cōtinētur. Non.n tempus à nobis absconditū est,sed significauit qdē, latēter tamen, ita ut prouocet desiderium nostrū & ad dignā inqsitionē incitet.Nā sicut docuit nos annorū numerū quot habuerit quādo Rebeccā duxit, ita I & hoc nobis manifestum fecit. *Erat n.* inqt, *annorū quadraginta : quando accepit Rebeccam filiam Bathuelis Syri.* Didicisti diligenter tps? deinde postquam dixit:Deprecatus est Isaac pro uxore sua, quia sterilis fuit:ut discamus annorū numerū,assignauit nobis quot annorū fuerit Isaac, quādo nati sunt ei filij de Rebecca. *Erat autē Isaac*, inquit,*annorum sexaginta, quando peperit Rebecca.* Si igitur quadragita annorū erat quando duxit, sexaginta aūt quando peperit uxor:manifestū q̄d annis uiginti perseuerauit orās deū,& uterum Rebeccæ inutilem generationi, ido neū fecit.Vidistis orationis uim, qd & naturā superet?Hunc oēs imitemur, & ita in precibus simus assidui,& aīa sobrii,& humiliata mente:audiamusq̄ 2. Ti. 2b. Paulū admonentē & dicentem: Leuantes sanctas manus absq̄ ira & disceptationibus, & studeamus semp liberari à perturbatiōe, ut mēs sit in trāqllo, maximē aūt precū tpe, quando multa nobis opus est à deo misericordia. Nā si nos uiderit opari iusta leges quas ipse dedit, statim nobis donorū suorum largitatē liberaliter cōcedet, Quod nobis asse qui liceat,gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri sit glia sīl, & sancto spiritui, nunc & semper,& in secula seculorum,Amen. K

Homilia. l.

Vltis ēt hodie apponamus charitati uestrę
u ea quæ in lectioe hesterna relicta sunt? Ad finē.n.perducere totum argumentum nequiuimus,sed ostēdimus qd per suas cōtinētes preces Isaac ualuerit Rebeccæ uuluā filiorū generationi reddere idoneā,naturamq̄ ipsam inutilem factā (ut ita dicā) reparare.Hæc oia heri satis uos docuimus,monstrantes annorū numerū,quibus,ut hoc impetraret beatus ille, orans & deprecās permānsit: & in sermonē de sterilib.egressi, dicta uobis cā pp quā iusti orū uxores steriles fuere, sermonē missum fecimus. Operæpretiū autem ut & hodie discatis Rebeccę religiosam mentē, ut non solum lucrum nobis à uirtute iusti accedat, sed ex historia q̄ de Rebecca nūciatur,ad emulationē prouocare possimus auditores.*Post quā.n.deus exaudiuit orationē iusti, et uterū egesit Rebecca,colludebāt*,inqt,*pueri in ea,et magno eam dolore affecerūt.Dixit n.*inqt,*si sic mihi futurū, cur mihi hoc?* Neq̄.n.unus erat nascēdus, sed duos simul i utero pueros gestabat, & ex angustia multū L cruciatū sentiebat.Sed uide obsecro, hic mulieris pietatē & religionē. Nō.n fecit sicut mulieres multæ,q̄ negligēter uiuūt,facere consueuerunt. Nō ad humanū confugit subsidiū, nō ad eos q talia suis coniecturis,suęq̄ rationis obseruationib. iudicare uolūt:neq̄ se exposuit deceptiōi curiosorū,& eorū q polliceri audēt q̄ supra humanā sunt naturā: sed abiit,inqt,ut consuleret dominū.Vide mulieris sagacitatē,quoniā uidit qd is qui uuluam eius reserarat,is naturę esset dominus,& infœcūdum uentrē repentè ita fœcundum effecisset: & uidebat uteri sarcinam magna quædam promittentem, *Perrexit*, inqt,*ut consuleret dominum.* Quid est, perrexit ut consuleret dominum? Cucurrit ad uerā sciētiam,& festinauit ad sacerdotē dei ministrū, per quem latentiū scientiā uolebat discere: & enarrans omnia q̄ sibi contigerant,didicit diligenter oia,misericorde deo per sacerdotis linguā detegente ei oia manifestè,& alacriorē eam reddēte.Et uide quanta & tūc M erat sacerdotū dignitas. Nusquam.n.dicit, quòd sacerdos ei responderit,sed postquā dixit, Abiit ut cōsuleret dominū:& dixit dominꝰ ei,nēpe p sacerdotē:Duæ gentes in utero tuo. Etenim & alio loco angelū uocat sacerdotē diuina scriptura,monstrās qd illa loquatur q̄ inspirat ac suggerit spiritus gratia.Dixit igitur dominꝰ ei:*Duæ gētes in utero tuo sunt, & duo populi in uētre tuo diuidētur, & populus populo p stabit,& maior seruiet minori.* Vide quia uaticiniū prę dicit ei oia futura.Salientes.n pueri in utero, & incōpositis gestibus se mouentes,iam oia liquidò p dicebant.Et nunc didicit mulier quòd nō duos solū pareret pueros, sed qd illi in gentes propagandi sint. *Et quando postea appropiauit tps pariēdi:exit*, inqt, *primus rufus quasi pellis hispidus. Agnominauit aūt nomē eius Esau. Et postea exiit frater eius,et manus eius cōprehēdit calcaneum Esau. Et uocauit nomē eius Iacob.* Quasi iā & ab initio monstret deus qd prædicebatur.Maior seruiet minori : dicit.n. Tenebat manu calcaneū Esau : id qd erat signū defatigantis eum qui sortis uidebatur:Et considera diuinam scripturam, qūo propter ea quæ postea futura,iā p dicit:& ab initio monstrat nobis utriusq̄ studium: & quòd ille quidē uenationi deditus,hic uerò rusticus erat hō fu-

A turus. *Simplex erat*.inquit, *domū inhabitans,propterea Rebecca diligebat Iacob, Isaac autem Esau:quoniā uenatio eius*,inqt,*cibus erat illi*. Vide qūo pueros distribuit. Et mater quidem erga Iacob maiorem declarabat beneuolentiā,eo quod simplicē uidebat, & domi uersantē:pater aūt diligebat Esau,tū quòd primogenitus(naturalem dilectionem sequens)esset, tū quòd uenatione eius uescebatur.Hæc quidē faciebat,uaticiniū autem paulatim implebatur,dicens: Maior seruiet minori.Vide.n. statim. *Coxit*,inqt,*Iacob coctionem : uenit autē Esau ex cāpo deficiens. Et dixit Esau ad Iacob : Da mihi gustare de edulio hoc rufo, quia deficio:propterea uocatum est nomē eius Edom.Da mihi hodie primogenita tua. Ille aūt dixit : Quid mihi hisce opus cū mors iam me inuadat,nisi accepero cibū? Alius aūt iurāmentū exigebat,ut stabilis ei fieret illa cōcessio.* Ecce nūc hic iuersus est ordo, & primogenituræ dignitas trā siit ad eū q uirtute animi pfulgebat. Et *dedit*,inqt, *Esau primogenita.*Hoc est,uē didit cibi gratia dignitatē natura sibi datā,ideo & subdidit. *Et parvipendit* B *Esau primogenita*. Quasi diceret:Ingratus erat ac indignus ea,quā sibi natura dederat, dignitate. Hoc aūt totū factū est, ut illius demonstraretur ingratitudo,& dei oraculū adimpleretur.Hæc audiētes,discamus nunquā negligere dona à deo nobis data, neq̄ perdere magna pp parua & uilia. Quare.n.dic mihi,proposito regno cœlorū, bonisq̄ illis ineffabilib⁹,ita in diuitiarū cupiditatē insanimus, & momentanea, & q̄ sæpe nō usq̄ ad uesperā permanent, perpetuis semperq̄ duraturis pferimus? Et quid hac amentia deterius fieret, quādo & illis priuamur ob nimiū in ea amorē, & nunquā his frui purè possumus? Quę.n. utilitas magnarū facultatū? An nescitis qd accessio multarū pecuniarū nihil aliud nobis affert,q̄ curarū incremēta,occupationes mētis, & uigiliā? Nō uidetis qd hi oium potissimum serui sunt,qbus plura affluunt:& quotidie umbras ipsas timent? Inde.n. nascūtur insidiæ, inuidētia,odium graue,& innumera alia mala. Et sępe uides eū q habet decē millia talenta auri recōdita,beatū uocare C eum q in officina operatur, & ex labore manuū cibū acquirit. Qualis igitur uoluptas,& quale lucrū, quando neq̄ his fruimur,& pp hanc cōcupiscentiā etiā maioribus priuamur? Quid autē dico maioribus,cū post mala q̄ hic nos apphendūt, & à bonis q̄ alibi sunt excidimus, & ad gehennā ipsam mittimur? Et nondū dico innumera pctā q̄ hic colligūtur,dolos,calūnias, rapinas & fraudes:uerū sermo meus de eo est q ab oibus illis liber, id qd perquā difficile & rarū. Qui autē opibus abūdat,& ipse solus eis utitur, & his q opus habent non communicat,gehennæ ignē expectabit. Quod nos docet manifestè parabola m Euangelio posita, statuēs alios Mat. 25.c à dextris,alios uerò à sinistris: declarans illis ppara tum esse regnū cœlorū ob curā egenis impensam. Dicit.n.Venite benedicti patris mei, in hæreditatē accipite pparatum uobis regnū ab origine mundi. Quare & qua de causa? Esuriui.n.& dedistis mihi ut comederē. His uerò ignē æternū:dicit.n. Discedite à me in ignē æternum, q pparatus est diabolo & ministris eius Magnū uerbi pōdus,oium dominus cōditor & suppeditator dicit:Esuriui,& nō dedistis mihi ut comederē. Cuius aīam nō mordebūt hæc uerba, etiamsi lapidea sit? Dominus tuus esuriens obambulat, & tu es in delitiis:neq̄ hoc solū,sed in delitiis ipsum despicis? tametsi nō multū sit qd à te D petit:nā panē solum,quo famē possit subleuare.Et ipse qdē frigore rigescēs,tu aūt sericis idutus,ne spectares qdē,nullā cōpassionē prę te fers, sed imiseri corditer pteris.Et qua uenia sunt hęc digna? Ne igitur sit hoc studiū nostrū,ut multas qbusuis artib. opes conqramus:sed illud desiderem⁹, qūo & hæc bene disponamus, & egenis cōsulam⁹:& ne ab illis excidam⁹ q̄ semp manēt, & q̄ nullā admittūt uicissitudinē ac mutationē.Quocirca diem mortis nostrę incertū esse uoluit dominꝰ,ut nos ppararet cōtinua sobrietate & uigilātia:& ita magis ad uirtutū studiū nos prouocaret.Dicit.n. Vigilate,qa nescitis Mar. 13.d neq̄ diē,neq̄ horā. Atq nos planè diuersū opamur & Luc. & dormim⁹ somnū grauiorē q̄ sit naturalis ille. Nā 21.g. q naturali somno qescit,nec bonū nec mal ū operatur,nos aūt aliū somnū dormim⁹, dormiētes in uritib⁹, uigilātes in uitiis:strenui in malis, desides in bonis:idq̄ facim⁹ uidētes quotidie multos hinc ad iudicē abduci : magnas aut aliorū esse uicissitudines,& neq̄ tanta rerū mutatio ad uirtutis amorē E nos adducit,neq̄ disponit ut despiciam⁹ pśentia, & desiderem⁹ futura,pferamus somniis & ūbræ ueritatē.Nō.n. differūt pśentia ab ūbris & somniis. Pro inde ne decipiamus nosmetipsos, ne sectemur umbras:sed uel tardè aliquādo salutis nostrę curā habea m⁹, & opes indigis euacuemus, ut pro illis remuneratione à misericordi deo accipe mereamur æternā:qua nobis oīb.frui cōcedatur,gratia & misericordia dn̄i nostri Iesu xpi, cū quo patri & spūi sancto sit glia,impiū,honor, nūc & semp,& in scła sclorū,Amē.)

Homilia.li.

Terū ex hesterna lectione doctrinā uobis
i afferā, & ut liqdò sciatis ubi heri sermonē missum fecerimus,& unde hodie resumendus sit:ea q̄ suprà dicta sunt, uestrę charitati in memoriā referre operæpcium fuerit. Fortasis.n.uos, quia multis curis distrahimini,eorū obliti estis, & meū est ut in memoriā uobis reducam ea,quò fiat manifestior sermo hodie dicēdus. Scitis n.qd & heri Rebeccæ pietatē enarrātes,inde ad Esau & Iacob F deuenimus : & reliqmus ubi primogenita Esau, ut cibū haberet,Iacob dedit, & pp cibi cupiditatē semetipsum suo honore priuauit. Hoc aūt nō temerè factū,sed ut prophetia cōpleretur,q̄ dicit : Iacob Mala. 1.a dilexi,Esau aūt odio habui.Nā cū deus futurorum sit pscius,prædixit & illius uirtutē, & mentis illius malitiā.Quę sunt illæ primogenituræ?Igitur,qa tūc tps non permittebat charitati uestræ dare, nūc necesse est ut doceam. Apud ueteres summus honor erat primogenituræ:& quōd ita sit, hoc argumeto collige. Cū deus Israelitarū gentē ex Aegypto liberare,& iuxta promissionē patriarchæ factā à tyran nide Pharaonis asserere uellet, obluctante & detinere uolēte tūc Aegyptio:post uarias plagas ēt hāc postremam eis intulit, quasi faciēs ut Aegyptii suis manib⁹ extruderēt Israelitarū genus. Nā simul oia Ex.12.d. Aegyptiorū primogenita occidi fecit : uidissesq̄ in singulis domib.eiulatus & lachrymas. Neq̄ sic putabant finiri plagā,sed expectabant,ne mors in uia uadēs super oēs ueniret. Itaq̄ qua in Aegypto una oium primogenitorum mors fuit,Israelitæ aūt(diuina freti gratia)illæsi permanserunt : mōstrabatq̄ etiā p hoc oium deus suā erga illos beneuolētiā, & imperabat postea ut pp interfectionē primogeni-

Primogenitura.

G torum Aegypti, primogeniti Iudeorũ pueri sibi offerrentur. Hinc et trib. Leui in sanctũ ministerium
Ex.13.ab & .22.d. segregata est, & ex illo non solũ primogenita hoim
Leu.27.c oblata sunt deo, sed & brutorum, et in uniuersum
Num.3.b oĩum. Et p̃ceptũ erat, pro hominib et brutis et im-
& 8.c. mundis aialibus precium dependi. Quanuis autẽ
& c. legislatio hęc de primogenitis posterior fuerit: attamen iã suprà et olim uidebantur aliqđ habere priuilegiũ, q̃ uulnã matris primũ adaperiebant. Hanc igitur dignitatẽ, quã à natura habebat Esau: pp intemperantiã suam trãstulit in fratrem. Et ille quidẽ perdidit qđ à natura habebat: hic autẽ et quod nõ habebat à natura, accepit. Et qa hęc antea oraculo promissa erant, ideo et Rebecca appellatione ei indita, Iacob eũ uocauit: quod supplãtationẽ interpretari potes, Sicut et Esau post patris benedictiones eiulans dicebat, Rectè uocatũ est nomen eius Iacob: supplantauit. n. me iam secundò, et primoge
Gen.27.f nita mea accepit, et nunc tulit benedictionẽ meã.
Nominũ Vide quantus erat priscorũ intellectus, ut et mulie
propriorũ res nati nomina nõ temerè nec fortuitò imponerẽt
impositio H sed appellarent filios iuxta futurorũ p̃dictionẽ. Et
raro inuenies aliquos eodẽ nomine appellantes filios, uel fortè nusquã: sed siue mater, siue pater nomen filio impositurus erat, rarũ quoddã et nouũ imponebat. Ita et Lamech filiũ uocauit Noe, dicẽs: Hic nos requescere faciet. Ita si singula nomina scrutemur, oino in oibus inuenies aliquid insinuari: nõ sicut nunc faciunt simplr, et ut fortè euenit, à parẽtibus agnominare solent: sed oino illuc spectabãt, ut perpetuã memoriam filiis inderent. Cæterũ uideamus nunc post primogenitorũ permutationẽ, qđ iterum nobis narret beatus Moses de patre illorum, et quo. Sicut de patriarcha dictũ est, ita & de hoc legimus, qđ fame ingruente multã dei curã sensit, pp promissionem patriarchæ factã, et propter uirtutem propriam. *Facta est autẽ fames super terram, præter famẽ priorem quæ fuerat tpe Abraham.* Vt ne putes de illa fame eũ dicere, propterea subdidit: pter famem quæ erat tpe patriarchæ, alia similis nũc iterum fames uenit super terram tempore Isaac, qualis erat tpe patris illius. Et quia necessariorum raritas oẽs in summam angustiam concludebat: è suis migrare, & ad illa loca transire anhelabat, ubi rerum necessarium copiam inueniret. Vnde cũ iustus ille famẽ uideret, *Profectus est*, inqt, *ad Abimelech in Geraram: eò enim & Abraham post reditũ suum ex Aegypto uenerat.* Verisimile autem & hũc propterea illuc abiisse, quòd inde in Aegyptum cõtendere uellet: & quòd hoc ita sit, audi scripturam dicentẽ: *Visus est enim ei*, inqt, *deus, & dixit: Ne descendas in Aegyptũ.* Nolo te, inquit, longã illam uiam proficiscĩ, sed hìc manere uolo. Neq; permitto ut angustiã experiaris, sed promissionem patri tuo factã implebo, et q̃ illi promissa sunt, in te euenient: & tu illius promissionẽ, q̃ illi factæ sunt, impletionẽ accipies. *Ne descendas in Aegyptum, habita autem in terra quam tibi dixero, & peregrinus esto in terra hac.* Deinde, ut ne putet iustus, qđ hoc mperet quasi uolens eũ famis angustiã experiri, & non permittere ei transitũ in Aegyptũ, inquit, *Ne sis anxius, neq; curam habe: sed hìc mane, ego enim ero tecum.* Igitur cũ suppeditatorẽ bonorum oium habeas, ne sis solicitus: ego. n. dominus oim ero tecũ. Et p̃terea benedicam te, hoc est glorioſum te faciã, & benedictionẽ meam pbebo. Quid hoc iusto beatius, qui talem promissionẽ à deo accepit? *Quia ero* K
tecum, & benedicam te. Hoc te declarabit oibus feliciorem, hoc te afitũętem rebus oibus faciet, hęc est summa gloria, hæc est uera securitas, hæc est summa & caput bonorũ: quia ego tecum sum. Quo aũtem benedicã? *Tibi & semini tuo dabo oẽm terram hanc* Tu haberis, qđ in hac regiõe uersaris, quasi hospes & uagus: scias autem quòd tibi & semini tuo dabitur omnis terra. Et ut bene confidas, disce qđ iuramentum illud, qđ iurans iuraui Abrahæ, tecum sta tuam. Vide quo sermonem suum deus iterũ attemperat nostræ infirmitati. Non dixit simplr, pacta q̃ feci cũ patre tuo: neq; promissiones quas promisi sed quid? Iuramentum quod iurans iuraui, ipsum complebo, & tecũ statuam: & teneor, ut opere perficiam qđ iuraui. Vides dei misericordiã? non ad propriam dignitatẽ uidens loquitur, sed ad nostrã cõdescendens infirmitatem. Nam qa hoies (ferè semper) illa opere perficere student, nõ q̃ simplr promiserunt alicui, sed q̃ cũ iuramẽto promiserũt: simili modo & deus multas dat iusto certas coniecturas, quòd oino fient q̃ à se dicta sunt: quasi dicat, Scis ea q̃ à me iuramento firmata sunt, opere implenda. Quid igitur? Deus iurauit, inqt. Et per quem iurare potuit? Vides, quòd hoc erat suæ humiliationis: firmationẽ iuramẽti, uocauit iuramẽtũ. *Et statuam*, inqt, *iuramentum meum, quod iurans iuraui Abrahæ patri tuo.* Deinde docet eum q̃ sunt illa q̃ promisit, & de qbus ei iurauit. *Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli.* Hoc & patriarchę in pricipio dicebat: Tãtũ erit semẽ tuũ, ut et stellis & arenę adæq̃tur. *Et dabo*, inqt, *semini tuo oẽm terram istã, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Propterea promissiones q̃ illi factæ sunt, in te implebo, quod audiuit Abrahã pater tuus uocem meã, & custodiuit mandata mea, & iustificationes meas, & omnia legitima.* Vide dei sapientiã, quo erigit mentẽ iusti, & alacriorẽ reddit: & ut patris imitator fiat efficit. Nam si ille, inqt, qa meę obediuit uoci, tanta pollicitatione dignus habitus est, & pp illius uirtutẽ in te, q ex eo natus es, sum impleturus: si & ipse illius imitator fueris, & eãdem qua ille uia incesseris, cogita quantã apud me beneuolẽtiã habiturus sis M
& quanta mea cura te dignaturus sim. Nã si cui ob alterius uirtutẽ bene futurum est, si & ipse uirtute p̃ditus fuerit, multo maiore dign⁹ habebitur cura. Quid aũt est: Eo qđ obediuit uoci meę, & custodiuit mãdata mea, & p̃cepta mea, & iustificatiões? Dicebã ei, inqt: Egredere de terra tua, & de cognatiõe tua, & ueni in terrã quã demonstrauero tibi: relinq̃ q̃ in manibus, & incerta seqre. Et nõ fluctuabatur secũ, neq; negligens erat: sed cũ omni alacritate mãdatũ implebat, & obediebat uoci meæ. Iterũ q̃ super naturã sunt ei promisi, & cũ iam ætas eũ a spe deiiceret, & ultrà neq; ipse, neq; mater tua procreandę proli idonei essent, cũ audiret à me qđ semẽ eius in tantũ propagandũ ut oẽm terram esset impletura: neq; tũc turbatus fuit ratione, sed credidit. Ideo & i iustitiã ei reputatũ est: qa uirtuti meę credẽdo, & in promissionib⁹ meis spẽ habendo, humana infirmitate superior fuit. Et postq̃ tu natus es, cũ mater sua succenseret Ismaeli ex ancilla nato, & uellet eũ abigere à domo cũ Agar, ita ut nihil cõmune illi tecũ esset, licèt & illi patriarcha paterna & genuina dilectiõe bene afficeretur: audiẽs tamẽ à me, ut faceret qđ uisũ eẽt Sarrę, oblit⁹ naturalis dilectiõis,

A ancillã cũ puero, & semp obediuit uoci meæ, ac custodiuit p̃cepta mea. Deniq; cũ iussissẽ eũ, ut mihi in sacrificium offerret filium in senectute sibi concessum, & tã dilectum, nihil causatus est, neq; curiosius de p̃cepto inquiuit, neq; turbatus est mẽte, neq; rem cõmunicauit matri tuæ, neq; pueris, neq; tibi ipsi à se sacrificando: sed forti mente, & cõtenta alacritate festinauit, ut mandatũ meũ impleret: proin de uoluntatem eius coronaui, opus aũt ut pficeretur nõ admisi. Ea pp, quia in omnibus declarauit magnam obedientiam, & mãdatorũ custodiã, pro pterea tle illo natum, promisionũ q̃ illi factæ sunt facio hæredem. Imitare igitur illius obediẽtiam, & his quæ à me dicta sunt crede, ut multo pluribus remunerari dignus habeare, & pro patris tui uirtute, & pro tua obediẽtia: & ne descẽdas in Aegyptum, sed hic mane. Vidisti misericordiam, qũo per mentionẽ uirtutis patris, huius mentem roborauit? *Habitauit aũt Isaac in Geraris.* Vide qũo fermè in eadem pericula incidit ille, in quæ & pater eius. Nam cum
B domiciliũ haberet in Geraris, *Rogauerunt*, inqt, *uiri loci illius de uxore eius: & dixit, Soror mea est.* Timuit enim ne fortè occideret eũ, uicti pulchritudie uxoris, dicit. n. *Ne fortè occidant eũ uiri loci ppter Rebeccam, quia pulchra facie erat. Fuit aũt illic longo tẽpore. Abimelech aũt, cùm prospiceret per fenestram, uidit Isaac ludentem cum Rebecca uxore sua, & uocauit eum, & dixit ei: Profectò uxor tua est. Cur dixisti, Soror mea est?* Postq̃ ex coniecturis deprehẽsus est iustus, non ultrà negat: sed fatetur, & cãm manifestam affert, quare sororẽ uocandã cẽserit. Dixit. n. inqt, ne fortè moriar pp ipsam. Mortis timor me hoc agere coegit. Fortè aũt edoctus erat, quòd & pater talem actum instruxerat, & se saluarat, cuius uiã & ipse sequutus est. Sed rex adhuc habens recentẽ memoriam eorum, quæ tempore patriarchæ rapta Sarra tulerat, increpabat eũ, reumq; arguens dicebat: *Cur hoc fecisti? fere concubuisset quispiam de genere meo cum uxore tua, & induxisses super nos ignorantiam.* Hanc deceptionẽ, inqt, &
C olim sustinuimns à patre, & nunc nisi in tpe prosperexissemus, eadẽ laturi eramus. Et induxisses sup nos ignorantiã. Etenim & tunc p ignorantiã peccaturi eramus, & nũc quoq; pp ignorãtiã fermè in cã fuissẽs, ut in peccatum incideremus. Præcepit aũt Abimelech populo suo, dicens: *Omnis qui tetigerit hominem hunc, & uxorem eius, mortis reus erit.* Vide dei prouidentiã, & ineffabilem curam. Nam q dixerat ei: Ne descendas in Aegyptũ & habita in terra ista, & ero tecũ: ille erat q hæc oia dispensabat, & iustum in tanta cõstitiuebat securitate. Cõsidera. n. regem procurantẽ ut impauidè ibi agat, liberq; sit ab oĩ cura. Mortẽ. n. inquit, interminatus est oibus quicunq; tetigerint aut eum, aut uxorem eius. Quia. n. hic erat timor qui concusserat eius mentẽ, ppea & illũ auferri fecit misericors dominus, ut postea omnino securè ageret. Et uide qũo uariæ uiæ sint sapientiæ dei, & qũo omnia iuxta suam uoluntatem faciat, & in inuijs uiam inueniat, per illa ipsa q̃ maximè aduersa uidentur, salutẽ seruorum suorũ conseruans. Hinc. n. est, quòd rex ille tantã habet curã iusti, quasi p̃dicans eum omnibus ciuitatis suæ inhabitatoribus. & declarans q̃ gloriosus sit & summo honore dign⁹, quẽ & maximi faciebat. Sic & Nabucho donosor postq̃ pueros in fornacẽ iniecerat, & Dan.3.
re ipsũ cõprobauerat captiuorũ adolescentũ uirtutẽ, tũc p̃dicare eos cœpit, & ubiq; lingua sua fecit illustres. Hęc. n. potiss imũ magna dei uirtus est, quãdo facit ut p inimicos celebrẽtur ferũt dei. Et q cũ furore accẽdi fecerat fornacẽ illã: quoniã uidit qđ p supnũ auxiliũ puerorũ uirtus ignis actionẽ uinceret, repètè mutat⁹ clamauit dicẽs: Serui dei excelsi. Vide, nõ solũ illos excelsos p̃dicat, sed & dominũ uniuersorũ. Egredimini. Quid factũ ẽ? nõne tu eos tormẽto tradidisti? nõne tu intantũ fornacẽ flagrare p̃cepisti? Profectò, iqt, sed nũc uideo res admirabiles & nouas. Elementũ. n. hoc suę opationis oblitũ, q̃si uiculis qbusdã ligatũ, tãtã exhibuit obediẽtiã, ut neq; cõtingerẽtur illorũ capilli. Vnde uidere possumus qđ factũ supra humanã naturã est, & iefabilis q̃dã ac diuina uis, q̃ hęc opatur, tãtã puerorũ habet curã. Vidisti dei misericordiã, qũo nũquã derelinquat seruos suos? pmittit i fornacẽ iniici, sed eos uoles clariores facere, & suã uirtutẽ demõstrare. Vnde & barbari demulsit mentẽ. Neq; n. tã admirabile erat, si à principio prohibuisset eos i camiñ iniici: sicuti nũc admirabili⁹ & rarius factũ est, E
cũ in medio ignis existẽtes, nihil isuaue ferre pmittit. Nã quãdo uult, ẽt eos q in medijs sunt periculis & pœnis, potentiores facit: & eos q patiũtur, his q illos afligunt. Hoc & in aplis factum est. Nã qui eos urgebãt & adducebãt i mediũ, & q̃si dentib. fremebant inter se, dicẽtes: Quid faciem⁹ uiris istis? in manibus illos habebãt; & dubitabãt secũ, qd cũ eis faceret. Tãta, tãq; ualida res est uirt⁹, tãq; ibecillis malitia: ut illa quidẽ, licèt patiatur, uincat: hęc uerò & siqđ faciat, nihil proficit, q̃ quòd suã prodit infirmitatẽ. Id sciẽtes dilecti, magnã uirtutis habeamus rationẽ, & uitia fugiam⁹: ita. n. & supnã gratiã nobis cõciliabimus, & futura cõsequemur bona. Quę nobis oĩb⁹ præstet gratia & misericordia domini nostri Iesu xpi, cui sit & gl'ia & iperiũ cũ patre & spiritu sancto, & nũc & semp, & in secula seculorũ, Amẽ.

Homilia. liij.

Eliquias heri dictorũ opæpretiũ est hodie reddere uestræ charitati, & repetita sermonis serie iterũ uidere quatũ & iust⁹ Isaac superis grat⁹ & curę fuerit. Nã q ei prohibuerat descẽsum in Aegyptum, & dixerat: Habita in terra hac, & ero tecũ: ille in oibus tam clarum eum fecit, ut nõ multo post inuidiosus foret apud regẽ Gerarorum. Videntes. n. eius substantiam quotidie augeri, ægre tulerunt uiri ibi habitantes eius cohabitationẽ, & trãsmigrare ide coegerũt. Dignũ aũt est, ut ipsa scripturæ uerba audiam⁹, & p oia uideamus dei beneuolentiã, quã erga famulos suos declarat. *Seminauit aũt*, inqt, *Isaac in terra illa, & inuenit centuplicans hordeum in anno illo.* Considera obsecro, dei sapientiã, qũo ostẽdat iusto quòd ipse naturæ cõditor sit, & in reb⁹ difficilib. facilia oia facere queat, & q ab initio terram suo mandato fecerit idoneam ad proferendos fructus, idẽ nunc efficiat ut cẽtuplices reddat pro satis manipulos: & interim illũ in tanta affluentia constituit, ut nullius indigeat: atq; alij per opera discant quãta superna gratia iustus fruatur. Omnipotens. n. & sapiens deus re ipsa cõprobat q̃ benefaciat suis: & facit ut hi ẽt q adhuc in gentilitatis errore uersantur, suã uirtutẽ & potentiã addiscant. Hoc postea & in Aegypto fecit: illis enim pœnas irrogabat, Israelitas uerò illæsos conseruabat. Discebãt. n. nõ solũ per indignationem dei, qua ipsi pu-

G niebantur, oium opificis uirtutem: sed & p misericordiam, quã in illos exhibebat. Et illi iterũ nõ ex
sola misericordia & prouidẽtia, quã experiebãtur,
dicebãt immodicam dei bonitatem: sed etiam per
eos, quib. uidebãt tot plagas irrogari. Nã & in secũ-
dis & aduersis reb. diuina mõstratur uirtus. Et ele-
menta ipsa suo ministerio & obedientia conseruis
mõstrabãt, q̃ beneuolẽ domin⁹ erga illos afficieba-
tur. Et hoc utiq; uiderit aliqs in iusto cõtingere. Id
enim qd alioqui natura terræ non suscepit, hoc pp
mãdatũ uniuersorũ dei nũc profert tãta ubertate,
ut repentè ualde abũdans effectus sit Isaac. *Benedixit.n.* inqt, *eum deus, & exaltatus est homo, & proficiens maior factus est, donec magnus factus est ualde.* Nã quia
tunc abũdantia iustorũ erat in fertilitate terræ, &
in multitudine pecorũ: ppea dicit, Benedixit eum
deus, & exaltatus est hõ. Et non simplr abũdauit,
sed & maior, inqt, factus est, donec magnus factus
est ualde. Cõsidera quãtũ sit, pro his q̃ seminabat,
centuplũ accipere. Quòd si hoc tibi magnum uide
H tur, cõsidera imensam dei clementiã, quã processu
tpis erga nos declarauit. His.n.q bona in eum fidu
cia uirtutem exercẽt, non solum cẽtuplum promit
tit, sed & uitam æternã, & frui regno cœlorũ. Vidi-
sti misericordiã domini? uidisti beneficentiæ aug-
mentum? uidisti quantũ nobis largitus est unigeni
ti filij dei aduẽtus? & quo ieffabilẽ operũ cõmuta-
tionẽ operatus est? Hæc igitur unusq̃sq; apud se ex-
pendens, & uidens diuersitatẽ, & q̃ illis ante gratiæ
tps promitti solebat, & q̃ nunc post gratiæ tps: glo
rificet etiã in hoc immensam eius misericordiã, &
nemo tẽporum mutationi totũ ascribat. At iustũ
est ut ad seriẽ sermonis redeam⁹, & uideamus quo
Gerari uidentes affluere iusto opes, in æmulationẽ
prouocati, abigere eum inde conati sunt. *Aemulati sunt n.eum,* inquit, *Philistiim.* Deinde monstrare uo-
lẽs scriptura diuina, i quo emulationẽ declararũt,
subdidit: *Et oẽs fontes quos effoderant serui tempore patris eius, obturauerunt, & impleuerunt terra.* Cõsidera
quanta illorũ malitia, q & aquas iusto inuident: &
neq; rex q in tanta potestate erat, inuidiã continere
potuit: sed dicit, Abi à nobis, qa potẽtior nobis fa
I ctus es tu. Magna maleuolẽtia. Cui⁹ gratia abigis iu
stũ? nũ aliqua in re tibi nocuit? nũ iniuriã intulit?
Sed ita se habet iuidia, nihil cũ rõne opatur. Opor
tebat eũ spectare & attẽdere, quem oium deus tãta
gratia prosequebatur: & dei exẽplo magis fouere,
ei seruiẽdo: ut honore in illũ collocato, et ipsi diui
nũ sibi fauorẽ cõciliarent. Illi aũt non solũ hoc nõ
faciunt, sed expellere tentãt, ac dicunt, *Abi à nobis, quia multo potentior factus es, quã nos sumus.* Ita agere so
let inuidentia, non potest benigniter uidere aliorũ
felicitatẽ: sed felicitatẽ proximi suã putat infelicita
tẽ, & tabescit bonis proximi: id qd & hic fuit. Rex
enim, sub cuius potestate tota ciuitas erat, & habẽs
oẽs sub manu sua: peregrino, uago, huc & illuc mi-
grãti, dicit: Abi à nobis, qa potẽtior factus es quàm
nos sumus. Et uerè potẽtior erat, supnũ psidiũ ha
bens in oibus, dexteraq; dei munit⁹. Quò igitur abi
gis iustũ? ignoras quòd quocũq; eum ire coegeris,
semper erit in his q̃ domini sui sunt? Non docuit te
rerum experientia, quòd dei manus est, q̃ illustrẽ fa
cit, & cõseruat iustum? Quare igitur abigẽdo iustũ,
erga dominũ ingratitudinem declaras? & neq; ma-
gna uiri mãsuetudo tuã domare potuit iuidiã, sed
uictus, iuidiã ope cõples, & iterũ migrare eũ cogis, K
q in nullo te lęsit? Nescis quòd licèt in ipsissimã lo-
litudinẽ eum fugaris, habebit tamẽ potentẽ domi
nũ, q se iuuare (sicut & illic factũ) & multo clario-
rẽ facere nouit? Nihil.n.fortius, q̃ frui superno præ-
sidio: sicut nihil infirmius, q̃ eo auxilio destitui. Vi
disti dilecte, & regis Gerarorum & omnium qui ibi
habitabant mentis malitiã? Vide & iusti magnam
mansuetudinẽ, qũo non superbiuit: neq;, uidens di
uinam sibi gratiã assistere, contra regẽ, fretus com
militãtis uirtute, insurrexit: sed quasi uir oi patroci
nio carens, & nullũ auxilium alicũdè expectans, fa
ciebat qd sibi p̃cipiebatur, & statim illinc discesit:
& ulterius progressus, represit affectionũ ttãmã, si-
mul & eximiã suã mansuetudinẽ declarãs, & suam
affectionẽ consolans. Et *abijt inde, & habitauit in ual
le Gerarorum.* Et id qd discipulis suis oibus xps ad-
ueniens p̃cepit, dicens: Quando persequentur uos, Mat.10.c
fugite in alium locũ: hoc ille iam operibus decla-
rabat. Et sicut Dauid Saulis magnã inuidiã repri- 1. Re.19.
mebat, secedẽs & subducẽs se, & illius refrigerabat & seq.
calorẽ: eodẽ sanè modo & iustus ille aplicum illud L
implebat: Date locũ iræ. Et relicta ciuitate, exijt in Ro.12.d
uallẽ. Cæterũ uide, quãtã iterũ mansuetudinẽ præ
se tulit. Neq; n.hic finis est molestiarũ: nam cũ etiã
illic esset, & fontes effodere uellet, rixari tẽtauerũt.
*Foderunt.n.inquit, puteos, quos antea pueri patris eius fece
rãt, & obturauerunt eos Philistiim, postquã mortuus est
Abrahã pater eius: & imposuit eis nomina, quæ pater suus
imposuerat. Et foderunt,* inquit, *pueri Isaac, & inuenerũt
puteum aquæ uiuentis: hoc est, defubtus scaturientis, & liti
gauerunt pastores Gerarorum, dicentes suas esse aquas.*
Et nihil hic contẽdit iustus, neq; obluctatur, sed ẽt
pastoribus cedit. Hæc.n.uerè mãsuetudo est, non
quando quis offensus mansuetè fert: sẽ quando qs
ab his ẽt qui inferiores putantur offenditur, cedit.
Sic rectè cognoscitur mãsuetudo eius q inuaditur.
Nam aliãs contradiceret quis, quòd mãsuetudinẽ
simulasset: qa non posset potentiæ offendentis resi
stere. Et ut discas, quòd regi cesserit non pp potẽtiã
eius, sed suo more: uide qũo idem apud pastores fa
cit. Et sicut ille dicebat, Recede à nobis: & statim
accepto mãdato abscesit. Ita & nũc, pastorib. læde M
re cupientib. & puteũ sibi uindicantib⁹, recedit. Et
ut ppetuò posteri scirẽt hãc iniustitiã, nomẽ impo
nit fonti ex eo qd acciderat. Enimuero qa manife-
stã admiserãt iniustitiã, uocauit nomen fontis loci
hui⁹, iniustitia. Et erat postea, q̃si i colũba ærea, po-
steris nomẽ loci doctrina & mãsuetudinis iusti, &
maleuolẽtię illorũ. Nomẽ loci faciebat, ut q̃qs ro-
garet q̃re nã sic diceretur, addisceret & hui⁹ uirtutẽ,
& multã illorũ malitiã. Et aiaduerte qũo ẽt hic suã
aget uirtutẽ, p oia declarãs suã mãsuetudinẽ: & illi
excellẽtia malitię, ẽt iuiti iustũ illustriorẽ reddere
attentãt. Neq; n.contẽti sunt his q̃ fecerãt, sed iterũ
insidiãtur, cũ aliũ fodissẽt fontẽ. *Profectus.n* inqt, *il-
linc, fodit fontẽ alium: litigabant aũt de illo, & nomina-
uerunt eum inimicitias.* Hic iterũ aiaduerte iusti pru-
dẽtiã. Nõ oino puteũ (ut uidetur) abstulerũt, sed cõ
tẽdebãt: & uisa mãifesta iniustitia, discesserũt. ppea
inimicitias eũ appellauit, qd inimicitiarũ fuissẽt oc
casio. Cęterũ quotidie (ut sic dicã) talia ferẽs ab his
q regionẽ icolebãt, nõ grauati tulit, nõ abiecto fuit
aio, nõ cogitauit secũ, neq; dixit: Ecce ne fontis qdẽ
ut sim dũs, mihi datur, an nõ supna gratia destitut⁹
sum?

A sum? an nõ dominus abiecta cura, mei oblitus est?
Nihil talium uel dixit, uel cogitauit: sed oia magna
cũ mãsuetudine tolerauit. & idcirco dignus fuit ha
bitus q ampliori diuino auxilio adiuuaretur. Nam
ea q̃ euenerũt (ut ita dicã) exercitatio q̃dam fuere
uirtutis iusti. Dicit: *Profectus illinc fodit fontẽ alium, & non contẽderunt super illo: & agnominauit nomen eius latifundiũ, dicẽs: Propterea nũc dilatauit nobis dominus, & crescere nos fecit super terrã.* Vide gratitudinẽ iusti.
Nã cũ priores fontes diripere tẽtarẽt, nõ ęgrè tulit,
non obluctatus est: sed in sola fontiũ appellatione
malitię illorũ indelebilẽ reliqt memoriã. Hic uerò
quia nulla fuerũt obstacula, sed absq; omni pa-
uore laboribus suis frui licuit, totũ tribuit deo. Vo-
cauit enim, inqt, *fontẽ illum, latifundiũ: & deinde inter-
pretatus uocabulũ, dicit: Propter hoc latifundiũ uoco, quia
dilatauit dominus & auxit nos super terrã.* Vidisti piam
mentẽ, qũo nõ facta mẽtione tã atrociũ difficulta
tum q̃ obstiterãt, bonorũ tantũ meminit, & pro il-
lis gratiam deo offert, & dicit: Quia dilatauit domi
B nus nobis, & auxit nos super terrã. Nihil.n.tã gratũ
deo, ut aia grata & gratias agens. Nam cũ innume
ris beneficiis quotidie oẽs nos prosequatur, siue ea
sciamus siue ignoremus, siue uelimus siue nolim⁹:
nihil tamen aliud à nobis exigit, q̃ habere gratias
pro his q̃ nobis facta sunt, ut pro illa ipsa gratiam
actione ad ampliora danda prouocetur. Et ut scias
qũo iustus ille, ob magnam suam gratitudinẽ iterũ
supernè meruerit illustrari. Nã quoniã condignum
suę uirtutis specimen exhibuerat, & apud Geraros,
& cùm rex eum expelleret, & cum pastores puteos
auferrent: misericors dominus, ueluti cõfirmatur⁹
eius alacritatem, iam ob insignẽ illã mãsuetudinẽ
eum charum habens: post q̃ uenit illinc ad fontem
iuramenti, uisus est ei dominus in nocte illa, & di-
xit: *Ego sum deus Abraham patris tui, ne timeas: tecum.n.
sum, & benedixi te, & multiplicabo semen tuum propter
Abraham patrem tuum.* Visus est ei, inqt, in nocte illa.
Cõsidera dei solicitudinẽ: ut illũ refocillet ac fidẽ-
tiorẽ faciat, apparet ei, & dicit: Ego sum deus Abra-
C ham patris tui, q̃ patrem tuum glorificaui: & pere-
grinum ac aduenã, illustriorem oibus incolis feci.
Ego sum ille, qui hunc ita crescere feci, & in oibus
curã eius gessi. Ego sum, ne igitur timeas, ne te per-
turbet, & mirum uideatur qd ab Abimelech sis ex-
pulsus, qd à pastorib. sis iniuria affectus. Multa ta-
lia & pater tuus ptulit, & ide glorioſior effectus est.
Ne igitur hoc te terreat: ego.n.tecũ sum. Idcirco fie
ri hęc pmitto, simul uolẽs & declarare tuã uirtutẽ,
& manifestari mentis illorũ prauitatẽ, ut & pp hæc
coronem Tecum.n.sum, ideo & inuictus eris, & in
festantibus potentior, & inuadentibus fortior. Et
tantã tui curam habebo, ut inuidiosus illis sis futu
rus: Ego.n.tecum sum, & benedicam te, & multipli
cabo semen tuum, pp Abraham patrem tuum. Cõ
sidera misericordiã dei. Nam cũ dixisset, Ego sum
deus Abrahę patris tui: ostendit qũo sibi uendica
uerit, & propriũ fecerit patriarchã. Et ita dignatus
est deus se uocare deũ Abrahæ. Et dominus orbis
ac conditor, unius hominis deũ se dicens, nõ con-
cludit & abbreuiat cũ patriarchæ appellatiõe suũ
dominiũ, sed magnã in illũ suã beneuolentiã mon
strat. Ita, inqt, eũ mihi feci proprium, ut apud me re
putetur tantus quãti alij oẽs. Ideo & multiplicabo
semen tuum pp Abrahã patrẽ tuum. Multas, inqt,
illi debeo retributiones ob suã in me obedientiã: D
igitur pp illũ multiplicabo semẽ tuũ. Interim & iu-
stũ ad æmulationẽ patris sui prouocauit, mõstran
do sisem illi uirtutẽ postq̃ autẽ tãta ei bona promi-
sit. *Aedisi cauit,* inqt, *ibi altare, & inuocauit nomẽ domini
& fixit illic tabernaculũ suũ.* Quid est, ædificauit illic
altare? Gratiarũ actiones, inqt, illic domino obtu-
lit, qd tãtã pro se gesserat solicitudinẽ. *Et foderũt illic
pueri Isaac fontẽ.* Et fit securus iustus: nam q dixerat,
Ego tecũ sum, & benedicã te, & multiplicabo semẽ
tuũ: ipse sil' eũ & illustrauit, & oibus fecit spectabi
lẽ'. Itaq; uide Abimelech illũ q abigere eũ conatus
est, & dixit: Abi a nobis: nũc ad eũ ueniẽtẽ: dicit. n.
*Iuit Abimelech, et pfectus gynæcei, & dux exercitus, et di
xit eis Isaac. Quare uenistis ad me, uos autẽ odio me habui
stis, & expulistis à uobis?* Vide obsecro, quãta mãsue-
tudo iusti. Vidẽs eos à qbus fugatus erat, & q tanto
eũ odio fuerãt prosequuti: nunc cũ supplices ad se
uenirẽt, nõ supbiuit cõtra eos, nõ elato fuit aio, sed
mẽmor eorũ q̃ sibi à domino fuerũt dicta, neq; uir
tute domini fretus insurrexit contra regẽ: sed iterũ E
cõsuetã mãsuetudinẽ p̃ se ferẽs, cũ magna lenitate
uerborũ dixit eis: Quare uenistis ad me, uos autem
odio me habuistis, & à uobis expulistis? Quare, in
qt, cẽsuistis ut uobis ueniẽdũ sit ad me abactũ, &
odio habitũ? Et dixerũt: *Videntes uidimus quia domi-
nus tecũ, & diximus: Fiat iuramẽtũ inter nos & inter te,
& disponemos fœdus tecũ, ut ne feceris nobiscũ malũ, sicut
nos nõ abominati sumus te, & qũo te bene sumus usi, et di-
misimus te cũ pace, & nũc benedictus tu à domino.* Vide
quãtũ mãsuetudinis robur, & quãta uirtutis potẽ-
tia. Nã q pridẽ abegerãt, nũc ueniũt ad pegrinũ, ad
uirũ ciuitate carentẽ, ad erronẽ: & nõ solũ satisfa-
ciũt, & excusant se de his q̃ cõmiserãt, sed & pctorũ
ueniã petũt, & p̃dicãt iustũ, & indicãt unde su⁹ me-
tus, & cõfitẽtur suã infirmitatẽ, et iusti magnã testã
tur uirtutẽ. Quid.n.forti⁹ eo q secũ habet deũ? Vidẽ
tes, inqt, uidim⁹ qd dominus tecũ est. Vnde uobis
illa sciẽtia? Profectò, dicũt, res ipse nos docuerunt.
Vidim⁹ qd abact⁹ abigẽtib. fortior fact⁹ es, & ex re-
rũ serie contẽplati sum⁹ qd supno auxilio niteris. F
Hoc aũt diunæ dispẽsatiois opus est, qd mẽs eorũ
obstupuerit iustũ, & qd hoc cognouerint. Quoniã
igitur, inqt, domin⁹ tecũ: fiat iuramẽtũ iter nos. Vi
de qũo impellẽte cõsciẽtia semetipsos reprẽdere se
stinãt, cũ null⁹ alius cogat, uel facta obiiciat. Nã ni
si iniuriã fecissetis, q̃re à iusto petitis ut cõpetur
fœd⁹ uobiscũ? Sed ita se habet iniustitia, quotidie
cõsciẽtia mordet, & silẽte eo q offensus est, pœnã &
rõnẽ exigi putãt q iniustitiã sunt opati: & quotidie
angũtur, & q̃si sibimetipsis p̃scribũt pctorum suo-
rũ exqri rõnem: id qd & illis euenit. Sit, inqt, iura-
mentũ inter nos & inter te. Deinde dicunt & q̃le iu
ramẽtũ fieri uolũt. Et ineamus fœdus tecũ, ut ne fe
ceris nobis malũ, sicut nos nõ sumus te abomina-
ti. Vide qũo pugnãtia inter se p̃ mẽtis angore & tur
batione loquũtur: ne fiat nobis malè. Quare sic ti-
muistis iustũ, uidẽtes qd tantã p̃ se ferat mãsuetudi
nẽ erga eos q lacessebãt? Sed incorrupt⁹ iudex mẽ-
tẽ eorũ excitauit, & aiaduerterunt qd erga iustũ tã
ingrati fuerint: ppea præ timore & formidine nõ at
tendunt, qd diuersa & pugnãtia loquãtur. Ne fece
ris, inqt, malum, sicut nos te nõ abominati sumus.
Quare igitur abegistis? Verũ iust⁹ nõ petit rõnẽ neq;
expostulat, neq; arguit ea q̃ ab illis dicta. Et qũo,

inquit, bene te usi sumus, & dimisimus te cũ pace, & nũc tu benedictus à domino. Vides qđ supernã pœnã timuerunt? Sciuerunt.n. qđ licèt ipse propter humanitatẽ suam non ulciscereturq̃ fecerant, sed is qui tantam eius curã agebat, repetiturus esset rationem eorũ q̃ in iustũ facta sunt: ea propter placãt iustum, & cõponi cũ eo student, simul & pro his q̃ facta erant ronem reddentes, & in futurũ securitatem sibi conciliantes. *Et fecit eis*, inqt, *conuiuium, & comederunt & biberunt. & cũ surrexissent mane, iurauit unusquisq; proximo suo, et dimisit eos Isaac, & discesserũt ab eo cũ salute.* Vide iusti benignitatẽ, quo cũ eis absq; ullo uindicandi cupiditate loquitur: & non solum obliuiscitur eorũ q̃ in se facta, sed magna hospitalitate illos excipit. Fecit.n. eis conuiuium & comederunt & biberunt. Conuiuio satis certa dat argumẽta, se nõ fore memorẽ eorum q̃ in se commiserant. Et dimisit eos, inqt, & abierunt cũ salute. Significauit per hoc diuina scriptura, qđ magno cũ timore aduenerãt, periculum expectantes: & de salute sua
H omni (ut ita dicam) anxii ut excusarent se, ad iustũ contenderunt. Vidisti quo nihil fortius uirtute? nihil potentius supernis auxiliis freto? Postea dicit: *In die illo abierunt pueri Isaac, & foderunt fontẽ, & dixerunt: Nõ inuenimus aquã. Et uocauit eum iuramentum. Et idcirco uocatur locus ille: puteus iuramẽti, usq; in hodiernũ diem.* Vide & hic, ex his q̃ facta sunt loco nomẽ impositũ. Nã quia effosso fonte nihil iuenerũt in die illo, quo iuramenta inter se fecerũt, Puteũ iuramẽti uocauerũt nomẽ loci, ut factorũ duraret memoria. Vidisti quo iustus ille, q̃ neque à lege eruditus fuit, neq; ad aliquẽ uirtute pditu respicere potuit, sed patris uestigia sequutus, & ductus à cõscientia humanæ naturæ insita, tam bonis morib. pditam egit uitã? Quæ n.ab eo facta sunt, non solũ mãsuetudinem indicabant iusti, sed & pcepta xpi suis illum operib⁹ implere ostendebant. Nam id qđ xps discipulis suis præcipiens, & admonens dicebat, ne solos diligentes diligerent, sed & inimicis charitatẽ exhiberent: hoc ille nunc multo antea implet, & tã
I ta hospitalitate tractat eos, q̃ ita oderãt: oẽmq; uindictę cupiditatem aio suo exclusit. Qua igitur nos uenia digni erimus, q̃ post tantam doctrinã, & saluatoris pcepta, neq; ad huius iusti mensurã peruenire ualemus? Et qđ dico, ad eius mẽsurã, neq; propè adstare possumus. Tanta.n. nunc malitiæ abundantia obduxit oia, ut rarum nunc sit, & diligẽtes diligere. Vnde igitur nobis salutis spes, si publicãis deteriores fuerimus. sicut dicit xps: Si diligitis diligẽtes uos, qđ ampli⁹ facitis? nõne & publicani hoc
Mat.5.g. faciunt? Et xps quidem uolens nos ad summũ uenire fastigiũ, illis superiores uult esse, nos autẽ inferiores sumus. Et qđ dico, publicanis? deteriores & latronib⁹, & sepulchorum direptoribus, & homicidis. Etenim & hic oẽs diligũt eos q̃ erga se bene affecti sunt, & fæpenumero ẽt pro dilectis periclitãtur. Quid igitur fuerit nobis miserabilius, qui tantã à domino misericordiã nacti sumus, & innumera mala facientib. deteriores inuenimur? Obsecro igitur, ut cogitemus & supplicii magnitudinẽ, & cõfusionis q̃ alibi futura est grauitatem, & uel saltẽ nũc nostrã agnoscamus generositatẽ, & obtẽperemus doctrinæ xpi: & non solũ diligentes diligamus germanẽ, omni odio & rãcore ab aiabus nostris elimi nato: sed & eos q̃ hostiliter nos persequuntur, diligere studeamus: neque.n. aliter saluari nos possibile erit. Et hac incedentes uia, ẽt magis illos diligere studeamus, utpote eos q̃ nobis innumerorum bonorum sunt authores. Sic.n. & peccatorum nostrorum remissionẽ inuenire, & humiliata mẽte & contrita aia deo pcari poterimus. Quia cùm aia ab oi odio libera mente tranquilla est, dominumq; sedulò inuocat, multam sibi supernè gratiam conciliat. Quæ nobis oibus concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu xpi, cui gloria & imperium cum patre & sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia.liij.

Ge & hodie, si placet, aggrediamur ea q̃ heri dicta sunt: & singula, quantũ nobis cõcoditur, aperiamus, ut domũ cũ utilitate aliqua redire possimus. Videamus igitur, q̃ primũ lecta sint. *Erat autem Esau*, inqt, *annorũ quadraginta, & accepit Iudith, filiã Beothi Chetthæi in uxorẽ, & Basemath filiam Elon Euæi: & exasperabant Isaac & Rebeccã.* Vide quanta ex paucis uerbis addisci possunt. Quare.n. nobis numerum annorũ signauit? nõ absq; causa, sed ut discamus decrepitam ætatẽ Isaac: qa iam prouectus erat ætate. Nam si memores fuerimus eorũ q̃ antea dicta sunt, & qđ quando accepit Rebeccã, & ipse quadraginta annorũ fuerit, quãdo autẽ nati sunt ei pueri, fuerit annorũ sexaginta: scimus quòd nunc cẽtenarius sit, & in profundissima senectute. Quoniã posthac narraturus est, qui præ senio hebetatos oculos habeat: ideo numerũ annorũ Esau signat, ut inde tps Isaac scire possimus: ppea dicit, Erat autẽ Esau annorum quadraginta. Vt sciamus pueri temeritatẽ, quòd uxores ducebat à gentibus, à quibus nõ oportebat. Declarat nobis, quòd una fuerit ex genere Chettæorũ, alia ãt ex genere Euęorũ, quãuis saltẽ didiciſſe eũ oportebat ex his q̃ patriarcha tãta diligẽtia fecerat, pcipiẽs seruo suo, ut de cognatione sua filio Isaac adduceretur uxor. Et qđ mater ipsorum Rebecca nihil tale uoluerit, q̃ ex Charris uenerat. Verũ ut statim in initio suos mores indicet, prior illas duxit. Et ut sciamus quã ma- M
lè moratę mulieres fuerint, dicit scriptura: Et erant exasperãtes Isaac & Rebeccã. Et qđ est hac malitia peius, quando illæ q̃ oẽm honorẽ impẽdere debebãt, nõ solũ hoc nõ faciũt, sed & ad cõtentionẽ paratæ sunt? Hæc autẽ oia nõ absq; cã historia nobis tradit: sed ut postea cũ uideris Rebeccã Iacob maiori beneuolẽtia prosequ, discas qđ nõ iniuria rẽ eã fecerit. Iã autẽ ne seriẽ cõtextus pueniamus, scripta ipsa sequamur. *Factũ est autẽ postquã senuit Isaac & hebetati sunt oculi eius ad uidendũ.* Iã.n inqt, præ senio uidere nõ poterat. *Et uocauit Esau filiũ suum natu maiorẽ, & dixit ei: Fili mi, ecce senui, & nescio diẽ mortis meæ: nũc igitur sume uas tuum, & pharetrã, et arcum, & egredere in cãpum, & uenare mihi uenationẽ, et fac mihi edulia, sicut ego amo, & affer mihi ut comedã, quò benedicat te aia mea priusquã ego moriar.* Hic, obsecro dilecte, aia duerte indicibilem dei sapientiam, & quo pater qdem geminam præ se ferens dilectionem, hęc imperauit Esau. Deus autem', sapiens & omnipotens dominus, per Rebeccã suam pdictionem impleri facit docẽs nos, quantũ ualeãt uirtus et morũ suauitas. Ille.n. et ob ætatem, et ob primogenituram, et ob patris erga se affectionẽ primatũ se habere putans, simul destitutus oibus inuẽtus est: quia q̃ in se erãt,

A afferre noluit: hic aũt, quia & domestica erat uirtute pditus, & uirtutẽ supnã habuit subsidiariã, etiã inuito patre illius benedictionem arripit. Nihil.n. fortius eo q̃ dextra illa adiuuatur. Vide igitur diligenter oia, ut discas dispensationis excellentiã. Et qũo hic quidem illa gratia fretus, magnũ in oibus auxilium & cooperationẽ adipiscitur, ut patris in eo impleatur benedictio: ille autẽ oia amittit, perdens semetipsum pp morum iniquitatem. *Rebecca autem*, inquit, *audiui loquentem Isaac cum filio suo. Iuit autem Esau in campũ, ut uenaretur prædã patri suo. Dixit autẽ Rebecca ad filium suum iuniorem.* Quare adiecit iuniorem? qa superius dixerat, Vocauit Esau filiũ suũ natu maiorẽ, ut discam⁹ cui nũc loquatur Rebecca inquit: iuniorẽ, hoc est, Iacob. *Audiui*, inqt, *patrẽ tuũ loquentem, Affer mihi uenationẽ, & fac mihi edulia, ut cũ comedero benedicã te corã domino, priusquã moriar ego. Hæc quidẽ audiui patrẽ tuũ cũ fratre tuo Esau loquentem Nunc igitur fili audi me, sicut ego tibi pcipio, & uade ad oues, & sumito mihi inde duos hœdos teneros & bonos, & faciã ex eis edulia patri tuo, ut amat: & inferes patri tuo,*
B *& comedet, ut benedicat te pater tuus priusquã moriatur ipse.* Vides magnũ matris amorẽ, imò dispẽsationẽ dei? Ipse.n. est, q ei hoc consilium dedit, & oia bene agere fecit. Vidisti matris optimũ cõsiliũ? Vide & Iacob prouidentiam: & qũo respondens, suorũ morum indicat mãsuetudinem. *Dixit autem matri suæ: Est frater meus uir hispidus, ego autẽ uir leuis: ne fortè contrectet me pater meus, & ero ante eũ quasi cõtemnens, & inducã mihi ipsi maledictionem, non benedictionem.* Magna pueri gratitudo, & in patrem reuerẽtia. Timeo inqt, ne in diuersum eueniãt studia mea, ne uidear aduersari patris sniẽ, & pro benedictiõe maledictio nẽ mihi adducã. Quid igitur Rebecca, admirabilis illa & amans filii? Quia non ex sua tantũ sniia facie bat, sed & diuino ministrabat oraculo, ideo omni studio cõatur eximere puero metũ, & addere aios, ut consiliũ perficiat: & nõ promittit ei qđ possit de ludere patrẽ, & latere. Sed quid? *In me recidat maledictio hæc fili mi: tantũmodò obedi uoci meæ, et uadens affer mihi.* Et si fuerit aliqd tale, inquit, nihil tibi nocebit. Ne
C igitur timeas, sed bene fidẽs obedi uoci meę, & fac q̃ tibi cõsuluntur. Hęc uerè materna dilectio est, ut pro puero parata sit oia ferre. His dictis puerũ à timore liberauit. *Cùm igitur abiisset, sumpsit & attulit matri suæ, & fecit edulia, sicut amabat pater suus. Et ut sumpsit Rebecca*, inqt, *stolam filii sui senioris pulchrã, quã habebat domi, induit Iacob filium suũ iuniorem, & pellibus hœdorũ brachia eius, & nuda colli eius circundedit, & dedit edulia & panes quod fecerat in manus filii sui, & obtulit patri suo.* Vide, obsecro, hic Rebeccę cũ magna dilectione coniunctã rarã sapiẽtiã. Nam qa superius dixit, quòd ille quidẽ hispidus esset, hic uerò leuis: Stola, inqt, Esau induit eum, & pellib⁹ circundedit eum, & cùm undiq; eum ad deceptionem instruxisset, datis edulijs & panib. in man⁹, effecit ut patri afferret. Considera hic, qũo oia superna gratia euenerint. Nam quando qđ à nobis est offerimus, largiter diuinam operationẽ cõsequimur. Nam ut ne desides & supini simus, uult ẽt nos aliquid conferre: quò sic sua declaret, & nõ totũ sit supni auxilii, sed oporteat ẽt nos aliquid simul afferre. Neq; à nobis iterum exigit totũ: sciens infirmitatis nostrę excellentiã, & suam seruans misericordiã. Et uolẽs occasionem aliquam offerre, ut suam declãret libera

D litatem, expectat ut afferamus q̃ à nobis sunt: id qđ & nunc factum est. Nam quia Iacob & Rebecca secerunt ea q̃ à se fieri oportebat: & ille quidẽ obediuit consilio matris, hæc autẽ oia quæ ad se attinebant impleuit: tũc ultrà bonus dominus perfici fecit magna facilitate qđ oium erat difficillimum, ne fieret actus istius impostura manifestus Isaac. *Postquã autem attulit edulia patri: dixit ad eũ, Quis tu es fili? Et dixit Iacob ad patrem suum: Esau primogenitus tuus: feci tibi sicut loquutus mihi es. Surge ergo, sede & comede de uenatione, ut benedicat me anima tua.* Cõsidera hic, obsecro, quãta cũ anxietate uerba hæc loquut⁹ sit Iacob, q̃ principiò dixerat matri: Timeo ne inducã sup me maledictionẽ, & non benedictionem: nũc in quãto timore cõstituatur uerisimile est, q tãtum actum simulat. Verùm quia deus erat qui cooperabatur his quę fiebant, omnia opere sunt impleta. Quid igitur? cooperatúsne deus est mẽdacio? Dilecte ne indages tantum quod fit, sed attẽde etiã scopũ, & quòd non factum sit tpalis cõmodi uel auaritię causã, sed quòd patris benedictionẽ sibi cõparare studeret. Alioq; si ita simpli⁹ quæ fiunt exquisiturus es, uide ne & patriarchã puericidã, & Phinees E
homicidam dicas: uerùm neq; Abraham pueri homicida, sed & ualde ei affectus, siq̃s alius: neq; Phinees homicida, sed zelotes. Vterque.n. quod deo probabatur, faciebat: atq; ille per obedientiã multam à deo remunerationẽ promeruit, hic uerò pp zelum prædicatur. Dicit.n. Stetit Phinees, & placatus est. Si igitur homicidium & puericidiũ placuerunt, quia iuxta dei sniam fiebant, ne attendamus Ps.105.c.
ad facta, sed ad scopum eorum quæ fiebant, & ad uoluntatẽ eorũ q̃ fecerunt: multo magis & hic expendendũ fuerit. Ne igitur hoc considera, qđ mentita fuerint q̃ dicebantur à Iacob: sed illud cogita, qđ uolens deus prædictionẽ impleri, oia ut sic fiãt dispẽsauit. Et tu scias, qđ deus oia facilia reddebat, etiam quæ difficilia: unde qũo iustus non potuit subolere fraudem, sed persuadetur dictis Iacob, & cùm edulia ista comedisset, benedictionibus eum remunerauit. Et nõ prius à uenatione affuit Esau, quousque omnia sunt impleta: ut per omnia sciamus, uoluntate dei hæc gesta esse. *Dixit autem*, inqt, F
Isaac: Quid hoc, quòd tam statim inueniſti fili? Ille autem, dixit, Quod tradidit dominus deus tuus corã me. Adhuc in angustiis stabat Iacob, augebaturq; plurimũ timor ei⁹. Verũ hęc oia ppea facta sunt, ut discamus rebus ipsis quòd non simpli⁹ dominus suam declaret solicitudinẽ & prouidentiam, nisi uiderit & nostrum accedere seruorẽ. Ne.n. prætereas obiter hũc agonem, sed consideres quòd causæ totius atque salutis erat piculũ: & timebat & tremebat, ne pp benedictionẽ fieret omnis maledictiõis reus. *Deinde*, inquit, *Appropinqua mihi, & contrectabo te fili, an fis filius meus Esau, uel non.* Etenim ob uocem placidiorem dubitabat iustus: sed qa dispensatio implenda erat, nõ pmisit deus ut dolus sentiretur. Appropiauit aũt & cõtrectauit eũ, & dixit: *Vox quidem uox Iacob, manus autẽ manus Esau: & non agnouit eum.* Vide qũo ostendit qđ uniuersum à dei gratia erat: quia efficiebat ut ipse nihil horũ attẽderet, & Iacob paterna frueretur benedictiõe. Et nõ agnouit eũ, inqt, *Erant enim manus eius sicut manus Esau.* Vide iterum, qũo ostendit diuina scriptura quòd dubitauerit iustus. *Dixit enim*, inquit, *Num tu filius meus Esau.*

G Vt ex hoc quoq; sciam⁹, quòd pater uictus naturali affectione, oia fecerit. Deus aũt futura pręcognoscens, & ex morũ uirtutib. inter nos & seruos suos res disponit. Et dixit Iacob, Ego. Postq̃ dixit, Nũ tu es Esau filius me⁹? & dixit, ego: dixit igitur, Affer itaq; mihi, & comedã de uenatione fili, ut benedicat te aia mea. Vix tandẽ à cura soluitur Iacob, & attulit patri edulia, attulitq; uinũ & bibit. Et dixit ei, *Appropia mihi, & osculare me fili. Et ut appropiauit, osculatus est eũ: & odorauit odorẽ uestimentorũ eius, & benedixit eũ, ac dixit.* Vide diuinę scripturæ obseruationẽ. Postq̃ interrogauit, Num tu es Esau? & dixit, Ego. Et iterũ cõtrectauit eũ, & subdubitabat, & ex uoce penè simulationẽ attẽdisset: iterum interrogauit, Nonne tu es filius meus Esau? Et dixit, Ego. Et postea attulit ei, & comedit. *Tunc*, inqt, *osculatus est eum, & benedixit eũ.* Nã ut neqs opinetur quòd in psonam Esau benedictionẽ fecerit, sed in illũ à quo osculatus est: ppea commemorat diuina scriptura, quòd osculatus est, & benedixit illũ à quo osculatus est.

H *Oderatus est. n. odorẽ uestimentorũ eius, & benedixit eũ, & dixit: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, quẽ benedixit dominus. Et dabit tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, & multitudinem frumẽti & uini. Det*, inquit, *dominus deus tibi, qui edulia attulisti, qui à me osculum accepisti: & seruiãt tibi gẽtes.* Vide quo necessario rũ copiã adduxit, deinde principatũ gentiũ prædicẽs, & futurã ei⁹ religionẽ, & icremẽta q̃ inde nascũtur. *Et adorent te principes.* Nõ solũ ei apprecatur gentes subdi, sed & principes. *Et sis dominus fratris tui.* Vide quo seruit iustus, ẽt ignorãs, dei uoluntati. Oia enim hęc pp hoc dispensabantur, ut hic pp uirtutẽ dign⁹ recipiat benedictionẽ. *Et adorent te filij patris tui.* Filios cõsueuit scriptura uocare oẽm generationem: sicut & hic, filios patris tui: quasi diceret aliquis, eos q ex semine Isaac futuri. Non. n. alios filios habuit Isaac, q̃ hos duos solos. *Qui maledicit te: sit maledictus: qui benedixit te, sit benedictus.* Ecce & coronas benedictionis, ecce summam oium bonorum, esse benedictũ. Vidisti dei misericordiã? Qui timuerat ne maledictionẽ accipet pro benedictione, nõ solum cũ tanta largitate benedictiones à patre reI portat: sed & illi maledicũtur, q attentãt eũ maledicere. Hinc discamus, quãdo qs iuxta uolantatẽ domini sua dispẽsare uult, tãto supno subsidio adiuuatur, ut hoc planè re ipsa expiatur. Quis. n. nõ admiretur & obstupescat dei ineffabilẽ dispẽsationẽ, quòd nõ prius Esau de uenatione aduenit quousq; solueretur actus illi⁹ argumẽtũ, & ille accepta benedictione à patre discesit? Hoc. n. nos docere uult beatus Moses. *Et factum est postquã cessauit Isaac benedicere Iacob filium suũ: & factũ est quando exiuit Iacob à facie Isaac patris sui, & Esau frater suus uenit de uenatione.* Vide quo post illi⁹ exitũ ille statim aduenit. Nõ hoc absq; cã uel temerè factũ, sed ut ignorans afferret & ipe edulia, & à patre addisceret rẽ totã ut acta erat. Nã si prius nouisset, & in frattẽ incidisset, forsitan & ipm iteremisset, uictus ira. Nã qui hoc postea deliberauit, multo magis in negocio medio attentasset. Sed manus dei erat, q̃ puerũ saluabat: & hũc quidẽ dignum benedictione effecit, illũ aũt & benedictione priuauit & primogenitura. Vt aũt aduenit, inqt, fecit & ipse edulia, & attulit patri suo, & dixit: *Surgat pater meus, & comedat de uenatione filij sui, ut benedicat me anima tua.* Vide, obsecro, iterũ iustũ pturbari, & mẽte cruciari: dicit. n. ut audiuit, dixit: K *Quis es tu? Ille aũt dixit, Ego sum filius tuus primogenitus Esau.* Vide quo superbit in causa. Non est contẽtus quòd dicat, ego sum Esau: sed addidit, primogenitus. *Obstupuit aũt Isaac stupore uehementi, et dixit: Quis igitur uenatus est uenationẽ meã, & attulit mihi, & comedi de omnib. antequã tu uenires: & benedixi eũ, & benedictus erit?* Vide quo in perplexitate cõstitutus iustus, & narrans factũ, grauiter illius animũ uulnerauit. Et benedixi eũ, & benedictus erit. Hoc aũt sciebat iustus, sapientia dei illius linguã dirigẽte, ut cũ ille oia diligenter didicerit, scire posit nihil ei profore uel primogenituras, uel uenationẽ. *Auditis sermonib. patris. Esau clamauit uoce ualde magna & acerba.* Indignationẽ significauit p uerbũ, & irã qua succensus, cũ hęc didicisset: & dixit, *Benedic, obsecro, & me pater. Dixit aũt ei, Frater tuus uenit cũ dolo, & accepit benedictionẽ tuam.* Prior, inqt, frater tuus benedictio nẽ omnem ubertim & copiosẽ eripuit. Et ut scias, quòd supna gratia fuerit coopata in hoc ut iustus decipetur, uide quo ipsẽ hoc fateatur, dicens: Venit frater tuus cũ dolo: q̃si excuset se apud puerũ, & do L ceat, Ignoras illi benedictiones impendi, & paratus erã tibi eas largiri: sed ille uenit cũ dolo, & accepit benedictionẽ tuã. Hæ tibi pparatæ erant, sed ille p̃ripuit, non hoc mea culpa factum est. *Et dixit*, inqt, *Esau: Rectè uocatum est nomẽ eius Iacob, supplantauit. n. me iam secũdo: & primogenita mea tulit, & nunc accepit benedictionem.* Non inuanũ, inqt, nomẽ hoc sortitus est: supplantationẽ. n interpretamur nomen eius: id quod hìc in me declarauit, & primogenitis & benedictione priuans. Quid igitur ad patrem Esau? *Nõ reseruasti & mihi benedictionẽ pater?* Respondit aũtẽ *Isaac, & dixit Esau: Disce*, inquit, *quòd oẽs benedictiones in eum effudi, cũ eũ fecerim dominum tuum.* Vide quo statim ab hoc exorditur. Nihil. n. aliud ei q̃ seruitutẽ significat & subiectionem, ac dicit: Cum eũ fecerim dominum tuum, & oẽs fratres eius seruos, frumento & uino stabiliui eũ: tibi autem quid faciam fili⁹? nihil aliud ultrà relictum est: qa dominum feci tuũ, & oẽs famulos fratres, & rerum necessariarum ubertatẽ ei auxi. Quid aliud ultrà relictũ est? *Dixit aũt Esau ad patrẽ suũ: Nũ benedictio una tibi est pater? benedic, obsecro, & me.* Quoniã audiuit patrẽ dicentẽ: M Et benedixi eũ, & benedictus erit: tunc, inqt, Benedic, obsecro, & me pater. num uel una tibi benedictio est? Nõ potes & mihi uel unã benedictionẽ ipartiri, q̃ ita à te diligor, q̃ primogenitus, q̃ à te in uationẽ missus sum? Adobruit patrẽ uerbis. *Cõpunctio aũt Isaac*, inqt, *clamauit uoce magna Esau, & fleuit.* Vidit patrẽ cõsilio destitutũ, & nõ posse neq; uelle reuocare q̃ facta sunt: & clamori ẽt adiecit ploratũ, ad maiorẽ cõpassionẽ. Misertus itaq; eius Isaac, inqt, dicit ei. *Ecce de pinguedine terræ erit habitatio tua, et de rore cœli desup, & in gladio tuo uiues, & fratri tuo seruies: erit aũt quando depones & exolues iugũ à collo tuo.* Quoniã, inqt, & ipe meã benedictionẽ desideras, dicit qd nõ est possibile ut agã q̃ diuinę uolũtati aduersa sunt: sed & tibi qdẽ appcor, ut rore cœli fruaris. Scias aũt qd militarẽ uitã actur⁹ es, & in gladio tuo uiues, & fratri tuo seruies. Cæterũ null⁹ audiẽs hęc miretur, uidẽs post hęc fratrẽ uagũ factũ ob illi⁹ metũ, & in terrã alienã cõtendentẽ. Neq; initia attendẽs, existimet uaticiniũ excidere. Nã quãdo dãs aliq̃d pollicetur, etsi diuersa his q̃ pollicetur uidea-

mus

A mus in principio euenire, nõ turbemur: neq; n. possibile est ut ad finẽ usque aberrent. Hoc autẽ fit, ut dũ iusti per omnia fulgidiores redduntur, abundãtiam uirtutis dei manifestã nobis omnibus fieri efficiant. Et in unoquoq; sanctorũ hoc iuenies, si uolueris historias singulas diligẽter aiaduertere: qd sanè nũc quoq; factũ est. Ne hoc attendas, qd nũc statim p. ofugus fit, sed cogita gl'iã quę posthac sequetur: quia temporis processũ hic ipse sic terribilis illi factus, ut ille magnã erga eũ declararet reuerentiã, in tãtamq; uenit gl'iã post ęrumnas, quas i terra alienа tulit, ut q ex ipso nati in immẽsam multitudinẽ propagẽtur, & eius nomine tota gẽs cognominetur ac sit discreta. Nũc aũt docens nos diuina scriptura fratris idignationẽ, & qd homicidiũ spectarit, inqt: *Et odio graui prosequebatur Esau Iacob propter benedictionem qua benedixerat eum pater suus.* Et ut sciamus, qd non fuerit simplex & subitanea ira, p uerbum nobis significauit malitię excellẽtiã. Graui. n. odio psequebatur dicit: hoc est, insidebat & perdurabat odiũ, ita ut & mẽtẽ i profundo latẽtẽ manifestaret B p uerba, inqt: *Dixit enim in corde suo, appropinquẽt dies luctus patris mei, ut occidã Iacob fratrem meum.* Nonne & irascens insanientib. illis nõ minus isanus ẽ? Considera. n. quomodo dæmon ille subingressus, mẽte destituit correptos, & q̃si insanientes facit, & persuadet ut faciant planè alia quam apparet. Neque. n. uident illi, neq; aliud qddã utile faciunt: sed q̃si corruptis sensoriis, et iudicãdi ui amissa, faciũt omnia. Ita sanè & qui irascuntur, non agnoscunt psentes, non memores sunt amicitiæ: nõ amicitiã, nõ cõsuetudinẽ, non dignitatẽ, neq; quicquã aliud in mẽtẽ accipiũt, sed irę ui ipsi, in pceps miserabiliter feruntur. Quid igitur illis fuerit miserius, q̃do uicti et capti ab affectione etiã homicidiũ meditãtur? Propterea beatus Paulus radicẽ huius mali uolẽs extirpare, admonet, & scribens sic dicit: Ois ira et indignatio, et clamor auferatur à uobis cũ oi malitia. Nõ solũ, in q̃, nolo uos succensere et idignari, et irasci, sed neq; cũ clamore proximis loq: clamorẽ hic dicens, q ab ira nascitur. Quando n. affectio hæc intrinsecus nascitur, et cor tumet, non iã sinit ut lingua ultrà placidè loquatur: sed affectionẽ cordis demonstrãs, efficit ut clamosè cum proximo loquatur. Volens. n. beat⁹ ille, sibi obtẽperãtes in ppetua uersari tranqllitate, dixit: Ois ira, hoc est, a q̃licunq; causa mouea tur: et omnis indignatio, et omnis ira tollatur à uobis. Deinde radicẽ hui⁹ mali uolens arefacere et inutilẽ reddere, dicit: cũ omni malitia. Nam qui sic affi citur, semper in portu sedet à fluctibus liber: et neq; tẽpestatẽ timet, neq; naufragiũ: sed quasi in tranqllitate nauigans, uel in littore sedens, ita præsentem uitã trahit non solũ ab omni turbatione liber, sed immortaliũ et ineffabilium bonorum fructus sibi per oia concilians. Qui nobis oibus cõcedãtur, gratia et misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cũ patre et sancto spũ sit simul gloria, honor et imperium, nunc et semp, et in secula seculorũ, Amen.

Homilia. liiij.

K Adueniẽs.n. Christus,& uirtutẽ in hominibus plã tauit,& angelos (ut ita dicam)ex hominibus fecit, oẽmq; illã ueterem consuetudinẽ aboleuit. Vides quo non oportet cõsuetudinem prætexere, sed qd iustum est inquirere? Ecce.n.quoniã mala erat hęc consuetudo,exposa est,& non licet ulli eã ptexere. Nusquã igitur, obsecro, cõsuetudinẽ inquiramus, sed ubiq; quod utile,& siquid est bonum,etiãsi nõ sit cõsuetudo,fiat à nobis.& si pniciosum est, etsi consuetudo sit,fugiamus & auersemur. *Dedit*,inqt, *Rachelem cum Balla ancilla.* Vidisti q̃ bonis moribus prędita fuerint? Num seruorũ greges? nũ syngrapha & instrumenta,& condictiones illę ridiculę:si hoc fuerit,& hoc euenerit:& priusquã cõueniãt? nescientes an usq; ad uesperã maneãt,q post multa tpa uẽturis in literis suis cõsignãt. Si liberis carens, inqt, defuncta fuerit:si filios habuerit: & quęcũq; talia: at hic nihil tale, sed cũ utriq; suã ancillam dedisset, filias elocauit pater. *Dilexit aũt*,inqt,*Rachel magis quã Lian: & seruiuit ei septẽ annis alijs.* Quia.n.ab initio magis dilexit pp uenustatem formæ puellã,& difficilius eã consequutus est: ideo eam magis dilexit q̃ Lian. Etenim illi⁹ uenustas allexit eũ ad magis amãdũ. Verũ hic iterũ uide domini ineffabilẽ misericordiã,& quo ex eo tpe promissa paulatim complet. Nam qui dixit: Ero tecũ, custodiẽs te in oĩ uia tua qua ambulaueris:& augebo & multiplicabo te: ipse etiam nunc omnia dispensat: Et ut scias, audi ipsam diuinã scripturam hoc manifestẽ dicentem: *Vt uidit aũt dominus deus qd odio haberetur Lia,aperuit uuluã eius: Rachel aũt erat sterilis,& cõcepit Lia,& peperit filium Iacobo.* Vide omnipotentis dei sapientiam, quoniã illa quidẽ pulchritudine sua cõciliarat sibi gratiã uiri qua altera priuata fuit, odio haberi uisa ẽ: hãc idoneã facit partui, illã uerò inutilẽ: ambo hæc sua misericordia dispẽsans,ut & hæc per liberos q ex eã nascebãtur,solatiũ haberet,in sui amorẽ uirũ alliciens: & illa non pp pulchritudinem & formositatẽ, aduersus sororem insurgeret. Et apuit, inquit,uuluam eius. Discę hic dilectẽ, qd conditor oĩum ipse etiã oĩa moderatur ac dispensat,& naturam ipsam ad partũ excitat: & qd nulla sit utilitas cuncubitus, si absit diuina cooperatio. Propterea dixit,qd apuit uuluã eius: ut sciamus qd uoluit Liã procreandis liberis aptã fieri, quò ei⁹ mœror leniretur. Ipse.n.est qui in uulua figurat & aiat fœtus, Sicut & Dauid dicit: Suscepisti me de utero matris meæ. Et uide quo mõstrat nobis diuina scriptura naturæ conditorẽ, utraq; sua uirtute efficientẽ: & alterius uuluã idoneam reddentem,Rachelem autem constringentẽ. Qui.n naturæ dominus est, omnia facilè operatur. *Et concepit*,inqt,*Lia, & peperit filiũ Iacobo,uocauitq; nomẽ eius Rubin, dicẽs. Quia uidit dominus humilitatẽ meã nũc diliget me magis uir meus.* Vide q̃ grata mulier,dicit, dominus uisa humilitate mea pbuit mihi partum,pp quem diligar. Et spe cta hic iterum, quo deus muneribus certare cõtendit cum eo,& beneficia accumulat: simul & iusti sẽ mẽ augeri,& hãc magis Iacobo amabilẽ fieri uult. *Et concepit*,inqt,*iterum,& peperit filiũ secũdo Iacobo,& dixit: Audiuit dominus qd odio habeor, et apposuit mihi & hunc: & uocauit nomen eius Symeon.* Attende quo per singulos pueros gratias agit domino,& ob beneficia gratitudinẽ declarat,Audiuit.n.inqt. dominus,qd odio habeor, et apposuit mihi ẽt hũc: pp

Cõsuetudo.

Psal.138.

A ea uocauit nomen eius Symeon. Vidisti quo non simpl⁹, neq; temerè nomina natis indiderit? Vocauit eum Symeon,quoniam audiuit,inqt,dominus. Nobis.n. Hebraico idiomate per hoc nomen signatur,quòd audita sit. Et cõcepit iterũ, & pepit filiũ: & dixit,*Nũc temporis apud me erit uir meus, peperi enim ei tres filios: propter hoc uocauit nomen illius Leui.* Videtur mihi hic significari,qd natis duobus filiis,nondũ potuerit allicere uirũ,q adhuc in Rachelẽ propensior erat:ideo dicit, Nunc tpis apud me erit uir meus. Fortasis accesio tertii uirũ meũ reddet beneuolũ,& melius mihi affectũ. Ecce.n.tres filios ei peperi. Et cõcepit adhuc filium, ac peperit,& dixit: *Nũc adhuc istud confitebor domino: propterea uocauit nomen eius Iudam.* Quid est, Nũc adhuc cõfitebor domino? Gratias agã & glorificabo eũ, qa & quartũ mihi adiecit filiũ, & tantã mihi abundantiã cõcessit:& q̃ ob corporis deformitatẽ de uiri erga me beneuolẽtia periclitatura erã,nũc procreatione filiorũ à deo mihi data, & mœroris nimietate discussa,
B accepi solatiũ deformitatis, & in locũ sororis meæ trãslata sum. *Vt peperit autẽ Iudã*,inqt, *cessauit párere. Cùm autẽ uidisset Rachel quia nõ peperisset Iacobo,æmulata est Lian sororẽ suã,& dixit Iacobo, Da mihi filios: quòd si minus,moriar ego.* Incõsiderata & muliebris est hęc petitio,aiæq; ab æmulatione impugnatę. Da mihi, inqt,pueros. Nõ audisti, qd nõ uiri concubitus illehos pbuit:sed dominus deus: qa ut uidit,inqt, qd odio fuit habita, aperuit uuluã eius? Quare à uiro petis ea q̃ supra naturã sunt,& relicto naturę domino uirũ arguis, q ad hoc nihil cõferre tibi poterit? Da mihi,inqt,pueros: qd si minus, moriar ego. Graue malũ est zelotypia, & definit in insipiẽtiã: id qd & huic euenit. Videns.n.chorũ filiorum sororis,& cogitans suã sterilitatẽ, nõ ferabat dolorẽ,neq; continere poterat cogitationẽ q̃ se turbabat,sed illa insipiẽtiæ uerba loquebatur, Da mihi filios: qd si minus,moriar ego. Fortasis uidit uiri erga illam amorem, & putabat ea de causa illã tot filios habuisse, & se nondũ peperisse: unde dicit, Da mihi filios. De
C inde terrere uolẽs uirũ,subdit: Quòd si minus,moriar ego. Quid igitur pius & religiosus Iacob? Succẽsuit,inqt,ad uerba hæc :& dixit ei, *Nunquid pro deo ego sum,qui fructibus uentris te priuauit?* Quare derelicto naturæ domino reprehensionẽ mihi inducis? Ille est q priuauit te fructu uentris. Quare nõ ab illo petis,q potest aperire naturæ officinã, & fœcundã facere uuluã? Discę qd ille q te priuauit fructu uẽtris tui,sorori tuæ tantam fœcunditatẽ pstit erit: ne igitur à me q̃ras,q̃ præbere nõ possum, et cuius nõ sum dominus. Nã si hoc in me fuisset,oino te sorori ptulissem, maiorẽ erga te beneuolentiã habens. Quanuis ẽt in infinitũ maiori te cõplectar beneuolẽtia, nihil tibi in hoc prodesse potero: ab illo q̃re, qui & sterilitatẽ afferre & soluere potest. Vide iusti intellectũ, quo & succensens,responsum illi dat sapiẽtissimis uerbis: docẽs diligẽter oĩa, causámque manifestat, ut nõ relicto domino q̃rat ab alio ea q̃ ille solus pstare potest. Igitur ut didicit qd sterilis facta esset à deo,& uidẽs sororẽ liberis florere,uel mediocre solatiũ requirens,dicit ad Iacob: Quoniam nũc me docuisti qd nõ culpa tua liberis careo,ancillã meã accipe,filiosq; ex ea procrea,ut paruũ aliquod solatiũ inuenire possim, mihi uendicãs quæ ab illa nascũtur. *Et dedit ei*,inqt, *Ballã ancillã suã uxo*
D *rẽ: & intrauit ad eã,& concepit, & perperit filiũ Iacobo, & dixit Rachel: Iudicauit mihi deus,& exaudiuit uocem meã,deditq; mihi filiũ: propter hoc uocauit nomẽ eius Dan.* Habuit aliquo mo pariẽte ancilla uel breuẽ cõsolationẽ: ideo & nomẽ puero iponit, & gratias agit domino pro nato. *Et concepit*,inqt,*iterũ Balla,et peperit filiũ,et dixit Rachel: Coassumpsit me deus,et cõuersata sum cũ sorore mea, & inualui: et uocauit nomẽ eius Nephthalim.* Et didicit postea manifestè per ancillã, qd Iacob nõ fuit in causa ẽre liberis careret. Ideo natos quasi suos filios educauit,& noia eis ipsi posuit maximã sibiipsi cõsolationẽ excogitãs. *Vt autẽ uidit Lia quod cessasset párere, & ipsa ancillã suam Zelphã dedit Iacob uxorem,& cõcepit,& peperit* Et *dixit Lia: Fortunata fui,hoc est assequuta sum quod spectabam, & uocauit nomen eius Gad.* Et qa noti cõpos facta est, nomẽ eius uocauit Gad. Et cõcepit adhuc,& pepit aliũ: dixitq; *Lia, Beata ego,quia beatã me dicent mulieres: & uocauit nomen eius Aser.* Vidisti quo & hæc natos ex ancilla pro propriis habebat, & beatam se esse dicit,& beatitudine dignã ob procreationẽ filiorum. Sed uide E
hic quoque & post hæc,ut discas, quo zelotypię affectio huc & illuc transibat:& nũc hęc, nũc illa impugnabatur. *Et iuit*,inqt,*Rubin in dieb. messis triticeæ, & inuenit mala mãdragorarũ, & attulit ea matri suæ. Dixitq; Rachel Liæ: Da mihi de mãdragoris filij tui. Dixit autẽ Lia: Nõ satis tibi q̃d accepisti uirũ meum? nũ & mãdragoras filij mei accipies?* Vide quo affectionem aiæ uerbis manifestã facit. Dixit aũt Rachel: *Nõ sic,dormiat tecum nocte hac pro mandragoris filij tui. Da mihi de mandragoris,& accipe hodie tecum uirum.* Vide quo monstratur totus beneuolentiæ Rachelis deditus. Namtãto choro filiorũ Lię nato,fuit adhuc amore maior propensus in Rachelẽ: si hoc nõ fuisset factũ, quo ferre potuisset Lia sororis coniugiũ, oẽm uiri potestatem habentis? Ita permittit pro mandragoris ei uirum, & dicit: Dormiat hodie tecum pro mandragoris. Satis fac,iquit,meo desiderio, & accipe uirũ. *Adueniente autẽ*,inqt, *Iacob, egressa in occursum eius Lia dixit: Ad me ingredieris hodie, mercede.n.cõduxi te mihi p mã dragoris filij mei: et dormiuit cũ ea nocte illa.* Et *exau* F
diuit deus Liã,& cõcepit ac peperit Iacobo quintũ filiũ. Et *dixit Lia: Dedit mihi deus mercedẽ meã,eo q̃d dedi ancillã meã uiro meo: & uocauit nomẽ eius Isachar,qd est merces.* Exaudiuit deus Liã, qa uidebat eam dolẽtem,neq; ualde inter illas probatã. Exaudiuit eã, inqt,deus, & pepit,ac dixit: Tuli mercedẽ, eo quòd dedi ancillam meã: propterea uocauit nomen eius Isachar. *Et concepit adhuc Lia,& peperit filiũ sextũ.* Et *dixit Lia: Donauit mihi deus donũ bonũ. Nunc tpis me eliget uir meus, peperi.n.ei filios sex: & uocauit nomẽ eius Zabulon.* Post *hac*,inqt,*amabilis ero & ego,quia peperi sex filios.* Peperit *autẽ & filiam,et uocauit nomẽ eius Dinam. Recordatus autem deus Rachelis,& exaudiuit eã,& aperuit eius uuluã, & cõcepit,& peperit filiũ. Dixit autem Rachel: Abstulit à me deus meus opprobriũ meũ: & uocauit nomẽ eius Ioseph, dicẽs: Apposuit mihi deus filiũ alium.* Abstulit,inqt,opprobriũ meũ,soluit sterilitatẽ: liberauit me,& idoneam fecit ad procreandũ filios uuluã, & liberam me fecit ab opprobrio meo:& uocauit nomẽ ei⁹ Ioseph,dicens: Apposuit mihi deus filiũ aliũ. Vidisti, quo paulatim promissiones dei in opus egresse sũt? Ecce.n. statim quantum chorum filiorum habuit iustus,& uidit manifestam dei in se prouidentiam. Quoniam.n.magnam præ se tulit patientiam, qua

Gtuordecim annis seruitutē ferens :ppea & uniuersorum dominus,remunerans iusti pietatē, in tantum eū crescere fecit, ut & posthac iudiosus alijs fieret, sicut ex seqntibus discemus, q̄ uellē pertractare. Verūm ne prolixius sermonē extendamus, grauareq; uidear charitatē uestrā,si placet,q̄ reliqua sunt in sequentia reseruaturi,finiamus hic sermonē. Illud interim,charitatē uestrā admoneamus,ut eorum q̄ dicta sunt memores,imitemur priscorū uirtutē,filias elocando,pueros nuptui tradendo, nostra uirtute dei gratiā conciliare nobis studendo.Nā cū ille nobis amicus fuerit, ēt si in aliena terra fuerimus, ētsi ab oibus destituti,etiamsi nullis cogniti,omnibus erimus clariores.Nihil.n. beatius uiro superna manu adiuto. Et beatus Iacob illo fretus præsidio, in tantā paulatim gloriam sublimatus est, ut & his q̄ exceperāt tā amicē,inuidiosius sit factus.Hoc igitur & nos studeamus,ut supernū acqramus auxiliū, & nō ad humanā confugiamus potentiā, neq; ambitionem sectemur:nihil.n.periculosius,id qđ rerum experientia satis discimus. Etenim uidemus quotidie res se tanta uelocitate ad mutationē inclinare, & uerti in diuersum oia,& eum q̄ in summa prosperitate est,subitò in extremam infœlicitatē deiici, & condemnari ut reū. Quātę igitur insipientię fuerit, quærere ut pficiare rebus tā incertis, pśertim cū nō sufficimus res nostras securè disponere? Ideo ne cō fidamus in humanis psidiis, memores ēt prophetę dicētis:Maledictus homo, q̄ spem ponit in hoie. Hie. 17.a Vides quòd talis non solum insipiens, sed ēt maledictus:utpote q̄ relicto domino oium, ad cōseruū currit,q̄ semetipsum iuuare neqt. Fugiamus igitur maledictionē hanc,oro,& oēm spem in deū transferamus.Ista.n.solida est & immobilis,& nescia uicissitudinis, cuius plena est illa quā in hominibus habemus. Vel.n. mors tollit humanū psidiū,& eos q̄ ad hoc confugiunt,solitarios & nudos relinquit: uel etiam ante mortem mutatio rerū sit. Plena est hæc uita exemplis talibus.Ideo hi post tantā experientiam nulla uenia sunt digni , q̄ adhuc humano nituntur psidio,& sæpe ab illis q̄ eis opitulari uidētur,infinita mala ferunt.Eouscq.n.creuit malitia,ut mala rependant ēt ij quorum est curam aliorū habere.Verùm de deo secus est:nam licèt quotidie ingrati simus,benefacit tamen,& suo psidio nos non destituit,non ad nostrā uidens ingratitudinē , sed in oibus pro sua agens misericordia:qua nobis oibus frui concedatur,gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi , cui cum patre & sancto spiritu sit gloria,imperium,honor nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Homilia.lvij.

Eliquias heri dictorū , nostrum est hodie uestræ charitati reddere , ut ex his q̄ nūc dicuntur, discentes & prouidentiā dei,quam erga Iacob declarauit:& iusti pietatē spectātes, imitemur eius uirtutem. Neq; absque causa sancti spūs gratia scriptas nobis reliquit hasce historias: sed ut ad æmulationē & imitationē tantorū uirorū prouocet . Quādo.n.audimus huius qdē obediētiam, istius autē continentiā,illius uerò in hospitib⁹ colligendis promptitudinē:& qūo singuli claruerint: ad similia facienda excitamur. Age igitur ad ea q̄ relicta sunt in historia illius iusti , hodie accedentes, finē imponamus sermoni. *Factum est autem*,inqt,*postquam peperit Rachel Ioseph, dixit Iacob ad Laban:* K *Dimitte me,ut abeam in locū meum,et in terrā meam:redde uxores & filios meos pro quibus seruiui tibi* . Vide iusti magnam gratitudinem , qūo uidens manifestē deum sui habere curam,nō superbiuit cōtra Labā, sed cū magna mansuetudine dixit,Dimitte me ut abeam. Verē nihil mansuetudine ualidius,nihil potentius. Vide igitur qūo primū mansuetudine usus , effecit ut & Labā magna ei beneuolētia respōderit . Dixit enim ei,inqt,Laban:*Si inueni gratiā coram te(cōiectās enim coniectare certò possum,quod benedixerit me deus in ingressu tuo)indica mihi mercedē tuā,& dabo.* Nō ignoro,inqt,quòd præsentia tua locupletior mihi diuina uirtus cōtigerit: igitur qa sentio beneficia q̄ mihi pp aduentū tuum data sunt , quā uis mercedem indica,& ego promptè pstabo. Considera quantū ualeat mititas. Et ne profū ctoriè dictū trāseas:sed attende qđ iustus neq; cogitauerit, neq; memoriam fecerit,neq; requisiuerit mercedē laborum:sed hoc solum dixerit,Redde mihi uxores & liberos pro q̄bus seruiui tibi,ut abeā . Ille reueritus iusti magnā L æquitatē , inquit:*Dic quā uis tibi mercedem à me dari, et illā promptè dabo* . Nunqd cū ipso erāt mulieres & pueri? Quare dixit,Redde mihi uxores & pueros? Digno honore eū prosequutus est , suumq; morē per oia obseruat,& liberè discedere uult. Vide igitur ex uerbis ipsis qūo attraxit Laban ut se mercedē daturum sponte promittat , & electionem ei permittat. Quid igitur iustus? Et uide excellentē eius mansuetudinem, qūo neq; sic onerosus & molestus est Laban,sed ipsum testē facit suæ gratitudinis & fidelitatis, & quanto tpe beneuolentiā in seruitute illius declararit.*Tu nosti*,inqt,*qualiter tibi seruierim,et quanta fuerint pecora tua mecū: parua enim erāt corā me,et aucta sunt in magna multitudinem,et benedixit te dominus ad pedem meū:nūc igitur faciam et ego aliquando mihi domum.* Te facio testē laborū meorum. Vidisti.n.quā to studio & fide oia administrarim , & qūo in paruo numero acceperim pecora tua:q̄ diligentia uigilantiaq; mea in tantū numerum crescere fecit . Dein de monstrans suam religionē , inqt:Benedixit.n.te deus ad pedem meū: nunc igitur faciam & ego aliquando mihi domū. Vidisti ēt ipse quòd post meū M aduētū gratia diuina tuas auxerit facultates? Quoniam & ego mea oia,magna animi promptitudine faciens,ministerium perfeci,& gratia dei manifesta est : iustum est ut & ego mihipsi faciam domū, id est,in liberalitate postea uerser, & curam domus meæ habeā. Hęc ut audiuit Labā,dixit ei: Quid tibi dabo? qd uis à me tibi dari? Cōfiteor.n.& ego & in ficias nō eo : scio.n.quāta mihi fuerint à deo data, & qđ benedixerit me deus ad ingressum tuū . Dixit autē ei Iacob: *Non dabis mihi quicquam,si feceris uerbū istud. Iterū pascā oues tuas;nihil uolo à te mercedis nomine reportare:sed hoc tantum qđ dico, suscipere , et iterū pasco oues tuas:quod autem uolo hoc est.* Vide iustū,qa sperauit i gratia diuina,qualia proponat Labā. *Prætereāt* inqt,*oues tuæ hodie,& segrega illinc omnem ouem fuscam in agnis : & omnis subalbicans et sparsa in agnis et in capris erit mihi merces,et exaudiat me iustitia mea in die crastino,quia est merces mea coràm te, ouis q̄ non fuerit sparsa et uariè albicās in capris , et qđ rufum in agnis, furata sint à me.* Cōsidera iusti prudentiā,quoniā sciebat quāta sibi supernē gratia affulgeret : & uidebatur sibi scdm naturę ordinē uel difficile eē,uel oino ipossi

A bile. Rarum.n.est uariū esse colorē pecudum:hæc petit ab eo , unde petitioni eius Laban statim acesit,& inqt:*Sit iuxta uerbū tuum : et diuisit in die illa hircos maculosos et subalbicantes , & oēs capras maculosas & subalbicantes, & omne quod erat in eis candidum, & omne quod erat rufum in ouibus,& dedit per manū filiorum suorū, & fecit distare uiā trium dierū inter ea & inter Iacob.* Separauit, inqt, greges iuxta propositionē Iacob,& dedit filijs suis : Iacob autē pauit pecudes Labā reliquas. Quales nā hæ? nullā.s.habētes coloris uarietatē. Hoc aūt totū factū est, ut iustus re ipsa compertam haberet dei erga se prouidentiam,& Laban uideret quātam dei gratiam haberet Iacob. *Accepit aūt Iacob*,inqt, *ad se uirgā styracinā,uiridem, & amygdalinam,& platani, & decorticauit eas in decortica tionem albā,abradēs quod uiride : apparebat aūt in uirgis albū,quia decorticarat uariū,& apposuit uirgas quas decorticauit in cānales aquatorias,ut cū uenirent pecudes ad bibendum,uirgis obuenientibus eis inter bibendum, cōcipe rent pecudes secundum uirgas : & pepererunt pecudes uariæ albas,maculosas,& cineritio colore sparsas.* Hę c faciēs B iusts nō à seipso mouebatur,sed inspirāte menti ei⁹ supna gratia:neq; iuxta naturæ ordinē erat qđ fiebat, sed ualde admirabile,& naturæ modū trāscendens.Et agnos,inqt, distinxit, & statuit corā ouib⁹ arietē subalbicantē,& oē uariū in ouib⁹:& separauit oues suas,& nō miscuit eas cū ouib.Labā.Postea qa omnia q̄ nascebātur,fiebant talia qualia proposuit , separauit ea , & fecit sibi greges singulares. *Factū est aūt in tpe quo concipiunt oues grauidæ,posuit la cob uirgā corā ouibus, ut in canalibus positis conciperent iuxta uirgas. Quādo aūt pariebāt oues,nō ponebat.* Facta *aūt sunt non signata Laban, signata uerò Iacob, & ditatus est homo ualde ualde* . Quid uult sibi duplicatio? ab ūdantiam multā significat:& quòd nō tantū ditatus est,sed & ualde ditatus est.Factę.n sunt ei,inquit,pecora multa,& boues,& pueri,& ancillæ,cameli & asini.Sed uide hic iterū iusto inuidiā nasci. Cap. 31. *Audiuit.n* inqt,*uerba filiorū Laban,dicentiū: Accepit Iacob omnia q̄ sunt patris nostri, et ex his quæ sunt patris nostri fecit omnem hanc gloriam.* Vide qūo inuidia in ingratitudinē eos iducit : nō eos aūt solū sed & ipm C Laban. *Vidit.n.* inqt, *Iacob faciem Laban , & ecce non erat sicut herì & nudius tertius.* Verba.n.puerorū mētē ei⁹ turbauerāt,& oblit⁹ est q̄ pridem dixerat ad Iacob. Qui.n.dixerat : Benedixit me de⁹ ad ingressum tuum,& gratias egerat domino , quòd pp aduentū iusti facultates suæ auctæ fuerāt: nūc subuersa mē te à pueris,& inuidia flagrante, fortè qa uidebat iustū ualde abūdare,nō eadem protulit uerba q̄ antea.Vidit.n.inqt,Iacob faciē Laban, & ecce nō erat erga se sicut heri & nudius tertius.Vidisti iusti magnā mansuetudinē,& illorū ingratitudinē ? & qūo cum inuidiā ferre non possent, patris mentē pertur bauerūt? Vide obsecro nunc & dei ineffabile misericordiā,& quanta obsequela usus fuerit . Vidēs.n. iustū ab illis odio haberi,dicit ad Iacob: *Reuertere in terrā patrum tuorum, & ad generationem tuam,& ero tecū:satis diu uersatus es in terra aliena.* Nā q̄ pridē tibi promisi,dicēs:Reducā te in terrā tuā , ea nunc opere implere uolo:reuertere igitur nihil timēs, ego.n. ero tecum. Vt igitur iustus segnior nō fiat in proficiscēdo,sed magna fiducia iter arripiat : ideo dicit, Ero ego tecū,q̄ hucusq; res tuas gubernaui, & auge ri feci semen tuum , ego & in posterum ero tecum. Hæc ut audiuit iustus à deo,nō fuit negligens , sed D ad iter se accinxit. *Misit.n* inqt,*et uocauit Lian, & Rachel in cāpum ubi erāt greges.* Proponere uult mulieribus profectionis negocium, & significare eis opus dei,& patris erga se odiū. *Dixit.n.*inqt,*eis: Video ego faciē patris uestri, quòd nō sit erga me sicut heri et nudius tertius. Deus aūt patris mei fuit mecū . Ipse aūt scitis quòd seruiui patri uestro pro omni uirili mea: pater aūt uester decepit me,& mutauit mercedem meam decem agnis, & nō dedit ei deus ut me affligeret. Et cū sic diceret: Varia erunt merces tua, et pariebāt oēs oues uaria. Cùm autem diceret, Candida erunt merces tua: & pariebant omnes oues candida: & tulit deus omnia pecora patris uestri, & dedit mihi ea.* Vide qūo utrūq; docet,& patris ingratitudinē erga se, & suū studiū qđ in seruitute declarauit. Vidistis.n.inquit,qđ pro uirili mea seruiui patri uestro? Et declarauit quantā sui curā deus habuerit,monstrās, qđ supno auxilio oia fuerit opatus, & facultates Laban in se trāstulerit . Tulit.n.deus oia pecora patris uestri,& dedit mihi ea . Quando aūt concipiebāt oues,& uidi oculis meis i sōno, & ecce hirci & arietes ascēdebāt sup oues & capras,subalbicantes & uarij,& cinericio colore sparsi. *Et dixit mihi angelus in somno:Iacob. Ego autem dicebam: Quid est?* Et di- E *xit: Aspice oculis tuis,& uide hircos & arietes ascendentes super capras & oues, subalbidos & uarios, & cinericio colore sparsos, Vidi.n.quæcūq; Laban tibi facit* . Vides qđ oē qđ tūc fiebat,supna contingebat operatione,& iusti labores remunerabātur? Nā quoniā ille ingratus erga eū erat, benignus dominus iustū ubertim remunerat. Vide.n.quęcūq; Laban tibi facit. Hic di scimus quòd quādo iniuria nobis fit,nōsq; māsueti & mites ac tolerātes fuerimus , maiori & largiori auxilio diuino fruimur. Ne igitur obluctemur his q̄ nos ꝓmunt,& calumniari uolūt:sed feramus generosē, scientes quòd nos oium dominus non despiciet,tātum nos eius beneuolentiā agnoscam⁹. Mihi Deu. 32.f enim,inquit,uindictam,ego retribuā. Propter hōc Exe. 9.a & Iacob dicebat:Nō dedit ei deus, ut affligeret me. Ro. 12. Nā qa ipse priuare me laborū mercede uoluit , dominus tā uberē i me declarauit misericordiā & prouidentiā, ut ois eius substātia in me trāslata fuerit. Sciens.n quod ego omni studio seruierim,ille autē non respōderit mihi officio suo,tantam nostri habuit curam . Et quòd non hęc absque causa & uanē dicā,neq; temerè accusem, ēt deum habemus testem,eorū q̄ pater uester egit erga me. *Vidi.n.* inqt, F *quæcunq; tibi Laban fecit:quòd non solum mercedem auffert, sed et quòd non ut antea erga te nunc affectus sit, sed alienauerit animum. Ego sum deus qui apparui tibi in loco ubi inunxisti mihi columnam* . In memoriam ei referre uult q̄ tūc pollicitus fuerit:dicēs:In multitudinē te crescere faciā, & custodiā te,ac reducam te in terrā tuā.Ego igitur,inquit, q̄ tūc apparui tibi,& promissiones tibi feci:ego ēt nunc , quando tps uenit quo ea quæ tunc promisi opere complenda sunt , & regredi te iubeo absque omni mentis angore:tecū.n. ero. Ego sum de⁹, q̄ apparui tibi in loco in quo inūxisti mihi colūnam, & uouisti mihi uotū.Recordari eū facit uoti, & promissiōis quā receperat.Quod autē erat uotum ? De his q̄ mihi dederis,decimas tibi offeram.Quoniā tunc nihil tecum afferebas, q̄si profugus iter faciens:cū autem tibi apparerē, uotu isti uotū,dicens : De omnibus q̄ mihi dederis,decimas dabo tibi . Voto & promissione potentiā meā

G præsignans, & fidei oculis puidens futurā abundā
tiam: nunc quia euenerunt & impleta sunt q̄ à me
prędicta, iustum fuerit ut & uotum tuum impleas.
Nunc.n. inqt, *surge & egredere de terra ista, & uade in*
terrā natiuitatis tuæ, & ero tecū. Ego te ubiq; comita-
bor, ego tibi facilē ostēdam uiā, & nullū à quopiā
damnū feres. Dextera enim mea ubiq; te proteget.
Hæc audiētes Rachel & suæ, dixerūt ei: Nō est nobis pars
uel hæreditas in domo patris nostri. Nōne ut alienæ reputa
tæ sumus apud eū? uendidit.n. nos, & deuorando comedit
p̄tium nostrū. Et deus abstulit oēs diuitias & gloriā à pa-
tre nostro, nostræ erunt & filiorū nostrorū: nūc igitur quæ
cunq; dixerit tibi deus, fac. Vide & has sequētes dei ar
bitriū, & afferētes rōnem cui cōtradici nō potuit.
Nō est aliqd cōmune nobis, dicit, cū patre nostro:
semel.n. nos alij dedit. Diuitias & gloriā quā abstu
lit deus à patre nostro, & dedit tibi, nos habebim⁹.
Ne cessa igitur, neque differ, sed fac q̄ tibi à deo tuo
sunt imperata. Nunc igitur quæcunque dixit tibi
deus tuus, fac. *Hæc ut audiit Iacob, surrexit & accepit*
uxores suas, & filias, & ascendere fecit sup camelos, et ab-
H *duxit omnia quæ habebat, et supellectilem suā quā acqui*
sierat in Mesopotamia, & omnia sua ut abiret ad Isaac pa-
trem suū. Cōsidera, obsecro, fortitudinē animæ iu
sti, & quō repulso oi mentis angore ac metu, māda
to dominico obtēperauit. Quoniā.n. uidit malē sa
nam mentē Laban: nō uitrā, sicut prius, interroga-
re eum uolut: sed qd imperatū erat à domino, im-
plebat. Et acceptis mulierib. & pueris, iter arripuit.
Laban aūt, inquit, abierat ad tondendū oues suas.
Furata aūt est Rachel idola patris sui. Neq; hoc absq; cā
nobis propositū est, sed ut sciamus quō adhuc pa-
ternam habentes cōsuetudinē, idolorū cultui ad-
dictæ erant. Aiaduerte.n. quātum in hoc studium
impenderint, cum nihil aliud à patre auferre uolue
rint, quā idola eius, idq; faciebant ignorante uiro:
neq;.n. ille hoc permisisset fieri. *Occultauit aūt*, inqt,
Iacob à Laban Syro, ne annunciaretur ei quòd fugeret: &
absceßit ipse & oēs sui, & transito fluuio contendit ad mō
tem Galaad. Vide, obsecro, etiam hic magnam dei
prouidentiam, quomodo iustus tam procul aufu-
git, & nō conceditur Laban ut illius secessum sciat.
I *Tribus n. diebus*, inqt, *p̄teritis, Laban innotuit. Et assum-*
ptis omnibus fratrib. suis secutus est eum uia dierū septem,
& consequutus est eum in monte Galaad. Obsecro hic
quoq; attēdas dei prouidentiā. Nā q dixit, Reuerte-
re in terrā tuā, & ero tecū: ille etiam nunc suam de-
clarat prouidentiā. Quia.n. uidit Labā cum multa
indignatione persequi iustum, & pœnā furtiui sece-
sus (ut ita dicā) sumpturū, apparuit Labā nocte in
somno. *Venit.n.* inqt, *deus ad Laban Syrum in somno no*
cte, & dixit ei. Vide dei obsequelam, quō ob suā in
iustum prouidentiam cum Laban colloquitur: ut
territa eius mente, impetum eius à Iacob coerceat.
Serua te, ne loquaris cū Iacob mala. Magna domini be-
nignitas: quia.n. sciebat ad pugnam cōtendentem,
& cōtra iustum insurgere uolentem, uerbo mentē
ei ēsi aufert, & dicit: Serua te, ne loquaris cū Iacob
mala: perinde ac diceret, Caue ne uel uerbis offen-
dere Iacob coneris: sed serua teipm, cōtine malum
tuū impetū, cōprime furorē, refrēna iratū tuū ani-
mū, & ne uel uerbo ipsum contristari uelis. Et cōsi
dera dei prouidentiā. Non imperauit Laban ut ad
propria reuerteretur, sed solū prohibet neqd durū
uel molestū cū iusto loquatur. Quare, & pp quid?
ut discat p opa ipsā iustus, quantā sui curam gerat K
deus. Nā si reuersus fuisset Laban, unde sciuisset la-
cob & uxores? Ideo permittit ei ut abeat, & lingua
sua cōfiteatur q̄ de⁹ dixit ad se, quo & iust⁹ maiorē
alacritatē habeat proficiscēdo, fiduciāq; accipiat:
& ut filię suę discāt quāto studio deus oium domi
nus Iacobum curet, reiiciantq; errorē paternum, &
imitentur iustū, notitiæ dei sufficientē doctrinam
inde accipiētes. Neq;.n. sic fide digna erant q̄ Iacob
dicebat, ut quæ à Laban dicebantur, q adhuc ido-
la colebat. Semper.n. infidelium & aduersantiū reli
gioni testimonia, maiorē habent fidē. Et hoc est ex
omnipotēti sapiētia dei, ut inimici ueritatis fiāt ip-
si testes ueritatis, & sua lingua prædicent. *Cōsecutus*
aūt Laban Iacobum. Iacob aūt fixit tabernaculum suum in
monte: Laban uerò constituit fratres suos in mōte Galaad.
Dixit aūt Laban ad Iacob: Cur fecisti? Vide quō præce-
ptum dei magnū illius calorem represit, & furorē
refrenauit: & idcirco cū magna māsuetudine collo
quium habet cū eo, qua sese excusat, & paternā dile
ctionem erga illum declarat. Quādo.n. supna pro-
uidentia nobis afsistit, nō solū malorū hoium insi L
dias effugere possumus, sed etsi in bestias ipsas inci
damus, nihil aduersi nobis euenit. Omnium.n. do
minus suæ uirtutis abūdantiā declarans, & bestia-
rū mutat naturā, & in oues māsuetas transformat:
nō quòd bestialē eis naturā imutet, sed relicta na-
tura eas ostēdere facit ouiū morem & naturā. Idq;
non solū in feris hoc qs uidere poterit, sed & in ele
mentis ipsis: quando.n. uult, tunc & elementa ipsa
naturæ suę obliuiscūtur, & neq; ignis facit qd ignis
solet. Et hoc quoq; discere poterit aliqs tam in trib. *Dan. 3.*
pueris, q̄ in Daniele. Nā hunc leones sicut oues cir- *14.*
cundabant, & superna gratia retusa eorum ferocita
te, nihil illum incommodabant. Nā quòd ferocita-
tē nō exercerent ferę, hi q feris truculentiores erāt,
re ipsa discebant. Hoc aūt ad maiorem illorum ac-
cusationē factum est, quia ratione insigniti, crude-
litate bestias rōne carentes uincebant. Tandē didi
cerunt cū in lacū coniecti fuerunt, quòd non esset
apparentia uana, quòd leones iusto pepercerāt, q̄si
reueriti eū, & nō audentes eius contingere corpus.
Nā in illo imitabantur ouiū mansuetudinē, & na- M
turæ obliuiscebātur, in istos aūt ferociam suam de
clarabant. Silr & in fornace ignis factū est: nā eos
qui intus erant, inq; medio igni æstuabant, reuere-
batur elementum, & nō urebat ignis: sed q̄si ligata
opatione sua, ita nihil nocebat illorū corporib⁹, &
neq; capillos eorū attingere ausus fuit, quasi mā
dato alicuius elementū propriā declarare uirtutē pro
hiberetur: hos aūt q extra fornacē erāt, absumpsit.
In utroq; magna dei potentia declaratur, & quia il-
li intus manserunt illæsi: & qa qui foris erant, perie
runt. Sic quādo supna gratia munimur, non solum
effugimus inimicorū insidias, sed etsi in bestias ipsas
incidimus, nihil patiemur graue. Dei.n. manus po-
tentior est oibus, ipsa nos undequaq; satis munit,
& inuictos facit: id qd & iniusto hoc declaratū est.
Nā qui tāto impetu cōprehendere Iacob, & pœnā
fugæ de eo sumere uolebat: non solum nihil aspe-
rū & durū aduersus eū loquitur, sed sicut pater fi-
lium cōpellat, ita blandis uerbis conuenit: dicit n.
Cur fecisti? Quare clādestinō abscesisti? Vide quā-
ta mutatio, uide quō is q ut bestia insaniebat, ouiū
imitatur māsuetudinē. *Quare clanculò discessisti, &*
mea furtim

A *mea furtim abstulisti, & abduxisti filias meas quasi captí*
uas gladio? Quare, inqt, hoc fecisti? quid tibi uisum
fuit? qd prę te tulisti? quare sic occultò parasti abi-
tionē? Nā si annunciasses mihi, cū magno honore
& lætitia fuissem te prosequutus. Enimuerò si hoc
sciuissem, cū musicis & tympanis & cithara prose-
quutus fuissem te: nūc aūt insipienter egisti. Vides
quō nunc semetipsum arguit, & per linguā suā fate-
tur: quia ipse qdem iustū malè afficere paratus fue-
rit, dei autē prouidentia à molimine suo se imp⁹di
uerit. *Valeret*, inqt, *manus mea te affligere, deus autē pa-*
tris tui hodie mihi dixit: Serua teipsum, ne fortè loquaris
cum Iacob mala. Cogita hìc quāta consolatioae iusti
facta fuerint uerba hęc: & cōsidera quō hìc effatur
q̄ aduersus istū decreuerat, & qualiter eū cōprehen
dere uoluerit, & qd timor dei à malis cōsiliis impe
diuerit. Deus patris tui, inqt. Vide quō & ipse Labā
non parū utilitatis hinc perceperit, maximam inde
uirtutis dei faciēs demonstrationē, ex his q̄ sibi di-
cta fuerunt. Verū quia & tu, inqt, hoc decreuisti, &
B deus est q tantam tui curā gerit, nunc igitur uade.
Magno.n. desiderio petis abire in domū patris tui.
Quare furatus es deos meos? Esto, inqt, hoc decreueris,
ut abeas in domū patris tui: quare deos meos fura
tus es? O excellentē insipientiā. Tales sunt dii tui,
ut qs eos furari queat? Nō erubescis dicens: Quare
furatus es deos meos? Vide quāta fuit erroris grau
tas, hi q rōne p̄diti colūt lapides & ligna. Et sunt hi
dij tui ô Labā, q neq; cū furaturi se qdam erāt, iuua
re se potuerunt? uel quō, q lapidei? Deus autē iusti,
& ignorante iusto impetū tuū coercuit: & non co-
gitas erroris magnitudinem, & iustum furti arguis?
Quare iustus illos furari uoluisset, quos abomina-
batur, imò quos sciebat esse insensatos lapides? Por
rò hęc cū audisset Iacob, primū magna māsuetudi-
ne de obiectis criminib⁹ se purgat, & ut inqrantur
dii, iubet. *Dixi.n.* inqt, *ne fortè auferas filias tuas à me,*
& omnia mea. Quia, inqt, *uidebā te non bene erga me ani*
matū, anxius fui, ne fortè conareris auferre filias tuas, &
facultates tuas, & priuare me meis, sicut quondam feci-
sti.
C *Ista igitur cā timoris fecit, ut clā te abirē. Cæterū apud quē*
inueneris deos tuos, nō uiuet corā fratribus nostris. Vides
qd ignorabat Iacob furtū a Rachel cōmissum? Vi-
de.n. quanta austeritate suppliciū decernit ei q fur
tum admiserat. Apud quē, inqt, inueniuntur, nō ui
uet corā oculis nostris. Non solū, inqt, quia ablatū
est, sed & qa furtim, q fecerit manifestā sui flagitii
pœnā feret. Scias si qd est tuorū apud me, & accipe.
Scrutare, inqt, siqd abstuli, qd nō oportebat. Nihil
aliud in me arguere poteris, q̄ quòd clā abierim: &
hoc nō uolūtario fecerim, sed suspicatus iniustitiā,
& timēs ne uelis auferre filias tuas, & alias meas fa-
cultates ubi rescires. *Et nō agnouit apud eos aliquid. Ne*
sciebat autē Iacob quòd Rachel uxor sua furata fuisset ea.
Ingressus autē, inqt, *Labā, scrutatus est domū Liæ, & non*
inuenit. Ingressus est aūt & in domū Rachel. Rachel uerò
accepit idola, & posuit ea subter stramēta camelorū, & se-
dit sup ea. Et dixit patri suo: Ne grauiter feras domine mi,
Nō possum surgere corā te, quia sedm cōsuetudinē mulierū
mihi est. Scrutatus autē est Labā in tota domo eius, & non
inuenit. Magna Rachelis solertia, per quā de lude-
re potuit Labanē. Audiāt q adhuc errorib⁹ sunt ad
dicti, & idololatriā magnificiunt. Posuit ea subter
stramēta cameli, & sedit sup ea. Quid his magis fidi
culū? qd his stultius? Ratione p̄diti, & tantā à mise-
ricordia dei assequuti dignitatē, lapides insensatos D
putant colēdos: & neq; in mente suā accipiunt ab-
surditatē, & à cōsuetudine sua quasi oues abducū-
tur. Et idcirco Paulus quoq; scribēs dicebat: Scitis 1.Co.12.a
quādo gētes eratis, ad idola muta quō eūtes abdu
cebamini? Et rectè dixit, muta. Qui uocē, inqt, ha-
betis & aures, & sermonis estis participes, ad ea q̄
nullū sensū habēt, sicut bruta, abducimini. Et qua
lē, q talis est, ueniā mereretur? Sed uideamus quō
iustus nūc fiduciā acceperit ex his q̄ Labā cōfessus
est, & quoniā nullū crimē cōtra se inuenerat repre-
hensione dignum, qd dicit? *Iratus est autem*, inqt, *Ia-*
cob, & contendit cum Laban, & dixit. Vide quō et ex-
postulando aiæ suæ uirtutem detegit. *Quæ iniusti-*
tia mea, uel quod peccatū meum, inqt, *quòd persequutus es*
me? Quare, inqt, tanto impetu insectatus es me? qua
lem iniustitiā mihi potes opprobrare? quale pecca-
tum? Neq; id satis, nisi & tantam superinduxisses cō
tumeliam, ut scrutareris omnia quę in domo mea.
Quid inueniſti de omnibus uasis, q̄ in domo mea pone hic
corā fratribus tuis & frartrib. meis, & iudicent inter nos E
duos. Tanto, inqt, scrutinio facto, potuistine aliquid
inuenire qd ad me non attineat, uel quod tuū sit?
Si inueniſti, profer in mediū, ut q hic assunt apud
me & te iudiciū faciant. Quoniā uidit se irreprehen
sibilem in oibus, magna sumpta fiducia, enumerat
beneficia q̄ illi per oē tps exhibuit, & inqt: *Hi sunt*
uiginti anni, quibus tecum sum? Pro labore tot annorū
hisne dignus erā? haccine, inquā, cōtumelia? Hi mei
uiginti anni? Hodie uiginti annorū cōpleui in do-
mo tua numerū, *Oues tuæ & capræ tuæ steriles non fue*
runt, arietes ouiū tuarum non comedi, captū à fera tibi non
attuli, ego satis fecī de meo, furta diei & furta noctis. Die
urebar æstu, & nocte gelu, & discedebat somnus ab oculis
meis. Obliuiscēris, inqt, laborū quos exātlaui pascēs
oues tuas & capras? Nū potes arguere qd unq̄ oues
uel caprę tuæ fuerint steriles? Vide quantā demon
strat à deo benęuolentiā cōtigisse domi Laban pp
suum aduētū. Hoc.n. est id quod & supra dicebat:
Benedixit te deus ad pedē meū. Hoc.n. nullus à pa
store exigeret. Neq;.n. pastoralis artis hoc opus est. F
Propterea ante oia hoc ponit, prouidentiaq; super-
na factum hoc fuisse in pecudibus ostendit. Arietes
ouium tuarū non comedi. Non potes, inqt, dicere
quòd aliquando comederim arietē de gregib. tuis:
qui.s. multorū pastorum mos est. Bestia captū non
attulit tibi: neq; ipse, inqt, aliquando comedi, neq;
bestia aliquando rapere potuit. Num attuli aliqd
à bestia captū? An nō quotidie uides eos qbus gre-
ges crediti sūt, capta à bestiis affere dominis? At tu
nihil tale uel demōstrare uel obiicere factū potes
in uiginti annis. Et qd dico captū à fera? sed neq; si
furto ablatū qd, ut sæpe contingit, ad notitiā tuam
uenire feci: sed ego pro his q̄ furtim ablata fuerunt
satis feci, siue die siue nocte accidisset. Et cū æstus
flagraret, ferebā fortiter, silr & frigus noctis, ut ille-
si conseruarentur greges tui: & non hoc solū, sed &
ipse somnus pp multam curam discedebat ab ocu-
lis meis. Vidisti pastoris uigilantiā? uidisti intētum
studium? Qualē habebunt excusationē ii, qbus ra-
tionales greges crediti sunt, & magnā præ se ferunt
negligentiā: & quotidie, iuxta prophetam, pecudes
alias mactāt: alias à bestiis captas contēnunt: alias
uerò ab aliis raptas, reducere nō curāt: tametsi mi-
nor sit labor, & cura facilis? Aia.n. est quæ docetur.

G Illic autē multus est & corporis & aīæ labor. Vide enim, inqt, factus sum die aduſtus æſtu, & gelu nocte, & diſcedebat ſomnus ab oculis meis. Quis hęc nũc poteſt dicere, qd pp eos quos paſcit, tot ferat labores & pericula? Et hoc qdē nũc nullus dicere audet. Paulo autē ſoli licebat hoc fidenter dicere, atque his maiora. Et ubi, inqs, Paulus hæc ſuſtinuit: audi eũ dicentē: Quis infirmatur, & ego non infirmor? qs ſcādalizatur, & ego nõ uror? O paſtoris dilectionē indulgentiſsimā. Alienę ruinæ meos dolores augent, aliena ſcandala fornacē doloris mei ſuccendũt. Hũc oēs imitētur, qbus rationales oues cōcreditę ſunt: & ne deteriores fiāt hoc, q tātæ in brutis pecudib. cuſtodiendis uigilātię fuit, idq; tot annorũ numero. Et illic qdem, ſi incuria q̄dam accidens, nullũ dāmnũ: hic autē ſi ouis rationalis perierit, uel à beſtia fuerit capta: graue damnũ, maximũ detrimentũ, ineſtabilis pœna. Nā ſi dominus noſter ſanguinē ſuũ proprium effundere pro illa nõ declinauit: qua uenia dignus fuerit, q ſic honoratā à domino deſpicere uoluerit, & nõ oia q̄ poteſt i curāda ouicula adimpleuerit? Cęterũ ad ſeriē ſermonis redeamus. H *Et mihi, inqt, uiginti anni quibus ſum in domo tua. Seruiui tibi quatuordecim annis pro filiabus tuis, & ſex annis pro ouib tuis, & mutaſti mercedē decē agnis: & niſi deus patris mei Abrahæ, & deus Iſaac fuiſſet mihi adiutor, nunc fortè me uacuum dimiſiſſes. Humilitatē meā & laborem manuum mearum uidit deus, et arguit te heri.* Vides quo ea q̄ confeſſus eſt Laban, animarunt iuſtũ, & fiducię argumentũ pſtiterunt? Vidiſti, inqt, quo uiginti annorũ numero ſeruiui tibi: pro filiabus quatuordecim annis, reliqs autē pro ouibus: tamē priuare me uoluiſti mercede, & non te ſuper hoc argui? Verũ ex illis ipſis q̄ tu confeſſus es, ſcio qd niſi deus Abrahā & Iſaac fuiſſet mihi adiutor, nũc me uacuũ dimiſiſſes & nudũ: oia fortè abſtuliſſes à me, & iniuſtitiā quā propoſueras, ope compleuiſſes. *Sed deus qui ſcit humilitatem meā, & laborem manuum mearum.* Quid eſt, humilitatē, & laborē manuũ mearum? Quoniā, inqt, ſcit deus quo ego magno ſtudio ſeruitutē meam perfecerim, & quātum laborē ſuſtinuerim, paſcēs oues, die noctúq; in curis uerſatus: ad illa, inquā, reſpexit miſericors dominus, & heri arguit te: coercuit iniuſtitiā quā aduerſum me ſtruebas, & irrationabiles tuos conatus. Satis defendendo ſe, taxarat Laban, & rephendens illius in ſe iniuſtitiā, ſua in illum beneficia recēſuit. Ideo ille erubeſcēs de his q̄ dixerat, nũc in timore aſsiſtit, & fœdera inire uult cũ iuſto. Vide prouidētiā dei, q tanto impetu ad perſequēdũ exierat, timore coactus eſt ut ab eo & fœdera q̄reret. *Reſpondens autē Labā, inqt, Iacob: Filiæ tuæ, filiæ meæ: & filij tui, filij mei: & pecora tua, pecora mea: & oia quæcũq; tu uides, mea ſunt, & filiarũ mearũ: quid facerē illis hodie, uel pueris qui ab eis ſunt nati?* Scio, inqt, qd filiæ meæ ſunt, & oia quæcunq; habes, ex ſubſtātia mea acceſſerunt. Quid igitur facerē illis hodie, uel pueris q ab eis nati? *Nũc igitur ueni, & ineamus fœdus ego & tu, & erit in teſtimoniũ inter me & te.* Pacta, inquit, faciemus, & erũt in teſtimonium inter me & te: in iudiciũ & demonſtrationē. *Dixit autē ei: Siquis trāſgreds attentauerit, quæ nũc à nobis ſunt p poſita. Ecce nullus nobiſcũ, deus aũt teſtis inter me & te.* Cōſidera quo paulati & Laban ad cognitionē dei ducitur. Nā ante hoc arguebat iuſtũ de furto deorũ ſuorũ, & tantā pp eos ſcrutationē faciebat: nũc, inqt, qa nullus eſt inter nos, q poſit ſiqd poſthac teſtandum fuerit his q nunc apud nos ſunt, deus teſtis ſit inter me & te. Ille, inqt adeſt, q oia uidet quē nihil latere poteſt, qui uniuſcuiuſq; mentē agnoſcit. *Tulit autē, inqt, Iacob lapidē, & ſtatuit in columnā, & comederunt ſuper collē. Et dixit ei Labā: Collis hic teſtabitur inter me et te.* Quid eſt, collis hic? id eſt, uerba q̄ fiunt in hoc colle, memoria perpetua erũt. Et uocauit nomē eius loci, Collis teſtimonij. Deinde, inqt, *Aſpiciat deus inter me & te.* Attende quo pœnā iterũ à deo p̄catur Laban. *Aſpiciat, inqt, deus inter me & inter te, quia ſecedimus alter ab altero.* Nũc, inqt, ſeparamur, & tu quidē ibis in domũ propriā, ego autē redibo in domũ meā: *ſi humiliaueris filias meas, ſi accepis uxores ad filias meas. Vide, nullus nobiſcũ eſt qui uideat, deus teſtis.* Cōſidera quo ſemel, & iterũ atq; ſępius deum in teſtē uocat. Quia prouidentia, quam expertus erat Iacob, docuit eũ quāta eſſet eius potentia, & qđ impoſsibile ſit aliquid occultum eſſe oculo q dormitare nequit: ppea iquit: Etiamſi ſeparemur, etiamſi nullus alius aſsit, qui teſtificari poſsit, hic teſtis erit ubiq; pſens: per ſingula uerba docet qđ totius terrę ſit dominus. *Et dixit inqt, Iacob, Ecce collis ille teſtatur. Deinde iterũ Labā inquit, Si. n. ego nõ tranſiero ad te, neq; tu tranſeas ad me collem hũc & columnā hāc, in malitia: deus Abrahā: & deus Nachor iudicabit inter eos.* Vide quo cũ patre & auum ſuũ cōiunxit, q frater fuit patriarchę, ſuus aũt auus. *Deus Abrahā & deus Nachor iudicet inter nos. Et iurauit Iacob per timorē dti patris ſui Iſaac, & ſacrificauit ſacrificiũ in monte: & uocauit fratres ſuos, & comederũt, & biberũt, & dormierunt in monte. Surrexit aũt Laban mane, & oſculatus eſt filios ſuos et filias ſuas, et benedixit eos: & reuerſus Labā abiit in locũ ſuum.* Vidiſti dilecte quāta dei ſapientia, quo uno facto & ſuā erga iuſtũ declarat prouidentiā? & illum ab iniuſtitia abduxit, & in diuinę notitiæ uiā paulatim inducit Labanē, interminando ei neqd malũ cōtra Iacob loqueretur: & quaſi beſtia accurrens, & cōprehendere uolēs & interficere: deſinit in defenſionē, & in filiorũ filiarúmq; deoſcultationē, & ſic domũ redit. Fortè prolixius ſermo ſe extēdit, ſed ignoſcite: nõ hoc ſponte admiſimus, ſed coegit nos hiſtoriæ ratio. Ideo hic miſſum faciētes ſermonē, oramus ueſtrā charitatē, ut oia faciamus & tractemus, quo ſupernam nobis cōciliemus gratiā. Quod ſi deū habuerimus amicũ, oia nobis facilia erunt: & nihil nos in pſenti uita cōtriſtari poterit, quāuis iniucūdũ eſſe uideatur. Tanta. n. ſuperne uirtutis eſt excellētia, ut ēt ea quę triſtia ſunt, iucunda facere queat: ſic & Paulus in afflictionibus exiſtēs, gaudebat & exultabat, expectatióe repoſitorũ bonorũ animatus. Propterea & propheta dicebat: In afflictione dilataſti me: docēs nos, qđ in ipſa afflictione ſecuros & beatos faciat. Talē igitur habentes dominũ, tā potentē, tā ſapientem, tamq; miſericordē, & qđ noſtrũ eſt afferamus, uirtutiſq; magnam habeamus rationem, ut non ſolum pſentia, ſed & futura bona conſequamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu xp̄i, cui cum patre gloria, & imperium ſimul cum ſancto ſpiritu nunc & ſemper, et in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia. lviij.

Cio quòd herì defatigati fueritis, nobis ſermonem prolixius extendētibus: ſed bono eſtote animo, labor ueſter nõ eſt inanis: In

A domino. n. ſpes eſt, quòd & breuis labor magnam mercedē uobis allaturus ſit. Nā licēt corpus fatigaretur, aia tamen magis confirmabatur. Ideo & ipſe uidens ueſtrũ feruens deſideriũ & ſtudiũ, uolebā quidē abbreuiare ſermonē, ſed anteq̄ finiretur hiſtoria, nolui, ſciēs me uobis hac ratione magis gratificaturũ. Multitudo n. dictorum ſatis declarabat inexplebile ueſtrũ deſideriũ, & ſtudium audiendi auidum: ppea & ipſe cum maiori alacritate uos docere incipio, uidens ueſtrā quotidie appetentiā creſcere. Age & hodie q̄ ſequũtur heſternam lectionē, pro uiribus noſtra pertractemus, cōſuetũ ueſtrę charitati cōuiuiũ proponentes. Et uideam° poſt diſceſſum Laban, quo iuſtus iter arripiat. Nihil. n. ſuperuacaneũ in diuina ſcriptura poſitum eſt, ſed oia q̄ à iuſtis fiunt, maxima utilitate plena ſunt. Quoniā enim uniuerſorũ dominum cōtinuò habuerũt comitē, & itineris difficultates reddentē faciles, multum etiā nos utilitatis ex paruo eorũ itinere poſſumus percipere. Nam poſtq̄ Laban in domum ſuam abijt, & Iacob uiā ſuam perrexit, & eleuatis oculis,
B uidit caſtra dei caſtrametata eſſe, & occurrerunt ei angeli dei. Poſtq̄ n. ceſſauit, & finem habuit timor Laban, excepit eũ timor fratris: pp hoc miſericors dominus animare iuſtum uolens, & oēm eius metum diſcutere, fecit ut angelorum uideret caſtra. *Occurrerunt. n.* inqt, *ei angeli dei. Et dixit Iacob, Caſtra dei ſunt hæc. Et uocauit nomen loci eius, Caſtra.* ut ex ea appellatione perpetua maneret memoria uiſionis, quæ illic contigerat. Deinde poſt uiſionem hanc, *Miſit*, inqt, *ante ſe nuncios ad Eſau fratrem ſuum, & mãdauit ei, dicēs: Sic dicetis domino meo Eſau.* Vide & poſt uiſionē, quātus adhuc timor urgebat iuſtũ. Timebat. n. fratris uiolētiā, & angebatur ai o, ne fortè memoria eorũ q olim facta ſũt ipelleret illũ ad iſidias. *Dicite*, inqt, *domino meo Eſau Sic dicit ſeruus tuus Iacob: Peregrinus fui cũ Laban, & longo tẽpore ibi moratus ſum uſque nunc, & facte ſunt mihi boues & aſinæ & oues & ſerui & ancillæ, et miſi ut annũciaretur domino meo Eſau, ut inueniat puer tuus gratiã corã te.* Attēde quo timuerit fratrem: & ppea placare eum uolens, præmittit: ſignificans ei & reditum ſuum, & ſubſtantiā q̄ ſibi
C contigerat, & ubi tanto tpe moratus fuerit, ut placato eius furore, clementē facere poſsit: id qđ & factũ eſt, deo cor illius demulcēte, & tractabilē extincta ira faciēte. Nā ſi Labanē, q tāta cōcitatione pſequebatur, timere fecit p ea q̄ ad ipm dicebat: multo magis fratrē māſuetiorē fieri erga iuſtum fecit. *Reuerſi ſunt aũt*, inquit, *dicentes: Venimus ad fratrē tuũ, & ueniet in occurſum tuum. & quadringenti uiri cum eo.* Vide quo & iſtucipſum auget metum iuſti. Neq;. n. ſciebat euidenter mentē fratris: ſed ut didicit multitudinem uenientium cum illo, formidauit, ſuſpicans ne quaſi in bellum contra ſe ueniret, & ita uel let occurrere. Timuit. n. inquit, Iacob, & perplexus erat, & formido mētē eius turbauerat, & neſciebat quid faceret, ſed māſit perplexus: propterea timuit quaſi de ſalute ſua, & mortem ante oculos habens. *Diuiſit aũt in duas turmas omnem populum, qui ſecũ erãt. Dixit. n. Si uenerit ad turmam unam, & percuſſerit eam, erit adhuc altera quæ ſaluabitur.* Talia ſuggerebāt ei ti mor & magna formido. Videns aũt ſe quaſi in reti cōprehenſum, ad inuictum dominum confugit, & Promiſsiones q̄ ei factæ erāt repetit ab oium deo: quaſi dicens ad eum, Nunc uenit tps in quo & pro
D pter primogenitorũ uirtutē, & pp promiſsionē q̄ a te facta eſt mihi, dignus habear q tuo adiuuer plidio. *Dixit. n. Iacob: Deus patris mei Abraham, & deus patris mei Iſaac tu es, qui dixiſti mihi, Vade in terram natiuitatis tuæ.* Qui euocaſti me, inqt, de terra aliena, & pcepiſti ut redirem ad patrem meũ, & in terrā nati uitatis. Satis mihi ſit de oi iuſtitia & ueritate, quam feciſti puero tuo. Sufficis mihi, inquit, ad ſubliditũ in præſenti tpe. Qui enim uſque ad preſens tempus tantā erga me declaraſti prouidentiā, potens es etiā nũc eripere me ab urgentib. periculis. Non. n. ignoro, quòd in iſto baculo meo tranſiui Iordanē. Nũc ergo pp tuam de me ſolicitudin. em, qui baculum ſolum geſtans abiui in terrā alienam, & nunc cum duabus turmis adueni, tu igitur domine, qui tantā mihi ſubſtantiā cōceſsiſti, qui tantũ augeri me feciſti, nunc eripe me de manu fratris mei Eſau: *quia timeo ego eum, ne fortè ꝑcutiat me, & matrẽ, cũ pueris. Tu dixiſti: Benefaciã tibi, & ponam ſemẽ tuũ ſicut arenã maris, quæ numerari nequit, præ multitudine* Vide iuſti religioſum aium, & magnā gratitudinē: quo nõ in alio dominum precatur, q̄ ut ſuas promiſsiones E adimpleat. Et de priorib. demõſtraturus gratiarũ actionē, confitetur qđ ex nudo, & oib. diſtituto in tantā peruenerit abundantiā: & ſupplicat ut de periculo ſe liberet. Dixiſti. n inquit, Ponā ſemen tuũ ſicut arenā maris, q̄ dinumerari nequit. Cũ igitur orationē ſuā ad deũ feciſſet, & ſupplicationē precũ obtuliſſet, facit & ſuum officium. Et acceptis munerib°q̄ afferebat, miſit fratri, cùm ſegregaſſet q̄ mitterentur, & mandata dediſſet ita ut placaretur animus fratris, & ſuus nunciaretur aduentus. *Dicite. n.* inqt, *Ecce puer tuus aduenit poſt nos. Et ut primũ reddatur amicus, & tunc in faciẽ eius occurram.* Poſt hac. n. inquit, uidebo faciẽ ei°. Fortè. n. accepta erit ei facies mea, & antecedant dona ſecũdum faciẽ eius. Verũ uide, obſecro, ineffabilem dei miſericordiā, & quo ſemper congruo tpe ſuam declarat prouidentiam. Nam ut de Labā dictum eſt, quoniam iuſtus nihil talium ſuſpicabatur, neq; ſciebat quòd Labā cum tanta ui inuadere ſe uellet, ut ulciſceretur clanculariũ ſuum abſceſſum: apparuit angelus nocte Laban, & repreſsit eius impetum, mandatúq; dedit ne F uel aſperum uerbum loqueretur Iacob: dicit. n. Ne loquaris cũ Iacob mala Et hoc ita diſpẽſabat, qđ p illius linguā notum fieret iuſto, ut fidentiori eſſet aīo, cōperta tanta dei in ſe prouidentia. Nunc quia frater tpis lōgitudine mitigatus erat, quieuerãt que ira & indignatio cōtra Iacob: hic aũt anxius erat, timens & tremens fratris occurſum: bonus dominus nõ iam Eſau p̄cipit, nihil. n. cōtra fratrẽ meditabatur, ſed iuſtum ſolatur. *Nam poſtquã miſiſſet offerentes munera, & dormiuiſſet, ſurrexit in media nocte, uxores duas & filios tranſmiſit in tranſitu Iaboth, & accepit eos, & tranſit fluuium. Relictus eſt aũt Iacob ſolus, & colluctatus eſt homo cum eo.* Magna domini miſericordia, quoniā occurſur° erat fratri, ut ſciret reipſa qđ nihil aſperũ laturus eſſet, in figura hois luctari cũ iuſto uoluit: deinde uidēs ſe uinci, apphēdit, inqt, latitudinē lũbi ei°. Totũ hoc factũ eſt, ut ſe illi° humilitati attēperaret, & formidinē ex aia iuſti eximeret, & perſuaderet eum ut citra angorē fratri occurreret. *Nam cum tenuiſſet latitudinem lumbi Iacob, emarcuit neruus qui ſup latitudinē lumbi Iacob, cũ colluctaretur ille cũ eo.* Deinde ut ſciret Iacob uirtutem eius quem ſecũ

luctari putabat, dicit ad eū: *Dimitte me, ascendit. n. aurora.* Sentiens igitur iustus magnitudinem uirtutis eius q hæc sibi dixerat: dixit, *Minimè te dimittam, nisi me benedixeris.* Magna. n. cósequutus sum, & q̄ supra meā sunt dignitatem: non prius te relinquā, donec benedictionem à te accipiam. Deinde dicit, *Quod nomen tuum est?* Vide iterum quantum sese humiliet & attemperet. Nam si non interrogasset, nesciuisset iusti nomen? Sed uult eius fiduciam solidare, & docere qs sit, q ei loquatur. Et *postquā dixit Iacobo: Non uocabitur nomen tuum Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Quoniam si contra deum fortis fuisti, multo magis contra homines potens eris.* Vidisti quo ostēdit totā cām, pp quam adeo se humiliauit? Et simul docuit iustum per nois impositionem, quis esset, & quem uiderit & comprehenderit. Non ultrà. n. uocaberis Iacob, sed Israel erit nomē tuum. Israel aūt: siqs interpretetur, sonat mens uidens deum. Quoniam sicut uidere homini possibile ē, uidere meruisti: ppea & hāc appellationē tibi impono, ut oibus posteris manifestū sit quā uisionē assequutus fueris. Et subiicit: Quoniam pualuisti contra deum, & contra hoiem potens eris: nihil amplius time, neq; damnū aliqd expectes, qd ab aliquo feras. Nam q tantam uirtutē accepisti, ut cū deo luctari ualueris: multo magis hoies superabis, & inuictus oibus eris. His auditis iustus, obstupescens magnitudinē eorum quæ ad se dicta erant, dici ei: *Annuncia mihi nomen tuum. Et dixit: Cur quæris nomen meum? Et benedixit eum.* Intra tuos limites mane, & ne transgrediaris mēsurā tuā. Vis meā benedictionē obtinere? ecce eā tibi do: dicit. n. *Et benedixit eum: Et uocauit*, inqt, *Iacob nomē loci huius, Speciem dei. Vidi. n. deum facie ad faciē, & salua facta est anima mea.* Vides quantū ei fiduciæ à uisione cōcessum? Salua facta est aia mea, q̄ propemodum mortua præ timore: quoniā uidere mihi datū est facie ad faciē deum, salua facta est aia mea. Ortus est aūt ei sol, quando pterijt uisio dei. Vidisti quo infirmitati humanæ dominus sese attemperans, oia agit & tractat ut suam misericordiā declaret? Et ne admireris, dilecte, quod tanta humiliationis illius magnitudo: sed cogita qd & patriarchę, cùm apud quercū sederet, in hois figura cū angelis hospes fuerit: psignans nobis iam multo antea & ab initio, quod humanā naturā susceptурus esset, ut sic oēm humanā naturā à diaboli tyrānide liberaret, & ad salutem reduceret. Verùm tunc qdem, quoniam initium & principia erant, in figura unicuiq; illorū apparebat, sicut ipse per alium prophetā dicit? Ego uisiones multiplicaui, & in manib. prophetarum assimilatus sum. Quādo aūt dignatus est dominus humanā formā suscipere, & primitias nostras recipere, non putatiuā neq; apparentē tantum carnem, sed ueram induit. Et ea pp uoluit per omnia nostra trāsire, & ex muliere nasci, & infans fieri, & panniculis inuolui, & lacte pasci, aliaq; oia ferre, ut dispensationis ueritas credibilior eēt, & hæreticorū ora dissueret. Propterea & dormit in naui, & iter facit, & fatigatur, & oia humana sustinet, ut p res ipsas certisq; argumentis persuadeat: pp hoc etiam tribunali assistit, & crucifigitur, & mortē sustinet ignominiosissimam, & in sepulchro ponitur, ut sua incarnatio p oia fiat manifesta. Nam si nō uerē carnē nostrā assumpsit: neq; crucifixus est, neq; mortuus, neque sepultus: neq; resurrexit. Quod si nō resurrexit, ois de

Israel.

Oseæ 12.

incarnatione sermo subuersus est. Vides in quantā absurditatē incidunt, q diuinæ scripturæ canonē imitari nolunt, sed suis cogitationib. pmittūt oia? Verū sicut hic pspicua ē ueritas, ita apud iustū illū apparētia q̄dā erat, p quam iustus multis argumētis certior fieret, quantā sui curā deus habiturus, & quòd inuictus sit futurus ab omnib. q sibi insidiātur. Deinde, ut posteritati nota fieret uisio ei facta: *claudicauit*, inqt, *fœmore suo. Propter hoc non comedunt filij Israel neruū, qui emarcuit, qui est sup latitudinē fœmoris, usq; in hūc diem: quia attigit neruum super latitudinē fœmoris Iacob, & emarcuit.* Quoniā. n. iustus impletis uitæ suæ annis, emigraturus erat ex hac uita: oportebat aūt prouidētiā dei in illū, & tantā dei dignationē, oi hoium generi manifestari: ideo inqt, Non comedūt filij Israel neruū latitudinis fœmoris, qd emarcuit: sciēs eorū magnā ingratitudinē, & quod obliuiscātur dei beneficia, ppetuò artib. q̄busdam inducit eos, ut habeāt memoriam eorū q̄ a se facta sunt, taliaq; excogitat monimēta p illas obseruationes, id qd p scripturā totā inuenies. Hęc. n. maxima cā est plurimarū obseruationū, & quòd uult perpetuò futuras generationes meditari beneficia dei, & nō obliuióe unq̄ obliterātes ad suos errores recurrere: q mos fuit Iudæorū genti peculiaris maximè. Nā q in beneficijs sæpe summā præ se tulerūt ingratitudinē, multo magis nisi hoc fuisset factū, oia q̄ à deo in ipsos facta sunt, è mēte sua abiecissent. Cæterū uideam⁹ nūc, quō fratri suo Iacob⁹ occurrerit. Postq̄. n. ex his q̄ facta sunt iustā accepit exhortationē, & sufficiens solatiū & promissionē, quòd fortis futurus esset, & potēs ēt cōtra hoies. *Eleuatis oculis uidit, & ecce Esau frater eius, & quadringenti uiri cum eo. Et diuisit Iacob pueros Liæ, & Rachel, et duarū ancillarū. Et posuit duas ancillas & pueros eorū in principio, & Liā et pueros eius postea, et Rachel ac Ioseph postremos, et adorauit sup terrā septies, donec appropiauit ad fratrē suum.* Vide quo diuisione facta, ipse præ oibus occurrit: & adorauit sup terrā, inqt, septies, donec appropiauit ad fratrē suū: prouocās & per gestus, & p adorationē fratrē in sui beneuolentiam: id qd & factum est. *Nam ut Esau occurrit*, inquit, *amplexatus est eum, & osculatus est, stringens collum eius: & flebant uterque:* Vide disp̄satione dei. Quia quādo uult oium dominus suā erga nos declarare prouidentiā, & eos qui atroci in nos aio sunt, ouibus mansuetiores facit. Cōsidera igitur quanta mutationē declarat Esau. Accurrit. n. inqt, i occursum eius, & amplexatus eū, osculatus est, & fleuerūt ambo. Vix tandē iustus respirauit, & timorē excussit, animosior factus *Eleuatis aūt oculis*, inqt, *uidit mulieres & pueros. Quid hæc tua sunt?* Vidēs iusti facultatū abūdantiā, in admiratiōnē adductus est, ideo & rogare uoluit. Quid igitur iustus? *Pueri*, inqt, *sunt quib. misericorditer donauit deus seruum tuum.* Vide quantum māsuetudinis robur: & quō p uerborū modestā humilitatē, illius indignationē fregit & mitigauit. Et *appropiauerunt*, inqt, *ancillæ & filij, & adorauerūt Lia & Rachel. Quid, hæc tua sunt? q̄ aūt turmæ illæ, quæ mihi obuiam uenerunt? ille aūt dixit: Vt inueniat seruus tuus gratiam coram te.* Cōsidera, obsecro, quō humilitate excellēti fratrē deuicerit: & quē putabat affici erga se hostilr & atrociter, ita inuenit māsuetū, ut uoluerit in ministerium ei⁹ oē officiū suum declarare. *Dixit. n.* inqt, *sunt mihi multa, frater: sint tibi tua.* Verùm neque hoc permisit

Iacob, sed monstrans quanti faciat eius amicitiā, inqt: *Si inueni gratiā coram te, accipe dona de manib. meis.* Nam propter hoc uidebā faciem tuā, quasi aliquis uideat uultū dei. Accipe, inqt, dona, quæ à me tibi afferūtur. Cū tanta. n. iucunditate uidi faciem tuā, cū quanta qs uiderit dei faciē. Hoc magni obsequij gratia dictū est à iusto, ut eū demulceret, & ad fraternam beneuolētiā duceret. Beneplacitū mihi facies, hoc est, gratū mihi facies. Accipe igitur benedictiones quas attuli tibi, qa miserit⁹ est mei deus, & sunt mihi omnia. Ne detrectes, inquit, accipere, Hęc enim oia à deo mihi donata sunt, & hic mihi horū omniū suppeditator factus est. Per quę placidè & illū docuit, quāta erga se fuerit dei prouidētia, & effecit ut magnā sibi reuerentiam exhiberet. Et *coegit eum, & accepit.* Vide nūc mutationem. Et *dixit Esau, Profectli eamus in rectam:* hoc est, nunc cōmuniter & simul iter faciemus. Ille autem causatus honestum prætextum, dixit: *Dominus meus*, inquit, *scit quòd pueri mei teneriores, et oues et boues fœtæ sint: si igitur sequi ea cogam, uno die morientur.* Non possum, inquit, accelerare facere iter: sed cogor lentè & pedetenti progredi, tā propter pueros, quā propter pecudes, ut nō labore plurimo pereant. *Vade igitur*, inquit, *tu, ego autem parcens labori puerorū & pecudum, conuentā te in Seir. Quibus auditis, frater: si uis*, inqt, *relinq̄s aliquos meorū apud te.* Faciebat hoc i signum magni honoris & officij. Ille aūt nihil tale accepit. Sufficit. n. mihi, inquit, quòd uerè ineni geatiam corā te. Hoc unū mihi cura erat, ut amicū te inuenirē. Quoniam igitur hoc assequutus sum, nō alterius cuiuspiam indigeo. Et *profectus*, inqt, *Iacob, fecit sibi ipsi et iumētis suis tabernacula: propterea uocauit locum illum Tabernacula.* Hæc audiētes imitemur iustum illū, et eandē declaremus humilitatē animi: et si q sunt q malè nobis afficiūtur, non magis eorum accendamus irā, sed magna māsuetudine & humilitate tam uerborū quàm operū, reprimamus eorū inimicitias, et afflictas eorum curemus animas. Vide n. sapiētiā huius iusti, quomodo magna uerborū cōstantia in Esau demulsit, ut ad se colendū festinaret, facerétque omnia quæ ad sui pertinebāt honorē. Hoc uerè summę uirtutis est, ut nō solū eos q bene nobis afficiuntur, magno studio diligamus, et eis omnib. modis seruiam⁹: sed ut etiā eos q nobis infesti esse uolunt, assiduitate officiorū nobis conciliemus amicos. Nihil. n mansuetudine uiolentius. Nā sicut rogum cū ualde accenditur aqua iniecta restinguit: ita et animum caminо magis exardescentem, uerbū cū mansuetudine prolatū extiguit. Et duplex inde nobis lucrū accrescit, tum quòd nos māsuetudinē declaramus, tum quòd fratris indignationē cessare facimus, et mētē eius à turbatione liberamus. Quid. n. dic mihi: Nū reprehēdis fratrē tuū, et accusas indignationem, & quòd hostiliter se gerit erga te? Cur igitur nō diuersa uia studes icedere, sed ipse magis irasci uis? Nō potest igni ignis extingui. Repugnat. n. hoc naturę. Sic neq; furor furore alio demulceri poterit unquā. Verū quod igni ē aqua: hoc ē irę māsuetudo & mititas. Propterea et Christ⁹ dicebat discipulis: Si diligētes uos diligitis, quā mercedē habetis? Deinde magis ad hoc inhortari, et reprehēdere negligentes uolens, dicit: Nonne et publicani idē faciunt: Quem enim dices qui tam desēs sit, & non hoc faciat? Nōne publicani magno studio faciunt? Quid autē publicano deterius? attamē inuenies eum hoc oibus modis obseruare. Et nō ē possibile, ut nō redamet q amatur. Ego autē quia & excelsiores uos esse uolo, & aliqd amplius habere: non hoc admoneo, sed ut inimicos diligatis. Id quod beatus ille ante legē, ante doctrinā aliorū, sponte sua fecit: & propter excellentē mansuetudinem prius supauit Labā, nunc autem & fratrem. Nam licēt superno p̄sidio fretus fuerit, attamē qd & suum est declarauit. Ita sanè & nos psuademus nobis, qd licēt infinities enitamur, nihil tamē prorsus rectè agere possum⁹, nisi supna gratia adiuti: Sicut aūt nisi illā habeam⁹, nihil unquā possumus rectè agere: ita nisi quod nostrū attulerimus, non poterimus supernū acquirere fauorē. Demus igitur operā ut & nostra afferamus, et supnū fauorē alliciamus, ut & ex nostro studio, & ex dei misericordia uirtutes nostrę quotidie crescant, multàque superna fruamur gratia. Quod nobis oi b⁹ cōcedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cū patre & scō spiritu sit glia, imperiū, honor nūc & semp, & i secula seculorū, Amen.

Matt. 5.

Homilia. lix.

Idistis heri & nostri omniū domini eximiam misericordiā, & discipulorum philosophiam, & Iudæorū ingratitudinem? Vidistis quanta cū patientia eorū impudentem audaciam obmutescere fecit, cū suos excusaret discipulos, mōstrās quòd ipsi q legem uindicare uolebāt, legis uolūtatē ignorarint, & quòd irradiāte ueritate, adhuc umbræ assidere uoluerint? Vidistis quō supèrne, & iā ab initio obseruationes legales auferre studebat, docēs eos qd exorto sole iustitię, nō iā à candelis posit lumē accendi? Iubar. n. solaris luminis qd accedit, hoc tegit, et uideri nō sinit. Didicistis quo modo possibile sit, ut ferię ppetuę agantur, et à tēporū obseruatione liberemur. Nā propter hoc uenit dominus noster, ut nos liberarert à tēporū necessitate: & excellētiores faceret, et iā in cœlo habētes municipatū: & cū adhuc homines sumus, angelorū imitemur uitā, rideamúsque res humanas omnes Age hodie si uidetur, seriem uerborū beati Mosis sequētes, ea quę superiorib. diebus diximus tractemus, & inde uobis apponamus conuiuiū. Scitis omnino quòd cū rediisset ex Mesopotamia Iacob, & occurreret fratri, & iterū ab eo separaretur: & illo qdē in Seir montem contendente, Iacob autē tabernacula figente, & locū ab euentu Tabernacula uocāte, sermonē missum fecim⁹: ideo op⁹ est ut sequentia pro uiribus nostris tractātes, doctrinā uobis relinquamus spiritualē. Securus. n. tandem factus est iustus & ab omni mentis agnore liberatus. *Venit*, inquit, *in ciuitatem Sycimorū, et posedit partem agri ab Emmor patre Sychem, centum agnis: & erexit ibi altare, et invocauit deum Israel.* Ne prętereamus obiter ea quę in diuinis scripturis sunt contenta. Nam si auri glebas ex terra effodiētes nulli labori parcūt, & oia grauia ferunt ut possint aurū è terra euellere: multo magis iustū fuerit ut scrutemur eloquia Christi, & utilitatem quę inde est percipiamus, & sic inde exeamus. Cogita, obsecro, eximij istius uiri philosophiā, quo modo tāta gratia supnè fruitur: et uidēs augeri suas facultates, pecora dico, & tantū numerū filiorū circunstātē, non in extruēdis ędificiis amplius & præclaris fuit occupat⁹, neq; uillas & agros emere curauit, q sufficere poterāt ut distribuerētur filiis. Hęc. n.

G & similia agere solent qui alios opibus antecellũt: & sæpe qui unũ tantũ habet filiũ, decem millia talenta auri colligere quærit, ut agros emat, & domus claras extruat: & utinã ex iustis laboribus tantã affluentiã colligeret: sed graue, & quod omnibus grauiº ẽ facit, ab aliis rapit, alios circũuenit dolis, aliis negociũ facit, & ita alienas substantias suas facit. Et si qs dixerit: Ad quid tanta in colligẽdas opes insania? statim puerũ prætexit, & dicit se talia opari ob suum in illum amorẽ. Et ille quidem tametsi puerũ prætexat, hęc uix delibat frustra & in uanũ. Sunt autẽ qui neq; pueros habent, & insaniunt ut pecunias colligant: & mallent grauissima ferre, quàm unum obolũ indigẽtibus expendere. Sed iustus ille nihil talium cõsultauit, neque cogitauit: sed cũ opus haberet agro, centũ agnis datis, partem agri emit ab Emmor, patre Sychem. Et uide pietatem, religionémq; uiri, q̃ de causa agrũ emere studuerit. Et erexit, ibi, inquit, altare: & inuocauit deũ Israel. Vidisti quare & agri partẽ emat? ut gratias ageret communi nostri
H omnium domino. Oportebat imitari omnes q̃ subgratia sunt, hunc qui ante legem, & non sic insanire in opes. Quare enim dic mihi, & tibiipsi hęc onera spinarũ congregas, & filiis tuis materiã & occasionẽ malitiæ te relinquere nõ sentis? Ne scis qd dominus maiorẽ curã pueri tui gerit, tu autẽ plurimam tuiipsius occasionẽ illi relinquere studens, quę submergi animam eius faciant? An nescis quòd iuuentus p seipsam ad ruinam procliuis est, & ad malitiã leui momẽto inclinatur: quando aũt & opũ affluentiã acceperit, multo magis ad malũ proruit? Sicut ignis cũ fomitẽ inuenit, ualidioribus flammis exurgit: ita & quando in iuuenẽ materia pecuniarũ inciderit, tantã accẽdit fornacem ut animam iuuenis totã flagrare faciat. Nam quando poterit talis continẽtię curam habere, & intemperantiã fugere, & laborẽ pro uirtute, uel aliud spirituale quiddam
I susciperе? an non audis Christũ dicentẽ: Curę huiº
Ma. 13. et Luc. 8. a seculi, & deceptio diuitiarũ suffocat mentem, & sterilis fit: quas & spinas nominauit? Nã cum dixisset in parabola seminis, quòd aliud ex seminibº in spinas incidit, deinde discipulis aliquibus iterpretãs: Sunt spinę, inquit, solicitudo huiº seculi, & deceptio diuitiarũ quę suffocant mentẽ, & sterilis fit. Et bene spinis coparauit solicitudinem huiº seculi. Sicut enim spinę nõ sinunt semẽ emicare, sed densitate sua seminatum supprimũt: ita & curę tẽporales, spirituale semen, quod in anima seminatur, non sinũt fructũ afferre: sed adurũt & suffocãt sicut spinę, profectum eius retardantes. Et deceptio diuitiarum in quit. Bene dixit deceptionẽ diuitiarum. Etenim uerè deceptio est. Quæ enim utilitas tot talentorũ, & tantę affluentiæ diuitiarũ? Profecto, inqt, magnam prębet uoluptatẽ & lętitiam possessio. Qualem lætitiam? Et quid dico lętitiã: Nonne maximè intẽpestiuas tristitias & mœrores nasci facit? Et nõdũ dico magnã & propter ipsas pœnam: sed iam illam in præsenti uita neq; uoluptatẽ habere potest, sed potiº quotidianas turbatiões & amaritudines. Et mare fluctib. non ita intumescit, ut talẽ animã à cogitationibus & affectionib. infestari, & in omnes tam suos quã alienos malè affici uidemus. Et si quãdo partẽ illorũ auferat aliquis: multa enim accidunt, & multi insidiantur, utpote famulorũ malignitas, & potentiũ uiolẽtia: tunc utique tũc inuenies tales uitam agere absque uita. Qualibus igitur lamentis K
tales nõ fuerint digni, qui oia facere student quę cõtra se sunt, & i pernicię animę suę talia colligere uolunt? Verũ si uidetur, talibus relictis, ad historiã iusti huius redeamus, & uideamus sequentiũ seriem. Erexit, inquit, altare in parte agri, & inuocauit deũ Israel. Et postea i Sicimis domiciliũ habere uolu it. Sed uide iterũ, quo iustus & hic suam mansuetudinem declarat. Et quid dicit? *Egressa est autem*, inquit, *Dina, ut uideret filias indigenarũ. Et ut uidit eam Sychem filius Emmor dormiuit cum ea: & dilexit uirginem, & loquutus est ei iuxta mentem uirginis.* Vidistis quãtum sit iuuẽtus, malum, quãdo rectę rationis frẽno caret? Vidit. n. uirginẽ, & totus propter aspectũ captiuus factus est, & concupiscentiã opere compleuit, & loquutus est ei iuxta mentem uirginis. Quoniã iuuenis erat puella, eiusmodi uerba, inqt, cũ ea loquutº est, quę sufficiebant ad conciliandã sibi eã. Et inqt ad patrẽ: *Da mihi filiã hanc in uxorẽ. Audiuit autẽ Iacob factum, & tunc leuiter tulit, expectans fratrũ eius aduentum. Erant enim in pascuis. Et syluit inquit, Iacob donec uenirent illi, cum autem uenissent Emmor ad Iacob, uenerunt* L
& fratres Dinæ, & cũ audiuissent quæ facta erant sorori suæ, cõpuncti sunt. Quid est, compũcti sunt? contristati sunt, & rem intolerabilẽ esse putauerunt & grauissimã, erátq; eis mœrendi magna occasio. Magna. n. eos tristitia afficiebat, qd rem turpẽ fecerat in Israel Sychem, qui dormiuerat cũ filia Iacob. Vides filiorum continẽtiã, quomodo turpitudinẽ maximam hoc factum reputabant? Vidisti qũo iustus pueros suos erudit ad uirtutẽ? Quomodo autẽ filios Emmor suam concupiscentiã opere complẽs, fit patri & toti ciuitati pditionis author? Sed priº audiamº, quæ Emmor ad eos dixerit, & postea scietis fratrũ Dinę militiam, & qũo uendicare studebant quòd i sororem erat commissum. *Et loquutus est eis Emmor, dicens: Sychem filius meus præelegit animæ filiam uestram.* Vide quomodo iam prẽsignat, quòd pnicies eũ cõprehensura sit. Præelegit enim, inquit, aiæ: hoc est, animam suam exposuit pro filia uestra. Ille quidem dicebat cõcupiscentiã suam, quã erga puellã habebat: paulò post autẽ didicit, quòd suæ & omniũ q M
ibi erãt, pditionis fuerit occasio. Quia igitur ille uirginem sic deperibat, *Date, inquit istam illi uxorem & erit gener uester: filias uestras date filijs nostris, et inter nos habitate. Et ecce terra lata est corã uobis, habitate at negociemini in ea, et in ea possessiones habete.* Vide patrẽ qũo propter filij amorẽ quãtã habet erga peregrinos benignitatẽ, & quomodo eos cõciliare sibi uolẽs, data eis in omni regione sua potestate. Et hæc quidẽ egit pater. Filius autẽ qa uidit patris erga se studiũ, & qũo omnia facere paratus fuerit, ut impleretur quod cupiebat, adiicit qd suũ est, & dicit ad Iacob & ad fratres puellę: *Inueniã gratiã coràm uobis, & quic quid dixeritis, dabimus: multiplicate dotẽ, et dabo secũdũ qd dixeritis mihi, et date mihi puellã hanc in uxorẽ.* Vidisti & patrẽ propter studiũ & curã i filium ualde ad hortari, & iuuenẽ promptè oia promittere, ut puella potiretur? Hæc enim, hæc pernicioſa affectio oia susciपienda capto psuadet donec in inferni profundũ ducat. Et uide, obsecro, senior quidẽ Iacob hęc audiens silet, & pro sua mãsuetudine nihil loqtur: sed ũ filię factã patiẽter fert. *Filii aũt Iacob dixerunt Sychẽ & Emmor patri eius dolosè, et locuti sunt illis, quòd coinquinarint Dinã sororem suã.* Cõsidera hic quomo

A do ppũ nius intemperantiam, unam ciuitatem habitantes, pœnarũ socij fiunt. Sicut. n. accensa pyra, & qui propè habitant periculi sunt participes, igne oia depascente: eodem modo & nunc adolescentis intemperantia non solũ patrem, sed & oẽs ciues simul perdit. Quid igitur pueri Iacob? dolosẽ eis responderũt. Dignum est auditu, ut discatis qũo propter sororem doluerunt. *Dixerunt enim*, inqt, *Symeon & Leui fratres Dinæ, filij autẽ Liæ: Non possumus facere uerbum hoc, ut demus sororẽ nostrã homini qui habet præputium. Si igitur circuncidamini carne ppũtij uestri, dabimus filias nostras uobis, et de filiabus uestris accipiemus, et erimus quasi genus unum.* Hęc quidẽ propositio honesta erat, & rationi cõsentanea, sed cũ dolo, inqt, dicta est. *Et si nolueritis*, inqt, *hoc facere, acceptis filiabus nostris abibimus.* Hæc quidem Symeon & Leui, cędem oium secum meditantes, proposuerunt. Illi aũt spectantes ad hoc qđ proposuerint, & ut uirginẽ repe
B tẽtes cõsenserũt in dicta, & placuerũt eis propositа, dicit. n. *Placuit corã eis sermo, & nõ neglexit adimplere dicta adolescens. Deperiebat. n filiam*, inqt, Iacob. hoc est totũ se in puellę amorẽ effuderat. *Et uenerũt ipse*, inqt, *& pater eius ad portã, & locuti sunt omnibus qui in ciuitate habitabant, & consuluerũt ut circũcisionẽ susciperẽt iuxta illorũ propositionẽ, & ut illos ad cohabitationẽ acciperent. Et implebãt illi statim q̃ ab Emmor et Sychem dicta sunt, & oẽs simul circuncisionis signũ in corpore accipiebant. Hoc ubi rescierũt Symeon ac Leui, q̃ iã duũ secũ meditabantur, opere cõpleuerũt. Et acceptis gladijs suis, ingressi sunt ciuitatẽ securè.* Quid est, in ciuitatẽ se curẽ? quia cũ solũ duo essent, tantę multitudini se opposuerunt. Sed magnã eis securitatẽ prestitit, qd oẽs illi saucij iacerent. Quod ut nobis manifestaret scriptura, Factũ est, inqt, in die tertio, cũ essent in labore. Hoc illos securos reddidit, & duos fortiores multis fecit. *Occiderunt*, inqt, *omne masculinũ, hoc est oẽs uiros, qui pp circuncisionem tacebant: & parati erant, ut ita dicam, ut occiderentur: & cũ alijs etiã in iuue*
C *nem irruerunt, qui puellam uitiauerat. Et non cõtenti hac uindicta: etiã oues*, inqt, *eorum, & omnia pecora, et omnia corpora in captiuitatem duxerunt, & ciuitate uiris destituta & direpta redierunt.* Vidisti dilectę quantũ malũ operata sit unius iuuenis temeritas? Vidisti quã tam attulit perniciẽ oibus ciuitatẽ habitantibus? Hæc sciẽtes, refrenemus puerorũ nostrorum impetus, magnumq; furorem absterrẽdo & admonẽdo cõpescamus: & cureinus eorũ castitatem, & omnia faciamus & tractemus, ut absurdas cõcupiscentias iuuenilis ætas effugere possit. Nam pp hoc & communis dominus noster, sciens humanæ infirmitatis naturã, nuptias dedit & sanciuit, ut ab illicito cõcubitu abstineretur. Ne igitur negligamus iuuenes, sed scientes fornacis incẽdiũ, priusquã in luxuria implicẽtur, studeam⁹ eos iuxta legẽ dei nuptiis copulare, ut & continentiã suã custodiant, nullũq; damnũ lasciuiæ suæ habeant, remedio illinc sumpto ut possint carnis indomitos motus reprimere, & pœnã effugere. Sed uideamus qũo ea q̃ à pueris facta sunt, senem affecerint, Dicit, inqt, Iacob ad Symeonẽ & Leui: *Exosum me fecistis, ita ut malus ego sim habitatoribus terræ:* Quare, inqt, tantam fecistis uindictam? *Nam quæ à uobis facta sunt, odium mihi maximũ peperetunt apud omnes habitatores terræ huius.* Deinde monstrans timorẽ, in quo erat constitutus. *Mihi autem*, inqt, *paruus numerus est, & congregati contra me,* D
percutient me, & exterar: quasi diceret: Nescitis quòd pauci sumus, facilè eadẽ & nos patiemur, q̃bus uobis illos afficere placuit. Et sicut Sychẽ patri & oib. ciuitatẽ habitantibus huius interitus fuit author, ita & uos mihi. Nam pp uos, & ego exosus ero, & nihil prohibet quin delear propter uestram audaciam. *Illi autẽ dixerunt*, inquit: *Nunquid ut scorto abutentur sorore nostra?* Vide pueros cõtinẽtiæ gratia ultionem sumpsisse. Excusant. n. se patri, & dicunt: Confuderunt nos, ueluti scorto abusi sunt sorore nostra: & ppea hoc facere coacti sumus, ut & cęteri discerent similia non audere. Sed uide, obsecro, hic ineffabilem dei curam erga iustum. Quia uidit eũ formidantem pp filiorum facinora ibi habitantes, dixit ei deus: *Surge & ascende in locum Bethel, & ibi habita.* Quia, inquit, eos q̃ hic habitant times, recede hinc: & habita i Bethel, & fac illic altare deo, ubi apparui tibi cũ fugeres à facie Esau fratris tui. *Et dixit*, inqt, *Iacob domui suæ, & oĩbus suis: Tollite deos alienos è medio uestri, & purificemini, & mutate stolas uestras, & surgite, & ascẽdamus, & faciamus illic altare do* E
mino, qui exaudiuit me in die afflictionis: qui fuit mecũ, & saluauit me in uia qua ambulaui. Aĩa duerte hic iusti obedientiam & pietatẽ in deũ: qa audiuit: Ascẽde in Bethel, & fac altare: uocatis, inqt, oib. suis, dixit: Tollite deos. Quales, quis dixerit, deos? Nusquã. n. uidemus qđ ipse habuerit deos. Ab initio enim dei cultor fuit iustus. Significãs forte deos Labã, quos Rachel subtraxerat, hoc dixit: Quoniã gratias actu ri sumus uero deo, qui semper tãta mei curã gessit, auferte siqua sunt in uobis idola, & purificemini, & mutate stolas uestras, & sic ad ciuitatẽ pergam⁹, & intus & foris mundati simul ibitis. Non solum uestium nitore puritatẽ declarate, sed cũ abiectione idolorũ purificatis cogitationib. mentis redeamus ad Bethel. *Et dederunt*, inqt, *Iacob deos alienos (nõ enim erant sui) & inaures quæ in auribus earum.* Fottè enim & hæc signa quędam erant istorũ idolorum, ideo & hęc cũ diis afferũt Iacob. *Et abscondit ea sub terebinthũ in Sycimis, & perdidit ea usq; in præsentẽ* F
diem. Abscondit, inquit, ea, & perdidit: ut & ipse ab hoc erroris damno effugeret, & nullus etiam alius ex eis damnũ acciperet posthac. *Et cum hæc omnia fecisset iustus: abiit*, inqt, *à Sycimis, & contendit ad Bethel.* Iterũ hic attende, quantã ejus curã habuerit deº, & quã diligẽter scriptura nos oia doceat. Cũ egressus. n. esset iustus ex Sycimis, factus est timor dei sũper omnes ciuitates in circuitu eorum, & non persecuti sunt filios Israel. Vides quanta prouidentia, & q̃ euidens eius susceptio. *Irruit enim*, inquit, *super eos metus, & non secuti sunt illos.* Quia hoc timebat iustus, & dicebat: Mihi paruº numerus est, & delebor, inquit, qđ timore eos inuadente, ipsos persecuti nõ sunt. Nã quando deus suam gratiã afferre uoluerit, inualidos fortiores potẽtibº, & paucos potẽtiores pluribus facit, nihilq; beatius est eo, qui supnã gratiã assecutus est. *Et abiit*, inqt, *Iacob in Luzã, q̃ est in terra Chanaã, q̃ est Bethel, et omnis populus qui erat cũ eo: et ædificauit ibi altare, & uocauit nomẽ loci illius Bethel: ibi enim appariuit ei deus, cũ fugeret à facie Esau fratris sui.* Postq̃ uenit, inqt, i Bethel: fecit sicut ei pceptũ erat. Et ædificato altari, uocauit nomẽ loci Bethel. *Mortua ẽ aũt*, iqt, *Debbora nutrix Rebeccæ, et sepulta est ad radices Bethel, apud quercũ: et uocauit nomẽ eius, Quercus luctus.* Vide quo semper ab euentibus noiat loca ut,

G perpetua ſeruetur memoria. Et quo dixerit qſpiã, nutrix Rebeccę fuit, cũ Iacob iam primũ ueniret à Meſopotamia, & nondũ occurrerat fratri ſuo? Fortè hoc dicendũ, quòd quando à Laban rediit, hæc ſimul cũ Iacob uenire cupiuerit, & adducere eũ, ut pp longum tps Rebeccam inuiſeret: ſed priuſquam illi occurreret, defuncta eſt. Si placet & nos hic finiamus ſermonẽ, contenti his quę dicta ſunt. Illud aũt ueſtram charitatem rogauerimus, ut & uos uir tutis curã geratis, & continentiã filios ueſtros doceatis. Hinc n. ut ita dicã, oĩa mala naſcuntur. Conſuetudo enim malitiæ, proceſſu tpis inualeſcens, tã tum facit malum ut poſtea non poſsit aliqua uinci admonitione. Et cùm ſemel à malitia fuerint amiſſi, quaſi in captiuitatẽ eſſent abducti, quoquo diabolus iuſſerit, eunt. Ille enim eis imperat, & perniciosa illa dat mandata, q̃ iuuenes libenter pficiũt, præſentem tantum uoluptatẽ ſpectantes, & futurũ dolorem non cogitantes. Ideo oro, ut p̃beatur manus pueris noſtris, ut ne etiã pro his q̃ illi peccarũt,
H pœnas ſuſtineamus. An neſcitis qd ſeni Eli accide-
1.Re.4.d rit, cũ nõ debitè emendaret filiorũ delicta? Quẽad modum. n. medicus, ſi morbum ſectione indigentẽ curare ceſſat ac moratur, ſtatim incurabilis erit morbus & inutile, alioq utile, remediũ faciet: Ita & ſenex ille, cũ deberet filios ſuos pro peccatorũ qua
1.Re.2.c litate emendare, nimia uſus lenitate illos arguit. Proinde oro, exẽplo hoc timeamus, & habentes filios prouideamus eis de honeſta educatione, & in ſumma unuſqſq; curã eorũ agat, qui apud ſe habitant: & lucrũ maximũ ducat utilitatẽ proximi, ut unuſquiſque diſcens ea quæ ad uirtutem pertinẽt, & peccati periculũ effugere & uirtutẽ amplexatus gratiam ſibi conciliare ualeat. Quæ nobis oĩbus concedatur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit glĩa & imperium & honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia lx.

Ge & hodie, ſi libet, repetitis his quæ pridẽ
a diximus, ad ſequẽtia tractãda accedamus.
Nam ẽt hodie hiſtoria Iacob habet, quod
b nos erudiat multiplicẽ dei in illum prouidẽtiã: & qũo illũ ſuis promiſsionibus iterum firmauerit, remunerans eius gratitudinem. Poſtquam enim ſuperius narrauit nobis, qũo iuxta præceptum dei, relictis Sycimis pp facinora filiorum ſuorum, ad Luzam contendit. *Et ædificato*, inquit, *altario, uocauit nomen loci Bethel.* Illic. n. apparuit ei deus, cùm fugeret à facie Eſau fratris ſui. Quo imperio deus iuſtũ liberauit à timore quẽ habebat, pp occiſos Sycimitas, & immiſit in habitatores illarũ ciuitatũ metũ, ita ut illum non perſequerentur. Vide prouidentiam dei, & quantam habeat ſoli citudinẽ pro Iacob, *Cõcuſsit*, inqt, *timor e animas eorũ, qui uicinas ciuitates inhabitabãt, ut no perſequerentur illũ* nam fortaſsis ulci ſci uolebãt Sycimitas. Et quoniã iuxta ſententiã iuſti
c queniebat, & Symeon ac Leui ſororis uiolatã continentiam ulciſcentes hæc fecerant: non ſolũ eum & filios eius à timore mortis liberauit, ſed alios ẽt q ulturi erant, à conatu perſequendi retraxit. Vidiſti quantũ ſit niti diuino pſidio? Nã quãdo deus nobis bene uoluerit, è medio tollũtur terribilia oĩa. Sicut. n iuſto fiduciã dedit, ita illis dedit metum. Enim uerò domin⁹ exiſtẽs, oĩa prout uoluerit uertit, & omnipotentem ſuam ſapientiam in oĩbus de
K clarat. Et nihil fortius eſt eo, q ſupna munitur opitulatione: ſicut ẽt nihil infirmius eo qui illa priuatus eſt. Ecce. n. iuſtus ille, cum paucis exiſtens, quia cuſtoditus eſt à dextra dei, & fiduciã accepit, & inſidias effugit. Illi autem, cũ multi eſſent, & cõglobati conſpiraſsẽt, nihil eorum q̃ uolebant opibus cõplere potuerunt. *Factus eſt enim*, inqt, *timor dei ſuper cõuitates in circuitu eorum.* Poſtquam igitur iuſtus à timore iſtorũ liberatus eſt, uide iterũ eximiã dei miſericordiã, quã erga eum declarauit, *Viſus eſt ei iterum in Luza.* Quare adiicit hoc uerbũ iterum? Non abſq; cauſa: ſed ut diſcas, qd prius etiã in hoc loco
M apparuit ei deus, quãdo fugiens fratrẽ, in Meſopotamiam contendebat. Itaq; & nunc ait: Sicut tũc uiſus eſt ei abeũti, ita & nũc redeunti apparet in hoc loco, & confirmat promiſsiones, quas quãdo abiit cũ eo fecit: hoc præſtans ut iuſtus firmius in ſuis promiſsionibus confidat, & ne pp tps medium fluctuet. *Et benedixit eũ, & dixit ei: Nomen tuũ Iacob non uocabitur ultra Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuũ.* Quãuis
L iã pridẽ nomen ei dederat, cũ tranſiret in Iobath, Verũ maioribus indiciis certiorem uolebat reddere, & nũc eandẽ benedictionẽ ei dat, & dicit: *Iſrael uocabitur nomen tuũ, & creſce & multiplicare, et gẽtes et congregationes gẽtiũ erunt ex te, & reges ex lũbo tuo prodibunt.* Vides magnitudinẽ benedictionis? nõ ſolũ facit ut in tantam multitudinẽ propagetur, ſed & glorioſum ſit ſemen. Reges. n. inquit, ex lũbis tuis egredientur, p̃dicens ei gloriã eorũ q ex ipſo naſcebantur. *Et terram*, inqt, *quã Abrahæ & Iſaac dedi, tibi dedi eam, & ſemini tuo poſt te dabo terram hãc.* Quoniã pp facta in Sycimis à Symeone & Leui, dicebat: In paruo numero ſum ego, & cõgregati ſuper me pcu
tient me, & delebor ego & domus mea: & p omnia monſtrabat puſillanimitatẽ & metũ quo tenebatur: ppea miſericors dominus nũc dicit ad eũ: Quoniã dixiſti, in paruo numero ſum: diſce qd creſcas. Et multiplicabitur ſemẽ tuũ: & ita erit glorioſum, ut congregationes gentiũ & reges ex eis prodeãt. Et non ſolũ non deleberis, ſed & ſemen tuũ omnẽ terram hanc in hæreditatẽ accipiet. Et factis ei pro
miſsionib. iſtis, aſcẽdit deus ab eo, à loco, ubi deus
M locutus cũ illo. Vide quantũ attemperant ſe noſtrę infirmitati diuinæ ſcripturę uerba. *Aſcendit enim*, inquit, *deus ab eo*, Non ut loco concludi exiſtimemus deũ, ſed ut p hoc ẽt eius ineffabilẽ diſcamus miſericordiã. Spiritus. n. gratia ſe ad infirmitatẽ noſtram ſubmittens narrare ſolet. Deſcendere n & aſcendere, indignum deo eſt: ſed maximum eſt ineffabilis miſericordiæ ſuæ indiciũ, qd pp noſtram eruditionem talibus uti uerbis dignatur. Et ppea humanis dictionib. uſus, qa alioqn impoſsibile erat humanas aures ferre dictorũ ſublimitẽ, ſi iuxta dignitatem domini dicta eſſent. Quod cogitantes, nũquã in humilitate uerborũ hęreamus, ſed & pp hoc admiremur ineffabilem eius miſericordiã, quòd neq; ab hac humilitate abhorreat, pp imbecillitatẽ naturæ noſtræ. Vide igitur iuſtũ illũ iterũ ſuã gratitudinem declarare. *Erexit enim*, inqt, *Iacob columnam in loco in quo locutus eſt cũ eo, & libauit ei libationẽ, et ſuperfudit oleũ, & uocauit nomẽ loci in quo locutus eſt cũ eo, Bethel.* Conſidera, oro, qũo in nominibus locorũ memoriam immortalẽ beneficiorũ reponat, ut & poſteris manifeſta fiat uiſio, q̃ facta ibidem iuſto.

Et profectus,

A *Et profectus*, inquit, *Iacob, fixit tabernaculũ ſuũ ultra turrem Gader.* Vlterius iterũ procedit iuſtus, anhelãs paulati uenire ad locũ ubi habitabat Iſaac. *Deinde*, inquit, *Quãdo appropiquauit ut intraret in Ephrata, Rachel laborabat i partu: et factũ ẽ cũ difficulter páreret, dixit ei obſtetrix, Conſide: etenim hic tuus eſt filius.* Ne ſis anxia, inquit, paries enim filiũ. Nam licẽt te cruciẽt dolores ueruntamen habebis filium. *Factũ eſt autẽ*, inqt, *cũ exhalaret animam ſuam, moriebatur enim, uocauit nomen pueri, Filius doloris mei: pater autẽ eius uocauit eum Beniamin.* Illa quidẽ nomen ei dedit ex his quæ ſibi acciderant, pater autẽ Beniamĩ uocauit. *Et poſtquã peperit, inquit, mortua eſt, & ſepulta in uia Ephrata: hæc eſt Bethlehem. Et erexit Iacob titulum ſuper ſepulchrũ.* Mœrorẽ quẽ ex morte Rachelis conceperat, mitiga uit natus puer, & effecit ut iuſtus magis ęquo ferret
Leuit.18. aĩo: ſed hinc ſuccedit Rubim temeritas. *Abiit enim*, inquit, *et dormiuit cum Bala cõcubina patris: & audiuit Iſrael, et malũ uiſum eſt corã eo.* Erat. n. ualde nephariũ
B facinus. Propterea et poſtea legislator Moſes prohibuit, ne pater et filius cũ eadẽ rẽ habeant. Nã ut ne eadẽ uia procederent, iam antea legislator reprimit eos pœnę obnoxios denũciãs. Attamẽ etiam nunc mãſuetus eſt iuſtus, naturali amore uict⁹. Poſtea autẽ cũ emigraturus eſſet ex hac uita, puerum ſuggillat, & fagitiũ eius inuulgat, maledicẽs ei, ut et cęteri illi⁹ pœna emẽdarẽtur. Hic nobis poſtea enumerat filios Iacob, beat⁹ Moſes: et p ea quę narrat, iuſti uirtutẽ nos docet: (eniuero ne putes fortuito ſim plicitérq;, ut cõtigere ſolet, ipſum cõcubuiſſe cũ Rachel et Lia, et duab ancillis) mõſtrãs qd p diſpẽſatiõnẽ miniſtrarit illarũ cõſuetudini, ut duodeci trib⁹ ex eo naſcerẽtur: et propterea nõ ultrà meminit ſcriptura, qd ei alius naſcatur fili⁹: ut diſcas qd nõ ſimpliciter, neq; abſq; cauſa factũ ſit hoc. *Erãt aũt*, inqt, *filii Iacob duodecim.* Et ſeparat poſtea, et primũ eos q
Lię erãt, dein eos q Rachelis, deniq; et eos qui ancilarũ erant numerat, et dicit: *Hĩ ſunt filii Iacob, qui nati ei in Meſopotamia.* Et ſanè tũc natus eſt Beniamĩ q̃do uenit Bethlehẽ. Quare igitur dicit ſcriptura, q nati ſunt ei i Meſopotamia? qa Rachel ante egreſſum ex Meſopotamia cõceperat. *Et uenit*, inqt, *Iacob ad Iſaac*
C *patrẽ ſuũ.* Conſidera (obſecro) hic, quomodo in oĩbus certis indiciis miſericors de⁹ iuſtos ſuos cõfirmat. Quia. n. uenit poſt tot annos ad patrẽ ſuũ Iacob, maxima utriq; facta ẽ cõſolatio, et filio ex patris cõſpectu, et patri uidẽti tãtã filij ſubſtãtiam, et chorũ filiorũ ex eo natorum. *Tũc*, inqt, *mortuus eſt Iſaac ſenex, et plenus dierũ.* Nam cùm Iacob benedictionẽ ſuffuraretur, hebetes erãt oculi eius, unde et deceptus eſt: cogita poſt tot annos, quãtũ ſenuerit.
Et ſepelierunt, inquit, *Eſau et Iacob.* Sed iam ſepultura patris facta, Eſau acceptis uxorib⁹, et filiis, et omnib. ſuis, et omnib. quę poſsidebat, in terrã Chanaan eorum profectus eſt. *Non poterat enim eos ferre terra pegrinationis p̃ multitudine facultatũ: et habitaunt poſtea i mõte Seir.* Et ubi narrauit nobis diuia ſcriptura eos q ex Eſau nati ſũt, et gentes quę ex eo genitę, dicit.
Peregrinus aũt fuit Iacob in terra, qua peregrinatus fuit pater eius in terra Chanaã. Sed hinc excipit nos alius tractatus q de admirabili Ioſeph agit. Et ſi libet hic finiemus ſermonẽ, hiſtoriã filij Iacob in alium ſermonẽ reponẽtes. Illud tamẽ rogauerim ueſtrã charitatẽ, ut ea quę dicũtur, diligẽter auſcultetis, et ex ſingulis ſcripturę dictis maxima uobis accreſcat utilitas, nullúmq; eorũ temerè prętermittatur. The D ſaurus. n. ſunt diuina eloquia. Et ſicut q de ſenſibili theſauro ſępe unam gemmam recipiens, magnas ſibi parat diuitias: ita & hic iuſtorũ uirtutes, modò attendere uoluerimus, tantã nobis utilitatẽ afferre poſſunt, ut ad imitandũ eos incitemur. Sic. n. poteri mus & nos eundẽ, quem illi, fauorem dei conſequi. Neque enim perſonarum acceptor eſt deus, ſed in omni gente qui timet deum, & operatur iuſtitiã, ac Act.10.a ceptus ei eſt: ita ut ſi uoluerimus, nihil ſit quod prohibeat, qn tanta uel etiam maiori potiamur gratia. Nã ſi nos dũtaxat uiderit afferre quę ex nobis ſunt, & p̃ferre humanis ea quæ ſibi placent, tantã & ipſe noſtri curã declarabit ut i oĩbus inuicti ſimus. Sciti enim quòd hoſtẽ habemus perpetuũ, & fœderis neſcium. Vnde nobis magna uigilantia op⁹ eſt, ita ut eius fraudes uincere, & ſupiores eius telis conſtiui poſsimus. Non aliter autẽ uincemus, quã ſi p uitã optimã ſupernũ nobis auxilium conciliemus. Optima enim uita eſt, uita pura. Hoc enim fundamentum eſt uirtutis, quòd q rectè iecerit, conſeque E tur facilè alia omnia. Neque illũ ſuperabit uel pecuniarum cupiditas, uel gloriæ amor, uel inuidia, uel aliqua affectio mala. Et quomodo? Ego dicã. Quãdo enim quis mũda fuerit cõſcientia, & ab omni libera macula, poterit dominũ uniuerſi habere inhabitantẽ. Beati enim, dicit, mundo corde, quoniam Matt.5.a ipſi deũ uidebũt. Quòd ſiquis illum inhabitatorẽ habere meretur, quaſi ſimpliciter & ſine impedimẽto corpore ueſtitus eſſet, ita poſtea afficietur, & humanarũ rerum umbrã facilè contẽnet Humana. n. omnia, umbra illi & ſomniũ apparent, & ſicut cœleſtis ciuis pręſentia non optabit. Talis erat beatus Paul⁹ doctor orbis, & propterea clamat, dicẽs: Nũ 2.Co.13.a experimentũ quęritis eius qui in me loquitur Chriſti? Et iterum: Viuo autẽ, non iam ego, uiuit autem Gala.2.d in me Chriſtus. Et iterum: Quod autẽ nunc uiuo i Ibidem. carne, in fide uiuo. Vidiſti uirũ corpore circundatum, quaſi incorporea quiete fruẽtẽ, loqui omnia? Hunc omnes imitemur, et trucidemus membra carnis, ut et ad operandũ uirtutes idonea reddere ſtudeamus: poterimus autẽ ſi offeram⁹ deo ſacrificiũ beneplacitũ. Vidiſti quòd nouũ & admirabile hoc F ſacrificiũ? quando mortua fuerint mẽbra, tũc magis gratũ erit deo ſacrificium. Quare & quomodo hoc? Quoniã ſpiritualis eſt hoſtia, & nihil habet ſẽſibile. Nam in ſenſibili quidẽ hoſtia quod mortuũ eſt, abiicitur: ſed neque uiuum quod uitiatũ fuerit, ſacrificiis idoneũ eſſe, ab mitio lege cautũ fuit: ut p irrationabilium obſeruationẽ paulati inducamur ad ſpiritualẽ hanc & rationalẽ hoſtiam offerendã. Quod. n. illic eſt uitioſum, utpote amputatum auribus uel mutilũ cauda, hoc hic eſt mala cõcupiſcentia, luxuria, opum amor, & oĩs malitia: et id qd eſt illic ſanũ et ab omni macula alienũ, hoc eſt hic mortuũ mundo: ita ad ſpirituale ſacrificiũ temetipſum idoneũ exhibe. Hęc nõ ſimpliciter p̃tereamꝰ, ſed be ne figẽtes ea in memoria noſtra, ſtudeamꝰ, ne ſimꝰ minores Iudęis, q i umbra tãtã declarãt obſeruationẽ. Sicut. n. illi adhuc candelæ aſsidẽtes, tantopere illa obſeruarũt: ita nos poſtquã ſol iuſtitię nos illuſtrare dignat⁹ ẽ, et relicta umbra ad ueritatẽ manu ducamur, ſimilẽ obſeruationẽ circa ſpũale hoc ſacrificiũ declarem⁹. Et neq; peccata quę nobis uidẽtur parua, cõtẽpti p̃tereamus, ſed quotidie à nobis

G rationes repetamus et uerborum,et ſpectationū: et pœnas de nobiſipſis ſumamus,ut nos à futuro ſupplicio liberemus.Nā pp hoc et Paulus inquit:Nā ſi noſipſos iudicauerim⁹,nō utiq; iudicabimur.Ita ſi noſipſos hic cōdemnauerimus pp quotidiana pec
1.Co.11.g cata,imminuemus ſuppliciū,quod alibi futurū eſt.
Ibidem. Quod ſi ignaui fuerimus,q iudicamur, inqt, à domino erudimur.Prius igitur noſmetipſos condemnemus magna cum gratitudine, et nullo ſciēte i tribunale cōſcientæ ſedeamus:et ſic examinemus noſtras ipſorū cogitationes, et rectā ſententiā proferamus,ut mens timēs magnū illum terrorem,non patiatur amplius decipi,ſed ipetū refrenet:& antè uidens illū indeceptū oculum,præcludat diabolo ingreſſum.Propter ignauiā enim ferimus omnia.Ipſa rerū experiētia clamat.Nam quemadmodū ſi uel parū excitari uoluerimus,omnes illius inſidias q̄ſi puluerē repellem⁹:ſic quādo ſupplātamur, nō propter illi⁹ tyrrānidē hoc ſuſtinem⁹,ſed propter ignauiam noſtrā.Neque enim ui ſua et neceſsitate nos uincit,ſed deceptione ſola.Non autē decipiemur,ſi
H parum eſſe uigiles uoluerimus, et noſmetipſos attē derimus:non quòd noſtra tanta ſit poteſtas,ſed qa tunc ſupna gratia nobis affulget.Nā ſi quę à nobis ſunt fecerim⁹,ſequentur et omnia quę domini ſūt. Sobrij igitur ſimus,obſecro,ſcientes artes maligni: perpetuò uigilemus et oremus, ut nos adiuuet certare noſtrum certamen.Sic enim et nos inuicti erimus,et machinationes illas effugiemus, et diuinā conſequemur gratiā,bonaque ęterna adipiſcamur. Quę nobis omnibus oremus,concedatur,gratia et miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri et ſpiritui ſancto ſit gloria, imperiū et honor, nunc et ſemper,et in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia.lxi.

Terum pro cōſuetudine mea menſam proi ferre uolo:repetens igitur ea quę pridē uobis dicta ſunt, ex his quę nunc lecta ſunt, cōuiuiū uobis proponā ſpirituale. Sufficiunt. n. et quę hodie lecta ſunt,ad docendū nos omnes,quātū inuidiæ damnum ſit,et quomodo inuidię pernicies,etiā uſque ad cognatos ſe extendat. Verum ut uideatur iuxta conſequentiā ſermo progredi,operę
I precium fuerit initium lectionis tangere. *Hæc autē ſunt*,inquit,*generationes Iacob*. Et uide admirabilē illum prophetā,quomodo,cùm promittat nobis genealogiam, ſtatim ad hiſtoriā pueri recurrat, et cū dicat:Hę ſunt generatiōes Iacob, derelicta cōſequēter narratione qui nam ex illo nati,et iterū q ex natis ab eo nati(ſicut ſupra cū de Eſau ſermo eſſet, fecit)ad Ioſeph illū ſtatim feſtinauerit, adoleſcētem, omniū fratrum,ut ita dicnm,poſtremum, et dicit:

Ioſeph decem ſeptē erat annorum,paſcens cum fratribus ſuis oues.Et quā ob cauſam nobis annorū deſignat numerū?ut ſcias,quòd adoleſcentia nō eſt uirtutis prępedimentū: & ut plenius ſcias aduleſcētis erga patrem obedientiā,in fratres beneuolentiā, illorū autē inhumanitatē:& quòd neq; cohibere eos potuit,quod ita in eos affectus erat,& quòd in tā tenera ętate,quę debebat eos ad cōmiſerationē prouocare:ſed mox ab initio,uidentes & pueri bonam in dolē,& patris erga illū beneuolentiā, in inuidiam contra eum excitati ſunt. *Detulerunt enim*,inquit,*Ioſeph de peſsimo crimine apud Iſrael patrē ſuum*. Vide malitiæ eminentiā,etiam patris charitatis perturbare attentabant,& quę nō erant fingunt contra fratrē: K tantū malū perficiētes,ſolum ut iuidia ſua expleri poſsit.Et ut diſcas,quòd nihil inde lucri fecerint, q̄ quòd manifeſtā fecerint ſuam ipſorū ſprauam mentē,uide patrē poſt eorum accuſationem magis effundi in filii amorem,& iā pręferre eum omnibus. *Iacob autem dilexit Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, quoniā filius ſenectutis erat ſibi.Fecit autē ei tunicā uariā*. Quid eſt,Dilexit Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, quoniā filius ſenectutis erat ſibi?qa poſtremus,& in ipſa ſenectute nat⁹eſt ei,propter hoc magis dilexit.Nā magis amabiles ſunt pueri q in ſenectute ipſa generantur,maiorēmque patrū beneuolentiā aſſequuntur. Sed ut ſciamus,quòd non hoc ſolum erat,qđ patrē illi conciliabat,& pferri eū aliis faciebat docet nos ſcriptura,quòd poſt illum & alius nat⁹ ſit:& ſi iuxta naturalem amorē dilectio fuiſſet, poſtrem⁹ fuiſſet magis dilect⁹,utpote uerè ſenectutis filī⁹ exiſtēs, & tunc natus,quādo ad poſtremā ſenectutē peruenit iuſtus.Quid igitur eſt dicendū? ſuperna quædā gratia fuit,quę iuuenē amabilē reddebat,& pp animę uirtutē cunctis præferri faciebat.Hæc autem in L ſcriptura adiecta eſt cauſa,quòd filī⁹ ſenectutis fuerit,& ideo magis eum dilexerit,ut nō manifeſtè augeat odium fratrū. Grauis enim hęc affectio eſt, & quādo animam inuaſerit,nō prius eam relinqt, donec in extremam abſurditatē eam inducat:& lędēs animam à qua nata eſt,omnino aliter eum cui inuidet,efficit,quā uult:nempe clariorē, nobiliorē,illuſtriorē reddit:unde iterum alia grauior inuido plaga naſcitur.Proide cōſidera hic, qđ admirādus ille neſciebat qđē quod fiebat.Loquebatur cū illis, ut cum fratribus,& quaſi eodē utero natis omni cum fiducia & ſimplicitate:illi autē inuidię malo capti, odio eum proſequebātur.*Viderunt enim*,inqt,*fratres quòd pater præ omnibus filiis diligebat eum:oderunt eū,et non potuerunt ei loqui aliquid pacificè*. Vide quomodo odio proſequi nitūtur eum,qui i nullo offenderat. Et nihil,inqt,potuerunt loqui ei pacificè. Quid eſt, nihil potuerunt ei loqui pacificè? Quia affectio dominabatur eis,& inuidia quotidie creſcebat, quaſi captiui facti,& tyrannidē huius mali ferētes, i dolo loquebātur,& nihil pacificè loqui poterāt.Et atten de qūo cauſam odij ſignificauit, quod ab inuidia exordiū habuit.Vt uiderūt enim,inquit,fratres, qđ pater eum pręomnib⁹ filiis ſuis diligeret.Nō amor patris inuidiam ei peperit, ſed patris beneuolentiā uirtus pueri cōciliauit.Igitur oportebat illos imitari fratrem,& ęmulari mores,ut ſic & ipſi patrē ſibi conciliarent.At hoc ne in mentē quidē acceperūt, ſed communi odio filium à patre dilectū proſequebantur.Et illi quidē,quaſi expugnati, intus naſcentem malitiā pariebant,nihil pacificè ei loquendo, ſed cum dolo loquebātur:ille autē admirabilis,fraternam beneuolentiā cum eis ſeruans, nihilque ſuſpicās,ut fratribus bene fidēs,omnia quæ in ſe erāt faciebat.Hic morbus ab initio & Cai,ut fratrē occideret,armauit.Et ſicut iſti propter beneuolentiam patris,quam erga puerū declarabat, & odio illum proſequebātur,& impugnare moliebantur, & quotidie ipſius cędem parturiebāt:eodē ſanè modo & ille ut uidit qđ fratris dona deo magis accepta fuerunt,ad eum occidendum prouocatus eſt, & inqt: egrediamur in cāpū.Vides quod & hic nihil ſuſpicatur,ſed cōfidit fratri,& exit,& pter animi ſentētiā

A in nephariā illā dextram incidit? Sic ſanē & admirabilis Ioſeph,neſciens malā fratrum ſuorū mentē, tanquam cū fratribus cū eis loquebatur, & inſomnia ipſa q̄ ſibi deus reuelauerat, pręſignando gloriam & fratrum ſubiectionē ſibi obuenturā,in me diū proponebat.Cū inſomniū habuiſſet,ſomniū, inqt,annunciauit fratribus ſuis,& dixit eis,Audite inſomniū hoc. *Putabā uos manipulos ligare in medio agro,& ſurrexit manipulus meus,et erectus eſt:circūſtātes aūt manipuli ueſtri,adorauerūt manipulū meū.Dixerūt autē ei fratres*: *Nū regnans regnabis ſup nos, aut dominans dominaberis noſtri? Et appoſuerūt adhuc eū odio pſequi pp inſomnia & uerba ſua*.Propterea prius quoq; docuit, qđ odiū erga eū declarauerūt, ut ne putemus eos hinc ſumpſiſſe odii ſui contra eū exordiū.Appoſuerunt.n.adhuc eū odio proſequi:hoc eſt,multo magis augebantur odiū & inimicitiæ contra eū.Et ui de miram illorū cæcitatem: ipſi.n.ſomnium diiudicant.Non.n eſt dicendum pp ignorantiam eorū quæ futura erant, inuidiam gerebant contra eū,
B ſed ut didicerunt ex inſomniis futura, auctum eſt odium eorum.O excellentē amētiam. Oportebat hoc ſcientes,maiorē erga illum beneuolētiā declarare,& è medio tollere odii cauſam,& effugare iuidentiæ affectū.Obtenebrati mente, & nō uidētes qđ cōtra ſemetipſos ōia faciāt, multo maiore odio in eū exarſerunt.Quare ô miſeri & calamitoſi, tātā declaraſtis inuidiam,non cogitantes neq; fraternū uinculum, neq; quòd inſomniorū reuelatio manifeſtam dei erga illum declarat beneuolentiā?Num exiſtimatis,quòd quæ à deo pręſignata ſunt, poſſint ſubuerti?Nā ſicut ſomniū diiudicaſtis, ita erit poſt multum tpis,etiamſi innumera excogitare uo lueritis. Omnipotens.n.& ſapiens eſt oīum dominus,& ſuæ uirtutis declarans affluentiā,ſæpe facit, ut in mediis impedimentis fiant ea q̄ ſibi placēt,& quibus ſummā uirtutis ſuę declarat eminentiā. Verū ut ſe habet inuidia,nihil eorū cogitare pōt: ſed oīno(ut ita dicā)ubi inuidus captus ab hoc morbo fuerit,contra,ſuam ipſius ſalutē facit oīa.Et illi
C qđē narratione ſomnij odium auxerunt,admirabilis aūt Ioſeph ubi & aliud inſomniū uidit, non ipſis ſolū,ſed & patri narrat. *Quaſi ſol & luna,et undecim ſtellæ adorabāt me*, Et *increpauit eū pater ſuus,et dixit ei:Qđ eſt in ſomniū hoc, qđ ſomniaſti? Nunquid euntes ibimus ego et mater tua,et fratres tui,ut adoremus te ſup terrā? Æmulati autē ſunt eū fratres ſui,pater uerò obſeruauit uerbū*.Sciens pater quòd fratres inuidebant ei, pp hoc increpauit puerū, & indicauit ēt ipſe ſomniū & coniectās à deo reuelationē ei factā, obſeruabat uerbū.Verū non ita faciebant & fratres. Sed quid? Iterū multo magis ęmulabātur. Cur inſani fuiſtis? cur ſtupidorū opera feciſtis?Non cogitaſtis, qđ ſecūdū inſomniū nō temerè neq; fortuitò factū ſit? ſed ut cū didiceritis quòd oīno futura ſunt quæ pdicta,ceſſetis meditari fratricidiū, utpote rē molientes impoſsibilē.Igitur oportebat quidē uos, cū cogitaretis,& in mētem acciperetis fraternā ueſtrā habitudinem,in mēte,gloriā fratris pro ueſtra ducere.Quoniā autem ad hoc non reſpiciebatis, cōſequens fuit illud cogitare,qđ non contra eū, ſed cōtrā oīum dominū,qui hoc ei iam reuelauit, pugnetis.Verū illi quidem,ſicut dixi,neq; naturæ uinculum reueriti,neq; in mentē accipientes,quanta ille ſupna gratia muniretur, odiū quotidie auxerūt:& neſcij intra ſemetipſos rogū accenderunt, neq; pa- D
tre,neq; filio tale quippiam ſuſpicātibus, neq; cogitantes qđ in tantā inſaniā eſſent properaturi. Ideo ubi profecti ſunt fratres in paſcua:*Dixit*,inqt, *pater Ioſeph,Nōne fratres tui paſcunt oues in Sychē? Veni mittā te ad eos, dixit q; ei:Ecce ego*. Vidiſti patris erga filios dilectionē,uidiſti filij obedientiā?Dixit aūt ei: Vade,& uide,nū ſani ſunt fratres tui,& oues, & annūcia mihi.Hæc autem oīa facta ſunt,ut & Ioſephi erga fratres monſtraretur beneuolentia, & illorū ſanguinaria mens fieret manifeſta. Factū eſt aūt & in figurā futurorum,ut in umbra multo antea uerita tis res deſcriberētur.Et ſicut Ioſeph ad fratres abiit iuiſens eos,& illi nō ſunt reueriti neq; fraternitatē, neq; aduentus cauſam,ſed primū quidem occidere uoluerunt,poſtea autē uendiderūt barbaris: Ita & dominus noſter ſuā ſeruans miſericordiā, aduenit inuiſens humanum genus,& ſuſceptor noſtræ formæ carne dignatus fieri frater noſter, affuit.Et clamat Paul⁹,dicēs:Nō.n.angelos aſſumpſit,ſed ſemē *Heb.2.d*
Abrahæ:unde debuit p oīa fratribus ſiīs fieri. Sed E
ingrati Iudæi,aiarum corporumq; medicum, innu mera miracula quotidie faciētē occidere conati ſunt,& ope cōplerunt animi ſui propoſitā cædē:& crucifixerunt, eum qui pp noſtram ſalutem ſerui formam ſuſcipere dignatus eſt:& apprehēderūt & cruci traditū occiderūt. Illi aūt conſultabant qđē, ſed opere qđ conſulebant,non impleuerunt. Oportet autē figuram minus habere,quā ueritatē: quia alioq nō fuiſſet figura eorū q̄ poſthac futura. Propterea illic qđē quaſi in umbra pſignata ſunt. Et conſidera negocium.Non occiderunt,ſed uendiderunt,& ueſtē hœdi ſanguine inquinantes, dederūt patri,pſuadere uolentes qđ occiſus ſit filius. Vides quòd oīa hęc facta ſunt, ut quaſi in umbra imago illa rerū fieret,& ueritas cuſtodiretur? Sed ad ſeriē ſermonis redeamus.*Et miſit eū*,inqt,*pater, et uenit in Sychem,& inuenit eū homo errantem in agro. Rogauit autem eū homo,dicēs:Quid quæris? Ille autem dixit: Fratres meos quæro. Annuncia mihi,ubi paſcunt oues?* Conſidera quo hic magno ſtudio de fratribus ſuis inquirit,& F
multa inquirit & cauſatur,& omnia facit ut eos uidere poſsit.*Dixit autem ei*,inqt, *homo:Audiui eos dicentes,Ibimus in Dothain.Et iuit Ioſeph, & inuenit eos.Prius autē uiderunt eū à longe,antequam ueniret ad ſe, & malignè cogitabāt,ut occiderēt eum*.Conſidera hic quæſo dei oīpotentem ſapientiam, qūo illi quidem conciliati erant in cædem eius: ille autem oīa faciens & præparans,permittit interim oīa impedimenta fieri,ut facto athleta ſuo clariore, poſtremū ſomniorum adducat euentū.Prius autem uiderunt eū,inquit,& malignè cogitabant ut occiderent eum. *Dicebat autē unuſquiſq; ad fratrē ſuum*: *Ecce ſomniator ille uenit,nunc igitur ueuite occidamus eum, et pijciamus eum in lacum unum ex his, & dicentes, Mala beſtia deuorauit eum,et uidebimus q̄ ſint ſomnia eius*.Vidiſti,qđ ſomniorū euentū expectātes,occidere eū conati ſunt? Sed ut diſcant,qđ non ſit poſsibile ea q̄ à deo ſunt pdicta,non opere cōpleri:cōſultāt & attentant, & ſuā declarant malitiā,at ſapiens & oīpotens deus inſidiatores miniſtrare etiā inuitos facit diſpenſationi futurorū.Quoniā conſpirauerant in mortē eius,& propoſito iā occiderāt.*Vt audiuit*, inqt, *Ruben.eripuit eum ex manib.eorum,et dixit*, *Nō percutiamus eum in animā:nō effundite ſanguinē,abiicite eū in lacū illū ſolitu*

G *dine,manũm autẽ non in iicite in eũ:ut eũ eriperet ex manibus eorũ,& redderet eum patri suo.* Vide & illum,qũo nõ audet manifestẽ eripere fratrẽ,sed iam occidendi conatum & impetum refrenare uolens,dicit:Nõ effundite sanguinẽ,sed abiicite eum in lacũ.Docere n nos uolens diuina scriptura scopũ & mentem Rubim,dicit: Hæc autẽ faciebat, ut eriperet eũ, & redderet patri suo.Et cũ illi hæc uellent,nondũ Ioseph aduenerat,sed postquã colloquiũ hoc absoluerunt. *Venit,*inqt,*Ioseph ad fratres suos.* Oportebat igitur illos occurrere fratri, & amplexari, & qũo se pater haberet inquirere: uerũ illi quasi bestię qdã, ubi agnũ conspicati fuerint assiliũt. *Et exuerunt,*inquit,*Ioseph uestem uariã,& acceptũ eũ proiecerunt in lacum Lacus autẽ erat uacuus,aquã nõ habẽs:quemadmodũ consuluerat Rubim,fecerunt.Et imecto illo, sederunt ad comedendum panem.* O crudelitatẽ,ô ihumanitatẽ Ille qdẽ tantũ itineris confecerat,& tanto studio de eis inquisierat, ut uideret & annunciaret patri qũo se haberent res illorũ : uerũ illi ẽsi alieni,& barbari, H & ihumani:qa cõsuluerat eis Rubim ne effunderẽt sanguinẽ:fame occidere uolebant. Sed misericors deus statim eũ liberauit ab insania fratrũ. *Cũ n cõ sedissent ad comedẽdum panem,uiderunt Ismaelitas uiatores uenientes & Aegyptum uersus euntes.Et dixit Iudas: Quid p deũ si occiderimus fratrẽ nostrũ,et occultauerimus sanguinẽ eius? Venite,tradamus eũ Ismaelitis istis: Manus autẽ nostræ nõ sint sup eũ, quia frater noster et caro nostra est* Vide qũo & prius Rubim minore malo maius prohibuit:& nũc quoq; Iudas consulit ut uẽdatur frater,quo eũ ab interitu eripere queat. Hoc aũt to tũ factũ est,ut etiã inuiti dispensationi diuinæ seruirent,& facerent ea q̃ à deo sunt prædicta. *Et probato,* inqt,*consilio Iudæ,eduxerunt eũ de cisterna,et tradiderunt Ismaelitis uigintiaureis.* O iniquam cõmutationem,ô damnosum lucrũ,ô iniustissimũ opus. Eũ q uobis sanguine cõiunctissim⁹ erat,quẽ pater maxime amabat, q ad uisendũ uenerat, qui nunquã uos uel in paruo uel in magno offenderat, uẽdere attentatis? & uendere hoi b.barbaris,& in Aegyptũ descendentibus? Quæ tanta insania? qs liuor? Nã si hoc metu somniorũ facitis, ut persuali quòd oino I euentura sint:quare impossibilia attẽtatis,& factis uestris contra deũ bellũ assumitis,qui hęc ei pdixerat? Qd si nihili putastis somnia, sed existimastis eẽ deliriũ:quare hęc operati estis, q perpetuam uobis maculam inurant & luctũ indelebilẽ patri uestro afferant? Sed ô grauẽ morborũ , immo mentẽ sanguinariã. Nã qui pctõ exponit se,& nephariũ opus aggreditur,is & obruitur à cogitationib. absurdis, neq; proponit ante oculos oculũ illũ q nõ qescit: neq; reueretur naturam suã , neq; attendit aliqd qd ad commiserationẽ se possit inducere: id qd & illis euenit.Non.n.cogitabant quòd frater esset, neque quòd adolescens, neq; quòd tam amabilis patri, neq; qd nunquã in terra aliena uixisset,& apud exteros nunqua antè conuersatus , & nunc in terra tã semota inter barbaros habitaturus esset:sed oi honesta cogitatione abiecta, unũ duntaxat curabãt, quò inuidiã suã,ut putabãt,opere explerent. Et illi qdẽ mẽte fratricidæ erant: q aũt hæc ab eis passus est,oia fortiter tulit. Custodiebat.n eũ manus domini,& oia difficilia faciebat ei facilia & leuia. Quãdo.n.supernã gratiã habemus,etiam inter medios barbaros, & in aliena regione melius & commodius uersari possumus quã domi habitantes, & hi K quibus summa cura ministratur . Sicut etsi in domo uersemur,& oi prospitate frui uideamur, destituti autẽ simus supno ꝓsidio,oĩb.uidemur miseriores. Magnũ.n.& uirtutis robur , & malitiæ infirmitas. Et hoc maximè ostendit nobis historia,quã in manibus habemus. Dic.n.quos miseros & innumeris lachrymis dignos esse putamus,illosne q tanta mala fecerunt,an fratrẽ,qui in potestatem barbarorũ uenerat? Manifestũ,qd illi. Cogita.n.obsecro, hic admirabilẽ illũ, qui tãta ministrorum cura educatus,& in ulnis paternis semper habitus fuit,qũo repẽte coactus est ferre graue seruitutem apud uiros barbaros,non meliores ipsis bestiis . Sed oium dominẽ erat,q & illos humanos reddebat,& isti in oĩbus dedit patientiã.Et cũ uendidissent fratrẽ, qua si pfecissent propositũ suũ,affecti fuere, ablato uidelicet è medio cui inuidebãt. *Reuersus est autem,*inqt,*Rubim ad cisternã,& non uidit fratrẽ, & disrupit uestimenta sua,et rediit ad fratres suos,& dixit:Puer nõ est, ego quò iho ultra?* Quoniã suprà docuit diuina scriptura,qd ppea consuluerat eum in cisternã cõiiciendũ , ut ex sanguinariis manibus illũ eriperet, & redderet patri:nunc,inqt,ubi uidit se à sententia sua excidisse,disrupit uestimenta sua,& dixit:Puer non est,ego aũt quo uadã? Qualẽ habebimus defensionem & maximè ego, q uobis præesse uideor? Putabat.n.qd eum occidisset . At postquã factũ est, qd quærebant,& miserunt in Aegyptũ quem odio habebant,& inuidiam suã aliquo modo mitigarunt: postea magna industria cogitarunt ut deluderent patrẽ,ne mala sua conspiratio illi manifesta fieret. *Et occiso hœdo caprarũ,inquinauerũt uestẽ sanguine,et attulerũt uestẽ patri suo,et dixerũt. Cognosce, nũ uestis filij tui sit,an nõ.* Quid decipitis uosmetipos ô insensati? nã licèt patrẽ illũ decipere possitis , non tamẽ falletis iudicem illũ qui decipi nequit: non ignorabit oculus ille qui nunqnã dormitat , quẽ maximè oium formidare oportebat. Sed ita se habet humana natura:immo ita se habet multorũ desidia,ut humanũ timorẽ & ꝑsentis uitæ confusionẽ maximi faciat:in mẽte aũt nõ uerset terribile illud tribunal, M & intolerabilẽ pœnam:sed hoc unum curat , qũo effugere possit humanã reprehensionem : id qd & illi egerunt,dum patrẽ suum decipere moliuntur. *Agnouit enim,*inqt,*uestem pater,et dixit : Vestis filii mei est,fera mala deuorauit eũ,fera rapuit Ioseph.Et enim uere quasi i malas bestias iecidisset,oia crudeliter sustinuit. Disrupit autẽ uestimẽta sua,& posuit saccũ super lũbos suos, & luxit filiũ suũ diebus multis.* Quantis fuerint illi digni lachrymis , q non solũ fratrẽ barbaris uẽdiderũt, sed & patrem in extrema senectute in tantũ luctũ iniecerunt? *Congregati aũt sunt filii eius & filiæ eius,ut consolarẽtur eũ, & noluit,dicens:Descendam ad filiũ meũ lugens in infernũ.* Opinor & hoc illis aliam fuisse plagam.Videbant.n.qd pater tantũ, tamq; feruentem amorem declarabat erga eum qui non aderat,immo & putabatur à bestiis discerptus:& maiori tabescebat inuidia.Sed illi quidẽ erga fratrem , & erga patrẽ crudeles fuere,nullaq; uenia digni Madenæi autẽ & ipsi diuinæ seruiunt dispensationi , & denuò Iosephũ uendũt.Petephri archimagiro Pharaonis . Vidisti qũo paulatim procedit, & per oia sũ uirtutẽ & patientiã declarat, ut sic quasi athleta fortiter certãs,rediniatur corona regni,& euen-

A tus somniorũ impleatur:quòd doceantur ij q eũ uẽdiderant,quòd nihil cõmodi ex sua malitia deportẽt. Tantã.n fortitudinẽ habet uirt⁹, ut clarior fiat cũ infestetur.Nihil.n.ea fortius,nihil ualidius:non quod ipsa tantũ habeat robur:sed is q eã possidet, & supnam gratiã habet, & inde ꝑsidium assequitur oĩbus est fortior & inuictus,& capi neqt:nõ solum hominum insidijs, sed & dæmonũ machinationibus.Id sciẽtes,ne fugiam⁹ malè affligi, sed malè agere:hoc.n est uerè malè affligi.Nã q proximum afflì gere tentat,illi qdem omnino nihil nocet. Nã licèt ad paruum tẽs noceat,& in hoc tantũ seculo facit, fibi aũt immortalia tormenta thesaurizat , & pœnas ineffabiles:quas nõ alr effugere possumus,nisi parauerimus nos ad ferendas afflictiones , & iuxta doctrinã domini , ꝑcemur pro his q nos malè affi- Mat.5.g ciũt.Hoc n.nobis magnã parabit mercedẽ,& cõcedet dignos effici regno cœlorum. Quod nobis oremus concedatur,gratia & misericordia domini nostri Iesu xpi,cui cũ patre & sancto spiritu sit glia imperiũ,& honor nũc & semper,& in secula seculorũ, B Amen.

Homilia.lxij.

Atis pridẽ ex historia Ioseph didicim⁹,quã ſ tũ damni nascatur ex inuidia, & qũo pernicios⁹ ille morbus animã primũ corrũpat,à qua nascitur. Vidistis qũo pp affectionẽ fratres Ioseph & cognationis obliti sunt , & bestiarũ crudelitatem erga eũ,qui in nullo offenderat exercuerunt? Malitia enim sua fratri suo non tantũ nocuerunt,quantũ seipsos ignominios⁹ fecerunt.Nã licèt barbaris eum uendiderint,& illi reuendidere archimagiro Pharaonis:nihilomin⁹ qa habuit supnam gratiam se in oibus adiuuantem , oia leuia & facilia uisa sunt. Et uolebam etiã hodie illam historiã tractare,indeq; contexere sermonẽ: uerũ in medio alia q̃dã narratio interiacet, quã indignũ est ꝑterire.Sed opus est,ut quantum possibile est pscru temur,& sic iterũ ad argumentũ Ioseph redeamus. Quænã igitur illa, q̃ interseritur narratio? Illa de Iuda.Hic.n.accepta in uxorẽ filia Chananæi,Saua nomine,susceptisq; ex illa trib.filiis:duxit,inqt primo genito suo Her uxorẽ Thamar . Quia autẽ ille malus erat corã domino , occidi eum deus . Et ꝑcepit C Annan,ut ducta uxore fratris sui, excitet semen fratri sui.Id q uidẽ lex iussit,q̃ dicit, qd mortuo fratre Deu.25.b sine liberis,frater,ducta uxore excitet semen fratri. Verũ & hunc qa malus erat,occidit dominus. Hoc Iudã terrore perculit,uidentẽ duos filios tã statim interisse : & uolens Thamar cõsolari , promisit se aliũ filiũ ei daturũ:sed no implebat promissa,ueritus ne & ipse eandẽ pœnã ferret, quã fratres. Talib. promisionib. pascebatur Thamar,inq; domo patris sui sedebat,expectãs quando soceri promissio impleretur:& uidẽs Iudã nõ uelle iplere promissa, mãsuetè tulit,nõ eligẽs aliorũ cõiugia, sed amãs ui duitatẽ,& tps congruũ expectãs : festinabat enim ut filios procrearet ex socero.Et qa uidit socrũ mortuã,& Iudã uenire in Thamna ad tõdendas oues, furari uolẽs soceri cõcubitũ &ex illo filios procrare,non libidinẽ explere cõcupiscẽs (absit hoc) sed ne uideretur eẽ sine noie . Alioqn & dispẽsatio erat qd fiebat,unde & opere cõpleta sunt ea q̃ illa deliberauit.Depositis.n.uestib.uiduitatis suæ, & indu ta theristro,& ornata sedit apud portas.Deinde q̃si excusans eam scriptura,dixit:Vidit.n.quòd creuerat Selom,ipse autẽ non daret ei uxorẽ,& properea D ad deceptionẽ illã properauit.Iudas.n.cùm putaret eam esse scortum(uelauerat.n.illa faciem ne agnosceretur)diuertit ad eam *Illa autem dixit : Quid mihi dabis? Ille autẽ pollicitus est hœdum ex pecudib.se missurũ.At hæc dixit:Si dederis arrabonẽ,donec mittas.Et dedit annulũ & armillã, et baculũ et intrauit ad eã,et grauida facta est ex eo.* Nullus hæc audiens condemnet Thamar:nam ut dixi, dispẽsationi ministrauit,& ppea neq; ullã inde reprehensionem meretur, neq; Iudas criminib⁹ fuit obnoxius Etenim hac uia procedẽs, inuenies ex pueris ide natis xpm secdm carnem ducere genus.Prꝛterea duo isti filii per eũ nati,duorũ populorũ figura fuerunt,& pdictio q̃dam uitæ Iudaicæ & spũalis. Sed nũc uideamus post recessum Iudæ,qũo paruo tpe exacto, & opere in apertũ producto,Iudas semetipsum condemnat, illã à criminibus liberãs Nam postq̃ impleuit Thamar quod uoluit,iterũ mutato habitu inde quidẽ recessit , & uenit in domũ suã.Iudas autẽ nihil eorũ sciẽs,promisionẽ impleuit,& hœdũ misit ut arrabonẽ suũ illi datum reciperet:sed nusquã inuenta muliere,re E diit puer,significãs Iudę qd nusquã inuenire mulierem potuer.t.Quibus cõpertis, Iudas dixit,inqt,ne fortè rideamur,ut habiti ingrati. Neq;n.sciebat factũ.Verũ prꝛteritis mensibus tribus,& sarcina uẽtris partũ ꝑdicente, & nullo alio furtiuũ sciente cõcubitum:annunciatũ,inquit, est Iudæ,qd uterũ gereret ex adulterio. *Et ut didicit,* inqt:*Educite eã, et cõburatur.* Magna indignatio,grauis pœna , qa & peccatum grãde esse uidebatur .Quid igitur Thamar? productis his q̃ in arrabonẽ Iudas reliquerat,inqt: *Siquis est cuius hæc sunt ab illo uentris sarcinã accepi.* Attende qũo silens,fide dignos testes affert q loquantur, & satis eã criminis innoxiã demonstrent.Quia enim tribus testib⁹ egebat,q̃ in tali causa arguebatur:idcirco & hęc quasi claro testimonio dato,tres arrabonũ species mittit,annulũ,armillam, & baculum:& domi sedens,& tacẽs,in cã uicit.Iudas.n.cũ agnouisset, dixit:*Iustificata est ipsa magis,quã ego.* *Quare non dedi ei filiũ meum Selom?* Quid ẽ, Iustificata est ipsa magis,quã ego? Illa quidem, iquit,innoxia est, ego autem meipsum condemno, & nullo arguente F meipsum prodo: immò sufficiũt q̃ arguant , q̃ data illi in arrabonẽ.Et deide iterũ Thamarẽ excusans, dicit:Quare nõ dedi eã Selom filio meo? Fortè aũt hoc factũ est ob hanc causam, dicturus.n.sum propter quã.Nã qa Iudas putabat illius causa mortuos Er & Annan,idq; metuens,eã nõ dedit Selom,quãuis ei promisisset : ut igitur manifestè ac euidenter sciret quòd nõ illa istius causa fuerit mortis , sed pp suam malitiam pœnã dederint.Occidit enim eum, inqt,deus.Et iterum.Occidit eum, inqt,ẽt secũdò. Propterea ignarus ipse cũ nuru sua rẽ habet,& clarè didicit qd non ipsa fuerit causa, sed illorũ malitia reos eos pœnę fecerit.Et cõfessus pctũm suũ,ẽt illam à peccato liberauit.*Non adiecit,*inquit,*ut cognosceret eam* . quod declarat neq; primũ cũ ea rem habiturũ fuisse,si agnouisset eã.Deinde postq̃ diligenter narrauit nobis diuina scriptura decepti ne quã fecerat Thamar, cõsequẽter docet nos q filii ei sint nati.*Factum est autẽ,*inqt,*cũ páreret,erant gemelli in uẽtre eius.Et cũ páreret,unus protendit manũ: apprehensam aũt obstetrix coccino ligauit,dicẽs:Hic egredietur primus.* Vide hic,obsecro,sacramentũ, & prædictionẽ futu

rorum. Nam postquã ligauit obstetrix manũ cocci-
no, ita ut cognosci posset exitus, retraxit manũ, & exiit frater eius. *Cessit, inqt, frater, ut prior egrederetur: & qui posterior putabatur, prior exit.* Et *dixit*, inquit: *Quare diuisa est propter te sepes? & uocauit nomẽ eius Phares.* Dissectione. n. & quasi partitionẽ hoc nomẽ signat. *Et post hunc egressus est frater eius qui signũ in manu dextera acceperat, & uocauit nomẽ eius Zara, quod interpretatur Oriens.* Et qd nõ temere & absq; cã hæc facta sint, sed figura futurorum fuerint, res ipsę declarat. Neq; iuxta naturę ordinẽ hoc factũ est. Qũo. n. erat possibile, quòd postq̃ manus ligata fuit coccino, iterũ cõtraheretur, & daret posteriori transitũ: nisi diuina q̃dam uirtus hęc prius dispensasset, & sicut in umbra quadam p̃figurasset qd statim ab initio Zara, qd est. Oriens. Sic. n. figura ecclíæ prospectare cœpit: nã in eo qd paululũ p̃cesit & succesit legalis obseruatio per Phares significata subintrauit, tpe multo durans. Iterũ in eo quod succesit & prior (Zara inquã) prodiit, recesit ois Iudaica consuetudo. Sed fortẽ nunc fuerit necessarium idẽ breuius dicere: Fuerũt, sicut Zara q manum protulit, Noe & Abrahã, immo ante illos Abel & Enoch, quibus magnũ studiũ fuit ut placeret deo. Deide post q̃ in multos propagati, multa peccatorũ onera collegerũt: opus autẽ erat ut uel paruã aliquã consolationẽ haberẽt: data est lex ut ũbra aliqua, nõ peccata tollens, sed ea demonstrãs, & manifesta eis faciens, ut tanq̃ imperfecti filii q lacte pascũtur, adolescere possent. Verũ qa neq; hoc eis profuit, sed lege p̃ctorum magnitudinẽ monstrante, ipsi iterum iisdẽ infermẽtati sunt aduenięs cõmunis dominus noster, spũalem hanc & uirtutib⁹ clarã uitã humano generi largitus est, cuius figurã Zara implebat. Et idcirco Euangelista ẽt meminit Thamar, & eorũ q ex illa nati sunt, & dicit: Iudas autẽ genuit Phares & Zaram de Thamar. Ne igitur simplr progrediamur ea q̃ in diuinis scripturis sunt prodita, neq; ea q̃ dicũtur à superficie salutemus: sed ingressi ad ipsum profundũ, cũ diuitias q̃ ibi latent didicerimus, glorificemus dominũ nostrũ, qui cũ tanta sapiẽtia dispensat ois. Nã si noluerimus mentẽ & causam oium q̃ facta sunt exquirere, nõ solũ hanc condemnabimus, qd cũ socero suo dormiuerit, sed & Abrahã reprehendemus, ut puericidã aio factũ, & Phinees ut gemini homicidii reũ, Sin autẽ uniuscuiusq; causam diligenter didicerimus, & illos à crimine liberabimus, & nos multã à reprehensione utilitatẽ percipiemus. Cæterũ nos q̃ ad historiã hanc attinẽt, pro uirili nostra pertractauimus charitati uestræ. Quòd si non fatigamin⁹, & uoleritis, ẽt sequẽtia attingamus, Et iterũ ad narrationẽ admirabilis Ioseph ueniam⁹, ut discatis ẽt ex his q̃ hodie dicta sunt, quæcunq; generosus ille athleta, post somnia illa regnũ sibi promittentia & principatũ fratrũ, sustinuerit, & qũo post illa certamina & tentationes aliæ excepint. Increbrescebãt naufragia, nec submergebatur gubernator: & cũ ualidi or insurgeret tẽpestas, quasi ad gubernacula sedẽs, nauim regebat. Dignũ autẽ fuerit & uerba ipsa audire, ut diligẽter ois discere possimus. *Ioseph autẽ deductus est in Aegyptũ, & emit eum archimagirus de manu Ismaelitarum.* Deinde postq̃ barbari illi, q à fratibus eũ emerãt, Aegyptio archimagiro Pharaonis uendiderũt, uarios dominos sortius est q inter ulnas patris educatus. Vt ne admiremur, qũo tulerit grauem illã seruitutem adolescens, & ois duræ uitæ expertus, domiq; magna patris benuolẽtia enutritus: subdidit scriptura, dicẽs: *Et erat dominus cũ Ioseph, & erat uir assequens.* Quid est, erat dominus cum eo? Comitabatur eũ, inqt, diuina gratia, & reddebat ei facilia oia quæ grauia erant. Hæc dispensauit oẽs eius res, hęc mansuetiores ei reddidit negociatores, & uendere archimagiro coegit, ita ut paulatim hac uia procedens, & per tentationes illas uadens, ad regiũ thronũ ascẽdere ualuerit. Verũ tu dilecte audiẽs quòd sustinuit seruitutem apud negociatores, deinde qd seruiuit apud archimagirũ, cogita qũo non turbatus est, neq; cogitauit, neq; hæsitauit secum dicens: Quę somniorũ illorũ deceptio, q̃ tantã gloriam docet? Ecce. n. post somnia illa seruitus, & seruitus grauis, & domini uarii. Ab hoc transit ad illũ, ab illo ad aliũ, & cogitur barbarorũ assuescere moribus. Nunqd derelicti sumus? nunqd cõtẽpti sumus à superna gratia? Nihil tale uel dixit, uel cogitauit, sed tulit oia fortiter & mãsuetè. *Erat enim dominus cum Ioseph, & erat uir assequens.* Quid est uir assequẽs? Oia ei prosperè succedebãt, ubiq; p̃cedebat eũ superna prouidentia. Et ita manifestata erat gratia, q̃ florebat super eũ, ut ẽt domino suo archimagiro manifestũ hoc fieret. *Sciebat enim*, inqt, *dominus eius, qd dominus esset cũ eo, & omnia q̃cunq; faciebat, dominus prosperа reddebat in manibus suis. Inuenit autẽ Ioseph gratiã coram domino suo, & cõstituit eũ super domũ suã & omnia quæcunq; habebat, dedit in manus Ioseph.* Vidisti quãtũ sit supna manu adiuuari? Ecce. n. & iuueni, & peregrino, & captiuo, & seruo, à domino tota dom⁹ creditur. Dicit. n. Et oia quæ habebat dedit in manus Ioseph. Quare? qa cũ superna gratia & suos obtulit mores, gratus. n. ei erat: hoc est, cũ magna gratia faciebat oia. Deinde uolẽs eũ deus misericors in maiori securitate cõstituere, non liberauit à seruitute, neq; libertatẽ ei dedit. Hic. n. mos est deo, ut non liberet à periculis uiros uirtute claros, neq; à tẽtationib⁹ liberet: sed in ipsis tẽtationib. tantã suã declaret uirtutẽ, ut tẽtationes ipsæ eis fiant occasio lætiæ magnæ. Propter hoc & beatus Dauid: In tribulatiõe dilatasti mihi. Nõ tribulationẽ, inqt, abstulisti, neq; ab ea liberatũ in relaxatiõe eẽ uolusti: sed id qd est miraculũ, & perq̃ rarũ, i medio tribulationis cõstitutũ absq; pauore esse me fecisti: illud sanè & hic fecit dominus. *Benedixit. n. dominũ Aegyptiũ pp Ioseph. Et didicit postea barbarus, qd is qui ut seruus habebatur, deo peculiariter gratus esset: & permisit omnia q̃ habebat, in manibus Ioseph, & nõ sciebat quicquã, pter panem quẽ comedebat.* Quasi dominũ totius terrę cõstituit. En seruus & captiu⁹ sub manu sua habet oia q̃ erãt domini: tãta res est uirtus. Nã ubicũq; illa apparuerit, oib⁹ dominatur & p̃ualet. Etenim sicut oriente sole tenebrę discutiũtur, ita & apparente uirtute, è medio tollitur ois malitia. Sed mala bestia est diabolus, ut primũ uiderit iustũ gratũ esse, & per ea q̃ putãtur esse aduersa clariorẽ fieri, fremit dentib⁹ & insanit: neq; uidere põt iustũ quotidie magis & magis claresce re, sed profundũ barathrum effodit, & præcipitiũ parat, quò illũ maximo, ut arbitratur, damno afficiat: & tempestatẽ excitet, & uiolentum naufragiũ faciat: sed discit nõ post longũ tps qd cõtra stimulũ calcitret, & contra suũ caput operetur omnia. *Et erat Ioseph pulcher specie, & formosus aspectu*

Quare nobis corporis pulchritudinẽ narrat? ut discamus qd non solũ aia pulcher erat, sed & corpore. In ipso. n. flore ætatis erat: iuuenis erat, & pulcher specie, & formosus facie. Hæc autẽ prius narrauit de eo scriptura, ut doceat nos qd Aegyptia adolescẽtis pulchritudine capta, ad illicitũ eũ cõcubitũ iritarit. *Et factum est post hæc.* Quid est, post hæc? Postq̃ ei cõcredita potestas toti⁹ domus, postq̃ tantũ honorem à domino suo consequutus est. *Iniecit uxor domini oculos suos in Ioseph.* Vide intemperantiã lasciuæ mulieris, nõ accepit in mentẽ quòd habere tur domina, nõ quòd ille erat seruus, sed à formositate capta, & diabolico incẽdio sosceptо i iuuenẽ, postea insilire tẽtat: & malã illã cogitationẽ in mẽte seruans, tps inquirit & solitudine, quæ possent ei cooperari ad illicitũ suũ conatũ. Verũ ille noluit, neq; paruit, neq; uerba illi⁹ susc̃epit. Sciebat. n. hinc sibi magnam perniciem enasci. Et nõ solũ res suas spectabat, sed operã dabat ut & illam, quantũ possibile erat, ab isania hac liberaret, & ab illicita ista cõcupiscentia: & consiliũ ei afferret, qd sufficiebat ei ut pudefieret, & quid sibi prodesset cognosceret. *Dixit enim*, inquit, *uxori domini sui.* Domina à seruo consilium accepit. *Nõne propter me nihil fecit in domo sua, & omnia quæcunq; habet, dedit in manus meas?* O gratitudinẽ uiri. Vide qũo enumerat beneficia domini, ut doceat quantã illa gratitudinẽ erga coniugẽ habere debeat. Num ego, inqt, famulus sum? nũ peregrinus? num captiuus? tãta fruor eius securitate, ut oia sua sub manũ meã tradiderit: & nihil est qd excepit de manu mea, pter te: & oibus alijs ego præsum, soli autẽ tibi subiicior, & es extra meã potestatẽ. Deinde ut letalẽ ei plagã daret, & recordari faceret uiri benuolentiæ, & persuaderet ei ne tam ingrata esset erga coniugem suum, inquit: *Et tu propterea extra potestatem meã es, eo quòd tu uxor eius sis. Cũ igitur uxor eius sis, qũo faciã hoc malũ uerbum, & peccabo coram deo?* Quoniã. n. illa solitudinẽ obseruabat, & tps expectabat quo latere poterat uirum, & oẽs qui in domo erant, dicit: Qũo possum facere malum, & peccabo corã deo? Quid. n. putas? etiam si fecerimus ut res clàm sit oibus, ab oculo tamen illo q dormitare nequit, latere non poterimus: illum solum timere oportet, & tremere ac pauere, ut ne in conspectu eius malè qppiam faciamus. Et ut discamus iusti excellẽtẽ uirtutẽ, & qd nõ semel neq; bis, sed & sæpi⁹ certamẽ hoc sustinuerit, & colloqũ hoc tulerit, consulereq; non cessauerit, subdit scriptura: *Cũ autem loqueretur de die in diem, & nõ obediret ei: ubi obseruauit in domo facientem aliquid, assilit in iuuenem sicut bestia dẽtib. frẽdens, et attractis uestimẽtis cohibuit.* Nõ simplr hoc p̃tereamus, sed cogitemus, quãtum ceramen sustinuerit iustus ille. Nõ. n. tam admirabile, ut mihi uidetur in fornace Babylonis esse tres pueros, & illæsos pmanere, & nihil ab igne pati: ut admirabile hoc & rarũ, qd admirabilis ille iuuenis retinetur uestimẽtis ab polluta illa & lasciua, & nõ detinetur: sed & uestib. relictis in manib⁹ illius, resilit. Sicut autẽ tres pueri illi, pp suam, uirtutem super na freti gratia, igne p̃stantiores uisi sunt: ita & ille, qa qd in se erat offerebat, & continẽtiæ certamina cũ magna declarabat cõstantia, magno supnoq; p̃sidio muniebatur. Neq;. n. potuisset, dextera dei nõ cooperãte ei, tantũ certamen certare, & à retibus illius libidinosę mulieris ausugere. Et licebat postea uidere admirabilẽ illum, nudũ qdem uestib. exire, indutũ autẽ continentiæ uestimẽtis, & quàsi ab incendio & fornace illæsum effugere: & nõ solum nõ adustum, sed & multo fulgidiorẽ & clariorẽ factũ. Sed uide post tantã uictoriam, postq̃ tantã fortitudinem, pp quæ illum oportebat coronari, & pp q̃ oportebat illum prædicari: iterũ quasi reum & obnoxium innumera sustinentem mala. Nam Aegyptia illa nõ ferens cõfusionẽ & opprobriũ, in quæ seipsam iniecerat, impossibilia attetauit: primũ quidem cõuocauit eos q in domo erãt, accusans adolescentẽ: & dicit quòd ille dixerit q̃ ab ipsa magno furore proposita erat, atq; ita oẽs decipere tentat. Hoc. n. modo se habet malitia, semper contra uirtutem pugnat, & ei sua peccata affricare et impingere uult: id qd & hæc faciebat, adolescentẽ quasi intẽperantẽ criminãs, & se cõtinentiæ larua induit, & dicit, pp hoc & illũ uestes reliqsse, & se retinuisse illas. Et misericors deus fieri hæc pmittit, ut per oia famulum suum clariorem efficiat. Nã hæc oia uenienti uiro cũ magna malitia dixit, & adolescentẽ accusauit, dicẽs: *Intrauit ad me puer Hebræus, quem duxisti ad nos, ut illuderet mihi.* O misera & calamitosa, nõ ipse introductus est ut illuderet tibi: sed diabolus te iduxit, ut nõ solũ adultera fieres, sed & ut homicidiũ procurares. Et ostẽdit postea ad cõprobationẽ eorũ q̃ dicta erãt, adolescẽtis uestes. Cõsidera, obsecro, hic cõis oium domini misericordiam: quia sicut à fratrib⁹ eripuit, uolẽtib. eum iterficere: & effecit primũ qdẽ quòd iuxta cõsilium Rubim in cisternã immitteretur, & postea iterum iuxta cõsiliũ Iuda negociatorib. uenderetur, ut somniorũ euentus cõplerentur: & fidẽ facerent iusto, qd non frustra, neq; temerè hęc p̃signata eẽnt: Ita et nũc sua perna manus erat q̃ barbarum detinuit, et nõ permisit ad cædẽ iusti festinare. Quid. n. prohibuisset eũ hoc facere, cũ intelligeret illum attetasse uiolare suum lectũ? Verũ omnipotens deus tantam fecit illi exhiberi clementiã, ut iniectus in carcerẽ, etiã illic suã declaret uirtutẽ, & sic ad principatum regni ueniat. *Succensuit. n. dominus eius, & misit eum in custodiam, ubi uincti regis detinebantur.* Nã si quidẽ nõ credebat, nõ oportebat eũ in carcerem conijcere: sin credebat uerũ esse, quod Aegyptia dixerat, tũc neq; carcere dignus erat, sed plecti capite, & extremã pœnam pati debebat. Verũ quando suũ auxiliũ dextra supna ostẽdit, oia leuia & facilia fiũt, & feroces mansuescunt. Tunc autẽ supna gratia ubertim nobis assistit, quãdo multã & nos declarauerim⁹ uirtutẽ. Nã hic, quoniam multum certauit, ppea etiã magnas retributiones cõsequitur. Et post tantam fortitudinẽ abducitur in carcerẽ, & silẽter fert oia. Scitis. n. ij qui non sunt sibi conscij malitiæ, quando sicut rei condemnantur, quanta utãtur sæpe fiducia, & dicẽdi libertate superbiẽtes: & iflati, & insurgentes contra eos q insontib⁹ crimen intentant. Verũ ille nõ sic: sed silet, & oia mansuetè fert, & sustinet cum magna patientia uolũtatem domini. Vide. n. qũo & i carcere principatũ oẽm accipiat à custode carceris. *Erat n. dominus cũ Ioseph*, inqt, *& defundebat ei suã misericordiam.* Quid est, defundebat suã misericordiam? Ad miserationem inflectebat, & mirè erga illum benuolentiam suam declarari curabat. *Dedit enim ei gratiam corãm illis.* Verè nihil beatius eo, qui dei gratiam habet. *Dedit enim*, inqt,

G *præfectus carceris carcerē in manus Ioseph.* Vide, qūo custos carceris aliquid honoris ei defert, & authoritatē ei permittit, & omnes qui in carcere erant, esse iubet sub potestate eius. *Et nesciebat pfectus carceris aliquid. Omnia.n.erāt in manu Ioseph, eo quòd dominus erat cū eo. Dominus psperè agebat in manibus eius.* Vide qūo comitabatur eū perpetuò supna gratia, & oia quæ faciebat erāt plena gratia. Hoc igitur & nos studeamus, ut nobiscū semp habeamus dominū: ut quæ à nobis fiunt, ab illo prosperentur. Nam qui illius gratiā assequitur, & in mediis uinculis existens ridebit, ac nihili putabit oia, domino oium faciente & disponente cuncta, ut prosperè succedāt oia. Qūo autem poterimus nobiscū habere dominū, ita ut ab ipso secundentur oia? si sobrij nosmetipsos aten derimus, & uigilantes fuerimus, & imitabimur iuuenis illius continentiā, aliasq; uirtutes, ac fortē spiritum: uidebimusq; qd sic oporteat oia diligenter fieri, ne fortè à domino cōdemnemur. Neq; n. possibile est, ut occultetur aliqd ab oculo illo qui dormitare neqt. Verūm necesse oino est, ut is q peccat,

H suppliciis obnoxius fiat. Itaq; ne maioris faciamus timorem hoium, q̄ indignationem dei, sed memores simus semper uerborū Ioseph dicentis: *Qūo faciam uerbum hoc malum, & peccabo corā domino?* Igitur quando nos cogitatio perturbat, hoc in mente uersemus uerbū, & statim effugiet ois illicita concupiscentia. Itaq; siue qs corporum cōcupiscentia capiatur, siue alia quadā, statim hoc uerbū cogitet: qd ille est q nos condemnet, à quo nō est possibile nos occultari, ēt quæ in mēte nostra uersentur: & oino effugiemus ēt diabolicas machinationes, magnoq; adiutorio superno iuuabimur, gratia & misericordia domini nostri Iesu xpi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, et honor, nunc et semp & in secula seculorum, Amen.

Homilia.lxiij.

Eliquias eorum q̄ heri dicta sunt, uolumus

r hodie reddere charitati uestrę: & iterū attingere historiā Ioseph. Scitis.n.quòd hesternus sermo profusior fuerit, & nō potuimus ulterius progredi: sed sermoni finē imposuimus, quādo pp

I Aegyptiæ calumniam ab archimagiro in carcerem est coniectus. Ideo hodie operæpreciū fuerit docere uestrā charitatem, q̄ in carcere ei acciderint. Nam postq̄ in carcerē est iniectus, & traditus pfecto carceris, et illic tantam dei gratiā assequutus est, ut totius carceris principatus a pfecto carceris sibi concrederetur. *Et nesciebat aliquid pfectus carceris propter Ioseph.* Vidisti, qūo in ipsis afflictionib⁹ existens, aduersitatem ne senserit quidē: sed omnipotens sapiētia dei, oia aspera uertebat in iucūda. Et sicut, licēt quis margaritā in luto conculcet, nihilominus illi⁹ demonstrat pulchritudinē: sic & uirtus quocunq; eam proieceris, suā declarat uirtutē, ēt in seruitute, etiam in carcere, ēt in afflictione, ēt in prosperitate. Quia & in carcere illi conciliauit præfectum carceris, & super oēs qui ibi erant potestatem concessit. Videamus & hic qūo uim gratiæ sibi concessæ manifestarit. *Factum est enim*, inquit, *post uerba hæc.* Qualia? quæ narrauit post factam calumniam, postquā condēnatus est in carcerē: & non hoc solum, sed & postquā significatū est nobis qd dominus cum eo fuerit, & qd præfectus carceris omnia quæ ibi erāt commiserit, ut per illū administrentur. *Factum est,*

Caput XL.

inqt, *post uerba hæc, postquā iniectus est in carcerē.* Cùm K *peccassent præfectus pincernarum & præfectus panificū, condemnati sunt à rege, ut in carcerem mitterētur, quos pfectus carceris Iosepho cōmendauit.* Neq;.n.ut uincto usus est illo, sed ut curarū participe, immo ut eo q ibi de tentorū curas bene consolari queat. Et adstitit eis, inqt, Quid est, adstitit eis? hoc est, cōsolat⁹ est eorū mentē, erexit eorum aīos, & non permisit absorberi præ tristitia. Erant autē diebus multis in carcere, & uiderunt uterq; insomniū in nocte una: pfectus pincernarū, & pfectus panificū. Sed beatus ille, cui curæ erat qūo consolarentur illi, ut uidit eos ob uisionē insomniorū turbari, & mente cōfundi, dicit: *Cur faciēs uestræ hodie tam obnubilæ & mœstæ?* Ostēdebant.n. facies eorum intus latentem turbationem. *Pro.15.b.* Propterea & sapiens quidā dicebat: Corde lętāte exhilaratur facies: in tristitia aūt existente, mœret. Igitur qa uidit eos tristitia affectos pp insomniorum uisionem, cām discere uolens rogauit. Vide qūo & in carcere existens suā declarauerit uirtutē, & aliorum mœrores alleuiare studuerit. Quid igitur illi? *Insomnium uidimus, & non est qui diiudicet illud.* Igno- L rabant sapientiā eius cū quo loqbantur, sed quasi uulgarē aliquē existimabant, & ppea somniū ei nō dicunt, sed tantū quòd uiderint, & inqt: Nullus est q diiudicet illud. Verū admirabilis ille uir dicit eis: *Nōne à deo manifestatio eius est?* Narrate igitur mihi. Nō à me promitto uobis aliquid me dictūrū, Deus est q reuelat. Narrate igitur mihi. Vide intelligentiā & humilitatis excellentiā: non dixit, Ego uobis diiudico, ego uobis dico somniorū euentū. Sed qd: Deº enim est solus, q talia reuelat. Et narrauit pfectº pincernarū. *Vt autem audiuit Ioseph*, inqt: *Hæc est diiudicatio eius. Tres propagines, tres sunt dies, & recordabitur Pharao tuæ pincernarū pfecturæ: et hinc restituet te, et dabis poculū Pharaoni in manū suam iuxta pristinū officium tuū, ut solebas uinū infundēs. Sed recordare mei, quādo tibi bene erit, et facies mihi misericordiā, & memor eris mei, apud Pharaonē, & educes me ex carcere hoc: quia furtiuē abductus sum ex terra Hebræorū, et hic feci nihil, & immiserūt me in hūc lacū.* Quia pdixerat ei bona euētura, & reconciliandū regem, dicit: Memor esto mei p te metipsū, quādo fœlicitatē tuā obtinueris, mentio M nē faciēdo eius q hęc tibi pdixit, & facies mihi misericordiā. Hoc audiēs, dilecte, ne cōdemnes pusillanimitatē iusti: sed hac rōne potissimum obstupesce, qd tā fortiter & grato aīo tulit grauē illā inhabitationē. Nā licēt magnā à custode carceris potestatē acceperit, attamen grauabatur in tāto pędore cū sordidis & luridis agēdo. Nā uide q̄ bene morata mēte fuerit pditus, & qūo fortiter tulerit oia, in oibus magnam declarans animi humilitatē. Et facies, inquit, in me misericordiā, & recordaberis mei apud Pharaonē, & educes me ex carcere illo. Attende obsecro hic qūo nihil dicat contra scelestā illā adulterā, neq; arguat dominū, neq; narret fratrū in se inhumanitatem, sed tectis oib⁹, dicit: Recordare mei, & fac educi me ex carcere hoc: qa furtim abductus sum de terra Hebræorū, & hic nihil feci, sed immiserūt me in lacū illum. Ne perfunctorię hoc prætereamus, sed consideremus q̄ bonis moribus aīa eius fuerit prædita, qūo inuenta opportunitate temporis, & sciens quòd pfectus pincernarū in fœlicem statum restitutus, posset omne negociū suū regi significare, nō Aegyptiam reprehendit. Iterum

A enim eadem dicam: non dominū affert in mediū, non dicit causam pp quam cōdemnatus sit in carcerem, neq; scelus in se commissum narrat: sed hoc unū curat, nō ut illos condemnet, sed ut pro se solo dicat. Et fratrū quidē causam adumbrabat, dicēs: Furtò abductus sum ex terra Hebræorū. Quę autē Aegyptia illa fecerat, nō profert in mediū, neq; iniustā domini sui erga se indignationē. Sed qd dicit? Hic feci nihil, sed immiserūt me in carcerē hūc. Hęc audiētes, discamus si in talia inciderimus, ut cauea mus cōuiciis illos q nos iniecerunt incessere, & ad accusationē illorum linguā acuere: sed solū demōstremus in māsuetudine & mititate nos innoxios: & admiremur admirabilē qa neq; in calamitate exi stens uoluit uel uerbis petulantiā & libidinē Aegyptiæ inuulgare. Scitis.n.quòd multi cùm de criminibus arguuntur, magna impudētia in alios sua de licta transferre nituntur. Hic autem sole clarior exi stens, & potens oia cū ueritate dicere, & illius insaniā manifestā facere, & semetipsum manifestiorem

B demonstrare, nihil illorū in mediū affert. Neq;.n. humanā uenabatur gloriā, sed sufficiebat ei gloria superna, & oculū illum q non dormitat, habere uolebat laudatorē factorum suorū. Ideo silente eo, & oia obtegere moliente, misericors dominus in tantam eū gloriā duxit, quando uidit athletā rectè certasse. Iam autē discamus, & ex his q̄ postea sequuntur uiri sustinentiā, & qūo non grauatim fert dilationē: neq; à sua alacritate excidit, sed magna gratitudine oia fert, & prōptè gratias agit domino suo, q hæc fieri permittebat. His auditis, princeps panifi cū ratus & suum sibi somniū boni aliqd præsignare, narrat ei somnij uisionē. Quod ut audiit Ioseph, accepta ēt ex superna reuelatione eius diiudicatione, pdicit illi interitū imminentē, & dicit: *Adhuc tres dies, & auferet Pharao caput tuum à te, & suspendet te in ligno, & comedent uolucres cœli carnes tuas à te.* Propter hoc prius dicebā, inqt, quòd non à meipso uobis pdico, sed quæcunq; deus reuelauerit: ut siue bonū aliqd, siue malū psignet somniorū uisio, non mihi

C adscribatur. Non.n.à me hæc loquor, sed illa uobis declaro quæcunq; supera gratia mihi manifestarit. Cęterū cùm adessent statuti dies, opere impleta sunt q̄ Ioseph dixerat: & sic ut diudicarat Ioseph, ita cōtigit utriq;. Et ille qdē ad pristinā rediit securitatē, hic aūt pœnā luit. *Porrò præfectus pincernarum, qui tantam consolationē acceperat, nō est recordatus Ioseph, sed oblitus est eius.* Vide iterū iustum in palæstra aliqua certantē, & suæ uirtutis exhibentē specimina, non perturbari neq; cōmoueri, neq; egrē ferre. Nā siquis ex uulgaribus fuisset, dixisset fortasis ita intra se: Quid hoc rei? pfectus pincernarū mox ut iudicaui ei somniorū uisionē, pristinā securitatē accepit: & nō est memor eius q sibi pdixit? Ille qdē solita fœlicitate fruitur, ego autē q nihil mali opatus sum, hic concludor cū homicidis, cū furib⁹, cum latronib⁹, cum his q innumera mala commiserunt. Nihil horū uel dixit, uel cogitauit: sciebat.n.quòd amplior caūea fieret in qua decertandū, ut legitimè certando clariori redimiretur corona. Cōsidera, qūo post restitutionē illius duo anni pterierint. Oportebat enim expectari tps opportunum, ut maiori cū gloria inde educeretur. Si quidē præfectus pincernarū ante somnia Pharaonis recordatus fuisset, fortasis authoritate sua eū liberasset, & nō tā perspicua fuis

D set aliis eius uirtus. Nūc autē omnipotens & sapiēs deus sciens, sicut optimus artifex, quāto tpe in igne debeat aurū teneri, & iterū inde reduci: pmittit ad tps duorum annorum pfectum pincernarum illius obliuisci, ut & tps somniorum Pharaonis ueniat, & cōpellente necessitate ipsa, iustus ille in toto regno Pharaonis notus fiat. *Nam post duos annos uidit*, inqt, *somnia Pharao: & factū est mane, & turbata est anima eius. Et misit, & uocauit oēs coniectores Aegypti, & oēs sapientes suos, et narrauit eis Pharao somnium, et nō erat annuncians Pharaoni.* Vide multiplicē dei dispēsationē, prius permittit oēs qui ibi habebantur sapientes, tentari, ut monstraretur eorū ignorantia: & tandē hic uinctus, captiuus, seruus, Hebræus in medium adductus est, & nota facit multis ignota, quò oib⁹ manifestetur supna gratia in illo refulgēs. *Cū omnes, inqt, sapientes uenissent, et neq; dicere aliquid neq; os aperire possent: tūc princeps pincernarū recordatus est Iosephi, & recēsuit Pharaoni ea q sibi in carcere cōtigerant, & inquit: Peccatū meum reminiscor hodie.* Et narrat qūo in

E carcerē coniectus sit ipse, & pfectus panificū: & uiderint somnia, & diiudicatione eorū à Ioseph acceperint, & qd iuxta illius pdictionem euenerint oia. *Hæc cū audisset rex, misit ad Ioseph, & eduxit eū ex carcere, & totonderunt eū, & mutauerunt uestimentum eius, et intrauit ad regem.* Vide statim ab initio quātus nūc honor. Postq̄.n.purgatus per patientiā: sicut aurū rutilans exiit de carcere, & ductus est ad regē. Vidisti quātum sit à superna gratia adiuuari? Vide quāta dispēsata sunt, ut res Iosephi cōplerētur. Nā postq̄ summū illud certamen certasset, & scelestę illius Aegyptiæ pedicas effugisset, & in carcerē eius cōiectus esset, pmisit ut pfectus pincernarū & pfectus panificū Pharaonis per illud tps in carcerē iniicerētur, & per diiudicationē somniorum discerent uiri sapientiam, ut nunc tempestiuè memor eius, in me diū ducat. *Dixit autem*, inqt, *Pharao ad Ioseph: Somniū uidi, & non est qui diiudicet illud: ego autē audiui de te dicentes, qd audierint te sua diiudicassę somnia.* Vide qūo confusus Pharao, nō dicit manifestè qd nullus suorum sapientiū potuerit diiudicare somnia. Sed qd? F Somniū uidi, & nō est qui diiudicet illud. Audiui aūt de te dicētes, quòd audierūt te sua somnia diiudicasse. Cōsidera, obsecro, hic magnā prouidentiā & pietatem Ioseph, qūo Pharaoni respondeat. *Ne suspiceris*, inqt, *me aliquid à me dicturum, uel iuxta humanā sapientiā diiudicaturū. Neq; enim possibile est sine reuelatione, q̄ supernè uenit, taliū notitiā habere. Scias igitur, quòd absq; deo nō iudicabitur qd̄ saluture Pharaoni.* Vt igitur didicit, quòd oium dominus est qui reuelat, nō ab hoibus quærit, q̄ solius dei est manifestare. Vide qūo respōso suo docet Pharaonē, q̄ sint infirmi & inutiles sapiētes eius, & quāta sit potētia dei. Igitur quoniā cognouisti ex me, qd neq; ex humana sapientia, neq; ex propriis rationib. hęc loquor, dic q̄ à deo tibi manifestata Pharao ubi hęc audijt, narrat somnia: & primū & scdm: et inquit: *Dixi oculis meis, & non erat qui annunciaret mihi.* Non audisti, inquit, à me, quòd non est humanæ sapientiæ talia significare? Ne igitur illis succenseas: nunquā n. poterunt talia cōprehēdere, quę sunt solius reuelationis q̄ supernè datur. *Et dixit Ioseph: Insomnium Pharaonis unum est: ut autem credas, quòd uerum erit quod à deo tibi præsignatum.* Repetitum.n.est secundò, ut tu uideres quòd facilè hoc faciat deus. Repetitio.n.in-

Gqt,confirmatio est uisorũ, & copiosior probatio. quòd omnino hęc futura sint. Et postq̃ diiudicauit numerum septem bonũ,& septẽ spicarum, & dixit magnã futurã abundantiã,& q̃ grauis sequutura fames,cõsequenter & optimũ consiliũ affert,& dicit: *Constitue uirum super Aegyptũ,qui possit colligere fertilitatem septem annorum,ac sic dispensare,ut possimus in tpe famis solatium inuenire, & non fiat omnimoda cõsumptio.* Placuerũt hęc Pharaoni,&oibus seruis suis. Et nũc seruit Pharao impletioni somniorũ Ioseph, q̃ uiderat quãdo apud patrẽ agebat. Et ipse qdem somnia Pharaonis diiudicabat. Pharao autẽ ad finẽ somniorũ euentũ ducebat,ignorans. Nã ut hęc audiuit dixit seruis suis: *Non inueniemus hoiem talem,qui habet spiritum dei in semetipso.* Vidisti qũo cognouit & ipse,quod ex superna reuelatione hæc ei manifestata fuerint? Qũo n.inquit,inuenire poterimus,qui tan tam consequutus sit gratiam, ut spiritũ dei in se ha beat? Et *dixit*,inqt, *ad Ioseph. Quia monstrauit tibi deus omnia hæc,non est homo prudentior quàm tu.* Attẽde hic H qũo,quandocunq; uoluerit omnipotens deus,ope re complere quæ sibi uisa fuerint,nihil eorum q̃ in medio obstare uidentur,impedire potest. Ecce.n.à fratrib⁹ factus erat,ut ita dicã,propẽ hostia,& merces,& iterũ merces: & accesserat calumnia in extremum periculum adducens,& in carcerem tanto tẽpore,& post hæc omnia fermè in ipsum regis thronum euectus est. *Quoniam ostendit tibi deus hæc omnia & nõ est hõ prudentior & intelligẽtior te, tu eris super domum meã, & in ore tuo audietur omnis populus:ueruntamen throno ego te antecellam.* Vide qũo captiuus repẽtè constituitur rex totius Aegypti,& q̃ ab archimagiro in carcerem coniectus est,à rege in summũ locum exaltatus est. Et q̃ fuerat eius dominus,repẽtè uidit quẽ ut adulterũ in carcerẽ miserat,totius Aegyptil'susceпisse imperiũ. Vidisti quantũ sit,ferre cũ gratiarum actione tẽtationes? Propterea & Paulus dicebat:Afflictio patientiã operatur, patientia pro

Rom. 5.a bationẽ,probatio spem:spes nõ pudefacit. Vide igi tur,Afflictiones patiẽter tulit, patiẽtia probatũ eũ I fecit,probat⁹ fact⁹ in magna spe agebat ,spes nõ pu defecit. *Dixit autem ad eum: Ecce cõstituo te hodie super oẽm terrã Aegypti.* Et *Pharao,ab lato annulo de manu sua, posuit eum in manu Ioseph, induitq; eum uestę byssina,& circundedit collũ eius ramo aureo,et fecit eum ascẽdere sup currum scdm sibi proximum.* Et *promulgauit corám eo præ eo,& constituit eum super totam Aegyptum.* Nam deus quem habebat secum, ei omnia bene disposuit,& eum in tantam claritudinem euexit. *Dixit autẽ Pharao: Absq; te nullus leuabit manum suã in oẽm terrã Aegypti.* Et *uocauit Pharao nomen Ioseph Psomthomphanech*, appellatione nominis uolens sapientiam eius perpetua memoria testatã:hoc enim significat, occultorum cognitor: eo quòd omnibus occulta manifestauit, propterea ex his quæ facta sunt appellationem ei imponit. Et ut accumulet honorẽ,dat ei filiam Petephrę in uxorem. Deinde quia eiusdem nominis erat cum domino suo, dicit sacerdotis Heliopoleos. Et ut discamus,in qua ætate fuerit admirabilis ille,qui tantam assequutus mercedem, & tanta certamina ostendit,inquit: *Ioseph autem erat triginta annorũ, quando stetit corã Pharaone.* Ne temerè putemus assignatum esse numerum annorum,sed discamus quod negligenti uirtutem nulla sit excusatio: neque enim licet alicui obiicere iuuentutẽ,ubi uirtus exércenda est. Ecce ille nõ solum iuuenis erat, K sed etiam pulcher specie, & formosus facie. Contingit enim iuuenem esse,& nulla corporis pulchritudine præditum. Hic autem cum iuuentute & pulcher erat facie, & quasi in ipso iuuentutis flore seruus & captiuus factus est: Decem enim & septẽ habebat annos, quando deductus est in Aegyptum. Deinde in ipsa fornace iuuentutis calumniata est eum petulans Aegyptia domina eius, & neq; sic superatur fortitudo iusti: denique in carcere tanto tẽpore ærumnosus fuit,& mansit quasi adamas,non solum non factus infirmior, sed & plus roboris assumpsit. Habuit enim solidantem se supernam gratiam. Quoniam prius quod suum erat totum attulerat, & propterea è carcere ad principatum totius Aegypti accersitus est. Hæc audientes , in afflictionibus animam nunquã desponde amus,neque pro prias rationes sequentes morosi simus & difficiles: sed magna patientia clari,spe bona foueamur,sciẽtes omnipotentiam domini nostri: & quòd sinens nos experiri aspera,non relinquit, sed uult ut certã L tes clariori corona cingamur. Ita omnes sancti pro bati sunt. Propterea & apostoli dicebant: Per multas afflictiones oportet nos in regnum dei intrare. Et ipse xps dicebat discipulis suis: In mundo afflictionẽ habebitis. Ne igitur mœreamus in afflictionibus,sed audiamus Paulum dicentẽ,quòd uolentes piè uiuere in xpo Iesu , persecutione patiuntur. Et ne admiremur,neq; ægrè feramus,sed oia cũ fortitudine & patientia toleremus:non ad afflictiones respicientes,sed ad lucrũ quod inde congregamus. Spiritualis.n.quædam negociatio est. Et sicut qui pecunias colligere uolunt,& huius seculi negociationẽ exercent, nõ aliter possunt augere suas opes, nisi multa picula terra mariq; sustinuerint. Necesse enim ut ferant latronũ & piratarũ insidias. Attamẽ oia magna alacritate suscipiunt & ob expectationẽ lucri uix sentiunt amara q̃ ferũt. Eodẽ modo & nos cogitantes diuitias & spuales merces , q̃ nobis hic colligere licet,oportet gaudere & exultare,& nõ contemplari q̃ uidentur , sed q̃ non uidentur, sicut & Paulus admonet,dicens: Non considerantib. nobis ea quæ uidentur. Fidei.n.est , nõ corporalibus M oculis contẽtos esse , sed oculis mẽtis imaginari ea q̃ non uidẽtur . Nã illa fide digniora credẽda sunt, q̃ ea quæ corporalibus oculis uidentur. Sic patriarcha gratus fuit deo , qa credidit promissioni dei,& supior natura factus & humanis rationib⁹ , ideo & reputatũ est ei in iustitiã. Considera,qd iustitia est credere his q̃ à deo dicuntur. Quãdo n.ille aliquid promiserit,nõ mihi iuxta humanã consequentiam res expendere,sed superior rationib⁹ illis fras,& cõfide eius q promisit , uirtuti. Ita unusquisq; iustorũ probatus fuit:ita & admirabilis ille Ioseph, cũ tãta inter insomnia fuerint ipedimenta,nõ turbatus est aia,nõ cõmotus est sed robusta mẽte fortiter tulit oia , sciens quod nõ sit possibile ea q̃ deo uisa sunt nõ euenire. Ideo & post seruitutẽ,& post carcerẽ & tantã calumniã principatũ susceпit Aegypti . Hæc igitur oia cogitantes, fortiter susciпiamus ea q̃ inferũtur,gratiasq; agamus pro oibus misericordi deo, & eius expectemus opitulationẽ . Quod nobis oib⁹ cõcedatur,gratia & misericordia domini nostri Iesu xpi,cui cũ patre & sancto spiritu sit glia, imperiũ,honor nunc & semp, et in sca sęculorũ,Amen.

A *Homilia.lxiiij.*

Vltis ut & hodie historiã Ioseph tractem⁹, u &uideamus qũo uir ille,suscepto totius Aegypti principatu , concessa sibi intelligẽtia oẽs cõsolatus fuerit? *Exiuit enim*,inqt,*à facie Pharaonis,& transiuit per oẽm terram Aegypti,& fecit terra annis septem sterilitatis manipulos, & cõgregauit frumentũ sicut arenam maris.* Susceпta prius à rege potestate oĩ, collegit,in qt,prouentus,& in ciuitatibus reposuit, prouidens iã multo antea, quo futurę penurię succurri posit. Vidisti quales retributiões fortitudinis & patientiæ,& aliarũ uirtutum ẽt hic acceperit iustus à uinculis trãsiens? Nati sunt autẽ illi duo filij, inqt, priusquã aduenerint anni pẽurię : & uocauit nomẽ prioris Manasse:quoniam obliuisci me fecit deus oium laborũ meorum, & ꝓium quæ sunt patris mei. Attẽde hic uiri religionẽ & pietatem,quoniã uocabulo filii memoriã oium indidit,ut perpe tuò gratias ageret,& q̃ ex se natus erat,pp suam appellationẽ scire posit certamina & patientiã, quæ B iustus perferẽs in tantã peruenerit gloriam : obliui sci fecit oium laborũ meorũ , & oium quæ tulerit pater meus. Quid est, oium laborum meorũ & patris mei? Hic coniectare mihi uidetur primã & secũdã seruitutem,& miseriã quam in carcere tulit . Et oĩum quę tulit pater meus:segregationẽ significat, quam sustinuit abreptus ab ulnis paternis , quãdo in imatura ætate tã liberaliter educatus , libertatẽ seruitute commutauit. Et *nomẽ secũdi uocaui Ephraim quia crescere fecit me deus in terra humilitatis meæ.* Vide & huius nomẽ gratiarum actione plenũ. Non solũ enim,inquit,aduersitatis oblitus sum,sed & magni ficatus sum in terra in qua tantã sustinui humilita tẽ,utpote in extremis piculis ẽt de uita anxius. Verũ nunc dignũ est audire q̃ sequuntur. Nã post fertilitatẽ septem annorũ, uenerũt & septẽ anni penu riæ & famis,iuxta ꝓdictionẽ Ioseph. Rerum.n. euẽ tus oibus concessam uiro sapientiam detegebat, fa ciebatq; ut omnes eius uidendi desiderio tenerentur. Et cũ fames ualida facta esset,primũ penuriam C sentire nõ permisit . In omni.n.terra Aegyptiorum erãt panes. Sed cũ molestia famis incrudesceret,clamauit populus ad Pharaonẽ,magna pssus indigentia:à fame.n.coacti,ad regem cucurrerũt . Porrò ui de huius beneuolentiam. *Dixit autẽ Aegyptijs: Ite ad Ioseph, & quicquid dixerit uobis,facite* . quasi diceret: Quid me urgetis, nõ uidetis qd ego tantũ regis habitũ gesto,ille uobis salutis author factꝰ sit? ne igitur illo relicto ad me curratis,sed abite ad illũ, & q̃ cunq; dixerit uobis,facite. Apuit aũt Ioseph horrea, &uẽdidit Aegyptijs Et quoniã oẽs depascebatur famis necessitas. Oẽs,inquit,*prouinciæ ueniebant in Aegyptum,ut emerent frumentum:inualuerat enim*, inquit,*fames super omnem terram* Vide obsecro , qualẽ euentũ accipiant somnia Ioseph. Nã ubi fames inualuit,uenit ẽt in terrã Chanaan,in qua habitabat Iacob huius pater, q̃ postq̃ intellexit ibi frumentũ uenunda ri,dixit,inqt,puer is suis: *Quare negligitis ? Ecce audiui quod frumentũ sit in Aegypto Descendite, ut cõparetis nobis pauca cibaria,ut uiuamus,& nõ moriamur.* Quid,inquit,hic sedetis? abite in Aegyptũ,& alimẽta nobis afferte. Hęc aũt oia facta sunt,ut uisioni seruirẽt fratres Ioseph:& interpretationem somnij quod iudicarunt, cũ audirent Ioseph somniũ narrantem,implerent. Descenderunt autẽ decem fratres,& Beniamin non acceperunt , q̃ erat frater Ioseph ex eadem D matre. Dicebat.n.pater eius, ne fortè accidat ei contritio:parcens ei,eo quòd ætate immatura erat. *Venerunt autẽ,& Ioseph sicut principem Aegypti adorauerũt super faciem suam in terra.* Et nunc ignorantes quidẽ, omnia faciunt . Et quia multum tpis interceserat, faciem fratris non agnouerunt. Verisimile enim est iuuenem olim, nunc immutatum faciei suę effigie. Idq; totum opinor diuinæ dispensationis fuisse,ita ut non potuerint uel ex sermone,uel ex aspectu fratrem agnoscere . Vnde.n.unquam in hanc opinionem uenissent? Etenim putabant eum apud Ismaelitas factum seruũ , seruireq; apud barbaros , unde non agnouerunt Ioseph. Ipse statim ut uidit,agnouit eos:& ut ignoraretur studuit,eisq; quasi alienis locutus est. Abalienabat.n.se ab eis , & locutus eis dura,& dixit: Vnde uenistis? Simulat omnimodam ignorantiã , ut oia ꝺdiligenter ab eis discere queat. Desiderabat.n.scire de rebus patris & fratris. Et primùm qrit ex qua regione sint,& dicunt: *Ex Chanaan,ut emamus frumenta* Famis,inqt,necessitas in cau- E sa est,quare id itineris confecimus,& propterea relictis propriis huc uenimus . Et recordatus est,inqt, Ioseph somniorum,q̃ ipse uiderat. In mentem uenerunt ei somnia,& uidebat euenire ea. Volens diligẽter oia discere,magna cũ austeritate eis respondet, & dicit. *Exploratores estis,& ad considerandã uestigia terræ uenistis.* Non recta,inquit,mente aduenistis. Videmini arte & malignitate quadã huc profecti. Illi autem anxii dixerunt:non domine. Et id quod discere studebat Ioseph , hoc à semetipsis docent, & dicunt: *Serui tui uenimus,ut emamus frumenta. Oẽs filij sumus unius uiri, pacifici sumus,non sunt serui tui explorato res.* Adhuc profeipsis satisfaciebant, & timore attoniti mente nondum q̃ad Ioseph pertinebant,dixerant,ideo perseuerans dicebat:Non, sed uenistis ut uestigia terræ exploretis. Superuacue,inqt,hæc mihi dicitis,etenim hoc habitus aduẽtus uestri declarat,qd malitia quadã exciti huc uenistis. Illi autem necessitate coacti,& uolentes eũ ad misericordiam flectere,dicũt: *Duodecim sumus fratres serui tui.* O uer- F borum deceptionem. ẽt eum quem negociatorib⁹ uendiderant,in numero suo recensent . Et non dicũt,duodecim fuim⁹,sed duodecim sumus fratres, & ecce iunior cũ patre nostro. Hoc erat qd scire cupiebat,nũ & fratrem sil'r afflixissent . Et ecce iunior cũ patre nostro,alius autẽ non supereست . Nec dicũt rem manifestè,sed tantũ,nõ supereست. Ex hoc in suspicionem uenit ne fortè & Beniamin simili modo affecissent. *Hoc est*,inqt,*quod dixi uobis,quod exploratores sitis. Nequaquã hinc mihi exibitis, quousque frater uester iunior uenerit huc,iliũ uidere uolo.* Cupio uidere eũ, qui ex eodẽ utero natus est: suspicor.n.ex his q̃ aduersus me egistis,mentẽ uestrã fraterno odio laborare. Si igitur uultis, mittite unũ ex uobis,& adducat eũ,uos autẽ manete in carcere,donec ille uenerit. Ille.n.cum aduenerit , docebit num, uera sint q̃ dicitis, & liberabit uos ab oi suspicione . Nã si hoc non fuerit,manifestum est qd exploratores sitis, & propterea huc ueneritis. Posuit autem eos in carcere. Vide qũo ipsorum probat aĩum,& per ea quæ illis facit,suam erga fratres declarat beneuolentiam. *Post tres autẽ dies uocatis illis, dixit*: Hoc *facite,et uiuetis, deum.n ego timeo. Si pacifici estis,unus fratrũ uestrũ detineatur hic in carcere,uos autẽ proficiscemini,et auehite mer*

G cimonium frugum quantis indigetis, & fratrẽ uestrum iuniorẽ ducite ad me, & credibilia erunt uerba uestra: quòd si minus moriemini. Cõsidera sagacitatẽ. Volẽs suã erga illos beneuolentiã declarare, & patris penuriam cõsolari, déq; fratre ueritatem discere, uno retento alios abire iussit. Sed uide, nũc qũo cõscietia eorũ, incorruptus ille iudex aduersus eos insurgat, & nullo arguẽte, uel in mediũ qppiã afferẽte, ipsi sui ipsorũ accusatores fiũt. Dixit.n. inqt, *unusquisq; ad fratrẽ suum*, Merito hæc patimur *peccatis.n.nostris pp fratrem nostrũ: quia despeximus afflictionem animæ eius, quando deprecabatur nos, & non exaudiuimus eum, propter hoc accidit sup nos omnis afflictio hæc* Ita.n. se habet peccatum, quando consummatũ est, & opere perfectũ, tunc suæ absurditatis ostendit excellentiã. Et sicut ebrius, quãdo multum uini ingurgitat, nullũ sentit à uino dãnũ, postea aũt sentit, quantũ sit damnũ: ita & peccatũ, donec consummetur, obtenebrat mentẽ, & quasi densa nubes, ita mentẽ corrumpit: deinde conscietia insurgit, & quouis accusatore mentẽ grauiarro dit, monstrãs absurditatẽ facti. Enimuero & hic uidere licet, quòd illa nũc in mentem ueniunt q̃ fecerunt. Et cũ de summa salutis periculũ immineret, tunc tandẽ confitentur q̃ fecerant, & dicunt, Merito: In peccatis.n. sumus pp fratrem nostrũ, quoniã despeximus afflictionem animæ eius. Non simplr, neq; sine causa sustinemus, sed iustẽ & ualde iustẽ pœnas luim⁹ inhumanitatis, & crudelitatis, quã erga fratrem nostrũ declarauimus, quoniam despexi mus afflictionem animę eius. Quoniã, inquit, absq; cõpassione eram⁹, & multũ declarauerамus crudelitatem: propterea nũc nobis eadem eueniũt, & pp hoc uenit afflictio hæc super nos. Et hæc quidẽ illi inter se differebant, putãtes nihil horũ audiuisse Ioseph. Nã quasi ignorans & nescíens eorũ linguam, per interpretẽ loquebatur eis, q̃ ea q̃ illi loquebantur sibi interpretaretur, & ea q̃ ille eis. Audiẽs aũt hęc Rubin, dixit eis: *Nonne locutus sum uobis, dicẽs: Ne iniuria afficiatis puerum, et non exaudistis me? & ecce sanguis eius exquiritur.* Nõne tũc, inqt, consulebã? nõne obsecrabã, ne quòd peccatum in eũ admitteretis? nã quãtum ad propositum uestrũ, occidistis: licẽt enim nõ p gulam gladium transmiseritis, barbaris tamẽ uiris eum uendidistis, & difficiliorẽ ei uiã excogitastis. Cogita quantũ sit à cõscientia sua accusari, habere ppetuo urgentem & clamantẽ, & scelus cõmemorantem. *Et hæc audẏt quidem Ioseph, ipsi aũtẽ nesciuerunt, eo quòd interprete utebatur: sed non ultra ferre potuit, natura fraterna & cõpaßione cum arguente. Et auersus*, inqt, *ab eis, fleuit, ut non fieret eis manifestus. Et iterũ accessit ad eos, & dixit eis. Et accepit Symeonem, & uinxit eũ corã eis.* Vide qũo oia faciat, ut incutiat eis terrorẽ, uidẽtes uincula Pharaonis: ut certior redderetur, an cũ fratre aliquã compassionẽ haberẽt. Oia.n. hæc facit probãs eorũ mentẽ, & scire uolẽs num & contra Beniamin tales fuerint, ppea & Symeonem corã eis uinciri iubet, ut diligẽter eos probet, ut sciret num quã dilectionẽ erga illum haberẽt. Nã seueritas in illũ faciebat, ut citius Beniamin adducerẽt, & aliquãdo aduẽtu fratris liberaretur. *Et mandauit*, inqt, *ut sacci eorũ implerẽtur frumẽto, & reponeretur pecunia uniuscuiusque in saccum suũ, & daretur eis uiaticum in itinere: & ascensis asinis suis, abierunt.* Vide q̃ gloriosẽ eos remuneret, & iuuatis eis benefacit: non frumentum solum dedit, sed etiam pecuniam.

Cùm aũt unus ex eis aperuisset saccum suum, ut daret pabulum asinis, uidit pecuniã, & dixit fratrib. suis. Propter hoc attonitum est cor eorũ, & turbati sunt, mutuum dicentes: Cur hoc fecit nobis deus? Iterum magis anxij facti sunt, suspicantes ne & hoc augmentum eis esset criminum, & à conscientia accusati omnia tribuebãt peccato quod in Ioseph admiserant. Cũ uenissent aũt ad patrẽ, & oia ei manifestẽ declararẽt, narrauerũt idignationẽ principis Aegypti, quã expti sunt: & quòd posuerit eos in custodia, q̃si speculatores. *Diximus aũt ei, quòd pacifici simus, & quòd duodecim simus fratres, & quòd unus non supersit, minimus aũt cũ patre nostro. Dixit aũt nobis: In hoc declarabitis quòd pacifici sitis, si fratre uno hic relicto, adducetis fratrẽ uestrũ minorẽ. ut sciam quòd non sitis exploratores.* Hæc iterũ exaspe rauerunt iusti mœstitiã. Post narrationẽ aũt hanc tristem, cũ euacuassent omnes saccos suos, inuenit unusquisque pecuniam suam, & timuerunt ipse & fratres. Et uide, oro, iterum hic senem plorantem. Et qdnã dicit eis? *Me absque liberis esse fecistis, Ioseph non est, Symeon non est, & hunc Beniamin accipietis. Super me facta sunt hæc omnia.* Non sufficit mihi, inquit, luctus Ioseph, sed adiecistis ei & Symeonẽ: & neq; hic dolorum meorum finis est, sed & Beniamin accipere uultis. Sup me facta sunt hæc oia. Sufficiunt hæc uerba, ut uideatur q̃ disrupta fuerint patris uiscera: qa sibi oĩs spes de Ioseph adempta erat, putabat.n. eum à bestijs deuoratũ: ita & neq; de Symeone spem sibi pollicebatur, nunc quoq; idem de Beniamin formidat. Veruntamen adluctabatur adhuc, & non dabat puerum. *Dixit autem ei Rubin primogenitus eius: Duos filios meos occide, si non reducam ad te. Da eum in manum meam, & ego reducam eum ad te.* Mihi, inqt, eũ crede, mihi trade, ego tibi eũ reducã. Hoc aũt faciebat Rubim, cogitans quòd non esset possibile eos descẽdere, & ad Aegyptũ redire, & q̃ ad alimẽta eius ptinebant emere. *Et non cedit pater, sed dicit: nequaquã descendet filius meus uobiscũ.* Deinde & causam dicit, quasi rationẽ reddens pueris, *Quia frater suus mortuus erat, & ipse solus erat relictus. Et cõtinget, quòd adolescens fortè peribit in itinere, & deducetis senectam meam cum tristitia ad inferos.* Timeo, inquit, ætati adulescẽtis: & suspicor ne etiam hac consolatione priuatus, cum dolore uitam finiam. Quandiu enim ille mecum est, uideor mihi habere aliquam consolationem, & huius consuetudo minuit mihi dolorem quem ex fratre eius concepi. Et amor quidem erga Beniamin, non sinebat patrem ut illum à se mandaret. *Violentior autem fuit fames, & deficiebant eis cibi. Et dixit eis pater: Abite iterum, afferte nobis pauca edulia. Dixit autem ei Iudas: Testando attestatus est nobis homo, dicens: Non uidebitis faciem meam, nisi frater uester iunior uobiscum fuerit, Itaque si mittis nobiscum fratrem nostrum iuniorem, descendemus & ememus frumenta: sin minus, non ibimus. Nam homo dixit nobis: Nũ uidebitis faciem meã, nisi frater uester iunior fuerit uobiscum.* Ne putes, inqt, sine fratre nos posse descẽdere illuc. Si.n. uis nostrũ descensum, & omnino periculis inuolui, uiam nostram abimus: scias aũtẽ quòd protestatus est ille, quòd non uisuri simus faciẽ eius, nisi frater iunior nobiscum aduenerit. Angustiæ undique erant Iacob, ideo plorans dicit ad eos: *Quare afflixistis me, q̃d nunciastis uiro q̃d sit uobis frater?* Cur me afflixistis, q̃re mihi horũ malorũ autores facti estis? Nã si hoc non signi-

A nõ significassetis, nequaquam Symeone priuatus essem, nec illũ à uobis requisiuisset. *Illi autẽ dixerunt:: Interrogauit nos homo, num adhuc pater noster uiuat, et nũ sit nobis frater, et annũciauimus ei. Nesciebamus q̃d diceret nobis, adducite fratrẽ uestrũ.* Ne putes, inqt, spõtè nos confessos esse uiro, ut se habeant res nostræ. Quoniã .n. q̃si exploratores nos uixit, interrogauit autẽ diligẽter de rebus nostris, ut uere omnia testaremur talia dixim⁹. *Dixit autem Iudas ad patrẽ suum: Mitte puerum mecũ, et surgentes ibimus, ut uiuamus & nõ moriamur.* Meq;, inqt, si dei illum credito, ut accingam⁹ nos itineri. Cõsumptis.n. cibis nulla nobis salutis spes erit, neq; aliũdè cõsuli nobis poterit. Ego accipio eũ à te nisi reduxero eũ & statuero corã te, ob noxius ero oibus diebus. Nisi.n. tandiu morati fuissemus, iã secũdo reuertissemus. Cõpassio quã exhibemus puero, nobis omnibus erit causa interit⁹. Fame.n. peribim⁹, nisi eũ nobiscum mittas. Vide nũc hic dilecte, quomodo famis necessitas patrẽ amorẽ uicerit. Videns aũtẽ quod non aliunde famis con-
B solationẽ habere posset, & fames idies magis & ma
1.Re.4.d gis incresceret: Si ita est, inquit, & oportet hoc omnino fieri, & non potestis descendere, nisi hunc acceperitis: debetis & dona afferre uiro, & referre pecuniam quã in saccis uestris inuenistis. Accipite aũtẽ & pecuniam aliam, ut emere posĩtis frumẽta & fratrẽ uestrum accipite. *Surgite igitur, et descendite ad hominem. Deus aũt meus det uobis gratiã coram homine, & mittat fratrem uestrũ unum, et Beniamin. Ego autẽ quasi liberis careã, liberis orbus sum.* Vide quomodo eximiã suã dilectionẽ declarat quã erga Ioseph habuit, ut ne qs existimet de Symeone uel de Bẽiamĩ hoc esse dictũ. Ego enim, inquit, quasi filiis orber. Deus aũt meus det uobis gratiã, & mittat fratrem uestrum illum unum, & Beniamĩ. Nã licèt illi, inquit, salui fuerint, ego quasi liberis careã, orbus sum. Cogita hic, qũo totus amori Ioseph deditus sit. Videns.n. tantum chorum liberorũ se circunstantẽ, absque filiis se esse putauit, quia illo priuatus erat. *Acceperunt aũt uiri dona, et pecuniã duplicem, et Beniamĩ, et descenderunt in Aegyptum, et steterunt corã Ioseph. Vidit aũt Ioseph & Beniamin fratrem suum, quem desiderabat.* Vidit tã optatum. Vidit opere cõpleti sui studiũ. *Et dixit præfecto domus suæ: Introduc hoies in domum, et occide uictimas: mecũ.n. cõedent uiri. Vt uiderunt autem q̃d introducti sunt in domũ Ioseph, dixerũt: Propter pecuniã, quæ rediit in saccos nostros, inducimur, ut calumniã nobis intentet, & accipiat nos in seruos, & asinos nostros.* Ioseph quidem suam erga illos benignitatẽ declarãs, oia disponebat. Illi autem anxij fuerunt, suspicantes ne pecuniarũ gratia pœnas luant, quòd etiã in hoc malè fecerit. Et propterea cũ accelsissent, causam tristitiæ proferunt pfecto domus, & narrãt quomodo pecuniã in saccis inuenerint, & dicunt: *Propterea duplicem nũc attulimus pecuniã nobiscum, ut et priorem restituamus, et nunc denuò emamus frumenta.* Vide quomodo calamitates mẽtẽ eorum fecerint ad misericordiã promptiorẽ, et eos mãsuetiores. *Dixit autem eis: Propitius uobis est deus. Nõ timete, deus uester, et deus patrum uestrorũ, dedit uobis thesauros in saccis uestris, pecuniã uestrã bene probatã habeo.* Ne timeatis, inquit, neq; huius gratia anxij sitis. Nullũ uobis inde crimen imponetur, pecuniam enim plenè accepimus. A deo putate hoc esse factũ, & thesauros uobis in marsupiis uestris esse monstratos.
Et cũ hæc dixisset, eduxit Symeonem, et attulit aquã ut la-

uarentur pedes eorum, et pabula dedit asinis eorum. Vide D quomodo preces patris omnia eis prospera faciũt: & sicut ille eis apprecat⁹ est, cũ dixit, De⁹ patris mei gratiã uobis det: ita oia facta sunt. At prẽfectus domus etiã ante aduẽtum Ioseph omnem eis benignitatẽ exhibuit. *Parauerunt autem dona Ioseph, & obtulerunt ei cùm ingressus esset, et adorauerunt sup terrã. Et iterũ interrogauit eos, num bene habet pater uester senior, quẽ dixistis uiuere? At illi dixerũt: Sanus est pater noster: Et dixit: Benedictus hõ ille deo, et curuati adorauerũt. Vidit aũt fratrẽ suum uterinum, et dixit: Hic est frater uester iunior, de quo dixeratis mihi ut duceretis ad mẽ et dixit Deus misereatur tui fili.* Cõsidera q̃ntã fortitudinẽ p se ferat, & adhuc ignorantiã simulet, ut posĩt habere mẽtẽ eorũ, quales se postea sint habituri, & qũo sint affecti erga Beniamĩ. Quia uincebatur, à natura sua, & cõturbabãtur uiscera ei⁹, quęrebat ut fleret. *Ingressus aũtẽ in prõptuariũ, fleuit illic et abluta facie exiuit, & postea suã demõstrat benignitatẽ, et dicit: Apponite panes. Et apposuerunt ei soli, utpote regi, et principib. Aegypti, & illis qui cum illo erant, et Aegyptii qui simul cœnabant cũ eo seorsum. Non.n. possunt Aegyptii comedere cũ Hebræis:* E *abominatio.n. sunt Aegyptiis. Sederunt aũt corã eo: qui primùm secundum seniũ suũ, et iunior secũdum iuuẽtutẽ suã.* Hoc illos in stuporem adduxit, & ualde dubio animo fuerunt, unde nam ei cognitio tam uarię illorũ ætatis. Et cũ daret omnibus partes, Beniamin septẽplices dat. Et neq; sic sentiunt quę fiebant, sed putabant fortuitò quoddã euentu ab eo fieri, & qd adolescentiori, & inferiorem mensę partẽ tenẽti daret.

Vocauit aũt Ioseph eum qui domui suæ præerat, et mandauit ei, dicẽs: *Imple saccos hominũ cibariis quanta ferre potuerunt, et pecuniã similiter in saccos singulorum, et poculum argenteum mitte in saccum iunioris.* Vide iterum qualẽ artem excogitet, ut diligẽtissimè mentem fratrũ explorẽt, quam erga fratrem suum Beniamin habeãt. *Et his factis, dimisit eos. Et cũ iam arripuissent iter, dixit pfecto domus suæ. Surge persequere eos, et dices. Quare retribuistis mala pro bonis? Quare furati estis poculũ argenteũ? Nõne hoc est è quo bibit dominus meus? Ipse aũt auguratur in eo mala quæ pfecistis.* Postquã inuenit eos, dicit eis? Quare benefactori mala rependitis? quare malitiã uestram eousque extendistis, ut ad eum quoq; pertigeret qui erga uos tantã declarauit benignitatem? F Quare non reueriti estis uiri erga uos beneuolẽtiã? Quæ tanta malitia? quę insania? Nescitis qđ hoc sit uas, in quo auguratur? Malũ est hoc opus uestrũ pnicioſum propositũ, incõdonabilis conat⁹, magna audacia, & omnem transcẽdens malitiã. *Illi autem dixerunt: Quare loquitur dominus iuxta uerba hæc? Quare, inqt, obiicis nobis hoc crimen, à quo oĩno sumꝰ immunes? Absit, ut serui tui uerbũ hoc faciant, ut tale qd unquam attentemus. Nam qui pecuniã dupli cẽ attulimus, quo pacto furaremur argentũ uel aurũ? Quòd si hoc putas, apud quem inuentũ fuerit uas, quod inquiris, ille qdẽ moriatur: ut qui tale fecerit opus, nos aũt serui erimus.* Cõscientię bonę fiducia faciebat eos tã fidenter loqui. *Ille autẽ dixit: Et nunc sicut dixistis, erit, Apud quẽ inuentũ fuerit poculũ, hic solus meus seruus erit, uos autẽ dimittemini. Et cùm hæc dixissent, pmiserũt ei ut scrutinium faceret: et scrutatus initio à seniore facto, donec ueniat ad Beniamin, et illius aperto sacco, inuenit poculum.* Hoc cõfudit eorũ mẽtẽ. *Et disruperunt*, inqt, *uestimenta sua: & ĩposuerunt iumentis iterum saccos, et reuersi sunt in ciuitatem. Et ingressus Iudas, & fratres sui ad Ioseph bo-*

Caput. XLIIII.

G ceciderũt coram eo super terram. Vides quoties adoratione faciunt. Dixit autem eis Ioseph: Quare hoc feciſtis? Neſciebatis quòd augurãdo in hoc augurat̃ur? Dixit autem iqt, Iudas: Quid cõtradicemus, uel quid loquemur domino uel quo iuſtificabimur? Deus iuenit iuſtitiã ſeruorũ ſuorũ. Iterum recordãtur eorum, quę olim cõtra illum fecerunt. Ecce ſimus ſerui domino noſtro et nos, et ille apud quem inuentum eſt poculum. Iam magnã declarant benuolẽtiam, & ſeipſos cum fratre in ſeruitutẽ ſubiiciunt. Dixit autem Ioſeph: Abſit ne hoc faciam, hõ apud quem inuentũ fuerit pocolum, ille erit meus ſeruus: uos autẽ aſcendite cum ſalute ad patrem ueſtrũ. Vide, quod timebat pater, hoc eis contigit: & in tam magnã deuenerunt turbationem, ut quid facerent neſciret. Appropinquauit autem Iudas, & dixit: Quia ipſe erat ille q & à patre eum accepat, & dixerat: Niſi reduxero eũ ad te, ero tibi obnoxius oĩb. diebus. Idcirco & propior factus diligenter narrat ei omnia, ut cõmiſeratione eo adducto, liberari faceret puerum. Appropiauit n. iqt, ei Iudas, et dixit: Oro domie, loquatur ſeruꝰ tuus.

H Attende, quomodo per omnia ut domino ſeruus loquitur, & in memoria habe ſomnia manipulorũ, propter quę maiorem erga eum iuidiam acuerãt, & obſtupeſce omnipotẽtem dei ſapientiã, quomodo tantis obſtaculis in medio poſitis omnia ope ſunt i pleta. Loquatur, iqt, ſeruus tuus corã te. Domine tu interrogaſti ſeruos tuos, dicens: Habetis ne fratrem uel patrẽ, et diximus: Eſt nobis pater ſenex, puerum ſenectutis iuuenẽ habet, et frater eius mortuus eſt. Cogita hic, qũo ſe habuerit Ioſeph hæc audiens. Ille ſolus relictus eſt patri ſuo, pater autem eum diligit. Quare autem & hic mẽtitur, ſic dicens: Frater eius mortuus eſt: quãuis eũ negociatoribus uendiderant? Verum qa ſic patri pſuaſerunt, quaſi occiſus eſſet, & à beſtiis deuorat⁹. Aliter etiã: Quia nõ putauerunt eũ potuiſſe ferre barbaro rum ſeruitutẽ, & iam eſſe mortuũ, & idcirco dicit: Frater eius mortuus eſt. Dixiſti autem ſeruis tuis. Deducite eum ad me, et diligenter cõſiderabo eũ. Et dixiſti: Niſi deſcendat frater ueſter nobiſcũ, nõ apponatis et uideatis faciẽ meã. Factum eſt aũt, quãdo aſcendimus ad puerum tuũ

I patrem noſtrum, annũciauimus ei uerba domini. Dixit aũt pater noſter nobis: Ite iterũ, emite nobis pauca cibaria. Nos aũt diximus ei: Nõ poterimus deſcendere, niſi frater noſter deſcẽdat uobiſcum. Dixit aũt puer tuus pater noſter: Vos ſcitis, qđ duos pepit mihi uxor, et egreſſus eſt unꝰ à me: et dixiſtis, qđ à beſtia ſit deuoratus. Conſidera, qũo per excuſationẽ Iudę, Ioſeph oia diligenter didicerit, quę poſt ſuam uenditionẽ egerint domi, & qualia patri de ſe narrauerint. Nunc igitur, inqt, ſi et hunc tuleritis, et acciderit ei aduerſitas aliqua iuia, deducetis ſenectutem meã cum mœrore ad inferos. Ita ergo patre noſtro erga filiũ affecto, qũo poterimus faciem eius uidere, puero nõ exiſtente nobiſcũ? Pendet enim anima eiꝰ ex huius aia, & deducẽt ſerui tui ſenectutem patris noſtri ſerui tui cum mœrore ad ſeruũ. Ego ſeruus tuũ accepi puerũ à patre ſuo, dicens: Niſi ipſum ad te reduxero, obnoxius ero oĩbus dieb. Has promiſſiones feci patri, ut puerum poſsim adducere, & iplere quę tibi uidebãtur, monſtrãſeq; quã uere dixerimꝰ, & nullum mendaciũ à nobis ſit prolatũ: Nunc igitur manebo ſeruus pro puero, famulꝰ domini, puer autẽ aſcendat cum fratribus. Qũo. n. aſcendemus ad patrem, cùm nõ ſit nobiſcum puer: ut ne uideã mala, que inuenient patrem meum. Confuderunt hæc Ioſephum, & ſatis ei demonſtrarunt qđ & patrẽ digne colerent, & fratrem multum amarent. Et non ultrà potuit ferre, K Capul. XLV.
neque continere. ſed repulſis oĩb. circunſtantibus, ſe ſolus in ter eos relictus, emiſſa uoce cum fletu, notum ſe fecit fratribus. Et hoc inotuit i toto regno, et i domo Pharaõis, et dicit fratribus ſuis: Ego ſum Ioſeph. Viuit ne adhuc pater meꝰ? Admirari hic & beati huius conſtantiã tantã, & qđ ſuſtinuerit hucuſque ſimulationẽ, & qđ cõditionẽ ſuam non declarauerit: & illos plurimũ obſtupeſcere ſolemus, qũo potuerint ſtare, uel os apire poſtea, quomodo non auolarit ab eis anima, qũo non obſtupuerit tota eorum mens, qũo non ceciderint interram. Et non potuerunt, inqt, fratres eius reſpondere ei: turbati enim erant: Meritò, cogitantes quomodo eũ affecerãt, & ąlis ipſe erga ſe fuerat. Et cogitantes gloriam in qua cõſtitutꝰ erat, de ſua ſalute (ut ita dicã) anxij erãt: propterea uolens eos animare, Appropinquate, inquit, ad me: ne elongetis uos. Ne cogitetis quòd proprio conſilio hęc cõtra me egeritis. Nõ eſt tanta ueſtra iniquitas cõtra me, ſicut eſt diuinę ſapiẽtiæ i effabilis miſericordia: ut huc adueniens, nũc tpis, & uobis & huic regiõi poſsim ſuppeditare alimẽta. Et dixit: Ego ſum Ioſeph, quẽ nẽdi diſtis i Aegyptum. Nunc L
igitur, ne ſitis triſtes. Ne uos, inquit, hoc conturbet, ne aſperum uobis uideatur quod factum eſt. Dei. n. di ſpenſatione contigerunt hæc. Deus. n. me miſit in ui tam ante uos. Nam hic ſecundus annus famis ſuper terram, & adhuc reſtant quinque anni, in qbus nõ erit aratio, neque meſsis. Miſit. n. me deus ante uos, ut relinqueretur uobis portio ſup terrã. Nũc igitur nõ uos me miſiſtis huc. ſed deus. Vide quomodo ipſemet, & iterũ, & tertiò cõſolatur illos, dicens: ne ſibiipſis aſſcriberẽt cauſam ſui ingreſſus in Aegyptũ, ſed deũ hoc feciſſe ſciãt, & ita ſe in hãc uenisse gloriã. Deus, inqt, miſit me, et fecit me quaſi patrẽ Pharaonis, et dominum totius domus illius, principẽ totius Aegypti. Illa, inquit, ſeruitꝰ principatũ mihi cõciliauit, illa uẽditio in hãc gl̃iã euexit, illa afflictio huiꝰ mihi honoris occaſio fuit, illa iuidia hãc mihi claritudinẽ pepit. Hæc nos nõ ſolũ audiamus, ſed & imitemur: & ita ſolemur eos q noſ afflixere, non iputantes eis quę in nos admiſerunt, & oĩa magna ferẽtes beneuolẽtia: ſicut ille admirãdus, Igitur, inqt, ut credatis, qđ nõ uobis aſſcribam, M
quę cotra me à uobis facta, ſed quòd liberẽ uos criminibus: deo autẽ totum tribuam, qui illa ita diſpẽſauit, ut preſentem gloriam ſic acquirerem. I deo feſtinate, aſcẽdite ad patrẽ meũ, et dicite ei: Hæc dicit filius tuꝰ Ioſeph: Fecit me deus dominum totius terræ Aegypti, deſcende ad me, et ne differas, et habitabis in terra Geſſe, & eris apud me tu et filij tui, et oues et boues, et quæcunq; habes, et alã te. Adhuc enim quinque annis fames, ut non exculceris tu et filij tui. Ecce oculi ueſtri uident, et oculi Beniamin fratris ueſtri, quòd ore meo uobis loquor: Annũciate patrí meo oẽm gloriam meam, quæ in Aegypto, et quæcunque uidiſtis, et feſtinantes deducite eum. Poſtquã hęc oĩa dixit, & ſatis eos conſolatus eſt, & mandatũ dedit, ut de rebꝰ & ſtatu ſuo patrẽ certiorẽ redderent, ſtatimq; adduceret, recidit in collũ Beniamin fratris ſui, & fleuit: & ille rurſum fleuit ſup eo, & oſculatus eſt oẽs fratres ſuos, & fleuit ſup eos. Denicp poſt tãtũ colloqũ & lachrymas, & conſolationẽ, & conſiliũ quòd eis dedit, uix potuerunt cum eo loqui. Poſt hæc, enim, inqt, loquebãtur ei. Hæc autem omnia inaulgata ſunt, et celebrata in domo Pharaonis, et gauiſus eſt, et oẽs qui in domo eius. Exhilarauit, inqt, omnes agnitio fratrũ Ioſeph. Et dixit Pharao Ioſeph: Dic fratrib. tuis, hoc facite, impletę

A uehicula ueſtra frumento, & abite, & aſſumpto patre ueſtro redite ad me, et dabo uobis omnia bona Aegypti: tu autem manda ut accipiant plauſtra pueris & uxoribus. Vide & regem quomodo iam curam agit de reditu Iacob. Et aſſumpto, inqt, patre ueſtro uenite, & ne dimittatis oculis quicquã ſupellectilis ueſtræ. Omnia enim bona Aegypti ueſtra erunt. Fecerunt autem ſic filij Iſrael. Dedit autem Ioſeph eis currus: iuxta mandatum regis, & omnibus quidem dedit binas ſtolas. Beniamin autem dedit trecentos aureos, & quinque ſtolas eximias: & patri ſuo miſit ſimiliter, & decem aſinos ferentes de bonis Aegypti, & decem mulas ferentes panes in uia. Quibus omnibus datis miſit fratres ſuos, et profecti ſunt: dixitq; eis: Ne iraſcamini in uia. Vide mentem moribus optimis prædità: non ſolũ ipſe dimiſit irã, & à criminibus liberauit, ſed & ipſos admonet, ne iraſcãtur in uia, neq; inter ſe de factis cõtendant. Nam cũ ſteterũt mane apud Ioſeph, dicebant inter ſe, Meritò: in peccatis. n. ſumus pp fratrem noſtrum, quia deſpeximus eius afB flictionẽ, & exurgens Rubim, dicebat: Non dixi uobis, ne iniuria afficiatis filiũ, & non exaudiſtis me? Multo magis ueriſimile erat, qđ in uia inter ſe rixaturi eſſent: ppea cõprimens eorũ irã & contentionẽ mutuã, dicit: Ne iraſcamini in uia, ſed cogitate quòd ego nõ habuerim pro crimine q in me admiſiſtis, ipſi etiã uos benenolentia uiciſim proſequamini. Quis pro dignitate admiraretur uiri huiꝰ uirLuc. 6. d tutẽ, q nouæ legis philoſophiã magna adimpleuit diligẽtia? Et id qđ xps admonet diſcipulos? Diligite inimicos ueſtros, orate pro pſequẽtibꝰ uos: hoc ille & multo magis fecit. Neq; n. ſolũ tantã declarauit charitatẽ erga eos q ſe occidere uolebãt, quãtum in eis erat: ſed oia facit, ut demonſtraret eis, qđ nihil in ſe peccarint. O ſapiẽtiæ excellentiam, ô beneuolentiæ coaceruationẽ, & dilectionis dei largitatẽ. Nõ uos, inquit, hæc mihi feciſtis, ſed dei erga me prouidẽtia hęc ſieri fecit, ut mihi ſomniorũ euẽtus concedatur. Ita in afflictionibus & in tẽtationibus eſſe, diuinæ prouidentiæ eſt, ſi ſobrij ſimus & C bene noſmetipſos attẽdamus. Ne igitur in oĩb. proſperitatẽ & affluentiã inqramꝰ, ſed & ſiue in proſperitate ſimus ſiue aduerſitate ſimiliter gratias offeramus domino, ut uiſa gratitudine noſtra, largiorẽ ſuam erga nos declaret prouidentiã. Quod nobis oĩbꝰ cõcedatur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit gloria, imperium, honor nunc & ſemp & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia. lxv.

Idiſtis ex his q̃ heri dicta ſunt dilectionem
u Ioſeph, & inenarrabilẽ clemẽtiã, quam erga fratres ſuos declarauit: non ſolũ non faciendo memoriam eorũ quæ in ſe admiſerant, ſed & redituris ad parentẽ conſulendo admonens, ne inter ſe iurgẽtur, ſed dimiſſa oĩum ira, pacificè ambulẽt. Operæpretiũ eſt aũt & q̃ ſequuntur recenſere, ut uideamus & horũ ad patrem reditum, & deſcenſum Iacob in Aegyptũ: & qũo eum refforere ſecerint ea quę de Ioſeph cognouit, & quaſi (ut ſic dicam) de ſene iuuenẽ reddiderint. Quis. n. ſermone complecti poſſet uoluptatẽ, in qua tũc fuerit cùm diſceret, Ioſeph uiuere, & i tãta dignitate cõſtitutũ? Inexpectata. n. bona maiorẽ uoluptatem afferre ſolent. Quem. n. putabat ante tot annos fuiſſe à beſtiis deuoratum, ut intellexit tenere imperiũ totius Aegypti, qũo non præ magnitudine gaudiorũ mẽ D
te exceſsit? Idem. n. facere ſolet immodicũ gaudiũ, quod excellens triſtitia. Et uidere licet multos effundere lachrymas prę gaudio immẽſo, alios ẽt ſępe obſtupeſcere quãdo fieri uident quę nõ expecta uerãt: & quos mortuos eẽ putabãt, repẽtè uiuos uidẽt. Sed ut manifeſtior fiat ſermo noſter, audiamꝰ lecta. Et aſcenderũt, inqt, ex Aegypto, & uenerunt in terrã Chanaã ad Iacob patrẽ ſuum, & annunciauerunt ei, dicẽtes: Filius tuus Ioſeph uiuit, & ipſe dominatur toti terræ Aegypti. Et exceſsit mente Iacob: non n. credidit eis. Vides id quod dicebã, & incredibile ei uiſum eſſe qđ de Ioſeph annunciabatur? & meritò. Qui. n. tũc attulerãt ueſtem ſanguine hœdi inquinatã, & patri pſuaſerant qđ à beſtiis eſſet deuoratus: nunc dicunt qđ uiuat, & dominetur i tota Aegypto. Et turbata mẽte cogitabat apud ſe, qũo rationi eſſet cõſentaneũ. Nam ſi uerũ hoc quod prius dictum, qũo hoc poterat credi? Si autẽ hoc credendũ & uerũ, illud neceſſariò fuerit mendacium. Turbauit aũt eũ maximè quod à filiis antea audierat, & alia nunc ab iiſE dẽ diſceret. Videntes igitur patris turbationẽ, & uolentes ei pluribus argumentis perſuadere qđ uerũ dicerent, locuti ſunt ei oĩa quæ à Ioſeph dicta erãt, & q̃cunq; dixerat eis, & poſtea protulerũt plauſtra, & dona q̃ à Ioſeph miſſa erãt. Vix faciebãt fidẽ patri, non eſſe mentita q̃ illi dicebant. Nã uidẽs plauſtra q̃ miſſa erãt, ut deſcenderent in Aegyptum, inquit: Reexcitatus eſt (inqt) ſenex, decrepitus, terram ſpẽctans. Quid eſt, re excitatus eſt? Sicut ignis in ampulla, quando deficit olei alimonia & iã extinguitur, ſi parũ quis olei infuderit, repentè qđ extingui putabatur, & clariorem emittit lucẽ: ita & ſenex ille prę triſtitia iã extingui uidebatur. Noluit. n. inquit, conſolationem accipere, dicens: Deſcendã luges in infernum. Vbi autẽ cognouit qđ uiueret, & quòd dominaretur in tota Aegypto, & uidit plauſtra, reaccẽſus eſt, & iuuenis ex ſene factus. Depoſuit mœroris nebulã, diſpulit cogitationũ tempeſtatẽ, tranqllus poſtea fuit. Hæc autem oĩa deus diſpenſabat, ut iuſtus horũ laborum conſolationẽ inueniret, & parF ticeps fieret fœlicitatis pueri: & pręterea ut ſomniũ impleretur id qđ ipſe interpretatus erat, dicens: Nũ qđ ueniemus ego & mater tua, & fratres tui, ut adoremus te? Et credidit dictis atq; factis, & dixit, inqt: Magna mihi ſunt, ſi adhuc uiuit Ioſeph, ibo igitur, et uidebo eum priuſquã moriar. Magna ſunt mihi, iqt, & excedũt oẽm cogitationẽ, & obſcurant oẽm humanã lætitiã. Si adhuc filius meus Ioſeph uiuit, ibo & uidebo eũ. Feſtinemus igitur, ut eius colloqo potiar priuſquã moriar. Nũc, iqt, iuuenis ille erexit mẽtẽ, & fugauit ſenectutis infirmitatẽ, & roborauit rationem. Quòd ſi & colloq contingat, perfectã lætitiã aſſequut⁹, moriar. Et nihil moratus ſenex itineri ſe accinxit, feſtinãs & urgens ut uideret tã deſideratũ filiũ, & ante tot ãnos mortuũ, & (ut putabat) factũ cibũ beſtiarũ, uidere nunc regem Aegypti factum. Et cũ uenisſet ad fontẽ iuramẽti, preces (q̃b. gratias agebat) obtulit domino, & ſacrificauit ſacrificium deo patris Iſaac. Hęc audiẽtes, diſcamus quãdo qđ facturi, uel negociũ aliqđ cœpturi, uel pegrinationẽ ſuſcepturi ſumus, ut offeramus domino ſacrificiũ precũ, & eiꝰ adiutoriũ inuocemus, & ſic inſtitutũ aggrediamur, imitantes illorũ iuſtorũ pietatem ſacrificauit ſacrificiũ deo patris ſui Iſaac. Hũc diſcamus, qđ ue-

Universidad de Deusto Biblioteca

Gstigia patris sui sequutus sit,& hoc in cultu diuino declarauerit,sic ut Isaac.Et qa suã gratitudinẽ prius per gratiarũ actionẽ ostẽdit,statim subsecuta sunt etiã ea quæ supernæ gratiæ fuerunt. Nã quia uidebat tantũ itineris spatium, & cogitabat suã decrepitã ætatẽ,uerebatur ne morte prẽoccupatus à colloqo & aspectu filii destitueretur, precatur dominũ ut tantã sibi uitę mensurã cõcedat,ut psecta uoluptate fruatur.Sed uide,qũo bonus dominꝰ multis argumentis iustum securũ reddat. Dixit enim deus Israel in uisione noctis: *Iacob Iacob,ego sum deus patrum tuorũ,ne timeas descendere in Aegyptũ. In magnã enim gentẽ faciã te illic:ego descendã tecum, & reducã te in finem, & Ioseph imponet manus super oculos tuos.* Vide qũo ea quæ iustus ille desiderabat, ea illi deus pollicetur: imõ & multo maiora. Liberalitate.n. sua nostras petitiones trãscendit,seruãs solitam suã misericordiã.Ne timeas, inquit,descendere in Aegyptum.Quoniã anxius erat ob uiæ prolixitatẽ,ideo dicit:Ne respicias ad infirmitatẽ senectutis, in gentem.n.magnam faciam te illic:& descendam tecũ in Aegyptũ,ego te comitabor, & oia tua prospera reddam.Aduerte qũo uerba humilitati nostræ attemperet.Quid hoc beatius fuerit, quã deũ ipsum habere comitem itineris?Sequitur postea consolatio,qua plurimũ indigebat senex . Et Ioseph, inqt, imponet manꝰ sup oculos tuos. Ille dilectus tuus, ipse te fouebit,& manus imponet sup oculos tuos. Gaudẽs itaqꝫ,& totus securus iter igredi cœpit. Cogita hic obsecro iustũ,q̃ iucundũ fecerit iter, acceptis tã certis dei promissionibus . *Surrexit autem Iacob,& filij eius & acceperũt oẽm possessionẽ suam, & uenerunt in Aegyptũ. In sexaginta sex aiabus descendit Iacob in Aegyptũ,et Ioseph ac filii eius,qui nati sunt ei in Aegypto nouem erant,& ita cũ Ioseph erant oẽs animæ septuaginta quinque.* Quare scriptura numerum tanta diligentia annotauit? Vt scire possimus,qũo dei prædictio impleta sit, dicens:In gentẽ magnam faciã te illic.Nã ex his septuagintaquinqꝫ animabus in sexcenta millia genus Israel propagatũ est.Vidisti qũo non frustra,neqꝫ temerè numerũ eorũ, qui in Aegyptum descenderunt,nos docuerit:sed ut scire possimus quã multi ex tam paucis facti sint,& diuinis promissionibus ne minus credamus.Nam quando cogitas,quòd post mortẽ Iacob & Ioseph tanta machinatione usus Aegyptiorũ rex,ut numerũ eorum minueret & paruũ faceret,ne in tantam propagaretur multitudinẽ:nihil potuerit,sed magis & magis creuerit populꝰ:admirare & stupesce misericordiã dei,& qd non sit possibile cassare q̃ ipse arbitratus fuerit,etiã si infinita machinentur alij: Cæterũ uideamus contextum totũ, ut scias quomodo occurrerit Iacob. *Quando autem appropinquauit in terrã Aegypti,misit Iudã ante se ad Ioseph, ut significaret illi patris aduẽtũ.Igitur Ioseph ut didicit,iunxit currus,& ascendit in occursum patri.Et mox atq; uidit eũ, recidit in colluẽ eius,& fleuit fletu multo.* Hoc erat id quod initiò dicebam,qd sępe ingens uoluptas profundere lachrymas facit.Recidit,inqt,in collum eius,& fleuit,fletu:non dixit hoc simplr, sed fletu magno . Statim enim in mentẽ sibi uenerunt,quæ interim patri pp se acciderant,& cogitans tam prolixum intercessisse tps, & quòd præter omnem expectationem & ipse patrem,& pater se uideret, fontes emisit lachrymarũ:simul & magnam declarans lætitiã, & gratias agens pro benefactis.Et dixit ad Ioseph: *Moriar nunc,quia uidi faciem tuam. Adhuc.n. tu uiuis .* Votorũ, inquit,cõpos factus sum, assequutus sum qd nunquam expectaui:euenerũt mihi quæ nunquã spera ta.Reliquũ contentus sum uita . Vide.n. quem desideraui,& sufficit mihi ad lætitiã omnem , uidisse qd tu adhuc uiuis , qui pridẽ mortuus , & à bestiis deuoratus es habitꝰ.Paterna uox & plena dilectione, satisq; affectionẽ aiæ eius declarans . Dixit autem Ioseph fratribus suis : *Descendam, & annunciabo Pharaoni qd fratres mei uenerint, & sint pastores: Viri.n. sunt armẽtarij, & secũ adduxerunt pecora & boues.Si igitur uocauerit uos Pharao,et dixerit:Quod est opus uestrũ? dicite:Pecorũ pastores sumus . Abominatio.n . Aegyptiorũ est omnis opilio.* Vide prudentiam, & quale cõsilium ei det, non simplr neq; fortuitò hæc inducens , sed uolens eos simul in maiori securitate & abundãtia agere,neq; cõmerciũ habere cum Aegyptiis. Nã qa illi abominabantur,& contemnebant pastoritiam agẽtes uitam,utpote ipsi disciplinis Aegyptiorũ nacantes,ppea admonet studiũ suum prætexere, ut sic ratioabili & hõesta occasiõe optima terrę portio eis segregetur,quo in summa trãqllitate & abũdantia uiuere possint.Et *acceptis quinq; fratribus suis, Introduxit eos ad Pharaonẽ.Et interrogauit eos: Quod est opus uestrum? & dixerunt. Armentarij sumus,nunc igitur habitabimus in terra Gesẽ.Dixit aũt Pharao:Si scis quos ex eis, qui sint uiri potẽtes, cõstitue eos magistros meorũ pecorum.Sicut consuluerat Ioseph,ita responsum dederũt fratres Pharaoni:et concessum est eis habitare in terra Gesẽ.* Cæterũ Pharao declarãs suam erga Ioseph beneuolentiã,dicit:Si nosti in eis aliquos potentes , etiam meorum pecorum magistros cõstitue.*Introduxit autem & patrẽ ad Pharaonẽ.Et dixit Pharao ad Iacob,Quot sunt anni dierum uitæ tuæ?* Quoniam uidit senem pro fundissimæ senectutis, quærit annorum numerũ. *Et dixit Iacob:Dies annorũ uitæ meæ, quib. pegrimus sum.* Vide qũo oẽs iusti in hac uita ita affecti sunt . Audies.n.& Dauid post hæc dicentem: Quia peregrinus ego sum & aduena:hic dicit, Dies annorũ uitę meæ,qbus peregrinus sum.Propterea & Paulus dicebat de iustis illis,qd confitebantur quasi peregrini,& aduenę sint super terram.*Dies*,inqt,*annorũ uitæ meæ,centũ triginta anni, pauci & mali fuerunt, & non peruenerunt ad dies annorũ uitæ patrum meorũ.* Quibus diebus,inqt,peregrinus fui,pauci & mali fuerũt. Significat hic annos seruitutis,quam sustinuit apud Labã pp fugam,quam pp fratrem fecit:deinde post reditum ab eo loco,luctum quem tãto tpe habuit & pp mortem Ioseph , & alias miserias . Quantum enim timorem eum habuisse putas quando propter sororem Symeon & Leui omnes ciuitatis uiros occiderunt,& omnes qui in Sycimis erant , captiuos duxerunt?Dicebat enim & tũc,indicãs animi angorẽ in quo erat:Inuidiosum me fecistis , ita ut malus sim inter habitantes terrã . Ego autem in paruo numero sum,& congregati sup me , perdent me:& exculcabor & ego & domꝰ mea. Propterea dicit:Pauci & mali dies annorum uitę meę . *Et Ioseph habitare fecit patrẽ suum & fratres suos,& dedit possessionẽ in terra Aegypti in meliori terra, in terra Rameſſe,sicut præceperat Pharao:et frumentũ metiebatur Ioseph & fratribus suis,& omni domui patris sui frumentum secdm corpus.* Hoc erat qd dicebat fratribus,quòd misit me deus ante uos,ut relinqueretur uobis portio super terram,

ram,& quòd in uitam misit me deus ante uos.Frumẽta metiebatur eis secũdum corpus. Quid est secundum corpus?quãtum sufficiebat unicuiq;. Mos enim est scripturę aliquando ab anima totũ hominem nominare,aliquando à corpore.Et sicut superius dicebat, in septuagintaquinq; animabus descẽdit Iacob in Aegyptum:ut dicat septuagintaquinque uiros & mulieres : sic & hic pro singulis hoĩnibꝰ.Et tota quidẽ Aegyptus & Chananęorũ regio fame laborabant,ipsi autẽ prosperè agebant,habentes q̃si ex fontibus profluentia frumenta.Frumentũ enim, inquit,non erat in omni terra.Inualuit enim fames supra modum.*Relicta est autem terra Aegypti & terra Chanaan præ fame.* Vide ineffabilem dei solicitudinẽ & prouidẽtiam: quomodo antea quã ĩcrudesceret fames,iustum in Aegyptũ deduxerit, ne quam sentiret angustiam,quæ uentura erat in Chanaan . Et omnibus illuc decurrentibus. *Congregauit*,inqt,*Ioseph omnem pecuniam,tam eorum qui erant in Aegypto,tã eorũ qui erant in Chanaan,et sic frumenta eis dispensauit. Et defecit postea pecunia.Importauit enim omnem in domũ Pharaonis.Venerunt autẽ Aegyptij omnes,et dicebant : Da nobis panes:et cur morimur ante te? Defecit enim pecunia.* Non sunt nobis,inqunt,plures pecuniæ,ut emam9, & ideo fame perimus.Ne igitur despicias nos,q à fame ita infestamur,sed prẽbe nobis panes ut uiuam9, & ne moriamur. *Dixit autem ei Ioseph : Afferte pecora uestra,& dabo uobis panes.* Si non suppetit uobis pecunia,inquit,accipio & pecora.Defecit pecunia,afferte pecora uestra & accipietis panes. *Adduxerũt autem pecora,et dedit eis pro equis,& ouibus & bobus & asinis,& aluit eos pro pecoribus suis.Venerunt autem ad eum & anno sequenti,et dixerunt ei: Ne fortè pereamus,neque pecunia nobis suppetit,neque pecora:omnia.n . apud te dominum nostrum sunt,nihil.n.nobis aliud relictũ est quam proprium corpus & terra nostra:ut igitur nõ pereamus, posside nos et terram nostrã pro panibus,& erimus etiam nos & terra nostra pueri Pharaonis:et da semen,ut seminemus et uiuamus,et terra non redigatur in solitudinem.* Seipsos in seruitutẽ subiecerunt,& terram uendiderunt,ita ut ali possint:tanta famis necessitas facta est. *Et possedit Ioseph terram Aegyptiorum Pharaoni. Vendiderũt.n. uam fame coacti.Et facta est terra Pharaonis , & populum sibi in seruos subiecit ab extremis finibus Aegypti usque ad extremos:excepta terra sacerdotum.Illis enim dedit Pharao certas donationes,et comederũt,& propter ea nõ uẽdiderũt terram suam.* Vide quantus intellectus,& quanta sapientia Ioseph fuerit.Illos neque famem experiri permisit,& omnem terrã acquisiuit Pharaoni.Postquã autẽ Aegyptij omnes in seruitutem fuerũt subiecti, uide(obsecro)hic iterum eximiam diligẽtiã & prouidentiam,quã erga illos habet. Dixit enim Aegyptiis,Ecce possideo uos & terram uestrã Pharaoni. Accipite igitur uobis semen, & seminate terrã : & si fuerint prouentus , date quintam partẽ Pharaoni. Quatuor autem partes erunt uestrę in semẽ terrę,et in cibũ uobis,& toti domui uestræ.Magna liberalitas,ingens prouidẽtia,ineffabilis solicitudo. Ideo & illi experti beneficia,dicunt: *Saluasti nos inuenimus enim gratiã coram domino nostro,et erimus serui Pharaonis.*

Vidisti liberalitatẽ:Nam quia uidit eos constrictos nimia penuria,cogitans quantum laborem & grumnositatẽ, sustinere cogantur colendo terrã,dicit:Semen uobis ego suppeditabo , uos autẽ omnẽ aliam curã exhibete. Et si fuerint uobis prouentus dabitis partem unam,quatuor autẽ uestrę erunt,& merces laborum,& alimoniæ sumptus.Hoc autem mandatũ posuit eis Ioseph,ut ita tributũ pẽnderẽt Pharaoni,excepta sola sacerdotum terra . Audiãt q nunc uiuunt,quantã olim sacerdotum idolorũ curam habuerint,& discãt ut uel saltẽ parem habeãt honorẽ his quibus omnium dei ministerium creditum,& sacerdotio insigniti sunt.Si.n.errantes illi,& tantam idolorum curam habentes,quia ex hoc putabãt idola magis coli , si ita eorum ministros colerent:quanta non condẽnatione digni,qui nũc imminuunt quod ad illorũ spectat cultũ:An nescitis, quòd honor ad deũ ipsum pertinet?Ne igitur respicias eum cui honor confertur. Non.n. propter illũ debes quod tuum est facere,sed propter illum cuiꝰ sacerdos est,ut & ab illo retributiões ubertim accipias. Propter quod & dicebat : Qui fecerit uni horũ,& mihi fecit:& qui accipit prophetam in nomine prophetæ,mercedem & prophetæ accipiet.Nũ à dignitate uel utilitate ministrorũ tibi retribuet dominus?Ob alacritatẽ tuam uel coronat,uel condẽnat:Et sicut honor q propter ipsum ĩpenditur,multũ parit fiducię(propria enim sibi facit deus,quę ĩ seruos suos collocãtur)ita & illorũ cõtemptus multam è supernis pœnã nobis deferet.Igitur sicut suũ esse honorẽ,ita & contemptũ dicit : id quod scientes,nunquã negligamus cultũ , qui sacerdotibꝰ dei debetur.Et hęc dico.non tantã illorum rationẽ habens,quantam uestræ charitatis,cupiẽs uos ĩ omnibus lucrifacere.Quid enim tantum das, quantũ accipis à domino? Quantum autem cultum affer?Attamen & pro illo uili,& in eum qui in præsenti uita simul dissoluitur,immortales accipies mercedes, & ineffabilia bona.Hęc mẽte uersemus , & propemus ad eorum obsequia,non attendẽtes sumptũ,sed lucrum & accessionẽ quę inde nascuntur. Nam si uidentes uiri alicuius seculari dignitate insignis familiarẽ,operam damus ut quantum possibile est illi p̃ stemus obsequium,cogitantes quòd quæ illi fiunt, eius domino accedant: & quòd ille familiaris, ubi significarit patrono suo,maiorẽ nobis apud eũ fauorẽ cõciliet:multo magis hoc erit apud uniuersorũ dominũ. Nã si quis in uulgarẽ aliquẽ & abiectũ, benignitatẽ & cõpassionem aliquã declararit : dominus quę fiunt sibi propria faciẽs, promittit se in regnũ introducturũ eos q aliquid boni illi fecerit, & dicturum: Venite benedicti patris mei , qa esurui,& dedistis mihi qđ comederẽ:multo magis eos, q propter deum affliguntur,& sacerdotio insigniti sunt,si quis obseruauerit nõ solum parem assequetur retributionẽ,sed multipliciter maiorem ,miseri corde deo ex abundãtia misericordiæ semp ea quę a nobis fiunt,uincẽte.Ne igitur simus deteriores ifidelib.qui propter idolorum errorem adhuc tãtum cultum exhibent illorum famulis:sed quãtũ distat error & ueritas,tantũ distant & illorum & dei sacerdotes.Tam excellentem igitur & honorẽ impendere debemus,ut multo plures è supnis nobis retributiones accrescant. *Habitauit autem Iacob in Aegypto,et auctus est , & multiplicatus ualde.* Erat.n. & hæc promissio dei ei facta, Faciam te illic in gentẽ magnã.

Et supernixit Iacob decem et septem annis.Et facti sunt dies Iacob centum quadraginta septem. Propterea deꝰ dimensus est ei hoc tẽpus uitę,ut cõsolatione magna accepta hinc migraret. Verũ si uultis ut non multi

G tudine dictorum memoriã uestrã obruamus, quæ reliqua sunt reseruabimus,& finẽ sermõis faciem⁹. Vestram autẽ charitatem hoc rogauerimus,ut diligenter his quę dicuntur intendatis,& ipsa perpetuę memorię commendetis,cõtinuoq; in mente uestra uersantes,& cogitantes quantam patientiã iusti sustinuerint,quamq; longanimitatẽ & fidem in promissionibus dei habuerint,non aio fluctuãtes propter ea quę post promissiones eueniebant:sed fidẽ tes ei⁹ qui promiserat uirtuti, & propterea probati fuerint.Ecce.n.& iustus ille Iosephũ,postquam tot annis luxit,quasi mortuũ,uidit regnum Aegypti tenere. Et admirabilis Ioseph,post seruitutẽ, post carcerem,post alia omnia quæ sustinuit,principatũ tõtius regionis suscepit.Et si accẽdere uolum⁹ ad eas quę in sacra historia continentur historias,inuenimus oẽs uirtute pręditos p tentationes ingressos,& sic magnã à deo assequutos gratiã : quam si & nos cõciliare nobis uolum⁹,ne simus tristes in tentatio
H nib.ne grauatim feram⁹ quæ nobis obueniunt: sed magis gaudeamus & lętemur,scientes qđ hac ratione potissimũ diuina prouidentia fruamur,si cũ gratiarũ actione oia ferre meditemur.Vt omnes nos & pręsentem uitam in uirtutibus transigamus, & futura cõsequamur bona,cõcedat nobis p misericordiam & gratiã suam dominus noster Iesus Christ⁹, cui cũ patre & sancto spiritu sit gloria,imperiũ,honor nunc & semper, & in secula seulorum,Amen.

Homilia. lxvi.

Ge & hodie finẽ imponamus narrationi &
a historię Iacob,& uideamus quę nam sint illa,quę iam moriturus disponat & ordinet. Verũ nullus ad pśentium rerũ statum spectet,ac talia exigat ab his q tunc fuerunt iusti, qualia nũc in uita sapientię studiosa pstare cõuenit,sed secundũ tẽpora & res iudicet.Hęc autem dedita opera prius dixerim,propter ea quę de patriarcha Iosęph dicen tur.Qualia autem sint audiamus. *Appropinquauerũt autem dies Israel, ut turbaretur & uocauit filium suum Ioseph,et dixit ei:Si inueni gratiam apud te suppone manum tuã subter femur meum, et facies mecum misericordiam et ueritatem,ut non sepeliar ego in Aegypto , sed dormiam cũ patribus meis:et auferas me ex Aegypto,et sepelias me in sepulchro eorũ.Ille autem dixit:Faciam secundum uerbũ. Dixit autem:Iura mihi , & iurauit ei, & adorauit Israel ad fastigium uirgæ suæ.*Multi abiectioris,animi,quãdo à nobis admonẽtur ne magnã curã sepultutę habeãt, neque rem multo studio dignã arbitrentur,ab aliena terra in suã patriam mortuorum reliqas reduci: hãc nobis pśexunt istoriã, dicẽtes, etiã patriarchãhuius rei tantam feciśe curam.Verùm primùm quidem,sicut dixi,cogitare oportet quòd nõ tanta tũc exigebatur philosophia,q̃ta ab his qui nunc uiuũt: deide quòd & patriarcha hoc nõ simpliciter uoluerit fieri,sed spem bonam illam pollicẽs,quòd & sui uel serõ aliquãdo redituri essent in terrã promisionis.Et quòd ob hãc causam hoc pręceperit,manifestius nos docet illius puer,dicẽs: Visitãdo uisitabit uos deus,& simul feretis ossa mea hinc. Qui.n. oculis fidei futura pręuidebant,audi illum iam uocare mortem suam dormitionem:dicit. n. Dormiam cũ patrib.meis.Propterea & Paulus dicebat:Iuxta fidẽ mortui sunt hi omnes,nõ accepta promissione:sed procul eam uiderunt & salutarunt,quo oculis fidei futura uidebant.Nullus igitur putet hoc pusillanimitatis esse testamentum,sed à tẽpore,& à præuidẽ K do futurum reditum , omni culpa excusẽt iustum. Nam quę ad sapientiorẽ uitam attinent, post aduẽ tũ Christi aucta sunt.Meritò quis reprehenderit eũ cui talia sunt curę.Ne dicat quis miserum in alieno solo uitam finient,nequeẽ eũ q in solitudine ex hac uita decedit.Neque.n.ille dignus ut miser dicatur: sed qui in peccatis mortuus est , etiã super lectum, etiam si præsentibus amicis oĩbus spiritũ exhalet, Et ne mihi frigida illa uerba, ridiculaq; & ĩsipiẽtiæ plena dicat aliqs , quòd ille cane uilius est mortu⁹, nullo familiarium pręsente,neque sepulturę & furi⁹ ei cõtigerũt:sed collectitia stipe iusta facta sunt.Nõ est hoc,ô homo , cane ignominiosius mortuũ esse. Quod.n.ille damni sensit?sed si caret uirtutis amictu se tegente.Nã quòd hoc non offendat iustũ uirtute præditũ ,dise:quia pleriq; iustorũ , prophetas dico & apostolos,ubi siti sint,paucis exceptis,ignoram⁹.Et alij quidẽ capite truncati,alij lapidati,mortui sunt & alij inumeris & uariis pœnis seipsos exposuerũt propter pietatẽ,oẽs propter Christũ martyres facti sunt:& nullus de illis dicere ausus fuerit, L quòd ignominiosa sit eorũ mors:sed sequetur dĳuinã scripturã,dicentem:Preciosa in conspectu domini mors sanctorũ eius.Et sicut mortem sanctorũ p ciosam uocauit,audi quomodo & mortẽ peccatorũ malam uocet.Mors.n. inquit peccatorum mala. Atque etiãsi domi suæ moriãtur ,& muliere & filiis pśentibus,& familiarib.& notis adstãtibus:uirtute autẽ careãt,mala horum mors est.Sic etsi in aliena terra,etsi sup pauimentũ quis iacens : & quid dico, si in alienaꝫetiamsi in latrones incidat, etiamsi à bestiis deuoretur,uirtute aũt pdit⁹sit, pciosa ei ⁹ mors erit.Dic, enim,obsecro , Zachariæ filius nonne de collat⁹ est ?Stephanus aũt primus martyrij corona redimitus, nõne lapidatus uitã finiit ? Paulus aũt & Petrus,nõnne ille qdem capite trũcatus,hic autẽ modo cõtrario quã dominus crucifixus, ita hac uita excesit?Nonne propter hoc magis ĩ toto mũdo celebrãtur & pdicantur?Hæc autẽ omnia cogitantes,neque eos qui in aliena terra moriũtur, miseros dicamus:neque domi suæ morientes beatos pdicemus:sed diuinę scripturę canonem sequẽtes,& claros uirtutib. hinc migrãtes beatos dicamus : & eos q in peccatis moriuntur miseros pdicemus.Sicut.n. q uirtute præditus in meliorem uitam transiit,accipiens laborum suorũ pręmia:ita& qui ea caret initia & pręambula suppliciorũ iam accipit,& ab ipso factorũ pœnę exigũtur malis incurrabilib. prorsus obnoxio.Ideo oportet hęc cogitantes uirtutũ habere curã,& in presenti uita quasi in pałestra certare, ut cũ solutum fuerit theatrũ,splendida redimiri corona queamus, ne stultè pœnitentes inueniamur. Quãdiu.n.durat certamen,possibile est (si uolueri mus & desidiã excutere,& uirtutẽ exercere)metã & propositam assequi coronã. Cęterùm, si uidetur,redeamus ad sermonis seriem.Nam postquã commisit filio de sepultura,& dixit Ioseph:*Ego faciam iuxta uerbum tuum.* Deinde addit, *Iura mihi & iurauit ei. Adorauit*,inquit,*Israel ad fastigium uirgæ illius.*Vide senem, decrepitum,patriarcham,adoratione honorẽ Ioseph declarare,& reipsa implere uisionis euentũ. Quando enim narrauit Ioseph uisionẽ:dixit,inquit, Nunqd ego & mater tua ueniemus, & adorabimus te super terrã?Sed fortè dixerit aliquis ? Et quomodo impletũ somniũ in matre,quæ iam antè defuncta erat,& filiũ non adorauit? Perpetuus scripturæ
Gene. 2. mos ẽ,à magis principali totũ significare . Quoniã igitur caput mulieris uir(erunt.n. inqt, duo in carnem unam)cũ adorauit caput , manifestũ qđ corpus totum hac ratiõe attigit.Multo magis illa , nisi ex hac uita prępta fuisset, hoc fecisset.Et adorauit,
Heb.11.d inqt,ad fastigiũ uirgę ei⁹. Propterea & Paul⁹ dicebat:Fide Iacob moriẽs singulos filios Ioseph bene
C.xlviij. dixit,& adorauit fastigiũ illi⁹. Vides qđ istucipsum fides faciebat,p̃uidẽs futurũ qđ regij generis futur⁹ esset is q ex semine illi⁹ natus. *Itaq; cũ imperasset quæ-
tũq; uolebat puero,nõ multo pòst ut didicit Ioseph qđ ægrotaret pater suus,& iã in foribus esset mors:quia appropinquauerãt dies mortis illius, acceptis duobus filĳs suis,uenit ad Iacob.Annũciatũ est autẽ hoc Iacob,& corroboratus Israel sedet super lectum.*Vides qũo amor erga filios senem firmabat,& alacritas uincebat infirmitatem? Audita.n.illius pręsentia,sedit super lectũ. Et ut uidit illum,paternam dilectionẽ ei exhibet . Et quia
B mo iturus erat,benedictiõe sua firmat pueros, maximas has facultates relinquẽs,& diuitias , q̃ nunquã absumi poterant.Et inde qũo incipit.Primùm narrat beneuolẽtiã quę sibi à deo facta erat, & tũc benedictiones in filios facit,& dicit: *Deus meus apparuit mihi in Luza,in terra Chanaã: et benedixit mihi , et dixit mihi:Ego crescere te faciã,et multiplicabo te,et faciã te in cõgregationẽ gẽtiũ,et dabo tibi terrã hanc,& semini tuo post te in possessionẽ æternam .* Pronunciauit mihi, inquit,deus quando in Luza à me uisus est, in tãtũ se multiplicaturũ semen meũ, ut cõgregationes gẽtiũ fiant ex eo.Et terrã mihi,& semini meo,se datu
tum promisit.*Nũc igitur duo illi filĳ, qui nati sunt tibi in Aegypto,mei sunt:Ephraim et Manasses:sicut Ruben et Symeõ erũt mei.* Hos,inqt, quos habuisti ante aduen tum meũ,ego in meorum filiorum numerum alle gã,& his q ex me nati sunt similẽ à me benedictionem accipient . Quoscunq; aũt postea genueris , ĳ tui erunt:in noie fratrum suorum uocabũtur in il lorum sortibus. Scias aũt , qđ & mater tua Rachel
C in Bethlehem mortua est,& defodi eã in uia Hippodromi. *Et uidit duos filios Ioseph, dixit:Qui sunt hi ?* Ille autẽ.*Filĳ mei,quos dedit mihi deus. Et dixit Iacob:Adduc mihi eos,ut benedicã eos.Et appropinquare eos illi fecit. Et osculatus ẽ eos,& amplexatus est eos.*Vide obsecro, senẽ qũo festinat & urget ut benedicat filios Ioseph . Et
appropinq̃re eos fecit illi,& dixit ad Ioseph: *Ecce facie tua nõ sum priuatus , et ecce mõstrauit mihi deus semẽ tuũ.*Magna mihi, inqt, pstitit dei misericordia,& plura quã expectaui Non.n solum non sum priuatus. facie tua,sed ecce etiã uidi eos, qui ex te nati sunt. *Et eduxit eos Ioseph à genibus,et adorauerũt eũ super faciem,super terram.* Vide qũo & pueros statim ab initio debitũ seni honorẽ reddere docuit . Et Ioseph, inquit, scdm dignitatem primogenituræ adduxit Manassen,& tũc Ephraim.Vide obsecro , hic iustũ corporis oculos pręsenectute nũc infirmos habere. Granati.n.erant oculi eius præsenio, & non poterant uidere:ualebat autẽ oculis mentis, & fide pui debat futura Neq.n tulit Iosephum , sed mutatis manib.benedicens,dignitatẽ iuniori contulit,præferens Manasi Ephraim,& dixit:*Deus cui bene placuerunt patres mei.* Attẽde modestiã Iacob, uide animã piã & religiosam:nõ audebat dicere : De⁹ cui bene placui:sed qđ? Cui bene placuerunt patres mei. Vi

disti aiam gratã?quanuis paulo antea narrans dice D
bat:In Luza apparuit mihi, & promisit daturum se mihi,& semini meo omnẽ terrã,& in congregatione gentium facturũ semen meũ : & tam euidentia habes indicia diuinæ erga se beneuolẽtiæ , adhuc tamen humiliatam habuit mentem Et dicit.Deus cui bene placuerunt patres mei corã ipso, Abrahã Isaac.Deide iterũ.*Qui pascit me à iuuentute mea.* Accipe & ex hoc excellentẽ eius gratitudinẽ. Non dicit propriam uirtutẽ,sed ea q̃ sibi à deo fuerunt facta. Qui pascit me de utero matris meę à iuuẽtute mea usq; in diẽ hanc.Ipse.n.inquit,est. Ipse.n.est,qui ab initio usq; ad præsens res meas dispensauit , & moderatus est.Ita & pri⁹dicebat:In uirga mea hac trãsiui Iordanem,& ecce factus sum in duo castra . Et nunc iterũ aliis uerbis dicit: *Qui pascit me à iuuentute mea usq; in diẽ hunc angelus qui liberauit me de oĩbus malis.* Gratæ aiæ ac piæ & bene memoris beneficio rum dei uerba:Ille,inqt,cui patres mei bene placuerunt,qui me à iuuentute mea usq; in pręsentẽ diem educauit qui me ab initio ab oib. malis liberauit, E
qui tantam erga me declarauit prouidentiam , *Ipse benedicat hos pueros: & inuocetur in eis nomen meũ,& nomen patrum meorũ , Abrahã & Isaac , & multiplicetur in multitudinem magnam super terram.* Vidisti simul & intelligentiam, & modestiã?Intelligentiam quidem, qa fidei oculis pręuidens, Ephraim p̃tulit Manasi: Modestiã uerò,quia nusquã suæ uirtutis memoriã facit:sed ex probata patrum uita,& ex beneficiis in se collatis filios benedicit . Verũ Iacob præuidens futura,ita illos benedixit. *Ioseph uerò uidens iuniorem prælatũ seniori,graue & indignũ esse: putãs, dicit: Hic est primogenitus,pone manũ sup caput eius:& noluit, sed dixit:Scio fili,scio:et hic erit in populũ,et exaltabitur:sed frater eius iunior maior eo erit,et semen eius erit in multitudinẽ gentiũ.*Ne putes me inquit,simplici quodã euẽtu hoc feciśe,uel per ignorantiã. Scio.n.& præuidens futura ita ei benedictionẽ faciam.Nam licẽt natura dignitatẽ habeat Manasses,sed iuuenis ille maior eo erit,& semẽ eius in multitudinẽ gentiũ. Hoc autẽ totum factũ est,quia huic regnũ demonstra- F
batur,ppea prędicens futura,sic eum benedicit. Et benedixit eos,dicens,*In uobis benedicetur Israel p dicẽtes : Faciat te deus sicut Ephraim & Manasse . Et posuit Ephraim ante Manassen .* Ita,inqt,ambo erũt gloriosi ut oẽs qui precantur,iuxta illorũ precẽtur gloriã: attamen prior erit Ephraim Manasse.Vide qũo gratia dei prædicit futura , & prophetico afflatus spũ, pueris Ioseph benedixerit : & qđ tantis tpibus aberat,tanquã præsens & ante oculos situm uiderit? Hoc.n.modo se hẽt prophetia . Nã sicut oculi corporales nihil amplius præter q̃ uisibilia spectare possunt:ita & oculi fidei non q̃ uidentur spectant, sed illa uident quæ multo pòst futura sunt.Et hoc manifesti⁹scietis ex benedictiõib. q̃s suis filiis dat. Cęterũ ne longũ sermonẽ faciamus , multoq; uos oneremus labore,contẽti dictis.in sequentẽ sermonẽ reseruabimus filiorũ eius benedictionem. Illud tamẽ obsecrauerim uestrã charitatem,ut imitemini iustũ hũc,& tales hæreditates filiis uestris relinquatis,quæ à nullo unquã dãnũ accipere possint. Diuitiæ.n.sæpe etiam accipientibus perniciem pepererunt,& insidias, & multa picula : hic aũt nihil taliũ suspicari poterit unquam . Thesaurus.n.est q
nunquam ualet consumi . Thesaurus nõ hominũ

G dolis,nec latronũ insidijs,nõ famulorum malicia, non alio quopiã imminui ualẽs, perpetuò manet: spiritualis.n.est, humanis non cedens insidijs, sed cum his qui illum accipiunt, & sobrii esse uolũt ac prudentes,in futurã uitã migrabit,& eis ęterna prę parabit tabernacula.Ne igitur operã nostrã in colligẽdas opes collocemus, quas relinquamus filiis: sed doceamus eos uirtutẽ,& benedictionẽ dei illis imprecemur.Istæ maximæ sunt facultates.Istę sunt ineffabiles diuitiæ,quæ non absumuntur, q̃ quoti die substantiam nostrã augent.Nihil.n.uirtuti par, nihil uirtute potentius:etiamsi mihi dicas eum qui regnum habet, ac diadema gerit:nisi hanc habeat, quouis pãniculoso paupere miserior erit. Quid.n. illi prodesse poterit purpura, q uirtutẽ sua desidia perdit?Nunquid dominus externas dignitates spectat?nũq̃d psonarũ glia permouetur? Vnũ est illic quod quæritur. Nã ut qui per operationẽ uirtutũ apertas inuenire potest ianuas fiduciæ in Christũ: ita q nihil fiduciæ hinc defert,inter ignominiosos & desperantes locũ habebit. Hoc igitur oẽs cõsu H remus, & nostros filios doceamus, ut uirtutẽ reb. oibus præferant, nihilq̃ faciant pecuniarũ abundantiã. Hæc.n.hæc est quæ uirtuti plurimum obstat: quandoq̃dẽ nesciunt pecuniis uti iuuenes, ut oportet. Et sicut pueri sæpe quãdo cultellos & gladios arripiũt,eo qđ nesciũt bene illis uti, piclitatur (unde matres non permittũt illis eos impunè attin gere)Ita profectò & iuuenes,q pecuniarũ abundãtiam susceperint,cũ nolunt eis bene uti,in periculũ certum se præcipitãt,sarcinã peccatorum sibi inde colligentes.Nascuntur.n.inde luxus,delitiæ, & ab surdæ uoluptates. Nõ simplr de pecuniis dixerim, sed ideo qa receptis nesciũt illi rectè uti. Propterea & sapiens quidam dicebat:Bonæ diuitię,cui nõ est
" pctum. Quia &Abrahã diues erat,&Iob diues erat, & nõ solũ nihil dãni eis accidit à diuitiis,sed & magis probati fuerũt.Quare? qa nõ in usum suũ tantum has possidebant, sed ut eis iuuarent etiã alios, quorũ succurrent inopiæ, & esset domus sua apta
Iob.29.b oibus Audi.n.unum eorum dicentem:Si aũt egressus est quis de domo mea,sinu uacuo? Cæterũ, &
I impotentes uiribus,siquãdo indigebant, subsidio nõ priuabantur.Et non solũ ministeriũ indigẽtib. exhibebat opib⁹, sed & solicitudinẽ eorũ gerebat.
Ibidem. Et eram,inqt pes,claudis, oculis cæcis, & ẽ medio dẽtiũ eripui rapinã. Vides illum & curã agere eorũ qui iniuria afficiũtur,& pro inutilibus mẽbris oia fieri?Hunc oẽs oportet imitari:hũc,inquã, qui ante legẽ fuit, & ante gratiã tam bene moratam uitã gessit:idq̃ cũ nec præceptorẽ habuerit,neque progenitores uirtute præditos, sed à semetipso à sentẽtia recta in bonã hanc uitam prodierit. Vnusquisq̃ nostrum in natura sua habet insitã scientiam uirtutis:& nisi quis eam uoluerit per suã perdere genero sitatem,nunquã ea priuabitur. Vtinam aũt eã oẽs nos eligamus,& cũ diligẽtia exerceamus, ita ut bona quæ diligentibus illũ promissa sunt consequamur,gratia & misericordia domini nostri Iesu xpi, cui cũ patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nũc & semper, & in secula sclorum, Amen.

Homilia.lxvij.

P Ridẽ pollicebamur finẽ nos imposituros historiæ Iacob,sermoneq̃ prolixius se extẽdente, ad finẽ quod promittebamus pdu-

cere nõ ualuimus.Ideo uolo quæ pridẽ relicta sue K runt in medium proponere,ut sic nunc, si deus derit,finẽ imponamus. Operępreciũ autem primũ uestram commonefacere charitatem, & ostendere ubi sermonẽ nuper missum fecerimus: Scitis utiq̃, & memores estis,qđ cũ Iacob benedicturus esset filios Ioseph,Ephrẽm Manasi pposuerit, idq̃ etiam patre eius non probante:cui & dixit:Scio fili,uerũ tamen & hic erit in populũ, & hic exaltabitur: sed frater eius iunior maior eo erit in multitudinẽ gẽtiũ:& benedixit eos in die illa, dicẽs:In uobis bene dicetur Israel p dicẽtes:Faciat te deꝰ sicut Ephræm & Manassen. Et hucusq̃ processimꝰ, & ne sermonũ nimietate uestrã obrueremus memoriam, cessauimus à doctrina:sed si uidetur, hodie sequentia uideamus.Dixit aũt Israel Ioseph. *Ecce ego morior, &* L
erit deus uobiscũ,et reducet uos deus ex terra hac in terrã patrum uestrorũ. Ego autẽ do tibi Sycimã electa præ fratribus tuis,quæ accepi in gladio meo et arcu. Postquã filios benedixit,& futura præuidens, iuniorẽ præposuit seniori:uolens persuadere Iosepho, qđ non simplr neq̃ temerè hoc fecisset, sed pdicens futura pdicit ei & suam mortem, & quòd redituri sint ex aliena terra in Chanaan,in terrã patrum suorum:& bonã eis spem auget,ita ut expectatione alleuientur. Nã spes bona,huius uitę labores semper imminuit. Et monstrans etiam tpe mortis,quã dilectionem erga Ioseph habebat,dicit ei:Ego autem do tibi Sycimã electa præ fratribus tuis : quasi per hoc declarans, Hoc oino erit. & iuxta meã prædictionẽ redibitis, & in hereditatem possidebitis terrã patrum uestrorum.Quia & Sycimorũ ciuitatem tibi do hereditatem electam præ fratribus tuis,quam accepi de manu Amorrhæorum in gladio meo & arcu. Quidnã hoc est? Quę à Symeone & Leui facta,in psonã propriã transfert:& pp hoc dicit,Quę accepi in gladio meo & arcu.Sed hic opportunè quęsierit quispiã: Et quare hoc facinꝰ suũ facit, cũ postea testaturus accusatióe clarè scripta eos arguat?num secum pugnat iustus?mõstrans mansuetudinem mẽtis suę, & quòd præter suæ mentis sententiã hoc factũ sit. Non solũ.n.nõ probat factũ, sed & arguit:ppea uolens monstrare suã erga Ioseph dilectionem, ei con M
cedit Sycima,& dicit:Quæ accepi in gladio meo & arcu.Nam licèt illorũ fuerit opus, in sua tamen potestate positum erat.Si enim filiorum dominus pater,multo magis eorũ quæ à filiis possidẽtur: si autem dominus,& cui uolebat dare poterat.Itaq̃ declarare uolens suã erga Ioseph beneuolentiã, nõ solum Ephraim & Manassẽ benedixit, sed & Sycimã electam hæreditatem relinqt filio. *Et uocauit,* inqt, Ca.xlix.
filios suos,& dixit:Congregemini,ut annunciẽ uobis quid euenturũ sit uobis in nouissimis dieb.Congregemini,et audite Israel patrem uestrum. Vide iusti intelligentiã, qa pręsciebat mortis tps,uocauit filios suos ad se,& dicit:Congregemini,ut uobis iã prædicam quid uobis euenturũ sit in ultimis diebus.Cõgregemini,& audite Israel patrẽ uestrum.Venite,inqt,& discite à me,non præterita,non quæ post paruum tps euẽtura, sed qđ accidet in ultimis dieb. Et hęc uobis non à memetipso annũcio, sed afflatus à spiritu:& idcirco q̃ multis postea generationib. contingent, pdico.Etenim è uita hac migraturꝰ, uolo unicuiq̃ uestrum,quasi in titulo & columna ęrea, memoriã insculpere.Considera autem iustũ, quomodo con

A gregatis pueris, natiuitatis seruato ordine,unicuiq̃ congruã det uel maledictionẽ uel benedictionẽ: & in hoc mõstrãs suę uirtutis eminẽtiã,incipiat à primo.*Rubim,* inqt,*primogenitus, fortitudo mea, & principiũ filiorum meorum. Durus ad ferendum, durus & peruicax.* Vide quãta sapiẽtia iusti.Volens.n.accusationẽ magis intendi, prius dixit priuilegia ei à natura cõcessa,& dignitatẽ qnã tenebat, quòd principium filiorũ,& primogenituręhonore clarus sit:& postea uoluntatis peccata illius quasi in ęnea columna inscribit: monstrans qđ nihil proderint nobis ea q̃ à natura insunt,nisi & uolũtatis bona opa sequãtur: hęc.n.sunt q̃ & laudẽ habent & uitium. Durus,inquit,ad ferendũ:durus & peruicax. Naturę,inquit, dignitatẽ tibi datã amisisti propria tua temeritate. Deinde & speciẽ peccati bene scriptã relinquit, ita ut illũ ita esse redargutũ, & posteris magna sit eruditio ne similia attẽtẽt. *Cõtumelia affecisti, sicut aqua* B
Leu.18.b *nõ efferuescas. Ascendisti.n.* inqt, *super lectum patris tui: tunc polluisti stratum quod ascendisti.* Significat concubitum eius cũ Balla. Vide qũo per sapientiã à spũ sancto sibi datam, prius dixit id quod postea Moses inter leges recensiturus erat, nõ licere cũ eadem muliere patrem & filiũ rem habere. Et nũc ob hoc ipsum filium corripit,& sic prohibet. Polluisti,inquit,stratũ,& ascendisti super lectũ patris tui.Rem peruersam fecisti.Propter hoc qđ ita cõtumelia me affecisti: sicut aqua nõ efferuescas.Inutilis erit,inqt ille conatus tuus: qđ neq̃ patrem reueritus pollue rę eius lectum ausus fuisti. Vt igitur nũc in sequẽtibus generationibus talia nemo imitetur,reprehensionẽ spũs sanctus ordinauit, ut literis commendetur hęc accusatio,& oẽs qui audiãt eruditantur,sciantq̃ manifestè qđ nihil prosit dignitas naturę concessa, nisi & uolũtatis accedãt ornamẽta.Deinde qa satis traduxerat nefariũ hoc opus, uenit ad Symeonẽ & Leui. *Compleuerunt,* inqt, *iniustitiam ex uoluntate sua.* Contentio sua, quã propter sororẽ suã declararũt, eos impulit. Deinde declarans quòd se ignaro rem fecerint dicit:*In consilium eorum non ueniat anima mea,* C
& in cœtu eorum non firmentur iecora mea. Absit, inqt, ut communicẽ eorum sniæ, & obsequar eis in his quę iniuste egerũt. *Quia in furore suo occiderunt homines.* Irrationabilis,inqt,fuit eorũ idignatio.Nam licèt peccarat Sychen,attamen non oportebat tantã stragem facere,& oẽs perdere. *Et in concupiscentia sua subneruauerunt taurum.* Filiũ Emmor hic significat: Nam quia in florenti ętate erat,taurũ eum nominauit.Deinde ut dixit q̃ fecerant, ẽt maledictionẽ apponit,& dicit: *Maledictus furor & impostura eorũ,quia peruicax:& ira eorum, quia obdurata est.* Dolum significat,quo illos circumuenerunt.Peruicax(dicit)furor eorum,temerarius,impetuosus, ratione carens. Et ira eorum,qa obdurata est. Quando.n.Sycimitæ putauerunt eos sibi ualde amicos, tũc graui ira & bello eos oppressũt. Et dicto eorũ peccato,dicit & supplicium quod luituri erant. *Partiar eos in Iacob,& disseminabo eos in Israel.* Tbiq̃, inquit, dispersi erunt, ut istucipsum manifestũ fiat qđ pp facinus comissum hoc illi passi fuerint. *Iuda te laudarunt fratres tui.* Benedictio q̃ Iudæ data,mystica est,pignãs oia quæ ad xpm attinent Iuda, inqt, te laudarunt fratres tui.Quia.n.ex hac tribu apparituꝰ erat xps, iuxta dispensationis rationem, pp ea spiritu sancto afflatus Iacob,pdicit per ea quæ in Iudam dicũtur,

non solum descẽsum domini ad hoies, sed & sacra D
mentum,& crucem,& sepulturam &resurrectionẽ: & ut semel dicã,oia.*Iuda enim, dicit,te laudarunt fratres tui:manus tuæ in tergo inimicorum tuorum:& adorabunt te filij patris tui.* Quibus declarat,quòd subiiciẽdi illi esset,*Catulus leonis Iuda. De germine,fili mi,ascendisti.* Regnum eius prædicit.Semper enim scripturæ mos est,per figuram huius animalis,regiam authoritatem insinuare.*Recubuisti & dormiuisti ut leo, & sicut catulus. Quis excitabit eum?* Crucem & sepulturam hic significat.Quis excitabit,inqt,eum?Sicut.n.leo nem uel catulũ nullus audet excitare,ita dormiuisti ut leo,& ut catulus.Quis excitabit eum? Ipse.n. est,qui dicit:Potestatem habeo ponere aiam meã, Ioã.10.d
& potestatem habeo iterum recipere eam.Postea& tps quoque manifestè declarat,quo aduenturus sit Christus. *Non deficiet,* inqt,*princeps de Iuda, neq; dux* E
de fœmore eius,donec ueniant reposita ei:& ipse erit expectatio gentium. Tandiu,inquit,durabunt Iudaica,& principes Iudæorum, quoad ille uenerit.Et benedixit,quoad ille ueniat,cui repositũ est:quasi dicat,illi cui pparatum est regnum:propterea ipse est expectatio gentium. Vide qũo iam dicit ẽt gentes saluãdas.Et ipse erit,inquit,expectatio gentiũ. Huius aduentũ gentes expectant.*Ligans ad uitem asinam suam, & ad palmitem filium asinæ suæ.* Per pullum iterũ gentium significat adductionem Nã qa asinus immũdum erat animal,ppea dicit:Illæ immundæ gentes cum tanta facilitate adducẽtur,quasi qs ad palmitem uitis asinũ alliget : simul insinuans & potestatis excellentiã,& gentiũ obedientiã.Magnæ.n.mãsuetudinis est,quòd asinus sustinet se ad palmitem uitis ligari.Viti autẽ suam doctrinam cõparat.Ego Ioã.15.d.
enim sum,inquit,uitis uera, & pater meus agricola est. Palmites autẽ uocauit teneritudinem ꝑceptorum,& facilitatẽ legis ferendæ :& iam pignat gentes magis credulas fore q̃ Iudæos. *Lauabit in uino stolam suam, & in sanguine uuæ amictum suum.* Vide qũo nobis totũ sacramẽtum insinuauit. Sciunt q initiati sunt,qđ dictũ est: Lauabit in uino stolã suã.Stolã puto corpus dici, qđ propter dispensationẽ ferre di F
gnatus est.Deinde ut diligenter discas uinũ qđ appellauit,subdit:*Et in sanguine uuæ amictum suum.* Vide qũo sanguinis noie crucẽ nobis & occisionem significet,& oẽm sacramentorũ dispensationẽ. *Iucundiores oculi eius uino,& cãdidiores dentes eius quã lac.* Hic gloriã nobis demõstrare uult,p metaphorã uini & oculorũ. *Et candidiores dentes eius quã lac:* Iusti tiã signat & claritatẽ iudicis.Nã p dẽtes & lac,nihil aliud significare uult, q̃ fore candidũ & manifestũ iudiciũ,ut est lactis & dẽtiũ qualitas,*Zabulon,* inqt, *in maritimo habitabit,& ipse apud stationem nauium,& extendet usq; ad Sidonem.* Vide qũo & huic prædicit ubi domicilium habiturus sit,& quòd usque ad Sidonẽ extẽdetur.*Isachar bonum desiderauit, recumbens inter duos: & uidit requiẽ qđ bona, & terrã qđ pinguis: supposuit humerum suum ad laborandum, et factus est uir agricola.* Laudat hũc qđ opationẽ terrę elegerit, & hãc oib. aliis ꝑtulerit. *Dan iudicabit populũ suum sicut & una tribus in Israel.Et fiat Dã serpẽs in uia, insidens in semita,mordẽs ungulã equi,et cadet equus retrorsum,salutẽ expectãs domini.* Dignũ ut qs admiretur & obstupescat,qũo oculꝰ spũs oia ꝑuidẽs,filiis suis ꝑnũciauerit qđ unicuiq̃ euẽturũ sit, ẽt post multũ tꝑoris *Gad, tẽtatio tẽtabit eũ,ipse aũt tentabit illũ ad pedes Aser*

G *pinguis eius panis, & ipse dabit cibũ principibus. Neptha-*
lim, stirps emissitius, multiplicãs in germine pulchritudi-
nẽ. Et qa paucis trãsit illos, uenit cõsequenter ad Io
seph. *Ioseph filius auctus, & amabilis. Ioseph filius auctus,*
filius meus iunior, inuidiosus factus ab ipsis mittis, quẽ cõsi-
lio cõmunicato conuitiis incessuerunt. Fratrũ significat.
conspirationem cõtra eum. Et id quod supra dice
bat scriptura, qđ crimine malo detulerant Ioseph
apud patrẽ suũ: hoc iste dicit: Quẽ cõmunicato cõ
silio couiciis incesserunt, *Et insidiati sunt ei uiri sagit-*
tationum, Sanguinarium illorũ significat animum.
Et contrita sunt cum fortitudine tela eorum. Vide quo,
postquam dixit ea q̃ contra Ioseph attentarunt, di-
cit & q̃ eis cõtigerunt. *Contriti enim,* inqt, *arcus eorum,*
& dissoluti sunt nerui brachiorum manuum eorum: Quã-
si diceret, Ipsi.n. occidere te conati sunt, & quantũ
ex ipsis pendebat, cõplessent: sed & arcus eorum cõ
triusti, & dissoluti sunt eorum nerui. Sic n. eis acci
dit, quando audierunt Ioseph dicentem: Ego sum
frater uester Ioseph, quem uendidistis in Aegyptũ.
Tunc.n. tunc maxime soluti sunt nerui eorum per
H manum potentis Ioseph. *Illic,* inqt, *corroborasti Israel*
à deo patre suo, & audiunt te deus meus. Vide germanã
iusti erga dominum dilectionem, qũo orbis domi
num suum solius deum esse dicat: non concludens
eius dominium, neq; priuans eum potestate uniuer
sali, sed suum declarans amorem. *Et benedixit tibi be-*
nedictione cœli è supernis. Non solum, inqt, adiuuit te,
sed & benedixit te benedictione terræ, oía continẽ
tis propter benedictionem uberum & uuluæ, bene
dictione patris tui, & matris tuæ. *Confortatus es bene*
dictionibus montium firmorum, & desiderabilibus cumulo
rũ æternorũ. Per cumulos æternos, gloriam & maie-
statem, & regnum Aegypti: per mõtes & cumulos,
sublimitatẽ & fortitudinẽ designans, & in summũ
fastigium principatus euectũ esse hic insinuat. *Hæ*
enim, inqt, *benedictiones erunt super caput Ioseph, & in*
uertice fratrum, quorum dux est. Hæ. s. inqt, benedictio
nes erunt super caput tuum. *Beniamin lupus rapax, ma*
ne comedet, & ad uesperam distribuet prædam. Et hic p̃
signat quod longo post tempore futurum erat, &
quòd grassaturus esset sicut lupus rapiens, occidẽs
I & innumera mala faciens. Quoniam autem oibus
filiis congruas benedictiones p̃signauit. *Et benedi-*
xit, inqt, *singulis iuxta benedictionem suam, qua benedi-*
xerat eis: Hoc est, unicuiq; p̃dicebat q̃ decebat, & q̃
in unaquaq; tribu euentura p̃dixit. Postq̃ autẽ or-
dinauit ea q̃ à spiritu p̃signata, dicit eis: *Ego apponor*
ad populum meum, & sepelietis me cum patribus meis. Vi-
de quo propter uisitationem hanc, maximã eis cõ
solationem afferat. Considerabant.n. quòd iustus
hoc non mandasset, nisi omnino sciuisset reditum
suũ futurũ, & liberandos se à seruitute Aegypti. Po
stea locũ quoq; dicit: *In spelunca,* inqt, *quæ est in agro*
Ephræm Chetthæi. Et ut hæc dixit, cessauit imperare filijs
suis, & subleuauit Iacob pedes suos super lectũ, & defecit,
et appositus est ad populum suum. Vide mortẽ iusti etiã
magno miraculo plenam. Nam postquam imperau-
it pueris suis, ait: Subleuauit pedes in lectum suũ,
quasi cum uoluptate rem aggrederetur. Ita imple-
tis omnibus, pedes sustulit: hoc est, planos & rectos
fecit & extẽdit. Defecit, hoc est finiuit uitam. Et ap-
positus est ad populũ suum. *Et recidit Ioseph super fa-*
ciem patris sui, & fleuit super eum, & osculatus est eum.
Vidisti pueri dilectionẽ? uidisti ignitam charitatẽ?
Et post aiẽ recessum recidit Ioseph super faciẽ eius, K
& osculatus est, & fleuit sup eo. His factis, Ioseph
q̃ à patre mãdata erant, exeq; curauit. Et mox man-
dauit pollinctoribꝰ ut aromatibus ad sepulturã cõ
dirent patrem. Et ipse quidẽ quadraginta diebus.
Aegyptus autem septuaginta diebus eũ luxit. Et postquam
iusta omnia persoluta sunt, significauit Pharaoni, et his qui
cũ eo erãt, q̃ illi pater adhuc uiuus demãdarat, et dixit: Iu-
rauit pater meus, dicens: In sepulchro qđ fodi mihi in terra
Chanaã, illic me sepelies. Nunc igitur ascendã, & sepeliam
patrẽ meum, & redibo. Aequũ est, inqt, ut q̃ ab eo pce
pta, impleã. Vbi igitur ea fecero q̃ iusserit, redibo.
Hæc ut audiit, permisit Pharao. Et ascendit, inqt, *Ioseph,*
ut sepeliret patrem suũ, & simul ascenderunt cũ eo oês ser-
ui Pharaonis. Et cognationem, et boues, & oues reliquerũt,
& simul ascenderũt cum eo currus & equites. Et facta est
turba magna ualde. Vide quantũ officium declarent
Aegyptii in honorẽ Ioseph. *Et uenerunt cum Ioseph, ita*
ut fieret turba magna. Et ut uenerunt ad locũ quendã, plã-
xerunt eum planctu magno, & ualde uehementi. Et fecit
planctũ patri suo septẽ dies. Et uiderũt habitatores Chana-
an, et dixerunt: Planctus magnus est Aegyptijs. Propter hoc L
uocauit nomẽ loci, Planctus Aegypti, qui est trans Iordanẽ.
Verũ tu hæc audiens dilecte, ne simplr prętercur
re, sed tẽpus cogita, quo facta sunt, & ab omni cul-
pa libera Ioseph. Nondum.n. fuerunt portæ inferni
confractæ, neque inferni uincula dissoluta, neque
mors dicebatur dormitio. Et idcirco qa timuerũt
mortem, hæc faciebãt: nunc autem propter gratiã
xpi, quia mors facta est somnus, & consumatio qes,
& certa multáque sunt resurrectionis indicia, qua-
si de uita in uitam transferendi, sic exultemus & læ
temur. Et quid dico de uita in uitam? de deteriori
ad meliorem, de temporali ad æternam, de terrena
ad cœlestem. *Et peractis omnibus, inquit, reuersus est Io-*
seph in Aegyptum, ipse & fratres sui, & omnes qui cum eo
erant. Vide consequenter fratrum Ioseph timorem
hic, & terrorem eorum mentem concutientem. *Vt*
uiderunt autẽ fratres Ioseph, quòd mortuus esset pater suus,
dixerunt: Ne fortè memor sit iniuriæ nostræ Ioseph, et retri-
buat retributionem nobis, & omnia mala q̃ in eum cõmisi-
mus. Terror ualidus eorum mentem perculerat, & à
conscientia stimulati, nescierũt qd facerent: pro- M
pterea dicit, Cũ uidissent patris mortem, ne dignã
de se pœnam sumeret Ioseph ob ea quę in illũ pec-
cauerunt, aduenientes ad eum dixerunt: *Pater tuus*
adurauit nos priusquã moreretur dicens: Dicite Ioseph, di-
mitte eis iniustitiam hanc, & peccatum eorum. Vide iterũ
quo ipsi accusatores suiipsorum sint. Vide quanta
est conscientiæ reprehensio. Et omnino scitis, quòd
iniustitiã & peccatũ operati estis, quod mala ei ex-
hibuistis: *Et nunc accipe iniustitiam seruorum dei patris*
tui. Vide quo nullo cogente sui peccati sunt testes,
& dicunt: Dixit pater tuus, dimitte eos, quia mala
tibi exhibuerunt, & accipe iniustitiã seruorũ dei pa
tris tui. Sed beatus & totus uirtutibus clarus, in tã
tũ modestus fuit, ne pmitteret illos facere ullã nie-
moriam eorum q̃ in se fecerant, quia & ad uerba eo
rum cõfusus est. *Et fleuit,* inqt, *Ioseph, loquentibus illis*
secum: & uenerunt & dixerunt, Ecce nos serui tui. Vide
quantum ualeat uirtus, quam ualida & inexpugna
bilis, & quanta malitiæ infirmitas. Ecce n. ille, q̃ ui
hæc quidem passus est, regnat. Qui autem ita affli-
xerunt fratrẽ, famuli eius esse orãt, quẽ in seruitutẽ
exposuerant. Verũ tu uidè clementiã Ioseph in fra-

A tres, non recordantis iniuriarum, & quomodo om
nibus modis eos consolari uelit, & eis persuadere,
quasi nihil in se peccauerint, dicit enim: *Ne timeatis,*
dei enim sum ego. Vos cogitastis contra me mala, deus aũt
cogitauit pro me bona, quomodo factum, sicut hodie uide-
tis, ut pascatur populus multus. Ne timeatis, inquit, neq;
anxij sitis: dei enim sum ego, & dominum meũ imi
tor, & beneficia rependere studeo his qui irreпara-
bilia contra me fecerunt: dei enim sum ego. Dein-
de cùm monstrasset quanta eum deus beneuolen-
tia prosequutus esset, dicit. Vos mala mente hęc cõ
Rom. 8. c tra me fecistis, deus autem in bonum mihi omnia
uertit. Idcirco & Paulus dicebat: Diligentibus deũ
omnia cooperantur in bonum. Omnia, inquit: qd
est, omnia? et quæ contristant, & quæ non contri-
stãt, in bonũ mutat. Hoc utiq; et in iusto factũ est.
Nam quæ à fratrib. facta sunt, ea maximè regnum
conciliarunt propter omnipotentem dei sapientiã,
quæ omnia mala in bonũ commutat. *Vt pascatur,*
inqt, *populus multus.* Non solum uestra causa hęc in
bonũ uertit, sed ut et omnis ille populus pasci pos-
B sit. Et dixit eis: *Ne timeatis ego pascam uos, & domus ue-*
stras. Et cõsolatus est eos, & loquutus est in cor eorũ. Quid
igitur, inqt, *timetis? ego suppeditabo alimenta uobis, &*
omnib. qui uobiscũ sunt. Et cõsolatus est eos, et loqu
tus est in cor eorũ. Non simpliciter eos rogauit, sed
tanto usus est officio, ut eis omnem tristitiã è cor-
de eximeret. *Et habitauit Ioseph in Aegypto, ipse & fra-*
tres eius: & uidit Ioseph filios usque in tertiam generatio-
nem. Et inquit Ioseph fratribus suis, dicens: Ecce morior.
Visitatione autem uisitabit uos dominus, & simul deporta-
bitis ossa mea hinc. Vide quo et ille, eadem quę pater,
curat: uolẽs ut simul auferrẽtur inde ossa, quo ma-
gis eorũ confirmaretur mens, & bonã spem habe-
rent de reditu suo. Prius hoc designat quod reditu
ri essent, & tũc dicit: Simul feretis ossa mea hinc uo
biscum. Hoc aũt faciebat, nõ tantũ etiam hic: duo
enim agebat. Vnum, ne Aegyptij memores benefi-
ciorum eius, cũ pro more suo facilè ex hominibus
deos appellent, corpus iusti haberent in impietatis
occasionem. Alterũ, ut securi & certi omnino sint
se redituros. Nam nisi hoc firmatũ fuisset, nõ iussis-
C set ut secum reciperent ossa. Et uidere licebat rẽ no
uam & admirabilem, eum qui omnem Israel in Ae-
gypto pascebat, illum & ducem reditus, & in terrã
Israel inducentem. *Et mortuus est Ioseph, annos habens*
centum & decem. Quare nobis & illius annos signi-
ficauit? Et discas quot annis Aegypti principatum
tenuerit. Septem & decem annorum erat, cũ ueni-
ret in Aegyptum: & triginta annorum factus com-
parauit coram Pharaone, & diiudicauit insomnia.
Deinde octoginta annis præfuit toti terræ Aegypti.
Vidisti quomodo maiora sint præmia quàm labo
res, retributionesq; multipliciores? Tredecim an-
nis certauit in tentationibus, ferens seruitutem, &
calumniã illam impiam, & afflictionem in carcere.
Et quia generosè, & cum gratiarũ actione tulit oia,
propterea larga præmia accepit etiam in hac uita.
Considera.n. quòd pro breui illo tpe, quo seruitu-
tem & carcerem sustinuit, octoginta annis regnum
administrauerit. Et quòd fide oia disposuerit, & pp
Hebr. 11. d hoc etiam de transuectione ossium mãdarit, audi
Paulum dicentem: Fide Ioseph moriens, de egressio
ne filiorum Israel meminit. Et non fuit his conten-
tus, sed ut discas cãm, propter quã iniunxerit ossiũ
transuectionẽ, dicit, & de ossib. suis mãdauit. Fortè D
pluribꝰ hęc dicta sunt, sed ignoscite. Nã quoniã ad
finẽ libri puenimus, hodieq; totum librũ finire uo
lumus, ita finiendo sermonem, & solitam exhorta
tionem adiiciendo. Omnes igitur magna solicitu
dine, curaq; singulari operam demus, ut memores
simus dictorum, & imitemur iustorũ illorum uir-
tutem, & iniuriæ obliuionem erga eos q̃ nos iniu-
ria affecerunt, clementiamq; in eos qui nos calum-
niantur seruemus. Hinc enim & iustus ille tantã si-
bi dei gratiam cõciliauit. Vt igitur & diuinam gra-
tiam assequamur, summam uirtutis habeamus ra-
tionem. Sic enim & spiritus gratia nobis concede-
tur, & præsentem uitam magna iucunditate transi
gemus, & futura bona consequemur, Quæ nobis
omnibus cõcedat dominus noster Iesus Christus,
cui cum patre simul & spiritu sancto sit gloria, im-
perium, honor nunc & semper, & in secula seculo-
rum, Amen.

Homiliarum diui Ioannis Chrysostomi
in Genesin, finis. E

DIVI IOAN. CHRYSOSTOMI, Constantinopolitani quondam Archiepiscopi homiliæ aliquot in uetus testamentum confusanè & prius per tomos totius operis dispa-ratæ, nunc in suã quæque classem ordine concinno digestæ & cõciliatæ. (Quod hic mihi dicitur de primo, idem puta dictũ de cæteris. 4. tomis).

In his, quæ toto opere conuisuntur insigniri ad marginẽ signo ✻

DE IEIVNIIS ET GENESEOS LE-ctione, sermo incerto interprete.

IVcundum quidẽ nautis est uer, iucũdum quoq; & agricolis: sed neq; nautis, neq; agricolis ita iucũdum est Veris tempus, ut his qui philosophari uolunt iucun F
di sunt ieiuniorũ dies, spiritale animarum uer, & fidissima tran
quillitas animorum. Nam agricolis uer idcirco iu-
cundum est, quia delectat aspicere tunc depictam
floribus terram, & uarijs frondibus uirgulta comã
tia: nautis uerò acceptũ est uer, quòd dorsum ma-
ris deductis nauibus tutò licebit ascendere, nec un
darum pericula formidare. Nobis autem iucundũ
est ieiunorum uer, quòd tunc nõ undarum, sed co
gitationum, & cõcupiscentiarum carnis fluctus ac
turbines mitigantur, & coronę nobis non florum,
sed spiritualium gratiarum parantur. Sic enim scri
ptum est? Coronam, inquit, gratiarum accipiens
tuo capiti. Non ita ergo apparens suis hirundo uer *Eccl. 6. d*
naculis fugatam hyemem nunciat, ut ieiuniorum *32. a*
dies fugari ex uisceribus nostris uitia carnis & cu-
piditatis ostendunt. Cessat pugna carnis aduer-
sus animam, & animæ aduersus carnem, nec ul-
trà insurgit ancilla in dominam, nec serua super-
bit in liberam: sed uniuersa hęc prælia ieiuniorum
præsentia conquiescunt. Quia igitur nobis quie-

Universidad de Deusto Biblioteca

G tum & trāquillitatis tps aduenit, etiam nos deducamus in mare, doctrinæ nauigiū, & dicendi uela soluamus: si tamē tranquillus & tutus est auriū uestrarū port⁹, i quo uerbi dei nauis absq; metu naufragii collocetur. Altum.n.nobis pelagus incedendum est, uolentib. de cœli ac terrę & maris corporibus philosophari. Hæc.n.nobis hodie lectio recitata est. Sed qd ad nos, inquies, creaturarū ptinet ratio? Et ualde qdem, charissime: sic.n.ex magnitudine & decore creaturarum cōpetenter earum conditor agnoscitur: quanto aūt ad earum intelligentiā fuerimus intēti, tāto magis uia nobis patescit ad intuitū conditoris. Magnū, crede mihi, bonū scire est quid sit creatura, & quid creator, & q̄ sunt opa, qs uerò opifex. Si.n.hoc diligenter scirēt discernere hę retici, nunq̄ utiq; oia cōfunderent & q̄ sursum sunt, facerent deorsum. Nō dico quòd cœlum, & stellas deorsum, terram autem sursum ducerēt: sed quòd regem ab excelsis sedib. deducentes, cum creaturis & operib. collocauerint: creaturā uerò diuinis honoribus affecerint. Si de creaturis sciissent philosophari Manichæi, nunq̄ materiam corruptibilem & H mutabilē, q̄ cū non esset effecta, esse ingenitā, deoq; Rom.1.c. dicerent coæternā. Si de creaturis scissent rectè philosophari gētiles, nunq̄ coluissent, & seruissent creaturæ potius q̄ creatori. Bonū uides cœlū, sed ppea, ut illud aspiciens adores conditorē eius: pulchrū solem, sed ut illum intuens, factorem ipsius uenereris. Si.n.creaturarum pulchritudine detentus inhæreas, nec ex earum specie magnitudinem consideres creatoris, conuersum est tibi lumē in tenebras. Vides quantū boni sit scire creaturarum rōnē? Nō igitur negligamus hęc lucra, sed attētius intēdam⁹ his q̄ lecta sunt, qa non solum cœli, & terræ, ac maris, sed & nostræ, id est hoium originis ratio nobis ex his q̄ leguntur, exponitur: & unde mors, unde & labor mortalium uitæ, unde curæ, unde tristitiæ subierint, declaratur. Pro his.n.oibus uelut satisfactionē quādam scriptā, librum hunc deus misit ad hoies. Neq;.n.satisfacere dedignatur hoibus, q per prophetam dicit: Venite & disputemus, dicit dominus. Et non solum disputare cum hoibus, & satisfacere nobis uult, sed quo modo culpā fugiamus ostendit. Antè.n.q̄ diceret, uenite & disputemus: docuit quid loqui uel agere oporteat, & ita uenire ad Esa.1. I iudicium. Audi denique quæ in superiorib. prophe ta præmiserit: Lauamini, inqt, mundi estote, auferte nequitias ab animis uestris: discite bonū facere, iudicate pupillo, & iustificate uiduā: & tunc addit, Venite disputemus, dicit dominus: nō.n.nos ad disputādum, hoc est ad iudiciū, ubi de causa nostra tractandum & disputandum est, uult nudos & inanes uenire, sed habere aliqua documenta iustitiæ. Si.n.faciamus ea q̄ superius p̄cepit, tūc ad disputandū de causa nostra, & de actib⁹ nostris, audacter & fiducialiter ueniemus. Deniq; & aliās dicit: Dic tu Esa.43.d prior iniqtates tuas, ut iustificeris. Habes.n.accusatorem acerbissimum & immitem, præueni eum, & obtura os eius impudentissimū, propria sponte cōfitendo delicta. Sed intuere paululū magnificentiā dei: ex initio per semetipm loquebatur hominibus deus, scdm qd audire eis possibile erat. Sic denique cum Adam locutus refertur, sic increpasse eum, sic cum Noe sermocinatus, sic apud Abrahā hospitio susceptus, & cōuiuii confabulatione usus. Verū ubi humanū genus procliuius in malitiā declinauit, & K à parente, & à conditore suo, quasi longa quadā peregrinatione discesit: cōfabulatione cessante, literis ad eos tanquā longè à se positos, & epistolis utitur, quibus eos ueteris cuiusdam amicitiæ, & familiaritatis admoneat. Primam quidem epistolam ad homines p Mosen direxit deus. Quid ergo hæc epistola cōtineat: uideamus. In principio, inquit, fecit deus cœlum & terram. Requiris forsitan, cur non prius de angelis nobis, uel archāgelis indicat. Si.n. ex frequētia, & magnitudine creaturarū cōditor intelligatur, multo magis ex uirtutū cœlestiū conditione pōt agnosci. Magnum est cœlum, sed non ita ut angelus. Decorus ē sol, sed excelsior archāgelus. Et ideo excelsam illā, & arduam uiā relinquens, per hanc planiorem & humiliorem nos ad rerum scientiam ducit. Considera.n.qui erant, quib. hęc recitabatur epistola: nōne illis q̄ educebantur ex Aegypto, ubi dei cultū in crocodilis haberi, & canib. ac simijs uiderant? Nō ergo cōsequens uidebatur, eos tunc per excelsiorē uiā ad agnitionem conditoris L adducere: & ideo ista planiore & faciliore utitur, cœlū eis terrāq; ostendit, & mare, atq; oēm uisibilē creaturā. Deniq; ubi paululū iā ex ea institutione profecerāt, audi quo eis aliā epistolam per prophetam mittit, in qua de supernis uirtutibus docet, & Psal.148 dicit: Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum oēs angeli eius, laudate eum omnes uirtutes eius: quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mādauit, & creata sunt. Nā de illis epistolis, quas per Paulum apostolum mittit deus, qd opus est dicere, ubi iā secretiora multa, & excelliora referuntur? & scribitur nobis tanq̄ iam altiorib. qui philoCol.2.d sophię possumus istituta suscipere: quia per Iesum xpm facta sunt oia uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: & quia oia p ipm, & in ipso creata sunt, & ipe sit ante oēs, & omnia in illo constent. Referuntur tamen ēt in his q̄ per Paulum referuntur eadem ipsa, q̄ Moses scribit. Nam cū apud Athenienses concionaretur Paulus, non eis de angelis loqtur, & ar-Act.17.f. changelis: sed de cœlo & terra, & mari, ita dicens: M Deus cū fecisset mundum, & oia quę in eo sunt, cœli ac terræ dominus, non in manu factis tēplis habitat, & cętera. Sed & Ioānes tanq̄ & ipe scripta pfectiorib. deferens, non solum cœli, & terrę creaturā Ioan.1. adscribit unigenito filio dei, sed dicit, quia oia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, id est tam ea quæ uidentur, q̄ illa quæ non uidentur. Sicut ergo apud magistros literarum fieri uidemus, quorū alius puerulum de gremio matris acceptu, & ignarum oium, atq; incapacem maiorum, primis tantummodo imbuit elemētis: quē rursus ali⁹ magister accipiēs, pfectioribus instituit disciplinis: ita & Moses ignaram oium, & rudem hoium naturā, & (ut ita dicā) nuper à lacte depulsam, prima diuinæ cognitionis edocet elementa. Ioannes uerò & Paulus uelut à Mose iam q̄ prima sunt imbutos homines, ad excelsiora & perfectiora deducunt, nō ut quæq; prima sunt destruentes, sed tanq̄ fundamento cōpetenter posito supponentes totius ędificij celsa fastigia. Vidisti deniq; utriusque testamenti structurā unius lineæ modulatione directā. Vidisti totius ædificij cōsonam quadraturam, audisti à Mose, quomodo facta sit uisibilis creatura, audisti & à

Dauid,

A Dauid, qūo & intellectualis illa cœlestis atq; inuisibilis creatura sit, dicēte: Quia ipe dixit, & facta sūt: ipse mandauit & creata sunt. Simili mō & in nouo testamēto uerbū dei audis exponi uisibiliū & inuisibilium conditorē. In principio fecit deus cœlum & terrā. Sermo hic quidē breuis est, & simplex, sed oium aduersariorū subruere machinas pōt. Deniq; cōsidera qūo Manicheo asserenti qd infecta sit materia, & deo coæterna, occurrit & dicit: In principio fecit deus cœlū & terram: & oēm structuram falsæ eius doctrinæ subuertit. Sed nō credit Manichæus scripturæ nostrę, ergo & pp hoc ipsum uitādus nobis est, & alienus penitus habendus. Qui.n.nō credit deo, & ueritatē mendaciū ponit, no tā errare, q̄ insanire iudicandus est. Sed qūo, inqt, ex nihilo fieri aliquid potuit? Dic mihi & tu qūo ex materia ali quid fieri potuit? Certum est.n.quòd de terra factū hominem uterq; nostrum credit, licèt tu ipsam terram neges à deo factam. Dic ergo mihi, qūo de terra facta est caro? De terra.n. lutum fieri uidemus, aut laterem, aut regulā, uel aliquod tale figmentū B carnē uerò de terra nullus unquā fieri uidit. Qūo ergo facta est natura carnis, qūo ossa formata sunt, qūo nerui & uenæ, qūo cutis, & membra uiscerum secretorum, qūo ungues, & capilli, & singulorum uarietas, distinctiōq; membrorum, qūo ista diuersitas ex una terræ natura formata est? Sed certum est quòd dare non poteris rationem: qūo ergo cū ista quæ apertiora sunt & faciliora explicare non possis, de difficilibus & ineffabilibus pronunciare ausus es: Vis adhuc & faciliora tibi proponam, atque ea quæ per momenta habemus in manibus? Panē quotidie sumimus, & exinde corporalis uiæ substātiam conseruamus. Dic ergo mihi, qūo natura panis intra nos mutatur in sanguinem? Qūo ex ipso phlegma, ex ipso etiam fellis substantia fiat, & diuersi humores generentur? cùm utiq; natura panis densa quædam sit & compacta, hæc uerò in q̄ mutatur, remissa sint, & fluida: tū deinde color panis uel candidus est, uel ad frumenti speciē redactus: color uerò sanguinis rubēs, & fellis nigri uel flaui, cæterorūq; humorū longè diuersus, & uarius. Qūo C ergo fiunt hæc, dic mihi, & horū redde rōnem. Sed certum est, qd non solum hæsitabis, sed & tacebis: rectúmne tibi uidetur, ut cū rōnem eorū quę quotidie in nobis sunt inuestigare nō ualeas, diuini operis, & cōditionis dei audeas secreta discutere, & cōtradictionē impossibilitatis ostēdere? Si nostri similis est de⁹, bene opis eius scdm cōem sensum expetis rōnem. Quinimmo nec sic quidem. Multa.n. sunt q̄ arte quidem hoium fiūt, qūo tamē, uel qua ratione fiant, explicare nō possumus. Verbi gratia, qūo de uenis terræ aurum fiat: hoc fieri quidem uidemus, rationē uerò immutatæ glebæ reddere nō ualemus: sed & ex arena arte hominum fit uitrum lucidissimum, & multa alia his similia humana qdem experientia fiunt, qua tamen ratione fiāt, mortalis sermo non explicat: dei uerò opus, quē utique humanas artes innumerabiliter præcellere etiā tu fateris, cuius uirtutem & potentiam absq; ulla comparatione, non solū inter homines esse, sed inter cœlestes uirtutes nemo unq̄ dubitauit, qūo in singulis quibusq; figmentis suis discutiendum credis, & humanæ artis infirmare pēsandum: qn potius dere linquētes hęc q̄ abiectę & fragiles cogitant mētes, redeamus ad illā stabilem, robustamq; sniam, quæ D dicit: In principio fecit deus cœlū & terrā. Sta sup illud fundamentū, ne cōmouearis, nec in cogitationū fluctus, atq; animorū turbines corruas. Cogitationes.n.mortalium timidæ, & incertę adinuentiones earū. Noli ergo derelinquere q̄ firma sunt, & cō uerti ad infirma & incerta, atq; his salutem animæ tuæ credere: sed permane in his q̄ didicisti, & credita sunt tibi, & dic: Quia in principio fecit deus cœlū & terrā: ēt si tibi Manichæus occurrat, etiāsi Valentini discipulus, tu semp utere hoc sermone: etiā si illi irrideant, tu eos ut insanientes defleto. Sint licèt pallentes in uultu, & tristes ac seueri uideātur, atq; obductis supercilijs: sint licèt sermonū uarietate subtiles: sed tu noli aspicere ad istā q̄ extrinsecus est ouiū pellē, sed cōsidera & intuere lupū q̄ intrinsecus latet: & ppea maximè eū execrari debes, quia ad conseruum suū mitem se simulat, & humilē: ad dominū autē oium nostrum canis est rabidus, in cœlū latrās, & ipsi quodāmodo diuinitati inferēs bellum. Negat.n. creatorem deū, sed alium nescio E quē contrariū p̄dicat. Fuge ergo ab his talib. & uita tendiculas: uita hmōi uerbum, tanq̄ uenena. Custodi hæreditatem quam à patrib. suscepisti per fidem, & doctrinā scripturę diuinæ, q̄ dicit: In principio fecit deus cœlum & terrā. Cur aūt primū cœlum fecit, deinde terrā, antè tectum, q̄ solum? Vides & in hoc nihil esse simile humanis artib. nec hominum regulis uoluntatē seruari diuinam. Apud nos adminiculis & fulcimētis opus est, ibi uerò uoluntas op⁹ efficit, & p̄bet sermo uirtutē. Terra aūt erat inuisibilis, & incōposita. Quā ob cām cœlū perfectū cōdidit, terrā uerò paulatim compositā esse refert Moses? ut audies tu quia meliorib. elementis perfectū extitit opus eius, certus sis, qa & terrā pfectā poterat producere, sicut & cœlū: sed pp te, & pp salutem tuam non fecit. Si requiris, qūo? ausculta. Patriam tibi, & nutricē, & matrem, & mensam & domū posuit terrā: sed & sepulchrū tibi hanc eandē dedit. Nam & corpora nostra ex ipsa sunt, & ex ipsa ēt corporum nutrimenta, & ex ipsa quo⁊, & in ipsa nostra habitatio est, & post mortē i ipsam rursum redimus: ne fortè ergo ex his oibus, quę ex ea uideris cōsequi beneficijs, fragili & lubrica cogitatione F in impietatē delapsus, ipsam esse uitā putares, & uituperes authorem: ppea imperfectam eā atq; incōpositam producit, ut tu intelligēs quòd idigniit ēt ipsa opere & beneficio conditoris, cultū uenerationemq; diuinā creatori oium referas deo, & glorifices eū qui ad usum ministerij humani generis tāta parauit, ac talia. Verū dei cultus nō solū in fide recta, sed in optima cōuersatione consistit. Ait.n.domin⁹: Luceat lux uestra inter hoies: ut uidētes opera uestra bona, glorificēt patrē uestrum q̄ in cœlis Mat.5.b. est. Et ideo uelim ad ea q̄ dicta sunt, addere aliqua de opere misericordiæ, nisi supfluū uideretur uos docere, q̄ alios operū uestrorum docetis exemplis: maximè cū medius oium nostrum sedeat pater, cōmunis & magister noster, cuius domus (tanquā ad hęc relicta) etiā maiorib⁹ suis, pegrinis & aduenis patet: oēs qui undique uel ad tribulationes abiiciē das, uel ueritatis discēdæ cā conueniunt, hanc sibi hospitā domum inueniunt, hanc ministram, & ita in oibus famulantē, ut nesciam utrū huius an peregrinorū magis dicēda sit dom⁹. Imò uerò propter-

G ea magis huius est,qa peregrinorū est:nā & omne quod nostrū est,tūc magis nostrū erit, si sit nobis cōmune cum fratrib⁹. Melius.n. seruatur pecunia q̄ in dextera pauperis collocatur. Hanc mihi non calūniator extorquebit, non inuidus criminabitur, nō latro auferet,nō fur nocturnus diripiet, nō seruus fugā meditās uastabit,sed semp est tuta, semp integra, semp salua. Nullus ali⁹ locus ita munitus est ad cōseruandā pecuniā,sicut pauperū uenter. Deniq; frequenter etiā si extrinsecus quis potest damna uitare,aut effugare calūnias,effugere tamē in pecuniā domesticas insidias nō ualebit:quāuis clau stra postis ualida,quāuis signacula exquisita circū dēt,seruile tamē ingeniū nō euadet:& ideo certissi mū est illā nobis magis seruari pecuniā, quā pauperib⁹ cōmendamus. Non solū.n.salua nobis manebit reposita in talib.claustris, sed & fœnore mul tiplicato reddetur. Ingens.n. reditus conferet pecunia largita paupibus. Nā si hominib⁹ in fœnus dederis eam,centesimam tibi reddent:si uerò dei pau peribus fœneretur,centuplū restituet,insup & æter
H nā cōferet uitā. Quid ergo mauis agere de pecunia tua:cēteśimā ab hominibus, an cētuplū recipere à deo:imò qd est sup oēm pecuniam,uitā ęternā pro misecordia,& immortalē beatitudinē cōsequi? Vide ergo ubi magis uelis congregar fructus tuos. Si in terra semines,quādo fœliciter,decuplū colliges, & hoc cū multo labore, cū multis molestiis:in cœ lo autē seminanti,qua neq; bobus,neq; aratro, neque colonis, aut alijs hmōi laboribus opus est:ibi non grando metuitur, nō solis adustio,nō rubigo cōsumēs,non locustarū exercitus formidādus est, nō uicini prauitas, nō potētis dēpdatio,nō exacto
ris iniuria:sed seminū tuorū seges tuta & illęsa con surget,asserēs fructū imortalitatis,& lætitiæ sempi ternæ fructū,quē oculus non uidit, nec auris audi
1. Cor. 2. c uit,nec in cor hois ascendit. Quo ergo nō extremę ignauiæ est,certa relinquere, & incertis adhærere: maiora deserere, & minora sectari: tuta & tranqlla non exequi,periculosis & fragilib⁹ assidere? Et quę erit uenia hęc agentib⁹? Quę excusatio tā iniquo iu
Mar. 12. d. dicio uiuentib⁹? Quòd siqs fortè pauperē se dicat, certus sum quòd quāuis ille sit paup, non erit pau
I perior uidua illa, q̄ duo minuta sola habebat,& ip
Luc. 21. a sa obtulit deo. Imitemur ergo & nos diuitias ei⁹, di uitias dico,nō cēsus,sed mētis:nō pecuniæ, sed fidei:& magnanimitatē ei⁹ sequamur,ut possimus & meritis ei⁹ adiuuari p gratiā domini nostri Iesu xp̄i, cū quo est deo patri cū spiritu sancto gloria,& imperiū in secula seculorum, Amen.

[Idē argū tractatur tomo.5.homi.7. Ad populum Anthio.

QVOMODO PRIMVS HOMO omni prælatus sit creaturæ, sermo. Incerto interprete.

d Ignitas humanę originis facilè agnoscitur, cōsiderata sublimitate authoris:neq;.n.facile poterat eē uel leue,qd manus sacra cōfinxit, & cœlestis flatus in uitale substantiā anima uit: maximè cū idem artifex deus potestatē suā in oēm fabricam eidem homini fuerat traditurus:ut quē secundū psidem post se facere disponebat,eun dem faceret plenum atq; pfectum, habētem in sese &,dignitatē qua pcelleret, & potestatē qua cunctis animantib. imperaret:soli seruiēs illi,à quo ei cuncta fuerāt subiugata, ut imperaret mundo,seruiret deo,creatorē susp̄iceret, creaturā sibi parēre cōpelleret,tātūq; ditionis sese domino debere psp̄iceret, quātū ipse à creatura exigeret, habēs in propria po testate & obedientiā, & cōtemptū:obedientiā,qua uiueret:cōtemptū,quò dignè pro meritis interiret. Vnde effectū est,ut contēnendo mortē incideret,q̄ obediēdo uiuere posset:unde potestatē concessam dū in cōtemptū protulit,& uitę priuilegiū pdidit, & mortis sibi sniam acqsiuit. Et tamē adhuc creatura ei⁹ seruat imperiū, licèt ipse creatori suo denegarit obsequiū. Vnde apparet qd sue felicitati detra
Psa. 115. a xerit, quū pctōrū merita ei⁹ statū adhuc mutare nō possint. Grauaris homo,iustè grauaris,& inexcusabili pœna astringeris:cōtemnis creatorē, & ei⁹ imperas creaturę:despicis dominū,& de eius creatura exigis obsequiū:beneficijs dei p̄frueris, & ei⁹ potentiā nō extimescis. Et cū tibi p eū cūcta deseruiāt,solus ipse illi nō seruis. Bis delinqs,& geminū ac duplex crimē incurris,dum nec pro cōditione, ut seruus obsequeris,nec pro potestate data domino famularis. Tibi cœlū in die lucis splēdore uestitur,et solis fulgorib. decoratur:in nocte clarissimo lunæ L speculo, & astrorū fulgore uario polus ipse illustratur,ut diei nocti⁹q; uicissitudine & numerositas tē porū dignoscatur,& post diurnū laborē reqes miseris mortalib. p̄beatur. Tēpora alter⁹ uicibus imutātur,frondescūt syluę,amœnātur cāpi, prata uirescūt, animātia cūcta diuersis usib⁹ procreata edūt fœtus,parēt imperio,obsequa seruant, scatēt fontes, amnes fluunt, institutis terminis maria coercētur. Gaudet post hyemē uerna tēperies, ætatis flagrantia decoqt messes, autūnitas temulēta suas exhibet ubertates,hyeme maturātur imbrib⁹ terrę,suis istitutis cūcta deseruiūt, solus hō deo nō seruit. Quid si tibi uniuersa natura constāter ediceret: ego tibi à domino rerū parēre p̄cepta sum, ego circa te iussa iplere,istituta seruare, nascētia cūcta tribuere genitoris iperio iussa sum:deniq; pareo, obtēpero,seruio,& cū mutato nō mutor. Pareo inq̄ rebelli,obtē pero procaci,deseruio cōtēptori. Cęterū si mihi instituta mutare, iussa puertere,necessaria denegare, rerū domin⁹ p̄cepisset:creatura cūcta uiduata hoie remaneret, nec q̄ contēneret ulteri⁹ esset,qa contē- M
ptor homo dignè de merito interiret: deniq; qs talis es, qui in hoc contēptu cōsistis:qui creaturę imperas,& creatori non seruis:q dominatū exerces,& dominū nō agnoscis? Time dominum patientē,ne seuerū sentias iudicē. Corrigat te dilatio differētis, ne cēsura puniat iudicātis. Facilè.n. obsequo tuo facies deū propitiū,si cōuersus iam mutaueris uitiū. Vsuratum.n. redditur, quicqd dilatione tpis fœneratur:necesse iā præterit impunitum,cui mora tpis non potuit dare remedium. Quid retribuā domino,si humana cōditio genitori qd debeat, noscat, atq; eius beneficiorum innumeram multitudinem momentis omnib. retractando intelligat inueniet suæ seruitutis obsequa cōtinuis laudibus iugi gratulatione æquare nō posse? Neq;.n. beneficia ab eo p̄stita,atq; collata,uel modū poterūt habere,uel numerū,certè nec terminū: qppe cū nec sensus ad inuestigandū sufficiat,nec scientia suppetat ad laudandum: immēsitas.n. beneficiorū superat cogitationes sesuū,& inumera multitudo donorū uincit uolubilitatē uerborū. Nec si totū uitę tps oris obsequa occupēt,laudes teneāt,gratiarū actiones insistāt,po

A teris pensare qd debes. Qua in re danda nobis est opera, ut totis uirib⁹ deuotio mētis in diuina obse quia exerceatur,& laudū glorias os nostrā p oē tps frequentare cogatur,nō quo in istis debitū cōpensetur,sed ut nostrę deuotionis uoluntas his conati bus dignoscatur:ut qcqd fragilitas detra hit ad cōplendū,hoc deuotio cōferat ad promerendū, ut iā qa uis,non qa perficis,expungaris:nec quia debita cōpensas,sed quia parēre desideras. Velle.n. expungitur,qa per immensitatē rerum ad ipsum quod cu
Psa. 115. a pimus,explicare nō datur. Quid retribuā,inqt,domino pro oibus q̄ mihi retribuit? Quærit propheta sanctissimus, qbus meritis beneficia diuina cōpēset,quo famulatus genere muneta percepta coæquet,qbus obsequijs tātis possit munerib⁹ respondere,quo seruitutis genere innumera debeat dona, & infinita beneficiorū genera cōparare. Sit licèt ex cellēs hoium meritū,sit naturæ iura conseruās, sit legū iussis obtēperans,impleat fidē,iustitiā teneat, uirtutes exerceat,damnet uitia,pctā repellat,semet
B exemplū imitantib⁹ p̄beat: siquid gesserit,parū est: quicqd fecerit,minus:omne.n. meritū breue est cō paratione donorum. Numera beneficia si potes,& tūc cōsidera qd mereris. Cū beneficiis cœlestibus tua facta perpēde,tū diuinis muneribus actus pro prios meditare:nec dignū te iudicabis eo qd fueris, si itelligas qd mereris. Igitur de beneficiis innumeris diuina i te pietate collatis,elige qd libuerit unū, hinc tuū cōpensari totū non poterit meritū. Cæte rū obtunditur sensus,confunditur ains,spūs pturbatur,ut ab hoie deus noscatur,nec humana poterunt pensari obseqa, si diuina beneficia cōpares:& tamē de illo loquimur,q semet peccare nō patitur, q̄ iudicium suæ mentis examinans cōtendit,ut placeat:ut promereatur, instat:ut seruiat,elaborat. Cę
C terū quę peccare delectat, aut propria mētis segnitia,aut incōsiderati actus, aut uanitas uitę sic man cipat uitiis, ut sit materia delictorū minister culpa rū, seminariū peccatorū, ita ut in se duplex scelus, & geminū crimen admittat, & qd debita domino seruitutis nō reddit obsequia,& qd innumera bene ficia peccādo eius pēsare nititur cōtumelia. Quare nitatur iustus merita propria beneficiis cœlestibus coęquare,nitatur & peccator uitia q̄ exercebat hor rere. Ille incrementis sanctę uitę increscat, hic pctā dānando,iustitiā quā nō amabat,exerceat. Ille bonis tribuat salutare exēplū, hic malis ostendat cor rectionis remediū. Ille præmia meriti sancti expecter,hic supplicia semet corrigendo declinet. Sic fit ut & iustus gloriā bene uiuēdo acquirat, & peccator correctus indulgentiā diuina pietate percipiat.

[Idem tractatur loco superius inducto.

Diui Ioannis Chrysostomi de Adam & Heua, homilia. Incerto interprete.

Psa. 32. b. Gene. 2. a Ubidem. d d Eus institutor mundi, oia ex nihilo faciēs. q̄ dixit,& facta sunt:mādauit,& creata sūt: fecit cœlū & terrā,& oia q̄ in eis sunt. Perfectis oibus atq; ordinatis, fecit hoiem ex limo terrę, sibilauit in aīam uiuentem, & factus est homo. Et ne solus habitaret in terra,fecit illi adiutoriū: euulsa costa è latere, impleuit carnē:applicuit ad Adā, ut ei nomē imponeret. Tanta fulgebat in ruditate primi hominis gratia, ut nomē illi imponeret,& futura prophetaret,dicēs, Hoc nūc os ex ossib. meis, & caro de carne mea: pp hoc uocabitur Heua, id est,mater uiuorū. Erantq; ij hoies. s. masculus & fœ D
mina nudi in paradiso,& non cōfundebātur. Vbi simplicitas regnabat,malitia ibi locū nō habebat. Deus p̄scius futurorū,dedit præceptū,ut ex omni li gno paradisi māducarent, ex arbore dignoscentiæ boni & mali ne tangerent: & in qua die tetigissent, morte morerētur. Serpens ille diabolus uenenosa astutia sua,psuasione callida, sexū fragilē fęmineū, falsa suggerens,decepit,dicēs: Qd uobis dixit deus Gene. 3. b de arbore hac nō tangatis, ideo pcepit,ne aperirentur oculi uestri,& essetis sicut dij. Illa audiēs, & uidēs speciosum esse oculis ad uidendū,& dulcē fructū ligni ad escā,& esse uolens sicut deus. Licèt ipse inde deceptus est,qa ipse uoluit esse ut deus, dicēs, Pono sedē meā ab Aqlone, & ero similis altissimo. Esa. 14. d Ex ipso ergo ueneno malē psuadēs propinauit mulieri. Ergo tollens de fructu arboris dedit Heuę, Heua Adę uiro suo. Aperti sunt oculi eorū,& cœperūt cōfundi,qa nudi erant. Consuerūt folia ficus,fecerūtq; sibi succinctoria. Ideo ergo cōfusio facta est, qa cupiditas,q̄ est radix oium malorū,in cor eorū E
uenerat. Et ipsa transgressio pcti totū labefecit mū dū, factū alumnū peccati, qa ois qui facit pctū, seruus est peccati. Ois quoq; homo de eo natus,na 2. Pe. 2. d tus est illi obnoxius, qa ser⁹ seruū generat. Et nisi per illū liberatorē acciperet genus humanū libertatem, oēs in seruitute hucusq; detinerentur, sicut ait Aplūs, Per unum hoiem paccatum in hunc mun Rom. 5. b dum itrauit,& per pctūm mors: & ita in oēs hoies pertransiit,in quo oēs peccauerunt. Nam unde est illud,quod clamat propheta, dicēs: Ecce in iniqtatibus cōceptus sum, & in delictis mater mea in utero me habuit? De isto pctō uenit, de quo dixit uer⁹ Psa. 50. b dei cultor, hō sine querela,abstinēs se ab oi malo, Iob. 25. b cui nemo similis super terrā: Non esse sine pctō nec infantē unius diei natū super terrā. Dicit item, Grauę iugū super filios Adę,à die exitus de uentre matris eorū,usq; in diē sepulturę, q̄ est mater oium. Insuper ipse alibi dixit, Quis potest mundus esse de Iob. 14. a. immundo conceptus semine? Quid agimus? ipse ec F
ce Aplūs assumpsit personam ipsius primi hominis, ut totū obligatū in peccatis demonstraret mundū, dicens, Cōcupiscentiā nescieba,nisi lex diceret,Nō Rom. 7. b cōcupisces. Lex ergo erat, quādo audiit primus hō: Ex. 20. e Ex omni ligno paradisi edes, ex arbore autē digno Deut. 5. a. scentię boni & mali ne tetigeris. Hoc est dicere, nō Gene. 2. c. concupisces. Occasione autē accepta,pctū m p mā datū fefellit me, & per illud occidit. Itaq; lex quidē Rom. 7. b sancta,quā p̄cepit deus Adæ,& mandatū sanctū & bonū & iustū. Hoc Aplūs dicit in persona primi hominis. Quod ergo bonum est, mihi mors factū est? Absit: sed pctūm ut appareat peccatū, per bonum mihi operatū est mortē. Id est, ut diceret, Aperientur oculi uestri,& eritis sicut dij. Per hoc bonū opa Gene. 3. b tū est ei mortē, ut fiat supra modū peccator, ut ipse diabol⁹ esset supra modū peccator, ut in eo caderet pctū p mandatū. Et fortè dictur⁹ est aliqs. Ergo deus nō est p̄scius futurorū? Nesciebat posse p mādatū cadere rudē hoiem? Vnde oportuerat, ut eū p mitteret nō cū p̄cepto, sed simpliciter uiuere in paradiso, ut non pctūm committeret per mādatū. Et nos cōtra calūnias eorū hæc dicim⁹: qa deus sciuit posse tangere primū hoiem de arbore prohibita. Sed qa undiq; cōfitetur uniuersa lingua deū p̄sagū esse futurorū antęq; essent uniuersa q̄ in mūdo sūt,

G præsciuit p̃uaricaturum primum angelũ, & ipsum hoiem. Angelos ergo fecit in spiritu sine carne, p̃ceptũ dedit eis nullũ. Vnus angelus primus, q Sathahel dictus est, malignã & nephariã p̃sumptionem
Esa.14.d assumens, dixit, Pono sedẽ meam in Aquilonem, & ero similis altissimo. Et ita pro tali p̃sumptione cecidit irreparabiliter, ut angelus primus p̃cipitatus de culmine angelico, diabolus nominaretur. Ecce sine p̃cepto ita cecidit irreparabiliter, ut cõsequentes sibi hodie, hodiẽq; occidat. Sed eq̃dẽ dict⁹ est aduersarius fidei catholicæ, Et in ipso angelo præscius nõ erat, q hãc p̃sumptionẽ assumere habebat? Nos nũc respondemus ei: Oi rõne sciuit futurũ irre parabilẽ casum eius, sicut sciuit quãta bona facturus esset de malo eius. Nam tolle p̃secutores, & non erũt martyres: tolle ebriosos, & nõ laudam⁹ sobrios: tolle tenaces, & nõ p̃ferimus in eleemosynis largos. Ex cõparatione ergo prioris oboritur laus me
Gene.1.e. lioris. Deus noster faciẽs hoiem ad imaginẽ & similitudinẽ suã, dedit p̃ceptũ in creatura: id est, in arbore, eligẽs ut p trãsgressionẽ i creatura peccaret, q̃
H sine mãdato in creatorẽ offenderet. Et sicut angelus q sine p̃cepto elatus cecidit, ita & hõ si p̃ceptũ nõ acciperet, eq̃dẽ & ipse diceret, Pono sedẽ meam in Aquilonẽ, & ero similis altissimo: & caderet irreparabiliter. Prẽuidit p oia deus, quãta habuit facere bona de transgressione primi hoĩs. De ipso ergo
Rom.1.c. peccato trãsgressionis pullulant oia pctã. Cũ ergo dicitur hõ tradi desideriis suis, ex ipsa propagine fit reus: qa desertus à deo, cedit cupiditatibus, atq;
2.Pet.2.d consentit, uincitur, capitur, trahitur, possidetur. A quo.n.qs deuictus est, huic & seruus addictus est: & fit ei pctũm cõsequens p̃cedentis pœna pcti. An
Rom.1.d nõ est pctũm & pœna pcti, ubi legitur: Dominus enim immisit eis spũm erroris, ut faciãt q̃ nõ cõueniunt, sicut seducitur ebrius? An nõ est pctũm, pœ
Esa.63.d na pcti, ubi deo dicit propheta, Quid errare fecisti nos de uia tua, obdurasti corda nostra, ut nõ timeremus te? An, non est pctũm & pœna pcti, ubi dici-
Ibi.64.b tur deo, Ecce tu iratus es, & nos peccauimus: ppea errauimus, & facti sumus sicut immundi omnes? An nõ est pctũm, & pœna pcti, ubi legitur de gen-
I tibus, quas debellauit Iesus Naue, qa p dominum factũ est cõfirmari cor eorũ, ut obuiã irent ad bellũ
Iosu.10.c & Eccl. 46.a. Israel, ut exterminarentur? An nõ est pctũm, & pœna pcti, quod non audiuit Roboã rex plebem bene
3.Reg.12 c.et.2.Paralip.10.c. monentẽ? qa sicut scriptura loquitur, erat cõuersio à domino, ut statueret uerbũ suũ qd ei locutus est in manu prophetæ. An non est pctũm, & pœna pcti in quo scriptũ est, Amasiam regẽ Iuda noluisse audire regem Israel bene monentem, ne procederet
2.Paral. 25.f. ad bellum? Sic.n.legitur. Et non audiuit Amasias, qa à deo erat ut traderetur in manus eius, quoniã quæsierat deum Edom. Et multa alia commemorare possumus, in qbus liqdò apparet, occulto dei iudicio fieri peruersitate cordis, ut nõ audiant qd uerũ dicitur, & ide peccetur, & sit ipsum pctũm prẽcedentis et pœna pcti. Nã credere mendacio, & nõ credere ueritati, utiq; peccatũ est. Venit tamẽ ab ea cæcitate cordis, qa occulto iudicio dei (sed tamen iusto) et pœna peccati monstratur, quale est illud,
2.Th.2.c quod ad Thessalonicẽses scribit Apls, Pro eo quod dilectionẽ ueritatis non receperunt, ut salui fierẽt: & ideo mittit illis deus opationẽ erroris, ut credãt mendacio. Ecce peccati pœna pctũm est, utrunque claret, breuiter dictũ est, apertè dictũ est. Ab eo di- K
ctum est, cuius alia uerba in ueritatis sniam frustra hæretici retorq̃re conantur. Ergo ideo p̃dicat ecclesia catholica ubiq; diffusa debere paruulos baptizari pp originale pctũm, qa filios procreare ex p̃cepto dei uenit: cupiditas uerò q facit filios procreare, ex
Psa.50.b pœna peccati uenit. Ideoq; ille clamabat sanctissimus, & bene clamabat: In iniquitatibus coceptus sum: qa sine cupiditate nullus hoium conciptur. Bona sunt ergo cõiugia & sancta, & à deo ordinata ut crescãt hoies, & multiplicentur, & impleãt terrã. Sed qa ipsa conceptio sine carnis cupiditate nõ fit, ideo dixi de transgressione pcti: uenio in originale cupiditatis, ut baptismus paruulorũ abluat oẽ ori
Gala.5.b. ginale pctũ m. Accepta ergo gratia, crescit cũ homi nibus cõpunctus: demonstrate gratia, ex lumine sapientiæ efficitur hõ castus. Pugnat cõtra cupiditates carnis, pugnat cõtra transgressionẽ Adę: qa spirit⁹ cõcupiscit aduersus carnẽ, caro aduersus spũm. Hæc.n.inuicem aduersantur. Et ne in ipsa uita bona extollatur genus humanũ, & propriis uiribus uictoriã sibi uẽdicet, in eo qd superat affectus carnis
L æquè redarguit Apls, dicens, Gratia salui estis p fidem, & hoc nõ ex uobis, sed donũ dei ẽ. Nõ ex opi
Eph.2.b. 1.Co.4.b b⁹, ne fortè qs extollatur. Aeq; alio loco dicit, Quid habes, qd non accepsti? Itaq; & si accepisti, qd gloriaris, quasi bene uiuens nõ acceperis? Nã qs castũ
Prou.20.b. se gloriatur habere cor, aut mundũ se eẽ à pctis? Et si dixerimus, qa peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Quia qd ipse
1.Ioã.1.c. Ioã.3.c. dominus dicit, Sine me nihil potestis facere. Aeq; dixit, Nemo uenit ad me, nisi pater traxerit eũ. Item
Ibid.6.d dixit, Non oẽs capiũt uerbũ, sed qbus donatũ est:
Mat.13.b æquè dixit, Cõfiteor tibi domine pater cœli & ter-
Mat.11.b ræ, qa abscondisti hęc à sapientib⁹ & prudẽtibus, &
Lu.10.b reuelasti ea paruulis. Ita pater qa sic fuit placitũ ãte
Mat.13.b te Itẽ dixit, Vobis datũ est nosse mysterium regni dei, illis autẽ nõ est datũ, Sed ne aliqs dicat, qd nõ accepi, qd à me exigit deus? nõ habet excusationẽ, quia ois accipiens gratiam, iam in eadem gratia accipit & lumẽn. Quod si malè fecerit, aſsignet sibi: si autem bene fecerit, aſsignet deo, à quo uenit oẽ donũ optimũ, & lumẽ perfectum. Cùm.n.sanctæ ple-
M Iacob.1.c bis sacerdotes per mandata sibimet data, legatione fungũtur, apud diuinã clementiã, humani generis causam, totamq; secũ ecclesiã aggregantes, atq; congemiscentes postulãt & p̃cantur, ut infidelibus donetur fides, ut ab idololatria & impijs errorib. libẽtur, ut Iudęis ablato cordis uelamine, lux ueritatis appareat, ut hęretici catholicę fidei p̃ceptiõe resipiscãt, ut schismatici spũ rediuiuę charitatis accipiant, ut lapsis pniæ remedia cõferantur: catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis, cœlestis misericordię aula reseretur: Hęc nõ inaniter à domino peti, rerũ ipsarũ monstrat effectus: quãdo quidẽ ex omni errorum genere plurimos dignatur deus attrahere, quos erutos de potestate tenebrarũ
Colos.1.b Rom.3.d transfert in regnũ filii charitatis suæ: & ex uasis iræ facit uasa misericordię: qd adeò totũ diuini opis est se sentitur, ut hęc efficiẽti deo gratiarũ semp actio, laudisq; cõfessio pro taliũ correctione referatur. Illud ẽt qd circa baptizãdos in uniuerso mũdo sancta eccl̃ia siue sint paruuli, siue iuuenes uniformiter agit, nõ ocioso cõtẽplemur intuitu. Qd cũ ad regenerationis ueniunt sacramentũ, nõ prius fontem

uitæ

A uitę igrediũtur, q̃ exorcismis & exufflationib. clericorũ spũs ab eis immũdus abigatur, & deiceps uasa
Psal.67.d & Ephe. 4.b. eius eripiãtur, i possessionẽ trãslata illius uictoris, q captiua duxit captiuitatẽ, dedit dona hoĩb. His ergo eccl̃esiasticis regulis & diuina sũptis authoritate documẽtis, ita adiuuãte domino, cõfirmati sum⁹, ut oium bonorũ effectuũ atq; operũ, & oiũ studiorũ, oiumq; uirtutũ, qbus ab initio fidei ad deũ tẽditur, deũ profiteamur authorẽ, & nõ dubitem⁹ ab ipsius gratia oia hoĩs merita prouẽire p quẽ itẽ fit, ut aliqd bõi & uelle iueniamur, & facere. Quo utiq; auxilio & munere dei nõ aufertur liberũ arbitriũ: sed liberatur, ut de tenebroso lucidum, de prauo rectũ, de lãguido sanũ, de iprudẽte sit prouidũ. Tãta enim ẽ erga oẽs bonitas dei, ut nostra uelit eẽ merita, q̃ sunt ipsius dona. Et pro his quę largitus ẽ, ęterna
3.Ioan.b. pmia sit daturus. Agit qppe i nobis, ut qd uult & uelim⁹, & agam⁹. Nec occiosa in nobis esse patiatur, q̃ exercẽda, nõ negligẽda donauit: ut & nos coopatores gratię dei sim⁹, & i his q̃ i nobis ex nostra uideri
B m⁹ remissione lãguere, ad illũ solicitè recurram⁹, q
Matt.6.b sanat oẽs lẽguores nostros. & redimet de ĩteritu uitã nostrã, cui quotidie dicim⁹, Ne iducas nos i tẽtationẽ, sed libera nos à malo. Profundiores uerò difficiliores q; partes incurrẽtiũ q̃stionũ q̃s latius ptractarunt, q hęreticis restiterũt, nõ necesse habemus astruere: qa ad confitendã gratiã dei cuius opis digni, nihil penit⁹ subtrahẽdu est. Satis sufficere credimus qcquid secũdũ prędictas regulas aplica scripta nos docuerũt, ut prorsus nõ opinemur catholicũ, quod apparuerit præfixis sententiis esse contrariũ.
Qe.2.et 3

Dini Ioannis Chrysostomi de Genesi, & interdictione arboris ad Adam, sermo.

Incerto interprete.

Vbetur Adã de iterdicto arboris fructu nõ
i tãgere, iubetur ab uni⁹ ligni nascẽtib. absti
nere: una arbor excipitur, sed uniuersę diuinitus tribuũtur. Pars subtrahitur, sed totũ qd de⁹ serat, famulatur. Idẽ prohibet, q cũcta cõstituit: idẽ impat, q uniuersa donauit. Qui dedit, adimit: q plãtauit, subtrahit: q cõdidit, interdicit. Sed dicet aliqs: Vt qd plãtauit, q interdixit? Nõ. n. debuit interdice
D re, q plantauit, cũ posset nõ plãtare, q interdicturus fuisset, ne frustra interdiceret, qd plãtaret. Quasi bonũ. n. plãtauit, & quasi nõ bonũ iterdixit: cũ posset nec plãtare, nec iterdicere, ne plãtatio & interdictio quęstionẽ aliquã haberet. Sed q mouetur: qrat: & q quęrit, oret ut ueniat. Et q inuenit, cũ dei metu qd inuenit, exerceat: ne arrogãtia turbet, quod dei pietas reuelauit. Igitur propter hoc & plãtauit, & interdixit: ut posset esse, p qd uolũtas hominis monstraretur. Dat mãdatũ, ut probet obseqũ: iponit legẽ, ut exploret hominis uolũtatẽ, infinuat pceptũ, ut eius noscat arbitriũ. Stabat ergo arbor in medio, hoĩnis uolũtatẽ explorãs. Explorabat. n. an hõ dominum cõminantẽ, quã diabolũ psuadentẽ audiret. Non enim in arboris fructu, sed i hoĩnis contẽptu mors ipsa pẽdebat. Stabat & hõ inter dominũ & hostẽ, iter uitã & mortẽ, inter interitũ & salutẽ. Nunc deus cõminatur, ut saluet: nunc serpẽs psuadet, ut uexet. Nunc p deũ, scueritas uitã: nunc p diabol⁹, blandi
E tia mortẽ intentat. Et utiq; (proh nephas) minatur de⁹, & cõtẽnitur: psuadet diabol⁹, & auditur. Apud deũ ẽ scueritas, sed benigna: apud diabolũ aũt blãdimẽto per
nociua. Deniq; diabolus aut blãdimẽto per suadet, ut noceat: aut crudelitate deterret, ut pdat. Sic. n. deus Adã cum diabolo certare uoluit, sic eũ uictoriam ppetrare optauit: ut maiora pmia uictor accipet, quã acceperat à deo formatus: ut q sine certamine mũdũ possederat, post certamẽ regna cœlestia possideret. Fuerat. n. cõdignũ, ut talis circa creatorẽ homo fuisset, qualem se eius creaturã agnosceret: ut parẽret deo, qui illi cũcta parẽre p ęcepat: seruiret domino, q illum dominũ mũdo effecerat: certaret cũ hoste, ut inimicũ deui ceret: deniq; præmia deo reddẽte pciperet. Torpescit. n. uirtus, ubi certa men defuerit: & facilẽ hostis malitia coalescit, si pigrescat aius repugnãtis. Sine labore autẽ uicitur inimicus, si sit, q dimicat uigilans & intẽtus. Adeò roborantur uires exercitatione frequẽti. Cęterũ labo
F ris desidia, i solescit hostis sęuitia. Inimic⁹. n. citò deuincitur, si q dimicaturus est, prẽlia meditatur. Nemo. n. unquam non solicitus hostẽ deuincit: nemo sine certamine uictoriã ppetrauit. Adã. n. protoplastus nec studuit seruare iussa, nec uigilauit, ut serpẽtis malitiã prẽcaueret. Simplex tãtùmodo fuit, astu
E tus cõtra diabolũ non fuit. Dũ enim diabolo psuadẽti, quã domino cõminãti cõsensit: sic & uitãquã habuit, pdidit: & mortẽ quam ignorabat, accepit. Dignè qdẽ homo delapsus in mortẽ est: q & dominũ prouidentem contẽpsit, & diabolo nocenti consensit. Nemo itaq;, nemo protoplasti culpã i deũ cõuertat: nemo cõtẽptũ hominis deo genitori adscribat. Diabolus. n. persuadere homini potuit: assentiẽ di uoluntatem dare non potuit. Nã manifestũ deũ Adam noluisse peccare, qui uoluit eũ ante delictũ prestruere quia & Adã potuit serpentem cõtemnere, q deo noluit obedire. Potuit Adã et deo parẽre, quod noluit, qui consentire diabolo maluit. Vtrũq; eni in sua habuit potestate, & deo parẽre qd noluit: & diabolo nõ cõsentire, qd uoluit: unde & uitę glã pdidit, & mortis periculũ acquisiuit. Sed deceptum Adã & diaboli fraudibus circunuentũ clementissimus liberat deus: ut p Christum credendo accipet, quod p diabolũ contemnendo amiserat: & quibus modis mors in seculum uenerat, iisdem modis uita seculo proueniret. Lignũ. n. p Adã operatũ est mortẽ: lignũ per Christũ operatũ est uitam. Et quẽ diabolus psuadendo deiecit, eũ dominus liberãdo sal
F uauit. Sed diuersis tẽporibus ista oia gesta sunt, principio & fine, initio & ultimo, primo & nouissimo, i exordio & supmo. Seruit⁹ initio, libertas i ultimo: luctus principio, gaudiũ i postremo: i primo mors, in nouissimo uita: in exordio interitus, glia in supremo. Per Adã & Christum, p Heuã & Mariã, per serpentẽ & angelum. Mors per Adam, uita p Christũ: Heuam serpens seduxit, Maria Gabrieli cõsensit: sed seductio Heuę attulit mortẽ, consensus Marię pepit à seculo saluatorem. Restauratur per Mariã, quod p Heuã parierat: per Christũ redimitur, quod p Adã fuerat captiuatũ: per Gabrielem promittitur quod per diabolũ fuerat desperatum. Deniq; peccatũ abo letur per Christũ, quod per Adam fuerat antè cõtractum. Redditur per Mariã uita, quę p Heuam fuerat interẽpta: Adeò nunc effectus est hõ ex reo iudex, ex abiecto filiꝰ, ex hoste amicꝰ, ex aliẽo proximꝰ, ex mortuo suscitatꝰ: ut iã angelos iudicet, q ab angelo fuerat iudicatꝰ. Vnde cœlestia iã & terrena lætatur: qa redimit Christꝰ, quẽ captiuauerat diabolꝰ: uiuifi cauit deꝰ, quẽ occiderat inimicꝰ: reducitur ad para-

G disũ uictor,quẽ uictũ de paradiſo ſerpẽs eiecerat: aſcẽdit in cœlũ,unde hoſtis nocendo deiect⁹ eſt:p rimitur ſententia diabolus,qua hominem iãdudũ peremerat:recepit gloriã Adam, quam per hoſtem amiſerat:gaudent ſancti omnes,quia redempti triũ phant, quòd & hoſtis perierit diabolus: & quod Adam,qui perierat,diuina ſit indulgẽtia reſtitutus. [Habes nõnihil ĩ vlt.tomo ad pplũ Antiochenum.homilia. vij.ſup illud Gene.cap.3 b. Adã ubi es?et ibidẽ homilia ſeq. nẽpe octaua,ſup illud, Deãbulabat deus in meridie ĩ paradi.

De lapſu primi hominis, homilia. Incerto interprete.

Eus ſine initio ſẽpitern⁹,ſine fine ppetu⁹,p
d ſcius oĩum futurorũ,nõ ab initio aliqd fa-
cere ĩchoauit,qd anteã non diſpoſuerit:ſed
ita oĩs creatura ĩ ei⁹ fuit diſpoſitione,ut initiũ ea q̃
facta ſunt ĩ deo nõ habeãt qa ſemp fuit ĩ dei diſpo-
Pſa.103.a ſitiõe,qd poſtea factũ ẽ in opatione.Fecit ergo de⁹
angelos miro,& ineffabili mõ,dicẽte propheta. Qui
facit ãgelos ſuos ſpũs,& miniſtros ſuos ignẽ urẽtẽ,
Factis ergo angelis,p̃ceptũ eis nullũ dedit . In qbus
H angelis Sathahel angelus pricipatũ tenebat . Hic ex
Eſa.14.d. defectu boni fecit initiũ mali,qa malũ de⁹ nõ fecit.
Ergo q̃do ei obortũ eſt,ut diceret,Pono ſedẽ meã ĩ
Aqlone,& ſimilis ero altiſſimo: receſſit à bono, ut
Gene.1.c. faceret,ut dixi,initiũ mali.Pro tali errore & tyrãni-
ca pſumptione p̃cipitat⁹,cecidit irreparabiliter.De⁹
q̃uẽ p̃ſci⁹ futurorũ,fecit hoiem ad imaginẽ & ſimi
litudinẽ ſuã,dans ei p̃ceptum,p̃uidẽs de eius trã-
greſſione quãta bona factur⁹ eſſet.Nã tolle pſecuto
res,& nõ erũt martyres:tolle cõgerie malorũ,& nõ
erit plenitudo uirtutũ:tolle adulterij amatores, &
nõ erit pfectio caſtorũ.Ergo ex cõparatiõe malorũ
Eſa.14.d fit la⁹ bonorũ.Quòd ſi ei p̃ceptũ nõ daret,ſine du-
bio & ipſe diceret,Pono ſedẽ meã in Aqlone,& ero
ſimilis altiſſimo.Ergo dedit ei p̃ceptũ in arboris
creatura p̃ſcius qa etiã exinde tangere habuit.Ele
git dato p̃cepto,ut peccans in creaturam eſſet un
de ſanaretur,q̃ nõ dato p̃cepto ſuperbia elat⁹ita ca-
Ioan.8.f. deret,ut non eſſet p quod repararetur. Pr̃eterea ille
calid⁹ ſerpẽtina cogitatione diabolus ĩ ſpecie ſerpẽ
tis aſſumes mẽdaciũ.Quia ſemp & ab initio mẽdax
I fuit,uenit ad fragilẽ ſexum, rudem & incautum,di
Gen.3.a. cẽs ei: Quod uobis dixit deus,nolite tãgere ex iſta
arbore:ideo uobis hoc dixit,ne apirentur oculi ue
ſtri,& eſſetis ſicut dij . Et decerpſit de fructu arbo-
ris,& dedit mulieri.Et uidit mulier, qa ſuaue eſt li-
gnũ ad eſcã & ſpecioſũ oculis ad uidẽdũ,& cõedit,
& dedit uiro ſuo.Et utriq; mãducauerũt,& apti ſũt
oculi eorũ.Quaſi antè clauſi erãt, anteq̃ de arbore
prohibita tãgerẽt.Patebãt,ſed in bono, clauſi erãt
ad cõcupiſcẽdũ malũ:q̃do tetigit,aperti ſunt oculi
ad cupiditatẽ,& facta ẽ ex ea cupiditate cõfuſio,ita
ut folia fic⁹ cõſuerẽt,& coopirent uerenda ſua. Et i
iſto trãsgreſſionis peccato in lumbis eius tot⁹ eſt ui
tiatus mudus,& i illo peccato primi hominis facta
est de una cupiditate trina cupiditas:ita ut oẽ qd
1.Ioan2.c. eſt in mundo,ut ait Apoſtol⁹,cõcupiſcentia ſit uen
tris,quod eſt lignũ ſuaue ad eſcam :concupiſcentia
oculorũ,qd eſt ſpecioſum oculis ad uidẽdũ:& am
Rom.5.b. bitio ſeculi,quod eſt eſſe,ut deus.Ergo qa p unũ ho
minẽ peccatũ in hunc mundum intrauit,& p pecca
tum mors,& ita in oẽs homines pertranſiit,in quo
oẽs peccauerunt.Quia ſicut in Adã omnes moriun
tur,ſic& in Chriſto oẽs uiuificabuntur.Aduenien
ergo domin⁹ noſter Ieſus Chriſtus,uoluit ſanare la
bẽ primi hoinis,ĩ quo pricipale peccatũ ceciderat.
Nã cùm ieiunaret quadragita dieb.& quadraginta K
noctibus,cũ eſuriret,diabol⁹ acceſsit tentare eum *Mat.4.b*
æſtimãs qd ſicut primi hoinis rudimẽta deceperat,
ita Chriſtum deiiceret. Nã q tentat, ad perfectum
neſcit qu'd ſit uerum.Credo,apud ſe dicebat inete
ratus:Iſte quis eſt,q uenit nõ per regionẽ meã? ego
cupiditatẽ in amplexu maris & fœminæ niſi, iſtũ
uideo naſci quo nullus hominũ natus eſt.Ne fortè
ipſe ẽ Chriſtus,de quo ora prophetarũ in toto mũ
do clamitarunt:Accedo,tento eũ.Aut iſte eſt ut pri
mus homo,& decipio eũ:aut ſi ipſe eſt Chriſtus cõ
fuſus recedo.Intantũ dubi⁹ erat qs eſſet, ut diceret,
Si filⁱ⁹ dei es,dic ut lapides iſti panes fiant.Et ille ut *Mat.4.a*
deiiceret tentationẽ eius,& ſanaret primi hoĩs pec-
cata,quę ẽ cõcupiſcẽtia uẽtris,repulit eũ, dicẽs:Nõ
in ſolo pane uiuit hõ,ſed ĩ oĩ uerbo quod procedit
ex ore dei.Secũda itidẽ tẽtatio oboritur,ita ut leua
ret eũ in montẽ excelſum ualde, oſtendes ei oĩa re
gna mundi,& ait ei:Hęc oĩa tibi dabo , ſi proſtrat⁹
adoraueris me. Hæc tentatio dicitur cõcupiſcentia
oculorũ.Et ille repellẽs etiã iſtã tẽtationẽ,ait,Vade *Deut.6.c*
retro ſatana,ſcriptũ ẽ:Dominũ deũ tuũ adorabis, L
& illi ſoli ſeruies.Tertia ĩ elatione,qd ẽ eſſe ut de⁹, e
ambitio ſeculi:eleuauit eũ ſiſter ĩ pinnã tẽpli, & ait
ei:Mitte te deorſum,qa angelis ſuis mandauit de te, *Pſa.90.c*
ut cuſtodiãt te in oĩbus uĩs tuis:ĩ manibus tollẽt
te,ne q̃ndo offendas ad lapidẽ pedẽ tuum.Et reſpõ
dit ei domin⁹.Nõ tẽtabis dominũ deũ tuũ.Ecce tri
nã tẽtationẽ iſtã uicit ſaluator mundi , ubi primus
hõ peruerſa ſuaſione malè deceptus erat.Nam quo
ille deceptus eſt,q ſuaue lignũ ad eſcam oſtẽdit: ſic
Chriſt⁹ uicit,dicẽs:Nõ in pane ſolo uiuit hõ, ſed in
oĩ uerbo qd procedit ex ore dei.Ille ſpecioſum pu-
tauit oculis ad uidendũ,Chriſtus regna mũdi & di
uitias contemnẽs,uicit in quo ille uictus eſt.Quod
illi perſuaſit eſſe,ut deus , hoc iſti dictũ eſt:Angelis
ſuis mandauit de te,ut cuſtodiant te in omnib.uiis
tuis,in manibus tollẽt te,ne quãdo offendas ad la-
pidem pedem tuum.Iſta omnia facta ſunt in primo
homine decepto,ut impleretur quod ait Apoſtol⁹: *Ro.5.b*
Vbi abundauit peccatum ,ſupabundauit & gratia. M

De lapſu primi hominis, Sermo. Incerto interprete.

Emo q neſciat principiò hominẽ ſic à deo
n plaſmatum,ut iſtrueretur prudẽtia, cõſilio
formaretur,rationis capax diuina prouidẽ
tia redderetur.Inſtrueretur,inq̃,prudentia, q̃ hoſtis
calliditatẽ uitaret:cõſilio,quo ſalutaria ac recta pq
reret:ratione,q̃ deo genitori parendũ eſſe cognoſce
ret.Etenim dominus deus uidens hoiem quẽ fece-
rat innocentẽ,inſtruxit,monuit,& armauit:qppe q
cũ diabolo fuerat pugnatur⁹,uelut qbusdã armis,
hoc eſt,prudentia,cõſilio,ratione fuerat inſtruẽd⁹.
Addit pterea legem,qua dei uolũtatẽ agnoſceret,&
qd contemnenti euenire poſſet,addiſceret. Quiqdẽ
hõ incautus,dum diabolo pſuadenti,quã deo iu-
benti cõſenſit:ſic & uitã quã habuit pdidit, & mor
tem quã ignorabat accepit.Stabat Adã inter uxorẽ
& diabolum,inſer Heuam & hoſtẽ,inter mulierem
& ſerpentẽ:diabol⁹ pſuadet ut noceat,Heua cõſen-
ſerat ut pareat:diabol⁹mulierẽ aſtutia falledi circũ
uenit,mulier icauta ſerpẽtinũ uiri⁹ accepit. Diabol⁹
quòd p ſe non potuit,p uxorẽ Adã protoplaſtũ cir
cõuenit:Adã uerò p uxorem inuenit interitũ , quã
à deo acceperat in auxiliũ . Proh dolor proſperà in
contraria cedunt,utilia perniciem operãtur. Deniq;

A plus Adã domeſticis, q̃ inimici iaculis læditur , pl⁹
proprio q̃ hoſtili enſe pimitur, pl⁹ mulieris q̃ exter
no gladio uulneratur. Acceſsit.n.ſerpẽs ſubtilis ut
falleret,& acceſsit nõ ut uiro ſed ut mulieri ſerpẽtiũ
uir⁹ ĩfligeret.Acceſsit,iquã,ut uni⁹ cõſenſu utriq; no
cere potuiſſet.Soli pſuadet,qd ambob. obeẽt,utiq;
obfuit,qd uni⁹ aĩum malicia ſerpẽtis ĩfecit . Deniq;
cõſenties mulier , talis circa uirũ extitit q̃lẽ circa ſe
malicia ſerpẽtis ĩuenit, adeo pſuaſa ẽ,& pſuaſit: iſe
cta ẽ,& ifecit:decepta ẽ,& decepit. Quę qdẽ mulier
feritur ſnia duplici, altera propria , altera cõmuni:
propria,qua filios pãrere in dolore p̃cepta ẽ:cõmu
Gen.3.c ni,qua cũ uiro morti addicta ẽ. Altera qa ſerpẽti aſ
ſenſit,altera qa marito pſuaſit . De cõſenſu.n.mor-
tis ſniam icidit:de pſuaſu, ĩ dolore filios pãrere me
ruit. Hãc igitur ſniam,& q nõ nouit, dũ patitur di-
ſcit:& q neſcit,dũ expũgitur ſentit:& q ignorat, dũ
expitur agnoſcit.Proh nefas p̃ceptũ domini cõtẽni
B tur,& pſuaſio ſerpẽtis auditur: deſpicitur de⁹ proui
dẽs,& ſerpẽs auditur decipiẽs . Spnuntur ſalutaria
moĩta,& recipiũtur uẽenata colloqa. Vnde addici
tur hõ ex cõtẽptu morti , q maluit obedire ſerpẽti.
Spoliãtur gl'ia,dignitate priuãtur, facti ſunt qd nõ
erãt,dũ amittũt qd fuerãt . Adeò gaudet ſerpẽs ppe
traſſe qd uoluit,lętatur hoiem amiſiſſe qd optauit:
exultat malicię affect⁹hois deceptionẽ iplee,& ne-
ſcit ifœlix uulneratũ ſemet,dũ uulnerat:trucidatũ
dũ trucidat:dũ hoiem pimit,ſeipm eẽ perẽptũ. Cõ
triſtat⁹ ẽ de⁹ hoiem ſniam mortis meruiſſe q̃ uitã,
meruiſſe iteritũ q̃ ſalutẽ, gliam cõtẽpſiſſe q̃ mortẽ:
ſed tamẽ pl⁹ malicia ſerpẽtis, q̃ hois cõtẽptu cõmo
tus ẽ:pl⁹ fallacia diaboli , q̃ hois p iuidia dẽptauit:
adeò domin⁹ de⁹& ſeuitia execrat⁹ ẽ hoſtis,& casũ
miſerat⁹ẽ hois. Crudelitatẽ hoſtis exhorruit,& dce
ptũ hoiem paterna pietate cõdoluit:inimici atroci
tate pmot⁹ ẽ,& hoiem clemẽter doluit,q decept⁹ ẽ.
Ibidẽ. b Deniq; dominus deus,Vbi es,inqt, Adã ? Ad cõfeſ
ſionẽ prouocat,dũ interrogat.Vult eum fateri pec-
catum,dum ab eo inquirit admiſſum. Quærit mi-
C ſereri,dum cum reo de culpa colloquitur . Veniam
cogitat,qui cauſam cõtemptę legis incuſat. Obiur
gat culpã,ut poſsit retribuere ueniã,ut quos forma
re inſtruendo non potuit,eos poſsit cõfitendo pur
gare.Accipiũt induméta pellicea, ut q confeſsi iam
delictũ fuerãt,ueniã cultus humilitate perciperẽt.
Oſtẽdit domin⁹qb.officijs poſsint delicta purgari
oſtẽdit cõfeſsiõe,& deformitate cultus ueniã poſſe
facillimè impetrare.Vt.n.cõtumacia eſt cælare, qd
deo teſte cõmiſeris:ſic periculoſum ſi ſplẽdore cul
tus,aĩ inocẽtiã mentiaris.Nemo itaq; nemo pecca-
tor uitia deſperata lętitia cõtegat,nemo infect⁹ de-
lictis,aĩo diſſimulatiõis uirus ĩfundat.Aĩ uitia, cor
poris mœrore mõſtrẽtur. Si uexat⁹ eſt aĩus , lugeat
corp⁹:quoniã quoties corp⁹ ĩ cã eſt , aĩus mœſtitia
cõdoleſcit.Certè corporis uitia ſine aĩ ſcim⁹ cõpaſ-
ſione eẽ nõ poſſe,aĩ uitia ſine corporis cõpaſsione
nõ priuari:pariter cõtriſtẽtur, ut ueniã pariter cõſe
quãtur:quoniã utroſq; ſil'aut beneficio foueri, aut
iniuria uexari necẽ ẽ.Nec.n.aliud hõ ẽ,q̃ corporis
aĩq; cõcretio.Hęc.n.duo quãtũ definitionib.diffe-
rũt,tantũ hoiem,dũ iungũtur,efficiunt.Vt.n.in ui
ta ſeparari nõ poſſiunt,ita nũq̃ boni maliq; meritò
ſeparãtur.Vt.n.non pòt à corporis bonis aĩus ſepa
rari,ita ab aĩ malis copus nõ pòt diſſociari.Si enim
in dei iudicio utræq; ſubſtantiæ aut ſupplicio , aut

pmio cõpungẽtur:cur nõ & in iſto ſcło pariter aut D
mœſtitia,aut lætitia pfruuntur ? Vnde tibi xp̃iane
excuſatio nulla eſt,q poſt ſeruitutẽ liberat⁹ es,poſt
captiuitatẽ redẽptus,poſt uexationẽ curatus , poſt
interitũ reſtitutus:habes in mõitis qd exerceas,ha
bes exẽpla q̃ timeas.Adã.n.nec fallacia diaboli no
rat,nec decepti cuiusq̃ cãm deſteuerat . Qui quidẽ
forſitã poſſet euadere, niſi prior cũ hoſte dũ cõffi-
git,occũberet.Te ĩã inſtituit dominus,tibi geſtorũ
exẽpla propoſuit.Ecce,inqt ſan⁹ fact⁹ es,noli iã am- *Ioan. 5.a*
pli⁹peccare,neqd tibi deterius fiat.Noli,iqt,pecca-
re poſt ueniã, noli uulnerari poſt curã , noli ſordi-
dari poſt gratiã.Cogita,iqt,ô hõ grauiorẽ culpã eẽ
poſt ueniã, renouatũ uulnus pei⁹ dolere poſt curã,
moleſti⁹ hoiem ſordidari poſt gratiã. Quare indul
gẽtię ĩgratus ẽ , q poſt ueniã peccat:ſanitate ĩdign⁹
eſt,q ſemetipſum poſtq̃ curat⁹eſt,uulnerat:nec mũ
dari meretur,q ſeipm poſt gratiã ſordidat. Porrò q
poſt abſolutionẽ nõ peccat, meretur & pmiũ : qui
poſt curã cautˢ ẽ, ſanitatis poſsidet donũ : q gratiã
illęſam tenuerit,ęternitatis accipiet regnũ. Graue ẽ E
enim hoiem inſtructũ delinquere,grauiⁱ⁹ abſolutũ
peccare. Seruo peior ẽ q patronũ poſt datã liberta
tẽ offendit.Beneficiis ĩgrat⁹ ẽ, q datorẽ tumoris ar
rogãtia deſpicit. Quare aut ſalutẽ de exẽplo acgre,
aut de conſortio ſilem ſniam metue,ne ſeuerũ ſen-
tias iudicẽ qui benignum cõtempſeris perſuaſorẽ.

Diui Ioannis Chryſoſtomi,de Adã, Sodomitis, Achab,& pœnitentia, Sermo.

Voties mecũ tpis curſum,uitęq; huius quo
q tidianũ deſtuxũ recogito,uitæ lõbi tragœ
dia mẽtẽ meã ſubit,quã ipe de ſemetipõ in
ſuis calamitatib.declamabat.Vita mea, inqt,curſo
re leuior.Nã curſor interdũ diuertit,ſed curſus uitę
curſor ẽ,nõ regeſcẽs. Quis nõ miſeretur eorũ , q p *Iob.9.c.*
hui⁹uitę ſpatiũ de anguſtia uitę, & qd q̃ſi in morte
ſint,diſputant:& nõ cogitãt, qd in uſurã uitã acce-
perint, ut ſorte p̃ſentis tpis futuras diuitias lucrifa-
ciãt , & nec ſaltẽ uel hac doctrina utũtur?Fœne-
rator loganimis qdẽ eſt, ĩgratitudinẽ aũt noſtrã ex
pert⁹,dur⁹.Itaq; manifeſtã qdẽ ẽ ei⁹lenitas,& uel ex F
his ſaltẽ initiis,q̃ humano generi demõſtrata ſunt,
cũ deus legẽ dedit primo hoĩ, & legislator ab illo
contẽptus eſt,nõ fulmine illũ ultus eſt,nõ induxit
quã minatus eſt ſententiã:ſed ſinxit q̃ſi indignabũ
dus ſtrepitum, ita ut Adã celeris fugæ tps haberet,
interrogationisq; act⁹ inſtitueretur.itaq; cũ i media
fuga eſſet,adſtans deus clamabat: Adã ubi es?Siſ'at *Gen. 3.d*
ſe nõ uidere quẽ fugarat.Vbi es? ubi imago mea pri
mũ formata? Vbi paradiſi pretioſiſsim⁹ornat⁹? ubi
manuũ mearũ artificiũ? ubi imago regni mei nup
depicta? ubi nũc familiaris me⁹amic⁹? Cõparere nõ
audẽrẽ aiat,mortuũ ad uerba adhortatur.Cogitur
uocãs,ut reſpondeat.Palpat uoce q̃ſi febre laborãtẽ
ut dicto morbo , ualetudinario ſe cõmittat . Noie
uocat occultatũ,ut uocatiõis mãſuetudine aietur,
& timore mortuus cogitatiões refocillabũdas aſſu
mat. Adhuc mihi ſermõe cõmunicat ? adhuc uoce
me dignatur?adhuc me ut pater aduocat,& ut pu
ricatorẽ nõ pdit in iudicatũ ? Nõdũ implet ſniam,
quã anteà minatus eſt,ſed dat reſpõſis locũ? Quid
igitur manifeſtat⁹nõ reſpõdebo? Quid? nõ dicã qd
cotigit ut miſerabili? Propter hoc figura hui⁹ inter
rogationis,qua ſimulat ſe neſcire qd factũ eſt,deus
utitur : ut cum ſeipm redarguat ille , diſcat dõi ſua

G uitatẽ,à ſeipſo qdem amictus nuditate, à domino aũt tecta ei⁹ turpitudo:& qd diuinã bonitatẽ, q̃ ſe in oĩa ſecula & populos effundit, in unum tp̃s concludo? Mãſuetus.n.eſt, & etiã inimicis miſericors. Et alicubi prior ẽt occurrit, ut conciliet inimicos: & ut ament hi,q impegerãt, ſtudet artibus qbuſdã efficere. Ex multis autẽ unã hãc narrabo. Iſraelitas electos uariis miraculorũ operationibus fouebat, & p̃claros prę oĩbus mõſtrabat,omnem (ut ita dicam) creaturã pp illos alterãs, & elementorũ miniſteria mutãs,transiri faciens nauigabilia, deſſuã oſtẽdẽs petrã,p̃parãs terrã in abſorptionẽ,retrocedere faciens Solẽ ad occaſum feſtinantẽ,regulas naturæ nouas præſcribens:eaq̃ oĩa in gloriam igrati Iſraelis. Cũ uerò idolis ſeruire cœperũt,peſſimè retribuẽtes deo,habuit qdẽ ad ultionẽ fulmina, ſed natura ad mititudinẽ uergebat. Abſtinebat qdẽ ab ultione oĩum, ſed curabat ut amaretur ab his q
Hier.3.d offenderãt.Hieremiã meditatorẽ facit. Vade,iqt,& lege ſermões illos,& dices eis:Cõuertere ad me pegrinatio Iſrael,& non iraſcar uobis in æternũ. Pro-
H mittit per meditatorem & donũ, ſi obtẽperet,ut ſe cum pacem habeãt.Tantũ apud illũ eſt miſericordiæ pelagus,ſed longanimis quidẽ,ut exordiens dicebam:ingratitudinẽ autem expertus,durus: ſicut bon⁹ gratis rationẽ durã exigit,& dona ſua aufert. Dederat uitã ad uſurã Sodomitis, terrã in illorum uſus,creaturas in agriculturã conduxerat: illi aũt neq̃ mercedis,neq̃ uitæ conceſſæ curã habẽtes,diſperſũt in luxũ tp̃s, inſumpſerunt in delicias dies, prodegerũt uitã in uoluptates,luxuriæ impẽderũt uiuẽdi ſtatuta tpa. Bon⁹ aũt fœnerator adhuc ſerebat ingratitudinẽ,& mittit Lot ad eos,ut memores faciat debitorũ. Lot.n.erat pietatis memor, opib. ſuis docẽs,quãtũ debebãt deo. Vt autẽ ulcus luxu
Gene.19. rię mãſit immedicabile pharmaco lõganimitatis, cãdẽti ferro, q̃ſi putredo eguit, & oẽm ignẽ ſtatim & flammã ſuſcepit.Fumigabat cœlũ igniferũ, fluebãt ex aere ſcintillę, incendebãt fulgura qcqd tãgebãt:ſtrepebat fundamentũ tactũ,in carbones redigebãtur tecta,ſcrutatio fiebat fundamẽtorũ, fugiẽtib.occurrebat ignis,latẽtiũ ueſtigia inueſtigabat.
I Oblãbebat undiq̃ agros,pecora tota icẽdebãt, de uorabat pueros,icinerabat aduleſcẽtes, oĩum erat incẽdiũ q̃ſi lignorũ, ſpectaculũ horribile & admirabile. Ignis eructãs imbrẽ,iber caminũ manãs,flãma i flumẽ ſoluebatur, & pluuia flãma reacẽdebatur.Retributionẽ.n. erroris ſui i ſeipſis recipiebãt. Erat aũt iuſta q̃dã retributio his, q naturę ſubuertãt leges, fœminas in maſculis q̃rẽtes, ut inuertatur & i eis naturæ ordo,& fiat eis naufragiũ ex igni q̃ſi ex aqua.Id q̃ futurũ erat, igne q̃ſi ſuccẽdẽte Sodomitas,cũ nõ ſolũ hi q tũc erãt perderẽtur,ſed & loc⁹ in ppetuũ corrũperetur. Deuorat.n. omne qd uidetur.Terrę uteros pdit,tãtũ ſibi uſurpãs profundi tatis,quantũ qs fodiendo capiat. Nõ ſoli dat fundamentũ ædificijs,ita ut ubicũq̃ eſt Sodomitarũ terra non poſsit agricultura eſſe,ut pote in cineroſa terra:n q̃ domus, utpote fundamẽtũ ædificiũ nõ habẽte. Quia.n.incultas aias ad pietatẽ præbuere,qa ad uirtutem uiſi ſunt inædificabiles, ea ipſa paſi ſunt,q̃ fecerũt,& ob ſua mala cõdẽnati ſunt. Vnicuiq̃ n.deus quã ſeminauit meſſẽ reddit. Ra-
3. Reg.21 puit Achab uineã, & alienos uindeminauit labores:uidit iniuſtitiã deus, tulit miſericorditer. Nã q corrept⁹ deplorauerat,& ut lachrymauit, ueniã ob K
tiuit. Cõtẽt⁹.n.ẽ iudex miſericors & lacrhymis,ſed Achab cõuerſus ẽ ad cœnũ priſtinũ. Quid igitur,q cũ inocẽte inocẽs,cũ puerſo puertẽtes, cõuerſus e ipe i uindictã? Et uide qũo retributio pctõ par. Fi 4.Reg.10.
lij,iqt,Achab erãt ſeptuaginta uiri, & occiderũt ſeptuagita,& poſuerũt capita eorũ i corbes, & miſerũt eos i Iſrael.Profecto iuſt⁹es domine, & rectũ iu Pſ.118.f
diciũ tuũ.In Iſrael Nabutha occiſus ẽ, i eũdẽ locũ 3.Reg.21.d
occidẽtis gen⁹ occisũ miſũ ẽ i ſportis. Achab Nabuthę peccauit botris aliq̃b. i corbes cõiectis. Tale.n.ẽ pctõrũ debitũ,ut ſi ſoliciti ſim⁹, ad ſoluẽdũ leue ſit:ſin negligẽtes, erit grauiſsimũ. Totã.n.ſil mergit debẽtiũ ſubſtãtiã.No curabãt Sodomitę debita,neglexerũt quotidie:neglectu creſcẽte,creauit debitũ.Repetitiõis chirographũ auctũ eſt, fœnera pcti aucta ſunt,factũ ẽ tp̃s repetitiõis Nõ habuerũt aliq̃d in prõptu qd redderẽt, nõ erãt ſoluẽdo. Impauit dominus debiti,ut ipi traderẽtur igni,& mu
lieres eorũ,& filii eorũ, & oĩa q̃ habuerũt i ſatisfactionẽ cederẽt,Nõ.n.mẽdax Paul⁹,q teſtimoniũ pL
bet: Benignitas dei ad pniam te ducat.Scẽm duri- Rom.2.d
tiã,& cor pœnitere neſciũ,theſaurizas irã i die iudicij.Vitã laudatã agam⁹, cohibeam⁹ aię negligẽtiã, germanã teneam⁹ pietatẽ: ſpe detineamur iudicij, proba ornemur uolũtate,uitę opa opemur, theſaurizem⁹ uirtutis fiduciã, materiã gehẽnæ ne dem⁹, bonitatis ęternę oparij cõſtituamur:repellam⁹ peccatũ adulatiõis,memores ſimus domini iudicãtis peccatũ,quiq̃ reddet unicuiq̃ ſecũdum opera ſua: Gene.3.f
cui gloria in ſecula ſeculorum,Amen.

Sermo diui Ioannis Chryſoſtomi ſuper illud Geneſeos, Inimicitias ponam inter te & mulierẽ. Incerto interprete.

Hriſtiano cũ hoſte certamẽ in origine ipſa
c mõſtratur,& in ipſius mũdi exordio iuenitur,dũ diabolus ſerpẽs deceptor hoĩs,p̃uaricator,mũdi,origo mortis,delicti materia,ſeminariũ ſceleris,culparũ gen⁹ iuẽtor pœnę,uitę ablator cœleſti ſnia addicitur & iter ipm & mulierẽ,& iter utriuſq̃ ſemẽ inimicitię diuina authoritate firmãtur,ut exinde hõ ſociare cognoſcat,cũ hoſte amici M
tias nõ debere,nec fœdera cũ ſerpẽte cõiũgere,nec amoris cũ inimico cõſortia copulare.Nũq̃.n.cũ hoſte cõcordia iũgitur, niſi ip̃ator propri⁹ offẽdatur nec Impatoris aliter iuſſa ſeruãtur,niſi hoſtis decreta ſoluãtur. Vnde q amicitias cũ hoſte cõiũgit, & Impatoris uolũtate offẽdit,& inimico ſeſe ipe addicit:renũciat.n.amicitijs xp̃i,q ſe amicitiis cõiũxerit diaboli:& diabolũ habebit pditiõis authorem, q xp̃m cõtẽpſerit ſaluatorẽ.Inimicitias,iqt,ponã iter te & mulierẽ,& iter ſemẽ tuũ & ſemẽ illi⁹. Malẽ cũ hoſte cõiũgitur,q ſeparari ſnia diuia p̃cipitur; nec ſine utilitate ab inimico ſeparatur,q pnicioſẽ hoſti cõiũgitur.Duplex.n.malũ i ipo cõtẽptu cõſiſtit:qd ſeparari iuſſus ſe hoſti cõiũgit, & qd adiũct⁹ hoſti ſine piculo eẽ nõ poterit.Certẽ q̃le ẽ,ut diuerſa iſta hoĩum puerſitati cõuẽiãt,ut & charitas cũ domino fœderata rũpatur, & amicitię hoſtiles diuinit⁹ iter dictę pnicioſa cõcordia copulẽtur?Nã etſi nũq̃ nobis hoſtilis malitię nociuiſſet audacia domini tamẽ fierãt obſeruãda p̃cepta,aut ſi parẽtib.id ẽ, proto plaſtis ſerpẽs tãtũmodo nociuiſſet, & nobis nocere nõ poſſet:pro affectu,pro charitate, pro ipa deniq̃ cã naturę inimicitiis & ſiſtate parẽtũ fuerãt iniuriq̃ uindicandæ

A uidicãdæ.At cũ nos cũ parẽtib.noſtris occidit,nec ulli noſtrũ aliq̃do pepcit,cur inimicũ,cur hoſtẽ diligim⁹,cur cũ ſerpẽte antiquo fœdera illicita cõmiſcemus?Nam ſi ſeparamur ab illo,& nocet:q̃lis ergà nos eſſe poterit,ſi ei cõtra iterdictũ domini copulemur?Null⁹ inimicũ ſuũ hõ hoiem diligit:null⁹ odiẽ tẽ ſe pia benignitate aſſumit.Nã & ſi diligere inimicos p̃cipimur:tamẽ eos ut caueamus,admonemur. Tũc.n.inimicus diligitur,cũ eius blãdimẽta ſeruãtur,& iuſſa cœleſtia cõtẽnuntur.Nunq̃.n. cõtraria i punẽ iũgũtur,nec diuerſa ſine pnicie copulãtur.Vt enim neq̃ lupus agnũ,aut hœdũ pard⁹ patitur: ita nec peccator fert iuſtũ,neq̃ pauperẽ diues.Siqdem hęc aut ſeparata durãt,aut fortiora ifirma dilaniãt. Cogita hõ principia ipſa.Inde qd declines,iuenies. Nõne cũ mulierẽ interrogat ſerpẽs,& mulier ſerpẽti reſpõdeat,familiaritate ſermõis mulier affata de cipitur,& colloquẽdi cõſortio iugulatur? Cuius ſi colloqa mulier deuitaſſet,& ſerpẽs fallẽdi aſtutiã p didiſſet,& mulier mortis ſentẽtiã declinaſſet.Collo
B q̃ ſerpẽtis,uenenũ fuit mulieris.Vt.n.cõceptũ uir⁹ in fœminã colloquẽdo ſerpẽs effudit:ſic mulier uirũ pſuadendo contraria, decepit. Neq̃.n.in uirum aliud mulier poſſet effũdere,niſi qd ea cõſtat ſerpẽtis colloqo cõcepiſſe.Vnde iã cũ hoſte inimicitię cõ
ſtitutę, ut amor dei p̃ceptorũ obſeruãtia teneatur.
Ioan.1.4.b Si me amatis,inqt,domin⁹,mea p̃cepta ſeruate. Nemo ſe ſallat,nemo ſe decipiat,domin⁹ & diabol⁹ ab uno pariter amari nõ poſſũt,aut.n.diabol⁹ oditur, ut domin⁹ diligatur:aut ſi diligitur diabol⁹ domin⁹,
Luc.16.c neceſſe ẽ,cõtẽnatur.Non poteſtis duob.domnis ſeruire.Quid acturus es hõ,ſi inſtruct⁹ cõtẽpſeris, qd i origine mulierẽ iſtructã decipit:aut decept⁹,quomodo te uindicabis,q ne decipiaris,iſtrueris? Pedet edictũ,inimicitias cũ hoſte,& ſimultates cũ ſerpente firmari. Cur iungis,qd domin⁹ ſeparauit: aut cur nõ ſeparas,qd dominus iungi uetuit:aut cui tutũ ẽ iũgere,qd conſtat dominũ i origine ſeparaſſe? Adeò inimicitiarũ iſtarũ pugnã domin⁹ incõtinenti proſequitur:& certamẽ atrox inter mulierẽ & ſerpentẽ
Gene.3.c ſua authoritate p̃fatur. Nã poſtquã dixit ad ſerpentẽ,Inimicitias ponã iter te & mulierẽ,& ſemen tuũ,
C & ſemen illius:addidit,dicẽs:Illa tuum obſeruabit caput,& tu obſeruabis eius calcaneũ. Magnũ inter mulierẽ & ſerpentẽ certamẽ attendo,magnũ bellũ, bellũ diſpoſitũ eſſe conſidero, magnã ſolicitudinẽ habẽdã eſſe cognoſco.Directa ẽ inter utrũq̃ acies, paratũ bellũ certamẽ compoſitũ. Statur cõminus, propius cõſiſtitur,ab utriſq̃ intẽtio prouocatur,ut cautela adſit,ſolicitudo itẽdat,ſecuritas conqeſcat. Stat. n. mulier in procĩctu,ſerpentis caput & obſeruãs & uitãs,obſeruãs ut calcet:uitans, ut ſerpentis morſus declinet.Adeſt parat⁹ & ſerpẽs,callid⁹ & ſubtilis.Callidus,ne mulieris pede calcetur: ſubtilis,ut eius morſu incauta muler proſternatur.Hãc pugnã lętus aſpicit de⁹,libẽter attẽdit domin⁹ Chriſtus:ſi tamen illęſa mulier ſerpẽtem calcãdo deuincat.Sed hoc p̃liũ ad te iã Chriſtiane conuerte, quod mater eccleſia in filiis quotidie egerit.In cõfeſſorib.uicit, in martyribus triũphatrix exiſtit.Hac itẽtione etiã ipſi momẽtis omnib.dimicamus⁹,aſsiduè congredimur,continuati, ac jugiter pręliamur,ut cum uictoribus in Chriſto,in ęterna ſecula triumphemus.
Gene.15. & 22.

De fide Abraham, & de immolatione Isaac, ſermo. Incerto interprete.

Tomus primus.

Ides eſt religionis ſanctiſsimæ fundamẽtũ, D
f charitatis uiculũ,amoris ſubſidiũ. Hęc ſanctitatẽ firmat, caſtitatẽ roborat,dignitatẽ exornat.In pueris ſplendet,in iuuenib.floret, in pfectis apparet:gubernat ſex⁹, gradus prouehit,officia cũcta cuſtodit:in paupe grata eſt,i mediocri læta,i locupletẽ honeſta. Fides amicitias ſeruat, collegia copulat,artes cõmendat:nullũ deſpicit,nullũ cotẽnit,nulli deeſt,niſi q ei forte defuerit.Fides mãdata tenet, p̃cepta ſeruat,promiſſa cõſummat.Fides familiares efficit deo, amicos cõſtituit Chriſto.Neq̃.n. quiſquã fidei promiſſa percipiet,niſi profeſsionem actib⁹ ſeruet:aut p̃miorum poteſt cõpos exiſtere,q promiſſam fidem cõſeruare noluerit,ut iã aut ipletæ fidei merces homini recõpenſetur, aut uiolatæ pœna cõpetens tribuatur.Hui⁹ fidei Abrahã ducam⁹ exordium,q cũ i occidua conſtitutus ętate filiũ Gen.15.d
à deo promiſſum ſe crederet accepturũ,& fidei p̃ciũ in filio conſpexit,& i ſtellarum ſuã ſobolem numerum redundantem,fide cõparauit eadẽ:deniq̃ un⁹ ibidem.
filius Abrahæ exoptatur,& immenſa ei multitudo promittitur:ſolatiũ uni⁹ heredis conqritur,& innumerabilis ſoboles deſtinatur.Neſcis, inqt domin⁹, E
neſcis Abrahã qd deſtinatũ ſit tibi:ſed idcirco neſcis,qa qd merearis non reſpicis:Tantum.n.de metua meruit fides,tãtũ tua obſeqa ualuerũt,ut & qd deſideres nori, & facere quod mereris decreueris. Nãq̃ tibi naſcetur filius,cuius ſemen diffunditur in milia,ut & ſimilitudini ſyderũ coęquetur,& arenę i menſitatibus cõparetur. Credo,inquit Abrahã, domine,credo qa potes,facturũ te confido quod ſpõdes. Nec n. confectã ſenectutẽ marceſcentis meę ętatis conſidero,aut Saræ coniugis ſterilẽ, effœtãmq̃ conditionẽ attendo,ſed tuę maieſtatis potentiã tracto:nec cui talia promittantur, ſed á quo promittãtur,agnoſco.Generare.n.filios ſenilis ętas non patitur,ſed tua domine iuſsione cõpletur.Steriles filios habere non poſſunt,ſed hoc poſſe tuę uirtutes efficiũt.Natura qdẽ negat,ſed potentia iperat:ętas prohibet,ſed tua poteſtas oſtendit.Ipoſsibile qdẽ iſtud uidetur nobis,nõ tibi:homini,nõ tuę domie maieſtati:naturę,nõ deo:ſeruis,nõ domĩo. Vnde credo pater,credo domie iſtud te facturũ quod dicis, qa F
his uirtutib.cũctis gẽtib.innoteſcis. Tũc Sara cõcepit in utero,& pepit filiũ patrẽ multarũ gentiũ deſtinatum. Naſcitur Iſaac ornamẽtũ generis,parẽtũ glia,propinquorũ lætitia,familię decus,hereditatis ſpes,fidei p̃ciũ,promiſſę ſobolis teſtimoniũ.In cui⁹ natiuitate & domin⁹ promiſsũ reddidit, & Abrahã uotũ qd optauit accepit:gaudẽt oẽs,cũcti lætãtur. Fit.n.Iſaac dulcis cũ naſcitur,dulcior cũ nutritur: nec.n.poterat eſſe non dulcis,quẽ & patris fides,& propria innocentia cõmẽdabat. Fit & Sara ex ſteri li mater,fœcũda i filio,fœcũdior futura ex ipſo.Redit iuuẽt⁹ i ſenẽ,marcẽs ętas reparat i iuuenẽ,& manẽte ſenectutis ętate,iuuenilia gerũtur à matre,deniq̃ blãditur,nutrit & lectat,& conſequẽtia cõplet officia q̃ iã forſitã obliuiſceretur,ſi ſuo tpe Saræ párere cõcederetur.Tũc locutus ẽ domin⁹ ad Abrahã, dicẽs:Accipe filiũ tuũ quẽ diligis Iſaac, & uade in Gen.22.d
unũ mõtiũ,& offer mihi illũ i ſacrificiũ.Mox Abrahã tã celeriter decernit iuſsis celeſtib.eſſe parẽdũ,q̃ fuerat diuinit⁹ ipatũ. Verebatur ne uotũ mora offenderet,aut iuſsionem tarditas ipediret. Deniq̃ properat qd iuſſum eſt perficere,feſtinat quod p̃ceptũ eſt

G adimplere. Fuit.n. lætus cùm eũ acciperet, lætior cũ eum immolandum dominus postularet. Ostendit Abrahã chariſsimũ qdem ſibi eſſe filiũ, ſed multò chariorẽ filio exiſtere dominũ: nec dulcedinẽ, aut affect⁹ pignoris reſpiciebat, q iuſſionẽ ut pficeret cogitabat. Totos affect⁹ cõuertit i deũ, cui iã ſe nouerat mãcipatũ. Deniq; illã fidẽ ſeruabat in ſeſe, cùm filiũ iuberetur offerre, q̃ deũ promeruerat, cũ eum mereretur accipe. Adeſt Iſaac patri qdem ętate diſsimilis, ſed fide ac deuotione æq̃lis. Adeſt. iquã, Iſaac, q ſi qd pater diſponeret, ipſe fieri libenter optaret. Ita.n. filius paruit patri, ut pater diuinę obtemperet iuſsioni, ut de conſenſu filij pater ſecur⁹ exiſteret, & uoluntati patris ſeſe fili⁹ manciparet. Erat-n. in utriq; ue un⁹ animus, par ſenſus, & ſimilis circa deũ affectus, ut generoſitatem patris i filium trãsfuſam cõſpiceres, & innocentiã filij patri non deeſſe uideres: ut & paternę fidei particeps fili⁹ extitiſſet, & ſimplicitati filij patris ſublimitas redundaret. Qua ſecuritate Abrahã fretus, ſternit ſibi aſinã, ad ſacrificiũ ligna cõcidit, pueros ſecũ adducit. Cumq; ad ciuitatẽ uenirent: eſtote iſthic, iqt, ego & puer iſte ibim⁹ ſoli: & cũ adorabim⁹ dominũ, reuertamur ad uos. Stati pater cum filio proficiſcitur ſolus, ad quẽ idẽ filius: Pater, inqt, ligna uideo, cultrũ & ignẽ uideo, hoſtiã quã immolatur⁹ es quęro. Deſine, inqt, deſine iſtud quęrere fili, quod ſibi dominus ad horam procurabit: deſine q̃rere, quod ſibi dominus iã pũdit. Magnum pſagium promittentis, magna innocẽtia ingrentis. Iſaac hoſtia, de hoſtia patrem interrogat, ſacrificij effectus deſiderat. Quis ab eo quę deerat quęritur, ne ipſe q loqtur, immoletur. Aſt ubi ad locũ uentũ eſt, uterq; montem aſcendit. Aram pater extruit, ligna cõpoſuit, filium colligauit: Patere mi, inqt, fili, patere uotum perficere: patere, inqt, per te iuſſionẽ domini explere. Deus.n. qui te condidit, expetit: quę dedit, quęrit: q te creauit, te ſibi deſiderat immolari: non eſt enim hoc parricidiũ, non eſt crudelitatis admiſſum, qa uotũ eſt, nec tibi fili à genitore mors miſerãda ifertur, ſed utriſq; nobis ſalubriter prouidetur. Tãtò eris acceptabilis hoſtia, q̃n to libenter gl̃oſę mortis excepis beneficia. Quod iuſſus pater es, pfice, iqt, qd diſponis, cõſtãter adimple. Ego.n. nec renuo, nec recuſo: qd uolueris, uolo: qd optas, exopto: qd deſideras, & ipſe deſidero. Deniq; eo uoto iſtã mortẽ excipio, quo te eã mihi iſerre uelle cognoſco. Hęc & ſi uterq; nõ dixit, tamẽ cũcta iſta in actu oſtẽdit. Mox pater extẽſa manu gladiũ ſumit, dexterã erigit, iugulare filiũ, ſacrificiũ pficere, iuſſa domini uoluit deuotus iplere, & pẽdẽte iã atq; iminẽte mucrõe: parce, iqt domin⁹, parce fidẽ tuã q̃ſiui, non filium ut iugulares optaui: nec amabile pign⁹ tibi ſubtrahere, ſed deuotionẽ tuam uolui ptentare. Nũc cognoui qa amas dominũ magis, quã filiũ: imò magis amas filium, qa diligis dominum: qa dum non pepciſti filio pp deum, eũdẽ tecũ conſtituiſti domino gl̃oſum: q̃re te benedictionib. cumulẽ, & infinitã ſilioꝝ multitudinẽ exeo tibi prouenire confirmẽ. Stati procuratur aries, qui pro Iſaac ſanctiſsimo mereretur occidi. Nec.n. fas erat, ut Iſaac, q typum Chriſti portabat, à patre hoc in tẽpore mactaretur: qa perfecta ſacrificij hoſtia Chriſto domino ſeruabatur. Procurabatur, inquã, aries, q pro Iſaac mereretur occidi, ut promiſſũ patris de hoſtia compleretur, & perfecto ſacrificio K patri Iſaac incolumis redderetur. Tunc uterq; lętus de monte deſcendit: pater, quòd ſacrificij uotum ſaluo filio perfecerit: filius, quòd iuſſa patris libenter optaſſet. Gaudet de patre filius, de filio pater. Gaudent propinqui, familia cuncta lętatur: gaudẽt inquam, quòd & opus tantum pfectum ſit, & quod patrẽ cum filio incolumes illis dominus reuocarit.

Diui Ioannis Chryſoſtomi de Habenda cura ſalutis proximi: et quare Abram uocatus ſit Abraham, homilia.

Aud difficile foret ex conſequentia nuper
h dictorum, preſentis ſermonis ſumere proœmium: ſiquidem uobis poſsibile eſſet ſcire, quid nuper à nobis dictum, & quomodo finitus fuerit ſermo. Verùm quia plerique ex his, q nup ab fuère, hodie nõ aſſunt, & ex his q nunc aſſunt nup abfuere, cogit auditorũ uarietas, ut repetenda ſint, quæ nuper dicta. Vnde & hi, qui prius ſermonem audierunt, melius dictorum memoriam firment: & his qui abfuerunt, nõ tam damnoſum ſit abfuiſſe, ſi & ipſis innoteſcat doctrina pridem habita. Et fortaſsis dicent, qui ſemper ſunt præſentes, quòd propter illos nuper dicta non ſint reſumenda, ut hi q cum aliis conuenire contemſerunt, hoc damno emendentur, & fiant poſthac diligentiores. Equidẽ laudo, quòd fratrum doletis ignauiam, & admiror zelum. Vellem autem nos zelum temperare miſericordia. Zelus.n. uenia negans, potius furor eſt quã zelus: & admonitio miſericordia carẽs, tortura quę dam eſt: Quapropter magis uos obſecro, ne amarẽ uicinorum iudicetis peccata. Nam ſicut is q abſq; compaſsione uulnera fratrum ſpectat, nullũ inueniet q ſe dignetur uenia, ſi q̃do & ipſe peccauerit: ita qui cũ miſericordia lapſum proximi iuſtificat, ſi q̃do & ipſe ſupplãtabitur, multos uidebit manũ porrecturos. Et hęc nunc dico, non quòd uelim eorũ q rarò huc conueniunt negligẽtiã augeri, ſed qd maiorẽ, eſteriorẽmque curam noſtram erga illos cupiã, ita ut cũ ratione, & amoris affectu geratur. Alioquin & nos ſuperiorib. diebus multos & longos ſermones aduerſum illos pronunciauimus, & neq; hominum nomine dignos diximus: ſicut meminiſtis nos in hoc produxiſſe prophetas duos pcipuos cõtra illos, quorũ un⁹ dicit: Veni, & non erat hõ: uocaui, & non erat q audiret. Alius autẽ declamat & dicit: Cui loquar & teſtificabor? icircuncciſæ aures eorũ, & nõ poſſunt audire. Quib⁹ nerbis mentẽ eorũ ſatis acriter perſtrinximus, nunc uerò iterũ obſecramus. Sic.n. & Paulus iuſsit: Argue, inquit, increpa, obſecra, Neq; enim hoc ſemp ſolùm agere oportet, neq; ſemper illud ſolùm: ſed utrunque alternis uicibus, quò maior inde ſequatur utilitas. Nam ſi ſemp argueremus, impudentiores illi fierent: ſi ſemp obſecraremus, ignauiores redderentur. Quapropter & medici nõ ſolũ ſecant, ſed & uulnera obligãt: neq; ſemper amara, ſed nonnunquã & lenia pharmaca infundunt: ut p priora purificẽtur ſanies & putredo, p poſteriora autẽ mitigetur dolor. Ed idcirco & alibi inquit Paulus: fratres, ſi præocupatus fuerit hõ in aliquo delicto, uos q ſpirituales eſtis corripite illũ: conſiderans temetipſum ne & tu tenteris. Optima admonitio, pfectũ conſiliũ, quod paterna uiſcera declarat, & eius qui magnã noſtri curã gerit. Verè liguę Pauline uerba, Fratres. Satis eximio nomine beneuolũ reddidit auditorẽ: quaſi dicturus: Eiuſdẽ uteri partu & doloribus prognatus es, eundẽ habuiſti patrẽ, iiſdem alimentis educatus es, cõmuni caſti ei in natiuitate ſpũali, cognationẽ & fraternitatem hanc etiã in corrigendis proximi erratis declara. Si præoccupatus. Non dixit, ſi peccet, ſed ad genus pcti confugit, qd maiorẽ meretur ueniã. Si præoccupatus fuerit, ſi grauiter tentatus ſuccubuerit, ſi errauerit, neq; cũ q dedita opa peccauit dicit, ſed eũ qui ſtuduit bene agere, ſupplãtatus tamẽ eſt à poteſtate diabolica & uictus. Nã talis nõ tã accuſationem q̃ ueniam meretur. Si præoccupatus fuerit homo. Iterũ ad aliam ueniæ ſpeciẽ confugit, nẽ pe naturæ infirmitatem, quam noſce hominis inſinuat. Sicut & magnus Iob ueniã à deo ipetrare uo- Iob. 7. d
lens, dicebat: Quid eſt hõ qđ reputas eum, & uiſitationẽ peccatorũ eius feciſti? Sic & nos faciamus, quãdo cũ peccatore aliquo expoſtulatur, cõtinuò dicamus, Homo eſt: & naturæ recordatiõe ad miſericordiã ſtomachãtes prouocemus. Et ea de cauſa Paulus ad naturam & eius infirmitatẽ confugit, cũ dixit: Si & poccupatus fuerit hõ in aliquo delicto.

B Non ſimp̃r magna peccata dicit, quæ maiora quã ut compaſsionẽ & miſericordiã mereri uideantur, ſed parua & deordinata. Vos q ſpirituales. Is q peccat, hõ: qui uerò bene operantur, ſpũales dicuntur. Hic uirtutis uocabulũ poſuit, illic naturæ nomen dixit. Multũ autem differt homo, & ſpũalis. Vos q ſpirituales. Si ſpũalis es, oſtẽde mihi uirtutem tuã: nõ à tua, ſed mea ſalute, ſed à ſubſidio quod lapſo fers. Hoc.n. ſpiritualis eſt, non deſpicere ſua membra periclitantia. Inſtruite talem. Facite, ait, ne capi poſsit, ne certãdo defatigetur, ne pliando aduerſus diabolũ ſuccũbat. Conſiderans temetipſum, ne & tu tẽteris. Hoc ſummũ conſilium eſt, & admonitio maximè cogẽs. Etiãſi ſaxeus fueris, & audias, uerbũ hoc ſufficiet ad terrendũ, & prouocãdũ, quò feras auxiliũ lapſo. Non uis, ait, ut frater miſereri, nõ uis ut hominib. cõcedere ueniã, nõ uis ut ſpiritualis manum porrigere, cõſidera conditionem tuã: neq; indigebis conſiliario, ſed per temetipſum iacentẽ iuuabis, & à temetipo admoneberis. Quo pacto & C qũo? Cõſidera temetipſum ait, ne & tu tenteris Nõ dixit: Nam oino & tu peccabis, ne moleſtior eſſet: ſed qũo dixit? Ne quãdo & tu tenteris. Fieri.n. põt, ut pecces: fieri etiam põt, ut nõ pecces. Et qa incertum eſt futurũ, para tibi miſericordiæ ſportulas, quas illi dones, ut per illa quæ proximo impẽdis, ſi & tu aliquãdo lapſus fueris, iuenias prõptuaria cõpaſsione & miſeratione referta. Nõ dixit, n equãdo & tu pecces, nequando & tu cadas. Attendite diligẽter ad uim uerborum ſuorũ. Sed nequando & tu tẽteris, Quo ſimul indicatur, qđ habem⁹ inimicũ tẽtatorem. Et tentator non ſtatum inſidiandi tps habet. Plerunq; .n. nobis dormientibus, & negligentibus imponit: & idcirco pręoccupatus ille magis dignus eſt ut ei cõdonetur, quoniã à tẽtatore captus eſt. Nõ. n. erat ei manifeſta pugna, neq; cõdict⁹ dies belli, ſed per ignorãtiã deceptus & ſuperatus eſt. Sic naute quoq; faciunt cũ per magnum & ſpecioſum mare nauigant: licèt nauis ſecundo uento feratur, licèt oi fruatur ſecuritate, cũ tamen uiderint alios uel à lõgẽ naufragiũ facere: non ad propriã ſpectãtes utilitatem, illorũ contemnũt calamitatẽ ſed ſiſtunt nauẽ, & eiiciũt ancorã, detrahũt uela, eiiciũt funes, proiiciũt tabulas, ut ille q à ſtuctib. mergitur fortè aliquo illorũ arrepto, emergat. Imitare & tu

A nautas hõ: nã & tu mare nauigas magnũ & ſpatioſum, nempe uitæ præſentis mare, quod multas habet beluas, piratas, petras, & latẽtes ſcopulos, crebriſq; turbatur fluctibus, & in eo naufragãtur plurimi. Cũ igitur uideris nauigantiũ aliquẽ diaboli inſidiis circũuallari, & amittere diuitias ſalutis, natare i fluctib⁹, & iã ſubmergi, relictis negociis tuis, ſtatim illi⁹ prouide ſaluti. Neq; .n. morã ſuſtinet, neq; dilationẽ, q ſubmergi incipit. Igitur ſtatim accurre, & quantocyus è fluctibus eum eripe. Age & moue, qcqd ei prodeſſe credis, atq; ita ipſum ex profundo interit⁹ extrahas, etſi te plurima negocia aliorſum uocent, & trahãt, nihil ducas magis neceſſariũ ſalute ſic laborantis, Nã ſi parũper differre uolueris, pdetur tẽpeſtate rapida. Vnde in tantis periculis magna acceleratiõe opus eſt & ſtudio. Audi qũo Paulus, uiſo hoie quodam, qui in profundum rapiebatur, ſolicit⁹ & anxius erat, & alios excitabat. Valeat 2.Co. 2.b
in illũ charitas, inqt, ne fortè triſtitia abundãtiore abſorbeatur ille. Et pp hoc iubet ſtatim pbere manũ, ut ne interim dũ differimus, præuentus ille abE ſorbeatur. Curã igitur geramus fratrũ noſtrorum. Hæc ſumma uitæ noſtræ eſt. Hoc ſigno internoſcimur an xpiani ſimus, cũ nõ ſolũ q̃ noſtra ſunt ſpectamus, ſed & mẽbra noſtra peruerſa corrigim⁹ & Ioã. 13. d.
inſtruimus. Hoc maximũ idicium fidei. In hoc cognoſcent oẽs, inqt, qđ diſcipuli mei eſtis, ſi diligitis mutuum. Charitatem aũt ſyncerã declarat non cõmunio menſæ, non breue colloquiũ, non uerborũ adulatio, ſed ſtudiũ & ſedulitas in conſiderando, qd proximo conducat, ut erigatur q cecidit, & porrigatur lapſo manus, ut ante bona propria, inquirãtur quę proximi ſunt. Hęc eſt germana charitas. Nã 1.Co. 13.b
charitas non ſpectat q̃ ſua ſunt, ſed prius uidet ea q̃ proximi, quã quæ ſua. Et ego nunc non pp memet ipſum tam prolixis ſermonibus utor, ſed pp uos. Igitur & uos audite, nõ pp uoſmetipos, ſed pp alios à uobis erudiẽdos. Quippe eccleſiæ corpus per mẽbrorum cohærentiam, & mutua ſubſidia nutritur & ſeruatur: & ſicut membrũ, quod apud ſeipſum cibos oẽis reſeruat, uicinoq; non communicat, & F
ſeipſum offendit, & reliquũ corpus corrumpit: ut de ſtomacho uidemus: is.n. ſi cibum ſolus continuerit, & reliquũ corpus fame corrũpit, & ſeipſum ſua iexblebili improbitate perdit: ſi autẽ acceperit quãtũ pro ſua portione ſatis, & reliquũ aliis membris trãſmiſerit: & ſeipſum & reliquũ corpus in bona ualetudine conſeruat. Ita & tu tunc, ſi ea, q̃ à nobis audis, detinueris, aliiſq; non communicaueris, & illũ incõmodabis, & teipſum iã corrupiſti: quia ignauiæ & inuidiæ grauiſsimos morbos foues. Satis.n. ad perditionẽ tuã fuerit, uel ob maliciam, uel ob inuidiam, uel etiã ob ignauiam non communicare aliis. Contrà, ſi citra inuidiã, & ad alios tranſmiſeris alimoniã, & tibiipſi & alijs profutur⁹ es. Et de his dictum eſt ſatis. Nunc operæpretiũ fuerit, uenire ad contextũ eorũ q̃ nuper dicta fuerunt. Quæ erãt ergo illa? De Saulo & Paulo tũc exqrebamus, quare aliquando Saulus, & aliquãdo Paulus uocatus ſit. Et inde digreſsi ſumus in multorũ nominũ hiſtoriã. Verũ quia ſemel hinc ſoluimus, non uidetur dignum eſſe, ut cũ utilis adhuc occurrat negociatio, temerè eam prætereuntes, negligamus. Nam licèt per Paulum in hoc argumentum deueneri-
mus, nihilominus & aliorum nominum rationes

G hac negociatiõe inuenire possumus: Scut & merca
tores,q mare nauigant, & pp minuta quædam in
longinquas terras proficiscutur:cũ uenerint in pe
titam ciuitatem, & uiderint copiã aliarũ rerũ sibi
coducibilium, præter eas pp quas à patria exierũt,
multa plura quã decreuerant mercantur,sic dicen
tes:Longa uia uenimus, multas tempestates,multá
que picula ptulimus. Quid igitur uetat negociatio
nem nostrã fieri amplioré? Talia utiq; & nobis di
cere licet.Nã inquirentes de nominibus Pauli, in
uenimus consequenter & nundinationẽ aliorũ no
Mat. 4.c minum.Nempe Petrũ anteà Simonem dictum:& fi
Mar. 3.b lios Zebedæi Ioãnem & Iacobũ, filios tonitrui nũ
cupatos. Inuenimus & inueteri, Abraham,q anteà
Gen.32.f Abram uocatus fuit:& Iacob Israelem noiatum. &
Ibid.17.c Sarai Saram. Inuenimus autẽ qd & alii nõ fuerint
agnominati, sed à principio sibi indita noia reti
tinuerint, sicut Ioanes Baptista,Isaac & Adã.Absur
dũ igitur fuerit,& extremæ desidię tãtũ è manib.
thesaurũ abiicere. Nã ppea longiorem fecimus ser
monem,& quia nuper diximus de his, qui suũ pri
H mum nomẽ retinuerũt,hodie de dionymis dicere
mẽs est.Quorũ unus est Abrahã. Adã eodẽ semper
noie uocatus est. Et Isaac quoq; aliam appellatio
nem non accepit, sed ab initio usq; ad finem semp
Ibidem.a Isaac dictus est. Pater autẽ Isaac Abram & Abrahã
dictus fuit.Dixit.n.ad eũ deus: Non erit ultrà no
men tuum Abram, sed Abraham uocabitur nomẽ
tuum.Etenim Abram uocabatur prius:sed hoc no
men non est Græcum,neq; nostra, sed Hebręorum
Abram. lingua sic uocatur. Quid igitur sonat nomen hoc
cũ interpretatur? Transitor.Nam Abram Syrorum
uoce idem est quod trans, uel ultrà. Et sciunt qui
linguę eius periti sunt.Magna quoque Syrorum cũ
Hebræa lingua cognatio est.Sed dicis,quare transi
tor uocabatur? Iudęa regio, hoc est, Palæstina ois
quæ ab Aegypto usq; ad Euphratẽ è regione iacet
Babyloniæ, unde erat Abraham: & fluuius cõmu
nis terminus utriusq; terræ,medius utrãq; secat. Et
quia Abraham nõ Palæstinus erat, sed ab ulteriori
ripa fluminis uenerat,nẽpe à Babylonia:ideo à lo
I co & facto nomen accepit, & dictus est Transitor:
qa à loco ulteriori fluminis uenit. Quare aũt flu
uiũ trãsiit? qa deus iusserat.Et quare deus iusit? ut
ostẽderetur obediẽtia iusti.Et quo ostẽsa fuit obe
dientia iusti? quia pp præceptũ dei domum suam
quam reliqt, pro aliena commutauit. Vides quãta
catena rerũ in appellatione iusti nectatur? Vides q
ingẽs historiarũ pelagus nomẽ hoc nobis aperiat?
Discę igitur eius nomen,primũ, ut cũ uideris eum
Palæstinã incolentem,appellatiõe nominis in me
moriam patriæ eius,& causæ pp quam eam reliqt,
manuducaris, & ita ad imitãdũ eum admonea re.
Ecce enim uir ille ante legem, & sub lege uitã agẽs,
philosophiam quæ nobis tpe gratiæ tradita,su ce
Mat. 19.d pit implendam,& ante tps gratię fecit,quod posteà
discipulis Christus dixit:Amen dico uobis,qd nul
lus est qui relinquit aut domũ,aut fratres, aut soro
res,aut patrẽ,aut matrẽ,qui non centuplum acci
piet,& uitã æternam possidebit. Non solũ autem
Gen.12.a hinc apparet,q sapienter uixerit iustus, sed etiã dei
promisio hoc declarat. Veni.n inquit, in terram,
quam monstrauero tibi. Nam tametsi utræq; illæ
regiones Chaldæa & Palestina erãt corporales,illa
tamẽ sua erat,hęc aliẽa:illa certa, hęc icerta:illa in
manibus,hæc in spe:ipse aũt relictis certis, manife K
stis,& his quę in manu erant,festinauit & trãsiit ad
incerta,incognita,& ad ea in qbus sibi non licebat
dominari ut persuadeat, erudiatq; neq; contradicẽ
dum,neq; cunctandũ,quando deus certa relinque
re iubet.Nõ.n.tam certa q̃ in manibus, atq; ea quæ
in spe.Nõ sic manifesta est psens hæc uita,ut futura
illa.Hãc.n.uidemus nostris oculis, illam uidemus
oculis fidei:hãc uidemus in manib. nostris positã,
illã uidemus in manib. dei custoditam. Promisio
nes autẽ dei multò certiores sunt,q̃ quæ in nostris
sunt manibus.Vis discere qũo hæc quidem uita in
certo sita est semper,futura autem illa, quæ uide
tur incerta esse,hac psenti certior sit & solidior? In
quiramus,si placet, q̃ sunt illa psentis uitæ pclara.
Diuitię? gloria? potẽtia? magnũ existimari ab homi
nibus,sed uidebis nihil illis esse incertius. Quid.n.
infidelius diuitiis,q̃ sæpe nec usq; ad uesperam no
bis permanent,sed sicut ingratus trãsfuga, ab hoc
ad illũ,& ab illo ad aliũ subinde trãseunt? Quid &
glia est minus fidele? sæpenumero q clarus erat &
nobilis,repentè contẽptibilis fit, & ignobilis: & è L
diuerso quoq;,sæpe obscuri subitò clarescũt. Et si
cut uideri neqt i rota,q̃ cõtinuò uertatur, aliq; pars
ei°,eo qd crebra circũferẽtia semp summa fiũt ima,
& ima summa:ita & nostrarũ rerũ impetus, dũ cõ
tinuò uertũtur, summa facit infima:ut uidere licet
in diuitiis,potentiis,ac aliis.Nunquã.n. in eodẽ sta
tu manẽt,sed semp instabiles, fluminũ fluxus imi
tãtur.Quid igitur his incertius, q̃ tam crebrò trãs
feruntur,& priusq; rectè appareant, auolant:priusq;
adueniant, resiliunt? Vnde & propheta de deliciis
& diuitiis talibus differens,& spectans uacãtes tali
bus q̃si pmaneãt,dicit:Reputarũt q̃si stantia,& nõ
q̃si fugientia. Nõ dixit, q̃si ptereuntia, sed qd mul
tò minus, q̃si fugientia. Non.n.paulatim recedũt,
sed mira celeritate. At patriarcha ille non sic egit,
sed relictis oibus illis, tantũ ad promisiones dei
spectauit,uiã nobis parãs ad futurorum fidem: ut
cũ promiserit tibi deus futura, & q̃ non uidentur,
ne dicas qd hæc incerta sint,& obscura. Incerta.n.
illa,certiora sunt his q̃ uidẽtur, modò oculos fidei
habeamus. Quid autẽ,qd ipsa non uidemus? Deus M
ea promisit,& pollicitus est.Quando deus promit
tit,nulla uariatio promisionibus adiũgitur, atq;
adeò illa maximè manẽt,q̃ i manu dei sunt. Ex ma Ioã.10.f
nu.n.dei,inqt,nullus rapere põt.Igitur quia nullus
rapere potest ex manu dei,certus ille thesaurus sem
per manet. Præsentia aũt oigenis uariationib. & ui
cissitudinibus sunt obnoxia,& ppea pro eis sępe la
borẽ ferimus,& fine eorũ frustramur. In his aũt q̃
spamus nõ ita ẽ,sed is q laborauit, necessariò coro
nas & pmia cõsequtur.Nã spes non pudefacit,qa dei
est promisio:& dona promissa sequuntur eius na
turã q promisit.Relictis igitur incertis, apprehẽde
ea q̃ cõspicua sunt: Cõspicua autẽ sunt nõ psentia,
sed futura. Iã qd aliq ad psentia spectant, & futura
respuunt:non ideo respuũt,quòd obscura & incer
ta,sed qd sublimia sunt & supra suã imbecillitatẽ.
Cõsidera igitur quãta sit uirtus iusti. Promiserat ei
Gen.12.d de° corporalia,& ipse spũalia q̃rebat. Vbi,dices,pro
misit ei de° corporalia,& ipe spũalia q̃siuit? Egrede
re,inqt,de terra tua,& de cogitatiõe tua & de domo
patris tui,& ueni i terrã,quã mõstrauero tibi. Cor
poralis erat terra prior sed & futura q̃ illi dãda erat.

A Quid ergo ille? immo nõ illũ, sed Paulũ audiamus
de illo dicentẽ.Nã licèt hanc promiserat deus,reli
ctis tamẽ psentibus,festinabat ad futura. Quid igi
Heb. 11.c tur Paulus dicit:iuxta fidẽ mortui sunt hi oes cùm
non accepissent promissiones, sed procul eas uidis
sent.Quid dicis? Nõ obtinuit Abraham promissio
nes? non uenit in Palæstinam? Falsa ergo ea q̃ dicta
sunt. Venit quidẽ in Palæstinã, non hanc autẽ spe
ctauit,sed aliam q̃ in cœlis,desiderauit. Cuius rei &
Ibidem. Paulus testis,cũ adiicit:Et confessi sunt se hospites
& peregrinos in terra. Hospẽsne est,q tantã accepit
patriã,& tantã regionẽ? dic obsecro. Non.n.hanc,
sed cœlum spectauit.Nam q hæc dicunt, inquit,de
clarant,quòd aliam inquirant patriam, cuius arti
fex & opisex est deus,illam inquam Hierusalẽ cœle
stem,& q̃ suprà est. Vidisti qũo promiserit illi deus
corporalem, & ipse quæsuerit supernam Hierusa
lem? Itaq; corporalis est promisio, spirituale autẽ
iusti desiderium. At nos planè diuersa facimus. Deus
illi promiserat Palæstinã, sed ille spectabat cœlum.
Nobis promissum est cœlũ,& ad terram tendimus.
B Hæc lucra ex Abrahã nobis contigerunt, qa nomẽ
eius didicimus,& quare Trãsitor dictus sit,& qd re
licta terra sua in alienam concesit, pteritisq; certis
ad incerta se conuertit, & abiectis his quæ in mani
bus & corporalibus,aspirauit ad ea,q̃ spe concipie
bat,idq; ante gratiam,& ante legem, atq; ante pro
phetarum doctrinam.Vnde manifestũ, quòd pce
ptore caruerit,suffecerit q; ei natura mouens cogita
tiones conscientiæ eius,ut sic inueniret opificẽ uni
uersi, & pp hoc dicebatur Abram, qd nomen ei &
parentes ea de causa indiderũt.Sed fortè statim di
xerit aliqs:Mendacium hoc est, & confictũ.Paren
tes.n.Abrahæ iniusti fuerunt, & neque placuerunt
deo,neq; sciuerũt futura,neq; pollicitationem à do
mino dandam pcognouerunt.Certè impij erant &
idololatræ,& Barbaris magis Barbari. Scio & ego,
& propterea laudo iustũ,quòd tales parẽtes habẽs,
talis ipse factus sit.Etenim ualde rarũ & admirabi
le est,ex agresti radice dulcẽ fructũ produci. At nõ
accusandi sunt ob parentũ maliciã filii piè uiuẽtes
C sed & ut admirabiles habẽdi,eo qd cũ pietatẽ à pa
rentibus non acceperunt, nec habuerunt q manu
ducerẽt, quasi in eremo & inuio euntes,uiã quæ in
cœlũ fert,inuenire potuerint.Nõ igitur crimen est,
habere patrẽ impiũ, sed imitari patris impietatem.
Et crimen est maximũ, non quòd habemus impro
bos parentes, sed quòd illorũ nõ agimus curam,&
nõ offerimus oia quæ ab eis habemus,ut ab impie
tate sua eos eruamus. Hæc autẽ dixi, ut ne turberis
dilecte, cũ audis quòd Abrahã impium patrem ha
buerit. Nã & Timotheus impiũ patrẽ sortitus fuit:
filius.n. Iudęę mulieris erat fidelis matris,patris au
tem Gentilis. Et qd pater eius manserit in impieta
te,& fuerit conuersus,manifestũ est ex hoc. Laudãs
2.Ti.1.b enim Timothei fidẽ Paulus sic dicit: Quæ habita
uit in auia tua Loide,& matre tua Eunice, confido
autẽ quòd & in te.Nusquã hic patris nomẽ legitur.
Et quare? qa in impietate perseuerans, non erat di
Mat.22.c gnus q̃ cum filio numeraretur. Et aplos malos ha
buisse patres manifestauit xps,cũ dixit:Si ego in Be
elzebub eiicio dęmonia, filij uestri in quo eiiciũt?
propter hoc ipsi erunt iudices uestri. Sed ne turbet
hoc neq; offendat.Nã ex hoc discimus, qd non na
turæ,sed uolũtatis est uitiũ & uirtus. Enimuero si
naturæ esset,oino mali malos parerent,& boni bo D
nos:Sed qa electionis & uolũtatis est probum uel
improbũ esse,idcirco sępe malis patribus boni filii
& ignauis filius studiosi patres sunt, ut nõ naturæ,
sed uoluntati semp illa imputemus. Verũ cũ paren
tes Abrahæ,ut dixi,fuerint impij,qũo ei hoc nomẽ
indiderunt? Fuit hoc opus diuinæ sapientiæ per in
credulã linguã dispensantis,ut puero nomẽ impo
neretur,habens in se futurorũ historiã.Sicut eandẽ
uirtutem & in Balaam declarauit,cogens eũ futura Num.23.
prædicare:quo manifestat, quòd non solũ in suis, c.d.
sed & in alienis dominari potest.Et ut discas,quòd
parentes et nõ ualde pij,sæpius nescii imponũt no
mina filijs,q̃ multam futurorũ dispensationẽ decla
rent,docebimus et alio exemplo. Lamech q fuit pa
ter Noe,non erat gratus deo. Nã si fuisset probatus
apud deũ,non dictum esset, Noe solum perfectum Gene.6.b
inuentum in generatione sua.Neq; nos transiuissẽ
mus iusti patrem in commemorandis nominibus,
si iustus fuisset. Quid igitur ille? Imposuit nomen
puero, qd pcipuam futurarũ rerum haberet histo
riam,eratq; appellatio iusti prophetia.Significabat E
enim nomẽ eius futurũ diluuiũ.Nomẽ eius Hebrai
ca lingua uocauit Noe, qd interpretatũ est, quies. Noe, qñ
Niah.n.Syrorũ uoce quies est. Sicut igitur Abrahã interpre-
ab abar quod est trans uel ultrà dicitur: & Adã ab tetur.
Aedem,qd est terra,dictus,e. quòd sit terrenus:ita
hic à Niah uocatus est Noe,hoc est author quietis:
declarat autẽ hoc & adiecta particula, Vocauit.n.
eũ Noe,dicens:Hic nos qescere faciet. Quietẽ dilu- Gene.5.d
uium uocans,eo quòd sub illo futurũ diluuiũ. Di
luuium autẽ mors fuit:Mors uero quies uiro est.Et
idcirco hoiem,sub quo diluuium factũ, quietis au
thorem uocauit. Et quòd non torqueã scripturas,
ex scriptura ipsa audiam° hoc.Vixit Lamech annos
centumoctoginta,& genuit filiũ, & uocauit nomẽ
eius Noe,dices:Hic nos qescere faciet.Et quare non
dixit:Hic occidet nos,hic faciet diluuiũ fieri:sed di
cit,Hic faciet nos qescere? Creatura ois resoluitur, Ibidem.
abysi de subtus erũpunt, cataractæ supius aperiũ
tur:oẽ pelagus erat mirũ & admirabile & horribi
le,& in luto quasi cõmuni sepulchro promiscua ho F
minũ, & equorũ ac ferarũ corpora occultabãtur:
& tantam calamitatẽ,tantaq; mala quietem uocas?
Profectò dicit: Nam hoies in magna malitia uiue- Ibid. 6.a.
bant.Diluuium autem,quia malitiã resecuit, ideo
liberati illi à malitia,quiescere dicuntur.Generatio
nẽ.n.illorũ quasi corpus incurabiliter languescẽs,
& malis multis nullã consolationẽ admittentibus
obnoxiũ, supueniens diluuiũ eripuit,& qescere fe
cit.Nã si mors uiro qes,multò magis his, q inemen
dabiles in malitia uiuunt, mors qes est,liberãs eos
à laboribus, nec sinens ulterius iniquitatis consue
tudinẽ progredi.Non est.n.grauius, ingestabiliús-
ue põdus, quam peccati natura: nihilq; ita labores
& ærumnas nobis affert, ut malitiæ species & deli
cta.Et propterea xps his qui in peccatis uiuunt,di-
cebat:Venite q laboratis & onerati estis,& ego uos
qescere faciam. Et idcirco Lamech diluuiũ quietẽ Mat.11.d
appellauit, eo quòd supueniens malitiæ finẽ impo
siturum erat.Volebam sermonẽ hunc prolixiorem
facere:multa.n.omitto, quæ ad nomen Noe pertinent:sed hæc nunc memoria retinete, & fratribus
uestris qui absunt,dicite:ut ne cogamur iterũ pro
ductioribus uti procœmiis,& dictorũ repetere con

G sequentiam. Sermonē in precibus finiamus, gratias agentes deo, qui hæc ut dicerem, dedit: Cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

Sermo diui Ioannis Chrysostomi de Iacob & Esau. Incerto interprete.

Erdidit Absalon sceleſtiſsimus mentem, perdidit ſenſum, amiſit conſilium inſectatus patrem, fugat innocentem, inſequitur genitorem, uſurpat imperium, poteſtatem arripit, regnum inuadit. non ut cum patre ſocietatem regni iniret, ſed ut totū regnum patris ſanguine poſſideret. Perdidit, inquam, Abſalon conſilium, dum parricidio cupit mercari imperium: amiſit ſenſum, dum per exitium patris conſequi deſiderat regnū. Feſtinat, properat, quærit innocentem opprimere reus, patre ſuperſtite moriturus. At contra Dauid humilis ac mitis cedit domo, perſequentem fugit, declinat hoſtem. Reliqt affectus, ne aut parricidæ interitus ei luctū afferret, aut peremptio eius reū filium exhiberet. Vult furorē filii fugiendo, cōpeſcere: deſiderat declinando, parricidæ ſæuitiā tēperare, ſed crudelitas mente concepta iā ſedari nō potuit, quam immani ſæuitia ad perficiēdū facinus prouocauit: O innocētia, quantū apud reos, piculi ſuſcipis: quantū malitiæ, per flagitioſos incurris? Dauid ſanctiſsimꝰ tot demētes exercitus, qa nō deliqt, offendit: tot populorū rabiē, qa nō leſit, incurrit. Abſalon unus eſt reus, & uniuerſus cōtra patrē cōſpirat exercitus. Armantur in cædē fineſtæ multorū manus, prouocātur in innocētē ulciſci facinꝰ alienū. Vnius parricidę furor tot milia inſanire cōpellit, unius demētia demētes efficit multos. Offendit.n. Dauid filium, quia fratris in eū uoluit ulciſci parricidium. Semper.n. ſcelera, dū non reſecantur, increſcunt, & i augmenta facinorū proſilitur, quoties ſecura impunitate peccatur. Dū.n. in Abſalon fratris occiſi facinus nō uindicatur, i parricidiū patris reciduū facinus iteratur. Vos, vos, inquā exercitus infelices admoneo, uos affectū pietatis exhortor. Cur in alienū facinus ruitis? cur furētis inſaniā adiuuatis? cur parricidę ſiles ac dementes exiſtitis? Deſerite, ſo: deſerite reum, deſerite nouo ſupplicio moriturum. Forſitan.n. ſi deſeritis, ceſſabit: q ut auderet, ueſter numerꝰ prouocauit. Certè ſolꝰ pereat, q naturę iura debellat. Solus cōcidat, q pietatē patris impugnat. Aut.n. ceſſabit, dū pœnitet, aut pſeuerabit & periet. Ego doleo reū, doleo impiū, doleo nouo ſupplicio moriturū. Quis te in hoc facinus proſilire, parricida deterrime docuit? Quis te furor audere tā īmane facinꝰ prouocauit? Si offendit, pater eſt: ſi læſit, genitor. Quinimmo nec offēdit, nec leſit. Vincat furorē pietas, affectus inſaniā ſupt: crudelitatē natura debellet. Aut nūqd te pater, qa nō læſit, offendit: aut idcirco te offedit, qa nō leſit? Qui forſitā nō offenderet, ſi leſiſſet. Sed de affectu exhibe pietatē. Tibi parcis, dū à patre manꝰ auertis: quē defēdere deberes, ſi qd audes, alterū audere cogno uiſſes. Vbi iā ſolatiū patres, ubi ꝓſidiū genitores in ueniēt, ſi filios ſenſerit parricidas? Aut quādo externa tuta ſunt, ſi domeſtica nobis obſiſtūt? Beſtiæ & mutæ pecudes pietatis iura cōſeruāt: & qb. natura denegat rationē, nō tamē denegat pietatē. Innocētē perimere, nefas eſt: patrē occidere, ſcelus: prophetā iugulare, facinus inauditū, & ante hoc tps mortalibus cūctis ignotum. Ceſſa iā ab iſto ſcelere: ceſſa, ceſſa, inquā, ne te boni oēs ſemp exhorreāt: ne audaces ex te, qd non nouerant, diſcant. Ceſſa, inquā, ne qui poſt te tātum facinus perpetrarit, te tutatur authore. Cur mundo uouū facinus tradis? Cur doces, qd natura nō nouit? Cur cupis, qd pietas ipa horreſcit? Cur audes pficere, qd nouo ſupplicio cogatur deus uindicare: Interea parricidę furor nō minuitur, non frænatur. Ardeſcit in peiꝰ, in maiꝰ accēditur. Cupit facinus cōceptum feſtināter implere, deſiderat ſcelus diſpoſitū inſtantiſsimē ppetrare. properāti ad nefas, tarda ſunt cūcta: feſtināti ad facinus, uidentur romorari diſpoſita. Cupit parricidiū antē cōplere, q̄ gerat: feſtinat patrē antē interimere, q̄ occidat. Sitit ſanguinem patris, cruorē appetit genitoris. Timet differre uel modicū: ne aut ira remorata deficiat, aut furia dilata lāgueſcat. Diſpōitur properè bellum, acies dirigitur, pugna paratur: cognatę claſſes i ſemet ardeſcūt. Inde parricida exercitū cōtra patrē inflammat: hinc Dauid, ut parcāt filio, abeūtes duces exorat. Parcite, inqt, filio meo Abſalō. Inde demētia, cōtra genitorē exurgit: hinc clemētia, ut parricidę parcatur expoſcit. Inde furor, hinc pietas opatur. Inde inſania, hinc miſericordia interpōitur. Inde crudelitas, hinc bōitas oſtētatur. Parricida nō lęſus iſanit, Dauid lędit & miteſcit. Debellatur ab ipietate pietas, nec mouetur: pietas patris nec gladio uincitur, nec terrore mutatur. Parricida nec ratiōe frāgitur, nec iminēti iteritu deterretur. Obduratur in pœnā, i ſuppliciū cogitur, nec ſalutē i aliquo iā meretur, q patrę ſalute ſpoliare cōnititur. Reſpice iā ſceleſtiſsime hoſtis ac nephāde, iā reſpice parricida: reſpice, inquā, uſquequaq; in te cuncta cōuerti: reſpice cōtra te ab ipſa natura repugnari. Et quāuis cōtra te dimicet cœlū, moueatur terra, exercitus pugnet: tamē aliud te ignotū & inopinatū ſuſtinet bellū, aliud tibi iā paratū pliū eſt, qd fugientē excipiat, properantē interimat, feſtinātē occidat. Non.n. iſti exercitus, quos cernis, quos conſpicis aut tuus furor contra patrē armauit, aut patris contra te neceſsitas prouocauit: qui quāuis dignè contra te exerāt gladios, uibrent enſes, lāceas torqueāt, ut dolor lęſi patris tuo interitu diluatur: tamen te fugientē arbor excipiet, rami interiment, ligna ſuſpendēt. Adeſt, inquā, arbor in cāpo ramorum telis ornata, q̄ te excipiat fugientē, properantē rapiat, patris iniuriā i parricidā defendat. Adeſt, inquā, arbor, q̄ nec patrē, ut tibi parcatur, audiuit, & iuſſa dei inſtanter implere contēdit. Nec poteris hoc bellū impunitus euadere, q genitori necē conatꝰ es irrogare. Igitur cōmiſſo bello, proſternūtur hoſtes, aduerſarii cadūt, inimici uincūtur, nudatur hoſtis, deſeritur parricida: iā ſuā in ſuis cōſpicit; pœnā: iā ſuppliciū debitū ſibi ſuorū interitu recognoſcit. Iā timet, iā formidat, iā propriū meditatur interitum. Deniq; aīal petit, mulum conſcendit: dat ſe in fugam pręcipitem. Paratam properè feſtinat ad arborē, cui eſt traditus, & ictu uiolentꝰ immiſſus, aīali ſubducto & ſubter in cāpos elapſo, inſeritur ramis: obligatur lignis, tranſfixo gutture cōlligatꝰ. Pēdēs iā mortuus, ab hoīb. inuenitur, quē iā nec cœlū potuit conſpicere uiuum, nec terra ulterius ſuſtinere. O nefandū meritū parricidæ. Iniuriā patris nō pugnātis gladius, nō hoſtilis manus, nō iaculātis ictꝰ defendit: ſed uindicāt ligna, arbor ulciſcitur, rami defēdūt. Nec ē ulla creatura, q̄ mota nō fuerit, cū ipm dominū ſenſerit moueri authorē. Igitur redeūt cūcti de bello, parricida authore

Hāc tamen ſy. Re. xvij. qd Ioabi lius certāſixerit telis tribus iuxta Hebraū & L.xx.

belli proſtrato, cuius ſanguine ſcelus diluitur, cuiꝰ ſupplicio immanis crudelitas ſepelitur. Gaudēt omnes, cūcti lætantur: ſolus Dauid plangit filū, parricidę lamētatur interitū. Quid plangis glorioſe pater, qd lamentaris, quaſi Abſalon, qd auſus eſt, cōprobaris? Quid fles ſceleſtū, quaſi eū parricidiū ppetrare uolueris? Frangis gloriā uictoris exercitus, ſi fletur hoſtis interitus, nec lętitia eſſe poterit in uictoria, ſi parricidę plāgitur pœna. Ille tuus nō fuit filius, q ſic uiolauit paternos affectus. Ille tuus dici nō meruit, q ius patris ſanctiſsimi uiolauit. Te non contēpſerunt exercitus, nō duces, qbus parci ſceleſto mandaſti. Sed illa arbor, illa te primū ulta eſt: illa defendit, illa læſi patris iniuriā, q te nō audierat, uindicauit. Defenſio tua ſecuritatem patribꝰ attulit, & parricidarū audaciā reuocauit. Per te, & iniuria naturę defenſa eſt, & patrū pietas reuocata. Nouo.n. ſupplicio debuit interire, q ſeculo nouum ſceleus, per patris exitum, uoluit inferre.

Diui Ioannis Chryſoſtomi in Heliam prophetam, ſermo.

Lorioſus olim prophetarū poſſeſsione, uti peculiaris q̄dam illorū agricultura erat Iudæorū populꝰ: ſed plaudite, Gloriatio hæc nunc ab eis in eccliam translata eſt. Ecce apud nos & prophetarū corpora. Neq;.n. cōgruit, ut prophetas agricolas adhuc habeat ſterilis ille populus. Neque decet, ut apud illos ſeruētur prophetæ, q eum, quē iſti prædixerūt, crucifixere pro mortuis quos apud illos excitauit, pro cęcis quos apud illos uiſu donauit, pro eſuriētibꝰ quos apud illos pauit, pro uiolētia quā beato Helię deus oīum dominus pp illos fecit, & raris modis, ut dicemus, ad reuocandū, quā cōtra illos tulerat ſniam, coegit. Quę ꝓcor, ut & nunc mihi in conmemorandis prophetæ huius factis dux ſit & doctor. Igitur Helias ille, zelo dei inſignis, ut ui dit Iudęorū gentē, contępta dei miſericordia, ppteriò i deliciis uiuere, & idolorū cultui deditā: & à deo qdē impietatē tolerari, ipſos autē longanimitate iſta, ad maiorē uitæ impniam abuti: uolens eos punitū iri, cogitabat qd nā aduerſus eos diuinę bonitati opponeret, q̄ paruis lachrymis ſtatim mouetur ut irā ponat: decernit tandē, ut ad cōceptā cōtra eos pœnā, deū iuramēto adſtringat, quo ligatus, ſniam in eos non facilè ſolueret. Non ignorabat.n. & iuſtorū zelo deum placari. Dicebat itaq;, Bonus erga illos deus eſt, paucisq; eorū flectitur lachrymis: uerūm, bonitas illa populo malè cedit: lōganimitate.n. abutētes, pditè uiuunt, & ſimulacra colunt atq; ita & deus ipſe contēnitur. Viuit dominus, inqt, & nō erunt p annos illos ros & pluuia. Deinde, cū deus ei reſponderet: Quid ergo, ſi pœnitētes illi mihi blandiētur, ſi lachrymas afferētes ſpectē, ſi à delictis reſipiſcētes uideā, ſtatimne dare debeo pluuiam? Minimè, inqt, uiuit dominus, niſi per os meū. Nō uiuit dominus. Illi idolis ſe addixerunt, ego p deitatem tuā iuro. Oſtende mihi, quòd iuramentū hoc, & contra te ualeat: ut & p hoc idolorū infirmitas declaretur. Nō, uiuit dominus, non erunt trib. annis ros & pluuia, niſi p ſermones oris mei. Nō, quādo tibi uidebitur, pœnę finē facias. Tibi.n. pro clemētia tua ſemper uidetur miſericorditer agendū. Sed tunc, quando ego pro eis orauero, & iudicauero quòd dignā aīæ ſuæ curā gerāt, probēq; reſipiſcant. Igitur propheticā ſniam reueritus eſt deus, & honorē iuramento illi dedit. Rē tamen moderatus dominus ſic eſt, ut & prophetam ſimul reuereri uideretur? & populi, quem fame puniebat miſereretur. Et qd facit? Prophetā unā cū populo punit, ut dū ēt ipſe in famis ſupplicio cōprehenditur, aliqd miſericordiæ in relaxādo ſnię ſuę iuramētо addiſcat. Et punit qdē prophetā cum populo, le uiori tamen pœna eum corripit, & mirabili ſapientia miſericordiæ opus cōplet. Prophetam.n. per illas potiſsimum aues, qbus ſui fœtus inuiſi, nutrit. Odit.n. prolem ſuam coruus, & natā non educat. Pſa. 46. b Id qd propheta inſinuās dixit: Et pullis coruorū inuocantibus eū. Quonā.n. pulli coruorū, immo oēs auiū pulli, recens nati, infirmiores ſunt, q̄ ut ipſi cibum ſibi parent, unde adhuc implumes à parentibus ſuis enutriūtur. Sed ab ea parentū cura coruorū pulli deſtituti, attamē ab illis nō curatū pmanet coruorū genus. Vnde Dauid diuinā nobis miſericordiā ſubinde commonſtrās, eorū educationem deo adſcribit. Expoſitis.n. ad aerem, utpote à parē tibus neglectis, obuolitant animalcula q̄dā, diuina prouidentia ſuppeditata, q̄ captantes illi, creſcūt & aluntur. Vnde dicit: & pullis coruorū inuocantibꝰ eū. Proinde p patres illos filiorum ſuorum oſores, Apud Heliā, q Iudæis ut filijs malæ frugis ſuccenſebat, deus intercedit, quaſi ad eū ſilēter ita diceret: Ne tanto Iudæorū filiorū tuorū odio teneare, quāto erga pullos ſuos corui. Et ecce illi nunc cōuerſi ſunt, uide uel eorū miſericordiā. Qui natura pullis ſunt immiſericordes & inhumani, illiipſi ut hoſpites tibi ſeruiūt. Abſurdū eſt ô Helia, qd apud te miſericordię meæ patrocinātur corui: tu autē pro Iudæis, in quos ſęuio, non intercedis. Erubeſce, & uel coruorū exēplo Iudæis eſto clementior. Ego.n. ut tuę ſniæ honorē do, ita & illorū q afflīguntur miſereri uelim. At Helias quū deo nondū cederet, reuocatur alūni corui beneficiū, & alia reconciliādi uia q̄ritur: nēpe ut fame uictus, ſniam ipſe ſoluere cogatur. Verū ille coruorū miniſterio deſtitutus, nihilo mitior inediā ēt ipſe ſuſtinuit, & inqt: Non ingratū eſt, quòd fame crucior, tantùm ut impios puniri uideam, pereat ēt corpus meum cū his q fame afflīgūtur. Itaq; cum deficiente per coruos alimonia, trāſiret multum temporis, iterū corripitur Helias, & in alium tranſire locum iubetur, ut famelicus ipſe, famelicę uidue, q̄ & ethnica erat, ſupplex eſſet. Quod hoc cōſilio dominus fecit. Nā cū Iudæis interdictū ſit habere commercium cum Gentilibus, uolēs eū ad miſericordiam prouocare, pdixit ei futurū, ut à muliere Gentili & uidua paſcatur. Quò, mox ut audiret Gentilis nomē, ab alimēto ab ea ſumēdo abhorreret, & uel ſic deū pro effundēdo imbre iplorаret. Surge, inqt, hinc & uade in Sarepta Sidoniorū, ut pcipiā illic mulieri uiduæ ac Gētili ut te paſcat. 3. Regum 17. b Ille autē neq; ad hanc uocē mitior factus, cucurrit ad ethnicæ mulieris alimoniā. Iam qd maius eſt, excitat deus uiduā, ut eſuriēti uerba aſpera loquatur, ita undequaq; ipſum ad benignitatē cōpellens. Et quidnā, inqt, mulier ethnica ad illū? Viuit, ait, dominus deus tuus. Et unde mulierculæ Gentili hæc uox ut dicat? Prēuenerat deꝰ, & ei p uiſionē prophetā oſtēdit. Hoc.n. eſt, qd deus prophetæ dicit: Præcipiam illic uiduæ, ut te paſcat. Oſtēderat.n. deus mulieri figurā, formam, ætatem, & futuram petitionem prophetę. Vnde ipſa reuelationis diuinæ con

Universidad de Salamanca Biblioteca

G scia, ſtatim ut aduenit propheta, & cibū popoſcit,
3.R.17.b clamabat: Viuit dominꝰ deus tuus: nō eſt mihi ſub cinericius panis, niſi quantū pugillus farinæ in hydria: & parū olei in amphora, ut cū intrauero, faciā illū mihi, & pueris meis, ut comedamus & moriamur. Nihil.n. nobis, inqt, reſiduū q̄ mors, ubi pugillum hūc farinæ inſumpſerimus. Ad hāc tandē uocem affici aliquo mō cœpit Helias. Et in maiori angustia eſt hęc, inqt, q̄ ego ſum. Ego ſolus eſurio, illa cum puero fame laborat, nō ſim hoſpiti mortis author. Quid tū? Ad hāc uocē relaxatur ſeueritas eiꝰ. Incipit miteſcere, & intra ſe miſericordiā exercere.
Ibidem.c Dicit: Nō deficiat oleū cadi, neq̄ farina hydriæ, donec det dominus pluuiā ſup terrā. Iā tandē ſubmeminit imbris dādi. Anteq̄ fame domaretur, miſericordiā in danda pluuia deo permittere nolebat, di-
Ibidem.a cēs: Nō erunt tribꝰ annis pluuia uel ros ſup terram, niſi iuxta uerba oris mei. Nūc autē permittit, & ſol uēdo iuramēto p̄ludit: & ſubmeminit qdē, petitio nē tamen nondum adhibet. Quid igitur miſericordiæ fons ad hęc? Tertiam ei miſericordię machinā
H admouet, ſpcipiens aiam pueri uiduæ ē corpore migrare. Saluus manet prophetæ honor, benedictio nō ſoluitur, hydria & cadus nō deficiūt. Atq̄ adeò hinc magna miſericordiæ neceſsitate propheta cō ſtringitur. Erat.n. contumelia prophetę, ſi benedictio Gētilis uiduæ, apud quam agebat, piret, & ob fuiſſet uiduę fidei, ſi ex hac cōſuetudine nō maioris benedictionis ſenſiſſet cōmodū. Ea pp deus benedictionē qdē nō irritauit, prophetā autem tertia machina oppugnat. Facies.n. mori filiū uiduæ, in eā neceſsitatē induxit prophetā, ut ſe orare cogeretur. Nā uidua mortui pueri mater, lachrymabūda ſtabat apud prophetā, & dicebat: Vtinā pridē fame mortua eſſem, & ante hāc benedictionē emigraſſē, & nō eſſem miſera filii mortui ſpectatrix. Quo euē tu cōfuſus propheta: Hæ ſunt, inqt, uiduę hoſpitalitatis mercedes? Anteq̄ me in domū ſuā ſuſcepit, erat ei proles: poſteaq̄ autē me ſuſcepit, dilectū filium mortuū plangit & lamētatur. Hoc euentu, ut dixi, confuſus propheta, & apud ſeipſum expēdēs factū, ſenſit opus domini, ſenſit technas diuinas, & exclā
I mat: Heu mihi, domine teſtis uiduæ apud quā ego habito. Quid autē eſt, qd hic uult dicere? Habeo, inqt, domine penes me teſtimoniū tuum de muliere hac. Tu.n. dixiſti: Præcipiam mulieri uiduæ, ut te alāt: teſtificās mulieris piā uoluntatē. Ad hāc ex illis me locis huc trāſire feciſti, & quā prius teſtimonii tui honore dignatus es proſeq̄, eā nūc filii morte punis? Heu mihi, domine teſtis uiduæ apud quā ego habito, tu occidiſti filiū eius. Nō eſt mors illa naturæ euētus: tuū opus eſt, tuæ technæ, qbus me in miſericordiæ neceſsitatē adigis: ut ſi dicere tibi uoluero, Domine miſerere filio uiduæ mortuo: tu mihi ex aduerſo reſpōdeas, miſerere filio meo Iſrl. Ad miſericordiā me cōpellis. Sētio artes tuas. Hoc agis domine, ut ſi dixero tibi, Salua filium uiduæ mortuū, Tu mihi ex aduerſo reſpōdeas, Filiū meū Iſrael tu fame occiſum miſericordia dignare. Petis à me gratiā, petitur uiciſsim & à te gratia. Solue famis ſitiam & ſoluā mortis calculū. Poſtq̄ igitur uidit deus Heliā bene domitū, & aliquātō miſericordiorē redditū, tandē & ipſe miſericordiores cū eo cōfert ſermones. Neq̄.n. ſoluiſſe ultionē, ultrà iniuria erat. Proficiſcere, inqt. Verba legationis dei sūt.

K Deus ipſe p ſemetipm de miſericordia apud ſeruū legatiois munus obit, & intercedit. Proficiſcere, inqt, qa factus es miſericordior, declara q̄ miſericordes ſint ſermōes tui. Quia me agnouiſti, agē & ego parturio miſericordiā, audias poſthac de ea re me manifeſtius. Parturio uindictæ ſolutionē, urgeo ut reconcilientur, reuereor lachrymas eorū q̄ puniuntur. Oēs peccatores, ô propheta, mīę meæ chirographū habent. Ne mēdacij apud illos me arguiſe ceris, audi autē & ipſe chirographi uocē, quā certē & ipſe noſti. Nolo mortē peccatoris, ſed ut conuer- Ezec.18.b
tatur & uiuat. Arrigit ad hæc aures Helias, & aiam 3.R.18.d
his q̄ à deo dicebantur, accommodat. Proficiſcere, inqt, & cōpare apud Achab. Reconciliari eis uolo, ſed abſq̄ te non reconciliabor: tu gratiā illis p̄be, q̄ nunc caſtigantur. Ego clā apud te pro illis intercedo, tu autem manifeſtus amicitiæ reſarctæ ſis author. Vade & cōpare apud Achab, & dabo pluuiā ſup terrā. tu concilia, tu ſignifica, tu pluuiā conceſſam pronuncia, & ede: ego autē tuis ſententiis ſub
L ſcribā. Currit igitur uolens & nolens, & imbres futuros p̄dicat. Verū impietatē eorū adhuc uidēs, ite rum triſtē quandam in eos meditabatur ſniam. Et qd tunc ad ea deus? Vidēs pertinacem Heliæ aīum, adhuc à miſericordia abhorrentem, à peccatorib⁹ ipſum ſegregat. Ego, dicit, ſcio zelū tuum, grata eſt mihi aia tua. Verū interim & peccatoribus miſericors ſum, cū ſupra modū puniūtur, tu uero ualde ſeuerus es pietatis exquiſitor. Vnde, qa peccatores ob zeli nimietatē ferre non uales, aſcende quaſi in cœlum, ego autē in terra peregrinus ero. Nā ſi diu tibi manendum in terris, propediē humanum genus, quod à te continuò plectitur, aboleretur. Dein tranſi in cœlos ô Helia. Non pōt cohabitare ignis calamo. Impeccabiles cōtuberniones poſthac habiturus es: inter angelorū choros habitare te faciā ego autem cum peccatorib⁹ peregrinabor, q̄ in humeris ouē erraticā baiulare poſſum, q̄ clamo peccatoribus oibus: Venite ad me oēs qui laboratis, ego Mat.11.d
non punio uos, ſed reqeſcere uos faciam. Illi ſit glo
ria in ſecula, Amen.

Sermo diui Ioannis Chryſoſtomi *de Helia.*
Incerto interprete.

M Vm geſta peccata receſemus, & uirtutes do
c mini auida cupiditate tractam⁹: & officiorū ſtudiis accendimur, & in obſeqa debita excitamur. Neq̄.n. alia de cauſa, iſta conſcripta ſūt nobis, q̄ ut prouocemur, dum legimus: dum loqui mur, excitemur. Hoc.n. modo, & uirtutum laudes, & geſtorum domini glorias immolamus: dum nos ipſos gratiarum actionibus compotes eſſe cognoſcimus. Dignum.n. ſeſe geſtorum laudibus deputat ſemper, qui geſta laudibus digna ſilentio ſe non patitur præterire: ut dum iſta aſsiduè frequentamus, 3.R.18.d
mentem noſtram in amorē domini prouocemus. Et locutus eſt, inqt, Helias ad populum, dicens: Viuit dominus, ſi erit his annis ros aut pluuia, niſi p uerbū oris mei. Cumq̄ Helias propheta ſanctiſsimꝰ populum p̄uaricatū aſpiceret: cumq̄ Baal & Incos, deſpecto domino, coli à ſacrilegis puideret: cumq̄ creatore deſpecto, figmentis ſeſe, nemoribusq̄ oīs populus addixiſſet: zelo dei cōmotus, ludæā terrā ſiccitatis ſnia, & pluuiarū ſterilitate addixit. Tūc ſubitò anhelat terra, ſiccatur cęlū, ſitiūt aēs, fōtes arescunt, Ois humor ima petit, ſupa deſerit, aer feruet,

A ſerenitaſ torquet, tranqllitas pœna eſt. Aeſtuāt noctes, dies areſcunt, ſata torrentur, arbuſta ęgrotāt, prata deficiūt, nemora languēt, cāpi ieiunāt, ſqualet terra, herbas, quas produxit, iterimit: irā dei uniuerſa creatura teſtatur. Moleſta ē fames, ubi qd eſurit neceſsitas, deeſſe inuenit. Tandē pœna, qd torqueat⁹: & culpa meruit cōpetēs aliquādo ſuppliciū Sera ultio fœneratā meruit pœnā: & diu dilatū eſt, quod quādoq̄ digne ac meritò interueniret. Proh nefas, nulla ex pœna correctio, & q̄ſi aduerſis, hominū malitia prouocetur: ſic creſcit quotidie, qd puniatur. Amāt pœnā, ſuppliciū diligunt: nolūt recordari, ut uiuant: nolūt corrigi, ut euadant, & q̄ſi frugē mētis ſterilitas arefecerit ſiccitatis, ſic areſcēte terra aruerant & hoīum corda. Interea ſolus Helias altior mūdo, proximus cœlo, mōtis habitaculo & dei colloqo fruebatur, ne illorū pœnā pſpiceret, quorū ſcelera uidere non poſſet. Tunc domi
3.Re.17. nus ad eū loquitur, dicens: Exurge, inqt, & uade in
b. Sarepta Sidonię. Ecce p̄cepi ibi mulieri uiduę, ut te paſcat. Ad quā, cū Helias uenisſet ignotus ad ignoB tam, ad inopē indigens, ad religioſam deuotus: ui ctum petit, pabulū quærit, modicū panis expoſcit. Nec cūctatur uidua, quod habebat, offerre: ut ſuſſi cientiā poſſit, quā non habebat, accipere. Neq̄.n. uidua uictu potuit indigere, q̄ nepharijs in ſcelere nūquā potuit conſentire. Aut in eā famis potuit dominari ſnia, quā iniquorū prouocauerat cauſa, ut diuerſa merita fames diſcerneret, & iuſtitia in neceſsitatib⁹ nō egeret. Nunq̄.n. diuerſa merita una aſtringit ſententia: nec iuſti potuerunt cum iniuſto coniungi, quos cōſtat uitæ diuerſitatib. ſeparari. Quia nec poteſt par exerceri iudicium, ubi diſpar eſſe cō ſtitit meritum. Horrea.n. diuitum finiūtur, apothecæ ſceleſtorum deficiunt, & capſæ iuſtorum non minuuntur. Opulentos fames occidit, & uiduæ filios dominus p Heliam paſcit. Fidelia farris, qd erogat, accipit: qd cōmodat, ſumit: qd tribuit, domino reddente acquirit. Nec.n. aliquo pacto potuit finiri, qd dominus iuſſerat per famis tempora diſpenſari. Interea perſeuerat in populum fames, malis perC ſeuerantibus populi. Creſcit malitia populorū, creſcit & inopia rerū. Sęuit cūctorū impietas, ſæuit & in cūctos neceſsitas. Vniuerſi deficiunt uictu, & ab idolorū nō deficiūt cultu. Et quaſi diuerſitas iſta inuicē concertaret, ſic ſeſe iſta ſuperari cōtendunt, ut putarent dementes ſcelerib. famem uincere, faci noribus neceſsitatē auertere, peccatis inopiā ſuperare. Sed poſtq̄ domin⁹ populū quaſſatum uidit, miſeratus, iubet Heliā de monte deſcendere: iubet eū uniuerſum populū cōgregare, ut ſacrificio pfecto, pluuias ſuenire faceret, ęs ſcelerato pplo anteà denegaſſet: afferēdiſq̄ pluuijs Helias author exiſteret, ut q & cōmoti dei irā oſtēderat, idem & placati be neuolentiā demonſtraret. Deniq̄ ſtabat Helias mediꝰ inter deum & populum. Stabat, inquā, inter ſacrilegos ſanctus, inter peccatores iuſtus, inter profanos deuotus: aduocationē populis cūctis pſtaturus, obiurgat populū, exorat deū, iram domini auertit, & errante populum à dei cultura, ad dei latriā reuocauit. Coniungit dominū populo⁹, & deo
3.Re.18. populum. Fit p Heliam una concordia inter deū &
a. hoiem, inter populum & genitorem. Et ut uniuerſi
Hoc. alia.d dicerēt, uerè domin⁹ deus ipſe eſt deus: clauis cœli
ſit ſermo Heliæ ſanctiſsimi. Iubet.n. & clauditur:

orat poſt modū, & aperitur. Claudit, inquā, cœlū, D
& aperit: ligat & ſoluit: reſerat, qd concluſit: ut ſanctorū meritū monſtraretur, non ſolū in terris poſſe, quod uoluit: ſed & in ſcelestibus poſſe impetrare, quodcunque petierit.

De aſcenſione Heliæ, homilia. Incerto interprete.

Pud quoſdam ueteres reges moris erat, ut 4.Reg.2.
a ſiquis fortiter pro rege feciſſet in bello, & *a.b.*
& corpus & animam periculis obiicere nō timuiſſet, curru, atq̄ alijs regiæ dignitatis inſignib⁹ donaretur. Igitur reges terreni, atq̄ mortales ita ſibi deuotiſsimos remunerare conſueuerunt. Quantò magis omnipotens deus, quia rex regum, & dominus dominorum eſt, Heliam ſuum tota ſe corporis, & animæ deuotione zelantem, poſt multorum laborum ſudores, poſt dirarum perſecutionū graueſsimas fatigationes, poſt tantorum bellorū magnas, illuſtresq̄ uictorias, opima de mundo, & diabolo ſpolia referentem igneo curru, atque equis ſflā mantibus impoſitum triumphali gloria pręfulgente, ad ſua regna uoluit peruenire? Oportebat nanq̄ errātis populi rectorem gubernatorem ſacrorum, E
moderatorem diſcrepantium uoluptatum, Iſraelis aurigam, qui ad iugum timoris dei: quoniam ad laſciuos, & uagos animos reuocauit, frēnis, loriſque adſtrinxit, & ad iter diſciplinæ recto tenore curren dum concordi quadam copulatione cōpoſuit, ad regna cœleſtia curru, atque equis tranſuolaret euectus. Hinc poetas, atque pictores in figuranda Solis imagine exempla credo ſumpſiſſe. Qui curru, atq̄ equis fulgentib. ipſe rutilans, atq̄ radians, & fluctu Oceani ſubleuatus inter p̄ruptos montium ſcopulos euadens quaſi ad cœleſtia uidetur aſcēdere in ſiſſitudinē luminis eius inductus. Sol.n. Græco ſermone Helios appellatur. Vnde Helias uerē Helios, ἥλιος.
quoniā curru, atq̄ equis fulgentib. igne de Oceani fluctu, id eſt, de mūdi cōmotione: p montiū ſcopulos, id eſt, per magnorum laborū difficultates progrediēs ad cœleſtia deuectus aſcēdit. Huic cœleſtis ignis non modò currū quadrigarū ſub prębuit ad ſupna, uerūetiam iuſsis ęius obſequutus ſæpe mōſtratur. Armatū deniq̄ militem, q̄ ad accipiendum eū ab improbiſsimo rege fuerat deſtinatus, ei⁹ſ- F
cenſione cœlo lapſus ignis aſſumpſit, ad puniēdos 4.Reg.1.
idolorū quoq̄ ſacerdotes ueræ diuinitatis idex de *b.c*
cœlo ignis hoc orante deſcendit. Quantū iſte ergo gehennę ignib. illuſiſſet, q̄ ſic cœleſtib⁹ aſſueuerat tęperare? Igitur poſtremò currus ignei ſimul, & eq
prouectorū de ſeculo prophetā pſtolantur intenti. Qui opifex hunc currum, q̄ manus illas rotas in orbis uolumine circūegit, temonem protendit, iugū inſup aptauit, cæteraq̄ cōpoſuit, cū materies oium unus ignis arderet? Quæ regio illos equos, quáue ſtirpe progenitos, quorū natura ignis, deſtinauit? Si aialia dixeris, ignis occurrit: ſi ignem credideris, forma ſe aialis opponit. Aliud tibi forma, aliud tibi natura demōſtrat. Si aialia cōtrectare uelis, ignis urit: ſi ignē refugis, aialia nō credis. Ridiculoſa ſanè gentiū ſemp opinio diuerſas aialiū formas, currus, atq̄ alias res in theatris ferūentiſsimas ſemp natura ſingulari quadā p̄dita ſoliditate cōſtituit. Sed nos tam uerè currū, & equos fuiſſe, q̄ uerè fuerit & ignis, credentes ac profitentes, nequaq̄ Gentilium uanos cōfirmare uidemur errores. Quę āt apd nos iſti⁹ igneę formę natio fuerit, uel origo, paulopoſt

C dicemus. Interim ex improuiso currus, & equi appa-
ruere flāmātes. Quis hos ad Heliā pduxerit equos,
qs illi tam subitò cursum statuit, qs iter suū in aere
currentib. demonstrauit, quò currū dirigerent, ubi
aer ille onus exponeret, nullus omnino præterq; q
sapit: soli autē equi subitò ueniūt, Heliā ut uiderūt
subsistūt, & ut alcēsuro currum pberent, terga spō-
tē cōuertunt. Statim uerò pio onere susceptо, in au
tas, uentosq; prosiliūt, & rapidis p inane palsib⁹ ae-
tis spatia corripiūt. Hoc illis aer, qđ cāpus erat: hoc
inane, qđ terrenū: qđ dicas, an aliter dicas. Vbi ro-
go alternos figunt pedes, dum citis saltibus glome
rant cursus? qđ est in aere solum, qđ duro calcibus
cornu feriunt? Vbi rotarum instabilis illa sic currit
inuersio, ut impetu globosо cōtinuò in semet uolu
bilitate redeunte, radiorū tibi discrimine uelox uer
tigo confusa luce surripiat, ut oīno dubitare possis
an currāt? Mirū prorsus, & incredibile penè spectа-
culū eqs currere supinis utiq; ad regna cœlestia ten
dētib⁹. Stat secus auriga, nec funditur, sed oīa ignis
erat, q leuitate naturæ, & p inane discurrit, & ad su-
H pna semp insurgit. Hoc ipm magis mirū est, tenue
ac liqdum corpus ignis solidū auferre potuisse, aut
ambulare nō potuisse. Stat intrepidus sup ignē, ac
ratē, nec incalescunt oīno uestigia. Totum corpus
ignis ambit, nec læditur, p colla, per latera, flāma
discurrit innoxia. Mira prorsus ratio, hoiem & illi-
cita itinera petētē ignis euehit, & munit, & quicqd
cœlestis naturæ est iustorū itinera semp obsidere
Ephe.6.b nosc̄tur. Cōtra quos apostol⁹ nos Paulus istruit:
Non est uobis, inqt, luctatio aduersus carnē & san-
guinē, sed aduersus principes harū tenebrarū, ad-
uersus spiritalia neqtiæ i cœlestib. Quis itaq; putat
hos oēs spūs uagos, inqetos, ac semp exsomnes cū
tāto & tā pfulgente triūpho Heliā p aerē transeun-
tem ignorare potuisse? Accurrunt oēs, nouū mirā
tur spectaculū, hoiem uident, dubitāt, cominus ac
cedere cupiunt, ignē metuūt: & siqs improborum
fuerit, plus in eū custos & uector exarsit. Quocūq;
deinde currus impetū tulerat, spūs nūc metu den-
santur in agmina, nūc dispersi uenienti locū turpi
fuga citius derelinquūt. Ignis est ista natura, an ali
I qua illa cēsura uersatur, ut unus atq; idē ignis pro-
phetæ uoluptatē tribuerit, hostib. minaretur incē-
dia? Hoc quo magis credas Babylonius te caminus
edoceat, q uno, eodēq; momēto iustis refrigeria. in
iustis uero mouebat incēdia. Quin ēt ille ipe latro,
ipse princeps in suma aeris arce residēs, ueluti pegri
na sua trāseunte miratur, stupet, ac sic deinde secū
ipse uolutat, & q̄rit. Verūmne istud qđ uideo, an ali
qđ erit, qđ meos fallere possit obtutus? equos atq;
currū uideo coruscātes, ignes rutila luce fulgētes, &
qđ magis mirādū sit, hoiem desup insistere, equos
agitare, nec lædi. Quid tamen istud est, qđ sic mihi
mēs cōfusa turbatur, uires torpēt, conat⁹ ois infrin
gitur? Obuiā procurrere cupio, non possum: solita
tela torquere conor, nō ualeo. Nō sine cā est, quòd
sine cōgressiōe afficior, quòd solo uincor aspectu.
Quis tamē iste sit, curru propinquāte iā cognosco:
ipse eū fulgor, q celabat, ostēdit. Heliam uideo, He-
lias est iste. Agnosco fortissimū bellatorē, sed de me
fateor sæpe uictor. Quoties ego illi, & quoniā forti-
ter in bellum congressus, quoties in eū milites quo
que meos iratus armaui, quoties armis pressi, pepu
li, fugaui, fame, siti solitudine fatigaui, uincere ta-

men non potui. Quinimmò acrior redit ad pugnā, K
& ineptas, inermesq; legiones meas crudeli strage
deiecit. O regis mei misera ac semp deflen da condi
tio, ô uirtus ipsa suis se armis frequēter expugnans:
proh dolor, hostes meos ipsa, quæ dedero, uulnera
faciunt sæpe uictores. Quòd si meum uincere per-
dere est: num tibi satis est Heliam toties in terris re-
gem famosum uicisse? Numqd & hæc regna me ite-
rum expugnaturus inuadis, me iterum petis, me ter
ribilis, ac metuendus inquiris? Tibi cedēs, tuæq; ro
bur uirtutis effugiens ad hanc aeris arcem, tanquā
ad tutissimum præsidium, ubi nullus unquā mor-
talis accesit, conuolaui, nec hæc mihi iam tuta se-
des est, nec hic licet iā sine timore cōsistere. Quòd
si quod credere magis libet, quia hac iter ad cœlū
est, summum regem uisurus ascendis, non inuideo,
nec tibi iam toties uictus obsisto. Felix de me per
petuò triumphaturus in regno. Nunc iam dilectis-
simi currus, equorumq; igneorū, ut superius propo
suimus, rationē breuiter exponam⁹. Scriptū de deo Ps.103.b
est: Qui facit angelos suos spūs, & ministros suos L
ignē urentem. Horū natura cū sit conuertibilis, in
eas se formas uertūt, q̄ prosint causis, ob quas diri-
guntur necessariæ. Diximus iā qbus ex causis opor
tuerit Heliā sic ad supna transferri, & ideo hic ignis
est, q & ministri dei, & ipsius iussione Heliam leua-
turus ad cœlum, currus, & equorū forma executu-
rus iussa suscepit. Igitur si Helias curru, atq; eqs igne
is ad cœlestia transuectū se gloriatur: quātò magis
maior hæc q̄ credidimus gloria est, ipsum. s. domi-
num de inferis, de diabolo, de mundo, omnib. mū
danis uirtutibus, tam glorioſum trophæum feren-
tem, nulla angelorū opera, nullo adminiculo mini
strorum, nō ad cœlū, sed ultra oēs cœlos sola suæ
maiestatis ascendisse potentia? Quod & uos qdem,
qui ad consequendum dei munus acceditis, tota fi
dei deuotione credētes, percipietis ea q̄ deus pater
daturum se credentib⁹ us promisit, p xpm dominū
nostrum, cui est gloria, & imperium, in secula se-
culorum, Amen.

Sermo diui Ioannis Chrysostomi de Naaman Syro, ab Helisæo curato. Incerto interprete.

Vm Naaman regis Syriæ princeps perfusus M *
c lepra fuisset, cumq; horrendæ plagæ macu- 4.Reg.5.
loso affectus contagio & sibi iam, & cūctis
horreret: dolebat rex Syriæ talis se uiri priuatū au-
xilio, per quem plurima cōfecerat bella, gentes do-
muerat, uictorias ppetrarat: & de manu hostium,
Syrorum populum liberauerat. Tūc audit Naamā
apud Israelem populum, Helisæum esse prophetam
sanctissimum mirandis uirtutib. præditum, & stu-
pendis operibus nominatum, per quē posset & cāę
piculo liberari, & pniciosa uarietate detergi. Mox
suum pergit ad regem, commendari se literis Israeli
tarū regi deposcit. Confestim, in hunc modum, ad 4.Reg.5.b
regem literas mittit: Misi, inquit, ad te Naaman ser-
uum meum, ut cures eum à lepra ipsius. Has literas
cùm rex à rege missas acciperet, & legisset: scidit ue-
stimenta sua, dicēs: Videte, inqt, uidete quoniā ma-
litiā iste conquirit. Misit. n. ad me, hominem, ut cu-
rem eum à lepra ipsius. Nunquid deus sum ego, ut
mortificare, aut uiuificare possim? O fides Naamā
principis. O istius perfidia regis. Naamā Syrus, fide
liter festinat ad deū: & rex perfidus, suum scidit ue-
stimentum. Diffidunt, qui nouerant: & qui non
nouerant,

A nouerant, credunt. Domestici repugnāt, & externi
festināt. Rex Syrię credit posse fieri, qđ audierat: &
rex Israel non credit fieri posse, qđ nouerat. Alieni
currūt ad auxiliū, & proprij cęleste denegāt donū.
Qui pdicare debuit, destruit: & q destruere potuit,
festinauit: ut tātò gloria potior esset externis, quan
tò pfidia innotuerat regis. Tūc ad Helisæū cū regis
cōmotio pferretur, mittre, inqt, ad me: mitte Naamā
Syrum: ut sciat, qa est deus in Israel. Adducitur itaq;
ad hospitiū hois dei Naaman Syrus cū quadrigis,
& equitib⁹, & potētatu magnifico: ad que misit hō
4.Re.5.c. dei, dicens: Vade, & baptizare in Iordane septies, &
mundaberis. Quo audito Naaman cōmotus, prori
puit se, dicēs: Ego dicebā, quoniā exibit ad me hō
dei, & imponet sup me manū suā, & inuocabit do-
minum deū suū, & curabit me à lepra mea. Sed. n.
aqs me mundari oportet: nónne meliores sunt aq̄,
penes nos? Tunc dixit ad eū qđ ex suis: Nunquid
difficile uerbum est, qđ locutus est propheta ad te?
Quare nō facis, qđ dixit? Tūc reuersus est Naamā,
B & descēdit in Iordanē: & baptizatus septies, ascēdit
inde mundatus: & facta est caro eius quasi caro in
fantis pueri. Tūc miratur Naaman, tūc stupet, tunc
prophetā cōspicit, tunc cœlū attēdit, miratur uno
iussu affuisse uirtutē, miratur operatū dominū, mi-
ratur deterſum tāti tpis uitiū, miratur sese corpore
mutatū & mente. Pernicioſa ab eo cōtagio pellitur
& optata sanitas reparatur. Totus hō naturę reddi
tur: qa pfecta uirtus in propheta sanctissimo opera
tur. Gaudet Naaman, propheta lętatur, ab utroque
domin⁹ collaudatur. Gaudet Naamā se, qđ optaue-
rat, pcepisse: & qđ crediderat, inuenisse. Gaudet pro
pheta in ope, & lætatur populus in uirtute. Gaudet
Iudæa, qđ uenientib⁹ ad se pstet auxilia: dicūt & gē
tes in Israel esse, qđ apud se inuenire nō possunt. Se
minatur per oēs gentes gloria dei. Qui curatus est,
pdicat: q sensit, annunciat. Nec iā dubiū habetur,
qđ dicitur: quando Syria, quòd in Naamā cōspicit,
protestatur. Tunc lætus Naamā Helisæo offert mu
nera: tūc sanitatis uoto dona ut accipiat, deprecа-
tur. Accipe, inqt, accipe munera, q̄ offero tibi: q̄ do-
C mo tuli, libēter assume. Non. n. pciū curationis est
istud, qđ tribuo, nec sanitatē perceptā isto munere
redimo: qppe cū sanitas ista, quam merui, nec pcio
poterit redimi, nec ullo munere inueniri. Mihi inqt
Helisæus, qđ offers, non accipio: qđ ingeris, ut alie-
num recuso. Nec ipse tibi sanitatē, qua lætus es, prę
stiti: nec pernicioſum uitium in te ego ipse correxi:
nec naturæ, ut æstimas, reddidi: sed est potēs in cœ
lestib⁹ deus, cuius impio seruio, officio pareo, seruі
tuti insisto: cui soli tuus dicandus est aius, pparan-
dus ē sensus, tribuēd⁹ famulatus. Huic. n. si soli ser
ueris, aut si obseqa illi debita manciparis, quanta
mereberis, cōiice: q anteq̄ seruieris, tantā mereris
sanitatē. Mox Naaman cultus sibi diuinos indicit,
superstitioſos abscōdit: mox se deū uenerari testa-
tur, & detestari idolū profitetur. Mox, se quē agno-
uerat, deū colere: & figmēta, q̄ coluerat, abhorrere
proloqtur. Nunc, inqt, cognoui qa dominus colen
dus est solus: nunc primū addidici, qa unus est ue-
nerādus deus: cæteri dii genitū nec saluare potue-
runt, nec nocere: qppe cū humano indigentes auxi
lia ipsi pstare nō possint. Nec. n. seruare potuerunt,
q seruantur: aut uitā tribuere, q non uiuunt: aut sa-
nam quēpiam se colentiū facere, qui se nó possunt
de non colentib⁹ uindicare. Tunc Naamā profici- D
scitur lætus in Syriā: tunc ad suos properat sanus.
Lætantur oēs, q cū eo tristes aduenerāt: gaudēt cū
ctі, q eius ualetudinē exhorrebāt. Magnalia dei, se-
cū cuncti loquuntur: uirtutes eius, uniuersi inuicē
fabulātur. Statim Giezi prophetę puer secū loqtur,
dicens: Quoniā dominus meus à Naaman Syro no
luit quicquā accipere: ego pergā, ut qđ ille noluit,
sumā. Pergit properè, festinanter accurrit: quē cum
post se festinantē pueri Syri cōspicerēt, ac domino
nunciarent: mox Naamen, suos sistit currus, uehe-
mēter retrahit, aialia flectit, ipse propus & festinās
in obuiā redit. Causas exqrit ad se properādi: ratio
nes exposcit. Ille simulator ac fallax aptat menda-
ciū, falsum cōponit: dicit à propheta sibi esse māda
tū, quasi argēti aliqd mitteret, qđ ad se aduenienti-
bus prophetarū liberis tribueret. Instāter Naaman
puero duplū q̄ petierat, dedit, qđ prophetæ supplex
ipse ac deprecans dare nō quiuit. Quo accepto inse-
questri depositо, Helisæo apparuit: atq; in eius con
spectu solito more cōsistit. Vbi, inqt, propheta, fui- E
sti: uel qd rei aut negocij gessisti? Nusquam, inqt,
istinc discessi: nusquā à tuis cōspectib⁹ abfui. Tunc
propheta sanctissimus erūpit in uocē: Nonne, inqt, 4.Re.5.g
cor meū fuit tecū? Et scio quēadmodū Naamā pro
perarit in obuiā tibi, à quo accepisti argērū, & pos
fidebis ex eo agros, & uineas, & oliueta, & seruos, &
ancillas. Sed & lepra Naamā Syri applicabitur tibi
& semini tuo, usq; in æternū. Et statim discessit ab
eo, sicut nix. O admiranda potentia dei. O sublime
meritū Helisęi. Vno in tpe duplex uirtus ostēditur:
& gemina potestas prophetā sanctissimū demon-
strat. Curatur Naamā Syrus, & lepra Giezi pfundi-
tur seru⁹. Syro fides attulit gliam, & seruo pfidia in-
tulit pœnā. Ille de Syria uenięs, qđ desiderauit, acce
pit: hic de prophetę exięs domo, plagā sibi de pfi-
dia acqsiuit. Naamā curatur, & gaudet: Giezi uulne
ratur, & deflet. Alius suis redditur san⁹, alius cūctis
ostēditur maculat⁹. Alius exēplū uirtutis ostēdit,
alius meritū fallacię demonstrauit. Curatur fide, q
fuerat maculatus: & maculatur pfidia, q fuerat sa-
nus. Naamā uitat ad deū, Giezi profertur singulis F
in pfidiæ exēplū. Per Naamā, deus collaudatur: per
Giezi, iudiciū metuitur. Inde sal⁹ nascitur, hinc me-
tus: inde gl'ia petitur, hinc fraudis molestia formi-
datur, ut his exēplis, & fidei preciū, & perfidiæ sup-
plicium, cunctis gentibus monstraretur.

Sermo diui Ioannis Chrysostomi de Helisæo, & Syrorum insidiis detectis. Incerto interp.

Tſi frequenter populorū meritis, aut bella 4.Reg.6.
e nascūtur, aut fames inducitur, aut exitialis *
uastitas irrogatur: qbus aut frāgatur mali
tia, aut supbia resecetur, aut increscēs uitiositas cō
primatur: tamē isthic diuinę ostēdendę uirtutis &
demonstrādę potētiæ genitoris Helisęi sanctissimi
tēporibus, filijs Israel à Syriis bellū indicitur, & fu-
tura pugna instātissimè nūciatur: in qua pugna tē
dūtur in cāpo ab inimicis insidię, doli ab hostib⁹
pparātur, deceptionū latebrę disponūtur, & popu-
lus dei nō tā bello, q̄ insidiarū fallacia deuincatur.
Hoc nudat Helisęus propheta sanctissim⁹, mittens
ad regē Israel. Obseruas, inqt, locū fili mi, qa in ipm
Syri cōfidūt: cuius uitatio loci & Israelitas fecit in-
columes, & Syros reddidit strictiores. Tūc Syrorū
rex cōuocat suos: Dicite, inqt, mihi: dicite qsnā me

G Israelitis detulerit, qs cõsilia isidiarum nudauerit, aut deceptiones, quas cõtra eos fecimus, indicarit. Nullus te, inquit, detulit: nullus tua cõsilia denudauit: sed est in istis propheta sanctissim⁹: q, siquid cogitas, nouit: q, siqd loqris, scit: & q̃cunq; occultè disposueris, recognoscit. Idē illis totū retulit: idem, qđ disposueras, indicauit. Sedebat nāq; Helisæus in monte altior mūdo, propior cœlo. Sedebat, inquā in ædito iacētia infra sese despiciēs, supna iā deuotus attēdens: nec humano colloqo deditus, q per precū colloqa, deo fuerat copulat⁹. Tūc itaq; Syriæ rex mittit exercitus, multitudines aggregat, armatos instigat, ut circūdato mōte hoiem dei adducerēt sibi. Irrisit se neqsim⁹ hostis: irrisit, & stulto cōsilio de hoie dei aliud, q̃ debuit, sensit. Si. n. Helisæū, dei hoiem non putauit: cur multitudinem misit? Aut si dei hoiem sciuit: cur eum, contra se, armatū dei uirtute nesciuit? Aut primatum hoiem adducere pauci non possent, aut contra hoiem dei ualere eius exercitus potuisset. Debuit. n. stultus iam credere, contra eum ire non posse, quem latentes insidias audierat denudasse. Cogitabant igitur Heliseī indaginē hostes, & ille ad deū dirigit pces. Multitudo contra sanctū armatur, & ille in monte deprecatur. Circundant locū, ambiunt montē, non ut dei hoiem captiuarent, sed per eū ipsi captiui in Samariam deuenissent. Quē montē cùm prophetę puer armatis circūdatū cospexisset: O, in qt, domine surge: qa circundati sumus. Sede, inqt, fili, sede intrepidus: sede, inquā, ut dixi securus, quia qđ non uides, uideo: qđ nescis, aspicio: qđ nō putas, recognosco: plures. n. sunt, q nos tuentur, q̃ illi, q contra nos mittuntur. Domine, inquit, apiantur istius pueri oculi, & uideat quanta sit multitudo nobiscū. Cōfestim uidet angelorū exercitus puer: & quadrigā igneam stantem ante Heliseū. Dehinc descendit Helisæus ad illos, & inuocato domino, dixit: Percute domine gentem istā cęcitate. O admiranda diuersitas rerum, Helisæi precibus diuersi cedunt effectus. Puer. n. oculi aperiuntur, & nephandi exercitus excæcantur: uidet puer, q̃ uidere non poterat: & exercitus non uidet, q uidebat. Alterius reseratur uisus, & alterius excæcatur obtutus. Ita. n. fuerat dignū, ut puer incōcessa uideret: & prophetę oratio inimicis cōcessa denegaret. Interea descēdit ad eos Helisæus, & dixit, uenite, inqt, uenite post me: & ego uobis uirū, quē q̃ritis, demonstrabo. O uirtus admirabilis dei. Ducuntur captiui, q propheram uenerant captiuare: detinentur ut rei, q dei hoiem uoluerant detinere. Propheta sanctissimus nō pugnat, & uincit, nō dimicat, & subigit. Fit sine sanguine uictor, sine gladio triumphator. Vna. n. prece, & inimicos, q nocere uenerant, excęcauit: & prophetæ uictoriā de hostibus acquisiuit. In reos sua uertuntur, in hostes propria retorquentur: nec se esse cæcos agnoscunt, donec reddito uisu, & se captiuos cōspicerēt, & prophetā authorē supplices adorarent. Mox, ut captiui exercitus ciuitatē ingressi sunt, clauduntur portæ, accurrit populus, rex festinat, stupēt oēs, cūcti mirātur. Stupēt, inquā, sine pugna hostes adductos, & inimicos sine plio indagine cinctos: quos nō potuerūt facere in bello captiuos. Domine, inqt, Helisæus, q uirtutes semp ostendis & mirandis opibus innotescis: quiq; prodigiis & signis salutaria semp & utilia oparis, referētur istorū hoium uisus: & nuper illis clausā, q̃ fuerāt, in apertā lucem & manifestos aspectus resplendeāt: ut & illa, q̃ nō uident, uideant: & q̃ uidere debeant, recognoscant. Tunc reddito uisu lamentātur & plangunt. Tunc se captiuos, tūc reos, tunc se morti iā proximos recognoscūt. Statim rex Helisæo locutus est, dicēs: Si percutiā illos, pater? Et dixit ad eū Helisæus: Nō percuties, quos no cepisti in gladio & lācea tua: sed appone illis panē & aquā. Māducent & bibant, & eāt in regionē suam. Non percuties, inqt, quos nec in pugna cepisti, nec in plio superasti. Alia est. n. condictio belli, alia est uirtus dei: alius est ordo pugnātis, alia est causa uirtutes & signa monstrātis. In bello salus admitur, gladius timetur, arma tractātur, in portētis & signis uitę utilitas exhibetur. Illic timor est, hic admiratio. Illic metus, hic glia. Illic formido hoiem concutit, hic lætitiam dei cultus indicit. Illic effectus uictoriæ, cædē hoium cōstat: hic signorum ostensio dei potentiam p̃dicat. Intercipitur. n. uirtus, si uirtutis relator extinguitur: frustra signū apud nos, quod gestum est, remanens ostēditur, si ipse signifer aboletur. Discant q nesciunt, referant qui senserunt: pergant ad suos, ad proprios redeāt, uirtutes indicent dei, potentiā referent domini. Nūcient inquam, q sensерunt: q nunciare non poterūt si idem, q senserant, occiduntur. Discant hostibus parcere, q innocentes perseq consueuerant: discant parcēdo uincere, ignoscendo terrere, furias hostiū humanitate lenire. Igitur postq̃ apponi mensas aspiciunt, & dapibus se inuitari cognoscunt, mirātur & stupent sibi pro morte uictum, pro interitu cibū, conuiuium pro pœna offerri. Aut isthic, inquit, ali quæ latēt insidiæ: aut si simplicia ista & uera sunt, quales se exhibēt suis, cū tales se exhibeant alienis? Aut cūo ciues diligunt, qui hostes taliter tractant? Aut quēadmodū accepta referunt beneficia, apud quos humanitate expūgitur pœna? Deniq; postquā portis apertis ad suos cūcti dimissi: tunc secū inuicē tractāt, tūc secū diuersa apud suos aios cogitāt. Recolunt subitò se uisu mulctatos, ac p hoc in ciuitatē hostiū uenisse captiuos. Dehinc reddito uisu, nec qd fecerit, meminisse, & qd euadere potuerint, perdidisse. Posteà à rege petitos ad mortē, sed prophetam illis fecisse pro morte tribui humanitatē. Gaudent se sensisse tot picula, quot uirtutes: tot signa aspexisse, quot mortes: qbus liberati, & cognouisse, qd nō nouerant: & euasisse, qđ meruerāt, gaudēt. Fit tūc propheta sanctissim⁹ gloriosus in suis, gloriosior in alienis. Exhibet suis signa uirtutū, & alienis causas exhibet gloriarū. Docuit prior inimicos foueri, docuit prim⁹ debere hostib⁹ parci, docuit aduersariis pro pœna, epulas exhiberi. O dominū xp̃m, & in ueterib⁹ nouū, & in nouis exēplis ueterē figuratū. Helisæus sanctissim⁹ clausit uisum, & reserat: cęcos efficit, & illuminat: aspectū adimit, & cōdonat: persequentib⁹ adimit, & sequentib⁹ tribuit: cæcos efficit alienos, & uidētes efficit in ciuitate inclusos. Qui captiuare prophetā uenerāt, excęcātur: & q capti iā fuerāt, oculantur. ⁋ Hui⁹ utriusq; ueritas completur, ut & figura xp̃i, & exemplum futuri populi monstrarentur, ut iā fierent ex alienis proprij, ex inimicis amici, & hostib⁹ sui. Dimittit. Helisæus exercitus istos, ad suos. Dimittit, inquā, tot p̃dicatores, quot habuit hostes: tot relatores uirtutum, quot homines hostium. Iam apud gentes deo negocium geritur, iam apud exteros comperta ueritas demonstratur. Fragrant, inquā, magnalia dei, uirtutes in Iudæa gestæ: ab ipsis, qui senserant, prædicantur. Nulla natio ignorat, quod didicit. Nulla gens est, quæ nesciat, quod audiuit: ut quod tunc temporis defuit, per apostolos post modum compleretur, dicente scriptura: In uniuersam terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Cui tutum est ignorare, quod gentes iam manifestum est nosse? Quis sine periculo nescit, quod cum metu, qui sensit, exponit? Cui expedit talia de deo non credere, quæ gentes iam conspicit demonstrare? Virtutes dei, & qui sensit, prædicat: & qui audiuit, cum alacritate frequentat. Nec sine periculo poterit tacere, qui didicit, quando qui sensit hæc gaudia, tacere non nouit.

4.Reg.6.d

4.Reg.6.f

Psal.18.a

[Nouē quidem, p̃ uisum receperūt, dixisse uidentur.

[Pulchrè habes infrà de Ozia rege, in homilijs de uerbis Esaiæ: & maximè homilia. iij. in illud. ij lib. Paralip. cap. xxvj. vbi dicitur, Elatum est cor Oziæ.

LAELII TIFERNATIS IN SEQVENTES DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI HOMILIAS PRÆFATIO.

Consueuerunt pater beatissime, qui sub cæteris præcessoribus tuis fideles militauerunt, diuersis studijs diuersos imitari. Et, ut se probet quisque in ecclesiæ corpore, quasi membrum capiti conforme illorum moribus se debet exhibere. Fuerunt nanque in illorum numero, qui decretis condendis, litibúsque sopiendis admodum sudarunt. Quidam paci sub ditorum tantummodo consulere: alij dogmatibus diuinis apostolicam munire ecclesiam: alij sedem hanc illustrare ceremonijs, indultísque honorare, scissuras euitare: atque alij in unum resarcire statuerunt. Ita passim dum se quisque rei unius perfectioni adhibet, eius utilitatis princeps, & quasi magister quidam est habitus. Te uerò tenentem librum, euangelistæq; simillimum intuemur. ipsæq; tuæ actiones eò conueniunt quòd sibi fidelis quisque pro accepta gratiarum diuisione ad imitamentum statuere deberet, iam satis nouimus. Librum ipse lectionis euangelicæ nisi offerre sluderem ad imitamentum, meas non admodum partes implerem.

Ioannis igitur Chrysostomi Græci sermones, quorum aliquot quidem in Iob de patientia, aliquot uerò de pœnitentia conscripti sunt: cùm in meas nuper uenissent manus, & debito meo conuenire uisi sunt: atque ipsi etiam temporì congruere, quo Iubileo appropinquante & pati primùm uelle, & ipsas per passiones pœnitentiam agere sicq; remissionis, indulgentiæque tempus subire monemur. Hos ergo Latinos facere, beatitudinique tuæ offerre curaui: euitans simul & unicum acceptum talentum fodiens in terra abscondere: & cum uidua properans, duo saltem æra in dominicum gazophylacium mittere. Quo quidem in opere, si cut ille inquit: Et uerbum de uerbo, & sensum quoque de sensu, aut ex utroque commixtum & mediè temperatum genus translationis expressi, quædámque de sacris mutuata scripturis iuxta Græcã editionem traduxi, quæ tametsi nouissima nostra discrepent, consiliũ tamen non fuit eadem à Græca dimouere sententia, quo à Chrysostomo quæ disputantur, clarius conuenientiúsque consentiant.

D. IOAN. CHRYSOSTOMI, Archiepiscopi Constantinopolitani, de patientia Iob, Lælio Tifernate interprete,

HOMILIA PRIMA.

A quæ possidet.Nõ stupet malitia in sui prauitate.Itẽ *Iob.2.b* malitiã aliam comperit,quę iusti uirtutẽ superare, ac prosternere posset.Dicit ergo deo:Pellẽ pro pelle,& cũcta quæ habet hõ , dabit pro aĩa sua . Nihil inquit, magnũ,si pecunia excidit, libenter oia spẽ uerit,quò se seruet . Sed si uis hunc ipsum probare, carnes eius,tange:si in faciẽ benedicat tibi.i.maledicat,etenim scriptura benedictis maledicta uelauit . Et quare hęc scripta sunt ? ut tu fidelis discas, cũ alieni mali turpia narraueris,eadẽ uerborũ hõestate uelare:neq; honesteris turpib.operã pbẽs, sed turpium locutionẽ fugiens.Propterea,inquit Aps: *Colo.3.b et Eph.4.f.* Omne uerbũ turpe non exeat de ore uestro . Hinc deus iustũ secũdæ dimicationi tradit,& dicit.Non ipse ea ex tẽtatiõe discens,qualis sit dimicator : sed ex tentatione diabolũ uituperans.Deus.n.pri⁹ uniuersa cognouit. Egressus autẽ diabolus à facie do *Iob.2.c.* mini,percussit Iob hulcere pessimo , à planta pedis usq; ad uerticẽ eius. Totum.n.corpus unũ uulnus effecit,unã cicatricẽ : oportuerat enim totum , ac B per totũ coronari luctatorẽ,à pedib.usq; ad caput. Salutare uulnus uictoriosum hulcus quidem apparent & scaturiens sanie, quantũ uerò quis intellectu consequi põt,famæ celebritate plenum.Sanies hulceri s affuit paruo pro tpe,eadem uerò famæ celebritas,quã lucta peperit,nullis deficiet. Percussit eum hulcere pessimo,à pedibus usq; ad caput , quò totus per totũ membra coronatus appareat : hinc ubi eũ corpore tã inualidè se habentẽ , nullus contingit qui caperat locus:sed ois domus, ueluti corruptelam quandã eiecit : neq;.n.secus erat uulnus Iob,q̃ fœda corporis quædam corruptio. Exiuit ci *Heb.13.b* uitatẽ, non humanum habens certamen , sed uim nostrã ualde superans : nã & extra ciuitatem eẽ xpi imago erat:ppea Paulus dicit : Quorum.n animalium insertis sanguinem in sancta , horum corporum cremantur extra castra . Propterea Iesus ut sanctificaret populũ , extra portã passus est . Christus *Ma. 27.d Hebr.13.b. Ps.112.a* extra portã,Iob extra ciuitatẽ sedet in stercore, expectat susciitantẽ de terra inopem,de stercore erigẽtẽ pauperẽ. Videbat proprium corpus labẽs , aiam C uerò stabilitã. Videbat corpus uermibus ebulliẽs, aiam uerò pietatẽ parturire:uidebat corruptũ ferreum uas⁹, atq; ante Paulũ recordatus est uerborũ *2.Co.4.d* Pauli,licebat.n.sibi dicere : Sed licèt is qui foris est noster hõ corrumpatur, tamen q intus est renouatur de die in diẽ. Testã accepit qua sanies ferueret. *Ibidẽ.b.* Testa qdẽ saniem ebulliebat , hostis uerò patiẽtia frangebatur. Decuit & ipsum dicere habentẽ testã: Habemus thesaurum hũc in uasis fictilib. Sedit in stercore,q multos de stercore erexit: testã susciꝑit, *Iob.2.c.* qua sanie ebullire faceret: i mortuo luto uiuẽtẽ, lutũ ebullire faciebat. Venerũt tres amici , trahũt ad solamen aduersa:uenerunt Eliphas Baldath, & Zophar,tres reges ad regẽ.Rex.n.erat ante hæc, qui di *Ibi. 29.d.* cebat:Cũ sederẽ quasi rex,circunstãte exercitu . Et federunt,inqt,septẽ diebus,ac septem noctibus , & nemo loquebatur . Mediocres.n.calamitates solamẽ recipiũt, magnitudo uerò calamitatis silentio honoratur.Id.n.uerũ est solamen, cũ passio uincitur. Et quẽadmodũ morbi ipsa in summa potẽtia diffugiũt medelã,sic supremæ calamitatis passiões omne solatiũ fomentũq; repellunt: siluerũt tacitur nitate passioni cõmunicantes.Et qd facit? Cùm.n. illos calamitas supasset,nemoq; ausus fuisset solati)

uocẽ frangere.Primus ipse uerba incipit, ianuã ape D rit,patiẽs non patientibus.Scimus oẽs, quoniã his qui passionibus,q tribulationibus, aut alio mœstitiæ malo laborant, prius uocẽ rumpere quisq; pudore tenetur,ne iportunus aliqs uirtuti , aut exẽpli magister uideatur.Si aũt uiderit incipiẽtẽ,sine periculo & pudore sequetur,hoc fratres & consuetudo docet,& re ipsa exercitatio suggerit. Vt uidit passio nẽ amicorũ solatiũ excludere, portã aperit patiens & quamprimũ incipit ueluti tragediis quidẽ de calamitate dicere, prorsus ubiq; blasphemiæ sensum fugietis.Prima uox Iob:Pereat dies illa in qua nat⁹ *Iob.3.b* sum,& nox in qua dictũ est,natus est hõ.Nõ impiè agens hæc dicit,sed patiens.Et uide qd facit. Quẽadmodũ siqs apostematis morbo circũuentus , ferro recidatur à medico: non habens cũo recidenti aduersetur,circunstantia tangit,atq; adstãtes mordet,illis qdẽ inferre uihil habens , ad medicũ autẽ extendere manum non uolens. Sic & Iob blasphemiæ magnitudinẽ timens, facit inanimatis iniuriã E atq; fiduciã passione adauget,non cõtra deum audens,sed se deniq; accusans.Maledicit autẽ nõ creaturam,sed sui ipsius diẽ,potestatẽ,inqt, habeo diei mei, non maledico conditorẽ, mei ipsius diẽ male dico.Pereat dies in qua natus sum,& nox in qua dictũ est,natus est hõ. Hęc dicit & Hieremias:Heu mihi mater , ut q̃ me talẽ peperisti uirũ iudicatum & damnatũ,maledicta dies i qua natus sum. Hęc oia quasi mœsta quædã tragœdiisq; simillima sanctis exprimunt:ut tu postea discas , nõ in deliciis egisse uitã sed mala innumera tolerantes,in agone certasse . Fleuit ergo Hiere.dicẽs: Heu mihi mater, ut quę *Hie.15.b* me pepisti uirũ.Et patiebatur qdẽ ueluti hõ, sustinebat aũt quasi dei amicus. Moses pari modo magnus dei legislator,q tabulas sacras susciꝑit,q eorũ *Ex.34.a d.* q conducũt in uitã,prior magister fuit,ac ipse multitudine calamitatũ deo dicebat: Domine tu dixisti,quoniã inuenisti gratiã apud me , & noui te sup *Nu.11.c.* oẽs.Si ergo inueni gratiã in cõspectu tuo,tolle animam meã à me,non possum ferre onus populi huius,penè me lapidabant.Nunqd ego eos genui? nũ *Ibidem.* quid ego eos peperi? quoniã dicis, porta eos quẽad F modũ nutrix portat puerũ : nõ possum ferre populi defectus.Tamẽ ingemiscens & flens ut hõ, nõ ut infidelis blasphemauit:sed ostẽdebat naturæ passiones, q̃si p ipsas argueretur.Sic ex perfectis q̃sq; in gemiscit.Siluit Abacuc dicit:Vt qd mihi labores ostẽ *Haba.1.a* disti,& labores inspicere miserias hominũ? In conspectu meo factũ est iudicium,& contradictionem potentiarum iudex accipit, & ppea egredietur iudicium prauum: princeps postulat , & iudex accipit, & laceratur lex.Sic oẽs passi sunt iusti,summaq; laborant modestia aduersus mundi difficultates,sed hæc loquens, haud ad tuæ intentionis cõueniẽtiã trahas,neq; dixeris : Nunqd ego sum melior Hieremia contra mundũ clamitatẽ? neq; sanitatis uerba uulnera tibi fiãt.Hæc aũt scripta sunt, ut discas q̃lẽ agonẽ ptransiuerunt, uitãq; qbusdã periculis plenã duxerunt . Vis discere qualis esse debes , discẽ q̃ post gratiã fuere passi sancti prophetę, passi & ap̃li. Sed illi qdẽ patientes dolebant , hi uerò patientes gl'iabãtur.Venit Paulus in mediũ patiens quidem, ingemiscens,uerberatus,sed non plorans:tormẽtis afflictus,sed gaudens.Et qd dicit ? Nõ solũ autem, *Rom.5.a.* sed & gloriamur in tribulationibus,sciẽtes quoniã

G tribulatio patientiã operatur, patientia autem probationem,probatio spẽ,spes autẽ nõ cõfundit. Et iterũ:Verberati ibant gaudentes apostoli, quoniã digni habiti sunt pro noie Christi contumeliã pati. Ne ergo suspiceris, q̃ ante gratiã fuere, sed gratiæ consequentiã. Dicta uerò sunt nobis, ut discamus ex laboribus spẽ:sic & Iob maledicit diei, & aĩa patitur, neq; aiam torquet impietate, sed suffert uulnera: neq; aiam blasphemia uulnerat. hinc quoniã expedit ocyus recedere, Iob nobis seriẽ breui⁹ pstringã. Deo excepto, uniuersi quò id certamen tederet, ignorabãt. Iob cuius rei gratia dimicaret, nesciebat nesciebat, quoniã ei gymnasiũ palæstra fuerat proposita, amici ignorabãt dei intẽtionẽ, diabol⁹ ignorabat futurũ: si .n. sciuisset sibi succumbẽdũ fore, nequaquã tentasset Iob, nesciebat quò nã agonis huius finis tẽderet, quoniã qdẽ deus pmissione id cõcedebat. Sciebat Iob nõ præsciens, sed à deo edoctus: diabolus autẽ nesciebat quẽ nã finẽ certamẽ respiceret. Non.n. tentasset, ne maiorẽ secum confusionem traheret, sed & q̃ in sanctis passus est martyribus, eadẽ & in Iob: trucidauit martyres, quò deleret ecclesiã, nesciens qd post martyres floreret ecclesia. Oẽs ignorabãt amici, deo excepto, dei cõsiliũ, ignorãtes Iob & probationẽ, trahebantur ueluti in cõparationẽ ignorantiæ. Magis damnũ est Iob, q̃si digna patientem, q̃ dicere contra deũ iudicantem indigna. Attende diligenter, trahebãtur in cõdẽnatione hominis, ueluti digna peccato suo patiẽtis, q̃ aduersus deũ dicere qd iniustè iudicauerit. Et parte quidẽ una pro intentione ducebantur, deum. s. ab iniustitia uendicantes: parte aũt peccabãt, innocentẽ damnantes. Ista autẽ ignorantia pro ignorantibus respõdet. Et fatẽtes se ignorantiã philosophari, sententiã non ferunt uidentes dei iustitiã: iustitiam quidẽ Iob proscribunt, dei autẽ iustitiã laudant. Hinc Iob ab amicis reprehẽditur, & dicũt ei:

Iob. 4.a. Quando radicati in ueritate perierunt, quando uidisti iustos fundit⁹ deletos? nisi peccasses, inq̃t, & pctõ dignus fuisses, nõ te iniustè iudicasset iustus. Multa tua sunt pctã: si uerò non peccasti, unde tibi hoc, nisi filii tui peccauerint? sępenumero uiduis

I iniusta, orphanis tristia feci sti. Si aũt hęc ita sunt, iustè te hac de⁹ plectit pœna. Iob se qdẽ sciebat nihil egisse tale. Vbi ergo uidit Iob quoniã apud homines qdẽ dãnatur, propria uerò cõscientia ipsum nõ dãnat. Neq; eũ deus negligit, quoniã hoib. suadere non posset, sermonem ad iudicem uertit, aiẽq; oculũ ad alta dirigit, non blasphemans, sed rogãs cum lachrymis, dicit ad eum: Qui nouisti mentem

Ibid. 7.d hominũ, ut quid me posuisti contrariũ tibi? tu fecisti me cõpotem iustitiæ tuæ, nouisti cor meũ. Hinc magnũ quoddã Iob, nõ malitia, sed puritate loquitur, atq; ut plura in unum complectar. Multa.n. est materia sermonis iustitiæ, dicit: Quis mihi dabit iu

Ibi. 10.a. dicẽ, mediũ inter me & te, ut cognoscas quot sunt

b. pctã mea? quoniã sic me iudicasti. Horridũ uerbũ,

Ibidẽ. 9.d sed absq; malitia: pueniens.n. dies, inquit, quoniã non est ei filis sine malitia, ei autẽ qui est sine malitia, nemo uerbũ ad malitiã reputabit. Semper.n. oẽs nos, sicut deus hoies, non modò rebus, sed ipso operãtiũ proposito iudicamus. Iniuriatur filiꝰ patri, factũ intolerabile & patienti, & audiẽti: q erit hmõi, patricida uocabitur, sceleſtusq;, impius, qđ patri cõtrariã uocem fregerit, quòd ausus fuit uitu perare suã radicem. Hoc iste patitur, & tacet, & qui K perfecto fuerat sensu. Porrò infans, uel sine malitia puer tametsi patrem matrẽm ue offenderit, oi lætitia desiderabilis. Sæpe matres iritant filios ad iniuriam trahentes, non iniuria, sed absq; malitia, integritate, & obseruãtia moris admonitæ: Sic & desciẽs, quoniã nõ malitia, sed puritate loqtur, testimoniũ ei reddit, dicẽs: Et adhuc pseuerãs in inocẽtia. Suscipit uerba Iob ab eo uocatus, tremẽdũ uerbũ: dominũ seruus in iudiciũ trahit, hõ deũ, factu ra factorẽ. Sed quẽadmodũ paulò antè dixim⁹, puritatis non malitiæ uerbũ fuit, uerũtamẽ fratres ea dẽ nõ sunt sine intellectu puritatis, sed oi sapientia referta. Vis aũt diligentius intueri? nihil petiit Ioh quod non fecerit: sciebat sese dei domesticũ, sciebat deũ sui ipsius dominũ. Sed quoniã Iob ipse sæpenumero inter seruos suos iudicandos disputãs, in iudicio pmisit eis paris sermõis potestatẽ: atq; si quãdo secũ seruus experiretur, non ueluti seruo ob

Matt. 7.d struebat os, sed iusto sermone utebatur. Quod ipe L fecit, ab alio sibi fieri petiit, uerbo illo suasus: Quo niã eadẽ mẽsura q̃ mẽsi fueritis, remetietur uobis. Et dixit, qs dabit iudicẽ? Et quãdo seruo paris sermonis fecisti potestatẽ, audi eũ cũ uirtutes dinumerat, & eas nõ honoris cupiditate, sed puritate di

Iob. 31.b. cẽtẽ: Nõ cõtẽpsi iudiciũ subire cũ seruo meo & ancilla mea, cũ disceptarent aduersum me. Dabo respõsum deo: Nunqd & non in utero fecit me, qui formauit eũ? hoc cogitans, nautæ cõmuni cõmunem dicendi tribui potestatẽ. Nos autẽ fratres non tales: admiraris iustũ, teipsum damna. Quoniã sæpe cũ quis accusat, non dico seruũ, sed se paulo inferiorẽ: si responderet ista, audacia inhonesta putaretur: pro paritate honoris loq decet: postulat qđ iustũ est, & tu iustã accipe dicẽdi paritatẽ. Accusat superbus, & neq; iustũ accipit sermonẽ, neq; silẽtij uenerationẽ mouetur. Si tacuerit qui accusatur, clãnatus est, inquit, labia nesciuit aperire: si loquetur, ausus est, inquit, aduersus dominũ uerbum frangere. Aliꝰ arrogãtia tumẽs, si à iusto, si à nobili uiro rogatur alteri sermonẽ reddere, egrediq; ad parem, & charitate cõculcare malitiã, illico superbia arrept⁹ dicit: Ego ad hoc condescendã? O superbia, ubi iste

M tisti ut descendas? Ego ad hoc condescendã, ueluti cœlũ perambulans, & nubes, sic loquitur. Eãdẽ perambulas terrã, ex eadem nutriris, in eãdẽ reueteris, in eãdẽ tumulaberis, & quò descẽdis? Nõ pudore confunderis ad conseruũ dicere, Ego in hoc cõdescendã? Non erubescis eadẽ dicẽs, sciens quoniã Iesus pp te descẽderit? Ad tales ergo sinias, similemq; superbiã cũ Salomone clamare licet: Quid

Eccl. 10.c supbis terra & cinis? Tamẽ ad nobis subiectũ opꝰ reuertamur. Quis dabit mediũ iudicẽ iter te & me? Apparet ei tãdẽ iustus iudex, & de turbine ei, nubibusq; apparet futurus imbrẽ benedictiõis effunde

Iob. 38.c re, apparet ei ex nubib⁹ stercoratũ semẽ irrigatur⁹, 40.a atq; excitat Iob, nutuq; solo passiões dissipat, nutũque eũ erigit, q̃ ceciderat, & dixit ei: Exurge atq; pci ge sicut uir lũbos tuos, interrogabo, & respõdebis mihi. Quãdoqdẽ in iudiciũ uocasti me, & dixisti:

Ibid. 9.d Quis dabit iudicẽ mediũ inter me & te? Surge ò generose miles, q aduersitatis ictu nõ cadis, Si.n. quis correctꝰ gẽerosè tulerit correctiõem, audit à deo Exurge: ueluti cũ ad Hierusalẽ dicit, Exurge Hierusalẽ

Esa 51.c quæ bibisti de calice iræ. Accinge sicut uir lum-

A bos tuos, interrogabo te, & respõdebis mihi. Nõ.n. uocasti, inqt, me ut tecũ iudicarer: inter me & te iudiciũ postulasti, tu sis iudex: nunqd uanũ putasti iudiciũ meũ? Sed ut uidearis iustus: putas à me, inqt, hanc aduersum te pmissam esse calamitatẽ, q̃ ut te iustũ ostendã? Et inde eisdem diligenter attende uerbis, non dixit secus se uisitasse, q̃ uti fiat iustus: non n. aduersitas iustũ eum effecit, sed iustum esse ostendit. Existimas me secus uisitasse te, q̃ ut appareas iustus: mihi qdẽ, inqt, & ante ipsum agonẽ notus eras, mundo autẽ per aduersitatem innotesces, mundo per certamẽ pdicaberis: propterea uisitaui te, non ut nocẽa, sed ut coronẽ: ut illustrarem, non deturpare. Verũ quoniã ex puritate ipsa naturę mẽ surã egressus, tuæ parco integritati. Nã etsi quispiã puritate peccauerit, deus ad rectũ redigit ex purita te factũ. Cũ uerò prorsus deũ i iudiciũ uocaueris, dic mihi, qualẽ habes apud me honoris paritatẽ? uocasti me, ubi eras cũ ponebã fundamenta terræ?

B Coętaneus factori fuisti, qđ eũ in iudiciũ uocares? Hic quidẽ ante scla, tu autẽ post multa secula. Cũ formarẽ terrã, non aderas: ois creatura facta erat, & tu nusq̃ eras. Antigorem ergo seculis creatorẽ conditionis in iudiciũ uocasti: cũ extenderem funiculum super terram, cũ fundarem columnas eius, cũ eduxi de uẽtre matris eius, cũ pariebatur mane ubi eras? cũ eandẽ nubes operuerunt, caligine autẽ circundedi, ubi eras? Admonet eum tanq̃ indignè fuerit locutus, puritate quidẽ, uerũm & ignorantia. Et qđ facit? Non pro oibus eundem increpat, sed qua-

Iob. 42.a. si amicũ inter se & illũ corripit. Vbi ergo hæc, hisq; similia dixit (non n. nobis est tps oẽm dictionem interpretari) & Iob in sui notitiam ueniens: nã iustus prius ex reprehensione lapsum corrigit: dicit, Domine auditu auris audiui te, nũc autem oculus meus uidit te, & examinaui meipm, puto me terrã & cinerẽ: unũ locutus sum, & scdm nõ addã. Vide

C quo reuocat pctũm uir bonus, correptionem susciens? Semel locutus sum, & id non malitia, sed puritate, secundo nõ addã, Qui.n. sum ego iudicatus in conspectu domini: q̃ non nouerat Iob per puritatẽ, per correptionẽ discit: hinc qd deus? non concedit ei excusare iudiciũ, sed dicit: Modò accige ut uir lũbos tuos, sta inqt, sicut uir: ne putaueris qd te ppea deterruerim ponere iudiciũ fugiens, sed quò tuã puritatem in melius reformarem. Iudicium quidem non effugi, iustè me iudica, rationẽmq; gestorum expostula. Iustificatus es ut sanctificeris in oi regionẽ sub cœlo. Ante passionẽ unus te terræ angulus nouerat, post passionẽ ois te sub cœlo regio cognoscet. Sterquiliniũ tuũ oi regali diademate illustrius, q diademata ferũt uidere cupiẽt: & agonẽ tuũ & laborẽ certaminis, paradisum feci, sterquiliniũ tuum colui, ad pietatẽ plantã cœlestẽ ostendi: suscepisti cœlestia, accipe & æterna, suscipe oia duplicia. Hic tuã Christiane spem disce, excellẽtiamq;

Ma. 19. d promissionis tuę. Duplũ quidẽ Iob promisit, & duplicia dat: saluator autẽ suis discipulis dicit, Qui reliquerit patrẽ uel matrẽ, fratres uel sorores pp me, centuplũ accipet, & uitã æternã possidebit. Sed illud diligenter attende, quo seorsum qdẽ, ac priua-

Iob. 42.b tim corrigit amicum: Iob uerò amicos publicè redarguit. Dicit.n. eisdem deus: Vt qd non estis recta locuti aduersus seruũ meũ Iob? Sed ô iuste iudex, pro te sermonẽ fecimus, tuã pdicauimus iustitiam: condemnauimus hoiem, sed tuã iustitiã innocuã D ostendimus. Hic ergo iustum dei iudicium attẽde. Si.n. pro se scdm iustitiã dicentem non recipit, eos qui iniustè contra proximũ dicunt, recipiet? Ergo eius amicos corripit, & dicit. Et nunc nisi propter seruũ meũ Iob morti uos fortasse tradiderim. Sil'ergo & corripit-Saluat qdem, eo quòd nihil mali cõtra deũ dicatur: corripit autẽ iustum, integritatẽ in melius reformans. Et honorat qdẽ amicos p illũ, honorat autẽ iustum p certamen, dãtq; ei duplum: atq; de tenebris ei lumẽ & tũc illuxit, & nunc. Vnũ etiã addentes rei ad excellentiã, ostendemus. Suscepit oues in duplum, decem autẽ amittens liberos, uiginti non recipit. Hic exquirendũ est, quũo iumenta qdem in duplum, in simplum uerò restituuntur liberi? Bestiæ qdem & iumenta, quoniã quidẽ amissa perierant, hõ autẽ uiuens in uita seruatur, non ei liberos in duplũ dat: ne p eos q obeunt spem tollat: sed ut ostendat, quoniã illi tametsi prepti sint, uiuunt tamẽ, ac illi qdẽ oẽs sancto Iob lętitia sunt, E cohæredesq; applaudunt: quãobrẽ ei non dat pter decem, quò Iob inueniatur, nõ à uita in mortẽ, sed à domo in domũ transiens. Cũ eum decẽ filij uitæ terminũ finientem ad tumulum usq; duxerunt, decem eundẽ iterum in resurrectionis die à tumulo in regnũ suscipient, atq; ineffabilib⁹ illis, sempiternisq; bonis, simúlq; parili lætitia pfruetur. Quibus oẽs nos dignos fieri cõtingat, gratia & pietate domini nostri Iesu xpi, cui gl'ia & imperiũ cũ patre & sancto spũ, nũc & semp, & in secula seculorũ, Amẽ.

Homilia quinta.

Roponam⁹ igitur uobis dilectissimi, si placet, pro patiẽtię solatio, iusti Iob fortia gesta. Hic est.n. q amplitudine gl'ię tãta digna tus, armisq; multorũ uallatus, atq; ubiq; plurima in nobilitate, plurimáq; in celebritate pdicatus, magna repentè tactus paupertate, & morbo, & liberorũ interemptione, hostium pdatione, amicorũ impari fide, pestẽq;, & carnis doloribꝰ, calumniisq;, laborauit. Et id intolerabilius, qđ incogitato sibi oia eadem, inexpertóq; ingruerunt. Nã q parentibꝰ qui F dem egenis, taliq; in domo nutritus, qđ & exercitio eadem & cogitatione pensauerit, facilè onus pauptatis tulerit: q uerò lautus affluentia, tótq; pecuniarum deliciis gaudens, si repentè patiatur ab his casum, nõ facilè sustinuerit talẽ mutationẽ. Iterũ & q liberos amittit, tametsi oẽs amiserit, nõ tamẽ uno atq; eodem tpe, reliquos solatio abeuntium tenet: atq; prioris amissionis deficiente dolore, si secũda post tps amissio acciderit, id sibi tolerabilius fiet malum: non.n. hulceri obuiat recenti, sed dormiẽti iandudum & extincto, qđ non parũ doloris amputet: hic autem unuersum sibi totaliter chorũ in uno momento, atq; modo mortis amarissimo surreptum uidit, cõuiuij hora: atq; ea domus, q̃ aduenis hospitariis erat aperta, tumulus facta est illis. Quis autẽ dixerit, famẽ illã nouã, & interptatu difficilem, uoluntariam an inuitam nescio. Qũo.n. appellem? Voluntariã? sed nolebat apposita deuastare: inuitã? sed aderant cibi, nemóq; impediens erat, appositæ sedebat mẽsæ, uisosq; nõ tangebat cibos. Nã is q circa corpus ab hulcerib⁹ erat fœtor, decerptioni accidẽs, desideriũ resoluebat, ipsamq; mensam ęrũna quadã replebat. Putores, iqt, meos cibos esse uideo. Et famis qdẽ necessitas apposita tãgere

G cogebat. Fœtoris uerò magnitudo è carne prouẽ-
niens, uim famis supabat. Quo enarrauerim dolo-
res, quo uermiũ fontes, scaturientem saniem, ami-
Iob.19.b. & 30.a. corũ improperia, domesticorũ neglectum? Non.n.
pepercerunt, inquit, domestici mei à sputis faciei, &
nunc deridẽt me iuniores tpe, quorum nõ dignaba-
bar patres ponere, cũ gregib⁹ patris mei. Nũ igitur
arma hæc esse uidentur? Nã & arma & intolerabi-
lia, tamen cũ dignatus est amator hoium deus di-
cere ei certaminis hmõi causas, quòd uti iustus ap-
pareas, cõtra te hæc pmissa sunt: sic respirauit qua-
si ex illis malis nihil triste sẽsisset. Quẽadmodũ.n.
in desudatione luctatorũ sudore & puluere, & calo
re multo, & laboribus, & miserijs pugnare decet: sic
iusto multa huic tolerare expedit, generoseque ferre
uniuersa, si clarã hinc coronã sit accepturus. Nã &
si corpus illud laudamus, qd & frigora illæsẽ & ca-
lores ferre posset, egestatẽq; & famẽ, itineraq; & mi-
serias alias: multò magis aiam dicere beatã decet,
q̃ fortiter generoseq; dolorũ inuasiones quasq; sus-
ferre, mentemq; suã in cunctis põt seruare liberam.
H Sicut igitur ea, q̃ ocio & licentia uictitat aia, facilè à
passionib. uincitur: sic q̃ cõtinuò in agone pro pie-
tate uersatur, robusta, inuictaq; perseuerare consue
uit. Neq; ocium egit eadem ipsa cogitãs, cura ab il-
lis eã ad certamen traducente. Non modò.n. facere
quid bonum, sed & qd malum pati, mercede mul-
ta repẽditur: atq; Iob ipse passionib. uidetur magis,
q̃ uirtutis actionib. profecisse. Nã neq; ita illustris
est habit⁹, cũ pecuniã possidebat, cùm domũ pau-
peribus reserabat, substantiamq; erogabat, q̃ quòd
audiens ruinã nõ se acerbè egit. Non adeò tum cla-
rus erat, cũ de uellerib. ouiũ nudos uestiebat: quẽ
illustris probabilisq; cũ de cœlo ignẽ cecidisse, cõ-
sumpsisseq; oia audiebat cum gratiarum actione.
Tunc amator hoium, nunc amator sapientiæ fuit:
tunc paupertm miserebatur, nunc domino gratias
soluebat. Neq; ipse dixit, Quid nam hoc est? greges
cõsumpti sunt quorũ ope decẽ mille enutriebãtur
pauperes: & si idignus ipse erã in rerũ affluẽtia assi
stens, pp eos certè, qui longè ab eo distabant, parci
oportuerat. Nihil dixit tale, neq; cogitauit: sed deũ
I nouit: cũcta & utiliora dispensantẽ. Atq; ut discas,
quoniã maiorẽ postmodum diabolo plagã itulit,
cum sublatis sibi bonis grati as egit, q̃ cũ possidẽs
miserabatur pauperum, audi. Cũ possidebat, uel su
picionẽ diabolus habuit, quoniã non gratis te co
lit Iob: ubi uerò uniuersa surripuit, omnibusq; nu-
dauit eũ, hic uerò eandẽ deo seruauit mentẽ, tunc
obstructũ est turpe illius os, nec tũc qd habuit di-
cere: clarior nãq; q̃ in priorib. iustus erat, clarior in-
quã, q̃ in delitijs uiuens, eleemosynasq; prẽbẽs: sur-
repta.n. bona, generosẽ ac cũ actione gratiarum to
lerare multo maius est. Nã secũdis qdem sese rebus
habentib. gratias referre deo, nõ admodũ mirabi-
le: porrò cũ multus fuerit fluctus, cymbaq; circũa-
cta periclitatur, tũc magna atq; excellens est patien
tiæ atq; bonæ uoluntatis ostensio. Si.n. infinitorũ
malefactorũ sibiipsis cõscij, cũ parum quid auri
amiserunt, & id plerunq; ex præda habentes, acer-
bam sibi atq; intolerabilem uitã esse dicũt: quãtis
quibusq; coronis dignus fuerit Iob, cui iustissimè
parta, simplr à se diripi uidere contigit, subitèq; mi
le als procellas post illa oia, atq; in cunctis sese im-
mobilẽ reddere, debitasq; propensius domino gra-
tias agere? Nã & siqs cætera omiserit, sola mulieris K
uerba uel saxum mouere poterant. Si.n. his q iucũ-
dè uiuunt, nihilq; grumnosum patiuntur, mulieres
sæpenumero suadere potuerunt: puta q̃ ualida erat
anima, q̃ illam post tot arma repulerit. Cùm.n. mu
lier sic uerba miseranda dicat, Tempus acõmoda-
tum atq; cõparatio simul facta, nulneraq; & cicatri
ces, millẽq; calamitatũ fluctus: quo quis omni aẽa
mate duriorẽ eã aiam negauerit, q̃ tanta in tempe-
state non succubuerit? Dara mihi pace, oportet di- Iob non
cere, quoniã etsi nõ maior apostolis, minor beatis minor ap-
ille non fuit. Hos.n. eadem pro xpo pati solabatur, postolis.
ille aũt hoc solatio destitutus, quòdq; maius, mul-
tis in delitijs educatus, nequaq̃ de piscatorib. & co-
lonis, atq; ex his q tenuiter uiuunt, sed tot honori-
bus dignus effectus, passus est oia. Et grauissimum
in apostolis uidebatur, qd ab amicis, domesticisq;
atq; ab his q̃ sua beneficia susceperãt: sic & Iob nõ
ab inimicis odio & iniuria affectus. Quòd uero sic
se hęc habebãt, iã ergo & gestorũ cũ dignitate forti
tudinẽq;, passionũ simul cõparationẽ dicam⁹, quò
& manifestè pateat, nõ bene factorũ modò, sed & L
passionũ manere meritũ: & meritum qdem admo-
dum magnum, neq; meritò benefactorum inferi⁹.
Introducamusq;, si placet, ipm hunc modum patiẽ
tiæ luctatorem Iob, hinc atq; inde illustrẽ, simulq;
uideamus cõpatiens. Quãdo fuit illustrior, cũ do-
mum cunctis aperuit, aut eadem cadente, cùm be-
nedixit deum, nullòq; amaro sermone locutus est?
Quando alacrior fuit, dic mihi, cùm pro natis age-
bat sacrificium, atq; cõcordiã adducebat, aut quãdo
ipsis cõtumulatis, factisq; uita amarissimo mor
tis genere, multa cum philosophia casum sustulit?
Quãdo magis claruit, cũ de uellerib. agnorũ suorũ
calefacti sunt nudorũ humeri, aut cũ audiẽs de cœ
lo ignẽ descẽdisse, gregẽmq; consumpsisse cum pa-
storib⁹, nec est turbatus', nõ tumultuans qd pegit,
sed mansuetè tulit calamitatẽ? Quãdo maior fuit,
cũ ad oppressorũ defensionẽ corporis sanitate ute
batur, coterens molares iniquorũ, & è medio den-
tiũ eorũ ꝑdam eripiens: aut cũ hoc ipm corpus op
pressorũ scutũ consumi uermib. uidebat, sedẽsq;
in sterquilinio, idẽ ipse sanie radebat, testã accipiẽs. M
Et illa qdem oia præclara gesta, hæc autem patibu
la, tormentáq; erant: sed tamen plus hæc, q̃ illa Iob
clariorẽ ostenderunt. Siquidem cùm illa fiebant,
quanuis turpiter ualdèq; atrociter, contrà dixit ta- Iob.1.b.
men diabolus, dicẽs, Nunqd frustra colit deũ Iob?
His uerò contingentib. se occultãs, terga dedit, neq;
turpis sermonis alicuius cãs, umbramue inferre ha
buit. Igitur si quãdo uirum iustum, magnorũ ope-
rũ profectu fulgere uideris, multisq; subesse malis,
ne mireris. Nã è diuerso mirari oportuerat, si mul-
tas accipiens diabolus plagas taciturus fuisset, mã-
suetéq; uulnera platurus. Neq; n. si serpens assiduè
stimulatus indignetur, atq; resiliat cõtra stimulan-
tẽ, mirãdũ fuerit: & à plio uictoriáq; & cæde redeũ
tẽ, pugnare necesse est, sæpenumero aũt & uulnera
habere. Cũ ergo uideris quẽpiam eleemosynas fa-
cientẽ, aliáq; mille operãtem bona, præcidentẽ dia
boli ũres, posteà tentationib. periculisq; circũdu-
ci, idcirco ne turberis: nã ppea in tentationem ceci
dit, quòd diabolo plagas uehementer infligeret. Et
quò id deus, inquis, permisit? quò magis. s. corone-
tur, quò plures ille recipiat plagas. Magnũ quidem

A secundis se reb⁹ habentib. & misereri, uel florere uir
tute: lógè autẽ maius malè patientẽ, inuictum sese,
maioriq; cũ proposito pstare pro uirtutis laborib⁹.
Quẽadmodum.n. an peccatoribus contingit, q̃ ni-
hil hic patiuntur mali, maiorẽ illic subeunt ultio-
nis pœnã: sic & hi q̃ se officiosè gerunt, q̃ multa hic
tolerant aduersa, multo illic honore dignantur. Et
quemadmodũ peccatorib⁹ duobus existẽtibus, al
ter qdẽ hic tormentis affligatur, alter nõ: afflictus
ille non afflicto melior erit: Sic & duob⁹ iustis hic
existentib⁹, siquidẽ alter plures, alter pauciores ẽrũ
nas susserat: q̃ plures sustinuerit beatior erit. Qui.n.
dei disciplinã cũ gratiarum actione nõ susserũt de
dignantes, & ex hoc nullũ seq̃ fructum cõtingit, &
calamitatib⁹ ultimis se implicant. Si in paupertate
degis, & fame, innumeris q̃ piculis, disce uel ab ege
nis domino gratias reddere. Si autẽ uitã eorũ men
dicando terentes, nõ blasphemãt, nõ turbãtur, nõ
indignantur: sed cũ gratiarũactione tolerãt. Quid
enim tale es passus, quale ille: Oculo priuatus es, il
B le ambobus. Morbo diuturno laborasti, sed ille in
sanabili. Amisisti liberos, sed ille & proprij corpo-
ris sanitatẽ. Dño magno plecteris, at nec ad id per
uenisti, ut aliis idigeas. Sed neq; satis tibi sunt hæc.
Cõsiderabo Iob patiẽtiæ turrim minimè nutantẽ.
Quis.n. hoc paupior? q̃ publica ad balena abiectis
paupior fuit, his q̃ super fornacis sedent cinere, atq;
oibus prorsus hominib⁹ miserior. Hi nanq; uel ue-
stimentum lacerũ habẽt, ille uerò nudus sedebat:
& qd habuit indumentũ à natura, carnis. s. uelamẽ,
sanie acerba diabolus corrupit. Et paupes quidem
uel sub tecto sunt, stipuláq; uel saltẽ operiuntur: il-
le uero sub dio nocturnus semp agebat, neq; tugu-
rij tenuis solamẽ habẽs: atque qd maius, quomiam
multorũ malorũ pro exacta iã uita sibi coscij sunt
Neq; paruũ ad solatiũ ingruẽtis calamitatis, se sibi
conscriũ esse, iusteq; punitũ. Hic autẽ & eo priuatus
solatio erat, utpote q̃ cõsolationẽ, cõuersationem,
uirtutẽ plenã ostenderet: eorũ q̃ ultima audẽt ma-
la pœnas pendebat. Et illi qdẽ olim & à principio
de ærumna calamitateq; cogitauerunt: ille uerò ca
C lamitatẽ inopinatã subit, repentinam accipiens ex
diuitijs mutationẽ. Vidisti eũ in ultimam uenien-
tem pauptatem, & eã post quã non est aliã inueni-
re? Quid.n. uel nudo, uel tectum non habente pau
perius? nõ.n. in terra, sed in sterquilinio sedebat. Ita
que cũ temetipsum uideris pauptate urgeri, cogita
huius iusti tormenta, atq; illico exurges, paruipen-
désq; propriã calamitatẽ. Si autẽ uis bellũ à natu-
ra uehementia multa, multáq; uiolentia generoso
huic illatũ audire, ad ea q̃ dico, aduerte. Decẽ ami-
sit liberos, decẽ repentè, decẽ ipso in ętatis flore, de
cẽ multa fultos uirtute, nõ cõmuni lege naturę, sed
nece uiolentia ac miseranda. Quis nã poterit talem
calamitatẽ explicare? qs uel ferreus ho? qs adamas
tot mala pertulerit? nã est nemo: nã si horum quod
libet intolerabile per se est, cogita cũ simul uniuer-
sa coiuerunt, qualem excitauerunt tumultũ. Cùm
filiũ amiseris, filiamue, refuge ad iustũ illum, sola-
tiumq; tibi prorsus summũ inuenies. Memẽto eius
in miserãda illa liberorũ calamitate uerborũmque
mille coronis angustię sanctũ id caput ornauerũt.
Cogita calamitatis magnitudinẽ, nouúmq; id nau
fragium, extraneamque illã inopinatã tragœdiam.
Tũ qdem fortasse unum amittes, uel secũm, uel ter-

tium: ille uerò tot natos, natásq;: & q̃ multis abun- D
dat liberis, repentè liberis orbatus est, neq; sibi sen-
sim uiscera carpserũt, sed ois repẽtè fructus arrept⁹
est: neq; assistẽti assidẽtiue, quo uel ultima audiẽs
uerba, ullũ haberet funeris tã acerbi solatium, sed
repentè ꝑter spẽ oẽm, horum alterum lugubre, al-
terum horribile, supauit. Nõ.n. mors importuna so
lùm, sed & in ætatis uigore oẽs consistere, oẽs uirtu
te pstare, amabiles oẽs simul, omnésque sexus utri-
usque esse, nõ cõmuni lege naturæ, post talem tan-
támque iacturã, quòd nullius mali nec sibi, nec il-
lis erat conscius, quo eiusmodi pateretur. Horũ qd-
que potuerat & a semetipso turbare. Cũ uerò unà
cõcurrere apparuerũt, cogita fluctuũ altitudo quã
ta fuerit, quanta hyemis procellę illius exuberrima
fluctuatio. Mirãda qdem hæc, uel auditu solũ acce
pta. Si autẽ solerti eadẽ, diligentiq; indagine pscru-
tatus fueris, tũc maius admodũ esse prospicias. Co
gita.n. quod nõ qdẽ diabolus surripuit, dimidiam
que reliqt, sed prorsus, atque oino fructum oẽm le- E
git, arboremque non deiecit: oẽ superindixit mare
cũ fluctib⁹, cymbámque nõ demersit: oẽm euacuat
uirtutẽ, turrimque uel quatere nequiuit, sed stabat
assiduè ictus, minimeq; nutãs. Multitudo telorũ se
rebatur, neq; territus erat: magis autẽ mittebantur
qdem, non autẽ uulnerabant. Excogita quantũ est
tot liberis orbari. Quid eni? satisne fuit lachrymis
uti? nõne in ipso ætatis flore, nõnne multa uirtute
pstãtes, atq; mõ ultióis tã acerbo finiuère uitã? Nõ
ne post tot plagas nouissima hæc illata est? Nũ pie-
tatis amore feruebat, q̃ genuerat: nũ abeuntes tot
optabiles? Cũ.n. malos qs amittit liberos, passione
qdem mordetur, sed acerbitate, uehemẽtiaq; mino
ri: nã decedentiũ malitia acerbiorem nõ sinit esse
dolorem. Cũ autem uirtute pstiterint, permanens
uulnꝰ, fit nõ modò à natura, sed à uirtutis honesto
desideriũ faciente. Cæterũ cũ partim surripiũtur,
eadẽ passio aliqd solatium facit: nã & reliqui qui
sunt, abeuntium tristitiã obumbrant. Cũ uerò fun
ditus obierit uniuersus chorus, ad quẽ nã respicere
poterit, q̃ in multis filijs repentè filijs orbatus? Si.n. F
trib⁹, aut quinq; diebus quibusdã decedentib⁹, mu
lieres & proximi quique id maximè plorãt, qd citò
repentéque ab illorũ moriẽs captus est oculis: mul
to magis hic doluerit, cui nõ dieb. duob⁹ tribũsue,
aut uno, sed hora una sic oẽs surripiuntur. Cogita:
tũ nanq; tpe malũ non iã ualde fuerit intolerabile
expectatione id leue fortasse de facili faciente: con-
tra uerò spem qd cõtingere, ac repentè fieri, intole-
rabile, omnémque sermonẽ superat. Nõ ipsos. n. le-
ctulo expirantes, aiam reddẽtes uidit, sed domo cũ
tumulatos oẽs. Cogita igitur quis erat ille macerią
effodiens, & nunc qdem lapidem, nunc filii mem-
brum retrahens, & manum uidens adhuc phialam
tenentẽ, dexteramq; alterã recũbentem cyatho, &
ipsam corpore corruptã filiam, capite dissipato, na
soq; contrito, oculis extinctis, cerebro dispersо, uul
nerúmq; uarietate non pmittente faciei desideratę
formã nosse. Cósusi estis hęc audiẽtes, & lachry-
mas funditis. Cogitate igitur qs ille erat hęc uidẽs.
Si.n. post tantũ tpis, sine lachrymis nequimus tra-
gœdiæ hmõi ferre auditum, hæc alienam audiẽtes
calamitatem: qualis ille adamas fuit, coràm hęc ac
cipiens, non in alienis, sed propriis philosophãs in
malis, neque tamen iracundia auersus est, neque di

Gxit: Quid nã hoc est, ea est pietatis cõtinentiæ merces? Aduenis idcirco domũ aperui, eã ut uiderem liberorũ sepulturã? oẽm in eos idcirco uirtutis modum exercui, quo talẽ subirent exitum? Nihil horũ dixit, neq; cogitauit: sed tale tantúmq; post studiũ orbatus, cũcta generosè ptulit. Igitur sibi sola hæc contigerunt mala: Et amicorũ desertio, proditiõq;, increpationes & iniuriæ, subsannatio & derisus, & distrahi à cũctis: tolerabiliáne hęc & solatio digna hęc nõ modò reb⁹ ipsis, sed ne qdẽ auditu ferenda? Neq; n. talis calamitatum natura, ut sint q ẽt nobis imp⁹operet, nostrámq; cõsuescunt mordere aiam. Respice mihi cõsequenter uel hoc in loco mãsuetudinem, ad deumq; religionẽ, generosq; illius adamãtinæ aiæ. Vbi, n. semetipsum implicitũ malis uidit, q totius uirtutis summã impleuerat: malos autem hoies, & ueneficos uitã secundis agentes reb⁹, non dixit qd tale, quale quidã ex infirmioribus consueuerunt, Ad hęc filios educaui, cúmq; solertia instruxi omniad hæc meam pauperib⁹ domũ aperui, quò
H illos post cursus pro egenis susceptis, pro nudis, pro
Iob.1.d. orphanis id me sequatur meritũ? Sed horũ loco ẽt ois sacrificij meliora uerba protulit, illa dicẽs: Dominus dedit, dominus abstulit. Si autẽ scidit uestimẽta, comãmq; totũdit, ne mireris. Pater. n. erat & amator, pater piúsq;: & oportuit qdẽ naturæ passionẽ ostendi, mentisq; philosophiã. Si uerò neq; id fecisset, fortasse qs & insensibilẽ hãc putasset esse philosophiam. At tu q pecuniam si amiseris, ne ira, aut alio pturbationis malo cõciteris, sed uiriliter tolerans, gratias agas deo, & Iob uerba loquaris: Dominus dedit, domin⁹ abstulit: lucrũ p hoc damnũ facies. Quid dicis, domin⁹ abstulit? fur abstulit, & tu dicis dominus abstulit? Ne mireris: nã & Iob q̃ diabolus surripuit, eadẽ & dominũ abstulisse dixit: & quo hęc fur eripuerit, tu dicis quoniã dominus abstulit. Nã neq; illã gratiã minimè habeo. Non mea, suũ factũ: neq; scienti, neque uolẽti hæc facta sunt.
Dominus abstulit q̃ dæmõ.
Ad uates ire prohibitum
Quo. n. sed tũ nihil minus habet eis q dãt eleemosynas, ille q tunc nõ dat. Si autẽ & ad uates te hortabuntur qdam, tu uerò dei timore, quoniã quidẽ
I prohibetur, eliges magis non accipere pecuniam, q̃ deo aduersari: eorũ merito q̃ in paupes cõtulerũt, mercedem habes, quoniã amittes gratias egisti, potensq; ad uates abire, contines non accipe magis, q̃ sic accipere. Quẽadmodũ. n. ille dei timore actus, pauperib⁹ impẽdit: sic & tu dei timore, exptos numos ereptos non recepisti. Priuauit te ille pecunia, tu teipsum salute minimè priuaueris. Dolens. n. in his q̃ a cæteris malẽ es passus, ipse plurib⁹ temetipsum implicabis malis. Ille te fortasse paupertate circũdedit, tu te funestis offẽdis. Ille author mali, tuis te exterioribus priuauit bonis, tu æternis temetipsum diuitiis priuas. Tristitia te diabolus cõfecit pecuniã surripiens, confice & hũc ipsum gratias agẽs, neq; gaudio eundẽ accumulaueris. Si ad uates abieris, lætum effeceris: si gratias egeris deo, mortalem illi plagã intuleris. Et respice qd fiet: neque eam inuenies ad uates abiens, non. n. illorũ est uidere. Si autem qd dixerint rei qũo libet cõpotes, & aiam ipsam perdes, & fratrib⁹ tuis derisio eris, atq; iterum eandem malẽ amittens. Nã dæmon sciens unam te nõ ferre tentationẽ, atque pro hac tuũ negare deũ, iterum p̃bebit pecuniã, quo sibi occasio accedat iterum seducere te, atque abducere. Et quemadmodum nos aduersus hostes illa exponimus arma, q-
K bus sos dolore afficiamus: si uerò eos minus dolere uiderimus, recedimus quasi nõ habẽtes, quò ipsos mordere possimus: Sic ergo diabolus, si uiderit deridentẽ te ac despiciẽtẽ suos cõatus, cedit ex uia hac, nõ iã ulteri⁹ propinquãs. Licet ergo tibi sufferẽti, mercedẽ accipere tanta, quantã si pecuniã uolẽs proieceris, Atq nõ immerito admirabuntur magis eũ, q cũ gratiarũ actione tentationes tulerit, q̃ qui ultrò dederit. Quid. n. quoniã hic qdẽ laudib⁹ enutritur & cõscientia, bonásq; habet spes, & primo uiriliter ferens pecuniarũ penuriã, tunc abiecit eas? Illi ẽt annexæ uiolẽter arripiũtur. Neq; uerò ęquè ẽ, eũ q prius paratus atq; suasus erat à pecunia recedere, hancq; sic à se emittere, atq; eum q amore huius etiã tenetur, eadẽ illico esse priuatũ: neq; iterũ multo tpe pecuniam despicere, & repẽtè cõtingens dãnum tolerare posse. Qui. n. paratus ad ingruentia mala fuerit, illata facilius tulerit: qui autem cadens
L aiarum sese cogitationib⁹ inuoluerit, siqd tale con
tigerit, duplici turbatur malo, ex insperato. s. quod que oẽ studium suum pereat, omnisq; ad id pparatio non parum ad dolorem interest. Sed oium est intolerabilius, siqs malis se exutũ putans, atq; ipsũ peruenisse ad finem, & curam oẽm, cogitationemque deposuerit, iterum principiũ aliud malorũ inueniet. Quare. n. uxorem Iob cũ liberis non extinxit diabolus? Quoniã uiderat. s. magna se cum illa operaturum ad illius insidias. Si. n. inqt, paradiso eieci Adã, multò magis à sterquilinio Iob supplantare potero. Et respice malitiam. Neq; n. bobus pereuntib⁹ hac machinatione est usus: neq; asinis, neque camelis neq; domo diruta, neque liberis macerie tumulatis. Sed tacet tandẽ, atque silere permittit, dimicatorem uidens. Cũ autem uermium fons erupit, pellémq; corrũpi, atque dilabi, uidit, exesam carnẽ sanie multis. s. putorib⁹ plenam, cúmq; torqret eum & sartagi nis & fornacis omni flamma acerbior cõsumens diaboli manus, omniq; fera truculentior, continuò comedẽs, atque exedens corpus, & pleraq; tpa tali in calamitate transirẽt: propterea
M sitiens liberationẽ, moriq; cupiens, utpote q respira
re nõ poterat, Si possem dicebat memetipsum uindicare, uel alterũ q mihi id conferat deprecari, Tunc ipsum itroducit, & inqt, usquequo expectas, dicẽs: Ecce sustineo tps, adhuc paululum expectãs spem salutis meæ: & molestantẽ semp ille solans, ac repellens, talia dicebat: Paululũ adhuc expecta, & celeriter horũ erit finis. Imporerãs igitur sibi, inqt: Nũ qd & nunc idipm dices? Multũ iam tps pteriit, horũmque nõ uidetur finis: periit. n memoria tua de terra, filij tui & filiæ uentris tui, labores & dolores qbus inuanum cũ gemitu laborauit, atque errabunda ego & serua q̃dam locum ex loco, domũ ex domo petens: neq;. n. mendico solũ, sed errans uiado, seruitioq; nouo & insueto seruio, ubiq; circumiẽs, pignusq; calamitatis meæ mecum ferens, cunctos edocens mala mea. Et qd oium est miserius, Sohsq; plerumq; occasum pstolor, quò uel ab ẽrũnis meis, atque ab his q me circundederunt laboribus quiescam. Sed dic aliquod uerbũ ad dominum, & morere. Quid aũt beatus hic adamanteq; durior? respiciens in eã amarè. O mentẽ castã, ô morigeratã, atque ante uocẽ ab ipso prospectu machinamenta repulit. Illa qdẽ uisa est lachrymarũ mouere fontem,

Quare uxor Iob non unà cũ pueris, aut reliqua eius substãtia perijt.

hic autem

Iob.2.c. A hic autẽ leone truculentior factus, furore plenus & iracũdia, & inqt: Vt quasi una de insipientib⁹ mulieribus locuta es. Si bona susceпimus de manu domini, mala autẽ quare nõ sustineam⁹? Quib⁹ ex causis illa nobis dedit deus, qualẽ repẽdis mercedem?
Vid.1.d. nullã: neq;. n meritis ẽuntibus nos in terra beatos
hactenus effecerat domin⁹, sed ultrò, atq; sua de bonitate solũ, humanitateq;. Nudus exiui de uentre matris meæ, nudus reuertar illuc Fingite igitur uobismetipsis dimicatorẽ ipsum, atq; existimate summũ illũ uidere, sinuq; medio sedentẽ statuã aureã preciosam. Qũo eum nominem nescio, nequeo tã preciosam inuenire materiam, ut cõparare queam pcussum illud, uulneratumq; corpus: adeo pcioса omni materia, ualde supraq; modũ carnis illius natura clarior apparuit, uulneraq; solaribus radiis læ tiora: hi. n. corporis illustrant uisum, illa uerò mentis nostræ illuminãt oculos. Quis uidit, qs audiuit, tales, tamq; mirandas dimicationes? nã exteriorum
B agonũ pugiles, cũ aduersariorũ capita ceciderunt,
tũc demũ uincũt & coronãtur: hic autẽ cùm iusti corpus deiecit, tũc & uictus fuit, & abiit. Quid factũ est ô diabole? cuius rei cedis gratia? Nũ cuncta pro nutu sequũtur? Nũ ei⁹ pdidisti greges? Nũ boũ, equorũ, mulorumq; armenta? nũ chorũ illũ liberorum perdẽs, & uniuersam insup carnẽ uicisti? Quoniam factũ est, inqt, omne quod uolui, qd aũt fieri maximè uoluerã, atq; ob id cuncta fuerã conatus, id minus factum. Neq;. n. blasphemauit: id dũ minus sit, nihil magis ab illa pecuniarum iactura accedit liberorũ interemptione & corporis plaga: qn immo contrà, qd minimè uolebam contigit, hostẽ lætiorem, aduersariũ clariorẽ effeci. Nosti quale tribulationis sit lucrũ? Bonũ qdem erat, corpus sanitate nigere, multò tamẽ pciosius uel uulneribus cõscisum. Quoniã uerò & uellera pulchra qdem, etiã dũ illota pdurãt, cùm uerò lauatoris opera demersa atq; extersa fuerint, incomparabilẽ pulchritudinem, decoremq; suscipiũt. Nisi. n. eundẽ spoliasset, nunquam optimã coronandi hmõi nouisset habi-
C tudinem. Nisi. n. mulr. erũ stimulis eius fodisset corpus, nusquã interiores radij reluxissent. Nisi in stercore sedere coegisset uirum, nequaquam eius diuitias cognouissemus. Neq;. n. rex tã illustris in throno sedẽs, q̃ ille tunc in sterquilinio erat, sic insignis & celsus. Nã post regalem thronum mors, post uerò sterquilinium illud cœlorum regnũ. Propterea. n. eius ille sacrilegus bona surripuerat, nõ quò afficeret morbo, sed quò uirtutẽ in eius aia supplãtaret. Sed tamẽ uniuersa remouẽs eius machinamẽta, & pauperẽ pro diuite faciẽs: hicq; qd magis horridũ cũctis uidetur, & cũ q multorum fuerat liberorum pater, orbatusq; oino, ulcereq; feriens eius totũ corpus crudelius his carnificibus, q publicis uersãtur in iudiciis: neq;. n. illorum ungues sic effodiunt eorũ latera, quos pœna in suas dederat manus, sicut eius lambebãt corpus uermiũ ora. Et pellẽs eũ nõ urbe solũ & domo, atq; in aliã transferens urbem: sed stercora sibi pro domo, pro urbe statuẽs. At eo modo nusq; existimauit, sed & p eas, quas tetendit insidias splẽdidiorẽ reddidit, totq; & tãta diripiẽs, maioris sibi uirtutis diuitias cumulauit. Tu igitur siqs tibi tpã surripuerit pecuniã, ac generosè tuleris ipsam eorũ q pauperib⁹ erogant, uniuersam merce dẽ accipies. Quemadmodũ studiosi, etiam ab iniu-
D riantibus lucrari cõsueuimus: sic & pigritãtes neq; ab his q prosunt meliores efficimur. Si. n. Iob tot, tantaq; passus est, nõ ab hoie, sed à dæmone, oĩbus hominib⁹ peiore: qs ergo ex eorum est nota, qui di cũt, hic mihi est iniuriatus, ille me spreuit? quale responsum habebit? Si. n. diabolus tanta redundans malitia, uniuersa eius mouẽs organa, uniuersa mittens tela, atq; quotquot in hominib⁹ erãt mala atrocitate multa, multaq; cũ uehemẽtia, & in domũ iusti, & in corpus nullã intulit uiro iniuriã, sed magis profuit: quo poterunt alii illum, & illũ accusare, quasi ab his, nõ uerò à semetipsis iniuria affici? Miraris tres pueros? & ego, quoniã cõtra caminũ ignis
Dan.3.c. sunt ausi, quoniã cõtra tyrannũ insurrexerũt, Deos tuos (dicentes) non colimus, & statuã auream quã erexisti non adoramus: sed grande illis erat solamẽ manifestè scire, quoniã propter deũ hæc eadẽ patiebãtur. Beatus uerò ille nesciebat certamina, & palęstram esse q̃ patiebatur, si. n. sciuisset, nequaquam oĩno q̃ fuerunt facta sensisset. Cùm igitur audiuit,
Iob.40.a Nunqd uanũ putasti iudicium meum, sed ut appareas iustus? cogita quo nudo ex ore respirauit, quo
E exinaniuit sese, quo se nihil passum fuisse putauit, ex his q̃ pertulerat, sic dicens: Quid ẽt iudicor correptus a domino, & reprehensus audiens hæc? Imitemur igitur huius sancti modestiã & dignitatẽ, dicentes quotquot à patientia germinãt bona. Sicuti. n. in communi orbis theatro stãs beatus ille, gloriosusq; uir, omnesq; sibi ptingentes passiones mouet, nouitq; oẽs contingentes tolerare casus, neq; usque ingruentib⁹ malis cedere: haud. n. in humanis est passio, q̃ solatiũ inde accipere non posset. Quæ enim in oi orbe sparsę passiones sunt, si in unũ coeant, facilè in illius corpore apparuerint. Quę igitur erit illorũ excusatio, q nequeunt uel partẽ hãc illatorũ malorũ cũ gratiarũ actione ferre, q non modò partẽ, sed uniuersa amisit? Alij naufragiis incidẽtes, ad pauptatẽ redacti sunt: itẽ alij infirmitate & morbo, à nullo neq; ullũ auxiliũ susceрere. Et qd hoc? recordare eorum q̃ Iob euenerunt, gratias age domino prohibere potenti, & nõ prohibenti. Si in
F pauptate degis, & fame, milleq; periculis: Lazari recordare pauptatis, solitudinis, milleq; aliis hmõi dimicantis, & hæc plurimã pstabunt uirtutẽ. Memento apl'orum q in fame & siti, nuditateq; uiuebant, prophetarum ust'orum: atq; oẽs ipsos inuenies, nõ diuitum, non in diuitiis positorum: sed pauperum, sed tribulationibus, suspiriis afflictorum, partes sustulisse. Hæc autem hmõi apud te colligens, redde deo gratias, q te ad hanc sortẽ uocauerit, non iam odiens, sed uehemẽter amans. Qui qdem non illos odiẽs, tot pmittebat aduersis laborare, sed quoniã uehemẽter diligebat eos, p ipsa mala splẽdidiores illos reddidit. Si. n. hoies q in eorum causã insudãt, sine mercede, sine retributione abire non sinunt: multò magis deus eos, q tot insudauerũt laborib⁹, non permittet quandoq; suorũ laborũ repensatione fraudari. Sed necesse quoddã alterũ tps esse post mortẽ, quo laborũ mercedem accipiant. Nã & multos audiui dicẽtes, ille & ille mansuetus qdẽ, mitisque existens homo, ab altero iniquo quodã malóque quotidie in iudicio iũ trahitur, alter iniquè calũniatus, alter aduersus est, inquit, alter p̃cipitatus, & deus hęc fieri pmisit. Quare? ne citò in insaniã eleuentur mirabiliũ magnitudine, ac operũ perfectio

Gne,pmisit eos deus affligi:atq; ne maiorē de humana natura cæteri habeant suspicionem, deos non hoies eosdē esse,dicētes. Et uti dei uirtus appareat, per infirmos,p uinctos uincens & supans,pdicationem suā adaugens, atq; uti illorum ipsorū patiētia manifestior fiat,non pro mercede seruientium, sed ad bonā tam abundē uoluntatem ostendendā. Et uti post tot mala tēpestiuè, atq; opportunè,sancta eorū mens appareat,oēsq; stimulati aduersis abundantius & solatium habeant & fomentū,ad illos respicientes, atq; memoriā habentes eorum malorū, q sibiipsis contigerūt. Atq; uti quādo exhortamur uos ad illorū uirtutē, & ad uestrum dicimus unūquemq;,imitare Paulum,zelo Petrū sequere, nequaquam existimetis gestorum excellētia, pfectioneq; altera eos participasse natura,ppea ad imitationem pigrius excitemini: atq; cū oportet aliquot uos uel beatos dicere,uel miseros, dicamus quos quidē & beatos existimari decet,quōdue in ęruna,miseriaq; constitutos. Si autē discere uolueris,quoniā nō male facere hoc fortiores facit, sed inferētes mala,tolerare:respice Iacob, qūo quantumcunq; à Laban iniuriatur. Quis ergo fortior erat, q eū in manus acceperat,non audēs tāgere, sed timēs:aut q sic absque armis & exercitib⁹ mille regibus sibi terribilior factus?nōne hic? Quemadmodū.n.calcans, semetipsum excoquit:& adamantem percutiens seipsum lę dit:& q contra stimulum calcitrat, seipsum uulnerat:Sic q offēdete cogitat,seipsum offendit, omniq; luto fit infirmior. Excidit quādoq; patria & sanctꝰ Dauid,atq; de libertate,deq; aīa ipsa periclitabatur, & exercitum aduersus impudentē adolescentē tyrannum illū & patricidā parans, errabat p desertū, neq; exasperabatur zelo,neq; à deo auersus est:neq; dixit,Quid nā hoc est? Permisit puero aduersus genitorem insurgere? tametsi pro iustis habuit incusare,non sic fieri oportuisse:nā in paruo à Noe iniuria lacessitus,circuit dexterā patrio sanguine inquinare,& hæc deus uidēs sustinet. Sed nihil horū dixit,neq; cogitauit:quōdq; magis admirabile, quoniā errāti sibi,& uniuersis nudato,Semei hō quidā malus,& cōtaminatus sese exposuit,uirū sanguinū eū appellans & impiū, milleq; malis infectū,neque sic irritatus est:quinimmo imperatorē exercitus rogantē, ut descendere pmitteret,& illius truncare caput,non modò nō pmisit, sed & insuper ira concitus,dixit, Quid mihi & tibi fili Saruiæ? Dimitte eū ut maledicat, si fortè aspiciat dominꝰ afflictionem meā, & reddat mihi bonū pro maledictiōe hac hodierna. Vides qūo nouit iustꝰ quoniā generoso aio pferre maledicta, occasio maioris sit meriti? Etenim res sic sē habebat. Nā maledicta, & mille pferentes aduersā,eos q nobis improperāt, si fortiter toleramus,maiorē in nobis dei gratiā cumulamꝰ. Voluit & Moses iniurato cuidā opē ferre, atq; ultimis ferè implicatus est piculis: patriāq; excidit deo pmittente,ut & tu sanctorū patientiā discas. Si.n.prouidentes,quo nihil patiamur mali, sic ad spūalia cōcedamus,nihil magni facere uidebimur. hoc & tres pueri dicebāt, Est deus in cœlo potēs eripe nos de manibus tuis,tametsi incognitum tibi sit:quoniā diis tuis nō sacrificamus,& statuā quā erexisti nō adoramus. Et tu igitur si quādo ea q̄ scdm deū sunt attingere uolueris,multa proinde picula,multa detrimenta,multas mortes sustinebis. Nec qdē arbitreris extraneū,neq; turberis his cōtingētibus. Fili,in qt, si accesseris seruire domino, ppara aīam tuā ad tentationem. Nemo certare uolēs, sine uulneribus coronari expectat. Cū ipse igitur qd boni egeris,at que cōtraria recepis, uel alterū idipsum uideris patientē, lætare & gaude. Iure.n.maior exigitur tribulatio:neq; à proposito concidas,neq; fias desidior, sed magis cū maiori proposito superincūbe,tametsi millies uideris diabolū recidētē tuos gressus, nūquā aut deficias aut recidas. Quoniā quidē & apli cùm pdicabant,uerberati cōtinuò,mancipati uinculis,non post periculorū euasionē, sed ipsis in piculis maiori cū proposito ueritatis annunciauerūt pdicationem. Atq; uidere Paulum licet in uinculis ipsis,in catena habitantē, docentē, atq; in iudicio idipsum facientē. Intueréq; beatam ipsam aīam, in qbus gloriatur,in uinculis, in tribulationibus, in catena,in stigmatibus. Vade,inqt, & in Hierusalem alligatus spiritu,q̄ in ea uentura sunt mihi ignorās, nisi quōd spūs sanctus p oēs ciuitates protestatus est mihi,quoniā uincula & tribulatiōes me manēt. Quid igitur abis in uincula,si te tribulationes manent? Ob idipm ut pro xpo uinciar,ut pro xpo moriar:non.n.solùm alligari, sed ēt mori paratus sum pro noīe domini Iesu xpi. Quid igitur,pudore non superaris?nō times orbem circumiens uinctus? nō times,neqs dei dānet infirmitatē, ac propterea nullus accedat? Nō eiusmodi,inqt,mea uincula. Vt,inqt,mea uincula nota fierent in omni ptorio,& pleriſq; ex fratribus in domino, confidens meis uinculis abundantius, audientibꝰ sine timore loq̄bar uerbum. Vides uinculorū fortitudinē, magis q̄ resurrectionis mortuorū esse gloriā? Vinctus est Romæ,& plerosq; attraxit: uinctus est Hierosolymis, atq; ligatus concionans regē exterruit,pſidi timore incussit. Timens,inqt,soluit eum. Vinctus nauigauit,naufragium soluit, hyemē superans, eo in uinculis existente. Bestiam illā tetigit,q̄ nihil nocēs cecidit:atq; aspice id ubiq; cùm fieret, cædebatur, & fortiter cædebatur:multas ei,inqt,plagas infligentes:& ligatus est,& id ipsum fortiter:in interiorem, inqt, carcerē miserunt eū, plurimáq; cū firmitate: atq; in his tot tantisq; existens circa mediā noctē, tunc cū qetissimi quiq; dormiunt, cantabat & psalebat domino. Quid hac fuerit aīa cōstantius? Sciebat.n.quoniam pueri in igne cātabant & in camino:fortasse cogitabat,quoniā nihil tale sum passus. Sed bene faciēs sermo iterū in alia uincula traducit,carcerémq; aliū. Quid nā est qd patior? uolo tacere,sed nequeo. Aliū mueniūt carcerē illo ualde mirabiliore,magisq; tremendū. Volo sermonē præcidere,neq; permittor: quiescere nequeo,tacere nequeo,uehementer me circuntrahit: qd prius dicā, nescio,qd secundò, quamobrem neqs à me ordine exigat oro,multa nanq; rebus nobilitas inest. Longa fuit Pauli catena,propterea tādiu me tenuit. Sed non ideo tacebo: nā si in uinculis ipsē non tacuit, neq; in flagellis, ego sedens tacebo iā die existente, multáq; cū quiete loquens? atq; qūo hæc sermonē habuerit? Multa.n.multis in locis Pauli mirabiliū signa sunt, sed nulla stigmatibus desiderabiliora. Nec in scripturis tantū me reficit gaudio mirabilia operans,quantū quòd malè patiēs,flagellatus,tractus,lapidatus. Lapidantes autem eum,inqt,trahebant extra ciuitatē, & iterū uerberatū & plagas in-

Deside-rās offendere, seipsum ledit.

1.Re.15.a

Gene.9.c

2.R.16.b.

Exo.2.b.

Dani.3.b

K Eccl.2.d.

Nō extēdū mala

Act.16.e.

M

Act.16.e.

Act.20.d

L

Ibid.27.g

Act.28.b

Act.14.d

A ferentes eiecerunt in carcerē. Quāta gloriatio, quāta uoluptas? quisnam honor, quis splēdor uidetur? Quoniā pro xpo uinctꝰ est:sed admirabile itellige. Et motꝰ est inqt,carceris locus uincti Pauli, & uniuersa uincula soluta sunt. Vidisti uinculorū naturā uincula soluentē? Expergefactus aūt custos carceris,& uidens ianuas carceris apertas, euaginato gladio uolebat se interficere. Quid ergo Paulus? clamabat uoce magna,dicēs,Nihil tibi feceris mali, uniuersi.n.hic sumus. Vidisti ne oī inani gloria uacuū, omni supbia? uidisti pietatē? Nō iqt, quoniam pp nos hęc facta sunt:sed tanq; unus ex uinctis,inquit. Si.n.siluisset,atq; magna uoce non clamasset, illius manus p guttur fortasse gladium transegisset. Clamauit aūt,quoniā quidē in interiorem carcerē fuit missus. Cōtra temetipsum,inqt,id egisti, interiꝰ eos mittens,q te à periculo liberaturi erāt. Vidisti Pauli humanitatē,& ad proximum curā? Elegit uinciri,& ipse periclitari, q̄ illū despicere pereuntē. Quē nam non exterruisset ea,q̄ circa se uinculorum erat potentia? & tamen eos q uinxerant,ad uincti pedes B adegit,eosdemq; illos quasi seruos huic effecit. Cecidit,inqt,carceris custos ad pedes Pauli, & q ligauerat ad ligati pedes erat: idemq; rogabat ligatum à timore solui. Nonne tu ligasti, dic mihi? nō in interiorē misisti carcerē? nō in ligno firmasti pedes? qd tremis? qd paues? qd lachrymas? qd gladiū eduxisti? Nesciebā,inqt,tantā esse uictoriam, xpi potentiā. Quid dicis? Cœlos aperiendi cepit potestatē,& carcerē aperire non debuit? Vinctos à dęmone soluerat,& ferreū qd sibi pualere debuerat? Aias igitur alligatas soluēs,propriū nō poterat corpus soluere? Qui p sua uestimenta cæteros illis à uinculis soluit,à dæmoniisq; liberauit, ipse p semetipm sese non soluerit? Idcirco primū uinctus est,& tunc uinctos soluit, quò discas seruos xpi ligatos,uim supra ligantes habere multò maiorē. Sic.n.sancti fortitudo clarior ostenditur,cū non semetipm modò, sed & ipsos ligantes soluit. Quę nā murorū utilitas? qd magis in iteriorē carcerē mittere, quoniā qdem & Eph.4.a. exteriorē aperuit. Sed audiamꝰ ipm in hoc ipso gloriantē,& dicentem, Obsecro igitur uos uinctus in C domino: nā magna dignitas & multa,regno & consulatu uniuersisq; maior, pro xpo ligari. Nihil.n.tam clarum est,q̄ pro xpo uinctum esse,ita ut catenę circundatæ sanctis illis manibus, apostolatu & doctoratu multū sint illustriores, maioriq; uenerationę dignæ. Siqs amat xpm, nouit quod dicitur: siqs insanit atq; aduritur domini amore, uincit potentiam uinculorum: eligeret fortasse uinctus esse pro xpo,q̄ cœlos inhabitare. Nam fortè uel in dextris eius sedere,hoc clarius, hócq; clarius q̄ sup duodecim sedes sedere. Siqs me cœlo cōdonet oi,uel ea qua Pauli manus uinciebatur catena,illam ego honore pręponerem. Siquis me cū angelis statuat,aut cum Paulo uincto,uincula eligerem. Siquis me cū illis faciat potestatibus,quæ circa thronū sunt, aut uinctum talem: talē eligerem potius,etiam uinctū. Etenim nihil melius,q̄ mala pro Christo pati. Siqs mihi mortuos suscitare dederit nūc,nō iam id, sed catenam eligerem. Vellem nunc locis in illis uersari,quibus uincula illa manent,& catenas uidere,q̄s timuerunt quidē dæmones,& horrent,& angeli uerētur. Si ecclesiasticis curis esē uacuus, corpusq; robustum haberem,nequaquā peregrinationē tā-

Vinciri pro xpo quā honorificū.

tam facere recusarē,quò catenas solū uiderem, car D cerē quo Paulus uinctꝰ. O beata uincula, ô beatas manus, quas ornauit catena illa Pauli circūdata: nō tā pretiosæ erāt manus, quæ claudū in Lystris erexerūt,q̄ uinculis circūdatæ. Si p illa tpa ipse fuissem,tūc potissimum fouissem eas, & ante meas oculorū pupillas ponens,nusquā desiissem deosculari manus, dignas effectas pro domino meo uinciri. Non eum sic dico beatum, qd tertium usq; ad cœ- 2.Cor.12.a. lum,in paradisum raptus est, quēadmodum quòd in uincula sit coniectus. Non eū sic beatū dico, qd Ibidem. audierit arcana uerba,quēadmodum quòd uincula sustinuerit. Etenim hęc illis longè maiora. Eligibilꝰ nāq; mihi est malè pati pro xpo, q̄ honorari pro xpo. Hoc Paulus cogitabat: & merito. Si ipe pp me factus seruus,gloriamq; euacuās, nō sic in gloria eq putabatur, q̄ cū pro me affigebatur cruci,qd me pati non oportet? Audi.n.ipm dicentem, Glorifica me pater. Quid dicis? Ad crucem duceris cum Ioan.17.a latronibus, tumulorumq; fossoribus maledictam sufferre mortem,cōspuendus, cædendus colaphis, & hæc gloriam appellas? Ita,inquit,pro dilectis ipe E patior,meritoq; hæc eadem gloriā existimo. Si.n. dominus meus miseros & ęrumnosos amans, gloriam rem uocat, ēt id patrio throno magis aducit gloriæ:multò ipse magis hęc gloriā existimare debeo. Terrent q̄ in Iob dicūtur cūctos hoies,pro patientia,pro uitæ puritate, pro dei testimonio,& forti illa pugna,& mirabili post pugnam uictoria. Sed Pauli patientiā q̄ nā adamantina aīa ostēdere poterit? Nō.n.menses multos sic decertans deguit, sed annos multos: non terræ glebas liquefaciens, ac sanie macerans,sed in os ipsiꝰ intelligibilis leonis cōtinuè incidens,milleq; dimicās tētationib. Neq; ab amicis tribus quatuòrue,sed cūctis ab infidelibus improperatus,cōsputus,iniuriatꝰ,maledictus,milleq; tentationū globos sustinēs. Et nūc qdē flagellis corpus distēdēs,nūc lapidib. obrutus, fameq; assidua & asperitate liquescens. Sed Iob hospitalitas magna,neq; id nos inficiamur,sed Paulo tātò inueniemus egentiorē, quātò corpꝰ aīę cediti. Quod.n. ille ad eos, q secūdum carnem infirmabātur fecit: F hic ad eos,qui in anima iacturā acceperant, ostendit. Et ille qdem ouibus,bobúsq; numero immenso sibi existentibus eadem egit: hic aūt nihil supra suum possidens corpus, ex hoc ipso indigentib. satisfaciebat,& clamabat dicens, Necessitatib. meis, Act.20.g. & eorū q erant mecum, subministrauerūt hæ manus. Hos amplectamur zelo, hos imitemur oēs, quò pares ipsis laudes assequamur, in xpo Iesu domino nostro, cui gloria in secula seculorum, Amen.

De beato Iob, Homilia. Incerto interprete.

Eruntamen fratres charissimi, intēdat charitas uestra qd dico: quādo audiuimus librum sancti Iob, pcepimus quòd pditis rebus, pditis filijs, nec ipsam carnē, q̄ illi sola remāserat, saluā potuit obtinere: sed pcussus graui uulnere à capite usq; ad pedes, sedebat Iob in stercore, putresces ulcere, sanie stues, uermibꝰ scaturiēs, tormētis acerbissimis dolorū cruciatꝰ. Si nobis sic nūciaretur uniuersa ciuitas, nullo ibi sano in grauissimo uulnere, cū sic putrescere uermib. uiuos, quo mortui putruerūt, qd eēt grauiꝰ hoc? in ea illud bellū tā graue eē puto, qd mitius in carne humana ferrū sęuiret, q̄ uermis: tolerabilius de uulneribus sanguis

G erumperet,q̃ de putredine sanies distillaret. Cadauer corrũpi respicis,&horrescis:sed ideo minor pœna,imò ideo nulla pœna, qđ absens aia. At uerò in Iob p̃sens aia q̃ sentiret, ligata ne fugeret, subiecta ut doleret,cõpuncta ut blasphemaret:sustinuit tamen tribulationẽ Iob, & deputatũ est ei ad magnã iustitiã. Nõ ergo quisq̃ attendat qđ patiatur,sed qđ faciat homo: in eo quod pateris, potestas tua non est:in eo qđ facis,uoluntas tua uel nocẽs, uel innocens est. Patiebatur Iob, & stabat mulier relicta sola:nõ ad cõsolationẽ,non q̃ afferret medicinã, sed q̃ moueret blasphemiã: dic aliqđ in deum & morere. Videte fratres charissimi, quẽadmodũ illi mors beneficiũ fuit, & tale beneficium nemo illi dabat. Sed in his oĩbus q̃ sancta aia sustinebat, patientia exercebatur,fides probabatur,mulier cõfundebatur. Spectaculũ magnũ, & in illa fœditate putredinis p̃clara pulchritudo uirtutis:uastabat latẽter inimicus, aptè malũ suadet inimica,adiutoriũ diaboli,nõ mariti. Heua noua, sed ille nõ uetus Adã. Dic aliqđ ĩ deũ,& morere, blasphemãdo extorque, qđ

H p̃cando nõ potes impetrare. Locuta es,inqt,tanquã una ex insipientib⁹ mulieribus. Attendite uerba fo-

Ibidem. ris putrescẽtis,intus integri. Locuta es,inqt, tãquã una ex insipientib⁹ mulierib⁹. Si bona percepimus de manu domini,quare & mala nõ sustineam⁹? Pater est,nunqđ nã amãdus est blãdiẽs, & resp uẽdus corripiens? Nõne ipse est pater,& imponẽs disciplinã? Cogita quoslibet cruciat⁹ extẽde aĩum in quaslibet in hac uita pœnas humanas,cõpara gehẽnas, & leue est omne qđ cogitas. Hic tpalis,ibi æternus.

Luc.16.e. Et q torquentur,nunqđ adhuc patiũtur, q illo tpe passi sunt? Diues autẽ ille adhuc apud inferos patitur,arsit,ardet,ardebit, uiuet usq; ad iudicium,recipiet carnẽ non ad beneficiũ, sed ad suppliciũ. Illas pœnas timeamus,si deũ timemus. Quicqđ hìc passus fuerit hõ,si corrigatur, emendatio est:si nõ corrigatur,duplex dãnatio est. Et hìc.n.luit pœnas tẽporales,ibi expiretur ẽternas. Dico charitati uestrę fratres:Martyres sanctos laudam⁹, glorificam⁹, admiramur,dies eorũ pia solẽnitate celebramus,merita eorum ueneramur,& si possumus imitamur. Est

I profectò magna martyrũ glia, sed nescio utrũ minor gloria fuit sancto Iob. Nec tamẽ ei dicebatur: Th⁹ pone,idolis sacrifica,& diis alienis, nega xp̃m: dicebatur tamẽ,si blasphemaueris,putredo ois abscessura,sanitasq; reditura est: sed si blasphemaueris,dicebat ineptã & insulsa mulier,morieris,& morièdo tormẽtis carebis, quasi uerò moriẽti blasphemo nõ ẽternus dolor succederet. Mulier fatua p̃sentis putredinis horrebat molestiam, ẽternã flãmam minimè cogitabat. Ferebat ille p̃sens incendiũ,ne incurreret in futurũ. Tenebat cor à mala cogitatione,linguã à maledicto, seruabat aiæ integritatẽ in putredine corporis. Videbat qdẽ & iudiciũ de se futurũ,euadebat,p̃stante xp̃o domino nostro,cui est gloria,& imperium in secula seculorum, Amen.

Diui Ioannis Chrysostomi in beatos Iob, & Abraham, sermo.

Thletam in certamen impellit erecta uicto-

a ri statua, armigerũ in p̃lium prouocat decreta fortib⁹ glia: Christianos autẽ confirmant in patiẽtia, eorũ q strenuè certarunt p̃conia. Quis autem tam strenuus & fortis, uti beatus Iob? quẽ uidit qdem diabolus,aggredi tamen primũ detrectauit. Vnde sapiens agonotheta fidẽs athletæ K suo,aduersariũ irritat,& ad certãdum mouet:& id circo beato Iob testimonium dãs, p̃fert hunc suũ, & apostatam inferiorem facit. Nam posteaq̃ diabolus circuisset oĩa, tantasset q̃ oẽs, ab uno autẽ hoc forti fugisset,cum eo congredi timens, ne proderet sẽ ignominioſẽ uictum, ipsum cauillatus est. Dicebat igitur diabolo deus, qui oĩa uidet:Aio aduerti ne seruum meum Iob, quòd non sit ei similis super terram,uir inculpatus, uerax,iustus,pius,abstinens ab omni malo? Testificatur deus,uritur diabolus. Nõ pmittitur ei aliud aduersus superiorem. *Iob.1.b.* Irridet ergo & cauillatur,dicẽs: Nõne tu munisti oẽm domum eius intus & foris? Tanta concedis & admiraris,si gratias agat? Accipe qđ dedisti,& accipiam qđ habet. Nã si in calamitates inciderit, desistet ẽt ipse à gratiarũ actione. Dixit coniectans,nec cõsequutus est qđ sperabat. Quemadmodũ p̃scientia scire,ita futura ignorare ostensus est. At deus sciens athletæ suũ gratitudinẽ indep̃dabilem,irritauit fugientẽ, ut coronaret uincentẽ. Magnũ p̃conium L Iob,quòd tam gratus in felicitate: sed amplius,qđ suũ similis inuenitur in aduersitate. Itaq; in bonum cedunt tẽtationes. Et diabolus certat,ut uictus cõfundatur. Iob autẽ dũ tentatur, apparet scientia, q̃ post multa tpa danda erat, spiritu sancto erudiẽte, edoctus. Quo pacto demonstrabitur hoc? Nondũ erat lex,& longè ante euangelij p̃dicationẽ p̃cesit. *In argumento libri Iob.* Quintus.n.erat ab Abraham, & nepos Esau,& legẽ seruauit sacrificando, & euangeliũ cũ cogitationibus certando. Vitulum.n.sacrificabat, quasi legem uidens, & de internis cogitationib⁹ solicitus erat, *Iob.1.b.* quasi euangeliũ spectans. Dicebat.n.Iob: Ne forte filii mei mala cogitarint in corde suo cõtra deum: *Matt.5.d* Quis.n.legẽ posuit cordi, nisi q dicit alibi: Qui uiderit mulierẽ ut concupiscat, iã mœchatus est eã in corde suo? Et q dicit: Ois q iracitur fratri, reus erit *Ibidem.c* iudicio? Vidit futura, q ita mentis curã habuit, uidit euangeliũ ante datam legem. Oportebat autẽ, ut is,q proficiebat,& ad perfectionis apicẽ ascendebat, & propria rectè ageret, & pro pueris solicitus

M esset. Amabat autẽ pueros,q̃bus ornatus erat,& honestè educabat eos,offerebat q; pro incertis eorum peccatis sacrificia: Melius existimans offerre,cũ nõ debeas,q̃ ingratum esse,cũ debeas. Diues erat ex benedictionib⁹,utebatur q; pro necessitate diuitiis,ita ut satiando pauperes, diabolum mirũ in modũ cõtristaret. Bona.n.opera humana, plagæ & uulnera sunt dæmonibus. Porrò audiuit deus q̃ sciebat,ab eo,q q̃ diceret nesciebat. Opinabatur.n.satan,qđ si auferretur possessio,auferretur & gratiarũ actio, & tolleretur patientia. Verũ, deus sciens cui confidebat,pmisit diabolo, ut abraderet beati facultates, quò cõprobaretur ppetuò uigẽs eiꝰ gratiarũ actio. Vide autẽ dei prouidentiã. Imperfectũ petit diabolus,sed non obtinet. Vnde saluator & Simoni dicit: *Luc.22.d* Satãas experiuit uos, ut cribraret sicut triticũ: Ego autẽ orani pro te,ut ne deficiat fides tua. Quandiu impfecti sum⁹, nobis parcitur: quãdiu lactamur,paternè fouemur: ubi aũt pfectiores facti fuerim⁹, perfectorũ certamina ẽt suscipimus. Dicit.n. Ablactati à lacte, auulsi ab ubere: afflictionẽ super afflictionem suscipe,spem super spẽ. Nõ dixit ablati ab ubere:sed, auulsi. Proficiens.n.ad perfectionem cogitur,ut cedat à lactendo. Sciebat suum athletã agonotheta

A notheta,uidebatq; eius futura, de cuius p̃sentib⁹ stabatur,& dicit diabolo: Ecce omnia quæcunque habet do in manũ tuam,sed ipsum ne attigeris. Saluus sit accusatus,tollantur ab eo quæ existamãtur gratiarũ actionis causę,diues gratiarũ actione appareat. Et exiuit diabolus à domino. Et factũ est, cũ filij Iob,& filiæ eius biberẽt uinum in domo fratris sui senioris. Honestũ conuiuium erat, id quod ostendit oĩum fratrum p̃sentia sorores cum fratribus,honestatis chorus sunt. Aetasq; natu maximi *Iob.1.c* apud eos in honore est. Et ecce nuncius uenit ad Iob,& dicit ei: Iuga boum arabãt,& asinę iuxta pascebantur,& uenerũt latrunculi,abegeruntq; eas,& pueros trucidarunt gladijs: saluus aũt mãsi ego solus,& ueni ut nunciarẽ tibi. Seruatus est unus,non miseratione eius,qui tantam substantiam abstulerat,sed ut grauius affligat: & ne ignoret is quẽ tristitia afficere cupiebat,nuncium saluum reliquit. Ad huc eo loquente uenit nũcius alius,& dixit ad Iob. Tu interim attende quo continentes sunt tentatio

B nes,Fluctus fluctum impellit, sicut in undis marinis. Adhuc illo loquẽte,uenit nuncius alius. Vt sanctus cõturbaretur,& quãuis sert,quod prius dictũ, non ferat tamen quod toties dicitur. Hęc autẽ enarramus,non sicut ij qui ueteres fabulas annũciant, sed monstramus rerum etiam,quæ nunc cõtingũt uestigia. Adhuc illo loquente,uenit alius nũcius,& dixit ad Iob: angelos nuncius, à nũciando,nõ à natura. Nã angelus à natura angelica quo dicere pos- *Ibidem* set,Saluatus sum ego solus,cum ab interitu alienus sit? Quid dicit nuncius? Ignis de cœlo decidit,& cõbusit oues,& pastores similiter deuorauit. Vide in satiabilem diaboli furorẽ,uide extremam insaniã, uide compassionis expertem tyrãnidem,uide quo iuxta ferentis uires permittuntur omnia. Saluatus sum ego solus,& ueni,ut nunciarem tibi. Adhuc il Io loquente,nuncius alius uenit ad Iob. Vide nuncios super nuncios,tristia super tristia, uide adamãtem indiuisibilem,uide petram immobilem. Equites secerunt tres acies, & circundederunt camelos, & abegerũt eos,& pueros gladijs trucidarũt. Quid

C prodest dicere,& pueros gladijs trucidarunt? cõmorantur gladij,ut ad misericordiam moueantur uiscera. Adhuc illo loquente,alius nũcius uenit ad Iob,dicens: Filijs & filiabus tuis comedẽtibus. Hoc uersute postremo loco nũciari facit,ut si prima forte ferret Iob,quasi extraria: his saltem auditis, & motis super filiorum morte uisceribus, nouis cõsiceretur doloribus,& indignam aliquam ederet uocem,quam tentans se auditurum sperabat. Ad prima.n.nihil respondit,semp posterioribus adobrutus. Audiuit tertium,& quartum,& ut sapiens expẽdebat secum,fieri posse,& solere,quòd equites uere latrocinati essent, iniusti uere rapuissent. Verùm, quòd oues absumptæ erant igne,non perfunctorie cogitabat,sed manifeste agnoscebat eum qui hoc p mittebat. Non.n.potestatem habuissent dęmones, nisi permissum eis fuisset à deo. Argumentum autẽ quod superne eis concessum esset, erat quòd ignis descendebat. Vnde enim missus? è cœlis. Inde scilicet uenit, unde & iudicium. Igitur propter diuinam permissionem tolerabiliora erant. Ignis cecidit de cœlo. Vere iniusti iniuste egerunt & auari rapuerũt. Quis autẽ ignem detulit? Ostendit mihi ignis, qui descendit, quid uelit & spectet agonothetes, Nã li-

cet diabolus aliquid posĩt,nihil tamen potest,nisi D quãdo potestas ei fuerit concessa. Potestas enim ei *Iob.1.d* non est propria,sed à deo illi concessa. Dixit itaque opportuno loco: Filijs tuis,& filiabus tuis comedẽtibus & bibentibus apud fratrem suum natu maiorem,repente ualidus spiritus uenit ex solitudine,& cõcussit quatuor angulos dom⁹, corruitq; domus super filios tuos,& mortui sunt. Factus est ergo sym posii locus,sepulchrum,& cœnaculum communis mortuorum tumulus. Saluus ego unus euasi,& ueni ut nunciarem tibi. Quid igitur fortissimus ille? quid uictor ille inclytus? quid utraq; dextra ualens armatus ille,ad hæc agebat? Vicerat armis iustitiæ à dextris,agens in fœlicitate & diuitijs,uicit & à sinistris. Habens filios gratias agebat,ablatis eis nõ minus gratus est. Pro uiuẽtibus solicitus erat,pro mortuis solicitus nõ est. Non iam pro peccatis sacrificia offert. Neque.n.habebat,quæ offerret: sufficiebant autem eius uoluntati pro sacrificijs preces. Tũc surrexit Iob,& dissipit uestes suas. Surrexit & dissipit. *Ibidem.* Tu ne somniculosus supinoq; sẽsu hęc audieris,sed mente excitata & uigili. Dissipit enim uestem,non E ingratus,neq; indignam uocem emittens præ animi impotẽtia: sed insultans diabolo,& inexplebilẽ eius qui omnia abstulerat,rapacitatẽ confundens. Vnam quam habebat uestem,& qua indutus etat, dissrumpit & deponit,gloriaturq; contra tẽtantem, ei ostendens quòd maiora illis sustinere queat. Dices autem mihi, tenui cõiectura hęc loqueris, & si spicaris: uidẽtur hęc quasi ad gratiã à te cõposita. Haberẽ,qua aduersus hos me defendere possem,apologiã. Dissipit,ait,uestimenta sua,& abrasit comã suã: non more gentiliũ euulsit,neq; comã neglectam,sicut lugentes, habuit: sed abrasit,& abiecit. Quorsum hæc spectant? In terrã cecidit & adorauit *Iob.1.d* ac dixit: Nudus exiui de utero matris meę,nudus et abibo illuc. Nõ hęc ut ingratus uel obmurmurãs, uel impius dixit: sed insultãs diabolo, & abijciẽs ẽt quod reliquum erat,exuit uestes: declarãs & robur suũ,& quòd prõptus & paratus aduersus fugientẽ esset. Ego nudus exiui, nudus & reuertar illuc. Illuc, quorsum? ubi p̃mia expecto, ubi coronã spero. Do *Ibidem.* minus dedit, dominus abstulit. Nullus.n.è manu F eius,qui oĩa continet, me rapiet: nullus uim faciet uirtuti oipotẽtis: quãuis equites p̃dati sint, auarus rapuerit, diabolus incẽderit, non tamẽ absq; uolũtate eius, qui pmisit, factũ est aliquid. Sicut deo uisum,ita & factum: Sit nomẽ domini benedictũ. Vide & imitare. Aduersa fert, & gratias agit. Magnitudo pquam gratę mẽtis in tristibus apparet. Vides, quòd si in prosperitate gratias egeris, ycophãta diabolus factũ tuũ extenuat,& dicit: Non frustra colit *Ibid.* Iob dominũ? Igitur ut pateat,quòd gratis colas dominũ,tẽtationibus exploraris,& sic strenuus & fortis cõprobaris. Et nos qa dominicũ Pascha perficimus,azyma syncerę fidei habeamus: oportet autẽ gustare & agrestes lactucas. Agrestes lactucas spontaneos labores intellige. Cũ illis autem,& ea q̃ diu na pmissione nobis accidunt. Infert.n.nonnunquã afflictiones perquã amaras. Vert tu quando amaritudinem plagarũ degustas,dic sicut ille: Viuit dominus,qui ita me secut: uiuit oipotens, qui amarã fecit animam meã: futurum est olim amarum hoc antidotum,animæ salubre. Et quia intestino malo laboramus,nociua illa amaritudinis gustu expella

G mus,quo bona ualetudine uegeti,dominicarũ carniũ cœna expleamur. Pascha.n. comesturi sumus. Poposcit olim deus Isaacum ab Abraham, quem i Ile quidẽ alacriter dedit:deus aũt nõ accepit,utpote saluti nostræ non sufficientem hostiam. Attamẽ typus ille utilis fuit,præsignans quod posthac ueri
Gen.22.c tas præstitit. Colligatur Isaac,& non occiditur. Dicit deus: Abraham Abraham,nõ extendas manum tuam super puerũ. Quare nõ dixit filiũ:sed,puerũ? Vilior erat utpote homo. Opus aũt erat non seruo uel puero,sed filio. Ne extendas manũ tuã sup puerũ,contentus esto figura,ueritatẽ expecta. Et Abra
Gen.22.a ham quidẽ prophetat,decipitq; seruos. Vide uerita tẽ in dictis q eueniunt. Et quid dicit? Sedete,ait,hic cum asino,ego aũt & puer trãsibimus usq; illuc, & postquã adorauerimus,reuertemur ad uos. Dixit q dem ita,sed non ita in aio habebat: accidit autẽ ut dicebat,non ut sentiebat. Cæterũ seruos relinqt,ut ne cogatur aliqua ex parte facere qđ ingratum deo. Timebat.n.ne illi existimarent passum eum senile aliquid,& ita à sacrificãdi conatu abstraherẽt,dicẽ
H tes: Quid ô domine? eũne,q ex promissione tibi data est immolas? sacrificásne dilectũ illũ à deo datũ,senectutis alumnum,hęredẽ,nostrum dominũ, tuũ successorẽ,Saræ filiũ,unicũ ex ipsa, & iam tãtũ ac talẽ? Quid facias considera,cõica id consilij,uel generationis & uitæ consorti,q pp ipsum tot dolores partꝰ tulit: detinemus te,nos occide. Eapropter sapiẽs ille senex obsistẽtes nõ accepit,sed fecit,ut sacrificiũ sua portaret ligna,esset q; figura saluatoris crucẽ gestantis. Porrò gestat puer & loqtur,mouẽtur paterna uiscera,& ab obedientia dei pater non desistit. Quid inqt puer? Pater inqt. Cogita q̃lis sit hęc uox apud patrẽ amantẽ filiũ. Nos balantis oui culę,quę inarticulatam nocẽ emittit,miseremur sacrificaturi: cogita quantũ hæc ouis moueret, si cũ pusillo aio ita loqueretur? Pater inqt,ecce ignis & li
mat.10.d gna,ubi ouis sacrificio destinata? Erat ãt ipsẽ ouis, q̃ iuxta spiritꝰ sancti sniam loquebatur,quò ad misericordiã sacerdos moueretur. Verũ ille iam didicerat: Qui diligit patrem uel matrem,uel filium uel
Rom. 8.f filiã,plus quã me,non est me dignus,& imitabatur
I patrẽ illũ,de quo dictũ est,quòd proprio filio suo non pepcerit deus. Vbi est ouis,inqt sensatus puer. Quid igitur pater dicit? Deus prouidebit sibijpsi
2.Cor.5.c ouẽ in sacrificiũ,filiũ. Non seruũ,sed filiũ:nõ famulũ,sed filiũ. Scito igitur quare Pascha pficias. Ne sermẽtes azyma,ne hęretica malitia pmiscueris,habe pura azyma. In azymis.n. synceritatis & ueritatis festa celebramus. Festa aũt non intellige relaxationẽ solam. Sit & ieiunium bene sensatę aræ festum: sint & afflictiones,& castigationes festa. Pro teipso ieiuna: pp cibum fuisti inobediẽs,per ieiunũ obedis,
Mat.24.c Cibus è paradiso eiecit,ieiumũ te reducit. Hoc nos pceptum diuinũ sancta scriptura docet,q̃ solui nequit,& cœlo ipso pferenda est. Cœlum.n. inquit,& terra transibũt,uerba aũt mea non transibunt. Ne timeas hominũ minas,sed dei. Tuta armatura est dei timor,inexpugnabile scutũ pia fides. Ne simus timidi,ne simus inconstantes. Minę indoctũ facile transferunt,firmatum aũt scientia,nõ ignis,nõ gladius,nõ pssentia,non futura,non periculũ,nõ diabolus,modo diuina adsit gratia. In rẽ nostrã sunt tentationes. Probati fuimus in fœlicitate,probati simus & in aduersitate. Alacres simus,cũque ut non afflligamur. Deus.n. alacritatẽ mentis uidens,cõ- K
tentus erit sola uoluntate,Quòd si deus nos ẽt affli
gi uoluerit,hoc erit in gloriã,& probationẽ nostri,
ut dicamus ei ẽt nos: Hæc oia uenerunt super nos, Psal.43.b
& nõ sumus obliti tui. Si.n. nobiscũ deus,quis con
tra nos? Momentanea est afflictio,sed perpetua glo
ria. Ad uesperã demorabitur fletus,& ad matutinũ Rom.8.f
lætitia. Qui imitatores fuerint patientiæ beati Iob, Psal.29.b
& fidei beati Abrahæ hæredes,& pietatis utrorum
que successores,in eundem quoque sanctorum ad
numerabuntur chorum. Quorum enim similis or
do & pars fides,eorũ & idem honor. Deus q coronauit beatum Iob,& confudit diabolum, credenti
búsque uirtutẽ eius monstrauit,is omnes nos cõser
uet immaculatę uitę studiosos,& piam fidem toto
pectore amplexantes,in Christo Iesu domino nostro,cũ quo patri,& spiritui sancto sit gloria,& imperium,in secula seculorum,Amen.

[De patientia & tolerantia ab exemplo Iob: uide in ultimo tomo ad populum Antiochenum homilijs. 4. & 5.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI VE- L
re aureæ in Psalmos homiliæ,quibus nihil nec eloquentius,nec ad Christianam uitam instituendam aptius dici aut fingi potest, quæ nunquam græce editæ, nunc primum sunt in linguam latinam uersæ, præter homilias quatuor & uiginti easq; perbreues, iam olim typis excusas hic suo loco positas, quarũ principia sunt ut infra.

GENTIANO HERVETO
Aurelio interprete.

HOMILIARVM QVAE IN ALIQVOT
psalmos iam impressæ fuerunt, principia hæc sunt.

In Psal.9. Creatoris & omnium rerum
In eundẽ Deus generis nostri
In Psal.22 Circulo consecrato anno reuolu-
& .116. to
In Psa.24 Victores arte & angustę
In Psal.25 Filij lucis in libertatem M
In Psal.26 Ex plenitudine uerbi formamus
In Psal.29 Celebritas confessionis
In Psal.33 Sermo diuinus paragrans
In Psal.50 Miserere mei Deus secundum
In eundẽ Reliquas hesternæ mensæ hodie
In Psal.68 Qui orationibus insistere
In Psal.71 Dominus uirtutum & plenitudo
In Psal.84 Omnis qui se agnoscit
In Psal.90 Psalmum nonagesimum Deo
In Psal.93 Aduersus fluctus & impetus
In Psal.95 Egregium ueréque mirandum hymnũ
In Psal.96 Ictus à uipera Paulus manu
In Psa.106 Spiritus sanctus medelam
In Psa.115 Narrant quot apiculæ
In Psa.118 Benignitas Dei & domini nostri Iesu
Christi
In eundẽ Veritatem prædicandam angustia.
In Psal.121 Dominus noster Iesus Christus
In Psal.122 Ad te leuaui oculos meos
In Psa.142 Iudicia domini sicut

MARCELLO CERVINO SANCTAE CRVCIS
Cardinali amplissimo Gentianus Heruetus S. D. P.

VI alicui Principi aliquod munus offerunt, Marcelle in primis Reueren. solent id quã pulcherrimis possunt uerbis ornare, ut & à se nõ nequicquã donatũ, & eo cui datur nõ indignũ uideatur. Hoc ne in Chrysostomo nup à me latinè uerso, quẽ tibi in præsentia dedico, & per te latinis oĩbus tædum fruendum publico, faciam, in causa est qđ cũ sit alioqui Chrysost. tibi satis cognitus hic in psal. eius cõmẽtarius ex Ferrariẽsi Dominicanorum, & Cesennati Franciscanorũ bibliothecis tuo sumptu haud ita pridem descriptus, & ex sanctissimo tuorũ librorũ ærario mihi ad traducẽdũ depromptus sit, nõ est qđ in tuis opib. laudandis immorer mihiq; magis timendũ est, ne dũ illud os aureũ in linguã alienam transfundo, putissimi illius auri notæ interpretis uitio aliquid decesserit, quã committendũ ut dum eũ conor laudare qui uel tacẽs seipsum satis laudat, et ad quẽ laudandum opus esset ipsius eloquentia tã amplo argumento nihil dignũ offerens, in iustã omniũ reprehẽsionem incurram. Quanquã enim sedulo annixus sim ut quæ græce ab eo eloquentissimè dicũtur fideliter uertẽrẽ, nõ me tamẽ fallit fieri nõ posse quin ea primaria sua lingua lõgè plus dignitatis, ornamẽti, & splẽdoris habeant. Is.n. fuit Chrysost. qui cũ diuinarũ & humanarũ rerũ cognitio ne nulli fuerit inferior, incredibili certè orationis suauitate, & appositissima ad persuadendum et ad bonos mores incitãdũ dicẽdi ratione Græcos oẽs longo interuallo superauerit. Quod facile intelligẽt qui sua eum purissima & uel in primis atticã dictione loquentẽ audierint. Cuius gratiam ut neminẽ hominem alia posse lingua assequi ausim asserere, ita possum affirmare eũ adeò apertè, plane, & dilucide mea nũc opera latinè loqui, ut illud eius aureũ quouis Tago et Pactolo pretiosius eloquentiæ fluentũ quiuis in eo legendo aliquantulũ uersatus statim, agnoscat, nec sanctissima illa aĩa quæ à se græce præclarissime scripta sunt, aliena esse lingua edita ægrè ferat. Quod quidẽ eo mihi facilius persuadeo, quòd cũ q̃ populo olim sibi credito summa cũ omniũ admiratione in cõcione dixerat, ad posterorũ utilitatẽ literarum monimentis mãdauerit, eum non tã suam quã nostram omniũ uicem, (si modo in beatã animam ullus cadit dolor) doluisse consentaneũ est, dum ea à tineis & blattis erosa in uno aut altero angulo tot iam seculis delitescere, & nemini penitus prodesse uideret, quæ omnib. omniũ gẽtiũ linguis in uulgus esse emissa totus Christianæ reip. magno pere interesset. Plurima quidẽ certè scripsit diuus Chryso. in quibus summã diuinarũ scripturarum intelligentiam, facilè abstrusorũ arcanorũ explicationẽ, efficacissimam ad uitia declinanda sequendamq; uirtutẽ exhortationẽ oẽs iure mirantur. In hoc autem in psal. commentario, quantũ in alijs cæteros, tantum seipsum longè lateq; superauit. Atq; hoc quidem in eo in primis laudandũ est, quòd cũ cæteri ferè oẽs, qui in psal scripserũt, rem ita tractauerint, ut dũ perpetuas psequuntur allegorias, quod quidẽ in explicãda quoq; Homeri poesi nõnullis usu uenisse scribit Eustathius, si cũ diuinis humana cõferenda sint, nihil aut parũ ad modum relinquunt historiæ. Chryso. autẽ cum allegoriæ fundamẽtum esse intelligat historiã, quod quidem nisi recte iactũ sit, reliqua corruunt: tum demũ postquã rei gestæ seriem, & quæ ad eã pertinent explicauit, ad sublimium rerũ quæ in ea latet contemplationẽ erigit auditorem eaq; historiæ adeò pulchre cohæret et congruit ut nihil ab ea alienũ, nihil longè remotũ, nihil durius detortum quenquã posit offendere. Quid, quòd quoties in moralem aliquẽ locũ excurrit, & uel de uirtute ac uitio disputat uel ad bonorũ cœlestium desiderium inflãmat, opes q; terrenas & oĩa quæ ad hanc mortalem uitã pertinent uilipendit & eleuat, auditorem ita rapit, immutat, ac propemodum transformat, ut qui se eius dictis ad pietatem et bonam uitam commoueri non senserit, is uel quouis lapide durior, uel quolibet dæmone immanior dicendus sit? Quid qđ quoties se offert occasio, pro ecclesiasticis decretis ac dogmatibus ita pugnat, ut Gentilium, Iudæorum & qui ad suam usque ætatem fuerant & erant hæreticorũ impetum nõ solum sustineat, sed frangat, infirmet, & longissimè propulsetꝰ Quam pulchre gentium dæmones conuellit et è cœlo detrahit? Quã præclarè Iudæos suis ipsorum armis confodit? Quam fortiter Manichæos, Arianos, Eunomianos, & cæteras hæreticorum cateruas fundit, fugat, ac prosternit? A diuersus eos autẽ qui nostris temporibus exorti sunt, multiplices hæreticos etsi argumentis non contendat, ut quos ne futuros quidẽ suspicari poterat, suæ tamẽ authoritatis tela abundè orthodoxis subministrat. Sunt (O infelicia & miseranda nostra secula) qui sedis apostolicæ authoritati detrahant. At Chryso. Petrum & primum apostolorum à Christo dicit esse cõstitutũ, eũq; principem apostolorum atq; adeò græce κορυφαῖον appellat. Sunt aliqui quibus nihil potest fingi impudentius, qui Petrum Romæ unquam fuisse negent. Os eorum impudens testimonij sui mucrone perfrinegit Chrysostomus, qui eum in urbem maximè regiam, Romam scilicet, uenisse, ibiq; sedem fixisse asserit.

Sunt qui post baptismum asserãt remanere peccatum originis. Eos quoq; ferit Chrysostomus telo suæ sententiæ, cum baptismum omnia peccata delere pronunciat. Ex profundis Orci latebris emersere alij, qui negant in Eucharistia esse uerum corpus & sanguinem domini. Importunam eorum, tanquam immanis alicuius Goliath, frontem funda uerberat Chrysostomus, dum dicit, Corpore & sanguine domini uestimur qui nos regenerauit. Inficiatur impius apostata Lutherus eucharistiam esse sacrificium. At hoc sacrificij in eucharistia uocabulum sæpissime usurpat Chrysostomus. Sunt qui se fidem tanti facere præ se ferant, ut omnia omnino bona opera excludant. At Chrysostomus cum uno in loco in hoc opere dixisset, Fidem solam iustificare quæ est uirtutum fastigium, ut facile intelligatur eũ illam fidem dicere à qua cæteræ uirtutes proficiscuntur, in aliquot alijs dixit nunc fidem solam non sufficere nisi adsit bona uita, nunc uerò nos seruari per fidem & uirtutem. Aliqui gratiæ tantum tribuunt, ut omnia merita nostra tollant. Chrysostomus autẽ ea ut pulcherrimo ita longẽ firmissimo ac perpetuo uinculo coniungit. Reliquias sanctorum nonnulli abijciunt. Chrysostomus autem ad eas uenerandas populum suo tempore frequentem conuenisse asserit. Quidam miracula mirum in modum eleuant. Chrysostomus autem affirmat nulli unquam ætati sua defuisse miracula. Stupidi aliqui & uix ullo sensu præditi libero arbitrio detrahunt. At apud eum uix inueniri potest ulla pagina, quæ non eius honorificam faciat mentionem. Hæc pauca exempli gratia tantum adduxi, ut omnes intelligant uix esse hodie ullam hæresim, quæ non tãti uiri authoritate in hoc nostro commẽtario, (De alijs enim quid opus est dicere?) reprobetur. Qui si hodie uiueret, & ex professo aduersus eos decertaret, cum summa doctrina & eloquẽtia cum uita sanctissima in eo coniuncta esset, quæ hæreticorum phalãges non solum uehementem eius aciei impressionem sustinere, sed uel tantæ maiestatis aspectum ferre possent? Atq; utinam essent permulti his nostris turbulentis temporibus episcopi, qui eius uestigijs insistentes, & quodnam suum sit munus in memoriam reuocantes, quem à Christo suæ curæ commissum gregem acceperunt, & sermone Dominico pascerent, & uitæ suæ exemplo à uitio reuocatos ad uirtutem traducerẽt. Ego certè in hac sum sententia ut existimem omnium horum malorum principium hinc esse natum quod in ecclesiasticis mandandis muneribus exigua, atq; adeò ferè dixerim, nulla uirtutis et doctrinæ ratio habeatur, & qui ea susceperunt, priuatis suis commodis non reip. utilitate omnem procurationis suæ finem metiuntur. Cui rei si diuino aspirante auxilio remedij aliquid afferatur, spes est fore ut propediem grauis hæc tẽpestas, sedetur & in orbem Christianum fraterna concordia, quæ tandiu exulauit, ueluti postliminio reuertatur. Hoc ut procurent facile adduci poterunt ij ad quos ecclesiasticarum rerum summa delata est, modo sit in eis ulla Christianæ pietatis scintilla, si cũ in cæteris præclaris diui Chrysostomi scriptis, tũ in hoc plane diuino in psalmos commentario assiduè uersantes, & quanta sit episcopi dignitas recordantes, eum, quo ad eius fieri poterit, & dictis & factis conentur exprimere. Qui utinam inueniretur integer, & non ad complendum totum psalmorum numerum tertia circiter ei pars deesset. Nihil enim uideo quod ad psalterij intelligentiam posset deinceps magnopere desiderari. Sed quoniam reliqua temporum iniuria indignè periere, hæc certè quæ diuino quodam beneficio in hunc usq; diem reseruata, & tua primũ ope impensis q; è tenebris carceris q; situ & squallore eruta sunt, & mea, si nihil aliud, fideli certè & diligenti opera omnibus qui latinè sciunt cõmunicata sunt, legamus, reuoluamus, noctu diuq; uersemus. Et certè si Romani tres illos, qui ex nomen reliqui erant Sybillinos libros in tanto olim pretio & honore habuerunt nõ aliam ob causam quàm quòd suæ reip. salutem ijs contineri crederẽt: Quid in Christiani Chrysostomum iure pluris faciamus, qui non quomodo terrenum aliquod imperium conseruetur, sed quomodo regnum cœleste acquiratur nos instruit, non qua terrena, caduca & momentanea bona parentur, sed qua ad ea quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec ulla hominis cogitatio comprehẽdit, perueniatur, uiã & indicat & munit? Quæ detur nobis tandiu feliciter ingredi donec ad eũ, qui est uia, ueritas & uita, & peregrinationis nostræ scopus, est deducti, ea quæ nunc fide ac spe exiliter terminus, reuelata facie apertè contẽplemur. Vale in Christo Iesu felicissimæ. Bononiæ Cal. Febr. M. D. XXXXVIIII.

PSALMORVM PROOEMIA.

POST Mosem, & eius successorẽ Iesum Naue, & eos qui dicebantur iudices in Israel, cum regnũ Israeliticum deinceps suscepisset Saul, fuissetq; reprobatus, excitauit eis Deus regem uirtute prædictum, iustúmque, & prophetam, qui librum centum & quinquaginta psalmorum, diuino spiritu motus metricè ex proprijs propriæ linguæ modis, composuit, concinnè, cum numero & diuersis instrumẽtis & saltationibus & canticis, eos canens. Ipse enim tenebat cytharam. Habebat autem etiam sub se diuersos choros paruorum prophetarum. (Ita enim eos uocabat qui manebant apud prophetas: sępe autem eos etiã filios prophetarum nominabat) qui habebant diuersa instrumenta. hic quidem cymbala: ille uerò tibias: alius autem tympana: alius uerò tubas: alius autem psalterium & cytharam. alius uerò ea quę dicuntur Bubulcorum cantica. Vnusquisque autem chorus habebat principem. Quorum alius quidem dicebatur Asaph. alius autem Idithum. Alius filij Core. Alius Etham Israelitæ. Alius Mosis hominis Dei. Quando ergo à spiritu incitabatur ad prędicendũ uel de captiuitate populi, uel de eorum reditu, uel de doctrina morum, uel de prouidẽtia, uel de Christo Domino: unusquenque psalmum numerosè componebat tendentem ad unum argumentum. Propterea enim sunt parui & magni psalmi & eum ani choro tradebat. Quòd si ei rursus uisum esset in medio psalmi id quod psalmi reliquum erat alij choro tradere, tũc ipsa psalmi successio uocabatur diapsalma. Quare quando etiam uolebant ijs qui dicuntur cãtores seu bubulcis in medio psalmi tradere, tũc uocabatur canticũ diapsalmatis, quoniã cantores per successionem quod reliquũ erat psalmi canendum susçipiebant. Id autem qui uelit scire potest ex eo quod sic scriptum sit in libris paralipomenon, seu eorum quæ in libris Regum prætermissa fuerant. Et cecinit hoc canticum in manu Asaph Prophetę. Postquam autem ipse primus psalmum tradidisset, deinceps unusquisque chorus & per se & cõcorditer, in eundem & numerosè, hi qui dem in his instrumentis, illi uerò in illis, sibi inuicem respondentes in dei gloriam & laudem saltando psalmum canebant. Hoc autem rursus quoq; fieri potest, quod ipse Dauid, cum arcam accepisset ab alienigenis, per se ante ipsam saltauerit. & cum eum probro infectata esset eius uxor Michol, dixerit. Ludam & ridebo coràm domino. Non solum enim non cessauit, sed ea etiam se magis facturum professus est. Nonnulli autem cum ordinem & rem ipsam exacte nõ attendissent, nec ab ijs qui sciebãt hęc discere uoluissent, conuersi sunt ad allegorias. & nec omnes quidem psalmos esse Dauid pronunciarunt, sed eorum qui ab ipso accipiunt: nec in tegea dixerunt ubinam uel dominus, uel Apostolus aliquis in ullo psalmo alterius quàm Dauid memi nerit. Describamus ergo eum sedentẽ & choros ei⁹ à dextris & sinistris, ut cognoscat quispiã eius etiã ordinis spectaculum. Deinceps autẽ dicam⁹ quos ipse psalmos prædicere dignus est habitus, De domini carnis susceptę œconomia, eos uaria cõpositione & diuersis figuris immutans. De passione & resurrectione eius humanitatis. Similiter etiam quòd diuinitate est æternus & omnium opifex, & uniuersi renouator ac instaurator, ad quem tendit omnis scopus scripturæ diuinitus inspiratæ. Chorus Idithum. Chorus filiorum Core. Chorus Ethã Israelitæ. Chorus Asaph. Chorus Mosis hominis Dei. Hi sunt chori Prophetarum qui ei suberant, diuersis instrumentis canentes, & psallentes, & saltantes ad dei gloriam psalmos cẽtum quinquagin ta qui facti erant à sancto spiritu.

ALTERVM PROOEMIVM.

Omnis scriptura à deo inspirata, Vt ait beatus Apostolus, est utilis ad docendum, ad arguẽdum, ad corrigendum, ad disciplinam quę est in iustitia. Docet enim quę sunt utilia, arguit autẽ peccata, & quę desunt corrigit, & hominem ita perfectum reddit. Subiungit enim, Vt sit integer homo dei, ad omne opus bonum perfectus. Nec errauerit quispiã si uniuersam hanc diuinę scripturę laudem in hoc libro psalmorum simul esse dixerit. Iustitiam enim leniter docet & comiter eos qui discere uoluerint: Insolentiores autem diligenter & non aspere increpat. Rursus autẽ corrigit delicta, quæ forte nostra sponte à nobis admissa sunt. Sed hęc quidem non perinde intelligimus quando canimus, ut quando in ipsis seorsum uersamur negotijs, & psalmis nobis opus fuerit. Beati itaque sunt existimandi ij qui ijs solis psalmis indigent, quibus aguntur gratiæ propter uitę prosperitatem. Sed quoniam fieri non potest ut qui sunt homines non difficultates sentiant, & atterantur afflictionibus, & in necessitates tam externas, quàm quæ à nobis in nos cooriũtur incidant, utilissimum medicamentum agnoscunt, animæ eorum qui sunt cum deo locuturi, in uanitates promptissimam in psalmis enuntiationem ipsius sancti spiritus, q res quidem omnes humanas præelegit, per beatissimum autem Prophetam Dauid exposuit uoces malis conuenientes, per quas curari possint qui in ea inciderunt. Ita ergo quæ prius forte canentes percurrimus, & leuiter tantum & in superficie attingimus, cum in necessitates & afflictiones inciderimu, tunc scimus & cognoscimus ipsa re, quæ est in nobis, conueniens medicamentum naturaliter attrahente, & ipso etiam medicamento conuenientem affectionem tãquam propriam sibi assumẽte & amplectente. In primis ergo necessariæ psalmorum scripturę, equum esse existimaui sicut quoque accepi, argumentorum compẽdiosam tradere explanationem, quę psalmis singulis conueniunt, & dictionum interpretationis, ne tempore psallendi fratres à uocibus distrahantur, nec ex eo quòd ea non intelligant, mentem ad alia conuertant. Sed ut agnoscentes consequentiam eorum quę dicuntur, prudenter canant prout scriptũ est ex profundo cordis sui, & non in superficie tantum, & ex summis labris. Vniuersum itaque psalmorum argumentum diuiditur in omnes partes. In morale & quod ad dogmata decretáue pertinet.

2. Tim. 3.

ibid.

1. Cor. 14. Coloss. 3.

G Sed morale rursus hanc habet sectionem. Aliqui enim eorum, mores uniuscuiusque corrigunt: aliq autem, gentis Iudęorum tantum. Aliqui uerò, communiter quoque omnium hominum. Qui nā autem ij sint, singulorū explanabit interpretatio. Rursus autem id quod ad dogmata pertinet, in duo diuiditur. Aliqui enim psalmi cum eis agunt qui ea quæ sunt casū esse & fieri dicunt. Alij autem cū eis qui dicunt non regi prouidentia. Qui enim res esse & fieri casu statuit, consentaneum est ut eas etiam nulla regi prouidentia existimet. Qui autem dicit nulla regi prouidentia, nō omnino etiam dicit ea esse ac fieri fortuito. Sed opificem quidem fatetur uniuersi, quencunque is fatetur: eius autem prouidentiam uel omnino tollit, uel ad res usque cœlestes circunscribit. Eos ergo qui sic sentiunt psalmi refellunt, probātes quòd quæ sunt, eundem habēt & deum & opificem: & quod eius prouidentia uel minima peruadit. & quod nihil eorū quæ ad hoc ut essent deduxit, est deinceps expers eius prouidētię. Neque enim fieri potuit ut Deus quidem potue
H rit efficere ut ea essent q̄ sunt parua & uilia, tenuissimarum autem rerum prouidentiā abiecerit, & propter summam suam dignitatem ea curare neglexerit, quorum non est dedignatus esse opifex. Id autem cognoscet ex psalmis, qui eorum interpretationem sigillatim persequitur. Est autem etiam aliud argumentum psalmorum, captiuitas babylonica. in quo est etiā multiplex diuisio. Alij enim psalmi dicti sunt, ut eorum qui essent abducendi captiui. Alij uerò, ut eorum qui sperarēt reuerti. Alij autem ut eorum qui iam essent reuersi. Porrò autem sunt etiam alii psalmi narratorij rerum iam præteritarum, narrante Propheta ea quę in Aegypto, & quæ in solitudine facta sunt, ad posteriorum utilitatem. Iam uerò sunt etiam quidam ex ijs Maccabęici, qui ex personis proprijs priuatim dicti sunt, ut Onię, & siquis est eiusmodi. Alij uero à communi omnium simul Israelitarum, qui adhuc laborabant. Sunt ēt alij qui Hieremiæ & Ezechiæ peculiariter conueniunt. Sunt autem hi etiam ex genere eorum quæ prę dicunt. Hi enim significant futuras genti calamita-
I tes propter multitudinē peccatorum. Alij uerò narrāt etiam miracula incredibilia quę res eorum aduersas sunt consecuta. Hi uerò rursus uariè instructi sunt ad futurarum rerum uarietatē, cum spiritus sanctus egritudinem affectis iam paratam medelam recondidisset. Sed ne eis molesti simus qui cupiunt accedere ad minutam singulorum in psalmis explicationem, dum eos retinemus in exponēda uarietate argumentorū? hęc quidē ita habeant: ueniamus autem ad ipsa uerba psalmorum, si fratres, licet hoc scientes, prius adhuc admonuerimus uniuersum genus prophetiæ tripliciter diuidi, in futurum, prǫsens, & præteritum. Prophetia enim est,
Gen.1. et tribus sequentib. Act.5. Mosis quoq; prophetia, narrātis de Adamo & de tē poribus ab alto repetitis. Quinetiam prophetia est eius quod est occultum inuentio. Vt à Petro factum est, qui furtum Ananię & Saphirę detexit. Est autem magis propriè prophetia, quæ futura prædicit, eáque esse euentura post multas generationes. quemadmodum dixerunt prophetæ de Christi aduentu & Apostoli de gentium ad fidem obedientia, & Iudæorum reiectione. A psalmis ergo iam incipiendum est, ordine qui inuenitur in libro psalmorum utentes, nō autem rerum ipsarum ordine. K Neq; enim psalmi siti sunt per ordinē, sed ut unusquisque inuētus est. Et id ostendetur p multos psalmos. Quadragesimus enim tertius psalmus habet inscriptionem. Cāticum aduersus Goliath. tertius autem psalmus habet inscriptionem, psalmus Dauid quando fugiebat a facie Absalon filij sui. Quis autem nescit quàm sint antiquiora q̄ aduersus Goliath facta sunt ijs quæ aduersus Absalom? Id autē psalmis accidit, eo quòd liber perierit in captiuitate babylonica, postea autem inuentus sit tempore Esdræ, non totus simul liber, sed dispersus. Vtpote uel unus, uel duo, uel tres forte psalmi. & fuerit cōpositus ita ut fuerunt inuenti, non autem ut ab initio dicti sunt. Et hinc factū est ut multæ inscriptiones eorum qui psalmos composuerunt falsæ sint. & tamen quoad eius fieri à nobis poterit, interpretationem psalmorum afferemus, & à ueritate ipsorum non recedemus: sed eam & ex historia & ex ipsa dictione exponemus. & nec sensum anagogicum nec sublimiorem contemplationē uetabimus. Nō enim aduersatur historia sublimiori contemplatio L ni: sed contra ea est basis & fundamentum altiorū intelligentiarum. Illic autem solum est animaduertendum, ne contēplatio uideri possit subiecti euersio. quod quidem non fuerit amplius contemplatio, uerum allegoria. Quod enim explicatur aliter quam sit positum, est et contemplatio & allegoria. *Gal.4* Apostolus enim nusquam euertit historiam, licet contemplationem introduxerit, & hanc contēplationem uocarit allegoriam, non quòd nomina qd sibi uellent ignoraret: Sed docens quòd licet sentētijs allegoriæ nomen attribuerit, per contemplationem tamen id sufficiat accipere, nusquam lędentes naturæ historiam. Sed diuinæ scripturę innouatores, & qui sibi uidentur sapiētes, de historia uel dubitantes, uel in eam se improbè gerentes, introduxerunt allegoriam, nō ex sententia Apostolica, sed ex uana sua gloria, facientes ut qui legunt, alia pro aliis accipiāt. quemadmodum pro abysso quidem Dęmones, pro dracone autem diabolum, & siquid est eiusmodi. ne cogar nugari, dum nugas cogor refellere. Hæc ergo omnino eiicientes, non uetamur M grauiter & honeste contemplationes afferre, et mētis cogitata extollere ad sensa sublimiora. quemadmodum conferre Cain & Abel synagogę Iudæorū & ecclesiæ. et conari ostendere reiectam quidem esse synagogam, ut Cain sacrificium: accepta autē es- *Gen.4.* se dona ecclesiæ, ut tunc fuerunt dona Abel. Vel agnum immaculatum, qui offerebatur ex lege, transferre ad dominum. hæc enim nec infirmant historiam, nec expellunt contemplationem. Sed hęc moderatio historiæq; & contemplationis peritia, & à gentilitate liberat, quæ alia dicit pro alijs, & aliena inuehit: nec ad Iudaismum nos attrahit & impellit cogens soli hęrere dictioni, illamq; collere & obseruare, nihil autem ulterius, nec altius quidquā cogitare permittens. Hæc breuiter eum scire necesse est, qui ad diuinorum psalmorum interpretationē est accessurus. Est itaq; primus psalmus moralis, et moralis uniuersus: non enim quempiam docet hominem, sed uniuersum genus hominum. Si autē legis meminit, id non cogit ut scriptam solam intelligamus, sed eam etiam quæ in natura sita est, quæ nō uim affert, ut dicunt Manichæi, sed eum docet qui

A uult discerē. Ne æquiuocatio ergo errorem afferat. Dicitur enim lex naturalis, et ea etiam quæ est coniuncta naturæ, quæ quidem non potest transiliri, ut hominem esse ridētem, bipedem, & canescere in senectute. Ita in omnibus & in singulis hominibus insita est. Ea nec transiliri, nec commutari potest. Est etiam alia lex naturalis, per quā et discere possumus, & id qd est melius à peiori discernere. quē admodum scire deum esse, & honestum esse honorare parentes, & alium non lædere. Hęc enim uel ipsa uniuscuiusque docet natura, propemodum prǽ
Tob.4. cipiens ne faciat alij quæ unusquisq; non uult sibi fieri ab alio. Quando enim dicit. Et in lege eius meditabitur die & nocte, eam dicit scilicet per quam id quod est melius ac deterius discernimus. Quòd si nominis communio legē quoque scriptam inducit, sensum nihil lędit, cum rectè se gerat si uel utrāque uel alterutram etiam legem meditetur. Sciendum autem quòd postquam arca fuit in Hierusalē
Mat.7. Luc.6. à Dauid restituta, accepta tribu Leui, elegit quatuor principes canticorum, Asaph, Aeman, Eethan,
1.Par.25 & Idithum, unicuique autem tribuit cantores septuaginta duos, nonnulli autem dicunt usque ad
B ter mille, pro septuaginta duabus gentibus quę cō gregatæ fuerint in turris ędificatione, prędicens fore ut in ultimis temporibus omnis lingua laudet
Psal.84. Esa.ult. dominum. Et psallebant, ille quidem hoc instrumento, hic uerò alio. In quorum medio stabat Dauid cum psalterio, & unusquisq; spiritu sancto incitus hymnum canebat, & reliqui quiescebāt, solum autem acclamabant alleluia. Sunt autem psalmi.
Ἀλληλε-ϊουϊες. 150. omnes Dauid. Ex multis autem, hi qui dicunt, In honorem sanctæ & uiuificæ trinitatis. Numerus enim qnquagesimus est in honore apud Hebrǽos. Sicut enim dicunt, multos etiam alios psalmos fecit Dauid. Quinetiam ipsi principes cantorū multos fecerunt. Omnes autem ad ipsum referebātur, quod ipse deum gloria & honore hoc modo afficiendi author fuerit, & quod ipse eiusmodi psalmorum genus inceperit. Quod autem apud nos Psalterium, ab Hebrǽis Nabla dicitur. Est autē psalmus quidem, melodia quæ fit per musicum instrumentum. Canticum autem, numerosa quę fit per os cū
C uerbis elocutio. Precatio autē, supplex pro aliquo conducibili bonorum uerborum conceptio. Hymnus autem, quæ pro bonis quæ nobis adsunt, Deo offertur bonorum uerborum conceptio. Laus autem seu laudatio, diuinorum miraculorū cōmendatio. Laus enim nihil est aliud quam eius quod laudatur amplificatio. Diapsalma autem, cum alicuius musici cantus uel numeri facta esset conuersio, uel mutata sententia, diapsalma scripserunt interpretes, ut dicit doctissimus Hippolytus. Psalm⁹ autem cantici dicitur, quoniam cum canticum prę cesserit, idem pulsatur cantus per psalterium. Canticum autem psalmi, contrà. Alleluia autem interpretatur, laudate eum qui est, seu deum, uel sic etiā. Al, uenit, El deus. Via. ipsum glorificate.

DAVIDICA CANTICA DIVERsis subseruiunt nostris consolationibus et medi tationibus: sermo Incerto interprete.

q Vemadmodum cibo uita hæc sustentatur quem mox eadem illa subministrat: sic & si bonis actionibus adnitamur, spiritu potiemur, quo parto, & bonis operibus abundabimus: qbus contrà si caruerimus, idem à nobis spiritus auola- D bit, quo destitutos necesse erit circa res gerendas claudicare, siquidem spiritu hoc decedente impurus succedet: quod liquidò potest in Saule cognosci: quo spiritu quid refert si nō adeò ipsi urgemur, quemadmodum Saul urgebatur, quando ex male factis ipsi & flagitiis, & angimur & strangulamur? Opus itaque nobis Dauidica cithara, ut animæ diuina carmina, tum à propheta, tum bonis actionibus desumpta incinamus: horum utrumuis modò egerimus, uel Dauidico cantico occepto, uel optimis initis facinoribus, non secus dæmonem impu
1.R.16.a gnabimus, ac Dauid solebat Saulis uesaniam lenire, eritq; eiusmodi nobis ad iustitiā medela. Quinetiam dæmonum furor efferatius concitabitur, cū se nobis praua suggerentibus, nihil ipsi ad malum flectimur: uerentur enim uel initiò statim impurio res illi & malefici, ne ex suis nephariis suggestionibus ad laudabile aliquod facinus conuertamur: cúmque nos uiderint immotos perstare, & timore pristino uacui erunt & cura. Idcirco re bene gesta canticum decantemus, ut dæmoniacum illud uel E urgentissimum propulsemus scelus. Dæmones qui dem non prorsus priuare nos cœlo possunt, quin iuuent plerunque nos oppugnando: uigiles tamē, & sobrios ad cœlos capessendos, è quibus delictis & scelere plerique deiiciuntur: nam qui uolens deliquit, uel sponte furit, dæmon est: præterea neque ueniam ab homine, neque misericordiam prome-
F retur. Incinamus itaque animæ hoc se pacto habēti, cum aliis sacrarum literarum scriptis, & Dauidica, & ita ut os canendo mentem eruditat: neque. n. tenue illud, & exiguum uideri debet: siquidem cū linguam ad cantum instruimus, pudebit animam uel contraria sentientem non saltem canentem illa imitari. Qua ex re neque id solum utilitatis assequemur, quin & pleraque alia quæ nobis conducent, referemus. Dixit quippe propheta ille nō solùm futura, sed de uisibilibus his, deque inuisibili cœlorum structura disputat, cupiētique tibi forsan edo
Ps.101.d ceri, utrum hoc cœlum eodem sit statu perpetuo permansurum: nónne respondebit Dauid, dicétque: Cœli quemadmodum uestimentum ueterascent, ac uelut amictum mutabis eos, & mutabuntur? Itē de forma cœlorum siquid optaueris audire, illud intelliges: Extendo cœlum sicut pellem. Insuper si *Ibi.103.a* de cœli dorso uolueris quid amplius nosse, dicet ti *Ibidem.* bi: Qui obtegis aquis superiora eius: neque his cōtentus, quin etiam de latitudine mentionem facit, ostendens utraque hæc pari esse mensura: Quantū inquit, distat Ortus ab Occidente, elongauit à no- *Ps.102.c* bis iniquitates nostras, secundum altitudinem cœli à terra obfirmauit dominus misericordiam suā super timentes se. Accedit etiam si terrarum fundamenta conquiras, neque illa te clàm sit habiturus, cùm psallentem illum huiusmodi audieris: Quo- *Ps.23.a.* niam super maria fundauit eam. Item si terræ di- *Ib.103.d* scursus cognoscere causas concupisces, intelliges: Qui respicit terram, & facit eam tremere. Hoc modo omnem ex animo ambiguitatē eximet. Noctis præterea si rationem requiris, uel hanc referes ab eo edoctus: In ea enim pertransibūt omnes bestiæ *Ibidem.c* syluæ. Ad quam etiam sint montes utilitatem effecti, respondebit: Montes excelsi ceruis. Quid opis *Ibidem.* & lapides fuerant exponit: Petræ refugium erina- *Ibidem.b*

G ciis. Quid uel arbores sint insœcũdæ creatę: Ibi. n. & passeres nidiculabunt. Quid insuper sibi uelint
Ibid. c. Ibid. b in solitudine fontes: In his quidem inhabitabunt bestiæ agri. Quid uinum, ut non solùm eo in potu
Ibid. utaris, quando ad id uel aqua facere satis potuisset, quin ut te faciat iucundiorem: Vinum, inquit, lætificat cor hominis, ut intelligas quousque uini usus
progredi debeat. Vnde autem & aues et feræ bestiæ nutriantur, audies ab eodem hoc pacto dicente:
Ps. 10. 3 d Omnia ad te respectant domine, ut des illis escam in tempore opportuno. At si de beluis quæras, respondebit uel has tui gratia fuisse creatas, hoc modo: Qui educit herbas bestiis & uirentia in seruitutem hominum. Quid luna sit opus, audi dicentem
Ibi. b. Ibi. c illum: Qui fecit lunam in tempora. Quid præterea quæ uisuntur uniuersa, & quæ nusquam apparent
Ps. 148. a creata sint, clarè edocet: Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Quòdq; mortis futura sit
Ibi. 48. d æternæ solutio, hoc pacto te instruit: Deus liberauit animam meam de manu inferi, cùm me susceperit. Vnde etiam nostrum hoc corpus ortum cepe
Ps. 102. c. perit, explicat: Recordatus sum, quoniam puluis sumus, quòue sit & in posterum rediturũ, ita docet:
H Ibi. 103. d Et in puluerem suum reuertetur. Vtq; uniuersa sint
Psal. 8. b. in tui gratiam creata, ita disserit: Gloria & honore coronasti eum domine, & costituisti eũ sup opera
Ibid. manuum tuarum. Quid uerò mortales ipsi comune cum angelis habeamus, ita explicat: Minuisti eũ
paulò minus ab angelis. De diuino autem in nos
Ps. 102. c amore illud affert: Quemadmodũ pater filios miseratur, sic se timentium misertus est dominus. De his etiam quæ nos in futurum manent, déque uitæ
Ibi. 14. d huius fine quietiori ita dicit: Reuertere anima mea
Psal. 18. a in requiem tuam. Cur autem tam uasta sit cœlum magnitudine hoc inquit: Cœli enarrant gloriam dei. Cur nox & dies sint facti, non ut lucem dunta
Psal. 18. d xat præbeant & quietem, sed etiam ut erudiant. Nõ sunt, inquit, loquelæ neque sermones, quorum nõ exaudiantur uoces eorum. Quo demum pacto &
Ibi. 103. a mare & terras obeat. Abyssus sicut uestimentũ amictus eius, ita quidem apud Hebræos habetur. Ex his itaque enarratis sumentes initium & reliqua pnoscetis, de Christo scilicet, déque eius resurrectione, de futuris suppliciis, déque his quæ bonis moribus aduersantur, de legibus ita, ut multiplici bono refertos uobis liceat Dauidicos codices conuenire. Nam si in molestiam aut aliquam animi pertur
I bationem incideris, plurimùm hi ad te consolandum ualebũt: si fueris in peccata prolapsus, quàm multa ibidem inuenies ad medelam: si paupertate eris, uel pssuris grauatus, multos tibi ex his ad tranquillitatem portus uidebis offerri. Si iustus, nõ mediocrem eris securitatem nactus: si crimini obnoxius, fiduciæ plurimũ. Quippe si pro iustitia sis mala perpessus, illum audies prædicantem: Quoniam
Ps. 43. d & Rom. 8. g propter te tota die mortificatus sum. Et illud: Aestimati sumus sicut oues occisionis: hæc omnia uenerũt super nos, nec oblíti sumus tui. At si ex re bene gesta insolescere cœperis, audies eundem dicentẽ:
Ibi. 142. a Ne ingrediaris in iudicium cum seruis tuis domine, quoniam non iustificabitur corã te omnis uiuens: sic mox humilitatem sectaberis. Quinetiã si quippiam commiseris uel desperatione capieris, intelliges illum frequentius id incinentem: Hodie si uocẽ
Ibi. 94. b. eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, quo audito statim resipisces. Porro si regio fueris diade K
Ibi. 32. d mate insignitus, elatus, insup & tumidus, illud edisces: non saluatur rex magnis uiribus, nec gigas suę uirtutis magnitudine. Sic poteris modum superbię
ponere. Si opibus præterea affl ues & gloria, rursus audies modulantem: Væ qui confidunt potenIbi. 48. b tiæ suæ, & multitudine diuitiarum suarum gloriã
Ibi. 101. a tur, & illud: Nam homo sicut fœnum dies eius, nec descendet cum eo gloria eius: hoc pacto nihil duxeris fore in terris magnificiendum, siquidem gloria & potentia fulgore cuncta excedunt: quæ duo si fuerint per te neglecta, quid esse aliud potest cuius apud te ratio constet? Quò si in aliquo fueris a-
Ibi. 43. b nimi mœrore constitutus, intelliges: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? ipera in do-
Ibi. 36. b mino, quoniam confitebor illi. At si nonnullos uideris probari, immerito id dices: Noli æmulari in malignantibus, quoniam quemadmodum fœnũ exarescent, & tanquam olera uirentia concident. Si iustos spectaueris eque atque iniustos pœna affici, senties haud parem fore supplicij causam. Pleraq; sunt, inquit, peccantium flagra, quæ tamẽ iustis in
Ibid. 33. d ferri propheta non asserit, quando Multæ, inquit, iustorum angustię, & ex his oibus liberauit eos do- L
Ibid. minus, & rursum: Mors peccatorum pessima: & honorabilis coràm domino mors sanctorũ eius. Hęc itaque frequentius repete, instructúsque istiusmodi erudire: nã uerbis hisce uel singulis per nos simpliciter ex transcursu prolatis, patentissimus inest sententiarum pelagus. Quòd si libuerit prophetica hæc dicta diligentius perscrutari, uidebitis maximam in diuitiarum copiam fluxisse. Licebit interea uolenti cuique ex dictis hisce, quæ inhæserint uitia repurgare: si neque inuidiam facilè admittat, neque mœrorem, si diuitias contempserit, si angustias, anxietates, egestatem pro nihilo duxerit, si uitã denique ipsam nihil esse existimauerit. Eiusmodi à te opinatio uitia propulsabit: pro qbus omnibus & gratiæ sunt deo agendę, ut his rebus contẽptis gazas attrectemus cœlestes, & per aduersantiũ rerum tolerantiam, pérque sacrorum scriptorum consolationem, spem habeamus & futura beatitudine potiamur.

SANCTI PATRIS NOSTRI
Ioannis Archiepiscopi Constantinopolitani, qui Chrysostomus, id est aureo ore, dictus est, in psalmos interpretatio. M

Psalmus primus.

Eatus uir qui nõ abyit in cõsilio impiorum. Beati
b tudo est otium bonorũ basis ac fundamentũ, q̃ necessariò i psalmis proposita est pro-
coronis, eius amatores ad uictoriã prẽparans & incitans. Vt qui uult in fine esse beatus, impiorum cõsilium toto animo fugiat, in uia autem peccatorũ pedem nõ figat, *nec unquam in cathedra pestilentiæ sedeat.* Cõsilium enim impiorum cadet, ut ait Esaias per id ipsum diabolum significans. Ipsum enim cõsilium primum homicidam instigauit, & fraternorum uiscerum obliuionem iniecit, & cõiunctũ parbonorũ amore seiunxit: & eos lugere docuit q̃ erãt alieni à tristitia, & terrã q̃ sitiebat plutuiã sanguine irrigauit. Vnde etiam dignum fructum nempe execrationem & maledictionem produxit. Sanguine enim inebriata tremorẽ genuit & cæde sata Planctũ & eiulatum peperit, laborb. dignas spicas proferens. Piorum autẽ consilium est Christus, quod

A inuenitur & uia, & cathedra. Via quidẽ, ut quę ducit ad ipsum patrẽ. Cathedra autem, ut quę facit qe
Io. 14. „ scere eos qui afflicti sunt in uita. Venite enim, inqt,
Mat. 11. „ omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã uos. Illud quidem cõsilium consuluit ut Ioseph in
Ge. 37. Aegypto uenderetur: Hoc autem uenditum Regem
Gene. 41. fecit. Illud docuit Paulum persequi: Hos autem iusAct. 9. sit eum ipsum prædicare, & ideo illud quidem est fugiendum, hoc uerò expetẽdum. *In lege domini habentes uoluntatẽ, & in lege eius meditantes die & nocte.* Et quæ nam est ea lex nisi Christus, qui inenarrabiliter est ex patre genitus, nec est scriptus in tabulis lapideis? Ex Sion enim egredietur lex, & uer-
Esa. 2. „ bum domini ex Hierusalem. Qui lex quidem dici-
„ tur, ut qui in se ferat paterna cõsilia. Verbum autẽ
„ seu ratio, ut qui à patre sit inseparabilis. Ipse autem
„ est etiã. *Lignum quod plantatum est secus decursus aquarum.* Quod pater absq; ullo intercessore, ferax frugiferum, bellè germinans, alticomũ frondosumq; progenuit. Hoc lignum sponsa desiderans dicit in
„ Cantico Canticorum. Dixi ascendam in palmam,
B & tenebo ramos eius, palmam quidẽ ipsum uocãs,
Cant. 7 propter carnis turpitudinem, infrã, fertilitatem autem diuinitatis, supra. Huius ligni esum cum recusasset Adam, in contrarium incidit, nos autem nũc mysticè comedentes, trãsgressionem ex ipso exterminamus. lignũ. n. uitę est xps, lignũ mortis diabolus. Hic. n. hominẽ expellit ex paradiso. Ille uerò latronẽ ducit in paradisum. Ramos enim habet Apostolos: fructus, eos qui salui fiunt: foliorum comã, orationes: radicem baptismum: Agricolam, patrẽ, qui ipsum & supra & infrà absq; intercessore petit. Vis etiam uidere eius fructum, *Quẽ dedit in tẽpore suo?* Vide eum crucifixum, & latus eius compunctum ex quo sanguis & aqua scaturijt. Sanguis quidem ad repræsentandum martyrium, aquam uero in signum baptismi. Quoniam enim compunctũ latus Adam supplantauit, necessario pũctus quoque latus eum regenerauit. Humidum lignum unũ deiecit, lignũ autem siccum mundum rursum ere
Gen. 2. „ xit. Esus illius mortem peperit. Esus eius uitam fe-
C cit rursus germinare. De illo enim dictum est, Non
Psal. 33. „ comedite ex illo. De hoc autem, Gustate & uidete
Psal. 33. quòd benignus est dominus. Speciosus est ut malum: suauis est ut uinũ, fructifer ut olea, q̃ multa habet tegumenta, sicut malum punicum fructu abũ
Ἐρίμα- dans, ut palma, maturus ut botrus. Gustate & σεν. uidete. Est fructus crucis, floruit in Patriarchis, germinauit in prophetis, dedit odorem in aduẽtu, maturuit in passione, comeditur post resurrectionem. Gustate ergo et uidete quam sit suauis, quam solidus, quàm maturus, quam floridus, quã omni specie ac decore plenus. Hunc fructum nos quoq; decerpamus. Est enim à ratione omnino alienũ, eos quidem qui sensilem ingrediuntur uineam, ex una quaq; uite quod est utile inexpleibiliter colligere, cum oculorũ desiderio alacriter concurrẽtes: nos autem qui talem ac tantum paradisum, id est hortum, ingressi sumus, ubi est uitis unigenita, q̃ palmites pandit apostolicos, & botros fert Patriarchicos, non colligere inexpleibiliter ea quæ sunt utilia, licet uinea quo maior decerpitur uindemia, eo magis abundet. Eam ergo uindemia insaturabiliter, non lædẽs uineam. Omnibus enim sufficiet, & obtunebit plenitudinem, & mundum satiabit, nec fructus deficiet. Nam cùm sit fons bonorũ, ex inani D
Esa. 40 Dan. 4. Hebr. 12. ta restagnat, totum dans & totum continens, quæ etiam nunc nos delectat, & tũc nos afficiet gloria in suo aduentu. Quoniam eum decet gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

IN SECVNDVM PSALMVM.
Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania.

Vemadmodum qui in Solẽ iaculatur, & in
q cœlũ iacit lapides, rẽ uanã & inanẽ & aggreditur: & quicunq; eũ aspicit, uel ingem scit, uel ridet. Ingemiscit quidem, ut aduersus peccantẽ. ridet autem, tanquam ebrium, quod cum terra fit, in cœlum bellum gerit. quòd cum sit lutũ, aduersetur ei qui ipsum finxit. quòd cum sit fœnum, cum igne pugnet. Scriptum est enim, Omnis homo fœ- Es. 40
nũ. &, Deus noster ignis consumens. Ita beatus pro Dan. 4.
pheta, cum uidisset spiritu & Iudæos, & græcos seu Hebr. 12.
gentiles aduersus Christum belligerantes, & aduersus suum factorem tãquam hominem arma capiẽtes, dixit ingemiscens, per psalmum propositum.
Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? E
Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum. Aduersum quem? Dic cito, ut qui audiuerint, pertimescant. *Aduersus dominum, & aduersus Christum eius.* Opus aduersus opificem, figmẽtum aduersus fictorem. Lutum aduersus figulum, fœnũ aduersus ignẽ. Vidisti cæcum bellum, pugnam quę nõ potest cõmitti. Quemadmodum enim cæcus una uirga pugnat cum diuite & paupere, cum seruo & libero, & cum non habeat oculum uiæ ducem, dextra aberrat: ita aliquando Iudæi & Greci, & gentes incredulitate cæcutientes, in prophetas, & Christum bellũ similiter gesserunt. Quare fremuerunt gentes, populi, Reges, & principes, currus uitij ac sceleris, cuius est auriga diabolus? Interrogat autem propheta, non ut discat ab ipsis, sed ut lapsos esse conuincat: Vel de impudenter se gerentibus triumphum agat. Vel ut nõ habentes quid loquantur ac respondeãt maleficij arguat, quando gentes, & populi, Reges, & principes, hi inquã quatuor ordines deum quatuor finium crucifixerunt. Crucifixerunt autem, Act. 4.
quoniam sustinuit qui crucifigebatur. Hoc enim „ F
nos apertè docuerunt apostoli, dicentes. Domine „
tu es deus qui fecisti cœlum & terram, mare, & om- „
nia quæ in eis sunt, qui spiritu sancto per os patris *Pueri tui*
nostri Dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerunt *παιδός*
gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt *σου.*
reges terræ & principes cõuenerũt in unum, aduer- *serui tui.*
sus dominum & aduersus Christum eius. Deinde q
nam fuerint interpretantes dicunt. Conuenerunt „
enim uere aduersus sanctum filium tuum Iesum „
quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gen- „
tibus & populis Israel, ad faciendum quæ manus „
tua & consilium tuum decreuerunt fieri. Quas ergo personas interpretati sunt Apostoli, fieri non potest ut aliter interpretemur. Sed dicet quispiã. Certè ecce gentes, & populus Israel ostendunt qd Christo crucifixo Iudæi & milites & custodia concurrunt. Cur ergo cum pluraliter dictum sit, Astiterũt Reges terrę, & principes cõuenerũt in unũ, Apli uni Regi Herodi, & uni principi Pilato id dictum attribuerunt, dicẽtes. Conuenerunt. n. uere in hac ciuitate Herodes & Pontius Pilatus. Nunquid Herodes Reges, Nunquid Pilatus principes? Sed non errarũt

G apostoli,q fic sunt interpretati. Cum rege enim Herode peccati quoq; regem diabolum ostenderunt & cum principe Pilato dæmonū potestates & principatus significarūt. De quibus dicebat apostolus. Ne regnet ergo peccatū in mortali uestro corpore.
Ro. 6 „ Eph. 6 „ Non est enim nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinem, sed aduersus potestates & principatus, aduersus rectores mūdi. Quia enim deus in carne erat qui crucifigebatur, & qui sub uisum non cadebat, in eo quod uidebatur afficiebatur iniuria: Dæmones cum hominibus, & qui carnis erant expertes, cum carnalibus, aduersus, eum conuenerunt. Vis udere reges & principes conuenisse aduersus Christum? Quando Christus ascendit in montem ut tentaretur à diabolo, tunc Archidæmon in pūcto temporis omnia regna mundi & gloriam eorum coegit, & cū oibus usus est, ut cum omnibus euanesceret, & de omnibus contendebat, ut in omnibus caderet & uinceretur, faciebat enim quod nesciebat, & passus est quod ignorabat, & qui prius quærebat adorari, retro eiiciebatur audiens. Vade
Mat. 4. „ H post me satana. Scriptum est enim diabolum ab ipso ad tempus abscessisse, obseruantem tempus crucis. Quādo ergo uenit tempus passionis, tūc reges, & principes dæmones, & mali princeps cum Herode & Pilato conuenerunt aduersus Christum. Astiterunt reges terrę, & principes conuenerunt in unū, aduersum dominū & aduersus xp̄m ei⁹. Et principes cōuenerunt in unū. Quando? Quando bis mille dæmones & legio in unum hominem ingressi, in eo habitarunt. Illud ergo, Cur fremuerunt gentes, pro eo quod est, Cur gentes insolētes euaserunt, & supercilium erexerunt? Quę nam gētes & populi & quando maxime meditati sunt inania? Quando Iudæi & gentes, Herodes & Pontius Pilatus, & custodia, & milites Iesum tanquam mortuum seruabāt qui erat inter mortuos liber. Cum uiuo bellum gesserunt, & à mortuo uicti sunt. Cur fremuerunt gentes cur mortuum seruare non potuerunt qui mortuus dicebatur, Deus autem cernebatur? Quando lapidem obsignarūt, & petram non tenuerūt. Cur fremuentur gentes? Thecam utò custodierunt, & quod in ea reconditum erat nō habuerunt. Cur fremuerunt gentes. Mors enim tunc dominās fecit re-
I surrectionem, & sepulchrū, accepto corpore depositō, territum quod patris thesaurum accepisset de positum cum timore reddidit. Cur fremuerunt gētes? Et milites quidem lapidē ut lapides seruabant. Angeli autem sepulchrum dei monimentum ostēderūt. Quemadmodum enim milites sepulchrum priuati non custodiunt, ita sepulchrū hominis minimè seruant Angeli, neq; enim Christum obserua bant qui iam resurrexerat, sed propter hęc tria, Angeli, ad sepulchrum manebant. Primum ut ostenderent deum fuisse sepultum, ad sepulchrum tanquam apud cœlum manebant. Secundo ut mulie-
Luc. 24. ribus resurrectionem annunciarent, dicētes. Quid „ quæritis uiuentem cū mortuis? non est hic, sed sur- „ rexit. Nisi enim Angeli hoc dixisset mulieribus, suffumigaturæ erant sepulchrum quod nihil continebat, & honoraturæ lapidē, q petrā non habebat, & unctūræ thalamū cū non adesset spōsus, & pconio resurrectionis allaturæ impedimētū. Tertio ad sepulchrū ppea manebāt Angeli ut insidias oēs & machinationes disturbarent, ne Iudæi cū audiissent xp̄m resurrexisse, alium mortuum in sepulchro ponerēt, E & interdiu dicerent. Quid erratis existimātes xp̄m resurrexisse? ecce testatur sepulchrum, quod mortuum retinet. Quem uidetis tanquàm mortuum, q resurrexerit, uisum est seu spectrū, & uos decepit. Vos facimus iudices, an non in nouo monimento sepelierunt Iesum? scrutemini sepulchrum. Si nō habet mortuū, resurrexit, ut dicunt. Et ne tibi uideatur incredibile quod dicitur. Qui enim militibus permultum pecunię dederunt, ut dicerēt eum fuisse surreptum à discipulis, non dubitassent aliū mor Matt. 28. tuum sepelire in sepulchro, & dicere uisum uel dæmonium uel spiritum esse qui resurrexerat, si id fuisset eis permissum. Sed à seipsis proditi sunt, cum dixissent eum fuisse surreptum. Nisi enim Iudæi hoc disseminassent, postquàm à pluribus audiuerāt eū resurrexisse & multis apparuisse, quod spiritꝰ apparet, nō autem resurrexit Christus, quòd surreptum fuit corpus, non autem resurrexit qui fuerat sepultus, non dixisset dominus Apostolis post resurrectionem. Palpate me & uidete, quòd ego ipse sum, Luc. 24. quòd spiritus carnem & ossa nō habet, sicut me uidetis habere, propterea milites & Angeli sepulchrū „ L seruabant. Nemo autem alienum existimet, quòd propositum psalmū resurrectioni Christi attribui mus. Apostolicam enim regulam secuti sumus, & Pauli interpretationem tanquàm legem tenemus. Paulus dicit in Actib. Et nos uobis annunciamus Actto. 13. promissionem factā patribus quòd hanc Deus impleuit filijs suis, nobis resuscitans Iesum. Et mentio „ nem faciens resurrectionis Iesu, propositum psal- „ mum accepit dicens. Sicut & in psalmo secūdo scriptum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te, quē admodum ex uirgine non satum, ita ex sepulchro incorruptum, neque enim caro eius nouit corruptionem. Hinc dicitur regeneratio ex mortuis resurrectio. Sed nunc etiam ecclesia uidens gentes multorum deorum cultui deditas, dicit Quare fremuerunt gentes, Græci scilicet qui elementa deos appellauerunt, terram quidem Cererem, aquam uerò Neptunum, aerem autem Iunonem, ignem autem Vulcanum, pluuiam uerò Iouem? Si enim sunt elemēta Dij, quomodo pugnāt inter se? quomodo armātur ad bellum inter se gerendū. Aqua enim est igni M inimica: Ignis autem aquam perimit & cōsumit, & quemadmodum in acie conflictúque bellico, ubi sunt uires superiores, illic exultat uictoria: ita etiā in pugna ignis & aquę, ubi sunt maiores copię illic canūtur epinicia. Terra uero ab aere frigido flagellatur, aer autem à terræ uaporibus pestilentem affectionem suscipit. Si dij sunt elementa, quis nouit deos cum seipsis bellum gerere? Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania? Et in creatione quidem mundique opificio, quæ sunt inimica natura, concordiam amplexa sunt, & mūdum perfecerunt, nutui opificis parentia, in uniuersi autem prouidentia sunt sibi inuicem infesta, impiū multorum deorum cultum refellentia, ut omnes sciamus quòd quę bello impetunt & impetuntur, Dij esse non possunt. Et populi meditati sunt inania. „ Hęretici qui scripturas conculcarunt, & opera elementorum tāquam legis proferunt. Et quinā sunt qui dicunt. Spiritus sanctus, et Dauid, & Apostoli. De quibus autem dicunt? De Herode, Pilato, & Iudęis, & militibus, qui Christum crucifixerūt. Quis Act. 3.

A est huius testis? Liber Actuum. Quòd autē spiritus sanctus, & Dauid, & Apostoli hęc dixerint, ille qui dem respondens, hic uerò prædicens, illi uerò prophetię exitum respicientes, audi. Quando Petrus & Act. 3. Ioannes claudum in templo curarunt, & tanquam sacrilegi in ius uocati examinabantur, absoluti uenerunt ad coapostolos, & ipsis renunciarunt, quę sibi dixerunt pontifices & presbyteri. Illi uerò cum Actto. 3. audiissent, concorditer sublata uoce dixerunt, Tu „ Domine deus qui fecisti cœlum, & terram, qui spiri „ tu sancto per os patris nostri pueri tui dixisti. Qua „ re fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterūt reges terrę. Vides quomodo spiritus, & Dauid, & Apostoli, dixerunt ea quæ sunt propo Luc. 23. sita. Quinam Reges? Atqui solus Herodes in passio ne eum examinauit. Quinque reges aduersus Christum in humanę eius naturę susceptione astiterūt. Matt. 2. Primus diabolus, secundus mors, tertius peccatū. Quartus Herodes, qui propter ipsum infantes interfecit, & quintus alius Herodes, sub quo passionem sustinuit. Quoniam ergo pentas Regum, & egregia πέντε ἐπὶ πέντε ut à tribus, trias pentapolis aduersum cœlestem Regem insurrexerunt, Astiterunt reges terrę. Quòd autem Satanas ferens nomen alienum, & tanquam fugitiuus, Domini susceptο nomine, Rex dictus sit, audi. Quando dominus fugauit dæmones, & curauit dæmoLuc. 11. „ niacos, dicebant Iudæi: In Beelzebub principe dæ- „ moniorū eiicit dęmonia. Deinde dominus. Omne „ regnum in se diuisum desolatur. Et subiungit. Si er „ go satanas quoque in seipso diuisus est, quomodo „ stabit ei⁹ regnum? Cùm autem eius regnum dixit, „ eum dici regem ostendit. Quòd autem rex est etiā Ro. 5. „ mors impietatis, dicit Paulus. Sed regnauit mors „ ab Adam usque ad Mosem. Quòd autem etiam qd 6. „ malum facit peccatum, Rex sit audi: Ne regnet ergo „ peccatū in mortali uestro corpore. Quòd uero etiā „ qui infantes interfecit Herodes rex sit, scriptum est. Mat. 2 „ Cum autem audisset rex Herodes famam Iesu, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum ipso. Quòd „ autem cū hic mortuus esset Herodes, & Archelaus eius filius regnasset, post Archelauū alius Herodes Luc. 19. „ regnauerit, scriptū est. Audiuit autem Herodes Rex Mat. 14. „ famam Iesu. Quia ergo quinque reges aduersus re- C gem unigenitum conspirarunt, Astiterunt reges terrę, & principes conuenerunt. Viæ duces, rerum administratores, regulæ reipublicæ, uitæ medici, conuenerunt diabolicum cœtum aggregantes, conuenerunt improborum ecclesiam cogētes. Quare fremuerunt gentes. Qui erāt mortales, creatorē imortalem uoluerūt de medio tollere. Quamnam inde capturi utilitatem, & quādo potest manus hominis aduersus deum aciem instruere? Quāuis enim pati sustinuerit, diuinam tamen potestatē non amisit. Quanuis in ligno penderet, Angeli eum admirabantur. Quanuis eum Iudæi maledictis insectaren Esa. 63. tur, patri tamen spiritum commendabat. Quanuis Luc. 23. esset in monimento sepultus, inferorum tamen penaria exinaniit. Quanuis esset mortuorum uinculis illigatus, mortis tamen uincula confregit. Quan Zac. 9. uis ab infidelibus fuerit condemnatus, uenit tamē iudex uiuorum & mortuorum. Quid ergo commodi acceperunt impij, qui erant homines, & cū deo pugnabant? Quare fremuerunt gētes, & populi meditati sunt inania? Quanuis enim crucem susceperit ô Iudæi, ne imbecillitati eā rem adscribatis, sed patientiam potius admiremini. Qui enim uerbo si D cum fecit aresceret, & Lot uxorem in columnam cō Matt. 21 uertit, poterat uel solo aspectu uos cū uniuersa ci- Gene. 19. uitate in profundum terræ hiatum deturbare. Sed non fecit, ne de hominum interitu lętaretur diabolus, & alioqui quoniam accesserat seruator uniuersorum, non æquum existimauit eo ipso tempore de improbis supplicium sumere. Si enim orbis terrarum chirographum non tunc fuisset deletum, quo modo potuissent tunc reddere rationem qui erant obnoxij? Et quemadmodum rex qui publicum fe- Colos. 2 stum celebrat, eos quidem qui sunt in carcere liberat, illo autem tempore nullum qui in ipsum aliqd admittit morte afficit: Ita etiam Christus cum publicum festum passionis perageret, & mūdo impatibilitatem procuraret, non solū reos absoluit, sed eos etiam qui ipso tempore peccabant non perdidit. Quemadmodum enim qui sunt apud nos prin Io. 3. cipes, tempore paschæ nullum quidem puniūt, eos autem qui sunt in carcere absoluunt, hoc prius fecit Christus. Sed dices, Nō dederunt pœnas q Christum crucifixerunt? Non amiserunt ciuitatem? non conflagrauit eorum templum? non ex eis innumerabiles perierunt myriades? Quomodo ergo dicis non animaduertisse in eos quæ crucifixerunt? Sed si eo quidem tempore, uel paulo post obsessa fuisE sa Hierusalem, rectè contra diceres. Sin autem multis post annis pœnas luerunt, ne eum accuses qui puniit, sed eos accusa qui tot annis nulla ducti sunt pœnitentia. Qui enim tot annis fuit patiens, Rom. 2. ostendit quòd ne deinceps quidem quidquàm remisit de patientia, crucifixus autem fuit patiens ut uocaret eos ad pœnitētiam immanes homicidas. Quoniam nunc ei gloria, & potentia nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

IN TERTIVM PSALVMM,
Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me.

Vcibus exercitus uictoriā assecutis Reges
d ponunt statuas in honorem uictoriæ: Aurigis uerò & athletis colūnas & imagines eorum uictoriæ testes excitant Principes, & in scriptione tāquam ore efficiunt ut materia uictoriam F prædicet. Alii rursus in libris & scriptis uictorū laudem describunt, suas in laudando uires iis qui laudantur maiores uolentes ostendere. Et pictores, & statuarii, & sculptores, & populi & Principes, & ciuitates & pagi, uictores admirantur. Nemo autem fugientis, eiusq; qui non bellū gesserit, describit imaginem, ut nūc Dauid. Est enim Psalmus Dauid, dū 2. Reg. 15 fugeret à facie Absaloni filii sui. Et quando laude dignus habitus est qui fugit? Quādo dignus est habitus exul cuius nomē inscriberetur? Fugitiuos scriptis literis persequuntur, non honorant inscriptionibus. Sed disce, ô frater, causam inscriptionis, & animam tuam confirma & in turo colloca. Sit tibi historiæ narratio, uitæ tuæ correctio. Sit iusti persecutio, mētis stabilimentū. Disce enim cur Dauid persequeretur Absalom, ut cum rei fundamentum inueneris, timore domini ædificeris. Quemadmodum enim absque fundamento inualida & imbecilla est ædificatio: ita nisi; imūto scopo ac instituto scriptura est inutilis. Beati Dauid fuit hoc institutum, per propositum psalmum uitam docere & castigare, ut nihil unquā mali faciat, nec leges dei

G contemnat,ne peccatori ea eueniant quæ sibi euenerunt.Fugiebat filium suum Dauid,quoniam castitatem fugerat,fugiebat filium, quoniam matrimonium pudicum uiolauerat.Fugiebat filiũ,quoniam legem dei quæ dicit,Non occides, nõ adulterabis,fugerat.Quoniam enim alienam agnã in domum suam introduxerat,& eius pastorem interfecerat,qui erat è domo sua agnus, pastorẽ cornu petebat.Alienæ domui bellũ intulit, & ex domo sua in ipsum bellum incitatus est. Non est meum cogitatum,ipsius dei dictum est. Vbi autem deus est q interpretatur,nemo est q contradicat. Quod enim aduersus Dauid filius suus ideo insurrexerit, quoniam Vriam interfecit, & uxorẽ eius accepit, audi deum per prophetam Nathan Dauid dicentẽ. Ego unxi te Regem super Israel, & erui te de manu Saul. Ego dedi tibi domum domini tui, & uxores domini tui in sinu tuo, dediq; tibi domũ Israel & Iuda & si parua sunt hæc, adiiciam tibi multo maiora. Quare ergo contempsisti uerbum domini,ut faceres malum in conspectu meo Vriam? Hethæum percussisti gladio, & uxorem illius accepisti in uxorẽ tibi,& interfecisti eũ gladio filiorũ Ammon. Quãobrem non recedet gladius de domo tua in æternum.Alienam domum gladio diuisisti:gladiũ aduersus te fundam in domo tua. Ecce ego suscitabo aduersus te mala de domo tua. Non aliunde, nec foris,sed ex domo tua.Vnde est fons peccati, illinc est plaga supplicij.Quia ergo à præcepto domini fugitiuus exulq; fuerat,propterea filiũ fugiebat. Psalmus Dauid dũ fugeret à facie Absalon filii sui,bellíq; narratione melior est causa belli susceptí,ut cũ iusti lapsum uiderimus, caueamus, ne cadamus & eiusmodi suppliciũ fugiam⁹.Multi.n.uel ihodiernũ usq; diem bella habẽt in ædib⁹, & hic quidẽ oppugnatur ab uxore,ille uerò obsidetur à filio,ali⁹ autem à fratre,& alius domatur à famulo, & unusquisque angitur & afflictatur,& pugnat, & bellũ gerit, & bello nexatur, & nemo subducta ratiõe apud se cogitat,quòd nisi peccata seminasset, nõ in domo sua spinæ & tribuli succreuissẽt,nisi peccatorũ scintillas occultasset, domus non conflagraret. Quòd enim peccatorum fructus sunt mala propria, & domesticos lictores deus in peccatores eligit,testis est scriptura, qua ad faciẽdam fidẽ nihil est ualidius. Vxor tecum bellum gerit,ingresso tãquam fera occurrit,linguam tanquã gladium acuit.Res quidem ualde molesta ac difficilis, quòd auxiliatrix aduersaria facta est,teipsum tamen examina nunquid in iuuẽtute in mulierẽ noui quid attentaris, & quod mulieri à te uulnus inflictũ est, curetur per mulierem, & alienum ulcus propria uxor Chirurgi officio fungens medicetur, & quanuis quæ secat ignoret,nouit tamẽ deus medicus. Ipse enim ea tanquã ferro aduersus te usus est,& quemadmodum ferrũ nescit quid agat, futuram autem per ferrum medelam nouit Medicus, ita etiã licet ignoret uxor quæ ferit,& marit⁹ qui feritur, causam ictus:deus tamẽ ut medicus nouit quid conferat. Quòd autem mulier mala sit peccatorum pugn⁹, testis est sacra scriptura. Quid enim dicat? audi.Mulier mala uiro peccatori dabitur.Ei dabitur tanquam amarum antidotum, quod peccatorum malos humores consumat.Quod autem etiam obsideri à filijs, sit peccatorum supplicium, testis est Dauid qui propter nefarium coniugium à suo filio Absalon bello impetitur, ut superius ostendimus. Quòd autem etiam fratres aduersus fratres propter peccata bellum gesserunt,testis est liber Iudicum. Quãdo enim in uia toris concubinam fornicati sunt qui erant tribus Beniamin, illa autem cum immensam non tulisset cõtumeliam, mortua est,undecim tribus aduersus unam bellum gesserunt, & quia undecim tribus à Deo defecerant, & fornicati fuerant in idola,undecim tribus ab una tribu uictæ sunt,& sæpe ab una victę semel illam uicerunt,&fratres in fratres bellũ gesserunt,quandoquidem deus propter peccata eorum intermediam peccati macerią sustulit. Quoniam enim una tribus in mulierẽ fornicata,undecim autem tribus in idola fornicatæ fuerant, & hi & illi à deo exterminati sunt,sicut scriptum est.Exterminasti oẽm qui fornicatur à te. Fratres ergo ad uersus fratres propter peccata bella gesserunt. Si te fratres oppugnant,non tantum de illis ingemiscas, quantum apud te ipsum rationem ineas & inquras propter quęnam peccata tui fratres tui sint hostes. Nõ quòd omnes propter peccata à fratribus oppugnẽtur. Ioseph enim oppugnabatur à fratrib.& nõ omnino propter peccata,& Iob uxor insidiabatur, & nõ omnino propter peccata,sed quòd longè plures homines propter peccata habemus bella domestica. Nonnunq; etiam amici in inimicos conuertũtur propter peccata, & qui olim amabant,oderunt & auersantur, deo tale odium immittente propter eas quas nouit rationes.Ita enim i psal.104. scriptũ est de Aegyptijs.Cõuertit cor eorum ut odirent populum eius. Non datum autem esset à deo odium, nisi prius malè amassent. Quibus amicitia comparabat exitium, ijs odium erat occasio uirtutis.Iam uerò serua quoque & obedientia corpora sępe propter peccatum insurrexere in dominũ. Vide enim Adam cum nondum peccasset, bestias tanquã seruas & obedientes habentem & eis tanquàm seruis nomina imponentem: Postquam autem aspectum peccato commaculauit,tunc bestiæ eũ non cognoscebant, & quæ seruæ erant ei hostes euaserunt, & quemadmodum canis qui in domo est ei seruit q eum alit,& eum timet ac reueretur, sed si eum repente uiderit uultu fuligine atrato, uel personatum aggreditur tanquã alienũ, & cogitat eum dilacerare: ita etiam Adam quandiu purum seruauit uultum factum ad imaginem Dei,bestiæ ei tanquàm seruæ parebant.Quando autem uultum fœdauit inobedientia,non agnoscentes dominum, tanquã alienum eum odio habebant. Seruorum itaque insurrectio est peccatorũ retributio. Iustus Daniel,& leones agnouerunt dominium.Viderunt eum non gustasse peccatũ,& eum supplicij expertè reliquerunt. Peccauit propheta mentitus,& leo eũ in uia inuentum morte affecit. Erat mendacij fuligine atratus, & leo eum non cognouit.Si prophetam uidisset ut Danielem,eum honorasset, inuenit pseudoprophetam,& tanquã alienum inuasit. Dominus mẽtitus est,& seruus negauit dominiũ. Et quid dico de malis domesticis? quando ipsum etiam nostrum corpus, qđ est nobis omnibus familiarius & charius, quandoque nobiscum peccantibus bellum gerit, per febres,et morbos,& dolores nos oppugnans,& seruum corpus dominam animã quæ peccauit flagellat,non quòd hoc uelit, sed quòd hoc iubeatur facere.

Exo. 20. Matt.19. Mar. 10.

2.Re.12 „ Italegit Chrysost. ἐδωκα σοι τὰ παντα τοῦ κυριου H σου, Ego dedi tibi omnia quæ erant domini tui.

I Esa.9.& ulti. Ro. 2.

χόνδρος pugnus.

Gen.1 et 2. Eccl. 7. Sap.3.

M Gen.2

Dan.6.

3. Reg.13

A facere.Huius testis est Christus,qui curato dicit Paralytico.Ecce sanus factus es, noli amplius peccare „ nequid deterius tibi contingat. Cum ergo didiceri mus fratres quòd & domestica, & intestina & seruilia bella,& morbi etiã corporis sæpe fiunt per peccatum,peccatũ fontẽ malorũ reprimamus,& si torrentes animi perturbationum non fluunt,fluuij tamen aquarum dei oblectant animum. Quoniam ergo Dauid mulierem, quę erat in mariti potestate tanquã alienum regnum occupauerat(Cuilibet.n. uiro regnum est concors coniux,& non sic rex purpuram & diadema,ut uir uxorem dligit)properea qui ex uxore natus ei erat filius, insurrexit Tyrannus,uolẽs arripere regnum patris. Vi rapuit,& uim passus est, & qui clanculum peccauerat,de eo palã triumphus actus est, & qui erat occulto uulneratus, Chirurgi manum coràm omnibus passus est, propter deum qui dixerat, Tu fecisti abscondite, „ ego autem faciam in aperto,& in cõspectu solis huius. Absalonis tamen scelus non ei ad finem usque processit,& merito,ne parricidæ hoc facinus tenerent pro lege parricidij. Cùm autem tanquã lictor deseruiisset, interfectus est, ut qui esset dãnatus:& quemadmodum quæ sunt in theatris beluæ, alios quidem inuadunt, ab alijs uerò interficiuntur : ita etiam Absalon Dauid aggressus, à Ioab occisus est, & in alto ligno suspensus est, qui aduersus patrẽ erigebatur, & ab arbore detinebatur,qui cum radice pugnabat, & uinctus erat a ramo ramus qui erat à paterna affectione abruptus, & capite tenebatur,q genitoris caput auferre contendebat,& tanquã fructus pendebat ab arbore,qui naturæ agricolã uolebat excindere,& in corde iaculo confossus est,illic occisus.Vbi cædem parabat.Et tunc uideri poterat spectaculum admirabile.Mulo enim equitãs, ex pilorum coma à coma arboris tenebatur, & coma tenebat coma Tyrãnum, illic eum contundẽs ubi diadema paternum gestare contendebat.Pote rat ergo uideri Absalon suspensus in medio cœli & terrę.Cœlum eum non admittebat.Si enim primũ insurrectorem eiecit diabolum, quomodo ipsum insurrectorem secũdum admisisset? Terra eũ auer sabatur,non ferens pollui passibus parricidæ. Si.n. Dathan deuorauit qui cõtra Mosen erat locutus, & os suum aperuit aduersus eum qui os improbè aperuerat : quomodo potuisset ferre pedes currentes aduersus genitores? Cum ergo sublimis in arbore penderet,eum aggressus est Ioab primus dux exercitus, & in cor excordis tres sagittas infixit, illic eum feriens ubi erat receptaculũ iniquitatis, & cũ in arbore sublimis penderet, pulchrum epitaphiũ ei Dauid cecinit.Vidi impium superexaltatũ & elatum tanquàm cedros libani : & transiui & ecce nõ erat psalmus Dauid quãdo fugiebat à persona Absalon filij sui.Fugiebat autem, non ut qui timeret, sed ut qui filiũ caueret occidere. Ei enim parcebat tanquã filio,sed qui cum eo erant, non pepercerũt tanquã insurrectori.Vnde Dauid,cum filius eũ persequeretur, & propter ipsum, Semei eũ maledictis insectaretur,ipse quidem patiẽtia usus est. Quoniã autem multi aduersus eum offendebantur, et maximè qui unà cum Absalone insurgebant, & deinceps aduersus eum erigebantur tanquã cuius nulla esset cura ac prouidentia, dicentes. Desertus est nunc Dauid absque auxilio pœnitus, nunc discessit ab eo Deus,ut etiam aliquando à Saule.Quemadmodum enim tunc discessit à Saule, & fuit cum Dauid:ita nunc discessit à Dauid, & est cum Absalone:insurgamus, iuadamus,nõ est ei salus in deo. Quoniam autem hæc dicebant, hæc ęgrius ferens Dauid quã filij insultus,Deum interrogat, *Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me?* Circunseptus sum tentationibus,circũdor torrẽtibus malorum, descendit periculosus laqueus, uenerunt flumina hostium,uenti spirarunt,in meam domum irruperunt,uolentes animam meã à te dimouere, sed fundatus supra petram fidei,non cado,sed procumbo ut discam. Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? Qui ex me genitus est,cõtra me est, sed tu es pro me. Mea mecum uiscera bellum gerunt, meus populus.Post Absalonem meus cõtra me armatur exercitus.Oues meę lupi facti sunt,& leones agni,& canes rabie perciti agnelli,& tauri cornu petẽtes arietes, nõ propter meipsum afficior tristitia, sed illorum doleo exitium.

D

2.Re.12.

B

2.Re.18.

Psal.36 „ „

3.Re.16.

C

Num.16.

E

IN IIII PSALMVM, CVM *inuocarem, exaudiȝt me deus iustitiæ meæ.*

On hæc dicit propheta, ut solum intelligamus eum fuisse exauditũ : sed ut discamus quomodo ipsi quoque deum inuocantes, cito poterimus exaudiri, & ante finẽ orationis postulatum consequi.Non dixit enim, Postquam ego inuocaui,exaudiit me,sed,Cum inuocarem. Nam ipsius quoq; dei est eiusmodi promissio, dũ alicubi dicit ei qui inuocat. Te adhuc loquente dicam, „ Ecce ad sum.Nõ solet enim deo persuadere uerborum multitudo,sed pura anima, & rectè factorum seu bonorum operum ostẽsio.Eis itaq; qui improbè quidem uiuunt,uerborum autem prolixitate se eum placare existimant,uide,quid dicat. Quando „ multiplicabitis orationẽ,non exaudiam uos. Si ex „ tenderitis, manus, auertam oculos meos à uobis. Ante alia itaq; omnia oportet eum qui precatur habere fiduciam& postulatum omnino cõsequetur. Et ideo non dixit propheta,Exaudiit me,sed,Iustitiam meam,suam in deum fiduciam ostendens, & quod cum ea omnino ad eũ accedit. Nec uerò putet quispiam eum dum hæc dicit se iactare & gloriosè loqui. Non enim hæc dicit se uolẽs extollere, sed doctrinam quandam & admonitionem ualde utilem afferẽs.Ne dicat enim quispiã,Ille fuit exauditus,quoniam erat Dauid, ego uerò nõ exaudiar, quoniam sum pusillus & abiectus : ostendit quòd nec illum audit quomodocunq;, nec te non audit temere & nulla ductus ratione, sed semper res & facta exactè contemplatur.Quæ si habueris, & eorũ possis uti defensione,omnino exaudieris. Quẽadmodum si non habueris,nec si Dauid quidem fueris,poteris deo persuadere, & quemadmodum auari qui studio tenentur pecuniæ,nec dignitatẽ, nec aliquid aliud respiciunt, nisi eos tantũ qui habent pecuniam,& ad eos, tanquam nihil non effecturi, accedunt:Ita etiam deus, quandoquidem est amator iustitiæ, quicũq; cum ea ad ipsum accesserit, nõ recedet uacuus,quemadmodum qui ea caret, & ijs quæ sunt illi contraria inquinatur,quantũuis prolixè oret & obsecret,nihilo plus efficiet, cũ non sit penes eum persuadere. Quãobrem si apud deum uelis aliquid efficere, ea accepta proficiscere. Iustitiam autem ne hic esse partẽ uirtutis existimes, sed

Esa.1.

παρρησίαν

ἁγιὰ πνεύματος

F

G integram,& uniuersam,& omnibus numeris absolutam. Ita etiam erat Iob iustus, ut qui humanam omnem haberet uirtutem, nõ qui ab hoc quidem malo abstineret,illud uerò retineret. Ita etiam nos iustam stateram esse dicimus, quæ omni ex parte æqua est,non si aurum quidem posit ex æquo statuere,secus autem plumbũ,sed quæ in quauis materia æquitatem exhibet,& rursus mensura,quę est omni ex parte æqua.Ita etiã erat Iob iustus, qui erat æquus ex omni parte. Neq; enim in pecunia solum eam seruabat æquitatem, sed etiã in alijs omnibus, modum nunquam excedẽs.Nec possit dicere quispiam quòd in pecunia quidem diligebat æquitatẽ, in cõgressione autem & sermone cum propinquis modum excedebat ut qui esset supbus & arrogãs.

Iob.31 „ Hoc .n.sũmo studio fugiebat.Et ideo dicebat. Qđ
„ si etiam contempsi iudicium serui mei uel ancillæ,
„ uel non sicut ego fui fuerunt & ipsi.Et hoc ergo ẽt iniustitia est,esse superbum & arrogantem,& plura habendi cupiditatis seu auaritiæ uitium. Quemad

H modum enim auarum esse dicimus qui uult in ea quæ sunt aliorum inuadere,nec suis est contentus, ita etiam superbũ & arrogantem,quando plus exigit quã quod homini debetur à proximo, quando quis seipsum quidẽ in omni honore collocat, aliũ uerò habet despectui:Hoc autem non aliunde oritur,quàm ex iniustitia. Quòd enim hoc sit iniustitia,ex hoc considera.Et te & illum fecit deus, & tibi oia dedit cum illo communia & ex æquo.Quomodo ergo eũ expellis,& spolias honore quẽ deus dedit,& ad societatem non admittis,sed omnia tibi tribuis,& nõ solum in pecunia, sed etiã in honore eum facis pauperem? Deus dedit unam utriq; essentiam,æquali principatus,æqualis scilicet creatio

Gen.2 nis honore dignatus est.Illud enim, Faciamus hominem,est commune uniuerso generi. Quomodo ergo eum exturbas à bonis paternis, ad summam humilitatem redigens, & quod est cõe tanquã tibi proprium uendicans? Sed talis non erat beatus propheta, & ideo audacter & liberè dicebat,Exaudijt iustitiam meã.Ita etiam Paulus seipsum adducit in medium,non se efferens,nec intumescẽs,sed se alijs

I exemplar proponens, quemadmodum quando dicit,Volo omnes homines esse sicut & meipsum. Ita

1.Cor.7. 1.Re.17 etiam Dauid in tempore quod postulabat fortitudinem, suam quæ ei diuinitus obtegerat in mediũ adducit,dicens,se & ursos suffocasse,& leones superasse,non seipsum quidem sic extollens, ab sit, sed ea ratione procurans ut sibi fides haberetur. Et si habeo iustitiã,dicet fortasse quispiam, qd opus est oratione, cum & res ipsa ad omnia rectè gerenda sufficiat,& qui daturus est sciat quibúsnã opus habemus? Quoniam oratio non est paruum uinculũ dilectionis in deum, quæ cum eo colloqui nos assuefacit,& ad sapientię studiũ nos deducit.Si enim qui cum magno aliquo & admirabili uiro multũ uersatur,ex eius consuetudine maximum fructum accipit, quanto magis qui cum deo perpetuam habet cõsuetudinem? Sed nescimus ut oportet quodnam sit commodum orationis, quãdoquidem nec eã exacte attẽdimus, nec ea ex dei legibus utimur. Sed hoies qdem aliquos allocaturi qui sunt nobis superiores,& habitum,& incessum,& amictum, & omnia composuerimus,ita ut oportet alloquimur. Ad deum autem accedentes,hiamus,fricamus,nos huc & illuc uersamus, negligentes ac socordes sumus,humi genib⁹ flexis,in foro oberramus.Quod si cum ea qua par est reuerentia, & tanquam cum deo locuturi accederemus, tunc sciremus etiam antequã accipemus q̃ petimus, quãtũ lucri facim⁹. Hõ.n.q cũ deo loq didicit,ut par ẽ eũ q cũ deo loq tur,erit deinceps angel⁹, ita liberatur aia à uinculis corporis,ita ei ratio in altum tollitur,ita è terris migrans in cœlis habitat,ita de uictu curam omnem abijcit,& quæ ad uictum pertinent despicit, ita apud ipsum thronum sistitur,etiãsi sit pauper,si famulus,si priuatus,si indoctus.Non quærit.n.Deus 1.Cor.1 linguæ elegantiam,nec uerborum compositionẽ, sed animæ pulchritudinem,& si illa ea quę ipsi placent loquatur,tota re effecta recedit. Vides quanta facilitas.In hominib⁹ quidem,oportet eum qui ad aliquem accedit,esse & dicẽdi facultate prędituum, & posse blanditijs sibi conciliare oẽs assẽclas principis,& multa alia excogitare ut gratus & acceptus esse possit.Hic autem nullo alio preterquam sola sobria & uigilanti mente opus est. Et nihil est quod L Hier.35 prohibeat quo minus propẽ Deum simus.Deus.n. appropinquans ego sum,& non Deus procul. Quã „ obrem quod longe abest à nobis proficiscitur.Ipse enim semper propè est. Et quid dico nos non opus habere dicendi facultate? Sæpenumero ne uoce qdem opus habemus. Nam si uel in corde locutus fueris,& eum ut oportet uocaueris,uel tunc quoq; Nu.14. facile annuit.Ita & Mosem audiuit.Ita etiam Annã. Sam.1. Non adsistit miles qui expellat,nõ satelles,qui tempus interrumpat.Non est qui dicat, Non est nunc tempus accedendi,ueni postea.Sed quando uenęris,stat audiens,etiam si tempore prandij, etiamsi ὀψοφα tempore cœnę,etiamsi nocte intempesta, etiamsi in foro,etiamsi in uia,etiamsi in cubili,etiamsi intus in iudicio apud Magistratum fueris,& eum uocaueris,nihil uetat quo minus tuam petitionẽ audiat,si rite uocaueris.Non potes dicere.Vereor accedere,& orare,adest meus inimicus. At hoc etiam impedimentum ablatum est. Neq; enim inimicum tuum attendit, nec tuam interrumpit petitionem: sed semper & assidue eum potes interpellare,& nulla adest difficultas, neq; enim opus est ianitoribus qui te introducant,non dispẽsatoribus, procuratoribus,custodibus, aut amicis, sed quando ipse per M teipsum accesseris, tũc maximè te audiet,tunc quã do neminẽ rogaueris. Matt.11. Non ita ergo eum per alios Matt.18 placamus orantes,sicut per nos ipsos. Cũ enim no strum expetat amicitiam,omnia etiam facit,ut nos ei confidamus.Quando uiderit nos hoc per nos ipsos facientes,tũc maximè annuit. Ita etiam facit in Matt.15. Chananæa, & cum Petrus quidem & Iacobus accederent,non annuit.Cum ea autem permaneret, qđ petebatur dedit protinus. Et si enim uisus est parũ differre, non hoc fecit ut protelaretur muliercula, sed ut eã magis coronaret, & eius adsiduitatẽ magis sibi familiarem redderet. Meditemur ergo nos quoq; deum interpellare. Discamus quomodo ea sit facienda interpellatio.Non est eundũ in Musęũ, non sunt consumendę pecuniæ, nec sunt conducẽdi pædagogi,rhetores,& sophistę, neq; uerò multũ temporis consumendum est, ut hanc dicẽdi artem discas,sed solũ noluisse sufficit, & ars perfecta euasit. Et nec pro te solũ poteris dicere in eo iudicio, sed etiam pro multis aliis. Et quisnam est scopus,

A quod institutum artis huius iudicialis? Modus ora
Sapi.8. tionis.Sobria mente,animo cõtrito,cũ fontibus la
Psal.50. chrymarum ad eum accedere, nihil quod ad hanc
Thren.2. uitam pertineat petere,futura concupiscere,pro spi
Heb.5 ritalibus interpellare,inimicis nõ malè precari, ac
Mat.6. ceptã iniuriam memoria non tenere, omnes pertur
Ro.12. bationes ex animo expellere, cõterentem cor ita ac cedere, cupiditates contrahere ac moderatum esIudith.9 se,mansuetudinem exercere, & lingyam ad bene lo
Ephe. 4. quendum conuertere, cum nullo pro rebus impro
Col.4. bis conspirare, nihil habere commune cum com
Tob.21 muni orbis terrarum hoste,cum diabolo,inquam.
2.Cor.6. In eum enim qui pro aliis cum Rege loquitur & cũ eius inimicis communicat, externę etiam leges animaduertunt. Et tu ergo si uis & pro te & pro alijs dicere,fac ut hac in re maximè te rectè geras,ut nihil commune habeas cum communi hoste orbis terrarum. Ita enim fiet ut sis iustus & cũ sis iustus,
„ audieris,ut qui talem habeas patronam. *In tribula*
„ *tione dilatasti mihi.* Non dixit,Nõ adduxisti afflictiones,neq; sustulisti tentationes, sed stare permisisti
B & dilatasti mihi. Quãta sit enim dei solertia & quã facilis liberandi facultas hinc maximè ostenditur,
1.Cor.1. non solum in eo quòd nõ inducat afflictiones, sed etiam in eo quòd his manentibus eas non toleratu difficiles efficiat.Hoc & dei ostendit potentiam, & qui in eas incidũt sapientię reddit studiosiores, quãdo & latitudo fuerit quę afflictam animam cõDan.3. solatur,& afflictio non dissoluitur, q̃ & negligentẽ astringit,& ab omni cõtemptu liberat.Et quomodo in afflictione,inqt,fuerit dilatatio? Quẽamodũ Dan.6. in trium puerorum fornace, quẽamodum in lacu leonum. Non enim extinxit flammam, & tunc fecit ut ipsi essent in campo libero & aperto. Neq; occidit leones,& tunc securos eos reddidit,sed & illic fornace uehementer ardente, & his feris manentibus, iusti difficultatis molestiam nõ senserunt sed tuti & securi fuere.Potest etiam aliter accipi dilatatio, utpote quando anima à tentationibus oppressa liberatur à perturbationibus,& multis ægritudinibus, tunc enim maximè libero & aperto campo fruitur.Multi enim, quandiu manent in rebus secũ
C dis, grauissimis ac turpissimis tenẽtur amoribus, qui afligunt eorum animam,pecuniarum,corporum,& eiusmodi aliorum,quæ sunt absurda & uade aliena,sed postquã in afflictionem inciderint, liberantur ab illis omnibus, & in liberum & apertũ campum euadunt,& quemadmodum qui febre laborant,quandiu quidem intempestiuis fruũtur uoluptatibus,lauta,inquam, & referta mensa & uino mero,& huiusmodi alijs, in maiores coguntur angustias.Sed si uoluerint paulisper seipsos affligẽtes sustinere,lati & liberi campi magnum fructum percipiunt,& eo quod eos angebat depositio, iucundè deinceps in pura sanitate uersantur. Ita etiam in rebus & negotijs usuuenit.Nihil enim æquè relaxare consueuit, ut afflictio quæ abducit ab omnibus q̃ ad hanc uitam pertinent. Quomodo existimas Iudæos fuisse in afflictione,etiã quãdo erant res eorũ secundæ. An non hæc febricitantis animæ ægritudo,neq; confectæ & uexatæ,dicere,Fac nobis deos q Exod.32. nos pcedẽt. Moses .n.hic q eduxit nos de terra Ae„ gypti,nescimus qd ei factũ sit? aut nõ illa uerba aię„ q tenetur studio sapiẽtię,& à pturbationib.ad hãc uitam pertinentibus respirat,quando afflicti tam uehementer orarunt, ut ipsum Dei auxilium attra- D xerint? Iam uero hic ipse quoq; propheta, quando uersabatur in remissione,& quiete: quodammodo affligebatur,ab improba cupiditate in angustias coactus & laceratus. Quando autem uersatus est in afflictione,scitis quomodo fuerit in remissione, & animi quiete: neque enim eum ignis attigit, sed etiam flamma uniuersa extincta est.Nihil .n. æque affligit,ac si anima obsideatur à perturbationib⁹. Aliæ enim extrinsecus incidunt.hæ uero intus nascuntur,& hęc est maxima afflictio.Etiamsi nos uexet mundus,nos autem ipsos non uexemus, nihil nobis fuerit molestum.In nostra potestate situ est ut uel affligamur,uel non affligamur.Vt autem discas etiam ex uoce Apostolica quàm latus & liber campus oriatur ex afflictione,audi ipsum Paulum dicentem fructum afflictionis. Tribulatio autem „ Ro.5 patientiam operatur. Patientia autem probationẽ. „ Probatio uero spem. Spes autem non confundit. Ineffabilem uidisti latitudinem. Vidisti portum lætitiæ.Patientiam,inquit,efficit afflictio.Quid enim homine fortissimo,& qui omnia facile ferre potest, E patientius? Quid probato autẽ fuerit fortius? Quid autem conferri potest cum ea quæ hinc oritur delectatione? Dicit enim nobis tres uoluptates quæ hinc oriuntur,patientiam,probationem,& spem futurorum bonorum.De his nunc philosophans propheta dicebat.In tribulatione dilatasti mihi.Quo„ niam enim dixit,Exaudijt me Deus, dicit quonam „ modo exaudijt.Nõ in pecunijs,nihil enim peteb.at eiusmodi. Non ut uinceret inimicos nam neq; hęc postulabat,Sed in relaxatione quæ in medio afflictionis exorta est. *Miserere mei,& exaudi orationem meam.* Quid dicis? Meministi superius iustitię, hic miserationis & misericordiæ,& quam nam hæc habeant consequentiam? Pulchram, & prioribus admodum connexam. Nam etiamsi innumerabilia rectè fecerimus,a miserationibus & clementia audimur.Etiamsi ad ipsum uirtutis fastigium peruenerimus,seruamur à misericordia. Hinc discimus quod cum iustitia mente quoq; contrita opus est. Etenim licet sit pecator, si cũ humilitate orauerit, quæ est pars uirtutis,magna poterit efficere,& licet F sit iustus,si cum arrogantia accesserit,à bonis omnibus excidet. Vtriusque exempla nos docuerunt publicanus & pharisæus.Oportet itaq; scire etiam modum orandi. Quomodo autem sit orandum, disse à Publicano.Nec te pudeat eo uti magistro, q Matt.18. hac in re adeo se præclare gesit,ut solis uerbis uni uersum effecerit.Quia enim erat mens ei rectè parata,sufficit uel uerbum unum ad cœlum ei aperiendum.Quomodo autem erat parata? seipsum miserum clamabat,pectus tundebat, ne cœlum quidẽ aspicere audebat.Si tu quoque ita oraueris,uel penna leuiorem reddes orationem. Si enim peccator, iustus ab oratione factus est, cõsidera cuiusmodi erit iustus,si talem orationem offerre didicerit? Et ideo ne hic quidẽ seipsum absolute posuit,sed orationem suam,superius iustitiam,hic orationẽ meã. Ita etiam exauditus est Cornelius,quoniã eius patrocinio usum est. Orationes tuæ,& eleemosynæ Act.11 tuæ,inquit,ascenderunt coràm Deo.Et merito.O„ pera enim sunt quæ exaudiuntur,& rectè facta.Nõ „ absolute,autem orationes,sed orationes quæ fiunt ex lege Dei.Et quænam sunt eæ? Quæ ea petunt q̃

G Deo dare conuenit,quæ ab ipso non postulāt quæ
sunt eius legibus repugnantia. Et quis est,inquit,
adeo audax,ut ea uelit Deum facere quæ repugnāt
eius legibus? Qui aduersus inimicos eū rogat, hoc
Matt. 6. enim est præter legem quæ ab eo lata est. Ipse enim
dixit,Dimittite debitoribus uestris. Tu autem eum
ipsum,qui tibi iubet cōdonare,aduersus inimicos
inuocas,& quid hac amentia fuerit deterius? Opor
tet eum qui orat habere habitum,mentem, & sen
sum supplicis: cur aliam ergo personam induis,nē
pe accusationis? Quomodo enim poteris ueniam
tuorum peccatorum assequi,quādo rogas ut Deus
puniat peccata aliorum? Sit itaq; oratio mansueta,
placida,iucundo & molli uultu prædita. Talis est
quę cum lenitate,atque adeo pro ipsis etiam sit ini
micis,quemadmodum contraria,ebriæ & deliran
ti cuipiam mulieri & instar Apri efferatę est similis.
Quo circa ad cœlum ei non datur aditus. Sed non
est eiusmodi ea quæ fit cum mansuetudine: sed ha
bet aliquid canorum & lene dignúmq; Regijs auri
bus,suaue,concinnum ac numerosum. Quamob
rem non expellitur è theatro, sed corona redimita
H recedit, etenim habet auream citharam,uestem au
ream. Qua de causa delectat etiam Iudicem & habi
tu,& aspectu,& uoce. Propterea nullus eam exturbat à cœlestib⁹ circulis. Vniuersum enim illud thea
trum incredibili lætitia afficit. Hæc est digna cœlis
oratio. Hæc est lingua Angelorū,quando nihil acer
bum,iucunda autem omnia loquitur, quādo pro
ijs qui faciunt iniuriam,& probris persequuntur ue
nit supplicans,tunc adstant etiā Angeli magno au
dientes silentio,& postquam cessauerit, ei applau
dentes,laudantes,admirantes. Talem nos quoque
afferamus orationem,& omnino exaudiemur, et
quādo ad Deū accedimus,id esse existimemus thea
trum,sed ex uniuerso orbe terrarum,uel potius ex
supernis populis cœlestibus collectum: & regem in
medio sedere qui uult nostram audire orationem,
& faciamus ut res sit comparata ad demonstratio
nem Nullus sit cytharœdus, nullus Lyricen, q ita
se exerceat scenam ingressurus, timens ne quid in
suaue & inconcinnum canat,ut nos ingressuri thea
trum Angelorum. Plectrū autem sit nobis lingua,
I quæ nihil iniucundum sed numerosum & modu
latum dicat,cum ea qua pars est cogitatione,& ad
Deum accedentes,& rogantes,&orantes,pro inimi
Matt. 5 cis primū fides pulsemus,ita enim pro nobis quo
que ipsis exaudiemur. Hæc uox Dæmones pudore
afficit. Hæc dat nobis liberam loquendi potestatē.
Hæc pudore afficit Diabolum,& facit ut secedat.
Neq; enim Dæmon ita eum metuit,qui eum expel
lit & eijcit ex alio homine,ut hominem qui irā uin
cit,& animo imperat,nam hoc ipsum quoq; est sæ
uus Dæmon,& ij potius quàm,qui à Dæmone ue
xantur,miseri ducendi sunt. A Dæmone enim ue
xari,non immittit in gehennam. Irasci autem, & ac
ceptæ iniuriæ meminisse,expellit ab ipso regno cœ
lorum. Si orationē ita composuerimus, poterimus
nos quoque Deo fidenter dicere, Exaudi orationē
meam. Quare nō solum teipsum iuuabis & promo
uebis tua supplicatione,sed Deum etiam audientē
delectabis,ut qui eius præceptis aliquid dignū petas.
Quocirca ēt facile ānuet. Hoc illa adoptiōe dignū
Luc. 6 „ est,hoc illum maxime characterē ostēdit. Estote,in
„ quit,misericordes,sicut & Pater uester qui est in cœ
lis. Et rursus. Orate pro ijs q uobis insultant & uos K
iniuria afficiūt,ut sitis similes patris uestri,q est in „ Matt. 5
cœlis. Quid ergo potest cum hac oratione cōferri?
Hæc non Angelis nec Archangelis, sed ipsi Regi fa
cit similem. Qui autem regi, quātum licet,fuerit fa
ctus similis, considera quanta utetur fiducia & lo
quendi libertate in orationibus. *Filij hominum,quo-* „
usque graui corde? Vt quid diligitis uanitatem, & quæri- „
tis mendacium? Ad quosnam dirigit orationem,& in
crepat,& subiungit consilium? Quosnam uocat fi
lios hominum? Eos qui uiuūt in improbitate, qui
sunt procliues ad uitiū. Quamobrem? Nos quidē Io. 8. C
nō filij hominum, natura quidem hominum filij,
gratia autem non amplius,sed dei filij. Si ergo etiā
eius imaginem quæ est ex uirtute cōseruauerimus,
erit nobis donum integrum. Eos enim qui dei filii
facti sunt per gratiam,etiam per uitæ suę institutio
nem eam oportet imaginem exprimere. Quòd au
tem eos qui uitæ curis paulo plus dediti,& sunt ad
uitium propensi,uocat filios hominum,audi. Vidē „ Gen. 6.
tes autem filij dei filias hominum. Atqui contrariū „
inquit,dixisti. Nequaquā dei enim filios hic voca
uit,eos qui antea ex uiris bonis nati fuerant, & dei L
honorem perceperant,deinde mutati erant, & eua
serant deteriores,& suum honorem perdiderāt. Vt
enim magis amplificaret eorum reprehensionem,
eorum honorem reuocauit in memoriā, maximū
esse crimen ostendens,quòd cum tales essent,& or
ti ex talibus, ad tantam præcipitassent improbita
tem. Et rursus deus. Ego dixi dij estis, & filij altissi- „ Ps. 81.
mi omnes. Vos autem ut homines mormini. Et cō
sidera prophetæ prudentiam. Cùm prius ostendis
set dei potentiam,facultatem, solertiam,benignita
tem & clementiā, quòd in afflictione dilatat,quòd
miserans annuit. Deinde mente agitans effusum in
hominibus uitium,& tyrannidem impietatis,tan
quā animi mœrore coactus,cōuertit sermonem ad
eos qui in uitijs uitam degūt, propemodum dicēs,
Cùm talem habeatis deum, adeò benignum,adeò
clementem,adeò potentem, quomodo declinaui
stis ad impietatem? Vide autem quanta etiam cum
ira lenitate, quanta philosophia admonitio plena
sit. Quid enim dicit? Filij hominum, quousque gra
ui corde? Hoc est eius qui grauiter inuehitur etiam
ex temporis diuturnitate. Si enim dei beneficentiā
ab initio non considerasse scelus est: quomodo ul
lam ueniam consequetur,in ueritate tandiu hallu
cinari? Quid est autē esse graui corde? Graues cor
de sunt,qui sunt crasso corde, carnales,affixi terræ,
uitium persequentes, improbitatem exercentes,li- κατάνυξις
bidine & uoluptate corrupti ac marcidi. Talis est πάθος.
enim homo carnalis,& uitam eorum reprehendēs, vel
ostendit fontem impietatis, significans hoc eis esse
maximo impedimento quominus ad alta dogma- M
ta perueniant. Nihil enim facit cor adeò graue,ut li
bido,& ad ea quæ ad hanc uitā pertinent affectio,
& terræ affixum esse. Quod tale est, non erraueris
qui cor luteum appellauerit, & ideo & id graue no
cauit,& id dixit esse causam malorum, quod,cum
aurigæ locum teneat,non solum equum non cohi
beat,sed etiam cū eo trahente deorsum præcipitet,
& cum oporteat carnem alatā & se in altum erigē
tem efficere,& in cœlū sustollere, id uerò cum ægri
tudinum grauissimo onere pessundatur. Quando
ergo uel auriga, uel gubernator talis fuerit,quærēā
est spes

A est spes salutis? Quemadmodum quando dicit, Si
Matt. 6. lux quæ in te est,tenebræ sunt,quātę sunt tenebrę?
Quando est Gubernator ebrius, & fluctuum ac uē
torum imitatur inconstātiam ac perturbationem
quomodo fieri potest ut nauis seruetur? Quid er
Coloss 3. go potest leuem animam efficere? Vita admirabilis
ad nihil eorum quæ hic sunt aspirare, nec pedibus
suis quidquā alligare eorum quæ deorsum & ferū
tur,& ferunt. Ex corporibus enim alia quidē deor
sum ferri solent,ut lapides,& ligna, & quę sunt eius
modi. Alia uerò sursum,ut ignis & spiritus,& alarū
natura leue quid est. Si quid ergo eorum quæ deor
sum feruntur ei quod leue est alligaueris, nulla est
alarum,nec spiritus utilitas, cum commoderatio
nem excedat,uincat,& superet grauitas. Ita etiam si
quis pedes habuerit aggrauatos,uel propter malos
affluentes humores, uel propter aliquam aliā ægri
tudinem, nihil eum iuuerit si sit reliquum corpus
leue. Si autem hoc est in corporibus, multo magis
in corde. Ne faciam⁹ ergo id graue, ne quemadmo
dum nauigia,quæ nimium habent saburrę,demer
B gatur. In nostra enim hoc potestate situm est. Non
est enim talis natura: sed leuis natura & sursum tē
dens facta est: nos autem ipsam præter naturā grau
em facimus, & ideo propheta quoq; reprehendit.
Si esset autem naturale, nequaquā reprehendisset.
Quemadmodum ergo secundum naturam nobis
est ingredi, sed si aggrauata fuerint nobis genua,
res fit præter naturam, cum nos simus impediti, ita
etiam in pedibus mentis, dico autem cogitationi-
„ bus, usuuenire solet. Vt quid amatis uanitatem, &
quæritis mendacium? Hic & simulachra, & uitam
quæ in improbitate uersatur, uidetur mihi dicere.
Vanum enim illud dicitur, quod est inane, quādo
nomen quidem fuerit, res nequaquā. Ita apud Græ
cos nomina quidem deorum multa, res uerò mini
mè,& in alijs similiter, nomen diuitiarum, res autē
minimè,& nomen gloriæ res uerò minimè, nomē
potentiæ, & remanet solum nomen. Quis est ergo
adeò excors, ut quærat nomina quę rebus defecta
sunt? & persequatur inania, quæ oportet fugere. An
non uitæ uoluptates & felicitates tales sunt? Non
C omnia mentiuntur,& decipiūt. Etiamsi dixeris glo
riam, etiam si diuitias, etiam si potentiam, omnia
Eccl. 1. sunt uanitas. Et ideo dixit etiam Ecclesiastes. Vani
tas uanitatum,& omnia uanitas. Propterea dolore
afficitur propheta, dum in uita uidet tantam amē
tiam. Perinde enim ac siquis, cum uideat quempiā
lucem fugientem, tenebras autem persequentem,
ei dicit, Cur hoc facis adeo absurdum & præter ra
tionem? Ita etiā ipse, Cur diligitis uanitatē, & quæ-
ritis mendacium. *Et scitote quoniam mirificauit domi-*
nus sanctum suū. Aliud iterpres dicit, sed scitote quo-
niam fecit admirabilē. Vidisti prophetæ sapientiā.
Vnde nam eos adducit ad dei cognitionem? à qua
dam parte manifestissima & morib⁹ magis cogni-
tis, nempe seipsum in medium adducens. Ego, inqt,
seruus sum dei ueri, à me ergo eius discite potētiā,
uirtutem, prouidentiam. Non est enim hoc paruū,
quod etiam ex creaturis euadit manifestum. Pro-
pheta, quando de eius prouidētia disserit, cum ad
Solem, & cœlum, & terram, & aerem feratur, & ex
ordine eorum quæ uidentur opificem prędicet, eā
quoq; tractat orationem quæ ab eius seruis, & ijs q
ex eo accidunt, sumitur. Quod quidem etiam in

Abrahā usuuenit. Ei enim dicebāt. Scimus quod D
à deo uenis nobis Rex. Vnde scitis? Ex uictoria, ex Gene. 22
triumphis, ex bellis. Hoc etiam in Iudęis accidit. Mi
racula enim quę pro eis facta sunt, uniuersæ terræ
timorem attulerūt, quod ēt tūc, dixit meretrix illa
Hierechūtina, Cecidit i nos timor uestrū & tremor. Ios. 2.
Vna est ergo uia, ea q̄ est p creaturas. Alia uerò, eaq; Ro. 1.
uel manifestior, q̄ est p seruos. Et hāc de⁹ à multis re
tro sæculis disseminauit in unaquaq; generatione.
Aegyptios itaq; docuit ex Abraham, Persas rursus,
ex eodem. Ismaelitas, ex eius nepotibus, & alios in-
numerabiles, & per Iacob eos qui habitabāt in Me
sopotamia. Vides uniuersum orbem terrarum futu
rū fuisse à sāctis doctū, si mō ipsi uoluissent. Quin
etiam ante eos, diluuium, linguarum confusio, ad
excitandam eorum mentem satis fuerant. Ne enim
quod euenerat, tēporis diuturnitate oblitioni tra
deretūr, locus appellationem accipit, & exinde. Ba-
bylon, ex linguarum confusione dicitur, ut audi-
tor ab ipsa appellatione deductus, ad eorum quæ
euenerunt principium deueniat, & dei uirtutem in-
telligat. Ita etiam qui habitabant in occidente om B
nes omnia discebant, cum mercatoribus Aegyptijs
uersantes. Quanquā alioqui in principio ne multę
quidē gentes erant in illa regione: sed maxima ho-
minum frequentia ac turbæ multitudo erat in par
tibus Orientis. Etenim & Adam illinc egressus est,
& genus Noe illic uersabatur, & post turrim illic e-
rant, & ut plurimum uersabantur in Oriente. Sed
tamē in unaquaq; generatione deus illis doctores
constituit, Noe, Abrahā, Isaac, Iacob, Melchisedec.
Quamobrem hic quoq; Propheta, ex ijs quæ in san
ctos fiunt, eos q in improbilitate ac scelere uiuunt
excitat, dicens, Scitote quòd mirificauit dominus „
sanctum suum. Quid est, mirificauit? fecit admira- „
bilem, insignem, clarum, conspicuum, eum qui est
ipsi dedicatus. Ex seruo ergo, & ijs q̄ ipsi accidunt,
domini discite potentiam. Non dixit solum, Bonū
dedit, sed admirabilem fecit, significās eum dedis-
se cum magno miraculo, & præter fidem & opinio
nem. Ita etiam in Abraham factum est. Non solum
enim dedit uxorem intactam, sed eum etiam reddi
dit admirabilem. Vt non solum donum in eo con F
sisteret quòd nihil graue passus sit, sed etiam in eo
quòd clarus in Aegypto euaserit. Propter ei⁹ enim
iustitiam factum est ut nihil illi molestum fieret:
Propter aliorum autem utilitatē, ut admirabiliter
& præter opinionē illinc rediret. Hoc in tribus pue Gen. 2 ❶.
ris, hoc in leonib⁹ accidit, hoc in cœto, & undiqua Dan. 3.
que seruat cum miraculo, sed non quemlibet abso Dan. 6.
lutè, sed sanctum. Vidisti quomodo cum dei co-
gnitione, ad uitam quoq; exactam exhortatur, do-
cens non solum in dei benignitate, sed in propriо-
rum etiam factorū uirtutute, spem salutis ponere.
Dominus exaudiet me cum clamauero ad eum. Postquā
dixit quòd eum fecerit admirabilē, non in his sub
stitit: sed dicit etiam aliud genus felicitatis. Quod
nam autem hoc est? Deum habere perpetuo adiu-
torem & auxiliatorē, & ubiq; præsentem. Non enim
hoc semel facit, & bis, & ter, sed perpetuo, inquit, si
ipsum inuocemus. Et uide rursus hic etiam celeri-
tatem. Quemadmodum enim dixit superius, Cum
inuocarem, exaudiuit deus meus iustitiam meam:
ita etiam hic, Dum clamauero ad eum. Quomodo
ergo, inquit, nō audiuntur multi? Quoniam petūt

G inutilia. Hic enim melius est nō fuisse exauditum. Quare etiāsi ex audiamur, non propterea læremur, sed & quando non exaudimur, etiā propterea de ū gl orificemus. Vel enim inutilia petentes non exaudimur, & eo quòd nō accepimus lucrifacimus. Vel negligenter petimus, & in dono differēdo, Deus ut nos illi adsideamus subtilem init rationem, & hoc etiam non est exiguum lucrum. Si enim uos, inqt, Mat.7. nostis dare bona filijs uestris, multo magis deus q scit dare. Nam Paulus etiam petiuit, & no accepit. Petebat.n. inutiliter, & Moses, & nec illi quidē deus annuit. Ne ergo deficiamus, quando non exaudimur, nec tristitia afficiamur & torpeamus, sed permaneamus. Agit enim deus omnia utiliter. *Irascimini, & nolite peccare. Quæ dicitis in cordibus uestris, in cubilibus uestris compungimini.* Quod ante dixi, id etiam nunc dico. Quoniam ad dei cognitionem eos est deducturus, liberat animū ab ægritudinibus. Scit enim uitam corruptam ac deprauatam esse impedimento quominus perfectionem decretorum assequamur. Quod quidem Paulus quoque innuēs dicebat. Non potui loqui uobis tanquā spiritualib⁹, H
2. Cor.12 sed tanquā carnalibus. Et rursus. Tanquā infantibus in Christo lac uobis potum dedi, non cibum.
Exod.32. Et rursus de quo est nobis multus sermo & explica
1.Cor.3. tu difficilis, quoniā estis hebetes auditu Et Esaias.
1.Cor.5. Scire uias meas cupiunt, ut populus qui iustitiam,
Heb.5 fecerit & dei iudicium nō reliquerit. Et Osee. Semi-
ἅπαξ Esa.58. nate uobis ipsis in iustitiam, illuminate lucem co-
Ose.10. gnitionis. Et Christus. Omnis qui mala facit, odit
Io.3. lucem & nō uenit ad lucem. Et rursus. Quomodo
Io.5. potestis credere, gloriam à uobis inuicem accipien-
Ioā.9. tes, & gloriam quæ est à solo deo nō quærentes? Et
Io.12. rursus. Hæc dicebant parentes eius, quia timebant
Sap.1. Iudæos, ne expellerentur à synagoga. Et rursus. Mul-
Isa.29 ti autem crediderūt in ipsum, & propter Pharisæos
1.Cor.1 non confitebantur. Et ubiq; uideri potest uita prua ac corrupta ad perfectionem dogmatum afferre impedimentum. Quemadmodū enim leuia perspicuæ oculorū pupillæ insidens id quod illustrat
I obscurat & obtenebrat: ita etiam ratio quam obsedit & occupauit uitium. Quocirca cùm id etiā sciret propheta, dicit, irascimini, & nolite peccare. Nō tollit enim irā, est nanque utilis, nec excindit excādescentiam. Prodest enim aduersus eos qui faciunt iniuriam, & aduersus negligentes, sed iram quę iniustè mouetur, excandescentiam, quæ nulla ratione regitur. Et quemadmodum Moses cū in sermonem de moribus incidisset, ex eo primo quæ ferebatur legis ducit initium, dicens, Non occides: Ita
Exo. 20. hic etiam, sed hic amplius, quo magis ei erat nota uera pietas. Ille enim euellit cædem. Hic uerò irā, quæ cædis mater est, fons, & radix. Quocirca Christus etiam iram comprimens ac refrēnans dicebat,
Mat.5. ,, Qui irascitur fratri suo temere, erit obnoxius in gehennam ignis. Vidisti ubique modum. Irascimini, & nolite peccare. Qui irascitur temere (licet enim
Act. 13. etiam iustè irasci. Nam & Paulus Elymæ succēsiut.
Act.5. & Petrus Sapphiræ. Sed id non iram dixerim absolutè, sed philosophiam, curam, & œconomiam. Irascitur etiam pater filio, sed eius curam gerens). Ille est qui temere irascitur, qui seipsum ulciscitur. Qui utem aliena corrigit, is est omnium mansuetissimus. Nam deus etiam quādo dicitur irasci, nō seipm uindicans irascitur, sed nos corrigens. Eum ego nos quoque imitemur. Ita enim se gerere, diui- K
num est, aliter uerò humanum. Sed deus non eo solum à nobis differt quòd iustè irascitur, sed quod nec in deo quidem ira est perturbatiō. Nec nos ergo temere irascamur. Ira enim in nobis ideo insita est, non ut peccemus, sed ut alios peccantes prohibeamus, non ut fiat animi perturbatio & egritudo sed ut sit ægritudinū & perturbationum remediū. Cogita apud te quam sit insigne uitium, quando medicamentum uenenū efficitur, quādo per quod aliorum uulneribus medendum est, per id uulnera infligimus, quemadmodum siquis accepto ferro ut quę in alijs putrefacta sunt excindat, seipsum ubique concidat, se per totum corpus sauciās. Vel gubernator per clauum cymbam submergat, per quem uentorum impotentium impetū oportebat cohibere. Huiusmodi est etiam ira, utile instrumentum, ut nostram excitet somnolētiam, ut animum nostrum intendat, uiresque & robur addat. Vt nos acriores efficiat ut pro his indignemur qui sunt affecti iniuria. Vt ad pœnas de insidiatoribus sumen L
das nos moueat. Ea de causa dicit, Irascimini, & no lite peccare. Quòd si hoc fieri non posset, minimè præcepisset. Quę enim fieri non possunt nemo præcipit. Legem itaque afferens Apostolicam, & philosophiam Euangelicam, cum eadem dixisset q Christus, aliam adijcit admonitionem, quæ sic dicit. Quæ dicitis in cordib⁹ uestris, in cubilibus uestris κατανύ-
compūgimini. Quid est quod dictum est? Videtur γητε κα-
enim esse obscurum. Post cœnam, inquit, quando πανύγητε.
itis dormitum, quando estis decubituri, & nullo præsente multa quies & silentium, & nemine interturbante profunda tranquillitas, excita iudicium tuæ conscientiæ, ab ipso rationem exige, & quæ interdiu mala cepisti consilia, uel dolos construens, uel propinquum circunueniens, uel praua desideria suscipiens, ea cùm in illius quietis tempore in
M medium adduxeris, & improbis illis cogitationibus cōscientiam iudicem dederis, eas fodica, & dilania, & de eis pœnam sume, occide cogitationem quę peccauit. Id enim sibi uult illud, Compungite, pro eo quod est, Pungite, stimulate, quæ in cordib⁹ uestris dixistis interdiu. Hoc est, mala quæ cogitastis cōsilia, ea in cubilibus uestris, in tempore illius quietis punite, in ea animaduertite? quando neque amicus interturbat, nec famulus irritat, nec turba negotiorum urget, tunc uitæ interdiu actæ rationē exigite. Et cur nō dixit, uerborum & factorum, sed malarum cogitationum? Hoc docens ex abundan ἐκ περισ-
tia. Si enim mala sunt castiganda consilia, ut non σοῦ ταῦ-
in opus exeant: multo magis pro factis & dictis o- τα.
portet angi animo. Hoc fiat singulis diebus, nec prius dormieris ò homo, priusquam mente uersaueris quæ à te interdiu peccata sunt, & die sequenti eris omnino tardior ad ea ipsa rursus aggredienda, & quod facis in pecunia, nec finis ut duo dies prętereant, quin cum famulo rationem ineas, ne confusionem inducat obliuio, hoc etiam fac in actionibus: singulis diebus uesperi ab anima rationem exige, & cogitationem quæ peccauit cōdemna eā
N uelūti in ligno suspende, & torque, & itibe ne amplius ea aggrediatur. Vidisti optimam medendi rationem, quomodo & præseruatorijs & correctorijs medicamentis usus est. Præcipere enim ne in pecca ta incidas, præseruatorij medicamenti locum obti-

A net, nempe irascimini, & nolite peccare. Illud autē, quæ dicitis in cordibus uestris, in cubiculis uestris compungite, correctorij. Postquàm enim peccauit, adhibet rursus medicamenta, ab ipso qui peccauit accepta medicina. Hac ergo utamur medicina, quę nihil habet omnino difficultatis. Sin autem non sustinet anima meminisse peccatorum, erubescens & pudore suffusa, dic illi. Nihil lucri facis si nō memi-
Esa.47 neris, sed magnum potius damnū accipis. Si enim
Mar. 3. non nunc apud te memineris, tunc ante omnium oculos tua statuentur peccata. Sin autem nūc ea re putaueris: & ab illis citò liberaberis, & in alia non
Psal.113. facile incides. Anima enim hesternum uerita iudicium, ne eandem rursus subeat sententiam, & pungatur, & flagelletur, redditur ad peccatum tardior, & ex ea re tātum erit emolumentū, quod si id uno solo mense fecerimus, in perfecto uirtutis habitum nos ipsos constituemus. Ne tantum itaque bonum
2.Cor.11 neglexerimus. Qui hoc enim hic iudicium statuerit, acerbas illic pœnas non dabit. Si enim nos ipsos iudicaremus, non utique iudicaremur. A Domino autem iudicati erudimur, inquit, ne cum mun-
B do condemnemur. Ne ergo condemnemur, hoc faciamus. *Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino.* Vidisti consequentiam optimi consilij. Vidisti perfectam admonitionem. Postquàm enim propter peccata pupugit, & ad eadem rursus aggrediēda tardiores} effecit, & iudicium quod non potest corrumpi constituit, & actæ uitæ rationem exegit, ita ad uirtutis actionem deduxit. Neque enim sufficit si à malis abstineamus, sed oportet etiam bono rum accedere actiones. Quocirca etiā progrediens
,, admonet, dicens, D clina a malo, & fac bonū. Non solum enim improbitatis actio, sed etiam à uirtute
Mat.25. cessatio, ut puniamur efficit. Nam & qui esuriētem non pauerunt, & sitienti potum non dederunt, & qui nudum non uestierunt, nō furati sunt, nec aua
Esa.1. ri fuerunt, nec bona aliena ceperunt: sed quia non fecerunt eleemosinam, propterea pœnę immortali dati sunt, & supplicio cuius nullus est finis. Ex quo intelligimus qd abstinere à malis non satis est nobis ad salutem, nisi adsit etiam bonorum possessio & uirtutis actio. Propterea ergo etiam propheta, cū
C & ab improbitate per compunctionē abduxisset, & ad uirtutis actionem aptionem fecisset, & duritiam mentis emollijsset, & eam per compunctionē teneram reddidisset, icipit uerba facere de iustitia,
,, & dicit, Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in
,, domino. Quid est, sacrificate sacrificium iustitiæ? Persequimini iustitiam, offerte iustitiā, hoc est maximum deo donum, hoc est acceptum sacrificiū. Hæc oblatio ualde grata est, non oues & uitulos sacrificare, sed quæ sunt iusta facere. Vides ecclesię uitæ instituendæ rationem multis retro seculis fuisse ante descriptam, & pro illis sensilibus ea queri quę cadunt sub intelligentiam. Iustitiam autem hic, sicut ante dixi, non singularem aliquam dicit uirtutem, sed uniuersam, quemadmodum etiam uirum iustum uocamus, qui omnem in se uirtutem continet. Hoc sacrificium non eget pecunia, non gladio, non altari, non igne. non in resoluitur in fumum ci
D nerem & nidorem, sed animo eius qui offert contētum est. Ei nec est paupertas obstaculum, nec mendicitas impedimentum, nō locus, nec aliquid eiusmodi, sed ubicunque fueris, id offerre poteris cum ipse sis & sacerdos, & altare, & gladius, & hostia. Talia enim sunt quæ sunt intelligētia ac spiritalia, plurimum habent facilitatis, ut quę nulla externa ope
D ratione egeant. Et sperate in domino. Alius dicit, Et confidite in domino. Qui enim per iustam uitæ institutionem deum sibi propitium & clementem reddiderit, maximā habet opitulationem, auxiliū inexpugnabile, & plurimum quod illinc dependet momentū. Vidisti fructū sacrificij q est in foribus. Vidisti celerrime germinantem densum & cōstipatum bonorum thesaurum. Qui.n. deum habet auxiliatorē, quēnam timebit amplius? Nullum. Iam uero hoc quoq; est non parua uirtus, ipso fretum, bono animo esse, & in ipso confidere, sed cum iustitia, & à nobis hanc uirtutem exigit, ut in eo speremus, ut in nulla re quæ ad hanc uitam pertinet cōfidamus, sed nos ab omnibus seiungentes, cogitationem omnem illic designam⁹. Res enim uitæ prę- Iob.8. &
sentis sunt umbris & somnijs similes, & sunt etiam 14.
E jis imbecilliores, ut quæ simul appareant & euolēt Sap.2.14
& interea dum ad sunt, ijs qui illas habent multum 5.
turbæ ac molestiæ afferunt. Spes autem in Deum est immortalis, immutabilis, immobilis, quæ nullam susćipit conuersionem, quæ omni ex parte tutum reddit, & inexpugnabilem eum efficit qui ea cum qua pars est exacta cura & affectione utitur.
Multi dicunt quis ostendet nobis bona? Signatum est su- ,,
per nos lumen uultus tui Domine. Postquam de ,,
moribus perfecit admonitionem, & ad Dei adduxit cognitionem, & omnem uersauit rationem quę potest erigere mentem eorum qui aberrarūt, & maxime ex ijs q illi sunt dedicati, & ex eius in eos prouidentia curam eius ostendit, ponit quandā obiectionem quæ fit ab imbecillioribus ac crassioribus, & dicit, Multi dicunt, Quis ostendet nobis bo ,,
na? Non pauci, qui sunt ueri probi ac sinceri, & no ,,
runt philosophiam, hæc dicunt, sed confusa & promiscua multitudo, quæ ignorationi & stultitię affixa &. Quid est autem quod dicit? qs ostēdet nobis bona? Sunt quidam qui dicunt, alij quidem dei prouidentiam accusantes, alij uero uoluptatis amatores, socordiæ, opum, gloriæ, & potentiæ, qui etiā hæc amantes, dicunt talia, ubi sunt bona Dei? Ego sum in mēdicitate & morbo & calamitate & extremis malis, probris, & contumelijs, Alius autem in felicitate, uoluptate, delicijs, potentia, gloria, & di- F
uitijs, & alij quidem hæc bona tantum requirunt, ea quæ uere sunt bona prætermittentes, uirtutem, inquam, & studium sapientiæ. Alij uero, ut ante dixi, Dei etiam prouidentiam ex eo criminantur. Vbi est dei prouidentia, cum tanta sit in uita confusio, cum plures in mendicitate & inopia & in extremis malis degant? Quod est signū eius curationis? Qui autem hæc dicunt perinde faciunt ac si quis meridie quærat solem uidere, & dubitet de luce. Quod ostendens Propheta, & quam primum afferens solutionem, dixit. *Signatum est super nos lumen uultus tui Domine.* Non dixit, Apparuit, non dixit, Resplenduit, sed, signatum est, significās quòd quemadmodum quòd in fronte signatum est, est omnibus manifestum, nec fieri potest ut id aliquem lateat: nec uisum luce plenum & radios potest quis ignorare, ita, inqt, nec tuam prouidentiā. Quemadmodum enim lux signata, hoc est impressa, & insculpta, est manifesta omnibus: ita etiam prouidentia tuæ be-

gnitatis. Lucem enim hic dicit, defensionem, curationem, auxilium, prouidentiam. Deinde cũ pronunciasset, subiungit etiam probationẽ. Quãnam autem? *Dedisti lætitiam in corde meo.* Postquam in cõsideratam reprehendit multitudinem, ex ijs qui sapiunt & sani sunt dei probat prouidentiam, & dicit, Dedisti lætitiam in corde meo, hoc est. Docuisti me philosophari, res quæ ad hanc uitam pertinent aspernari, ea scire quæ sunt uera ac permanentia, ut bona spe ducerer effecisti, ad futuram uitam manu duxisti, ante bonorum perceptionẽ, me spe bonorum, pennatum reddidisti, siquis enim pecuniæ, uel etiam alicuius maximi regni hæres futurus, non solum tempore perceptionis, sed etiam antequam ea experiatur, erigitur expectatione, ex spe magnam uoluptatem perpetuo capiẽs, cogita qualem eum esse consentaneum est, qui expectat regnũ uiuens & immortale, & bona illa quæ nec oculus
1. Cor. 2. uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Propterea, inquit, dedisti lætitiam in corde
H meo. Quod maximæ erat prouidentiæ, illa tũc pro
Matt. 17. uidisti & præparasti. Quòd si ij qui sunt crassiores,
1. Cor. 2. caro, & terræ affixi, hæc non attendunt, non ex eo qui est pollicitus, sed ex illorum uecordia turba & tumultus oritur. Et nõ dixit simpliciter & absolute, Dedisti lętitiam, sed, In cor meum, ostendens nõ
Eccl. 2. esse in rebus externis lætitiam, nec in mãcipijs, nec in auro, nec in argento, nõ in uestibus, non in lauta & opipara mensa, nec in potentiæ magnitudine, nec in domus laxitate. Hæc enim lætitia nõ est cordis, sed solum oculorum. Multi ergo eorum q hæc possident, uitam non esse uitalem existimant, & angoris fornacem in animo circunferunt, à curarum multitudine exhausti, & continuis timoribus oppressi. Sed mihi, inquit, non est in his lætitia, sed in corde intelligente, in mente incorporea, & ea quæ sunt in corporea cogitante. Quare si te delectant
I presentia, & ex ijs Dei prouidẽtiam cognoscis, mul
Mat. 6. to magis eam discе ex futuris, quo sunt illa & præ-
Luc. 12. stantiora, & diuturniora, & q̃ auferri non possunt. Si quod diuitijs affluas & prospere agas, id tibi persuadet esse Dei prouidentiam, multo magis id tibi persuadeant quæ sunt in cœlo diuitiæ. Si autem dicas, Quare sunt hæc in spe sita, & non apparẽt? hoc dixerim, quod maxime nos quidem fideles ea quæ in spe sita sunt, his quæ sunt manifesta, manifestiora ducimus. Talis enim est fidei certitudo. Quod si rursus dicas, Qua de causa hic illa nõ accipimus? il
2. Tim. 4 lud dicam. Hoc est quidem tempus laborum & certaminum. Illud uero coronarum & præmiorum. Quin etiam & hoc quoque Dei est curationis effectus, labores quidem & sudores breui hac & fluxa uita circunscribere, præmia autem & coronas in uitam æternam extendere. Alioqui autem etiam quãdo multi erant imbecillioris animi, sensilia quoq̃
Deut. 28. hæc eis bona dedit. Populum itaq̃ Iudaicum per
& Esa. 1. eam uitæ agendæ rationem deduxit. Etenim eis affluebant diuitiæ, & ad senium usq̃ uita produceba tur, & omnis morbus procul aberat, & hostium incursio, & pax alta, & triumphi, & uictoriæ, felixq̃ bonorũ liberorum multitudo & q̃cunq̃ eiusmodi oderãt, ijs q Deo parebant. Postquam autem accessit Dominus noster Iesus Christus in cœlũ nos uocans, & quæ hic sunt despicere persuadẽs, illorumq̃
Matt. 19. Mar. 10. Luc. 18. nobis amorem immittens, & ab ijs quæ ad hanc uitam pertinent nos seiungens, hæc merito in angustum contracta sunt: in illis autem uniuersæ sunt sitæ diuitiæ, ut qui iam perfecti euaserimus. Nam ét in pueris, ijs quidem qui sunt adhuc paulo minores patres præbent eiusmodi, calceos, uestes, aureas quasdam bracteas, & armillas. Postquam autẽ creuerint, illis eis ablatis, dant alia maiora, benedicendi in suggestu gloriam, in ciuitate splẽdorem, in aula Imperatoria loquẽdi libertatem, magistratus & principatus, eos ab omni puerili ambitione abducentes. Ita etiam fecit Deus, nos à paruis illis & puerilibus abducens, ea quæ sunt in cœlis pollicitus est. Ne hæc ergo quæ fluunt & prætercurrunt admireris, nec sis pusilli & abiecti animi. Quanquàm nec ijs quidem te omnino defectum reliquit. Quoniam enim eos qui carne tecti erant, & in corpore uersabãtur, ne ijs quidẽ penitus priuatos esse oportebat, hęc quoq; nobis affatim suppeditat. Et ideo Propheta cum altam illam & philosophicam prouidentiæ speciem agitasset, & dixisset, Dedisti lætiK tiam in corde meo, sub meo, subiungit dicens.
L A *Fructu frumenti uini & olei sui multiplicati sunt.* Hoc Actus autem cum dicit, non paruam inde tangit partem eius prouidentiæ quæ cernitur in ijs quæ sub aspectum cadunt. Quando enim dicit frumentum, uinum, & oleum, & quæ est in his, abundantiam dicit & pluuiam, & bonam temporum temperationem, & terræ in utero cõceptionem, & pariendi nixum, & partum, & aerem diffusum, & solis cursum, & lunæ ambitus, & numerosam stellarum choreã, & æstatem, & hyemem, & autumnum, & uer, & agricolendi artem, & instrumentorum aptitudinẽ, aliarúmque artium examen. Nisi hæc enim omnia cõcurrerint, fieri non potest ut fructus perficiantur, & ad maturitatem perueniant. Quando ergo dicit frumentum, uinum & oleum, dat sapienti occasionem uel ex parte totum intelligendi, aperto mari prouidentiæ quæ apparet in sensilibus. Quocirca etiam Paulus alicubi concionans, & de eius prouidentia differens, hinc uerba facere aggredit ur, di-
M cens, Qui dat pluuias, & tẽpora fructifera, qui implet nutrimento & lætitia corda nostra. Quoniam autem propheta fugit quæ sunt superuacanea, præ termisis alijs omnibus, fructibus, bacis, generibus plantarum, generibus seminum, generibus herbarum, pratorum, florum, hortorum, & q̃cunq̃ sunt alia, ea ponit quæ sunt continentia, & ad uitam nostram necessaria, ex his illa quoq; manifesta faciẽs. Quæ nec dat nobis solummodo, sed cum magna copia ac multitudine, & singulis annis. Quòd si ea etiam quandoque contrahit, & dat parcius, in eo etiam rursus ostendit suam prouidentiam, multorum socordiã expergefaciens, & eos excitãs ad hæc bona ab ipso petenda. Sin autem dicant aliqui nõ esse Dei dare pluuiam, sed simulachrorum: eos interrogemus undenam hoc constabit? Quia Poetæ, inquiunt, dixerunt Iouem esse qui pluit. Sed illi ipsi dixerunt eum esse & adulterum, & pædiconem, & parricidam, & alia non minora his crimina. At non sunt, inquit, uera. Ergo nec quòd pluat. Si hoc enim admittis, illa quoq; admittere necesse est. Si illa autem reijcis, & hæc quoq; cum illis. Nos enim quoniam testes præbemus illius potentiæ, quęcunque ab eis dicuntur suscipimus. Necesse est ergo te admittere illum quoq; esse adulterum, & ex eo discere

quod

A quod eiusmodi crimina sunt longe à diuina potestate remota, & qui talis est nequaquã fuerit Deus, sed fabula ipsa sibijpsi repugnat, & mendacium à seipso conuincitur etiã si nolimus, & poetas eijcit. Quòd illis autem eiectis omnia uestra sint peritura clarum est. Ipsorum enim nomina inuenerunt illi & imposuerũt, quod etiam ex uestris quidam dixit philosophis. Quòd si illis relictis ad allegorias confugeris, te illud interrogabo, Quid est Iuppiter? Ἥλιος &
τὸ τοῦ Est seruens, inquit, substantia, & pars quæ superat πῦρ, id
est à fer- aerem, & quam appellant ætherem, ex eo quod ferendo di ueat & urat. Non est ergo ratiocinandi nec discernendi potestate prædita, sed expers rationis. Quòd enim natura aeris nec rationem habet nec ratiocinationem, cuiuis est apertum, & nemo est qui hoc nesciat, etiam si minus quàm lapis sensus habeat. Quare iam de medio sublatus est Iuppiter. Si aer. n. est Iuppiter, aer autem est id quod iam diximus, ex eo quoq; interibit fabula. Si autem est aer, nec fuit alicuius pater, nec aliquam peperit substantiam, cu iusmodi confingunt Solem, quem etiam uocant
B Apollinem, & eum dicunt esse eius filiũ. Neq; enim sol habet rationem, nec mentem, nec cogitationẽ. Sed ipsum etiam est opus naturale, quod agitur & circunfertur lege quam ei Deus in principio posuit. Quanquã alioqui nec pluere est ętheris, sed nubiũ, quæ aquam suscipiunt uel ex mari, uel ex aquis, q̃ ab alto super cœlum ferũtur, ut dicunt prophetę.
Psal. 17. & 148. 2. Pet. 1 Sin autem fidem nõ habes prophetis: signa aperta & manifesta præbemus, quæ maximè ostendunt eos fuisse à Deo ispiratos, & nihil nobis disseruisse, quod e domo sua afferrent, sed diuina illa gratia & super cœlesti afflatos. Quæcunq; enim ab eis dicta sunt, finem sunt assecuta, & omnia ad rerum uerita tem euenerunt, seu uetera seu noua uelimus accipere. Nã & quæ de Iudæis à Prophetis dicta sunt, omnia finem ceperunt, quorum etiam exitus fuit omnibus manifestus, & quæ de Christo in nouo, quæ maxime ostendunt diuinam esse utranq; scripturã, si autem sunt diuina, quæ de deo in ea dicta sunt,
Mat. 5 ea uera sunt omnia. Ne dubita igitur de Dei prouidentia, sed eius curam quam gerit admirare, quod
C cum sint boni & mali, orbem terrarum & sole omnibus permittit, & omnibus dat pluuias. Quòd si sint aliquos degere in mẽdicitate & inopia, id facis ut animam illorum corrigat, sapientiæ studiosiorẽ animam efficiens. Sciatis enim, sciatis aperte, quòd diuitiæ, quidem ijs qui non attendunt, sunt uitiorum ministræ: paupertas autẽ, mater philosophiæ, eãque res ipsę indicant quotidie. Quot pauperes sunt diuitibus prudentiores, & sapientiæ amantiores, & corpore saniores, cum paupertas eis & carnẽ & animam corrigat? *In pace in idipsum dormiam & requiesc am. Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.* Vide etiam aliam non paruam speciẽ
Psal. 118. prouidentiæ, quòd pace fruantur qui sunt Deo dedicati. Pax est enim ijs qui legem tuam diligunt, & non est ipsis offendiculum. Nihil enim æque solet pacem facere, ac Dei cognitio, & uirtutis possessio, quæ animi perturbationum internum bellum domo procul eijcit: nec permittit ut homo cum seipso seditiones agitet. Sanè si hac pace non fruatur, etiamsi sit extrinsecus summa pax, etiamsi nullus eum hostis inuadat, est omnium qui uiuũt in terra miserrimus. Neque enim Scythæ, nec Thraces, nec Sarmatæ, nec Indi, nec Mauri, nec quæcunque sunt D ferę gentes, tam atrox bellum gerunt, quàm improba ac nefaria cogitatio, quæ uersatur in penetralibus animi, & quæ non castigatur intemperans libido, & amor pecuniæ, & potentiæ uehemẽs desiderium, & in res quæ ad hanc uitã pertinent affectio. Et merito. Illud enim est bellum externum, hoc ue rò est internum prælium. Quòd autem quæ intus nascuntur, sunt ijs quæ extrinsecus inuadunt grauiora, & interitum magis afferre solent, hoc licet ui dere in omnibus. Etenim & ligni naturam uermis qui est intus magis corrumpit: et uires et sanitatem corporis, morbi, qui intus procreantur, plus lędũt, quàm qui extrinsecus aduenium, et ciuitates non tam externi quàm interni et qui sunt eiusdem generis hostes perdunt, ita etiam animæ, nõ tam externæ quę in eam inuadunt machinationes, quàm quæ intus oriũtur ægritudines, perniciem afferũt. Sed siquis timorem dei habens hoc bellum perfe- E ctè sedauerit, et pturbationes animi composuerit, et uarias illas improbarum cogitationum beluas suffocans non permiserit ut in antris delitescant, is purissima et altissima pace fruetur. Hanc pacem Luc. 2. Christus ueniens largitus est. Hanc etiam Paulus Ephe. 1 precatus est fidelibus dicens in singulis epistolis. Gratia uobis et pax à deo patre nostro. Qui hãc. n. habet pacẽ, nõ solum barbarũ et hostẽ, sed ne ipm qdem diabolũ extimescit, sed uniuersam ridet dæmonũ phalangẽ, et est oibus hoibus tranqllior et animo alacrior, ut qui non paupertate prematur, non morbo & mala ualetudine grauetur, non aliquo eorũ quæ humanitus inopinato accidunt perturbetur, propterea quòd ualentem & sanam habeat animam, quæ hæc potest præclarè & facillimè administrare ac temperare. Et ut sciatis hoc esse uerum. Sit aliquis inuidus, & nemo cum eo bellũ gerat, quid iuuat? Ipse enim cum seipso bellũ gerit, quouis esse penetrãtiores in se cogitationes acuens, in omnibus quæ uidentur offendens & in singulis qui occurrũt hominibus seipsum sauciãs, in nullum benęuolo & grato animo præditus, sed omnes illos tanquam hostes intuens. Quę est ergo F illi pacis externæ utilitas, quando ille furens & rabie percitus, & cõmunis naturæ hostis, circuncursat tantum internum bellum gestans, & mille telis ac sagittis confodi, atq; adeò potius millies mortẽ pati optãs, quàm uidere quempiam ex ijs, qui sunt eiusdẽ generis, in bona esse existimatione, aut paulò felicius agere. Teneatur rursus alius pecuniæ cupiditate: Innumerabilia bella, pugnas, & seditiones in sua conflat anima: & tumultu ac perturbatione exagitatus, ne potest quidem paululũ respirare. At nõ is qui est liber ab eiusmodi perturbationibus, hoc modo affectus est: sed in tranquillo portu sedet, se stu dij sapientiæ uoluptatibus explẽs, & nullam eiusmodi molestiã sustinẽs. Quocirca hacquo que prouidẽtia fruens propheta dicebat, In pace in idipsum dormiam & requiescam, innuẽs quòd ei, qui hanc non habet pacem, ne communis quidem omniũ portus est apertus, sed is quoq; obstructus est, nẽpe quietis & noctis. Huiusmodi enim perturbationes etiam eam quæ à natura datur securitatẽ profligant, alia grauiori tyrannide somni tyrannidem omnino deturbantes. Inuidi enim, auari, & raptores hoc bellum undiquaq; circunferentes, & in

G tus ſedentes inimicos habentes, quocunq; receſſerint,pugnā nō poſſunt effugere. Sed etſi domi maneant & ſi in lecto iaceāt,telorum nubes,& tumultus undis uiolentiores,cędes & uociferationes,querelas & eiulationes, & alia multo ijs quæ inter hoſtes accidunt grauiora ſuſtinent. At non ſic iuſtus. Sed & uigilans delectatione fruitur,& nocturno tē pore cum magna uoluptate ſomnum capit. Quid eſt autē,In idipſum?In meipſum, inquit, totus coactus,& conuerſus, non in curas innumerabiles diuiſus,non quæ ſunt huius uel illius cogitās, nec in orbē terrarū ſolicitudines diſptiēs, ſed q̄ mea ſunt cogitans,& q̄ mihi utilia, & quæ ſunt homini maximè cōuenientia. Quia tu domine ſingulariter in ſpe cōſtituiſti me. Quod autem dicit eſt eiuſmodi. Propter ſpem futurorum, & expectationē quæ eſt in te, omnes animi mei perturbationes compreſsi.
2.Cor.4. Sicut etiam dicit Paulus. Quod eſt enim in preſentia admodum leue afflictionis,inſigniter ęternum pondus gloriæ nobis operatur, non conſiderantibus nobis quæ uidētur.Nulla enim res eſt adeò difH ficilis,quę non fiat facillima ſpe futurę à deo bonę exiſtimationis propterea dicit, *In ſpe conſtituiſti me.*Et illud, ſingulariter, non eſt parua uirtus doctrinæ.Quid eſt autē ſingulariter ? ſeorſum ab improbis.Hanc enim pacem,inquit, apud te præclare habui,& ſeparatim habito,fugiēs homines improbos ac corruptos.Et iure profecto. Quemadmodū enim corpora ſæpe à corrupti aeris lue inſecta pereūt:ita etiam anima ſæpe damnum accepit ex malorum congreſsione,& quemadmodum ſanus oculus,quando laborantem aſpexerit,afficitur, & qui eſt ſcabie refertus, ijs etiā qui ſani ſunt eam impertit:ita etiam ſæpe contingit in cōſuetudine improborum hominum. Et ideo etiā ſuaſit Chriſtus nō ſolum eos qui ſunt tales fugere,ſed etiam excindere,ſic dicens, *Si oculus tuus dexter te ſcandalizat,* Mat.5
erue eum & eiice à te,nō dicens de oculo, qd enim mali fecerit oculus,ſi ſit ſanus animus?ſed de amicis neceſſarijs,& qui ſunt nobis loco horum membrorum,& nos lædunt, hæc conſtituit,iubens eorum etiam amicitiam contemnere, ut ſua ſalus effi I ciatur tutior. Quamobrem ipſe etiā rurſus progrediens dicit,Nō ſedi cum concilio uanitatis,& cum Thren.3.
iniquè agentibus non ingrediar. Quinetiam Hieremias eum dicit beatum,qui ſedet ſeperatim, & tollit iugum ab adoleſcentia. Iam uerò etiam prouerbia multa de ea re uerba faciunt, dicētia et ſuadētia omnibus,non ſolum declinare ſed etiam reſilire ab ijs qui mala conſulunt,& non cum illis uerſari.Si enim quæ ſunt naturalia, ſępe mutant naturā ex mala conſuetudine: quanto magis quæ ſunt arbitraria & noſtræ uolūtatis? Color enim & ſanitas ineſt nobis natura:ſed ea nōnunquam corrumpūtur ex alio habitu contrario, & rurſus appetitus ciborum, & eum ſæpe perdidimus uitio ęgritudinū, multa etiā alia licet uidere eiuſmodi quæ accidūt. Quòd ſi ea quæ ſunt naturalia, mouentur, multo magis ea quæ ſunt uoluntatis,quo facilius mutantur ad utrumlibet. Ne parum damni afferre exiſtimemus malorū conſuetudinē:ſed ante oia eos qui tales ſunt uitem,etiāſi ſint uxores,ētſi amici,etiāſi quilibet.Nam hoc etiam malos illos perdidit, Solomonem,inquam, & Sampſonem. Quinetiam totū genus Iudaicum ſic periit. Neq; enim feræ ita punK gunt,ut hominum improbitas.Ille enim uenenum aperte præ ſe ferunt. Hi autem inſenſiliter & abſq; ullo ſtrepitu uirus quotidie?imittunt,de animi robore quotidie paulatim detrahētes. Quocirca etiā impudicum aſpectum deus amolitur, dicens. Qui „ Mat.5
reſpexerit mulierem ad concupiſcendum eam,iam „
mœchatus eſt in corde ſuo, propterea quòd ſit fa- „
cile & procliue exitium.Tu autem ſi in ciuitate aliqua ſis habitaturus,de aere curioſē inquires, an nō ἀέρων
ſit ſalubris, non temperatus,non ſiccus.De anima πρὸς
autem rationem initurus, non es ſolicitus de eorū conſuetudine qui cum ea ſunt congreſſuri : ſed temere & inconſideratè eam omnibus permittis, & dic mihi quomodo ueniam aſſequeris qui eam ſic negligis?Vnde nam enim exiſtimas eos qui deſerta incoluerunt,admirabiles & claros euadere ? nō qd ſtrepitus & fora fugiunt, nec quòd longè à fumo q eſt in medio ſe collocarent.Eos ipſe quoque imitare,in media ciuitate ſolitudinem perſequens.Quomodo autem hoc erit?Si fugias improbos,& ſi bonos ſequaris.Ita enim maiorem percipies ſecuritatem quàm qui in deſertis habitant, nō ſolum in ijs L
fugiendis qui lædunt ſed etiam in communicādo cum ijs qui proſunt. Si enim malos qdem fugias, bonos autem ſequaris,utrinque & uirtus augeſcet, & decreſcet uitium.Vt hoc ergo fiat,hęc faciamus, parentes pſalmographo,qui dicit, Tu domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.

EIVSDEM IN QVINTVM

Pſalmum.In finem pro hærede. Pſalmus Dauid. Verba mea auribus percipe domine intellige clamorem meum.

Ideamus primum quę ſit hæreditas,& ſi ea
u ad nos quoque pertinet.Deinde tēpus quo datur. Eſt enim abſurdum ſi deferatur quidem nobis ex teſtamento hæreditas,tanquam quę ad nos pertineat de ea eſſe ſolicitos, & curioſē indagare,& ſcripta inquirere,& pecuniam ſoluere, & ad tabulas accedere,& quę in ijs ſcripta ſunt ex ſcribere,& omnem adhibere diligentiam:hic autē productis in mediū teſtamētis,& omnibus libris apertis,eſſe ſocordem ac negligentem idq; cum non ſit M
ſenſilis hæreditas. Accedamus ergo, & aperiamus ſcripturas,& ijs quę ſcripta ſunt incumbamus,& uideamus quibuſnam de cauſis hęc nobis relicta ſit hæreditas,& quæ ſit natura hęreditatis. Non enim reliquit nobis hæreditatē purè & abſolutè, ed ſub quadam conditione. Quænā autem ea eſt? Qui me „ Ioā.
diligit,inqt,præcepta mea ſeruabit. Et rurſus. Qui „ Matt. 28
nō tollit crucem ſuam,& ſequitur me,& plura alia, „
quæ in teſtamento ſcripta ſunt. Diſcamus etiam tē „
pus quo eā ſumus accepturi. Non eſt enim preſens, „ Luc.19
ſed futura uel potius & præſens,& futura. Quærite enim regnum dei, & hęc omnia adiicientur uobis, tunc autem perfecta & integra dabitur, hæreditas. Quoniam enim præſens uita eſt incerta & inſtabilis, & ſumus adhuc imperfectiores:quod externi faciunt legislatores, ut ijs qui ad plenam ac perfectā ætatem peruenerint,paterna bona tradāt, hoc etiā facit deus.Poſtquā in uirum perfectum, & menſuram ætatis occurrerimus, & ad uitam ab omni interitu alienam tranſierimus, tunc illam nobis tradit hæreditatem.Interea autem teſtatus eſt, & ſcripſuras nobis reliquit,& dixit quænam facientes aſſequemur hæreditatem, ut ab ea non excidamus,

A neque ex hæredes efficiamur. Quòd ſi perturbetur quiſpiam,quòd nos nondum ſumus perfecti,& ſuſpecta ei ſint quæ dicta ſunt,audiat. Paulum dicen
1.Cor.9 centem,Quando eram paruulus, ſapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus, quando autem factus ſum uir euacuaui,quę erāt paruuli, loquendo
Ephe.4. de præſenti & futuro ſæculo.Et rurſus. Donec occurrerimus omnes in uirum perfectum,in menſuram ætatis. In uita enim preſenti ueluti apud nutricem quandam creatura hac alimur. Quando autē in domum domini deducemur,exuētes ueſtes corruptionis,& aſſumētis icorruptibilitatem, ad aliā uitæ conditionem tunc traducemur. Hoc teſtamē tum multos etiam exhæredes futuros minatū eſt, ſi conditionibus in eo ſcriptis indigni fuerint. Sed
1.Cor.2. uideamus deinceps quænam ſit hæreditas. Quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Quomodo ergo in præſenti uita eorum ſumus uſum percepturi, quorum uel cognitio noſtram cogitationem ſuperat ? Propterea ea illic nobis ſunt repoſita. Vide autem curam eius
B ac prouidentiam. Labores quidem uitæ præſenti attribuit.Vt eius breuitate unà etiam terminaretur moleſtia, bona autem in futurum ſęculum reſeruauit,ut remunerationes extenderētur cum ęternitate quæ eſt expers ſenij. Illam conditionē uocat etiā regnum. Etſi enim rationem ſuperant,quantum tamen licet audire, ænigmaticè futura ſignificauit, Matt.12. nunc quidem,ut iam dixi,regnum uocans, nūc autem nuptias,nunc autem imperium, ex ſplendidis
1.Tim.6. quæ ſunt apud nos nominibus ad illa cogitanda
11 Apoc.1 nobis uiam aperiens, æternam gloriam, ab interitu alienam beatitudinem,cum Chriſto cōuerſationem,cui nihil poteſt conferri. Quænam ſunt autē
Mat.7. conditiones? Quæ nihil habent difficultatis. Quæ „ uultis,inquit,ut faciant uobis homines,ea uos etiā „ ipſis facite. Vides quomodo nihil alienum attulerit,ſed ea quæ natura prius conſtituerat. Quæ uis, inquit,ut propinq tui in te faciāt, ea ipſe quoq; fac. Vis laudari?lauda. Non uis aliquid tibi furto ſurripi?ne furare. Vis honorari?honora. Vis miſericordiam aſſequi?miſerere,uis amari?ama,uis non male audire?nec tu male dixeris.Vide autem quàm ac
C le curatè locutus eſt.Non dixit,Quæcunque nō uultis ut faciant nec uos facite, ſed, quæ uultis. Quoniam duæ ſunt uiæ quæ ducunt ad uirtutem. Vna quidem liberatio à uitio:alia uerò, uirtutis actio: hanc proponit,per hanc illā ēt manifeſtans, & illā quidem ſignificauit cū dixit, Quod odiſti, alij ne feceris:hanc uerò,Quæcunque uultis ut faciant uobis homines,& uos ipſis facite. Eſt etiam alia conMatt.22. ditio. Quænam ea eſt?Diligere proximū, ſicut ſeipſum.Quid eſſe poſsit hoc facilius? Odiſſe enim grauę eſt,& turbas ac tumultus excitans. Amare autē, facile eſt & expeditum. Si enim dixiſſet, Vos cum homines ſitis,diligite beſtias, præceptū fuiſſet difficile.Si autem qui homines ſunt, homines amare iuſſit,ubi & ſubſtantiæ ſimilitudo,& cognatio, & ipſius naturæ admonitio plurimum momenti afferunt ad diligendum, quidnam habeat difficultatis?Quod fit etiam in leonibus et lupis. Nam apud illos etiam naturæ cognatio conciliat amicitiam. Quānā ergo poterimus afferre excuſationem, qui leones qdem manſuefacimus,& in iiſdem nobiſcū ędibus collocamus:quod eſt autem eiuſdem gene

D ris non attrahimus ? Non uidetis qđ multi propter hæreditatem ſenes uenantes circuncurſant,& ſenectutis omnia mala tolerant, cum ſint iuuenes uegetoq; ac luxurianti corpore podagram, & alios q ſenectuti accidunt morbos,muccum ac ſcreatum, quòd illis perpetuò aſsideant.Atqui illic ſunt pecuniæ, & ſpes incerta,hic autem cœlum,& ante cœlū deo fuiſſe gratum. Quæ eſt autem hęres?Inſcriptio enim dicit, Pro hęrede Eccleſia, & eius plenitudo. De qua dicit Paulus. Deſpondi uos uni uito uirgi-
nem caſtam exhibere Chriſto.Et Ioannes. Qui ha- 2.Cor.11.
bet ſponſam, ſponſus eſt. Ac ſponſus quidem poſt Io.3.
primos dies remittit amoris uehementiam, ſpoſus autē noſter nos amat perpetuo & auget deſideriū. Quod innuens Ioānes uocat ſponſum, quādo ſunt ſumma deſideria. Non ſolum autem propterea ſpōſam uocauit:ſed etiam quod uult omnes unum eſſe corpus,& unam animam,ratiōe uirtutis & amoris.& quòd quemadmodum ſponſa omnia facit ut uiro placeat:ita nos etiam tales eſſe oportet per to tam uitam. Quemadmodum ſponſa in illo die ſedet in cubili,id unum tantummodo cogitās quo- E
modo uiro placeat:ita etiam nos in hac uita ſeden tes,unum ſolum, nempe ſponſi uirtutem conſideremus, & ſponſæ modeſtiam ac decorem conſeruemus.Huius ſponſæ Dauid quoque meminit,dicēs. „ Pſ.44.
Aſtitit Regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato „
circundata uarietate.Vis uidere eius calceos ? Audi Ephe.6.
Paulum Paranymphum qui dicit, Calceati pedes „
in præparatione Euangelij pacis. Vis etiam uide- „
re eius zonam,& quomodo,compoſita eſt ex ueri- „
tate.Ille ipſe te docebit.Accincti lūbos ueſtros i ue „
ritate.Vis etiam uidere eius pulchritudinem? Id ab „
eodem quoque diſces, Nō habens maculam uel ru „
gā.Audi etiā qd de ea dicat Eccleſiaſtes. Tota pul- Eph.
chra es propinqua mea,& macula non eſt in te.Vis Can. 6.
etiam uidere pedes? Quàm ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem,inquit Paulus. Et cum eos ſic cō „ Ro.10.
poſuiſſet,non uenit gloriam ſuam oſtendens,ne in ſigni ſua pulchritudine eam obſtupefaceret & amētem redderet,ſed uenit eodem indutus indumento quo ſponſa, nec ipſe eam ſurſum uocat, ſed ipſe ad
eam accedit,ſeruans hic quoque ſponſi legem, quę F
ſponſum ad ſponſam adducit,quod etiā dixit Moſes. „ Gen.2
Pro eo relinquet homo patrem & matrē,& adhærebit uxori ſuæ.Et Paulus. Sacramentū hoc ma- Ephe.5.
gnum eſt.Ego autē dico in Chriſto & eccleſia.Cū ergo ueniſſet in eius habitaculum, & eam inueniſſet ſordidam,ſqualidam, nudam,ſanguine inquinatam,lauit,unxit,aluit, & quod in nullo alio poteſt inueniri,Cùm ipſe ipſi fuiſſet indumentum, eā ſublatam ſurſum ducit. Ei parata eſt hęreditas. Quid ergo de ipſa dicit propheta?Multa, eſt enim eius patronus,& multa eorum quæ ei ſunt euentura prædixit & proclamauit, quemadmodum de ſponſo, de ſponſalibus & deductione ad ſponſum, de bonis quæ ei ſunt euētura, & hic etiam pro ipſa loquitur,& incipiens,ſicut hi qui cauſas defendunt oratores,dicit quemnam ſua oratione defendat, dicēs ſe uerba facere pro hærede. Quid autē petat hæres, audiamus. *Verba mea auribus percipe domine.* Spōſum uocat dominum, hoc eſt enim ſponſę prudentis officium. Si enim hoc ſit in ijs qui ſunt eiuſdem ſubſtantiæ, & uxor maritum uocat dominum:multo magis in Chriſto & eccleſia, ubi eſt etiam natura

Universidad de Deusto Biblioteca

G dominus. Ita ergo eum uocat dominum, non tantum ut sponsum, sed etiam ut uerè dominum, & eũ ad preces audiendas attrahit. Quoniam enim est ei proposita hæreditas, hęc autem hæreditas nõ alias effectum sortitur, quã si quæ sibi sunt præcepta rectè fecerit, orat & obsecrat ut ei opem ferat, ut quæ sunt proposita perficiat, & non excidat ab hæreditate: dicit itaque, Verba mea auribus percipe domine, & hoc dicit audacter & liberè, quoniam ea petit quæ ipse etiam dare uult. Quemadmodũ siquis ea petat quæ eo qui sit daturus indigna sunt, non potest eam petere gratiam. Quando oratur aduersus inimicos, quãdo aduersus eos qui molestia aliqua affecerunt, ea non sunt uerba hominis sed diaboli.

Mat. 5 Si iurare enim est ex diabolo (quod enim est his amplius, à malo est) clarum est quod etiam precari aduersus inimicos. Si ergo dicas, Verba mea auribus percipe, dic ea uerba quæ sunt hominis mansueti ac humani, & qui nihil habet diabolicum. *Intellige clamorem meum.* Clamorem hic dicit, non uocis intẽsionem, sed mentis affectionem. Nam Mosi etiã tacenti dixit, Quid clamas ad me? Non dixit, Quid oras ad me, sed quid clamas ad me? quoniam cum uehemẽti affectione ad eum accesserat. Vt ergo scires quòd hic quoque non dicit clamorem, sed mẽtis affectionem, & intensum studium, nõ dixit, Auribus percipe clamorem meum. Sed quid, Intellige hoc est, disce seu cognosce. Etsi enim humanis uerbis usus est, sed in ipsis tamen uerbis humanis qđ

Exo. 14. rectè repræsentatur significat. *Intende uoci supplicationis meæ.* Dicit rursus uocem internam. Ita etiam clamabat Anna. Et non dixit simpliciter & absolute, Intẽde uoci orationis meæ, sed, supplicationis meę. Eum enim qui orat oportet & habitum & mẽtem supplicis induere. Qui est enim supplex, non suscipit uerba accusatoris. Qui autem inimico malè precatur, est accusator potius quàm supplex. Vidisti quomodo orationem attulit, quando eam fecit dignam quæ audiretur: ita etiã nos quando oramus, & uolumus exaudiri, eam primum ita cõparemus, ut sit oratio & non accusatio, & latis ab eo legibus cõuenienter eam introducamus. *Rex meus & deus meus.* Quod frequẽter dicit propheta, uel potius qđ

Heb. 11 erat Abrahę ut eximium attributum, ut dicit Paulus, Qua de causa nõ erubescit deus deus eorũ uocari: hoc ipsa sibi adsumpsit, & desiderio impulsa præclarè usurpauit. Non enim dixit, rex absolutè, sed Rex meus, & deus meus, amorem suũ indicans. Deinde affert etiam causas, propter quas uult eam exaudiri. Quæ nam autem sunt eæ? *Quoniam ad te orabo domine.* Quis, inquit, deum non orat? Multi ui

Matth. 6 dentur quidem deũ orare: sed id faciunt ut se ostẽtant hominibus. At non hæc, sed ad deum ferebatur, humanis rebus omnibus dimissis. *Mane exaudies uocem meam.* Vides uehemens studium, & contritum animum. A principio diei, inquit, hoc ago. Audiant qui post innumerabilia opera tandem ueniunt ad orationem. At nõ ipsa, sed ab initio diei dabat deo primitias. Oportet enim, inqt, ad tibi gratias agendas solem præuenire, & ante ortum lucis te interpellare. Tu autẽ in Imperatore quidem minimè patiaris eum qui est inferior ante te adorare: nunc autem sole adorante ipse dormis, & cedis primo loco creaturæ: nec omnem creaturã præuenis quæ propter te facta est: nec ei agis gratias, sed cũ surgis manus & faciem lauas, animam autẽ immũ K dã negligis. Nescis quòd sicut corpus aqua, ita oratione mundatur anima? laua ergo ante corpus animam, multæ illi insident uitiorum maculæ, eas expellamus per orationẽ. Si enim os nostrum itamunierimus, diurnę actionis pulchrum iecerimus fundamentum. *Mane adstabo tibi, & uidebo.* Adstabo tibi, nõ loco, inquit, sed factis. Qui enim est eiusmodi, is propè esse potest. Vt.n. propè simus, uel procul, ex eo enenit deus enim est ubique. *Quoniam non deus uolens iniquitatem tu es.* Alius interpres dicit, Et considerabo quòd non deus uolens iniquitatẽ tu es. *Neque Habitabit iuxta te malignus.* Simulachra hic innuit, quod his delectarentur, & omni iniquitate, & rebus improbis. Neque habitabit iuxta te mali- Non erit tibi amicus, nõ erit tibi uicinus. *Neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.* Ostendit hic deum odisse malos, docens eos, qui illi propinqui esse uolent, seipsos tales reddere, nempe quòd non alia ratione propè eum esse liceat. Si enim uiro bono non possit esse propinquus, qui ab eo discrepet moribꝰ: ei multo magis. Quòd enim improbi non possint L esse probis propinqui, audi quid dicant de iusto, Grauis est nobis etiam dũ uidetur. Ita Ioannes uel agens in carcere, cum ne uideretur quidem, molestus erat Herodiadi, licet tantum ab ea aberat, post mortem autem, etiam illius qui tunc erat tyranni uexabat conscientiam. Nemo ergo eorum qui ex uirtute uiuunt, se graue aliquid pati existimet, etiã si improbi eis insidientur. Qui enim faciunt, ij patiuntur. *Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Virum sanguinũ & dolosum abominatur dominus. Hæc dicuntur nõ ut solum audiamus, sed etiam ut doceamur hæc assiduè audientes, & sponsi moribus congruere, & ei esse propinqui. Si hęc enim non fiant, superno auxilio deficimur, quo nihil potest esse deterius. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Siue seruus, inquit, fueris, siue liber, siue rex, siue quicunq; fueris, Non enim ex dignitate sed ex uirtute solet deus amicos eligere. Sed quoniam nonnulli paulo crassiores odium nihil esse existimant, audi quomodo etiam supplicij timorem induxerit. Perdes omnes M qui loquuntur mendacium, ad id quod est in peccatoribus crassius orationem transferens. Nõ enim usque ad odium subsistit suppliciũ, & si hoc quoque sit punitio ineffabilis, sed etiam perdet omnes qui loquuntur mendacium. Quanquã prius quoque graue est, & gehenna deterius, sed ad eos quidem qui possunt intelligere, illud posuit, ad crassiores uerò hoc quoque adiecit. Ne ergo perturberis ò homo, neq; obstrepas quando uideris aliquos mẽtientes, rapientes, in bona aliorum inuadentes, qui tamen nihil mali patiũtur, hoc enim erit omnino. Talis est enim dei natura, auersatur improbitatẽ, eam odit & abhorret. Loquentes autem mendacium hic dicit, eos qui malè uiuunt, eos qui res fallaces persequũtur, eos qui libidini, gulæ, & auaritiæ sunt dediti. Hæc enim omnia appellat mendacia, seu falsa, pseudos enim utrunque significat. *Virum sanguinum & dolosum abominatur dominus.* Hominẽ hic dicit qui cæde delectatur, qui insidiatur, qui est fraudulentus & uersi pellis, qui aliud quidem habet in ore, aliud in pectore, qui mãsuetudinis quidem ac comitatis personam induit, sed se factis lupũ ostendit, quo nihil possit esse deterius. Apertus enim inimicus potest faciles caueri. Qui autem malitiã qui dem celat, & utitur malitia, cum non possit facile deprehẽdi, plurima mala facit. Quocirca Christus etiam, quando illi accesserint, sobrios & attentos esse iubet. Veniunt enim ad uos inquit in uestimen

Matt. 7 tis ouium, intus autem sunt lupi rapaces. *Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ, introibo in domum tuã.* Quoniam ex eiusmodi hominibus collecta erat ecclesia, gentilibus, magis, homicidis, præstigiatoribus, mendacibus, impostoribus, dixerat autẽ, Odisti & auersaris: ostendens quòd ipsa non ex iustitia & rectè factis, sed ex illius clementia ab illis liberata in penetralia introducta est, subiunxit, Ego au- » tem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam. Nequis enim dicat. Quomodo ergo tu, quæ hæc & illa feci sti, seruata es? dixit modum salutis. Propter magnam, inquit, clementiam, propter ineffabilem bonitatẽ seruata sum, sed sunt nõ nulli qui nec misericordiam quidem admittũt, immedicabili morbo affecti, cuiusmodi sunt Iudæi.

B Gratia enim & misericordia, & si sit gratia & misericordia, uolentes tamen & gratiam habentes seruat non eos qui effrenata audacia repugnant, & donũ non uolunt suscipere, quales fuerunt Iudæi, de quibus etiam dicit Paulus, quòd ignorantes dei iustitiam, & propriam iustitiam quærentes statuere, iu-

Rom. 10. stitiæ Dei non fuere subiecti. Deinde quoniam de deo dixit, de seipsa quoque loqtur. *Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.* Vbi enim gratiã accepero, tunc, inquit, mea offeram, hoc tibi sacrifi- » ciũ afferã. Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Nõ sicut, inquit, multi q orant, fricantes, hiantes, torpescẽtes, sed cum timore, inqt, & tremore. Qui enim sic orat, omne uitium deponit, ad oẽm uirtutẽ deducitur, deum sibi reddit propitiũ. *Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos.* Dixit laudes, dei dixit in malos odiũ, benignitatẽ, clementiam. Dixit suam salutem. Dixit quo seruata sit. Dixit postquam seruata fuit quænam attulerit, uitia auersata est, ad uirtutem deduxit, ijs etiã qui malè uiuunt bonam spem dedit, si uoluerint conC uerti, ut qui possint misericordiam cõsequi: cõuer » tit sermonem ad petitionẽ, quæ deinceps dicit. Domine deduc me in iustitia tua, per hæc docens auditorẽ prius hymnos ac laudes deo offerre, & pro beneficijs acceptis gratias agere, & tunc quæ uult petere, & pro ijs quę acceperit rursus agere gratias. Sed uideamus quænam ea sunt quę petit, num aliquid eorum quæ ad hãc uitam pertinent? num qđ temporale ac momentaneum? num quid eorũ quę præterfluunt? Num de diuitijs loquitur? nũ de gloria? num de potentia? num de ulciscendis inimicis? Nihil horum. Sed quid? Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos. Vides quomodo nihil petit fluxum & caducum, & quomodo supernũ rogat auxilium? Qui enim ea uia ingrediuntur, eo maximè auxilio indigent. Iustitiam autẽ hic dicit uniuersam uirtutem. Et rectè dixit, Tuam iustitiã. Est enim etiam hominum iustitia, quæ ex externis legibus proficiscitur, sed uilis, & quę nihil habet perfectum & absolutum, & constat ex humanis cogitationibus. Ego autem tuam peto iustitiam quæ à te delata est, quę deducit in cœlum, & auxilium ut hanc iustitiam attraham. Rectè autem dixit illud, Deduc me, Præsens enim uita uia est, quæ ut à manu superna deducatur opus habet. Si enim urbem ingressuri opus habemus aliquo qui uiã nobis indicet: multo magis in cœlo peregrinaturi opus habemus superno auxilio, ut indicet, confirmet, & deducat. Multæ enim sunt semitę quæ diuertunt. Propterea dextrã dei teneamꝰ. Propter inimicos meos. Multi, inqt, conspirarunt inimici uolentes gressus. meos diuertere, & in errorem abducere, & in aliam uiam ducere. Quia ergo tales sunt insidię, tales inuasiones, ipse me deduc. Tuo enim auxilio egeo. Sed ut in uia quidem deducamur, eius est. Vt autẽ digni simus ut illa manu teneamur, nostræ sit diligentiæ. Si fueris enim immundus, non te tenet illa manus, si fueris auarus, si aliquã aliã habens maculam. *Dirige in conspectu tuo uiam meam.* Hoc est fac mihi eam clarã, apertam, notam, fac ut ea sit apud me certa & recta. Alius autem interpres dixit, Complana ante me uiam tuam, hoc est, redde planã ac facilem. *Quoniam non est in ore eorum ueritas: cor eorum uanum est.* Mihi uidetur hæc dicere & de ijs q in error

D rore uersantur, & os & mentẽ accusans ut omni bo E no defectã, & de ijs qui uiuũt in scelere, *Sepulchrum patens est guttur eorum.* Vel hoium cęde delectari, uel mortua & malè olẽtia dogmata proferre hic dicit. Non aberrauerit quispiam si etiam eorum qui obscœna uerba loquuntur ora sepulchra appellauerit. Ille enim fœtor est sensili multo grauior, qui qdem ex animæ putrefactione oritur, sunt etiã auarorum ora talia, quando nihil aliud proferunt quã cædes & rapinas. Ne sit ergo os tuum sepulchrum, sed thesaurus. Thesauri enim multum à sepulchris differunt, quod illa quidem corrumpunt quod ac Sap. 6. & ceperint, illi uerò conseruant. Habe ergo tu quoq; 8. diuitias studij sapientiæ, quæ perpetuo permanẽt, sed non malè olentiam aliquam & putrefactionẽ. Et non dixit simpliciter & absolutè sepulchrum, sed patens, ut etiam significet maiorem esse abominationem. Cũ enim oporteret eos huiusmodi uerba celare, illi etiam proferunt, ut suum magis morbum ostendãt. Et in mortuis quidem corporibus contrarium facientes, terræ tradimus. Hi autem in F his uerbis faciunt contrarium, & quod in imo celare oporteret proferentes, & multos offendẽtes, & omnibus uidenda proponentes, sed eos qui tales sunt abigamus. Si enim mortua corpora extra urbem sepelimus: multo magis eos q uerba mortua, & qui talia proferunt, & ne tegere aut obumbrare quidem uolunt, longe amadare oportet. Huiusmodi enim ora sunt communis ciuitatis pernicies. *Linguis suis dolose agebant.* Vidisti aliud genus improbitatis. Hi quidem dolum in mente sua celant, blandiis uerbis utentes. Alij autem adeò sunt uafri & astuti ut in ipsis uerbis improbitatẽ obtegãt, fraudésq; & insidias construãt. *Iudica illos deus, excidant à cogitationibus suis.* Vide hic etiam quàm sit mitis oratio. Non enim dixit, puni, sed iudica eos, & fac cessare à uitio, fac ut sint irita eorum cõsilia, quod ẽt pro ipsis licet orare, ut nõ ultra progrediatur eorum imbrobitas. *Secũdum multitudinẽ impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine.* Hoc est, Non sunt mihi curæ ea quæ mihi facta sunt: sed doleo propter ea quæ tibi fecerũt. Hoc est enim in primis pij & sapiẽtis animi suos quidem nolle ulcisci, sed dei iniurias uehementer persequi. Multi faciunt

G his contraria, quæ in deum quidem facta sunt contemnentes, quæ in se autem peccata sunt acerrimè uindicantes. At non sic sancti, sed eorum quidem quæ in deum fiebant erant acerrimi uindices, quæ in se autem negligebant. Et *letentur omnes qui sperãt in te*. Vide lucrũ orationis. Et illi meliores euadent, & desistent à uitijs: & alij magna uoluptate afficiẽtur, uidẽtes illorum mutationem & ad id quod est melius cõuersionem, & alios ea ratione fieri melio
Iob.20. res. *In æternum exultabunt, & habitabis in eis*. Hoc est maximè gaudium perpetuum. Alia enim gaudia ni
2. Cor.7 hilo sunt stabiliora quàm fluuiorum fluenta, quæ
Io.16. simul ac uidentur præterfluunt. Quæ est autem ex
ad Phili. deo lætitia, manet, firmisq; hæret radicibus, & est
4. sufficiens perpetua ac stabilis, quæ nullis inopina-
Act.5. natis ac inexpectatis casibus interrũpitur, sed per ea quæ prohibent maior & sublimior redditur. Nã & Apostoli flagellis cædebantur, & gaudebant, & Paulus affligebatur, & exultabat. Moriturus erat,
Ad Phi.2. & gaudij participes appellabat. Sed etsi delibor pro
„ pter sacrificium & ministeriũ fidei uestræ, gaudeo
H & collętor cum uobis omnibus. Itidem & uos gaudete, & mecum collætemini. Cum ijs qui ita lætantur deus cohabitat. Quamobrem ipsa quoq; dicit, In æternum exultabunt, & habitabis in eis. Hoc ip
Io.16. sum Christus etiam significans dicebat, ostendens
1. Thes.5. uoluptatem minime posse cessare. Rursus uidebo
1. Tim.5. uos, & gaudium uestrũ nemo tollit. Et rursus Paulus, semper gaudete, assiduè orate. *Et gloriabuntur in te qui diligunt nomen tuum*. His enim solis licet maximè gloriari, his gaudere, his lætari. Nam qui de ijs quæ ad hanc uitam pertinent gloriatur, ac sibi placet, is nihil differt ab ijs q in somno uoluptate fruũtur. Quid enim dic mihi quæso ex rebus humanis est eiusmodi, ut de eo quis posit uerè ac solidè gloriari? Vires corporis? Sed ut eas ualidas habeamus non est nostri arbitrij, & ideo non est quod gloriemur, & alioqui flaccescunt & excidunt, & sæpe etiã lædunt eum qui est ijs præditus, si ijs non ut oportet utatur. Hoc etiam uideri potest & in pulchritudine, & in diuitijs, & in potẽtia, & uoluptate, & omnibus quæ ad hanc uitam pertinent. In deo autem
I gloriari & in amore in ipsum, est ornatus omnium maximus, & splendor q innumerabilia superat dia-
περισ- demata, etiamsi sit captiuus, et in uincula coniec-
σει. ctus qui gloriatur. Hic ornatus, non morbo, non senio, non rerum uicissitudine, non temporum uarietate, non ipsa denique morte interrũpitur: sed tũc etiam magis resplendet. *Quoniam tu benedicer iusto*. Quoniam multi ex ijs q ita affecti sunt probris ac maledictis ab hominibus appetũtur, ac irridentur, & maximè qui uirtutem persequuntur, nequis ex crasioribus propterea animum abiiciat, uide quomodo eius mentem fulcit, & sustẽtat, dicens, Quoniã tu benedices iusto. Quid enim damni accipit, si homines contemnãt, & uniuersus orbis terrarũ, quando dominus angelorum eum laudat & prædicat? quemadmodum si ipse nõ benedicat, etsi omnes laudent qui terrã & mare habitant, ei nihil prodest. Hoc ergo oi ratiõe cõsideremus, ut ipse nos pdicet, ipse nos coronet. Quod si fiat, sumus omnib. excelsiores, ẽtsi in paupertate, ẽt si in morbo, etiã si in extremis malis simus. Nam etiam beatus Iob, & in sterquilinio sedens, & uulnerum sanie exulceratus, & innumerabilibus scatens uermium fontibus, & illa indignissima patiens ut qui à seruis con K
spueretur, eiq; ab amicis & inimicis & ab uxore insidiæ tenderentur, & ad inopiam, famẽ, & immedicabilem ægritudinem illam esset redactus, erat omnium beatissimus, quoniam deus ei benedicebat, dicens, Homo à reprehensione alienus, iustus, ue- Iob.1.
rus, pius, ab omni re mala abstinens. *Domine ut scu- Scuto,*
to bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos. Rursus desijt in ὡπλω
gratiarum actione, quibus gratiæ agũtur hymnos armis.
offerens. Quid est autem arma bonæ uoluntatis? Arma optima, Arma quæ sunt ex dei sententia, arma optima ac pulcherrima. Quod autem dicit, tale est, nos optimo auxilio muniisti. Alius autem interpres qui dicit, Coronabis ipsum, de iusto dixit, ut doceret, Coronabis ipsum iustum, hoc est, Bona tua uoluntas est illi pro armis, ijsq; præstantissimus, uel illud, Optimo auxilio iustũ munis, & neq; eius pulchritudo priuata est securitate: neq; eius securitas gloria deficitur. Quid enim fortius, qd rursus formosius eo uiro q à superna dextra munitur? Hæc corona etiam ex misericordia contexitur, quę L
admodũ ipse Dauid dicit alibi. Qui te coronat in Psal.102
misericordia & in miserationibus. Hęc etiam ex iu 2. Tim.4
stitia, quemadmodum dicit Paulus, de cætero mi- Eccl.32
hi est reposita iustitiæ corona. Est etiã corona gra Esa.28.
tiæ, sicut dicit alius. Corona autem gratiarum de- iuxta 70
fendet te. Iam uerò est etiam corona glorię, sicut di interpre-
cit Esaias. Erit corona spei, ex gloria contexta. Co- tatio.
rona enim habet hæc omnia, benignitatem, iustitiam, gratiam, gloriam, decorem. Est enim dei donum, quod uariam producit gratiam. Est etiam in 1. Cor 9
corruptionis, quemadmodũ dicit Paulus. Illi quidem ut corruptibilem coronam accipiãt, nos autẽ immortalẽ. Hoc est ergo quod hic dicit, securitate & gloria nos coronasti. Talia sunt enim dei dona, ualida, et decore plena. Tales sunt coronę. At in hominibus non ita est. Sed qui est quidem in gloria, non est omnino securus. Qui est autem in securitate, non est oino in gloria, nec hęc facile euenerint. Quod si etiam euenerint, celeriter auferuntur. Dico uerbi gratia. Qui sunt potentes, et summos gerunt magistratus, sunt quidẽ splendidi et illustres, M
sed non sunt securi, immo uel eo maximè nomine
in lubrico et piculoso loco uersantur, propter gloriæ magnitudinem. Qui autem sunt abiecti et uiles, sunt quidem securi, eo quod non cognoscãtur, sed eo ipso sunt uel maximè inglorij qđ sint in securitate. In deo autem nõ ita est: sed utraq; insigniter
Hebr.11 concurrunt. Considerantes itaq; bonorum magni tudinem, & ante omnia sit bonum deo esse gratũ, quod est & arma, & gloria, & securitas, & alia innumerabilia, ad certamen, nobis propositum curramus cum tolerantia, nec unquam animo deficiamus, nec unquã uideamur inermes. Hoc enim belli genus non patitur ut miles uideatur sine armis, sed tunc demum dimittitur apparatus, quãdo fuerit theatrum dissolutum, soluitur autem theatrum quando anima soluitur à corpore. Quare quandiu hic sumus, pugnare necesse est, & domi sedentes, & in forum euntes, & prandentes, & ęgrotos & sanos, Morbi enim tempore, huius maximè pugnæ tempus est, quando dolores undiq; conturbant animã quando tristitię obsident, quando adest Diabolus incitans, ut acerbum aliquod uerbum dicamus. Tunc tũc maximè nos muniri oportet, tegi lorica,

A clypeo, galea, & armis cæteris, & perpetuo deo gratias agere. Hæc sunt grauissima quæ in Diabolum torquentur tela, hic est ictus in Dæmonem, certissimus, tunc sunt coronæ splendidissimę. Nam etiam beatum Iob, nihil enim uetat quo minus ad eum rursus cõfugiamus, hoc maxime clarum reddidit, hoc maximis laudib⁹ affecit, hoc coronauit, quod tempore tentationis, morbi, & paupertatis immuta
Iob.1. bili animo apparuerit, & mẽte immobilis, quibus gratias ageret deo uerba obtulit, & spirituale illud sacrificium. Erant enim sacrificium uerba eius quę dixit. Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum in secula. Quod quidem nos quoq; semper faciamus in tentationibus, in calamitatibus, in insidijs, deum gloria & honore afficientes, & perpe tuo benedicentes. Quoniam ei gloria in sæcula sæculorum. Amen.

IN PSALMVM VI.

Omine ne in furore tuo arguas me, neque in ira
d *tua corripias me*. Quando furorem & iram audiueris, nihil humanum suspiceris.
B συγκα- Sunt. n. uerba quibus se accommodat, & ad captũ
ταβασ- nostrum demittit. Deus enim ab his omnib⁹ liber
εις est. Ita autem loquitur ut in crasiorum cadat intelligentiam. Nam nos quoq; quando loquimur cum barbaris, illorum lingua utimur, & si cũ puero loquimur, una cum eo balbutimus, et ut millies docti simus, ad humilitatem illius nos demittimus. Et quid mirum si hoc in uerbis facimus, quãdo id etiam in reb⁹ fit à nobis? Vt qui & manus mordeamus, & iram simulemus, ut infantem corrigamus. Ita etiam deus uolens reprehendere, talibus uerbis usus est. Non enim pro sua dignitate loqui studuit, sed pro auditorum utilitate. Nã se non esse iræ obnoxium alicubi rursus ostendens, dicebat, Nunqd
Ετiere. me ad iram prouocant, non autem seipsos? Tu autem quomodo uelles ipsum differre cum Iudæis, cum neq; irascatur, nec odio habeat malos. Odiũ enim est animi perturbatio, nec humana respicit. Videre enim ex corpore sumptum est, neque audit, nam hoc quoque est ex carne, sed si ei attribute nõ
C essent, quæ sunt hominibus propriæ affectiones, ex hoc malum aliud dogma inductum esset, nempe non regi omnia à dei prouidentia, & dum talia de deo audire recusarent, multi ex ijs qui tunc erant, omnino Deum esse ignorassent, eo autem ignorato, omnia perijssent. Illo autem humanarum, inq;, affectionum Deo attributarum, dogmate introducto, eius celeriter fieri poterat correctio. Cui enim persuasum est Deum esse, & si non habeat eam quã par est de deo sentẽtiam, sed quid de eo crasius suspicatur, tempore quidem certè ei persuadebitur nihil tale in Deum cadere. Qui autem habet persuasum eius nullam esse prouidentiam, nec ullam eorum quæ sunt curam gerere, immo ne esse quidem, quid eũ iuuerit si tractetur de Dei impatibilitate? Illa ipsa de causa, cũ prius cũ illis disseruisset, postquam eis persuasit ut eum esse opinarentur, paulatim eos rursus expurgat, ad hoc dogma euehẽs, de
Esa.40. eo loquens sublimius, & eum esse ab affectione re-
Hiere.7. motum oratione pertractans. Dicit enim, Non esu-
Ose.11 riet, neq; laborabit, & qui eum irasci dixerat, idem
iuxta 70 rursus ostendens Deum esse impatibilẽ, subiungit,
interpre. Nunquid me ad iram prouocant, non autem seipsos? & qui dixerat eum esse in templo, rursus dicit, D
Non est homo in te sanctus, & non ingrediar in ciuitatem, hoc est, loco non contineor. Quod si non omnibus conceditur, at prudentiori quidem certè reliquit cogitandum, quod qui à tyrãnicis liber est affectionibus, & sine qbus non licet uiuere, ab alijs multo magis liber est. Dicit itaq;, num eris ut homines dormiens? & ubiq; tractat ac loquitur de impatibilitate. Quare hic quoque quando furorem aut excandescentiam audieris, ne putes esse affectionẽ. Si enim homines qui sapientiæ studium meditantur, quoad eius fieri potest, ab ira alieni permanẽt: multo magis illa substantia quæ est ab interitu & 1. Timo. 6
corruptione libera, & quæ nec dici nec comprehẽdi potest. Non uides quod etiã medici dum secant, uel urunt, non ira adducti id faciunt, sed ut quod male affectum est corrigant scopum sibi proponẽtes, non irascentes ęgrotis, sed eorum miserentes, & à morbis liberantes. Quando ergo dicit, Ne in furore tuo arguas me, hoc dicit, Ne pœnas sumas de meis peccatis, nec mea delicta persequaris. *Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum*. Hac uoce omE
nes egemus, etiamsi innumerabilia rectè & ex uirtute fecerim⁹, & uel ad summam peruenerimus iustitiam. Quocirca ipse etiam procedens rursus dicit, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuẽs, Psal.142.
& illud, si iniquitates obseruaueris, quis sustinebit? Psal.139.
& Paulus, nihil mihi conscius sum, sed non in hoc 1. Cor.4.
iustificatus sum. Et alius, quis gloriabitur purũ ha Prou.20.
bere cor: uel quis asseret se esse mundum à sorde?
Omnes ergo egemus misericordia: sed non omnes digni sumus misericordiam assequi. Nam etsi sit misericordia, dignum tamen requirit, quemadmodũ ipse dicebat Mosi. Miserebor cuius miserebor, & mi Exo.33.
serabor quẽ miserabor. Qui ergo fecit aliquid propter quod sit dignus misericordiam assequi, dicit, Miserere mei. Qui autem ab illius gratiæ assecutione se deturbauit, frustra dicit, Miserere. Si enim esset peruẽtura ad omnes misericordia, nemo supplicio
F afficeretur. Quanquã habet ipsa quoque aliquod iudicium, & eum qui dignus & aptus est ut ea fruatur requirit. Multi ergo sæpe eadem peccata admiserunt, & non easdem tamen pœnas dederunt, ut q alias haberent culpas quæ ea præcesserant, & si uultis, in hac nunc immoremur oratione. Peccarunt Iudæi omnes, & fuerunt Idololatræ, sed nõ omnes Psal.13.
easdem pœnas dedere, sed alij quidem ceciderunt: Roma.3.
alij uero ueniam sunt assecuti. In peccatis enim nõ quæritur solum natura eius quod factum est, sed etiam animus, & tempus, & causa, & post peccatũ, si hi quidem perseuerarunt, illos uero pœnituit, & si casũ, si ex amore, & si dedita opera. Et multa sunt quæ quæruntur, & tẽporis differentia, & status reipublicæ. Vt exempli gratia. Peccarunt qui erãt sub ueteri, peccant etiam qui sunt sub in nouo, sed non dederũt utriq; easdem pœnas, immo hi grauiores. Et hoc Paulus significans dicebat, Qui legem Mosis fecit irritã, sub duobus uel tribus testibus mori Hebr.10
tur: quanto putatis deteriori supplicio dignus habebitur qui filium Dei conculcauerit, & sanguinẽ testamenti communem existimauerit? Quando autem dicit, quando, intensum ostendit supplicium. Peccarunt qui legem præcesserunt, & qui erant in lege. Rursus priores pœnas leuiores luerũt. Hoc autem significãs, dicebat, Quicunque enim sine lege

G peccarunt,sine lege & peribunt.Illud',sine lege,si-
Ro. 2. gnificat leuius,non grauius. Et,Quicunque in lege
peccarũt per legem iudicabuntur.Quare? Quoniã
illi quidem habẽt quę eos accusãt,naturam.Hi ue-
rò cum natura etiam legem, & quo plus doctrinę
acceperunt,eo maius subibũt supplicium. Rursus
etiam ex authoritate licet hoc uidere euenire. Idq;
Leui. 4 perspici potest ex sacrificio. Pro uniuerso certè qui
peccarat populo tantum offerebatur sacrificium,
quantum pro solo sacerdote. Id autem significat
quòd quo maior est authoritas, eo est grauius eo-
Leui.21 rum qui peccant supplicium. Ea de re quę simpli-
citer quidẽ fornicabatur,de medio tollebatur.Sa-
cerdotis autem filia comburebatur.Possumus etiã
aliunde uidere & uenjam, & grauitatem augeri sup
plicij, ut cum quisque peccauit hic pœnas dederit,
alius autem se uoluptate expleuerit. Ille enim illic
maiores:hic uerò minores pœnas dabit,si non hic
fuerit omnino absolutus. Et id significans Chri-
Luc.16. stus, inducit Abraham dicentem diuiti. Recepisti
bona tua:hic uerò mala, & nunc hic consolationẽ
H accipit,tu uerò cruciaris. Sed hic quidem sibi inte-
grum reseruauit suppliciũ, & ideo grauiter fuit pu-
nitus,alij autem non integrum,sed ex parte,& ideo
leuius puniuntur.Viderit etiam quispiam supplicij
differentiam ex magna intelligentia & ex simplici-
Luc.12. tate,ut quando dicit. Seruus qui nouit uoluntatẽ
domini sui,& non fecit,uapulabit multis. Qui au-
tem non nouit, nec fecit, uapulabit paucis. Multa
etiam alia inuenerit quispiam quę faciunt differen
tiam punitionis,& differentiam misericordię & be
nignitatis. Considera autem id etiam in eo qui pri
Gen.3 mus homo,fictus est. Peccauit Eua,peccauit etiam
Gen. 4. Adam. Vnum autem erat peccatum. Ambo enim
de fructu comederunt. Ambo autem non easdem
Num. 15. pœnas dederunt.Occidit Cain,& occidit Lamech,
2.Reg.12 et hic quidem misericordiam est assecutus. Ille ue-
rò punitus est.Collegit quispiam ligna sabbato, et
nullam ueniã est assecutus. Dauid occidit,& adul-
terium commisit: & salutem est consecutus. In his
ergo quęrẽdis immoremur,multo est enim melius
hæc inquirerere,quàm nugas & conuentus q fiunt
I in foris attendere. Non solum enim hæc inueniſſe,
sed etiam quęrere,magnum est lucrũ,etsi non inue
nerimus. Cogemur enim in his immorari, & uni-
uersum tempus in his consumere.Cur ergo,(Opor
Exo.32. tet enim ad prius institutam redire orationem) cũ
omnes Iudęi uitulum conflassent, alij quidem pu-
niti sunt:alij uerò minimè? Quòd illi quidem pœ-
nitentia ducti sunt, & ipsam naturam ignorarunt
propter simplicitatem: Illi uerò perseuerarũt.Qua-
re fuit quidem peccatum æquale:sed quæ consecu
ta sunt,non fuere æqualia. Quare autem & in Adã
& in Eua nõ fuit idem supplicium, & si fuerit idem
1. Tim.2. peccatum? Quòd non idem est à muliere deceptũ
esse & à serpente.Itaque Paulus illud appellauit de
ceptionem,dicens. Adam nõ fuit deceptus. Mulier
autem decepta fuit in trãsgressione. Cur aũt is q li
Num. 15. gna collegerat,nõ est assecutus ueniã? Quoniã erat
maximæ iniquitatis pręceptũ statim ab initio trãs-
gredi:& oportebat alijs magnum timorem immit-
Act.5. ti. Hoc etiam in Saphira & Anania accidit. Et nos
itaque quando peccamus, consideremus an simus
digni misericordia, siquid fecimus ut misericordiã
assequamur,si pœnitentia ducti sumus,si meliores
euasimus,si destitimus. Nam qui dùm pœnitentia K
ductus est salutẽ est assecutus, eo ipso seruatus est
à dei misericordia.Ita ergo hic etiam uult ex eo ser-
uari,ex lachrymis, ex lamentationibus ac planctiſ-
bus.Lauabo.n. inquit, per singulas noctes lectum „
meum,lachrymis meis stratum meũ rigabo.Id est, „
ex compunctione,conturbata sunt ossa mea,& ani „
ma mea turbata est ualde. Nõ hoc statim dicit,sed
ad naturæ ad labendum procliuitatem confugit,
dicẽs,Miserere mei domine, quoniã infirmus sum, „
Ita dicit ostendens hoc nõ solum sufficere,si enim
sufficeret, omnes ex eo seruati essent, omnes enim
sumus homines. Mihi autem, si de eo aliquid exa-
ctius dicendum est, fortasse ne hoc quidẽ uidetur
dicere,sed significat imbecillitatem quæ proficisci
tur ex tentationibus, ad misericordiam assequen-
dam & clementiam hanc quoque non paruam ra-
tionem afferens. Hoc quidem certè etiã in progres-
su significauit, dicens. Inueteraui inter omnes ini- „
micos meos. Afflictio eum quæ offertur cũ gratia- „
rum actione solet magnam præbere ansam miseri-
cordiæ & deum reddere propitium.Hanc ergo mi- L
hi etiam uidetur significare,dicens. *Sana me domine*
quoniam conturbata sunt ossa mea,& anima mea turbata
est ualde. Non dixit,Remitte mihi, neque condona
mihi,sed sana. Rogat enim ut priora deleantur uul
nera. Ossa autem hic dicit uniuersam uirtutẽ.Tur-
bationem autem, ictum,pœnam,supplicium.Sana „
me domine quoniam conturbata sunt ossa mea,& „
anima mea turbata est ualde.Quemadmodum er- „
go in medicis tria sunt,uel potius quatuor, uel etiã
quinque,medicus,ars,ægrotus, morbus,uis medi-
camentorum, & existit quædam pugna ac consli-
ctus.Si.n.cũ medico, arte & medicamnetis accedit
etiam uoluntas ægroti,morbum uincũt. Si autem
cum illis stare in acie desierit, ad infirmitatem seip
sum educit:cui seipsum tradidisset, etiamsi non cũ
illa aduersus artem stetisset in acie.Ita etiam in no-
bis accidit,immo potius nõ sic,sed multo admira-
bilius.Sub medicis enim,sæpe etiam cum morbo,
& cum arte, & cum medicamentis stat ægrotus, &
tamẽ nihil prodest, cum & natura imbecilla facta
sit, & ars hæsitauerit, nec exitũ inuenerit & uis me M
dicamentorum aliquo casu effugerit. In deo autẽ
hoc nõ est,sed si cum medico steteris,ulcus omni-
no curandum est.Non est enim ars humana,ut du
bitet:sed diuina facultas, q̃ & naturas, & morbos,
& improbitatem,& omne denique uitium superat.
Et ideo hic quoque cum ad deum, tanquã ad me-
dicum accessisset, dicebat. Sana me domine,quo- „
niam conturbata sunt ossa mea. Nonnulli autem
dicunt eum hic dicere conturbationem,illam quæ
sit ex peccato. Quemadmodum enim quando uẽ-
ti uehementes mari incubuerint, omnia turbant,
& quæ est in profundo arena sursum fertur, & qui
nauigãt in magno uersantur periculo: ita etiam in
nobis turbatur anima:mouetur corpus:omnia cõ
plẽtur tempestate:& plena est nobis deinceps cym
ba tumultus ac perturbationis: & densæ tenebræ,
& pereunt omnia proprijs locis relictis, & est ma-
xima confusio.Hoc maximè & in libidinosis solet
cupiditatibus euenire,hoc etiam in ira & in calami
tatibus.Hæc enim omnia conturbant & ossa & ani
mam,& pupillæ inuertuntur: & nec oculi quidem
ritè intuentur,sed quemadmodum perturbato au

riga equi

A riga equi insolenter feruntur: ita etiam conturbata
ratione omnia confunduntur:omnia inuertuntur,
& proprium locum amittunt. Quomodo autẽ hęc
fiat perturbatio,dicere etiam necesse est.Non enim
quemadmodum in mari ex uentorum impetu, ita
etiam in anima ex inopinato casu, sed ex nostra so
cordia euenit.Nã ut uel fiat, uel non fiat ipsi in cau
sa sumus. Vt,uerbi gratia, excitata cupiditate, nisi
tu flammam accenderis,fornax non excitatur,nisi
3.Re.10. materiæ dederis alimentum, non accenditur autẽ
Dan. 13 fornax, nisi de speciosis uultibus curiosè inuestiga
ris,nisi de aliena pulchritudine fueris nimium soli
citus,nisi in theatra inquitatis ascẽderis. Nisi enim
Prou.20. & Eccle. 19. carnem delitijs ac lautitijs pinguefeceris, nisi uino
rationem obrueris,flamma non excitatur, fornax
non accenditur,non euadit belua ferocior, non tã
quã à uentris immanibus excinditur cogitationis
puritas.Hęc ergo,inquit,sufficiunt? Non sufficiunt
hæc sola,sed oportet etiam alia accedere,oratione:
assiduas,sanctorum consuetudinem,ieiunium cõ-
moderatum. Victum tenuem necessaria exercitia,
B ante alia autem omnia,Dei timorem,futurum iudi
cium,supplicia intolerabilia, bonorum promissio
nes. Per hæc omnia refrenanda est cupiditas rabie
exagitata,& sedandum est mare commotum fluctu
bus. *Sed tu domine usquequo? Conuertere domine,& eri-*
pe animam meam, saluum me fac propter misericordiam
tuam. Ponit assiduè illud domine, ueluti quandam
rationem adducens gratæ & condonationis,est.n.
hæc nostra spes maxima eius ineffabilis clementia
ac benignitas, & quòd suapte natura sit propensus
ad condonandum.Illud autem,Vsquequo,non est
grauiter ac molestè ferentis,sed dolentis ac mœrẽ-
tis & non ferentis molem tentationum. Conuerte
re Domine, & eripe animam meam.Duo hic ponit
& ipsum conuerti, & eripere animam. Hoc enim à
iustis maximo studio contenditur,ut ipse reconci-
lietur,& sit benignus ac propicius,& nõ auersetur.
Hoc enim etiam aliud consequitur,nempe ut serue
tur anima,non quemadmodum multi,homines,&
maximè crassiores,unum solum requirunt ut præ-
senti fruantur prosperitate.At non illi sic,sed ut sa-
C lutem animæ consequantur, quia nihil est eis anti-
quius. *Quoniam non est in morte qui memor sit tui,in in-*
ferno autem quis confitebitur tibi? Vide quot affert cau
sas salutis.Quoniam infirmus sum, inquit,quoniã
conturbata sunt ossa mea, quoniam hęc peto à do
mino, quoniã non est in morte qui memor sit tui,
non hoc dicens uitam nostram ultra id quod præ
sens est non progredi:& extendi:absit, nouit enim
Luc.16. Mat. 25 resurrectionem,sed quòd, postquàm hinc excesseri
mus,nõ datur locus pœnitentię. Diues enim & cõ
fitebatur,& ducebatur pœnitentia, sed nihil ei pro
derat,quoniam tempus prętierat.Voluerunt etiã
uirgines accipere oleum: sed nemo eis dedit. Hoc
ergo uult hic etiam, ut hic peccata eluamus. Vt in
terribili tribunali libere ac fidẽter loqui possimus.
Deinde docens auditorem quòd cum dei clemen-
tia oportet etiam nostra consequi, nam etsi imbe-
cillitatem adducamus,si turbationem, si dei boni
tatem,si hoc etiam ipsum quod dixit: nostra autẽ
his non accedãt,nobis nihil prodest:Vide quid nã
subiungit. *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas*
noctes lectum meum,in lachrymis meis stratum meum riga
bo. Audiãt qui sunt humiles & abiecti, qualem rex
& purpura indutus offendit pœnitentiam, audia- D
mus,compungamur. Non solummodo laborauit,
sed laborauit gemens, non tantũ lachrymatus est,
sed etiam lachrymis lectum lauit, nõ uno aut duo
bus aut tribus diebus,sed etiã singulis noctibus,&
non solum dicit prętęritum,sed etiam futurum.Ne
putetis enim quòd cũ hæc semel fecisset, deinceps
se quieti tradiderit, & laxamento usus sit: sed hoc
assiduè fecit per totam uitam,non sicut nos,q uno
die ut plurimum laborantes,atque adeò ne uno q-
dem,nos ipsos risui,uoluptati, & otio tradimus.At
non ille:sed in lachrymis ppetuo agebat.Hanc nos
etiam imitemur cõfessionem. Si enim noluerimus
hic flere, illic omnino necesse est flere & eiulare:il-
lic quidem inutiliter, hic autem cum emolumẽto:
& illic quidem cum ignominia ac dedecore:hic ue
rò decorẽ & honestè. Quod.n.necesse sit,hoc fieri,
audi quid dicat Christus. Illic erit fletus & stridor Mat.8.
dentium.At non ij qui hic flent:sed magnam con- Luc.18.
sequentur consolationem. Beati enim qui lugent
quoniam hi consolationem accipient. Væ uobis Mat.5
diuitibus quoniã accipitis consolationem uestrã. E
Audiãt qui lectos habent argenteos, qualis erat le Luc.6
ctus regis,non ex gemmis conflatus,non auro con
textus, sed ablutus lahrymis.Et noctes erant, non
quietis,sed noctes fletuum & lamentationũ.Quo-
niam interdiu eum multæ curę circunsistebant,qđ
alijs quietis ac relaxamenti tempus sumunt, id il-
le docebat tempus cõfessionis, tunc acrius lamẽ-
tans.Bonum est enim semper flere,maximè autem
tempore noctis, quando nullus est qui hanc admi
rabilem uoluptatem excutiat, sed licet uolenti ea
liberrimè expleri. Sciũt qui eius quod dico fecere
periculum, quantam lætitiam habeant hi fontes la
chrymarum.Hę lachrymę possunt extinguere ignẽ
inextinguibilem, fluuium illum qui trahitur ante
tribunal.Propterea Paulus etiam triẽnio fleuit no- Act.20
ctu & diu,alienas affectiones corrigens,nos autem
ne nostras quidem, sed nos ipsos risui ac uoluptati
dedentes,tota nocte graui somno & crapula obrui
mur. Et hi quidem somno morti simili sunt affixi:
alij uerò agunt morte grauiores uigilias, fœnora &
usuras enim alios insidias eo tempore animo agitã F
tes.At non ij qui sunt sani & sobrij, sed suas colunt
animas, his lachrymis tanquã imbre utentes,& fe-
mina uirtutis augentes. Nulli uitio & libidini erit
aditus ad lectum qui lachrymas eiusmodi suscipit.
Qui eas enim fundit,nihili ducit quæ sunt in terra,
sed liberat animum ab omni obsidione: mentem
reddit uel sole clariorem.Nec me existimaueritis so
lis hæc dicere Monachis,etiã ad eos, qui rebus ad
hanc uitam pertinentibus attẽti sunt, habetur hęc
exhortatio, & ad hos potius quã ad illos. Hi enim
sunt qui maximè indigent pœnitentię pharmacis.
Qui hoc modo lamẽtatur, surget animo melius af
fecto & composito quàm sit portus tranquillus,o-
mnes animi perturbationes expellens, omni refer-
tus lætitia,in domum dei liberè & securè ingredie-
tur,cum propinquo iucundè colloquetur, nõ eum
uexat ira in internis penetralibus,nõ inflammat cu
piditas,non amor pecuniæ,non inuidia,non aliqd
aliud eiusmodi. Hæc enim omnia tanquã beluę in
cauernis delitescunt, nocturnus ille gemitus & la-
chrymæ te ad hæc obruenda præparauit. *Turbatus*
est à furore oculus meus. Vidisti cõtritam animã. Post-

G quam dixit pœnitentiam, dicit rursus perturbationes animi, conturbationem quę est in mente, timorem qui ex ira dei procedit. Oculum enim hic dicit oculum animæ, perspicacitatem illam & ratiocinādi facultatem, quam solet perturbare suorum peccatorū cogitatio. Quia enim sua delicta ante oculos perpetuo habebat, Dei etiam iram apud se cogitabat, timore affectus, non omnis doloris penitus expers, sicut multi: sed horrens & cōtremiscens. Talis conturbatio est mater tranquilliratis. Talis metus est fundamentum securitatis. Qui ita est cōturbatus, omnem tempestatem expellit. Qui tali non est anima prędita, graues fluctus subibit, & quem admodum nauigium gubernaculo defectū, uiolentorū uētorū impetu relictū celeriter submergitur: ita ēt aia q̄ nullo doloris sensu tāgitur, exposita est innumerabilib⁹ perturbationib⁹. Quocirca ēt beatus Paulus dicebat ostendens hanc affectionem. Qui omni doloris sensu priuati seipsos tradiderūt impudicitiæ in operationem omnis immunditię, in auaritia, & quemadmodum gubernator, quandiu pro nauigantibus solicitudine uexatur, omnes H reddit quietos ac tranquillos. Sed si ab ea liberatus dormiat, magnam affert perturbationem: Ita etiam homo, qui horret quidem, tremit, & perturbatur, quietam reddit suam cogitationem. Qui autē socordiæ somno seipsum tradidit efficit ut cymba obruatur. *Inueteraui inter omnes inimicos meos.* Quid est iueteraui? Debilitatus sum, inquit, ab inimicis meis. Vita enim nostra uersatur in certamine, & innumerabilibus inimicis plena est, qui etiā efficiuntur potentiores quando in peccata incidimus. Quamobrem omnia sunt faciēda ut eorum manus effugiamus, & ne eis unquā reconciliemur. Hoc est enim nobis securitatis maximę fundamentum. Horum inimicorum phalangem Paulus significans, dicebat. Non est nobis colluctatio cum carne & sanguine, sed cum dominationibus, cum potestatibus, cum rectoribus tenebrarum huius sęculi. Cum ergo talis sit phalanx inimicorum, semper & perpetuo in armis esse oportet, et fugere peccatorū iusultus. Nihil enim facit adeò inueterare ut natura peccati. Quamobrem Paulus quoque uolens inueterationem quæ ex eo fit amoliri, dicebat, Ne I conformemini huic seculo, sed transformemini renouatione mentis uitæ. Quando ergo à peccato in ueteraueris, renoua teipsum per pœnitentiam. *Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam. Dominus orationem meam suscepit.* Non est hæc quoque parua uia ad uirtutem deduces, malos fugere, quod quidem Christus quoque a nobis cum tanta hyperbole exigit, ut etiam amicos q maximè necessariorum nobis membrorum loco sunt, iubeat excindere, quando nos scandalizant, & nobis aliquid damni affert eorum consuetudo. Si oculus, inquit, te scandalizat, erue ipsum, & si manus te scandalizat, excinde ipsam, & eiice a te, non dicens de membris, abfit, sed de ueris & necessariis amicis, quorum sunt aspernandę amicitię, quando nec nobis nec ipsis sunt utiles, sed damnosæ. Ex hac uirtute se rectè gerens hic quoque, non solum non persequebatur tales familiaritates & cōgressiones, sed etiam eis iubebat à se resilire. Hic est fructus pœnitentiæ, hoc est lucrum lachrymarum

ἀνερμα τίσιον

Ephe. 1.

Iob. 7.

Ephe. 6

Ro. 12.

Mat. 5
Ma. 5

Mens enim quæ ita est contrita, nulla deinceps libidine tenetur. Hoc ipsum nos quoque faciamus, & si sit quispiam uel ipso diademate redimitus, nos autem lædat, aspernemur eius amicitiam. Nihil est enim uiro uilius, etsi sit rex, quando est uitio deditus, quemadmodum nihil est uel captiuo regalius ac magnificentius, quando uirtutē possederit. Quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei. Nō dixit, Exaudijt uocem meam simpliciter, sed uocem fletus mei. Vides quō sua largè & copiosè proferat, Vocem hic dicens, non intensionem clamoris, sed affectionem animi: & fletum non eum solum qui profluit ex oculis, sed etiam eum qui ex anima. Qui enim inducit pœnitētiam, & à deo exauditur, hoc etiam bonum potest præclarè consequi, ut cō suetudinem improborum amoueat. *Erubescant & conturbentur omnes inimici, conuertantur & erubescant ualde uelociter.* Hęc oratio maximam habet utilitatē pudefieri, inquam, & retro cedere. Quemadmodū enim si uiderimus hoiem in pcipitio ingredientē, ne ulterius procedat retinebimus, dicētes, Hō, quo ferris? Occurret tibi præcipitium quod antè est: ita etiam hic uult malos retrocedere. Ita etiam furentem equum nisi qs cito represserit, cito peribit. Ita etiam medici, serpentis alicuius uenenum sępe serpens & emanās maxima celeritate, me ulterius pro grediantur sistunt, eius uitium incidentes. Hoc autem nos quoque faciamus, & quod in nobis est uitiū maxima celeritate reprimamus, ne ulterius progrediens morbum augeat, neglecta enim peccatorum uulnera sæpe maiora euadunt, & nec usque ad uulnera solū sistit morbus & infirmitas, sed sæpe etiam mortem parit immortalem, quemadmodū ēt si ab initio parua sustulerim⁹, nec magna cō sequētur. Considera autem. Qui meditatus est nō facere iniuriā, nec sciet pugnare pugnare nescietse ēt rectè geret in amicitia. Qui se in amicitia rectè geret, non habebit inimicum. Qui autem non habet inimicum, sed habet charitatem, habebit omnem uirtutem. Ne priora ergo negligamus, ne mala in maius crescant. Iudas si pecuniæ amorem coercuisset, non uenisset ad sacrilegium. Si illud compressisset, non ad colophonem, ut aiunt, malorum prosiluisset. Et ideo Christus quoque non solum fornicationem & adulterium sed impudicum etiam ob tutum reprimit, radicem ab imo euellens, ut facilius possit superari uitium. Hoc etiam faciebat ludæis crasius quidem, & tanquam per ænigma. Loquebatur enim cum carnalioribus, sed tamen faciebat. Quomodo? Non permittebat ut in bestijs ulla esset coniunctio ex diuersis generibus, nō sinebat comesse sanguinem brutorum, non permittebat tenere pignora post uesperum, magna per hæc mala reprimens. Per primum quidem initum masculorum, per secundum autem, cædes. Per tertium autē crudelitatem & inhumanitatem. Sed nunc omnia passim & impudēter fiunt, & ideo omnia susq; deq; aguntur & feruntur. Quando ergo paruam animi perturbationem susceperis, ne eā neglexeris quod parua sit, sed considera quod id quod ex ea alitur, maxima mala parit. Etenim postquā in domo aliqua parum stuppę accensum uiderimus, conturbamur & tumultum mouemus, non enim attēdimus initium: sed ex initio finem considerantes, mouemur, & concurrimus ut totum caminum extingua-

K

Psal. 6.
Nō exaudiuit.

M
Mat. 5

Deut. 22.
Deut. 12.
Deut. 24.

A mus. Hoc igne uehementius, animam exedit uitiū. Oportet itaq; præuenire. Nam si fuerimus negligentes, id correctu euadet difficilius. Hoc uiderit quispiam euenire etiam in nauigio, & conturbari nautas, non quando mare iam superare, sed quando id factum esse uiderint. Ne simus ergo in paruis pectoris socordes, sed ea reprimamus cum magna uehemētia, ut liberemur à maioribus & bona futura consequamur, Gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi. Cui gloria in sæcula. Amem.

IN PSALMVM SEPTIMVM,

Omine deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.

Oporteret quidē scripturarum & historiarum adeo exactè habere cognitionem, ut non egeremus longiori oratione ad earum doctrinam, sed quoniam alij quidem in rebus quæ ad uictum pertinent occupati, alij uerò seipsos socordię dedētes, ea non audiuerūt, necesse est paulo lōgiori uti oratione, psalmi argumentum dicentes, sed attendite diligeter quódnam sit argumentū. Psalmus Dauid B quem cecinit domino. Alius. Psalmus pro ignorantia Dauid. Alius, Ignoratio Dauid, & pro Chusi Aethiope, inquit. Sed sic etiam obscura sunt quę dicta sunt, quòd uos ignoretis historiam. Sed quoniā non oportet solum reprehēdere, sed etiam docere, necesse est aggredi narrationem. Quis est ergo hic 2.Reg.15 Chusi, filius Iemeni, & quænā sunt uerba eius pro quibus deo cecinit hoc canticum Dauid, hinc deinceps dicendum est ab initio ducta oratione. Absalon fuit filius Dauid, iuuenis incontinens & perditus. Is aliquādo insurrexit aduersus patrem, eoq; regno & domo & patria iecto, pro illo ipse tenebat omnia, & neq; naturam, nec educationem, nec ætatem, nec quæ præcesserant respiciebat, aut reuerebatur, sed erat adeò, ut semel dicam, crudelis, & immitis, & belua potius quàm homo, ut his omnibus perruptis obicibus, ipsis naturę insultaret legibus, & turba omnia ac tumultu compleret, tunc enim omnia euertebantur, decreta naturæ, hominum reuerentia, in deum pietas ac religio, humanitas & misericordia, alimētorum remuneratio, & in C senectutem reuerentia. Nam etsi nolebat eum reuereri ut patrem, saltem reuereri oportebat ut senem. Quòd si canos negligebat, certè ut benefactorem. Quod si nec sic quidem, ut eum quidem certè qui nullam fecerat iniuriam: sed amor principatus hāc omnem iecit reuerentiam, & ut homo fera esset effecit. Et hic quidem beatus, qui & genuerat & aluerat, tanquam qui è patria migrasset errabat in alienis finibus, & quæ ex his sequuntur malis opprimebatur: ille uero in bonis paternis uoluptate explebat. Cùm res ergo, ita se haberēt, & cum illo instructi essent exercitus & tyranno urbes parerent, quidam Chusi uir probus, Dauid amicus, suā in eum amicitiam perpetuò conseruauit in hac mutatione temporum, & cum sæpe eum uidisset errantem in solitudine, dirupit tunicā, asperfit se cinere, acerbè fleuit & miserabiliter, & cū nihil aliud posset, lachrymarum affert consolationem, nō erat enim amicus temporū, nec potentiæ, sed uirtutis, & ideo licet regno euersus esset non mutarat amicitiam. Cum ergo uideret Dauid eum hæc ita facientem, dicit ei. Sunt hæc quidem amici, & eius qui in nos sincerè affectus est; sed nihil nos iuuabunt, sed cōsultandum est, & aliquid excogitādum, ut quibus D impliciti sumus mala expediantur, & inueniamus rationem nos liberandi ab his calamitatibus. Hæc cum dixisset, talem illi suam dixit sententiam. Vade ad filium meū, & amici suscepta persona disturba mihi illius consilia, & fac ut sit irritum Achitophelis consilium. Hic autem Achitophel, apud tyrannum tunc omnia poterat, rei quidem militaris ualde peritus, & qui in bello & prælio Imperatoris partes præclarè poterat sustinere, & ideo Dauid eū plus timebat quam tyrannum, tantum ingenio ualebat & prudētia. His auditis ille paruit, nec ullam pusilli aut abiecti animi cogitationē suscepit, nec humile aut ignauum qd dixit, utpote, Quid si fuerò deprehensus? Quid si detecta fuerit mihi persona? Quid si fuerit deprehensus actus simulationis? Callidus Achitophel hoc fortasse conuincet & deprehendet, & temere ac frustra illic peribo. Horum nihil reputās, se in castra tyrāni proripuit, uniuersæ rei cura in deum iecta: & seipsum in media immisit pericula. Hæc omnia à me dicta sunt, non solum ut laudemus, sed ut & quæcunq; Dauid tristia E euenerunt, quæcunque passus est discamus, & quæcunque alia commoda possunt ex historia percipi, ea etiam in medium adducamus. Vide enim quòd assiduè à multis inquiritur, Cur iusti afflīgūtur, impi probi autem in quiete ac ocio uersantur, hoc hic inuenire possumus. Iustus enim uersabatur in calamitatibus: sceleratus autē, & parricida, & ipsius naturæ inimicus & hostis, in felicitate agebat & palatijs regijs. sed nec ille qdē euasit maiorib. obnoxiæ afflictionibus: hic autē clarior & splendidior factus est, ut aurū in fornace, redditus afflictione purior. Hinc ergo primum hoc disce, ne conturberis in huiusmodi rebus aduersis, cum uideas etiam iustis id euenire. Aliud autem postea, ne muteris pro tēpore, sed noris leges amicitiæ. Tertium, ut etiam pericula audeas adire pro uirtute. Quartum ut etiā in rebus dubijs & afflictis bona spe sis præditus, Dei auxilium expectans. Ille enim Chusi non castra respiciebat, non tyranni timorem, nō equorum multitudinem, non armatorum phalanges, non quòd F urbes iam antè captæ fuerant, non Dauid solitudinem & imbecillitatem, sed unum solum respiciens inexpugnabile dei auxilium, & illius beneuolentiam, ita utrasq; partes diiudicauit: & illas quidem inuenit impotentes & inualidas, hac uerò firmas & potentes. Ille enim iniustè faciebat, hic uerò cum iusto seipsum seruabat. cū ergo staret non ubi multitudo hominum, sed ubi erat uirtutis præsidium, opem dei ad se attraxit. Hæc dico, ut nos quoq; etsi sint imbecilli à quorum parte stat ius, illorū partes tueamur, licet sint potentes qui faciunt iniuriā, societatem illorum fugiamus. Vitium enim, etsi secum habeat uniuersum orbem terrarum, est omnium maxime imbecillum. Virtus autem, etsi sola sit, est omnium potentissima, habet enim deum se cum stantem. Quis ergo seruare potest eum qui à deo oppugnatur? Quis autem potest perdere eum cui ipse fert auxilium? Hæc autem omnia sapienter considerans Chusi, bona spe concepta uenit quò mittebatur & postquàm adstitit, cum uidisset tyrānum ad æquitatem acceſsit. Ille autem cum frequēter eū uidisset, & esset imperandi cupiditate ebrius,

G non diligenter examinauit sed illum irridēs & probris impetēs, Abi, inquit, cum tuo amico, ne in animum quidem inducens ut nomen diceret, tantum erat odium & inimicitię. Cui Chusi nihil commotus nec conturbatus dicit. Quando deus erat cum ipso illi beneuolebam, quoniam autem nunc tecū est, consequens est ut tuas partes sequar. Hoc tyranno magnos spiritus fecit, tumidumq; reddidit, & re non diligenter examinata, nam uir leuis credit sermoni cuilibet, quod illi etiam usuuenit, & inimicis apertus, ipsum statim inter intimos admittit, & in primorum amicorum refert numerum. Deus autem præsens, & quæ fiebant regens, omnia dispensabat, & proposito de bello consilio, cum alij alia dicerent de eo de quo consultabatur, an statim in uadere, an parum differre oporteret, accedens ille Achitophel, qui consilio plurimum ualebat & in dicenda sententia prudens erat, hanc dicit sententiam, dicens. Afflictum nunc & perturbatum patrē tuum inuadamus. Nam si ei respirandi nullum tēpus dederimus, ita eū de medio tollemus. Si enim eum imparatum nūc aggrediamur, res citra ullum laborem à nobis transigetur. Hæc cum audiisset tyrannus, uocat etiam Chusi qui ad ipsum transfugerat per simulationem, & eum facit eius quod petebatur consilij participem, quod non erat humanæ rationi consentaneum, ut eum qui recēter uenerat tanto honore afficeret, & fide dignum existimaret, ut etiam de rebus eiusmodi eum esse uellet cōsiliarium, sed sicut antè dixi, quādo deus est ductor, etiam quæ sunt difficilia, euadunt facilia. Introducitur Chusi, & facit ei liberam dicendi potestatem, & uult eū dicere de eo quod proponitur. Quid uerò Chusi? Nūquam, inquit, aberrauit Achitophel, nosti uiri prudentiam. Non reprehēdit statim eius sententiam, sed cum laude. Eum enim admiratus quòd opportunum antea cōsilium dedisset, ita p̄sentem uituperat sententiā. Quod autem dicit, tale est. Miror quo nūc errauerit, nō mihi n. uidetur esse utile cōsiliū. Si eū. n. nunc inuaserimus, tanq; ursus rabie pcitus, ira plenus pater tuus, & de uita desperans, & cum summa pugnans indignatione, suæ salutis nullam ducet rationem & maximo impetu in nos irruet. Quòd si parum cesserimus, eum cū maioribus & instructioribus copijs aggrediemur, & longe tutius, & citra ullum laborem, & cum maxima facilitate, eum ueluti laqueo implicatum capiemus & adducemus. Laudat Absalon sententiā, & hæc dicit esse sibi utiliora. Hæc autem dicebat Chusi, Dauid uolens dare tempus ut se parū recrearet, ac respiraret, & cogeret exercitum. Ita ergo repudiata Achitophelis sentētia, per uiros aliquot secretos mittens, omnia Dauid renuntiauit, quòd Tyrānus suam confirmarat sententiam, quæ Dauidi asserebat uictoriam. Quod ita etiam accidit. Cum. n. illi parum spatij dedisset, paratus Dauid eum inuasit, fulisq; ac fugatis hostibus uictoriam retulit. Qd cum pro sua prudentia & ingenij solertia uideret Achitophel, & ex eo exitū intellexisset, nēpe quod hæc sententia Absaloni afferebat exitium, nō ferēs cōtumeliam, recedens aptato laqueo se suffocauit, & ita uitam finijt. Hæc itaque omnia cum didicisset Dauid, psalmum scribit, qbus gratias agit, deo hymnos offerēs, & totū stratagema Deo tribuens. Quocirca incipiens sic dicit. *Domine Deus meus in te sperauī, saluum me fac.* Non in Chusi, nec in humana sapientia, nec in illius prudentia, nec in meo cōsilio, sed in te. Ita nos etiam faciamus, etiamsi p homines à nobis aliqd præclare geratur, deo gratias agamus tam pro ijs q̄ per nos quàm quæ per alios nobis euenerunt beneficijs. Si enim ita faciamus, nihil erit graue, nec difficile, quod etiam faciebat David, propemodum dicens. Non in uerbis Chusi habebam spem salutis, sed in tuo auxilio. Vide autem cum quanta loquitur affectione, sicut solet facere. Non enim dixit, Dominus Deus, sed Domine Deus meus, & alibi. Deus deus meus ad te de luce uigilo. Etenim cuni omnibus eo opus habebat: seorsum autem ac separatim propter insigne desiderium. Ita etiam Deus hoc ipsum facit iniustis, & cū sit omnium Deus, se dicit separatim esse Deum iustorum. Ego Deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Vide autem eius sapientiam. Cùm dixisset, Domine deus meus in te sperauī, nō dixit, Puni hostem, tolle de medio inimicum, sed quod suum est tantum quærit, & dicit, saluum me fac, hoc est, ne permittas ut male patiar ab omnibus persequentibus me, & libera me. Vide quomodo ne male quidē patiēs, nominatim meminit parricidæ, & naturam in calamitate agnoscens, & in bello respiciens filium, & in periculis non obliuiscens uiscerum. Tāta erat in filios pietas & charitas, uel potius tāta erat eius sapientia. Non enim tyrannis naturæ, sed animi potius mansuetudo eum talem reddebat, & plus exercitui imputabat quàm tyrāno, & ideo dicit, Ab omnibus persequentibus me, & libera me. Vides quomodo non meminit illorum. Non enim dixit, Ex ijs qui mecū belligerantur, ex ijs qui mea diripiunt, ex ijs qui per summam libidinem meæ regiæ insultant & se omnibus explēt uoluptatibus, sed, A persequentibus me. *Ne quādo rapiat ut leo animam meā, dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat.* Atqui collegit exercitū, & multos secum habuit. Quomodo ergo dicit, dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat? Quoniam ne uniuersum quidē orbem terrarum auxilij loco habet, nisi opem diuinam fuerit assecutus, nec se esse ducit in solitudine licet solus sit, si sit illius auxilij particeps. Et ideo dicebat. Non saluatur Rex per multam potentiam, & Gigas non saluabitur in multitudine uirtutis suæ. Nōnulli autem hoc dictum anagogice accipiētes, leonem & persequentes dicūt esse diabolum & dęmones. Quoniam enim uidebat filium ab ipso raptū, & deuoratū, rogat ne idipm quoq; ei accidat, & dicit ēt cām pp q̄ hoc illi accidit. Quænā est aūt cā? Propter uitiū, inqt, à se dei auxiliū auertit. Propterea dicit, dū non est q redimat, neq; q saluum faciat. Quòd aūt Leo dicitur diabol⁹, audi ex scriptura q̄ dicit. Inimic⁹ noster diabolus circuit ut Leo rugiens, & quærens quàm deuoret. Quinetiā ipse propheta dicit alibi. Et conculcabis Leonem & Draconem. Est enim Belua multiplex, sed si sapuerim⁹, hic Leo & Draco erit quotus luto uilior, & nec aduersus nos quidem diriget aciem. Sin autem direxerit conculcabitur. Ambulabitis enim, inquit, super serpētes & scorpiones. Circuit enim eum multa ira tanquam Leo, sed si eos inuaserit qui Christum habent, & crucem in fronte, & ignem spiritus, & lampadem quæ nunquam extinguitur, ne aspectum q̄dem ferre poterit, sed uerso tergo recedet, ne cōuerti quidem

A ti quidem audens. Et ne gloriosa tantum putes uerba esse quæ dicta sunt, considera mihi Paulum. Nā ipse quoque homo erat, sed eum ita Leo pertimescebat, ut uestes eius & umbram fugeret. Christi enim fragrantiam ex eo spirantem & ascendentem non ferebat, & ad lampadem respicere non poterat.
Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis. Hoc perpetuo seruandum est, ut non solummodo oremus, sed ita oremus ut etiā exaudiamur. Non enim sufficit oratio ad efficiendum id quod est propositum, nisi eam cōposuerimus sicut Deo uidetur. Nam orauit etiam Pharisæus, & eum nihil iuuit, et Iudæi rursus orarunt, sed orantibus ipsis deus auertebatur. Neq; enim orabāt ut orare oportet, & ideo iussi sumus eam afferre orationem, quæ maxime possit exaudiri. Hoc etiam ostendit in præcedenti oratione, se non simpliciter & absolute rogare ut audiretur, sed postquam sua attulisset. Quę nam autem erant ea? hoc lauabo per singulas noctes lectum meum, in lachrymis stratum meum rigabo, & illud. Laboraui in gemitu meo, & hoc, discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, & illud, Conturbatus est à furore oculus meus. Hæc enim omnia ad deum attrahendum satis sunt, luctus, lachrymæ, gemitus, resilire ab improbis, eiusque pertimere & horrere sententiam. Et alibi dixit. Si audiuit deus iustitiam meam, in tribulatione dilatasti mihi. Hac enim ratione fit ut exaudiamur. Primum quidem ex eo quòd digni simus accipere. Deinde ex eo quòd ex Dei legibus oremus. Tertio, ex eo quòd assiduè. Quarto, ex eo quod nihil petamus eorum quæ ad hāc uitā pertinent. Quinto, ex eo quòd petimus ea quæ sunt utilia. Sexto, ex eo quod q̄ nostra sunt ea afferamus. Vide ergo multos qui sic exaudiuntur. Cornelium, ex uita, Syrophœnissam, ex assiduitate. Salomonem, ex modo petionis. Propterea enim, inquit, quod non petijsti pecunias, neque animas inimicorum tuorum. Publicanum, ex humilitate, & alios ex alia ratione.
Quemadmodū ergo efficitur ex his ut audiamur: ita etiam alia ratione fit, ut non exaudiantur. licet iusti sint qui petant. Quid enim fuit Paulo iustius?
C Sed quoniam petiuit quæ erant inutilia, non fuit exauditus pro eo, inqt, ter dominū rogaui, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Quid uerò Mose? Sed nec ille exauditus est, deo dicēte. Satis tibi sit. Quia enim petebat ingredi in terram promissionis, hoc autem erat inutile, nō permisit deus. Cum his etiā est aliud quod facit non exaudiri, quando in peccatis perseuerantes oramus. Quod etiam de Iudęis dixit Deus Hieremiæ. Ne deprecare pro hoc populo. An non uides quid hi faciunt? ab impietate non desecerunt, & tu offers pro eis preces, sed te non exaudiā. Rursus quando contra inimicos petimus, non solum non exaudimur, sed etiā irritamus, est enim oratio medicamētum, sed si nesciamus quomodo sit adhibendum medicamentum, utilitatem ex eo nō capiemus. Videamus ergo quid hic ēt orans dicit. Domine deus meus, si feci istud. Quid est, si hoc feci. Quod patior, inquit, Si insurrexi aduersus patrem, si sic me iniquè gessi. Sed ne hic quidem eum qui fecit iniuriam, dicere nominatim in animū inducit, sed pro filio erubescit & pudore afficitur. Quemadmodum siqs uir generosus uidens uxorē suam adulterari, ne nominatim quidem eius delictum in medium proferre sustineat? ita hic etiam. D Non dixit, Si insurrexi aduersus eum qui genuit, si fui parricida. Sed, si feci hoc. Et quid hoc dico, inquit? cuiusmodi enim est uirtus, non fuisse parricidam, quod nec in feris quidē cernitur? Si est iniquitas in manibus meis. Non dico de hac iniquitate, sed nec alia, inquit, inuenietur esse in meis manib⁹ iniquitas. Hæc autem dicit, non glorians, nec se magnificè extollens, sed quæ à se rectè facta erant coactus dicere. Sed nec hoc quidem magnum est, si cōferatur cum eo quod est dicendum. Quid hoc autem est? *Si reddidi retribuentibus mihi mala*, inqt. Attende diligēter. Nō est enim uulgare quod dicitur. Bonum quidem est iniuriam non facere, sed multo præstantius, & sapientis est animi, non ulcisci eum qui facit iniuriam. Atqui hoc quidem lex concedebat, iubens oculum pro oculo, & dentem pro dente excindere: nec sic lex transiliebatur, sed hic tanto erat studio sapientiæ præditus, ut non solum legem non transgrederetur, sed etiam ex nimia quadam abundantia eam longè superaret, fossas, ut est in prouerbio, transiliens. Nō enim existimabat sufficere ad uirtutem, nisi etiam iussa longo interuallo superaret. Quemadmodum ergo fecit etiam Paulus, qui ex Euangelio iubebatur uiuere, & non uiuebat, sed sine sumptu prædicabat Euangelium: Ita etiam beatus Dauid, cum lex ei permitteret ulcisci inimicos, non se continuit intra hunc modum, sed eum longè etiam superauit. A nobis autem hoc non solum exigitur, ut non retribuamus, sed etiam ut bene faciamus. Orate enim inqt, pro ijs qui uos offendunt, bene facite ijs qui uos oderūt. In Dauid autem non paruum est non ulcisci, sed etiam multo est maius quā sit præceptum. Et ideo dicit, Si hoc feci, si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi mala. In filio enim uel ipsa natura prohibebat, sed si alios, inquit, iniuria affeci, uel etiam ultus sum. Quamnam ergo nos ueniam consequemur, & quam afferemus excusationem, qui post Christi aduentum non peruenimus ad mensuram eorum qui uiuebant sub ueteri testamento? idque cum a nobis longè maiora exigantur. Nisi. n. abundauerit, inquit, iustitia uestra plus quā pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Quemadmodum enim non est æqualis is qui se in lege rectè gerit ei qui in iisdem se recte gessit ante legem, ita nec qui in gratia ei qui sub lege, sed etiam ex tempore magna fit differentia. Hoc ostendens Paulus & in uitio & in uirtute, uide quomodo illos quoq; magis admiratur, & hos maiori supplicio dignos esse pronunciat, ita dicens. Quando enim gentes, quæ legem non habent, natura quæ sunt legis faciunt, ij legem nō habentes sunt sibiipsis lex. Vides quomodo eos qui sine lege se rectè gerunt laudat & prędicat. Vide rursus quomodo eos etiā qui peccant in gratia, ostendit esse dignos maiori supplicio ijs qui peccant in lege, sic dicens. Qui irritā fecit legem Mosis, sine misericordia sub duobus uel tribus testibus moritur, quanto putatis deteriori supplicio dignus habebitur, qui filium dei conculcauit, & sanguinem testamenti communem existimauit? Et rursus eos qui ante legem, ijs qui in lege transgressi sunt, minori supplicio dignos esse ostendens, Quicunque, inquit, sine lege peccarunt, sine lege & peribunt, hoc est, mitius, ut qui legem

G non habeant accusatricem, sed naturam tantum. Quicunque autem in lege peccarunt, per legem iudicabuntur, hoc est, habentes grauiorem etiam cū natura legem accusatricem. *Decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam, et cōprehendat, & conculcet in terra uitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat.* Vidisti iusti fiduciam, & optimam conscientiam. Nisi enim ualde sibi confidisset, nō esset talia imprecatus. Quod autem dicit, est eiusmodi. Si feci iniuriam, si me ultus sum, hæc & illa patiar, & in seipsum fert sententiam, & nō postulat ut pro modo rei iudicetur, sed multo magis ut supra meritum luat pœnas, & seipsum reddit illi supplicio obnoxium, a quo ipsum lex prohibet. Vide autem quodnā sit illud. Decidam, inquit, ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra uitā meam, & gloriam meam in puluerē deducat. Hoc est, Me inglorium, & bonæ famæ & existimationis expertem perdat, & simul cum uita mea meā quoque gloriam destruat. Quid est, Et gloriam meam

H in puluerem deducat? humiliet, conculcet, efficiar, inqt, meis inimicis expositus. Quid posit esse Absalom sceleratius, qui Patrem & talem patrē, adeò mansuetum & mitem persequebatur, cùm esset impudicus, petulans, & contumeliosus? Quid ergo? Num reddidit retribuentibus ei mala, num reuocauit in memoriam quas acceperat iniurias? Nequaquàm, & si examinaueris Saulis historiam, tūc maximè uidebis illam uocem esse claram & illustrē. Cùm enim eum qui post innumerabilia beneficia, & trophæa, & uictorias, ei iniuriam faciebat, & insidias tēdebat, & quotidie cupiebat de medio tollere, & semel, & bis, & ter, & sæpe dormientem, & tanquàm in carcere inclusum, & satellitibus destitutum in manus accepisset, multique eum iuberēt occidere & de medio tollere ei pepercit, & iram uicit, idque cum sciret, quod eum dimittens, hostem esset & irreconciliabilem inimicum dimissurus. Sed tamen neque memoria præteritorum, nec metus futurorum, neque ullum aliud eiusmodi, eum ad illā cædem faciendam impulit: sed sapientia usus est, &

I manum continuit, & iram refrenauit, & maluit periculum adire, & insidiis appeti, & à patria & libertate excidere, quàm inimicum qui nulla de causa ei insidiabatur, qui post innumerabilia beneficia ei mortem moliebatur, occidere, & de medio tollere. Ex multis quoque aliis potest cognosci bonus eius & innocens animus, & ideo multa sibi imprecatur eaque grauia ac difficilia, ut re infecta rediret, ut inimici eius sunt pro arbitrio compotes, ut moriatur inglorius, ut hoc patiatur ab inimicis, qđ uidetur esse morte multo grauius, & ideo nihil homo non molitur, ut post mortē posit eius esse memoria. Vide igitur quot sibi imprecatur, Vt frustra laboret, ut ab inimicis uincatur, ut moriatur, ut ne morte quidem communi, ut eius etiam memoria deleatur, ut cum ignominia, nō tot & tanta sibi imprecaturus, nisi conscientiæ uehementer confideret. Quòd si illi erat inimicus, non potest in eū culpa conferri, neque enim ipse præbuit occasionem.

2. Re. 16. & seq. 1. Re. 24. 26. Quam enim dedit filio occasionem? Quam Sauli? non illum, cum quæ mortem mererentur fecisset, ad tempus castigatum reduxit, & restituit? Hunc autem mortem ei machinantem, in manus sæpe acceptum seruauit. Nō ergo respice an inimicos habuerit, sed an eos ipse fecerit. Neque.n. Christus hoc iussit, nos non habere inimicos, sed nō odisse, hoc.n. est i nostra potestate, illud uerò oīno nō est. Ne aūt sine causa odio habeamur, nō est in nostra potesta te, sed in eorū qui oderunt. Improbi.n. bonos nulla omnino de causa odisse cōsueuere. Etenim Christum quoque sine causa odio habuerunt, quemad modum dicit. Oderunt me gratis. Et Apostoli habuerūt inimicos pseudoapostolos, & prophetæ falsos prophetas. Non est enim hoc spectandū ut nō habeamus inimicos, sed ne iustē, & ne cum causa, & ut licet millies odio habeamur, non habeamus odio, neq; auersemur. Sunt hæc.n. inimica, odio habere, & auersari. Quādo ergo odio habeor, & odio non habeo, illa me inimicum, nō ego eum habeo. Quando ei bene precor, quando ei uolo benefacere, quomodo ego illi sum inimicus? Propterea dicebat Paulus. Si posibile est quod est in uobis, cum omnibus hominibus pacem habētes. Nostra ergo afferamus, & huic ipsi sufficientem laudem. Quænam sunt autē nostra? ut uerbi gratia. Hic odio habet, & bellum gerit. Tu ama, & eum beneficio affice. Probris & maledictis appetit, tu benedic & lauda. Sed ne sic quidem soluit inimicitias, maiorem igitur tibi affert mercedem. Mali enim, quo magis à nobis obseruati bellum nolunt componere, eo nobis splendidiorem remunerationem comparāt, & se reddunt imbecilliores. Qui enim odio habet, & non reconciliatur, colliquatur, tabescit, & in perpetuo bello uersatur. Qui est autem his telis superior, stat remotus à magnis tēpestatibus, & sibiipsi ante illum maximè prodest studet illi reconciliari, & non cum eo bellum gerere, seipsum à bello & pugna liberans. Fugiamus ergo inter nosipsos bellum gerere, & eorum radicem de medio tollamus, uanā gloriā, & auaritiam. Vel enim propter pecunias est inimicus quispiam: uel propter uanam gloriam. Quòd si ijs fuerimus superiores etiam ne nos apprehendant inimicitiæ, euademus superiores. Et si ergo contumelia affecerit, magno & forti, animo feramus, seipsum enim non te affecit iniuria, & si percusserit, ne dextram cōtrà tendas. Ipse est enim qui

M feritur, te quidem manu, seipsum uerò ira pulsans, & sibi malam ab omnibus existimationem comparans. Quod si hæc tibi uidentur esse difficilia, cōsidera. Siquis furēs uestem tuam perfregerit, quem nam dixeris malè pati, té ne qui passus es, an illum qui male fecit? Clarum est quòd illum. Deinde ubi uestis quidem confringitur, qui fecit, passo grauiora passus est, ubi autē cordis rumpitur (hoc enim facit ira) non illum grauiora esse passum putabis eo qui nihil omnino passus est? Neque enim hoc dixeris, quòd uestem tuam disrupit, sed quod prius cor tuum. Quemadmodum enim non fuerit morbus regi?, nisi bilis disrupta sit, & proprios limites transilierit: ita uehemens ira tibi non fuerit, si non fuerit cor disruptum. Quemadmodum ergo si uideris aliquem regio morbo teneri, et si mala fecerit innumerabilia, morbum ad te nolis attrahere: ita etiam in ira. Ne imitare uitium, sed illius potius misereri quiquam in se habet non frenat beluā, sibiq; prius damnū afferret exitium. Quòd enim qui tales sunt sibiipsis damnum afferūt, licet audire multos, qui huiusmodi pugnas & lites componunt, dicentes, & eos admonētes. Parce tibiipsi, facis tibi iniuriā. Tale est uitiū, eū q ipm parit solū damno afficit, oia susq; deq; mouens & agitās. Ne ergo uolentes alios ulcisci, ipsi à portu excidamus. Neq; enim si quispiā nauem fracturus, & submergēdus, te interra sedentem contumelijs afficeret, ex eo dolorē caperes, nec è terra excedēs, cum eo esse uelles naufragij particeps. Hoc ergo apud te reputa, quòd qui te contumelia afficit, & probris insectatur, tanquā turbine & procella aliqua agitatus submergitur, in iræ naufragium incidens. Tu autem qui fers fortiter, & in portu & in littore agis suauiter. Sed si ad eandem deferaris contentionem, non illum, sed teipsum demersisti. *Exurge domine in ira tua, exaltare in finibus inimicorum tuorum.* Hoc ita dixit, ostendens quod potest etiam surgere non in ira, ut quādo dicit. Surge domine, serua me deus meus. Cum autē audis, Exurge, nihil corporale suspiceris. Quemadmodum enim sedere, non dictum est in deo corporaliter, ita nec hoc. Tu enim inquit, sedens in sæculum. Quid est ergo quod significat per sessionem?

B firmitatem, immobilitatem, & naturæ stabilitatē, constantiam. Quod quidem significauit etiam per id quod ei ex aduerso opponitur. Cùm enim dixisset, Tu sedēs in sęculum, subiunxit, Vos autem pereuntes in sæculum. Quemadmodum ergo sedere nō est corporale: ita nec etiam surgere, sed illic qui dem stabilitas: hic autem puni endi uis & cōsumēdi potestas. Sedere autem significat etiam nonnun quam iudicandi facultatem, ut quando dicit. Sedi sti super thronum, qui iudicas iustitiam, & Daniel. Throni positi sunt: & sedit iudicium. Est etiam regale sedere, ut quando dicit, Thronus tuus deus in sæculum sęculi. Virga rectitudinis, uirga regni tui. Vnde illud, Sede à dextris meis, significat æqualitatem honoris. Quid est autem, In ira tua? Id quoque ita rursus accipiendum est, ut deo cōueniat, eumq; deceat. Ira enim dei, non est animi perturbatio, sed Punitio. *Exaltare in finibus inimicorum tuorum.* Alius dicit, In ira aduersus inimicos tuos. Alius, In bile eorum qui me affligunt. Alius, In dilationibus alligātium. Hebræus autem id quod est In finibus, dicit

C בעברות יוֹרֵי Vide quō rursus non se ulciscitur, sed hæc dicit pro dei gloria. Non enim dixit solum modo, Puni inimicos meos, uel tuos, sed, Exaltare. Et quomodo exaltatur altus & qui est semper altissimus? Eius enim naturæ altitudo, nec crescit, nec minuitur, est enim perfectus, & nullius rei indigēs, & q semper similiter & eodē modo se habet. Quomodo, ergo, & quanā ratione exaltatur? Exaltatur in multorum mentibus. Quemadmodum sæpe lenitate & longanimitate usus est. Inimici autem existimabāt hoc non esse longanimitatis, sed humilitatis & imbecillitatis. Quocirca etiam humiliatur, non re quidem ipsa, sed illorum cogitatione. Quēadmodū enim sol uidetur esse obscurus & sublustris ijs qui laborant oculis: ita deus uidetur esse infirmus & imbecillus in eorum mentibus. Sed quēadmodum sol ita existimatur, nō est autem sub lustris & opacus, sed est affectio illorum imbecillit atis: ita etiam deus, etiam si hoc existimetur, non est imbecillus: sed id ex illorum insipientia accidit. Quid ergo dicit iustus? Exaltare etiam apud inimicos meos. Persequere, & uires tuas ostēde, ut qui te humilem existimant, ex ijs quæ patiuntur, tuam uideant gloriam uidisti eius institutum, nō id quod sum, sed quod dei est quærentis. Illud autem, In finibus, alij quidem dicunt, In capitibus. Alij autem, nullus fugiat inimicorū. Magna est autem iusti uirtus, quando eosdem habet dei inimicos, & eosdem amicos, quemadmodum magnum uitium, quādo dei amicos inimicos, & inimicos amicos habeat. Quemadmodum ergo deus dicitur habere inimicos, non odio habens, neque eos auersans, sed improbas eorū actiones abhorrens. Ita etiā iustus habet inimicos, non eos ulcisċens, sed improbitatem auersans. *Et exurge domine deus meus in præcepto qđ mādasti.* Alius dicit, In iudicio. Et Synagoga populorum circundabit te. Alius dicit, Circundet te. Et propter hanc in altum regredere Alius dicit. Et supra ipsam in altum conuertere. Hebræus autem illud, super ipsam, dicit וְעָלֶיהָ uealeah, Quid est,

D in præcepto quod mandasti? Vt opem feramus, inquit, ijs qui iniuria afficiuntur, & non negligamus eos quibus struuntur insidiæ. Quòd tu ergo nobis lege constituisti, hoc etiam factis nobis exprime. Alij autem dicunt etiam aliud, quòd iusit non habere odio inimicos. *Et Synagoga populorum circundabit te.* Nihil humanum ne hic quidem suspiceris. Etsi enim tales sunt dictiones, sunt tamen sensa quæ deo conueniant. Quid est ergo, Circundabit te. Pro eo quod est, canet tibi, laudabit te, bonis & honorificis te uerbis affatim prosequetur, Quoniā enim hoc per choros faciebant, in orbem circunsistentes in templo & in altari, & ita gratiarum actiones offerebant: ex ipsa stand forma laudationem eorum significauit. Quod autem dicit, tale est. Persequere, fer auxilium. Hoc te & apud inimicos reddet excelsum, & ut tuus populus multis te laudib? & hymnis afficiat, efficiet. Vide quomodo non, qđ suum, sed quod est dei quærit ubiq;. Vult enim ipsum & apud inimicos & apud suos gloria & honore affici. *Et pro ipsa in altum conuerte.* Pro ipsa. Quanam? Synagoga, inquit, Hoc est, propter ipsam in altum conuerte, exalta nos, extolle nos, fac ut sint res altæ & excelsæ, fac ut sit clarior & illustris, reduce eā

F ad priorem prosperitatem. Vide autem quomodo ubique precibus doctrinam admisceat. Etenim cū prius dixisset, Miserere mei, & exaudi me, conuertit sermonem ad consilium, sic dicens. Filij hominum quousq; graui corde? Et hic cum dixisset, in altum conuerte domine, subiungit. *Dominus iudicabit populos.* Alius autem dicit, dominus iudicabit, docens eos qui omnia casu & temere ferri putant, rebus quandam præesse prouidentiam, quæ eorum quæ fiunt rationem exigit. Iudicium autem hic dicit, & futurum, & præsens. Illic enim ipsum erit & uniuersum, & manifestum, hic autem ex parte etiā sumit pœnas, & socordiores excitās, & infideliores attrahens ad cogitandam uniuersi prouidentiam. *Iudica me Domine secundum iustitiam meam.* Alius dicit, secundum ius meum. Et *secundum innocentiam meam super me. Consumetur nequitia peccatorum.* Alius dicit, peragatur uexatio aduersus impios. Et *dirriges iustum.* Alius. Et stabilies iustum. Qui fit ut q alibi dicat, ne ingrediaris in iudicium cum seruo tuo, hic dicat, Iudica me secundum iustitiam meā? Quòd hoc aliud, & illud aliud. Illic enim dicens, ne

Ὑπὲρ τῆς εἰς ὕπσος ἐπὶ σρεπόμεν pro ipsa in altum cōuerte, uel sup ipsā ὑπὲρ enim est ambiguū συναγωγὴ congregatio. Iob. 4. 22. 34

σύντελ υσθήτω consumatur

Psal. 142.

G ingrediaris in iudicio cum seruo tuo, significat, ne tu mecum iudicio contenderis, ne meam uitam, eā cum tuis beneficijs conferendo, examinaueris. Et ideo subiunxit etiam. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, hoc est, si tecum in iudicio contendat. Hic autem non hoc dicit. Nō uult enim in iudicio cum ipso cōtendere, sed secum. Et ideo dicit, secundum iustitiam meam, hoc est, secū dum iustitiam quæ mea est. Iustitiam autem hic dicit, non aliquem affeciſſe aliquem iniuria, quod dixit superius, si hoc feci, & quæ sequuntur. Idem autem significat illud, secundum innocentiam meā, secundum hoc, inquit, uolo iudicari. Magna est autem etiam hic iusti fiducia. Hæc autem dicit coactus. Et quomodo? Quòd multi stulti, ex ijs, quę patiebatur, malam de eo opinionem ceperant. Multi enim stulti ex ijs quę accidunt calamitatibus solēt etiam uitam criminari. Quod etiam in Iob accidit. Quocirca ei etiam dicebant, cum nihil scirent ab eo male factum. Non digne pro peccatis tuis flagel
Act.28. latus es. Paulum quoq; sceleratum aliquem & ma
H leficum existimabant Barbari, quoniā uipera eius manum apprehenderat, & ideo dicebāt. Seruatum ex mari iudicium non sinit uiuere. Porrò autem Se
Reg.16. mei quoq; Dauid uocabat homicidam, propter calamitatem, hanc nefariam de eo ferens sententiam. Ne ergo idipsum quoque uobis accidat, age de his paulisper disseramus. Multos enim audio dicentes. Si Deus amaret pauperes, nō sineret esse pauperes. Rursus alios. Vbi sunt illius eleemosynæ? Vbi eius benefacta? Ne in his ergo peccetis, de his clare & distinctè dicamus. Si enim homo qui sapit, nec bonos odisse, nec malos amare potest: quomodo tu audes dicere, quòd eos qui sunt in paupertate odit Deus, & si sint uirtute præditi: diuites autem, & si sint uitiosi & scelerati, diligit, maledicū & blasphemum os aperiens? Ne ergo pecces in talibus, disce
Io.14. quid deus amat & odit? Quem ergo amat deus? Eū qui mādata eius seruat. Eum enim, amabo, inquit, & ueniam ad eum, nō eum qui est diues, non eum qui sanus est, sed qui paret meis præceptis. Quemnam autem odit & auersatur? Eum qui præcepta
I non facit. Quando ergo uideris aliquem, qui præcepta eius non seruat: etiamsi sanus sit, etiamsi opibus effluat, refer eum in numerū eorum qui odio habentur. Virum autem bonum & uirtute præditum, etiamsi egrotum uideris & inopia oppressum inter eos qui amantur annumera. Non enim in his consistit amicitia, sed in illis. An non uides etiam in ijs rebus quæ ad uitam præsentem pertinent, Regum amicos in bellis maxima adire pericula, & accipere uulnera, & peregre proficisci? Non audiuisti
Heb.11 quod scriptum est, quem diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium quē recipit? At multi, inquit, offenduntur hæc uidentes. Non propter ipsos, sed propter suam stultitiam. Non datur enim hic nobis laborum remuneratio, sed sunt hic quidem fossæ transiliendæ: post ea autem erunt præmia & coronę. In tempore ergo luctę & certaminis, ne quæras quietem & animi remissionem: nec confundas tempora. At multi sunt, inquit, imbecilliores, sed deus his etiam prouidit, & permisit ut multi etiam iusti hic quoq; in prosperitate agerent, non propter illos, sed propter imbecilliores. Quare si te et offendunt q sunt in afflictione: ædificent rursus qui in quiete uitam degunt, & si te supplantant sce
K lesti qui rebus utuntur secūdis: te erigant & recreent qui torquentur ac puniuntur. Non audiuisti Christum dicentem. In mundo afflictionem habe
Io.16. bitis? Quid ergo quæris quietem, cum ille hæc dixerit? Non audiuisti eum dicentem, Mundus gaudebit, uos autem tristitia afficiemini? Proinde consentaneum esset offendi insipientiores, si ijs quæ dixit euenirent contraria, sin autem omnia eueniunt ex consequētia, cur ergo offenderis? Et cur, inquit, deus ita decreuit? Ne inquire, nec sis nimium curio
Ro.9. sus. Neq; enim dicit figmentum figulo, cur me sic fecisti? Propterea etiā propheta increpabat Iudæos, quòd cū innumerabilibus essent malis referti, dei
Esa.58 uias nimis curiosè scrutarentur, dicens. Scire uias meas desiderant tanquam populus qui fecit iustiam, & iudicum dei sui non reliquit, perinde facientes ac si quis seruus qui offendisset, & innumerabilium esset reus criminum, mittens studium adhibere ut sedetur ira Domini, exigat ab eo rationē, cur sic fecerit. Ne hæc itaque inquiras, prætermittens
L flere, & lugere, & tua peccata abluere. Hæc dico nō quòd non possim rationem dicere, sed uolēs te ab hac nimis curiosa inuestigatione ad salutis tuæ curam traducere. Cur ergo sic iusit? Humano generi parcens. Labores enim hic ubi breuis est uita attribuit, coronas autem in futurum reseruauit, ubi senij expers est æuum, & nunquam finiendum. Et hic quidem labor celeriter, soluitur & præterfluit. 2.Cor.4
Illa autem manent æterna, & nunquam desitura. Alioqui autem exercet etiam animas ad amorem uirtutis. Quando enim uel cum laboribus ipsam eligit, nunquā præmium accipiens, meditatur in eā exactissime affici: quando autem etiam cum uoluptate fugit uitium, supplicium nunquam sustinēs, ad ipsum odio habendum & auersandum exercetur. Vnde fiet ut ex hoc accipiat habitū & odij aduersus improbitatem, & amoris in uirtutem. Est ēt alia ratio. Quænam autem ea est? Quòd afflictionos uel maxime ungit, confirmat, & fortiores reddit ad studium sapientiæ. Et cum hac etiam alia. Quænam autem ea est? Vult nos docere præsentia
M despicere, & non eis esse affixos & alligatos. Propter afflictionem concessit & laborem: quæ autem bona sunt & iucunda, ut facile soluerentur effecit. Cōsumatur nequitia peccatorum, & diriges iustū. Quid est, consumatur? Infer, inquit, supplicium, & cessare facies à uitio. Quemadmodum enim putre
Prou.16 factiones cedunt amaris medicamentis, usturis, & sectionibus, ita etiam à supplicio arcetur improbitas. Cum hæc ergo intelligant, non oportet eos flere qui puniuntur & supplicio afficiuntur: sed eos q peccantes nullas omnino pœnas luunt. Primum enim malum est, peccare: Secundum autē, si peccā tibus nulla adhibeatur medicina. Imò uel hoc primum iure dixerit quispiā, & longè grauius. Quemadmodum enim non graue est ægrotare: sed eum qui ægrotat non curari, nec eum qui putrefactione laborat simpliciter & absolutè deflemus: sed eū qui laborat quidem, sed iacet neglectim, nec habet medicum qui ei manus adhibeat, eum autem qui scinditur & uritur, eum dixerimus iter ad sanitatē ingredi, non respicientes dolorem qui ex sectione, sed sanitatem, quæ ex ea oritur. Ita etiam oportet nos in anima affici: lugere quidem &, destere non

A eos qui puniuntur: trahuntur enim ad sanitatem: sed eos qui cùm peccant, non dant pœnas. Et si pœnæ, inquit, peccata prohibent, cur non, inquit, quotidie damus pœnas nostrorum peccatorum? Quoniam si hoc factum esset, præreptum fuisset humanum genus, & sublatus esset fructus pœnitētiæ. Cō sidera in Paulo. Si ille enim dedisset persecutionis pœnas, & fuisset sublatus: quomodo habuisset tempus agendi pœnitentiam? & post pœnitentiam, faciendi bona innumerabilia, & uniuersum, ut semel dicam, terrarum orbem deducendi ab errore ad ueritatem? Non uides etiam medicos, quando quis multis est affectus uulneribus, non tantam adhibere medicinam quantam postulat natura uulnerum, sed quantam ferunt uires eius qui est saucia tus, ne dum uulneribus medentur, egrotum de medio tollant. Ea de causa deus nec omnes simul punit, nec omnes pro meritis, sed sensim & aliquantum cedens, & sæpe unum puniens, multos per illū castigauit. Hoc etiam sæpe fit in corpore. Vnius mē bri abscisio, pluribus aliis præbuit sanitatem. Vi-
B de autem caritate plenam iusti animam, quomodo ubique quęrit quod est cōiter utile, & ut peccatum
1.Cor.5. de medio tollatur, nō ut sumat pœnas de inimicis, sed ut inimici cessēt ab improbitate. Hoc ergo sem per spectemus ut sistatur uitium, & lugeamus eos qui illo tenentur, etiamsi fericis uestibus sint indu ti, eósque beatos iudicemus qui sunt uirtute prædi ti, etiamsi cum extrema inopia colluctentur, ab externis cogitationem utriusque subeuntes. Tunc. n. uidebimus huius quidem diuitias, illius uerò inopiam. Quid enim si splendida ueste extrinsecus est indutus? Quid differt ab officinis & lignis quæ eā ferunt? Quid est ijs locupletior qui eam uendendā accipiunt? Sed non iusti sunt eiusmodi diuitię, sed firmæ, & stabiles. Quòd si non sentiunt diuites se esse in paupertate? nihil mirum nec ij etiam malum sentiunt qui laborant phrenesi, & propterea sunt maximè miserandi, non beati ducendi. Si enim sentirent, ad medicum adcurrerent, nunc autem hoc est in uitio grauissimum, quòd cum in eo sint, ne se quidē in eo esse sentiant. Ne hoc respexeris quòd
C se esse diuitem lętatur dives, sed propter hoc ipsum uel maximè eum defle, quod ne sentiat quidem in quanto malo uersetur. Non est enim humanū, sed a ratione maximè alienum, propterea exultare. Et diriges iustum. Quid hoc est? Punitis enim malis, inquit, fiunt iusti attentiores. Proinde duo hinc bona oriuntur. Nam & illi à uitio desistunt, & hi ad uirtutem magis accedunt. Quemadmodum enim homo sanus, cum uidet quempiam uri aut secari, redditur attentior ad sanitatem. Ita hic etiam. Et multi eorum qui tunc erant, offendebantur, etiam eorum qui uidebantur seipsos attendere, propter malorum prosperitatem adhuc imbecillius affecti.
Psal.72 Hieron.12 Iob.12.21 Quapropter hic etiam alibi dicit. Propemodum ef fusi sunt gressus mei, quoniam æmulatus sum propter iniquos. Alius autem rursus. Quare uia impiorum prosperatur? Quinetiam Iob multa quærebat eiusmodi. Sed tunc quidem imperfectius affecti, di cebant, hæc dicentes, & quærebant quęrentes, nūc autem nulla est dignus uenia qui his perturbatur: Qui tot & tanta philosophiæ scita didicit, & de futuris talia decreta accepit, & de gehenna & regno apertius edoctus est: & quod illic unusquisque accipiet pro meritis. *Seruans corda et renes deus iustus.* D *Adiutorium meum à domino qui saluos facit rectos corde.* Alius. Examinator cordium & renum deus, iustus defensor meus. Et alius. Deus iustus. Septuaginta autem ita dixerunt. Scrutans corda & renes deus, iustum auxilium meum à deo. Dixit eum esse iudicaturum orbem terræ. Dicit deinceps etiā quomodo sit iudicaturus. Dixit eum nō egere testibus, nō probationibus, non demonstrationibus, non scriptis aut instrumentis, aut alio eiusmodi. Ipse est. n. Prou.20.
qui scit etiam quæ sunt arcana. Ne dicat ergo stul- Hiere.17.
tus quispiam, Et quomodo iudicabit mūdum qui est tantus? Qui enim fecit cum non esset, is factum iudicabit. Renes autē hic dicit mentis arcana, quæ sunt intima, quæ sunt profundissima, ex positura partis. Quid est, scrutans? Quod alius duxit, probans. Et si sint autem humanæ dictiones: sunt tamen sensa deo conuenientia. Quemadmodū enim Paulus, cum dicit, Qui autem scrutatur corda, scru Ro.8.
tari ponit, pro apertè scire, etiam hic scrutans, pro perfectè cognoscere. Porrò autē examinare est etiā E nudare, quod est perfectæ scientiæ, ut etiam dicit Paulus. Omnia autem sunt nuda & resupinata ocu lis eius. Iustum auxilium meum. Alius. Iustus defen Heb.4.
sor meus. Quid est, Iustum auxilium meum à Deo. Nihil enim peto in iustum. Quare si supernum auxiliū impetrare uolumus, ea sunt petenda, quæ etiā iusti habent rationem, ut natura petitionis attrahamus auxilium eius qui seruat rectos corde. Hoc est eius officium, hæc est ei consuetudo. Quoniam ergo nec ego eum iniuria prouocaui, nec ulciscī de fidero: propterea mihi iustum fuerit à Deo auxilium. Hæc ergo cū sciamus, nihil petamus eiusmodi, quod uetet donationem. Quando enim contra inimicos petieris, non est iustum tuum quod pe- Matt.5.
tis auxilium, est enim contrarium legi eius qui præ Ro.2.
bet. Itidem etiam quādo diuitias, quando pulchritudinem, quando aliquid aliud quod ad hanc uitam pertinet, quod præterfluit, & est contrariū philosophiæ animæ, petieris. Petamus ergo ut etiam consequamur. *Deus iudex iustus, fortis, & patiens, & iram non inferens per singulos dies.* Alius dicit, Fremens quotidie. Hebræus autem, In omni uita. Et alius, F
Minans, fremens, non puniens. Quod autem dicit, est eiusmodi. Si est iustus? uolet omnino punire inquos. Si fortis: omnino poterit. Et ubi, inqt, est clemētia, si ex iusto iudicabit? Primum quidem in eo quòd non statim pœnas infligat, uel potius in eo quòd antè omnia remiserit per lauacrum regenerationis. Secūdo autem in eo quòd etiam dederit pœ Roma.8.
nitētiam. Si enim cogitaueris quòd peccamus quo Roma.2.
tidie, tunc maximè uidebis ineffabilem eius clemētiæ magnitudinem. Quod quidem etiam significans, subiungit, dicens, Deus iudex iustus, fortis, & patiens. Dubitas cur cū uelit & possit non puniat: disce, inquit, quòd est patiens, & non inferens iram per singulos dies. Nequis enim stultus existimet qđ propter imbecillitatē non exequitur: ostendit causam dilationis, quòd magna habeat spatia & magnam mensuram patientia. Quia enim propterea mitis est & patiens, te adducens ad pœnitentiam: quando nihil tibi prodest hoc medicamentū, etiā exequitur. Nos ergo quotidie digni sumus qui puniamur. Nisi enim ita esset, nō tanquàm magnum quid posuisset illud, Non inferens iram per singu-

G los dies, sed tanquā rebus quidem hoc postulantibus, Dei autem clementia iustam sustinente punitionem, hoc dicit. Vide quomodo hic etiam ostendit deum à molestia alienum, & iram appellat punitionem. Nemo enim iram infert alij: sed ipse quidem habet iram: suppliciū autem infert alij. Nihil ergo significat aliud quàm punitionem, cùm dicit, Et non inferens iram per singulos dies. Et quomodo dicit per singulos? Ingrediatur unusquisque suā conscientiam, & tunc uidebit. Vt enim prætermittam arcana uniuscuiusque peccata, hæc quidem communia quis effugiet? Quænam autem ea sunt? Quis est dies in quo nō socorditer oremus & cum magna negligentia? Quòd autem hoc etiam ira dignum sit, hinc sciri potest. Dic enim mihi. Si ad iudicem oscitans accessisses, & conuictus esses, nō de te statim sumpsisset pœnas, & misisset in exilium? Certè, inquit, homo enim est. Et quid tū? si homo enim affectus est cōtumelia, non fuerit æquum ut iracatur, ab eo enim contumelia affectus est, qui est ei honore æqualis. Deus autem contumelia affectus, iure suppliciū intulerit. Maius enim est hoc
Matt.12. peccatum eo quod fit in hominem. Et homo quidem hoc facit, quærēs quod suum est: Deus autem quod est tuum. Quamobrem uel hoc nomine iustius ira ſcatur. Non est enim æquale, eos contemnere qui sua quærunt, & eum qui quæ tua. Hoc maiorem enim iram meretur, quando nec ea quidem petiturus quæ tibi utilia, sunt, sapis. Quis est autem q
Galat.3 non fratrem cōtumelia sine causa affecerit? Nec mihi dixeris, seruum affecit contumelia. In Christo. n. nec masculus nec fœmina, nec seruus est, nec liber. Quis te accusauit, nec est mentitus? qui mulierem non aspexit impudicis oculis? qui non inuidit? qui non inani gloria laborauit? qui nō locutus est uerbum otiosum? Hæc autem omnia pœnę sunt obnoxia. Et si in ijs quidem quæ ad uitam pertinent nō uersantes, essemus diligentes in spiritalibus, uenia digni essemus, nunc autem hæc quoque nobis præ repta est defensio, etenim in illis quidem sumus uigilantes: in his uerò planè supini. Ne autem qui audiunt eum esse pati entē, fiant negligentiores, subiunxit. *Nisi conuersi fuerit is, gladiū suum uibrabit.* Alius autem dicit, *Ensem suum acuet. Arcum suum tetendit, & parauit ipsum.* Alius dicit *Intendet. Et in eo parauit uasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.* Alius dicit, *Ad ardendum.* Quid hec dicant qui deum dicunt humana esse forma præditum, ex eo quòd dicatur habere manus, pedes & oculos? Sūt ne in supernis cœli regionibus arcus, & tela, & cos, & gladius, & pharetra? Atqui dicit alius. Dum tu respexisti, turbabūtur à te montes terræ. Et hic ipse, Qui respicit in terram, & facit eam tremere: Quòd siqui terram solū aspicit, lapidum naturam lique facit: quāto magis hoc ipsum poterit in hominibus? Cur ergo qui solo obtutu potest orbem terrarum euertere, imò q sola uoluntate: Qui enim per solam eam fecit uolū tatem, clarum est quod sola potest eam uoluntate tollere: dicitur gladium & arcum habere? Si enim in manu eius sunt fines terræ: & qui in ea habitant, ut locustæ: & omnes gentes tanquā gutta à cado, & tanquā trutinæ momentum reputabitur: iam uerò Angelus quoque ab eo egressus breui momento temporis centum octoginta quinque millia interfecit: Quid dico Angelus? Muscæ, erucæ, & uermes Aegyptiorum exercitum perdiderunt: Vbi illic arcu opus est, ubi gladio? Cur ergo hæc dicta sunt? Propter auditorum crassitudinem, & ut his consuetis armorum nominibus eorum mentem terreant. Cuius enim in manu est omnium nostrorum spiritus, & in facie frigoris eius quis sustinebit: quomodo his armis indiget? sed ut dixi antea, hæc propter Auditorum crassitudinem & tarditatem ita dicta sunt. Quid est autē, Et uibrabit, seu Acuet? Cote ne opus est? & est rubigo in gladio? & quisnam qui sapiat, hæc ita accipere sustinebit, ut dicta sunt? Sed ut antè dixi, per omnia describit punitionē, & procedit ad ea quæ sunt crassiora, ut etiā qui sunt valde stulti intelligant, non esse insistendum dictionibus, sed quę deo conueniant sensa esse ex ijs accipiēda. Quare siquis dubitat qua dē causa excandescētia & ira de deo dicta est: multo magis propter hęc dubitauerit. Sin autem hæc non sunt accipienda ut dicta sunt, sed ita ut deo conueniant: clarum est quòd etiam ira & excandescentia. Crassę autē sunt dictiones, ut auditorum penetrent crassitudinem. Et ideo nec ijs quidem quæ dicta sunt fuit contentus, sed terrorem adaugens adhuc more magis humano procedit. Non solum enim inducit eum habentem gladium, sed etiam armatum. Quia enim non æquè quis metuit audiens acui gladium, & audiens arcum esse in manibus: ex figuris humanis mentem auditorum concutit, dicens. Arcum suum tetendit, & parauit illud, auditorem terrens, simul & patientiam eius & iram indicans. Nō enim dixit, Immisit, nec iaculatus est, sed, Intendit, & parauit, hoc est, est paratus ad emittendum. Et quid miraris si sic in ueteri dictum est, cùm etiam in nouo Ioannes cum Iudæis tale quid dicit. Iam autem ad Luc.3 radicem arboris securis posita est. Quid ergo? Lignicidam ne deus imitatur securi ligna scindētem, & hic & securis accipienda est, & ligna? Absit. Quēadmodum nec paleæ nec frumentū, quando dicit. Cuius uentilabrum in manu eius, & mūdabit aream Mat.3 suam, & frumētum quidem congregabit in aream Luc.3 suam: paleam autem comburet igne inextinguibili. Quę est ergo securis? Punitio & suppliciū. Quę uero sunt arbores? Homines. Quænam uerò paleę? M Mali. Quod uerò frumentum? Boni. Quid autem uētilabrum? Discretio. Ita etiam hic, gladius, arcus, & sagittæ, pœna est & suppliciū. Deinde dilationem, & abesse quidem pœnam, sed non longē, abesse autē, in foribus, per intendisse & parasse ostēdit. Instrumenta autem mortis, dicit sagittas. Quēadmodum instrumenta agriculturæ, ea quibus terra colitur, & nauigationis, quæ ad nauigandum conferunt, & textrinæ, quibus texitur: ita etiam mortis instrumenta, quæ mortem efficiunt. Deinde interpretans quęnam sunt instrumenta mortis, subiungit, sagittas suas, ostēdens celeritatem suppliciį quā do uoluerit. Quid est autem ardentibus? Iis qui puniuntur, Iis qui dant pœnas. Vide quòd omnia per trāslationem & emphasim dicta sunt, & ut per hęc cuncta augeretur timor. Quod enim dicit tale est. Parauit suppliciā ijs qui sunt puniendi. Sed si non sic dixisset, non ita terruisset. Nunc autem cum sagittarum, & gladij, & arcus, & immisionis, & intentionis, & instrumentorum mortis, & incēdij meminit, nominum uarietate metū incussit. Deinde rursus metum consolans, subiunxit, Ardentibus. Ne

σιλλβώσει, mūdabit & reddet lucidum.

τὰ σκεύη in instrumēta, suppellectilē. Ps.103.

Isa.1. Psal.45 Esa.40 4.Reg.19

Exo.3.4. & 5.

K

σὺν μαθὼν dabit, seu ſpiritalibus reddet.

L

Isa.38. Sopho.2. Matt.23. 24. Luc.23.

Ion.3.

Lucidit. ἀστεροπτεύσει. lucidet.

A quis enim insipientior existimaret in omnes eum manus dirigere, & armatum esse, subiunxit, Ardentibus. Quod etiam Paulus significat de magistratu, dicens. Non enim frustra gladium portat. Quòd si in magistratibus gladius hoc facit, & terret: multo magis in deo. Porrò autem hoc est non uulgaris
Rom.13. clementiæ, per uerba terrere, & pœnam amplificare, ne re ipsa eam experiamur. Propterea enim intē dit. Propterea parauit, propterea sagittas imposuit, propterea se parat ad suppliciū, ne ueniat ad suppliciū. Orationem autem reddit grauiorem, per uibrauit quidem seu acuit, suppliciį uehementiam. Per intendit autem, propinquitatem. Per appropin quauit uerò, id quod omnino futurum est, si non fuerint mutati. Per ardentibus autem, reos ostendens, ut per hæc omnia docti, improbitatem repri mant. Quòd si hæc essent furoris & excādescentię, non prædixisset eis quos est inuasurus. Ira enim nō hoc facit, sed contrariū, & maximè quādo ad summum peruenerit, & suppliciō ac suppliciį appara
B tui imminet. Hostes certè, & qui uolut suppliciū infligere, non modo id non dicunt, sed etiam id celantes inuadūt, ne qui sunt puniēdi, si rescierint, caueant. At non sic deus, sed contrà omnino, & prę dicit, & differt, & uerbis terret, & nihil non facit, ut quæ minatur non afferat. Hoc etiam facit in Nine uitis. Nam illic quoq; arcum tetendit, & gladium uibrauit, & iacula parauit, & ictum nō inflixit. An non tibi uidentur uerba prophetæ esse arcus, & telum, & gladius acutus? quando dicit, Adhuc tres dies, & Ninive subuertetur? Sed telum non emisit, non ideo enim erat paratum ut emitteretur, sed ut reponeretur. Nam milites quidē ea de causa armātur, ut puniant. Deus autem nō sic, sed ut cum rediderit metu modestiores, abstineat manum à suppliciō. Ne er go cōturbemur, est enim terror uerborum, maximæ clementiæ, & quò dicit intolerabiliora, eò illa ex maiori dicit māsuetudine. Nam patres etiam quando nolunt punire filios, uerbis irā
Mat.10. 11. attollunt: Ita ipse etiam, quia non uult punire, uerbis metum reddit grauiorem. Dicit etiam se parasse gehennam, ne mittat in gehennam, & ideo etiam
C in euangelijs plura dicuntur de suppliciō quàm de regno. Quia enim in ijs qui minus sentiunt, non tā bonorum promissio quàm tormentorum metus adducit ad uirtutem, & abducit à uitio: propterea in ijs magis immoratur, & ea ponit assiduè. Ne ergo molestia afficiamus, dū grauia uerba audimus, magnum enim lucrum in se continent, sed eius cō siderantes & patientiam & iustum iudiciū, nec de salute desperemus, est enim patiens, neq; tristi animo simus, est enim iustus, hic quidem multā ostendens patientiam, illic autem eos qui non hic lucrifecerunt, experiundo tradens suppliciō. Quod ne fiat, hic iam suppliciū depellamus. *Ecce parturijt iniustitiam.* Hebręus autem pro parturijt. *Concepit dolorem.* Alius, *Et cum concepisset. Et peperit iniquitatem.* Alius, *mendacium. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.* Alius, *Interitum quē fecit.* Dixit deum esse paratum ad suppliciū. Dixit eum immittere suppliciā, hoc castigauit & modestum reddidit auditorem, ut qui supernam iram ei impendere ostenderit. Eum deinceps docet etiam ex rebus ipsis, docens uel ante suppliciū, ipsum uitium esse pœnam. Quod quidem etiā Paulus ostendens, dicebat. Et mercedem quam oportebat erro
D. ris in se recipientes, & adduxit in medium eos qui Ro.1. extrema à uitio passi sunt. Quia enim multi ex crassioribus tunc maximè solent reprimi & moderatio res effici, quando eos qui passi sunt uiderint: propterea ipse quoq; eos adducit in medium. Ita etiam facit Christus, qui cum de gehēna multū differuisset, eos etiam qui illuc mittuntur in medium addu cit, ut diuitem qui erat sub Lazaro, uirgines, eū qui Luc.16. unū talentū absconderat, & in præsenti uita eos q Mat.25. in turri obruti fuerant, & quorum sanguinem Pila 16. tus miscuit in sacrificijs. Ita etiam Petrus cum de ge Luc.13. henna multum differuisset, eos tūc maximè perculit, quando punitos adduxit in mediū, & ante ocu Act.5 los ostendit suppliciū. Quod quidem fecit etiam Act.15 Paulus in mago. Porrò autem hoc etiam alio quoque modo confirmat, quando eorum qui in solitu
1.Cor.10 dine fuerant meminit, sic dicēs. Nolo uos ignorare fratres, quòd omnes. Patres nostri sub nube fuerūt, & omnes in Mose baptizati sunt, & cibum spiritualem comederūt, & potum spiritualem biberūt, sed non in pluribus eorum complacitum est deo, E sed perierunt, & ceciderunt. Quia enim differnit de futuris, de gehenna, inquàm, pœna, & suppliciō, ex præteritis, eorum quoque affert probationem, eos qui puniti sunt adducens in medium, hos quidem à serpentibus: illos uerò ab exterminatore. Quod quidem hic quoq; facit Dauid, uel de Achitophele dicēns, uel de Absalom. Nonnulli itaque dicunt dicta esse de Achitophele. Non enim erat ejusdem dicere, Parcite filiolo meo Absaloni, & post casum, Quis dederit mihi mortem pro te, & hæc nunc di- 2.Re.18 cere. Sed illa quidē dicebat, instigante natura, nūc uerò afflatus à spiritu. Sed siue de Absalone, siue de Achitophele dicta fuerunt, consideranda sunt quę dicta sunt. Neq; enim de personis à me magnopere agendū est. Quid ergo ex hoc loco discimus? Ostēdit quòd qui propinquo fodit foueam, ipse in eam incidet, & quemadmodum mulieres parturientes à doloribus discerpuntur: ita etiam qui facit dolū, priusquàm propinquum iniuria afficiat, ipse discerpitur, & non leui aliquo sed uehementissimo dolore afficitur. Quocirca cùm uellet acerbitatem doloris ostēdere, rem parturitionis nomine appellauit. F Quando enim uult scriptura intolerabilem aliquē dolorem ostēdere, partus doloris eam nomine describit. Proinde alibi dicit, Pariēdi dolores ceperūt Ose.13 habitātes Philistiim, hoc est, timor, tremor, labor, 1.Reg.5 & dolor. Et rursus. Quando autem dixerint, Pax & 1.Thes.5. securitas, tunc eis repetinus imminet interitus, quē admodum dolor pariendi ei quę uterum gerit. Hic duo significat, & esse intolerabile, & esse inopinatum. Et Ezech. Venit dolor parienti, non habet autem uirtutem pariendi, intolerabilem eius timorē 4.Reg.19 indicans. Ita etiam hic propheta. Etsi enim sit quis Esa.ult. millies improbus, non interit iudicium cōscientię, est enim naturale, & à deo ab initio insitum. Etiam siquis millies se ambitiosè iactet & glorietur, instat illud uociferans, castigans, condemnans, & nemo Esa.57. est eorum qui uiuit in scelere, qui non innumerabi 3.Re.21. les dolores sustineat, & de malis consultans, & cōsilium exequens. Quid Achaab sceleratius? sed tamen cum ille uineam concupiisset, considera quā tū dolorem senserit? Itaque cum Rex esset, & omnia dominatu teneret, nec ullus esset qui ei contradice

Gret, quoniam conſcientiæ non ferebat ſententiam, ingreſſus eſt triſtis, humi procumbens, confuſus, uel ipſo aſpectu præ ſe ferens conſcientiæ condemnationem, prædicans in uultu probationem, nec ualens tegere quam animo conceperat triſtitiam. Act. 1 Ita ergo ſuit uel ab uxore deprehenſus. Proditor quidem certe qui in tantum ſcelus impegerat, cum nō poſſet ferre iudicij conſcientiæ dolorem, adaptato ſibi laqueo uitam finijt. Quemadmodum ergo qui improbè uiuit, tanta patitur: ita qui uitam ex uirtute inſtituit, tranquillitate & mente minimè perturbata fruitur. Conſidera autem. Si uoluerit quis ulciſci quempiam, uel prior iniuriā facere: uide quot mala patitur. Furore repletur, ab ira diſcerpitur, mouet innumerabiles fluctus cogitationū, mille uias ingreditur, inuadit timor, pauor, ac tremor, quomodo offendet, quomodo rem perficiet, & ante eū quem eſt iniuria affecturus, ſeipſum perdit. Qui autem iram expulit, ab his omnibus liber eſt, & iure certè. Hoc enim eſt in eius poteſtate, & uniuerſum confecit. Sed illud non itidem, ſed & opportunitate opus eſt, & loco, & dolo, & maleficio, & armis, & machinationibus, & offenſionibus, & adulatione, & ſecuritate, & ſimulatione. Vides quàm res ſit facilis, uirtus, difficilis autem uitium: quemadmodū illa quidem eſt trāquilla, hoc uerò turba & tumultu refertum. Hoc ergo deſcribens dicebat propheta. Ecce parturijt iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Ex hoc oſtēdit iniuſtitiam nō eſſe nobis ſecūdum naturam, ſed eſſe quid alienū, & ideo graue eſt, & donec ab eo fuerimus liberati nobis dolores immittit. Nam fœtus etiam donec ſecundum naturam perficitur, naturę adhęret. Propterea & manet, & dolorem non habet. Poſtquàm autem perfectus fuerit, ſi intus maneat, mora eſt p̄ter naturam. Vnde etiam fiūt partus dolores. Quapropter uexata natura ad eum extrudendum uim affert, ut quæ uniuerſum fecerit ac perfecerit, & ferre non poſſit amplius. Sed illic quidem prius fit cōceptio, & tunc dolor partus. Hic autē primum parturijt, & tunc concepit. Quid hoc autem ſibi uult? Quòd illic quidem in tēpore partus eſt dolor, hic autem dolor eſt à principio. Simul ac enim quiſpiā de malo cōſultauit, etiam priuſquā in cogitatione cōcreuerit, tumult' ac turba eſt in cogitatione. In muliere enim deiectum ſemel ſemen, ipſum etiam formatur. In ijs autem qui dolos conſtruunt, hæc hodie deiecta eſt cogitatio, & cras rurſus alia, & ſunt innumerabiles malorum ſeminum deiectiones, & ſunt ſingulis diebus conceptiones, & partus dolores qui perimunt quæ ea parit cogitationem. Non eſt enim talis partus qualis eſt in mulieribus, ſed quemadmodum in uiperis, uterum diſcerpūt, & latera dilaniantes fœtus procedunt: ita etiam in fraudibus & in iniuſtitia. Sed quantumuis contendamus, nō poterimus oratione explicare moleſtiā ac dolorem quem improbi ſuſtinent. Et ideo dicit quiſpiam. Exhauriet uero malus ſolus mala. Quid eſt enim eo qui inuidet grauius, & dolentius? eo q inſidiatur? eo qui aliena concupiſcit? Quouis carnifice grauius perturbationes hæ mentem excruciāt. Merito ergo dolores partus has uocauit cogitationes. Sed quemadmodum mulieres ex congreſſione pariunt, & ſi ſunt ſana quidē corpora, talia ſunt etiam quæ naſcuntur, ut quæ parentum naturam imitentur: ita etiam in cogitationibus, & ſi cū bonis uerſeris, tales quoque erunt tui fœtus. Sinautē cum malis, & non attendas, magnum illinc quoq; damnum capies. Audi ergo quid dicat Propheta. A timore tuo in utero concepimus, & parturijmus, & peperimus ſpiritum ſalutis. In ijs autem qui ex diabolo: Oua aſpidum fregerūt, & araneæ telam texunt. Fugiamus ergo improbos. Quomodo enim non eſt abſurdum, cum liceat ex dei præceptis & concipere & parere, id nolle, ſed improborum perſequi congreſſiones, ſed perinde facere ac ſi mulier, in cuius eſt poteſtate cum Rege cōiungi, non ſuſtineat, ſed pro illo latronem & murorum perfoſſorem uelit habere coniugem? Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Vſus eſt rurſus translationibus, quemadmodum per partu ritionem dolorem, ita per lacum, difficilem liberationem indicans. Et incedet in foueam quam fecit. Quod alius dicit. Qui fodit foueam proximo ſuo, incidet in ipſam. Porrò autem hoc quoq; quia dei benignitatis & clemētiæ inſidijs talem tribuere naturam, ut retia conuertantur in ipſos inſidiatores: ut ideo deſiſtāt cum propinquis, belligerari, & eis parare inſidias. Hoc etiam in Moſe accidat. Qui. n. eſſet perimendus, conſeruatus eſt. Pharao autem puiam quam aduerſus infantes machinatus eſt, per eam perijt. Cū enim iuſſiſſet infantes interimi coegit matrem Moſis infantem propter metū exponere. Cum autem filia Pharaonis fiſcellam ſcirpeam de fluuio ſuſtuliſſet, & infantem inueniſſet, eum nutrijt, auctus autem ille omnes perdidit. Hinc & dei maxime elucet ſolertia, & improbis magna caſtigatio, & ijs qui effugiunt uoluptas. Ita etiam in Ioſeph accidit. Cū enim eum fratres in ſeruitutem conieciſſent, paſsi ſunt quæ paſsi ſunt, & eum quidem nihil læſerunt, ſed etiam iuuerunt: ipſi autem tragœdiam illam ſuſtinuerunt. Cum multa autem poſſint dici eiuſmodi, conſidera etiam in alijs. Aliena inuaſit aliquis, ſeipſum perdidit. Eum enim in cuius bona inuaſit ſæpe etiam iuuerit, ſuam autē animam prodidit. Fecit aliquis iniuriam, enſe ſeipſum confodit. Non enim male affectum eſſe, ſed male afeciſſe, hoc uero eſt male pati. Et ideo Paulus quoque ſuadebat iniuria potius affici quàm afficere, & Chriſtus alapis impeti, & non contra impetere, ſed etiam ſeipſum ad patiendum offerre. Hoc eſt maximæ uirtutis, hoc efficit tolerātiam, hoc fortem reddit animam, hoc omnibus animi perturbationib' potentiorem efficit. Quj enim alij iniuriam facit, uel eum uerberat aut contumelia afficit, ipſe prius ab animi perturbatione uictus, & in ſeruitutem redactus, tunc uidetur proximo iniuriam facere, ipſe autem grauiora paſſus eſt, in extremam redactus ſeruitutem. *Conuertetur dolor eius in caput eius, & in uerticem ipſius iniquitas eius deſcendet.* Et de Achitophele & de Abſalone hęc dicta eſſe dicunt. Vtriuſq; enim caput deſcendit ad ſupplicium. Ille enim laqueo uſus uitam finijt, hic uero cum ſub arborem ueniſſet, & coma fuiſſet ſuſpenſus, illic longo tempore pependit. Ita etiam Iudas laqueo uitam finit, ſciens ſe hæc omnia feciſſe in malum ſui capitis, & Achitophel cum animaduertiſſet omnino futurū ut Dauid uinceret, ſeipſum ſuffocauit. Abſalon autem inuitus pependit, & non ſtatim de medio ſublatus eſt, ſed tanquam in iudicio prius ſuſpenſus

A eſt, & ligno affixus, & deo è ſuperius ferente ſententiam longo tempore pependit, à conſcientia deinceps flagellatus. Ipſe enim cupiebat in patris gulam dexteram intingere. Pater autē uel ſic rogabat mili tes ei parcere. A uana autem gloria quod dixit erat adeò alienum, ut etiam poſt mortem eū lugeat, & ut ſcias quod factum eſt non fuiſſe humanæ induſtriæ, ſed totum fuiſſe humani iudicij capilli & lignum eum alligarunt, & brutum eum animal tradidit, & pro ſune quidem coma, pro ligno autem arbor extitit. Pro milite autem eum adduxit mulus. Conſidera autem id quod eſt admirabile. Cū hæc paſſus eſt, nemo ſuorum ad eum accedere auſus eſt, cum tantum fuiſſet ſpatium. Hoc autē deus prouiderat, ut neq; detraheretur, nec uinctus ad patrem afferretur, quoniā paterna uiſcera ei parci uel le ultra modum indicauerant, & quod eſt admirabilius, qui patrem ei reconciliauit, is ipſum interfecit, propemodum inſtans uehemens accuſator, ſed is quidem eum occidit. Deus autem tulit ſententiā. Quòd enim è ſuperis lata ſit ſententia, audi quo-
B modo id ipſe oſtenderit. Cùm enim dixiſſet, & in uerticem ipſius iniquitas eius deſcenderet, dicit.

Confitebor Domino ſecundum iuſtitiam eius, & pſallam nomini Domini altiſſimi. Gratias agam, inquit, non aliorum gaudens cædibus, ſed dei ſententiam ſuſcipiens. Et quis poteſt ei gratias agere ſecundum iuſtitiam eius. Quis autem eum laudabit ſicut eſt? Nullus. Quid eſt ſecundum iuſtitiam eius? Pro eo quod eſt, propter iuſtitiam eius. Et pſallam domino altiſſimo. Eius eſt enim uictoria, eius trophea, non mea. Quemadmodum enim in bellis, cum rex uicit, choros ducentes canunt, laudes in eum conferentes, ita ego quoq; faciam, inquit, propterea nō dixit, confiteor, ſed confitebor, ſignificans quòd nec poſt quam eſt aſſecutus, bonorū obliuiſcitur, nec fit negligentior, ſed eſt diligens, & uigilat, non quòd deus ijs indigeat, ſed quod hoc ſit nobis utile & commodum. Quemadmodum enim accipie-
Pſal. 49. bat ſacrificia, nō egens ſacrificijs: Si enim eſuriero, inquit, non dicam tibi: ſed homines deducens ad eius honorem: ita etiam hymnos laudesq; ſuſcipit,
C noſtra laudatione non egens, ſed noſtram ſalutem deſiderans, deo enim magnæ curæ eſt ut in uirtute creſcamus. Nihil autem æque facit in uirtute creſcere, atq; cum deo aſsidue uerſari & colloqui, eiq; perpetuo gratias agere & pſallere. Pſallit autē deo iuſtum eius iudicium admirās, & patientiam. Et ubi, inquit, eius eſt patientia interfecto tyranno? Longe certè maxima. Longo enim tempore eum dimiſit, ut ueniret ad pœnitentiam, & regiam tenēdam dedit, ut cū uideret domum in qua creuerat, & educatus fuerat, & patris ſigna, ad pœnitentiam ueniret. Si enim non fuiſſet immanis beſtia, nec cor habuiſſet lapideum, omnia illa ſufficiebant ad illum reducendum, menſa cuius cum patre erat particeps, domus, ſedilia ubi uerba eum reconciliauerant, cū talem cædem feciſſet. Cum his erāt etiam alia, quæ ad eum emolliendum ſufficiebāt. Audiuerat enim eum exulem ſedibus incertis errare, & mala grauia tolerare. Quòd ſi ne hæc quidem eum molliebant, oportebat ea quæ Achitopheli ſ euenerant eum caſtigare, laqueum, mortem, ut per hæc omnia ueniret ad pœnitentiam. Neq; enim ignorabat quæ amico acciderant. Quam autem culpam in patrem cō

D ſerens, hæc faciebat? Quòd eum ab aſpectu remouit? Sed eo nomine debebat eum admirari & ſuſci- 2. Reg. 13
pere, quòd cum ſ. atrem interfeciſſet, eum molli & leni animo tuliſſet. Sed cum nihil ei poſſet dare crimini, ſed importuna teneretur cupiditate, idq; cùm pater eſſet iam ſenex, & eſſet expectatio in foribus, ne tāntillum quidem expectauit. Quomodo autem non cogitauit, quòd etiam ſi uiciſſet, miſerrimam omnium uitam eſſet acturus, cum eſſet ſceleroſus, immundus, & execrandus? Vbi nunc ſunt qui deflent paupertatem? Qua non paupertate, quo non morbo, quo non dolore ſunt hæc longe grauio. a? Nihil tale dixit apud ſe, neq; indignatus eſt, nec lamentatus eſt, dicens, Egregiam uero refero mercedem, qui in eius lege die & nocte meditor, qui cum in tanta eſſem authoritate, nūc ſum omnium abiectiſsimus. Qui peperci inimicis, in petulantis filij ſum manus traditus? Nihil tale dixit, nec cogitauit, ſed omnia ſapiēti & forti animo ferebat, in his quę fiebant unam habens conſolationem, quod Deo hæc ſciente fierent. Quemadmodū tres quoq; pue- Dan. 3
ri dicebant. Sin minus: Notum ſit tibi Rex, quòd E
deos tuos non colimus, & ſtatuam tuam auream quam ſtatuiſti non adoramus. Siquis autem eis dixiſſet, & qua tandem ſpe morimini? Quid expectantes, quid uero ſperantes poſt mortem, poſt ignem. Reſurrectionis enim nondum erat expectatio, auduiſſet. Hæc ē maxima remuneratio, mori propter Deum, ita hic etiam maximum exiſtimabat ſolatium, deum hæc ſcientem non prohibere. Amator enim uel millies pro amica moreretur, quāuis poſt mortem nihil ab ea expectaret. Ita etiam nos oportet non propter regni expectationem, nec propter aliquam ſpem futurorum bonorum, ſed propter ipſum deum omnia pati. Sed ſunt multi adeo ignaui & ſupini, ut ne cum mercede quidem uirtutem expetant. Et deus quidem qui regnum promittit, non Mat. 19.
auditur. Qui gehennam autem procurat, Diabolus 25.
amatur. Quid hac eſt inſānia grauius? Quid autem dixi procurare gehennam? etiam ante gehennā, hic dolorem, riſum, & ignominiam, & innumerabilia adducens ſupplicia, multos habet qui ad ipſum ac currunt. Conſidera quomodo adulter uel ante gehennam eſt omnium miſerrimus, omnia ſuſpicās, F
uel ad umbram contremiſcens, ad nullum liberis reſpiciens oculis, ſed omnes pertimeſcens & qui ſciunt, & qui neſciunt, acutos uidens gladios, impendentes lictores, iudicia. Quid tale habet temperantia, etſi labores habeat innumerabiles? Non eſt ſemper in uoluptate continens, in dolore autem ſemper eſt adulter, etiam in tenebris. Ita etiā uidere poſſumus in alijs, qui uincūtur ab ira, & qui iram uincunt, in ijs qui rapiunt, & in ijs qui ſua propter deū donant, uel, Vt uerius dicam, profundunt. Hi enim ſedent in portu. Illi uerò in præſentium malorum euripum detruſi, quotidie circūcurſant. Præter hęc autem, quando qui eſt maximè auarus præſentia bona non ſatis ducit ad fruendum, & mortē timet imminentem: conſidera quanta patitur? At nō qui eſt uirtute præditus, ſed tunc gaudet & oblectatur, cum eius non pereat ſed potius terminet & efflorescat fruitio. Adulteris itaque & incontinentibus & auaris & helluonibus ſenectus affert ut ab illis fruendis excidant? Bonis autem maio rem fruendi facultatem. Quare uel ante gehennā hoc uel ad men

tem uexandam sufferecerit. Hæc ergo cogitantes, fugiamus uitium, sectemur uirtutem, Deum amemus non propter ea quę sunt eius, sed propter ipsum. Ita enim in præsenti uita ingrediemur uia quæ ducit ad uirtutem, quæ est angusta quidem natura, sed uiatorum uoluntate & instituto lata redditur. Ad cuius fastigium cacumen nobis detur peruenire, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi: cui gloria in secula seculorum, Amen.

Matt. 7
Pro. 4

IN VIII PSAL.

In finem pro torcularibus. Alius. *Epinicion pro torcularibus. Alius uictoriæ effectori, pro githithide. Hebræus autē* עַל הַגִּתִּית *Lamnatzeah al hagithith.*

Omine dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Alius, *Quā magnū nomen tuum.* In priore psalmo dixerat, Cō fitebor domino secundum iustitiam eius, & psallā nomini domini altissimi, hic implet quod promiserat, ei hymnum offerēs. Et in illo quidem sunt ea quæ dicuntur, tanquàm ex una persona. Domine enim deus meus, inquit, in te speraui, saluū me fac. H Hic autem, tanquàm ex persona multorum. Domine enim, inquit, Deus noster, quàm admirabile est nomen tuum. Sed præbete silentium, & attentè audite. Si enim cum in theatro chori canunt satanici, summa est quies & maximum silentium, ut pernicioſa percipiantur cātica: hic ubi Chorus quidem est ex uiris sanctis: qui autem chorū ducit, est propheta: canticum autem ac melodia non est ex operatione satanæ, sed ex gratia spiritus: qui autem canitur, non est dæmon, sed deus: quomodo non est summum adhibendum silentium, & cum uenerātione & summa reuerentia audiendum? Chorum enim ducimus unà cum supernis potestatibus. Supernorum enim chororū, Cherubim, & seraphim, hoc est munus, deum assidue laudare & hymnis celebrare. Ex his choris etiam in terra apparuerunt cum uigilantibus pastoribus canentes. Audiamus ergo hoc quoque cāticum. Qui terrenum quidem regem laudant, cum eo loquuntur de imperio, de trophæis, de uictoria, & dicunt gentes quæ ab eo uictæ sunt, uocantes eos expugnatores, & barbaro I rum uictores, & quæcunque sunt eiusmodi. Huiusmodi canticū canit etiā hic beatus, narrat enim uictoriam, & trophæum, & bella confecta, non quidem talia, sed his multo difficiliora. Vide autem quomodo incipit. Domine deus noster. Aliorum enim, qui non credunt in ipsum, uno modo est dominus. Noster uerò duplici ratione, & quòd ex ijs q̄ non erant fecerit, & quòd agnoscatur à nobis. Et ui de quomodo statim à principio ponit summam beneficij. Si n. didiceris quomodo, dominus tuus factus sit: quòd abalienatos, & inimicos, & morte affectos familiares effecerit, & uiuificauerit, pulchre uidebis summā beneficij. Hoc ergo admirans propheta dicit, Quàm admirabile est nomen tuū. Hoc est ualde admirabile. Quàm admirabile autē non dixit, neque enim dimetiri potuit: sēd tantum amplificationem & hyperbolem attulit. Vbi sunt qui dei essentiam curiosē perueſtigant? Si enim cū nomen eius dixisset, adeo admiratus est ut obstupesceret: quomodo uenia eis dabitur qui se dicūt nosse dei essentiam? cum propheta ne quàm sit quidem admirabile eius nomen cognoscere potuerit? Quàm admirabile nomen tuum? In nomine enim K tuo mors uicta & fracta est, uincti sunt dæmones, 1. Cor. 15. cœlum apertum est, fores paradisi patuerunt, spiritus demissus est, serui facti sunt liberi, inimici filij, Ephe. 4 Act. 4. alieni hęredes, homines, Angeli. Quid dico Angeli? 2. Cor. 5 Deus homo factus est, & homo deus, cœlum accepit naturam è terra sumptam, terra eū susceptit qui Act. 2 Ro. 8. sedet super Cherubim cum exercitu angelico, quæ Ro. 5. intercedebat maceria diruta est, sublata est sepes, Tit. 3 quæ diuisa & disiuncta erant unita sunt, tenebræ Io. 1. sunt extinctę, lux resplēduit, mors absorpta est. Hęc Ephe. 2 omnia cogitans, & longè his plura propheta, excla Io. 1. mat dicens, Quàm admirabile est nomen tuum in 1. Cor. 10 uniuersa terra. Vbi nunc sunt Iudæi, qui sunt impudentes aduersus ueritatem? Lubenter enim eos interrogarem de quonam hæc dicūtur. De omnipotente inquient, sed non erat nomen eius admirabile in uniuersa terra. Testatur Esaias dicens, Propter Esa. 52. uos blasphematur nomē meum inter gentes. Si autem qui eum colebant, in causa erant ut ipse blasphemaretur, ubi erat admirabile? Quòd enim natura sit admirabile, clarum est, apud homines autē non erat tunc pluribus admirabile, sed etiam uile L & aspernandum. Sed non sic nunc, sed quando accesit unigenitus filius, ubique nomen eius admirabile cum Christo. Ab ortu Solis, inquit, usque ad Psal. 112. occasum glorificatum est nomen meum in gentibus. Et rursus. In omni loco offertur incensum no Mal. 1. mini meo, & sacrificium mundum. Vos autem ip- Esa. 11. sum prophanatis. Et alius. Impleta est uniuersa terra cognitione domini. Et rursus. Venient dicentes, Hier. 16. patres nostri falsa idola possederunt. Vides hæc omnia dicta esse de filio, factum est enim eius nomē admirabile in uniuersa terra. *Quoniā Eleuata est magnificentia tua super cœlos.* Alius. Qui posuisti laudem tuam super cœlos. Quia enim terrę meminit, transfert etiam orationem in cœlum, quod semper consueuit facere, ostendens uniuersum orbem terrarū laudare suum dominum. Hoc etiam hic ostendens dicit. Admirabile infrà, admirabile suprà. Non solum enim homines sed etiā Angeli laudant ea quæ facta sunt, & pro eius in homines beneficijs agunt gratias, quod etiam fecerunt in principio, cum in Luc. 2 terris choros duxerūt. Vel hoc ergo dicit, quòd ca- M nunt etiam Angeli, uel uult eius ostendere magnitudinem. Quando enim scriptura uult aliquid magnum dicere, distantiam horum elementorum ad Psa. 102. ducit in medium, ut quando dicit. Secundum alti- 16. tudinem cœli à terra. Et rursus. Quantum distat ortus ab occasu, longè fecit à nobis iniquitates nostras. Hic ergo admiratur, quàm magna sint & quā grandia quæ facta sunt. Omnia enim infimā substantiam effecit omnibus superiorem. *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem.* Alius. *Ex ore infantium fundaſti fortitudinem.* Alius. *Conſtituiſti robur.* Quod autem dicit, est eiusmodi. Potentiam tuam ex hoc maxime ostendisti, quòd uires imbecilles moueris, & linguam balbutientem ad illam glorificationem claram & expeditā feceris. Quæ enim Mat. 21 fit à pueris in templo, hymnorum decantationem hic dicit. Et quamnam ob causam, aliis prætermissis miraculis, mortuorum resurrectione, leprosorū mundatione, Dæmonum expulsione, nunc puerorum miraculi meminit? Quoniam illa quidem etiā antè facta sunt, etsi non sic, tamen facta sunt, & ali-

A quid inter se commune habuerunt, licet non mo- D
4. Reg. 4. 4. Re. 5. Luc. 16 dum. Suscitatus est enim mortuus sub Heliseo, & leprosus mundatus, & Dæmon à Dauid expulsus est, quando Saul inuadebatur à Dæmone. Chorus autem infantium lactentium tunc primum? locutus est. Ne ergo impudenter se gereret Iudæus, dicens hæc dicta esse de ijs quæ facta sunt in ueteri, elegit signum quod tunc primum & solum factum est, & alioqui quæ fiebant erant figura ac typus Apostolorum. Nam cum ij essent ualde infantes, & ipsis piscibus magis muti, uniuersum orbem terrarum irretierunt. Quòd autem hoc sit maxime dei uirtus & potentia, uide etiam prophetam hoc de patre dicentem. Cum Mose enim loquens, dicit, Quis fecit mutum & surdum, uidentē & cæcū. Et rursus. Qui dat linguas expeditas ijs qui sunt impeditioris linguæ. Et rursus. Dominus dat mihi linguam disciplinæ ut sciam quando oporteat loqui sermonem. Iā uerò dicit etiam in principio. Agite descendamus, & confundamus ipsorum linguas. Magna ergo est & ualida demonstratio. In alijs enim, etsi præter ra B tionem, aliqua tamē suspecta habebāt qui sunt imprudentes, hic autem nihil potuerunt dicere, cū ipsa per se nuda natura contenderet. Et ideo non dixit simpliciter infantium, nequis innocentes & simpliciores eum dicere putaret, sed subiunxit, Et lactētium, ætatem cibi adiectione exprimens. Nō enim dixit solummodo infantium, sed etiam ubera sugē tium, qui nondum solidi cibi fuerunt participes. Non est ergo hoc solum admirabile, quòd uocem eámque claram & expressam emiserint, sed etiā qd plenam bonis innumerabilibus. Quæ enim Apostoli nondum nouerāt, ea pueri laudibus hymnisque celebrabant. Ex hoc etiam aliquid aliud significat, nempe oportere eos qui ad dogmata accedūt animo pueros effici. Siquis enim non susceperit re Mat. 18 gnum cœlorū, ut puellus, inquit, non potest ipsum ingredi. *Propter inimicos tuos.* Dicit etiā causam cur hoc miraculum factum sit. Alia enim non propter inimicos facta sunt, sed ut accedentes beneficium acciperent, & alij docerentur. Hoc autem non solū propterea factum est, sed ut obstruerentur ora inimicorum. Quos etiam alius clarius significans, di- C cit, Propter alligantes te. Si enim eum alligarunt ductum ad crucem. Vt *deſtruas inimicum & ultorem.* Vt compescas inimicum, & qui seipsum ulciscitur, populum: hic dicens Iudaicum. Christum enim expellebant ut inimicum, præse ferebant autem hoc facere, tanquā patrem ulciscentes. Et ideo hanc illis excusationem auferens, dicebat. Qui me odit, odit & patrem. Et rursus. Qui credit in me, credit in eū qui me misit, honori suo & iniuriæ semper, patrem coniungens: Vide autem quàm accuratè locutus sit propheta. Non dixit, Vt punias, sed, ut destruas quod alius clarius significat, dicens, Vt cessare facias, hoc est, ut eorum de medio tollas impudentiā non ut doceas, laborabant enim morbo, qui corrigi non poterat. Cùm ergo tale uiderent miraculū, & nihil possent contradicere, in ipsum conuertebā tur, dicentes, Non audis quid ij dicāt? & cum oporteret deinceps adorare & admirari, erant ualde perplexi & incerti quid agerent, & cum deberent unusquisque inter se dicere, Non audis quid hi dicunt? id seipsis dimisisis Christo dicebāt. Et cur nō emissa est uox Angelorum? Quod illud quidem uisum seu spectruu eis potuisset uideri, ad hoc autem nihil poterant contradicere. Quid autē dicebant pueri? nihil graue, aut importunum, nec quod eos iure posset percellere, sed quod eius cum patre consensionem maximè significaret. Benedictus, dicebant, Matt. 21. qui uenit in nomine domini. Tunc ergo eorū coercuit impudentiam, postea autem urbe quoque eorum euertit, nec est ulla pars totius orbis terrarum quæ sit Iudæorum calamitatis expres, sed quemadmodum qui corpore est mutilo, undiquaque circū cursat, sua uulnera ostentans, & quemadmodū Iudices, cū multos homicidas de medio sustulerint, unum furcæ affigunt. Vt uel ipsis mortuis, tanquā recenter inflictum supplicium, uiuos coerceat & in officio cōtineat, ita hic etiam non mortuos sed uiuos omnibus exemplum proposuit, eos quoquouersus dispergens, & qui unam habitabāt regionē nūc sunt dispersi per totum orbem terrarum. Et si causam rogaueris, nullam aliā inuenies, quā quod Christum crucifixerint. Cur enim dic mihi hoc ita factum est? Sed etsi id aliquando factum est, in unā E gentem exterminati sunt, & ad paucos annos. Nūc autem non sic, sed infinito supplicio puniuntur. Et si eos rogaueris, Cur Christum crucifixistis? dicūt, Quòd esset impostor & pstigiator. Vos ergo oportebat propterea honorari, & fines uestros propagari, ut qui deo fecisset rem gratam. Qui enim impostorem, & præstigatorem, & dei aduersarium de medio sustulerit, is dei hostem sustulit. Qui autem ho Nu. 25. stem sustulit, is iure optimo laudetur. Nunc autem Phinees quidem, quod unam meretricem interfecit, tantam laudem à deo est consecutus, ut sacerdotio & tanto honore dignus habitus fuerit. Vos autem quos multo maiori honore affici oporteret, si modo impostorem occidissetis, non modo nullo honore afficimini: sed, quod longe est grauius, errones, & exules, nullámque certā sedem aut patriā Esa. 63. habētes, huc & illuc obitis. Hoc ergo nulla alia de Io. 8 causa passi estis, quā quòd præsidem, & benefactorem, & ueritatis doctorem crucifixistis. Si fuisset. n. impostor, ac planus & dei aduersarius, & cū deus non esset, uoluisset esse Deus, & patris honorē ad seipsum attraxisset: & Phinee, & Samuele, & illis oi- F bus oportuit uos magis honorari, qui legis defendendę tantum zelum ostenderitis. Nunc autem qd nūquam passi estis cum idola coleretis, cum impij essetis, cū filios interficeretis, hæc nunc passi estis, & nulla datur ratio uos liberandi à malis, & errones, exules, uagabundi, & Romanorum legibus seruientes, terram & mare obitis, migrātes, nullásque certas sedes, urbes aut domos habentes, et in seruitutem redacti, & à patria, & à sacerdotio, & omnibus q̄ prius habebatis, expulsi estis, in medijs barbaris & gentibus innumerabilibus dispersi, omnibus hominibus exosi, execrandi, & omnibus ad iniuriam accipiendam expositi. Et merito quidem. Non enim præmia accepistis, quòd dei inimicum occideritis: hoc mera est insania & nugæ. Quæ n. nunc patimini, nō sunt eorum qui dei inimicos occidunt, sed eorum qui amicos interimunt. Sed nos, ò amice, inquit, hæc non dicimus. Propter nostra peccata hæc patimur. Nunc confitemini increduli, & quænam peccata cedo? Nunquid nunc primum peccastis? nunc certè mitiores & moderatiores eua sistis. Sed nondum hoc agimus, sed uos illud lubē

G ter iterrogarē, quāobrē prius semp peccātes, dei benignitatē & clementiā sensistis, nūc autē nō itidē, &, qd est admirabili⁹, nūc minora pctā cōmittētes. Num.25. Tunc enim, & Beelphegor initiabamini & uitulō Exod.31. adoraſtis, & filios occidiſtis, & filias de medio fu- Psal.105. ſtuliſtis, idque cum uobis signa abunde ſuppete- Ezec. 16. rent, nūc autem cum nec uideatis mare diuidi, nec Exod. 14 petram frangi, nec adeſſe prophetas, nec ueſtri con & 17. ſuetam ſentiatis prouidentiam, maior tamen appa ret probitas & uitæ moderatio. Quænam est ergo cauſa, quod quādo minus peccatis, & maior est ueſtra modeſtia, maior est pœna ac ſupplicium? An non uel ſtultis clarum est, id ideo fieri, quoniam maius est ueſtrum nūc peccatum? Quandiu enim Matt. 23. in ſeruos peccaſtis, ueniam eſtis aſſecuti, ut cū pro- Act. 7 phetas interficeretis, & lapidibus impeteretis, ſed Hebr. 11 poſtquam manus in dominum iniecistis, uobis de inceps euaſit ulcus immedicabile, & ideo quadrin genti iam anni præterierunt, ex quo ciuitatis uel ip Dan.9. ſum ſolum perijt, ſublatum est ſacerdotium, regnū H abruptum, confuſę tribus, præclara illa & magnifi ca euanuerunt, & ne ueſtigium quidē est apud uos reliquum, quod nunquam antè factum est. Sed in principio quidem cum dirutum eſſet templum, re manebant prophetæ, & ſuppeditationes ſpiritus, & miracula, nunc autem ut clarè intelligatis deū uos eſſe ppetuò auerſatū, ea quoq; ſublata ſunt, & ſeruitus & captiuitas, & rerum omniū euerſio, & qd est Eſa. 64 omnium difficillimum, Dei uos inuaſit derelictio, & seq. et & perinde fecit deus ut ſiquis ſeruum ingratum, ſæ Mat. 23. pe flagris cæſum & non correctum, ueſtibus exu- tum, nudum deſertum, uagabūdum errare permit teret, mendicantem, & undique eiectum. Anteà au- tem res ueſtræ non ita ſe habebant, ſed apud uos erant prophetę & in Aegypto, & Babylone, & in de ſerto. Moſes in Aegypto. Babylone Daniel & Eze- chiel. In Aegypto rurſus Hieremias, & miracula adiecta miraculis clariorq; & illuſtrior gens euaſit ut quæ apud uos captiuis Regibus eſſet ſuperior. Sed nunc illa omnia perierunt, & ſupplicium est grauius prioribus, non ſolum propter longitudinē temporis, ſed etiam propterea quòd eſtis undiqua- I que derelicti. Quanā ergo de cauſa dic quæſo, quā- do plura peccabatis, tanta ueſtri erat cura ac proui dentia: quando autem pro lege zelo accenſi eſtis, paſsi eſtis grauiora? Ex hoc enim deum damnatis iniuſtitiæ, quòd peccatores quidē honoraret, eos autem qui ſe rectè & ex uirtute gerunt contempſe- rit. Si enim impoſtorem, ut dicitis, ſuſtuliſtis, uos re ctè ac præclarè geſsiſtis. Vel ſi iuſtus est deus, ut cer tè est iuſtus, clarū est ueſtra nunc eſſe grauiora pec Pſal. 150 cata. Si autem nec nūc impij eſtis, nec filios, ut antè Hiere. 7. ſacrificatis, quodnam est aliud peccatum, propter & 4. Re. quod grauiora paſsi eſtis? an non est euidēs, quòd 17. cruci facinus est ueluti quidā colophon & ſumma omnia malorum? Hoc uos magis perdidit quàm idolorum cultus, utiluti conflatio, & filiorum occi- ſio. Non est enim conferendum filium ſuum inter- ficere, & dominū ſuum crucifigere. Propterea quā- do filios quidem occidebas, ueniam es cōſecutus: ſed quando dei filium & tuum dominum occidi- ſti, puniris deinceps abſq; ulla uenia. Quot ſunt anni ab exitu ex Aegypto uſque ad aduētum Chri ſti? mille & quingenti puto, & plures. Quomodo er go in his omnibus uos peccantes paſſus est, nunc autem uos abiecit, quādo maximè coronare opor- K tuit, & ſi multa peccaſſetis? Preclarum enim eſſet ue ſtrum facinus, ſi impoſtorem occidiſſetis. Cū hoc autem nunc & ſabbata obſeruare uidemini, & ido la minime adoratis, & alia ſeruare magno ſtudio contenditis. Quādo ergo & uita ueſtra est melior, & tam præclarum, ut dicitis, facinus feciſtis, tunc ultima patimini. Quid hac inſania fuerit deterius, Quid amētia? qd cū uos defendere uelitis, blaſphe- mijs & maledictis deū inſectamini. Si enim quod aduerſus Chriſtum peccaſtis, nō est illis omnibus deterius, ſed id à uobis, ut dicitis, iuſtè & rectè fa- ctum est: cur uos quidem punit uos rectè gerentes, peccantibus autem pepercit? Hoc non ſolum deus, ſed nec ullus homo mentis compos, facere in ani- mum induxerit. Sed quid ad hæc dicunt? Diſiecti ſumus, ut eſſemus orbis terræ doctores. Nugæ ſunt hæc & ineptiæ. Eos enim qui futuri ſunt doctores, ſe prius rectè geſsiſſe oportuit, & tunc ad id mitti, cuiuſmodi fuerunt prophetæ & Apoſtoli, cum au- tem ipſi ſint peruerſi, & omni uitio referti, quomo L do ad docēdum proceſſerint? Videamus ergo qua lis eorū fuerit uita q̄ præceſsit. Inueniemus .n. eos beluis fuiſſe maniores, nā & parricidę, & filicidæ, idolorūq; cultores, & alienorū bonorū occupato- res fuere. eorū autē ſunt plenę prophetię. Ac ueſtrā quidem libidinem ac incontinentiam ſignificans Hier. 5⁰ Hieremias dicebat, Equi in equas inſanientes facti ſunt, unuſquiſque hinniebat ad uxorem proximi. Quid hac fuerit peius immunditia? Non enim ut homines cum ſuis inuicem uxoribus coibant, & ideo eorum furorem appellauit hinnitum, nec eos ſolum arguit fornicationis, ſed eos etiam accuſat adulterij, quod etiam ab eis impudenter admitte- batur, quemadmodum in brutis. Alius autem pro Amos. 2 pheta dicit, Ingreſsi ſunt ad mulierem facientes ue Τέρατα lamenta, filius & pater ad eandem puellam. Propte Τετρὸς rea ergo, dic quęſo, uos miſit doctores, ut fornica- μοιχῶν tiones & adulteria diſcerenus, & quòd oportet pa Exc. 5 trem & filiū idē inire cubile? Quid uerò Ezechiel. Nec ſecundum gentium quidem legitima feciſtis, inquit. Eos ergo qui erant deteriores gentibus, dic mihi, Doctores miſit? Factas autem ab eis cędes qs ferre poſsit? Filios enim & filias mactarunt dæmo- M nijs, & eos combuſſerunt. Hoc autem Dauid quoq; oſtendit, dicens. Et mactarunt filios ſuos & filias Pſal.105. ſuas dæmonijs. Propterea ergo miſit, ut hoc diſce- ret natura hominum, quòd oportet filios & filias mactare dęmonijs. Non erubeſcitis, nec pudore ſuf fuſi uos tegitis, cum huiuſmodi nugas comminiſca- Oſe. 4. mini? Alius enim dicit. Sanguinem miſcent ſangui ni, & execratio, & mendacium, & furtum, & adulte- Hierem. 3 rium fuſum est ſuper terram. Alius autem. Facta eſt Exec. 22. tibi facies meretricis, erga omnes fuiſti impudens. Pſal. 13⁰ Alius rurſus. Principes ueſtri tāquam lupi Arabiæ. Alius rurſus. Non eſt intelligens, non eſt requirens deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt. Egreſsi ergo eſtis ut hæc doceretis, impuden- tiam, amētiam, fornicationes, adulteria, cędes, om- nem uiam improbitatis. Nō ceſſatis nos cogere ue- Eſa. 48. ſtra mala traducere. Vos eſtis qui erigimini ex ute- inuita. 70 ro, & docemini uſque ad ſenectutem. Vos eſtis cæ- interpr. ci, & qui uos inuicem in foueā præcipitatis. Cęcus Pſal. 70. enim, inquit, cæcum ducit, & ambo in foueam ca- Matt. 15. dent. Qui prophetas ſemper habuiſtis, & nūquam facti

A facti eſtis meliores, futuri eſtis aliorum doctores? Luc. 6 Non ceſſatis hæc nugari, & ueſtram agnoſcitis cul- pam? Hoc enim uos ſemper perdet, quòd ueſtrorū malorum nolitis fundamentum cognoſcere. Pro- pterea, quòd faciunt iudices, qui iubent ut eos qui flagris ceduntur ſequantur qui clament, & dicant cur cædātur, ſi fures, ſi raptores: ita etiam deus uos ubique traducens, iuſsit ſequi prophetas qui cau- ſam dicerent ſupplicij. Vbique enim terrarum unà uobiſcum uincti ſunt qui etiam nūc adhuc uobis inclamant. Et ſi in ſynagogas ingrediaris, audies af ſiduè eos hæc uerba dicere. Et Dauid quidē deſcri bens illud, quod latro cinij inſtar habebat, Caiphę iudiciū, dicit uos propterea periiſſe. Cùm enim di- Pſal. 2 xiſſet, Diſrumpamus uincula eorum, & abiiciamus à nobis iugum ipſorum, ſubiunxit. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos. Eſa. 13. Eſaias autem, cum dixiſſet ouem ductā eſſe ad oc- Eſ. 5. ciſionem, ſubiunxit. Et dabo improbos pro ſepul- tura ſua, & diuites pro morte ſua. Et rurſus alibi de uite loquens. Expectaui ut faceres iuſtitiam, feciſti B autem iniquitatem, & nō iuſtitiam, ſed clamorem. Matt. 27. Quemnam autem clamorem? Crucifige, crucifige. Mar. 15. Et ſubiungit. Propterea diruam ſæpem eius, & erit Luc. 23. in conculcationem, & mandabo nubibus ut non pluant ſuper ipſam pluuiam. Nō propterea ergo di ſperſi eſtis, ſed propter ea quæ in cruce auſi eſtis, idq; manifeſtū est ex prophetis. Et ut ſcias Chriſti uirtutem, & ut ex uobis ipſis diſcatis, quæ non di- diciſtis à prophetis, uide res quoque ipſas id teſtan Ezec. 23. tes. Quod enim uos lex non docuit, hoc ex redun- danti copia fecit Chriſti potentia. Quandiu enim legem habuiſtis, & occidebatis, & filios mactaba- tis, & adulterabatis. Poſtquàm autem illuxit ſol iu ſtitiæ, de ueſtris malis multum deceſsit, & modera- tius utam inſtituiſtis, correcti per ueſtram in nos æmulationem. Propterea uos diſperſit ut ſciretis quantam in terris plantarit rempublicā & templū ſoluit, uos uel inuitos à uitio abducens, & ubi tem plum fuit ſolutum, illic etiā Chriſtus ſepultus est, ut propter illius ſepulchrum recedentes, uiderent etiam trophæum illius potentię, & uerbum ſtetiſſe C quod dicit, Non manebit hic lapis ſuper lapidem. Mat. 24. Vbique enim ſunt eius trophæa & monimenta po tentiæ. Sin autem, erat, ut dicitis, impius, & dei ad- uerſarius, etſi inumerabilia peccata feciſſetis, ne ſic quidem puniri oportebat, etſi oportebat, nō tunc, neqs exiſtimaret uos pro illo pœnas luere. An non audiſtis deum dicentem, quando eratis in captiui Exec. 36. tate, Non propter uos facio, ſed propter me, ne meū nomen prophanetur: Atqui tunc erat maior ueſtra improbitas ſed tamen, inquit, ne exiſtiment barba ri me eſſe imbecillum, dimitto ueſtra peccata, & cō ſeruo uos. Deinde tunc quidem uos iniquè uos ge- rentes ſeruauit, ne eius nomen prophanaretur: nūc autem hoc non feciſſet? Si enim uel innumerabilia peccata feciſſetis, uos nihil oportuit pati eiuſmodi ſi fuiſſet impoſtor Chriſtus, neqs exiſtimaret uos il la propter ipſum eſſe paſſos, ſed etiam conſeruatos uos eſſe oportuit, etſi, ut iā dixi, uos pati oportuit, at non tunc. Nunc autē hæc ſimul facta ſunt. Quā- do enim crux proceſsit, paulo poſt exierūt Apoſto li, & difficile bellum aduerſus illam ciuitatem ſuſci tatum eſt, & quod eſt in Euangelijs, uę lactātibus & prægnantibus, & omnia illa, exitum ſortita ſunt, & illud, tunc erit tribulatio, qualis nunquàm antè D fuit, impletum eſt. Nam & mulieres filios comede- Mat. 24. runt, & hoſtes perfregerunt uentrem mortuorum, Luc. 21. & ignis barbaricus eſt omnia depopulatus, & oīa Ioſ. de bel erant plena ſanguine et nouæ tragœdiæ, et uniuer lo Iudai- ſus orbis terrarum refertus erat malis iudaicis. Hęc co. ergo apud uos cogitātes, ueſtrum dominum agno ſcite. An non prophetas occidiſtis? nūquid tale qd paſsi eſtis? Non altaria diruiſtis? nunquid talis uo- bis contigit calamitas? Non uitulum adoraſtis, et Exo. 32. Beelpheegor eſtis initiati, et naturā ignoraſtis? Nun Num. 25. quid tales hoſtes experti eſtis? An no uel in mediis beneficijs immemores & ingrati ſeruati eſtis? Vnde ergo innumerabilia in uos mala profecta ſunt? An non clarum eſt, quòd ex eo quod in dominum auſi eſtis peccare, nō in ſeruos? Vnde nec eſt uobis à malis liberatio, nec erit. Si eſſet enim, eam prædi- xiſſent prophetæ. Nunc autem dixerunt quidem ca ptiuitatem, ſed non reditum, licet bona ſupplicijs aſsiduè admiſcentes, et tēpora definientes. Etenim Hieremias definijt ſeptuaginta annos, et Daniel ſi- Hier. 26. militer 70. hebdomadas et dimidium. Quinetiam & 29 prædictum eſt eos quadringentis et triginta annis E in Aegypto ſeruituros. Huius autē captiuitatis nuſ Dan. 9. quam ſitum eſt tempus, nec finis, ſed relicta eſt ue- Gen. 15. ſtra domus deſerta, et quotidie res ueſtræ deterius Mat. 23. procedunt. Hæc apud uos conſiderātes, et quę bre uiter dicta ſunt fuſius tractantes (Da enim ſapien- ti occaſionē, et erit ſapientior) illorū inpudentiā Pro. 9. immemorémque et ingratum animum poteritis re fellere. *Quoniam uidebo cœlos tuos opera digitorum tuo- rum.* Alius, *Video enim cœlos, lumam, & ſtellas quæ tu fundaſti.* Alius, Paraſti. Alius, Stabiliſti. Cùm dixiſ- ſet, deſtruxiſti inimicos, ſplendidæ huius uictoriæ affert probationem. Tu enim, inquit, q crucifixus es, qui de medio ſublatus, es apparuiſti orbis terra- rum creator & opifex. Propterea dicit, Videbo cœ- los tuos, ſignificans multos non hoc antea cogno- uiſſe, poſtea quidem certè omnes ſcient. Et cur non 1. Tim. 3. uniuerſas orbis terræ partes perſecutus est? Quod eorum quæ uidebantur opportuniora perſecutus, de alijs docere minime opus habuit. Adeò ergo de- ſtructi ſunt inimici, ut qui ab eis expellebatur, & F ab eis de medio ſublatus eſt, omnium quæ uidebā tur apparuerit opifex. Et quare non dixit, Manuum tuarum, ſed, Digitorum tuorum? minimę operatio nis opus oſtendens ea quæ uidentur, & admirabili tatem opificij, quòd ſuſpenſæ ſtellæ non cadant, et ſi natura fundamentorum exigat, ut inferne non ſupernè iaciantur, ſed opifex qui eſt optimus arti- fex, & qui facit admirabilia, in his quæ apparēt plu ra fecit ſupra naturæ conſequentiam. Et quare ni- hil dicit de poteſtatibus incorporeis? Illinc etiam oſtendit eius creationem, quòd tunc cum hoc age- batur ut ipſi diſceret de ijs quę apparebant. Et pro pterea eius quoque, pater, cum fuſq; dęque cum lu dæis loqueretur, nō dicit, Ego feci Angelos & Che rubim, ſed, Ego cęlum extendi: manus mea terram Eſ. 48. fundauit. Dextra mea firmauit, & omnē ſemper ora tionem conſumit in ijs quę apparent, omnia agens ad ſalutem auditorum. Cùm enim eſſent craſsiores magis ducebantur ab ijs quæ uidentur, quam ab ijs quæ ſub uiſum non cadunt. Propterea Paulus quoq; ſemper ingrediens & concionans, ducit exor dium à creatura quæ uidetur, dicens, Deus qui fecit Act. 17.

G cœlum & terram,& mare, & omnia quę in eis sunt, & à pluuijs annuis,& à genere hominū ducit exordium orationis .Si enim dixero eum feciſſe Cherubin , duo erunt mihi probanda quòd ſunt Cherubim, & quòd ea fecerit. In ijs autem quæ uidentur cogor ſolum oſtendere eum illa feciſſe. Quocirca eſt etiam oratio facilior , habet enim uiſum teſtem eorum quæ dicuntur,uidet enim auditor magnitudinem,pulchritudinem , & uſum , conſtantémque ac numeroſum curſum. In hoc ergo eſt ſolum mihi ſtudium ponendum, ut oſtendam id deum feciſſe. Et quare non meminit ſolis,ſed lunæ,& ſtellarum? Hoc cum dixit,illud quoque ſignificauit . Quoniã enim nonnulli à dei opificio noctem ſeparant,per lunam eam oſtendit , dicens eum etiam huius eſſe opificem. Non eſt autem parua ſtellarum uarietas, & lunariũ curſuũ demõſtratio . *Quid eſt homo quòd memor es eius,aut filius hominis quòd uiſitas eum* ? Alius, Quid quòd uiritim eius recordaris? Alius pro uiſitas eum,dicit,Viſitabis . Poſtquã dixit de opificio, & uniuerſum ex parte ſignificauit , inſerit deinceps
H ſermonem de prouidẽtia hominum. Nam illa etiã quæ dicta ſunt,ſunt propter genus noſtrum,quin etiam quę eorum habetur cura & prouidentia,uniuerſa enim creatura propter hominem.Verũenimuero aliud quoque genus pertractat prouidentiæ, & nõ temere ſed ualde prudenter & grate de his dicere aggreditur, pro toto orbe terrarum agens gratias,& uniuerſum dicens beneficium, & oſtendens magnitudinem eius diſpenſationis in hominem. Si enim nihil erat antea : multo magis quando Chriſtus acceſsit poſt tot & tanta peccata , & oſtendit Chriſti aduẽtum ita fuiſſe,ut ei parceret,& is à ſumma proficiſceretur clemẽtia. Nam tanquã optimus aliquis medicus,ęgrotis relictis uenit ad nos qui laborabamus,qui nihil eramus . Hoc ergo oſtendẽs, dicebat,Quid eſt homo? Pro eo quod eſt, Nihil eſt, eſt quid uile . Ad tãtam enim reſpiciens dei curam & prouidentiam , & ad ea quæ fecit pro ſalute hominum,ualde ſtupet & admiratur cur eum tãta ſit prouidentia dignatus . Cõſidera enim eſſe propter ipſum omnia quæ uidentur,propter ipſum quæ ab
I Adam uſque ad eius aduentum diſpenſata & adminiſtrata ſunt.Propter ipſum paradiſus , & præcepta pœnæ et miracula , ſuppliciáque & beneficia poſt legem.Propter ipſum dei filius hõ factus eſt . Quid dixerit quiſpiam futura quæ eſt conſecuturus? Hęc ergo omnia reputans,dicit , Quid eſt homo tantũ, quòd tot & tantis dignus fuerit habitus ? Siquis.n. conſideraverit quot et quanta propter ipſum facta ſunt et fiant, et quanta ſit poſtea percepturus,multo horrore implebitur,et tunc clarè uidebit,quantæ curę deo ſit hoc animal.*Minuiſti eum paulo minus ab Angelis* . Alius , parum à deo . Hebræus autem

וַתְּחַסְּרֵהוּ מְעַט מֵאֱלֹהִים Hic meminit condemnationis,et ueteris peccati,mortem in medium adducens. Quin eam quoque ſoluit,cum ueniſſet,unigenitus. *Gloria & honore coronaſti eum.* Alius , Gloria et authoritate coronabis ipſum, licet quidem hæc et hiſtorice:licet & anagogicè accipere . Dicit enim & eius imperium, quod ei cum factus eſt traditum eſt.Dicit etiam quæ bona conſecutus ſit poſt aduẽtum Chriſti:In principio enim audijt,tremor & metus ueſtri erit ſuper omnes beſtias terræ, & Imperẽt piſcibus maris.Poſt hęc autem Calcate ſuper ſerpẽtes & ſcorpiones . Sed his dimiſsis,contexit orationem ex humilioribus, relinquens illa conſiderãda ijs qui poſſunt cernere acutius . Gloria enim maior & honor ea ſunt q̃ fiunt in nouo teſtamento,quando habet Chriſtum caput, quando eius corpus efficitur, quando ſit frater & cohæres , et conformis eius corpori, quãdo maiorem Moſe accipit gloriã. ſicut ſignificauit Paulus,oſtendens quod non quẽ admodum Moſes imponebat uelamen,ſed omnes reuelata facie domini gloriam contemplamur , & ideo dicit. Non enim glorificatum eſt quod glorificatum eſt in hac parte propter excellentem gloriam.Hanc ergo gloriam dicit propheta per anagogem. Quid enim eſt cum ea conferendum,quando ſimul cum Angelis choros ducimus,quando in filios adoptamur, quando nec unigenito qdem pro nobis parcitur.Qua non purpura, quo non diademate ſunt hæc longè ſplendidiora ? quando mortem irridemus,quando ad poteſtatum incorporea rum impatibilitatẽ traducti ſumus,q̃ prius eramus contempti,inglorij,& execrandi.Adam, cũ nec bono nec mali quid feciſſet,ſtatim honoratus eſt cum primum factus eſt. Quomodo enim feciſſet qui nõ erat?Nos autem qui mala fecimus innumerabilia , longe ſumus maiorem honorem aſſecuti . Non amplius,inquit,dico uos ſeruos . Vos enim amici mei eſtis.Non amplius noſtri cauſa pudore ſuffundun tur Angeli,ſed etiam noſtræ ſaluti deſeruiunt.Nam & ad Philippum uenit Angelus, & ad multos alios & Euangelium nunciabãt hominibus.Non in terræ autem hæredes,ſed ſumus ſocij bonorum cœleſtium,& Chriſti participes,& uenimus ad commu nionem unigeniti . Hæc omnia per gloriam & honorem ſignificat . Quamobrem dicit etiam alius , gloria & honore coronabis eum , prædicens quod futurum eſt . *Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum* . Alius . Feciſti ut haberet poteſtatem operum manuum tuarum . *Omnia ſubiecisti ſubpedibus eius.Oues & boues uniuerſas inſuper & pecora campi* . Alius,feras . *Volucres cœli et piſces maris, qui perambulant ſemitas maris.Domine Dominus noſter quam admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra* . Quemadmodum cum de creatione loquitur,non ſolum ſupernas attingit poteſtates,ſed etiam orationem deducit ad ſenſilia:ita etiam cum docet de honore habito hominibus,cum tãtum ſignificaſſet illa arcana & incorporea , quæ enumerauit, nunc amplius immoratur in ſenſilibus. Quænam autem ea ſunt? Terrenum illi datum imperium.Eſt autem admirabile,& quod maxime ſignificauit,quòd eũ honoratum ante tranſgreſsionem ne poſt peccatum quidem priuauit honore.Minuiſti enim,inquit,eũ paulominus ab Angelis,hoc eſt,morte condemnaſti , cum peccaſſet . Non tamen poſtquam eum morte condemnaſti,dono eũ ſpoliaſti,& propterea poſtquam illud dixit,hoc ponit,oſtendens inenarrabilem dei clementiam,quòd uel diminutum propter ſuam transgreſsionem permiſit eſſe gloriæ honore coronatum,nec ei abrogauit imperium . Si autem parum quid detraxit,hoc eſt etiam eius prouidentiæ.Nam ante inobidiẽtiam dominabatur beſtijs. Poſt inobedientiam autẽ,de hac poteſtate aliquantum detractum eſt . Nam nunc etiam dominatur eis aliquibus artibus,ſed cum timore ac tremore .

A Nam nec totum imperium ſuſtulit,nec totum reliquit,ſed quæcunque erant ei quidem ad alimentũ & exercitium neceſſariæ,ſubiectas eſſe permiſit , q̃ autem ſunt efferatiores,non itidem, ut ex ſua cum illis contentione primi parentis Adæ ueteris peccati admoneretur.Vnde etiam ex eo quòd non ualde nobis ſubijciũtur,magnum lucrum accedit. Quid enim nos iuuaret,ſi leonem noſtrę poteſtati obnoxium & manſuefactum haberemus ? Quid nobis prodeſſet ſi pardum haberemus cicurem?Nihil,niſi ad arrogantiam tantum & ſuperbiam,propterea has quidem permiſit eſſe exẽptas ab imperio, quæ ſunt autem nobis utiles effecit manſuetas,bouem arantem,& ouem amicientem noſtri nuditatẽ corporis,& iumenta apta ad ea uehenda quæ importari aut exportari poſſunt , aues & piſces ut eſſet nobis menſa lautior.Quemadmodum enim cum qs exhæredat filium, non priuat eũ omnibus, ſed parte aliqua,ut ſe corrigat. Ita etiam deus . Immo non ſic,ſed contra potius. Qui enim exhęredat, maiori
B parte priuat,minorem uero relinquit . Deus autem maiori relicta,exigua priuauit portiuncula , idque ad eius utilitatem,ne alia omnia facile ſuperaret . Sed hoc ipſum eſt etiam Dei prouidentiæ . Eius.n. ſapientiam excitans,& arrogantiam deprimens, & intempeſtiuum otium interrumpens. Quoniam ſi ei omnia cum facilitate ſuccederent,ſupinus & diſſolutus euaſiſſet,comparando rerum uſui admiſcu it quandam difficultatem,& nec omnibus cum labore,nec omnibus ſine labore frui permiſit , ſed q̃ ad uſum quidem ſunt ſine labore & ſudore habere permiſit,ſed quæ ſunt ad delicias,cum labore & ſudore,uolens hanc quoq; nobis nimiam præcindi facultatem.Siquis autem dicat, & quis eſt nobis uſus ferarum?Dicemus,Primũ quidem,animæ humilitatem efficiũt,& ut homo ſe exerceat & ad certamen comparet in cauſa ſunt,& uel ualde arrogãtem propriæ naturæ admonẽt, quandoquidẽ bru tum eſt ei terrible.Iam uero laborantibus quoque corporibus multa ex his fiunt medicamenta . Qui hæc autem interrogat curnam feræ factæ ſint , interrogabit etiam cur in nobis ſit bilis & pituita.Nã
C ea quoque ſi incitata fuerint, exeunt fera uehementius ac perniciosius,totiq; corpori exitium afferũt. Porrò autem nobis quoq; ineſt ira & cupiditas , q̃ ipſa quoq; feris grauius nobis incommodum afferunt,niſi ea coerceamus & refrenemus . Quid autẽ dico animum & iram? cum ipſe etiam noſter oculus in peiores quam ferè affectiones nos præcipitet. ut qui nos in amorem acerbum totos defigat.Sed non propterea dicemus,cur hæc facta ſunt,ſed etiã pro omnibus deo gratias agemus. Quod enim eſt puero ſcutica,hoc eſt fera hominibus.Si enim cum uel tot rebus aſperis & difficilibus contineantur , plures tamen in tantum extolluntur arrogantiam, ſi hoc etiam frenum ademeris,conſidera quòd ſit tãdem proceſſura improbitas, ea de cauſa datum eſt nobis corpus adeo ualetudinarium , morbisq; obnoxium,patibile, quod obſidetur à malis innumerabilibus , & terra quæ ſua ſunt producit cum laboribus,& uniuerſa uita plena eſt ſudoribꝰ,quoniam præſens uita eſt ueluti quoddam gymnaſiũ ſeu locus in quo exercentur pueri,otiumq; & remiſſio plures perdit homines,propterea nobis laborẽ & inquietudinem admiſcuit,ut tanquam à quibuſ dam frenis caſtigetur acrimonia mentis & uigilantia. Tu autem conſidera quomodo ea etiam quæ natant per profunditatem aquarum,& quæ ſublime tollũtur,per artem tibi dominus ſubiecerit. Et cur non omnia quæ uidentur perſecutus eſt,plantas,arbores,& ſemina?Ex parte totum ſignificauit, & ſtudioſis de ijs quod dicerent reliquit . Et rurſus in eundem deſinit finem,ex quo cœperat.Domine deus noſter,& ante probationem,& poſt probationem eadem uerba ponens.Perſeueremus ergo nos quoque eadem aſsidue dicere,admirantes eius pro uidentiam , ſuſpicientes ſapientiam,clementiam , quam noſtri gerit prouidentiam. Et hæc quidem à nobis dicta ſunt ad interpretationem. Si autẽ uultis,rem quoque maiori contentione agamus,& Iudæos rogemus , ubi nam uocem puelli emiſerint . Vbi autem inimicum talix uox deſtruxerit, quãdo autem eius nomẽ fuerit admirabile,ſed aliud tempus quàm hoc non poterunt dicere,quod ſole clarius oſtendit uim ueritatis.Et ideo dicit,uidebo cę los opera digitorum tuorum,& tamen iam dixerat Moſes,fecit deus cœlum & terram,ſed aduerſus Iudæos quidem,ſufficiunt & hæc , & quæ ante dicta ſunt.Sed quoniam,qui illorum dogmata,ſi dematur circunciſio, emulantur, Pauli Samoſateni aſſeclæ,dicunt Chriſtum fuiſſe ab eo tempore ex quo ex Maria proceſsit , illos etiã rogemus. Quomodo ſi ab eo tẽpore erat Chriſtus, cœlos fabricatus eſt ? Eundem enim hic eſſe dicit,qui ex ore infantium , & lactentium laudem perfecit,& qui cœlos fabricatus eſt.Si autem eſt cœlorum opifex,reſtat ut fuerit ante cœlos,& nec duxit initiũ ex Maria,immo erat ante Mariam.Conſidera autem Prophetæ ſapientiam Non enim eum ſolummodo inducit opificẽ, ſed etiam fabricantem cũ magna facilitate.Et ideo dicit , uidebo cœlos opera digitorum tuorum,nõ quod habeat deus digitos,ſed minimæ eſſe operationis oſtendens quę uidentur,familiaribus nobis & conſuetis nominibꝰ docens quæ ſunt ſupra nos: Nam etiam quando dicit , Qui metitur cœlum palmo,& terram pugillo: non pugillum & palmũ ſignificans,hæc dicit,ſed uolens dei infinitam oſtẽdere potentiam.Quomodo ergo audent nonnulli filium dicere adminiſtrũ? Qui enim ne uniuerſum quidem ſuam mouit operationem , quando cœlũ facere oportuit.Quid dico totam? ſed qui ne minimam quidem,ſed quod erat uel maxime puſillum quomodo fuerit adminiſter ? Quomodo adminiſter ſi quę facit pater,ea quoq; facit filius ſimiliter? Vbi eſt enim illud ſimiliter,ſi hic quidem eſt adminiſter,ille uero opifex? Quomodo autem dicit eius eſſe opera,aliquado quidem dicens,Domine tu ab initio terram fundaſti , & opera manuum tuarum ſunt cœli,hic uero,uidebo cœlos opera digitorum tuorum.Non enim adminiſtrorum ſunt opera,ſed opificum, & ſiquis ſit adminiſter,non illi attribuitur opus,ſed ei qui fabricatur . Ergo ea etiam quæ ante à Moſe dicta ſunt,dicta ſunt de filio,nempe illud,In principio fecit deus cœlum & terram,& illud,dominentur piſcibus maris.Is enim qui perfecit laudem ex ore infantiũ & lactentium, is uiſitauit hominem . Quæ ergo de patre dicit Moſes,ea Paulus de filio accipit,magnam æqualitatem oſtẽdens. Cum ergo liceat ſanctis, quæ de patre dicuntur, indiſcriminatim filio tribuere, & quæ de filio,

D

E

F

M

patri, omnia enim peripsum facta sunt: ubi admini
stri nomen omnino situm est? Hoc nusquam uide-
rit quispiam. Immo, inquit, dictum est, per ipsum.
Quid quòd hoc ipsum etiam de patre dictum est?
Audi autem quomodo. Fidelis deus per quem uo-
cati estis in societatē filij sui. Et rursus, Paulus Apo-
stolus Iesu Christi per uoluntatem dei. Et rursus.
Quoniam per ipsum, & ex ipso, & in ipsum omnia.
Quanam ergo de causa eum dicitis administrum?
ut patrem honoremus. Atqui dicit filius. Vt omnes
honorent filium, sicut honorant patrem. Qui au-
tem non honorat filium, clarum est quòd nec pa-
trem. Quid ergo, inquit, patrem dicam filium? Ne-
quaquam. Non enim dicit, ut me dicatis patrem,
sed quid? Vt filium manentem honoretis ut patrē.
Quòd si patrem dixeris filium, omnia confuderis.
Manente ergo hac proprietate est honor commu-
nis. Propterea enim dixit filium & patrem, ne con-
funderetis personas seu hypostases. Si autem nō es
set eadem substantia, quomodo æqualem honorē
exegisset? Quanā ergo de causa dicit Christus mul-
ta abiecta & humilia? Et nos docens humilitatem,
& propter indumentum carnis, & propter stuporē
Iudæorum, & quod oporteat genus hominum de-
ducere, paulatim ad cognitionē, & quòd essent im
perfecti auditores, & alioqui sæpe loquitur ad au-
ditorum existimationem. Sublimiora enim sunt ea
quæ sunt solius dignitatis, uel potius quodcunque
de deo dixeris, est longe illa substantia inferius, &
ad demissionem ad auditorumq; captum accom-
modationem pertinet. Quid uis enim dicere? Ma-
gnus deus. Atqui hoc est paruum, si de deo dicatur.
Magnum enim, quātumuis sit magnum, est finitū.
Sed, deus est infinitus. Et hoc etiam paruum est, si
de deo dicatur. Quòd enim finem non habet, scio,
sed quid sit aut ubi sit nescio. Et si sapientem, etsi
bonum dixeris, ea quæ ipsa quoque sunt infinita,
nihil de illa substantia dixisti pro dignitate, sed uer
bo adesse oportet sensum deo dignum. Si hæc ergo
adeo magna dignitatem non ostendunt: quomo-
do uenia digni fuerint qui hæc quoque manca &
mutila efficere conantur? Fugiamus ergo eorū con
uenticula, & cum didicerimus unigeniti ante secu-
la essentiam, opificiam fa cultatem, authoritate prę
ditam potestatem, nec ullam eius esse à patre diuer
sitatem, œconomiæ demissionem, multiplicē eius
in nos curæ prouidentiam, hæc enim omnia, & his
plura, thesaurus qui in Psalmo situs est eos docet q
diligēter attendūt: dogmata exacte custodiamus,
& uitæ institutionem ijs dignam ostendamus, ut
bona futura assequamur. Quibus nos dignos esse
concedatur, Gratia & benignitate domini nostri Ie
su Christi. Cum quo patri unà cum sancto spiritu
honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Ioh. 16 — 1. Cor. 1 — 2. Tim. 1. — Ro. 11.

IN PSALMVM IX.

*In finem pro occultis filij, Psalmus Dauid. Alius, Epi-
nicion pro morte filij canticum Dauid,
Alius pro iuuentute filij.*

*Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo
omnia mirabilia tua.*

Lōgus est hic psalmus.
Hoc autem est etiam sapientiæ spiritus. Ne-
que enim fecit omnes breues, neq; omnes fecit pro
lixos, sed multiplici mēsura hunc librum uariauit.
Longitudine quidem socordiam excitans, breuita-
te autem leuans laborem. Confitebor tibi domine
in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Duplex est genus cōfessionis. Vel est enim proprio-
rum peccatorum condemnatio, uel in Deum gra-
tiarum actio. Hic quidē significat gratiarum actio
nem. Quid est autem, In toto corde meo? Cum om
ni alacritate animi. Cum studio, inquit, Non pro re
rum successu, inquit, sed propter contraria. Hoc n.
est maxime grati animi, hoc sapientiæ studiosi, in
rebus etiā asperis & aduersis gratias agere, pro om
nibus gloria afficere, non solum pro beneficijs, sed
etiam pro supplicijs hoc enim maiorem mercedē
conciliat. In bonis quidem gratias agens, reddidi-
sti debitum. In malis autem, deum constituisti de-
bitorē? Qui enim beneficio affectus est, & agit gra-
tias, reddit debitum. Qui autem male affectus est,
& gloria afficit, is debitum acquirit. Multa alia bo-
na deus & tunc & nunc reddit. Quare nec malorū
quidem sensus ad nos perueniet. Nemo enim de ijs
dolore afficitur, pro quibus deo agit gratias. Quo-
circa aliud quoque hinc lucrisaciemus, quòd ægri
tudinem animi discutiemus. Quando enim priua-
tus fueris pecunijs, & gratias egeris, non tantum te
mordet damnum, quantum lætitia afficit gratiarū
actio. Hoc diabolo certum uulnus infligit. Hoc red
dit animam studio sapientiæ præditam. Hoc de re
bus præsentibus uerum comparat iudicium. Multi
enim homines non habent ueram de his quæ hic
sunt sententiam, & ideo anguntur. Ita etiam qui in
saniunt, ea sæpe pertimescunt quæ non sunt terribi
lia, & sæpe formidant ea quę non subsistunt, & um
bras fugiunt. His sunt similes qui damnum pecu-
niæ metuunt. Non est enim naturæ metus, sed libe
ræ uoluntatis. Si esset enim res molesta, oporteret
omnes dolere qui priuati sunt. Si autem non om-
nes quibus ea perijt dolent, non est hoc utique rei
naturæ, sed imperfecti animi. Quemadmodum n.
in tenebris sæpe quis uel funem timuerit, serpentē
esse rat⁹, & omnia habet suspecta, & amicos hostes
esse existimat: ita etiam quos inuasit defectio ratio
nis, tāquam profundis quibusdam capti tenebris,
rerum naturam non cognoscunt, sed uoluuntur in
luto, nec fœnū existimant esse fœnum, & pleni aua
ritia tetrum odorem non sentiunt. Quod si forte
recesserint, tunc sci ent, & quemadmodum qui de-
formis mulieris amore capti sunt, postquam à mor
bo conualuerint, tunc sciunt deformitatem, ita et
qui tenentur amore pecuniæ. Et quomodo, inquit,
potero cessare ab amore? Vtar rursus eo dem exem-
plo. Quemadmodum qui deformem amat mulie-
rem, si assidue quidem cum ea habeat consuetudi-
nem, accēdit fornacem. Sin autem parum seipsum
seiunxerit, paulatim effluit affectio, ita etiam tu pa
rumper secede, paululum concede, & paruum illud
erit multum interuallum. Incipe tantum rectè face
re. Habes domum superfluam. Vende, & da ijs qui
indigent, non hoc reputans, quòd eam à te alienas,
sed quòd eam magis propriam efficis. Non sumptu
considera, sed redditum, non quòd ea hic priuaris,
sed quòd eius illic dominus efficeris. Ita etiam per-
petuo poteris narrare dei miracula. Hoc enim dicit
psalmus ab initio. Nā qui tenetur amore pecunię,
non ualde potest in ea re uersari, nam perpetuo me
ditatur usuras, contractus, syngraphas, uænalia, te-
stamenta, agrorum pretia, pretia domorum, lucra,
cauponationes & narrare & cogitare nō cessat. Vbi

est autem

est autem thesaurus hominis, illic est etiā cor eius.
Hæc loquitur, hæc meditatur, & quemadmodum
serui ea quæ sunt dominorum meditantur: ita hic
etiam ea meditatur quæ sunt domini. Quid iusit?
Quid perfectum est? Quid nondum perfectum est,
sed est perficiendum? Quocirca te adhortor, ut ab
illa obsessione liberatus, uerseris in his narrationi
bus, narrans dei miracula quæ fiunt quotidie, quę
priuatim, quæ communiter, quæ in omnes, quæ in
unūquenq;. Plena est enim uita his narrationib⁹,
& undecunque inceperis, uidebis luculentum ema
nare procemium, siue à cœlo, siue à terra, siue ab ae
re, siue à brutis, siue à seminib⁹, siue à plantis & ar
boribus, si uelis dona antiqua recensere, si quæ le-
gem anteceſserunt, si quæ fuerunt in lege, si q̄ sunt
in gratia, si quæ post ex hoc loco excessum, si quæ
in ipsa morte, inuenies immensum pelagus narra-
tionum. Quantæ est ergo stultitiæ, cum tot narra-
ri possint per quæ uoluptas, lucrum, & utilitas po s
sit animæ accedere, luto rationē inquinare, de aua
ritia & rapina narrātem? Quòd si uelis, supernis re-
lictis de terra disseram⁹, de eius magnitudine, posi
tione, usu, natura, assiduis parturitionib⁹. reb⁹ uarijs
& diuersis q̄ ex ea gignūtur, seminib. herbis, plātis,
florib⁹ pratis, hortis. Ab his rursus arboris uniuscu
iusq; figurā oratione diuidam⁹, positionē, altitudi-
nē, bonū odorē, fructū, tps, ministeriū, alia oia mē
te reuoluētes, ipsi⁹ terrę & eā q̄ est ferax, & q̄ sterilis.
Eius. n. nihil est inutile. Etenim hęc quidē ferrum:
illa uerò es, hęc aurum, illa tulit argentum, hęc aro
mata: illa uerò medicamenta uaria, & omnis gene-
ris. Quid si dixerit quispiam naturā aquarum, po-
tabilium, salsarum, usum montium, metalla uario-
rum marmorum, fontes qui sunt in ipsis, arbores
quę sunt aptę ad tecta & ædificia. Hæc omnia sunt
fructus solitudinis, hęc & animalia, & omnes feras
alit. Quid siquis dixerit lacus, mōtes, fluuios? Quē
admodum enim mulieres quę pepererunt, fontem
lactis profundentes, natis præbent alimentum: ita
etiam terra hortis & uiridarijs fluuios & fontes tā-
quam mammas porrigens, ea affatim irrigat. Sed in
mulieribus quidem oportet infantem ad mammā
accedere. Hic autem ipsa extendit ubera, undique
ea ex alto demittens. Est etiam alius usus solitudi-
nis, est enim aptior ad sanitatem corporis, ut quæ
præbet puriorem inspirandum aerem, & uniuer-
sum orbem terræ ex alto circunspiciendum, & in
solitudine philosophādum, & à uitę curis parum-
per respirandum. Quid dixerit quispiam aues quæ
canunt, & animalium quę capiuntur uitam? Habet
etiam alium usum eremus, sępe enim prędijs muro
rum uicem præbuit, habens montes in altum ere-
ctos, uoragines, & præcipitia. Quid enim dixerit
quispiam herbas quæ in ipsis nascuntur, quæ labo
rantibus corporibus magnam opem afferunt? Si
autem desertorum & montium tantus est usus, tan
taq; ex eis bonorum est suppeditatio: si ad terram
ueneris arabilem & supinos campos: cōsidera quā
tos uidebis fontes narrationum? Quemadmodum
enim in nostro corpore hæc quidem sunt ossa, illa
uerò nerui, alia autem carnes: ita etiā in terra, alia
quidē sunt montes, alia uerò uoragines, alia uerò
pinguia prædia. Sunt hæc autem omnia utilia. Sed
quid dico terram, quæ tantum est elementum? Si
unius arboris uelis dicere figuram, usum, fructum,
folia, tempus, alia omnia', magnam uidebis narra-
tionem. Si montium situm, si alia omnia. Si autem
hunc ipsum hominem oratione persequaris, & ip-
sius corporis formationē, hinc rursus inuenies im-
mensum pelagus narrationum. In his ergo uerse-
mur, hinc erit nobis uoluptas maxima, hinc lucrū
maximum, hinc ineffabile sapientiæ studium. Qua
de re hoc significans, subiunxit. *Lætabor, & exulta-
bo in te, & psallam nomini tuo altissime.* Alius, Canam
nomen tuum. Non est hoc paruum genus philoso-
phiæ lętari in domino. Qui enim in deo ut oportet
lætatur, omnem, quæ ex ijs quæ ad uitam pertinēt
proficiscitur, expellit uoluptatem. Quid est autem,
Lætabor in te. Cùm talem habeam dominum, hoc
est mihi uoluptas, hoc est exultatio. Si quis hanc no
uit uoluptatem ita ut nosse oportet, non sentit aliā
uoluptatem. Hoc enim est propriè uoluptas. Alia
uerò omnia sola sunt uoluptatis nomina, reipsa de
fecta. Hæc sublimem & excelsum hominem efficit.
Hæc animam liberat à corpore. Hæc ad cœlum eū
pennatum reddit. Hæc terrenis & ijs quæ ad uictū
pertinent altiorem constituit. Hæc à uitijs liberat.
Et meritò. Si enim qui pulchra ac præclara amant
corpora, nihil eorum sentiunt quæ ad uitam pertini-
nent, sed in uno solo amicę aspectu uersantur: Qui
deum amat ut oportet, quidnam deinceps uel bo-
ni uel mali sentit eorum quæ sunt in uitam? Nihil,
sed erit ijs omnibus superior, se rerum immortaliū
uoluptate perfundēs. Talis enim est qui ab eis ama
tur. Qui enim amant alia, uel inuiti cito traducun-
tur ad obliuionem, cum intereant & flacceſcāt quę
amantur. Hic amor est infinitus, qui nō potest desi
nere, qui & maiorem habet uoluptatem, & plus lu
cri, & hoc ipso amantem delectat & recreat, quòd
nunquam dissoluatur. Canam nomini tuo altissi-
me. Hoc solet maximè fieri ab amante: Qui enim
amant, canunt in amantes cantica, etsi illos non ui
deant, & per canticum seipsos consolantur. Ita etiā
facit propheta, quoniam deus uideri non potest, fa
cit in ipsum cantica, per cantus cū ipso cogredies,
& desiderium accendens, & ipsum uidere existi-
mans, uel potius cantando hymnisque celebrādo
multorum inflammat desiderium. Quemadmodū
enim qui amant, eorum quos amant celebrant en-
comia, & ipsorum nomina circūferunt: ita hic etiā,
Psallam inquit, nomini tuo altissime. Vide quomo
do seipsum è terra erexerit, & sui materiam ad illā
essentiam extulerit, seipsum deo dedicans, & ideo
uersat eius nomen assidue, is est enim mos amātis.
*In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur,
& peribunt à facie tua.* Alius. Cum conuersi sint ini-
mici mei retro, offenderint, & perierint à facie tua.
Hic quoque est mos amantis perpetuò dicere bene
ficia & in ijs sibi placere, hoc enim ab amores profi
ciscitur, & ipsum rursus amorem accendit. Non ab
errauerit autem quispiam, si dixerit eum hic dicere
inimicos qui mente solum percipiuntur. Nā ij quo
que auertuntur, quando generosam animam inue
nerint. Quemadmodum enim hasta quę in clypeū
incidit, si mollis quidem sit, eum excindit: durę au
tem & repugnanti nihil facit, sed reflexa acie uana
& inutilis excidit: ita etiam usuenit in anima. Si
mollem enim & delicatam inuenerint tela quę mit
tuntur à diabolo, in profundum peruadunt: Sin
autem duram & ualidiorem, & ipse abit re infecta,

G & ei nihil mali facit, duoφ, imò uerò tria, ex eo capiuntur commoda, nam ipsam nihil lędit, sed reddit etiam fortiorem, & ipse ex eo imbecillior factus est. Considera autem quomodo dei uirtutem prędicat, Infirmabuntur, inquit, & peribũt à facie tua. Rursus cum audis faciem, nihil suspiceris corporeum. Hic enim operationem, eius apparitionem, & eius uirium facilitatem significat. Sicut alibi dicit, Qui respicit terram, & facit eam tremere: Ita hic etiam idem dicit. Sufficit enim solus obtutus ad pendendos improbos. Si enim sanctorum præsentia facit uires dęmonum imbecillas, multo magis dei. Si eius fulgur apparens omnes terrore afficit, considera illam potentiam ab interitu alienam, quomodo terret, quomodo perdit improbos. Vidisti genus hymnorum, uidisti modum glorificationis, & quę admodum eius narrat potentiam. Non paruũ autẽ hinc docet decretũ philosophiæ, cum dixit, Psallã nomini tuo altissime, In conuertendo inimicum meum retrorsum. Quódnam uerò hoc est? Quòd non solum in afflictionibus, sed etiã in rebus quietioribus se moderate gesit & sapienter, multi enim malis humiles effecti, redduntur meliores, bonis, autem socordiores & ignauiores. Quod quidem dicit de Iudæis, progrediens, Quãdo occidebat ipsos, tunc quærebant ipsum. Sed non est hic eiusmodi, imò etiam in rebus secundis moderatus est & uigilans. Non est autem hoc paruum ad sapiẽtię studium. *Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meã.* Alius. Iudicasti pro me. Sedisti super thronum qui iudicas iustitiã. *Increpasti gentes, & perijt impius.* Alius Perdidisti. *Nomen eius delesti in æternum, & in sæculum sæculi.* Vide rursus uiri philosophiam, quemadmodum non ipse ulciscitur inimicos, sed deo concedit iudicium, seruans præceptum Apostolicum, Non uos ipsos ulciscentes. Nõ hoc autem solum uidere possumus, sed quòd hęc etiam iniustè passus est. Nisi enim iniuste esset passus, ea Deus non esset persecutus. Sedisti super thronum qui iudicas iustitiam. Humano more loquitur, dicens thronum & cathedram. Illud autem, Qui iudicas iustitiam. Id dicit

I quod est deo consuetum, & est eius substantię eximiũ. In hominibus enim non licet hoc dicere. Non iudicãt enim iustitiam, etsi millies iusti sint. Vt qui aliquando quidem propter iustitiam, aliquãdo uerò propter socordiam, quod iustum est ignorent. Deus uerò qui ab his omnibus liber est, & sciens & uolens iustam fert sententiam. Illud ergo, Sedisti super thronum. Iudicasti, inquit, persecutus es, ultus es. Increpasti gentes, & perijt impius. Vides quomodo armis deo non opus est, non gladio, non arcu non sagittis, sed illa humano more dicta sunt. Deo enim sufficit increpare, & perdere eos qui puniendi sunt. Vt autem eius potentiam intelligas, audi etiã quæ sequuntur. Nomen eorum delesti inæternum, & in sęculum sęculi. Radicitus perdidisti, conuulsisti, ita deleuisti ut eorum etiam periret memoria. *Inimici defecerunt framęæ in finem.* Alius, Ruinæ. Hebræus autem חָרְבוֹת *Et ciuitates destruxisti.* Quid hoc est? Machinis, inquit, & consilijs consumptis, eũ proprijs armis destituisti. Talis est enim ira dei. Omnia delet, & perdit. Vel quòd alius docet interpres, dicens, Deserta, id est, non solum eorum ciuitates, sed ipsa etiam deserta deleuisti, & urbes diruisti

Psal.103.

Act.16. 39.

In conuertendo ἐν τῷ ἀποστρέφειν τον ἐχθρόν μου. *In eo quòd conuersus sit inimicus meus.*

Psal.77.

Ro.12.

»

Ita enim iustus bellum gerebat, ita aduersarios pro K sternebat, non utẽs armis & hastis, sed dei fretus auxilio, propterea ei quoque bellum est præclarũ & insigne, & ui parta est uictoria. *Perijt eorum memoria cum sonitu.* Alius, Cum ipsis. Hebręus autem הֵמָּה hemah. Quid est cum sonitu? Vel dicit internecionem, uel malorum mœrorem. porrò autem hoc est etiam dei prouidentiæ, quòd non facit hoc latenter. Vt aliorum calamitatibus alijs reddantur meliores: Significat ergo manifestum exitium. *Et dominus in æternum permanet.* Alius, Sedet. Sedere enim sæpe ponitur pro stabili & permanẽte substantia. Vt declarat etiam Hieremias, dicens, Tu sedens in sęcu

lum sęculi. Et hebræus hic יְיָ ieseu. Propheta hoc dicit assiduè in hominum interitu, ostendens interminatam eius esse substantiam, & quòd hominum quidem genus est caducum & momentaneũ, illius autem substantia & magnificentia finem nũquã accipit. Hoc autem facit, timorem incutiens, ut duabus de causis eum timeant, & propter magnitudinem gloriæ, & propter utilitatem propriæ substantiæ, et ut semper manentem, & ut mirandum, in modum punientem. Quòd si aliquid etiã oportet dicere anagogicè, id non est recusandum. Alia enim possumus etiã contemplari. Alia uerò ita sunt solum intelligenda sicut dicta sunt, quemadmodũ illud, Fecit deus cœlum & terram. Alia uerò aliter quàm habeant dictiones, quemadmodum, Certa amicitiæ, & hinnulus gratiarum tuarum tecum habeat consuetudinem. Et rursus. Sint tibi soli quæ habes, & nemo alienus sit tibi particeps. Et rursus, Fons aquæ sit tibi soli. Hoc enim, si intellexeris id quod scriptum est, & nõ uerba quidem fugias, sensum autem persequaris, erit ualde inhumanum, ut ne aquam quidem ulli impertiaris. Sed hic quidem loquitur de uxore, ut ea fruamur cum temperantia fontem uocans eam & ceruum, propter puritatem congressus coniugalis. Et hic quidem hoc modo. Alicubi uerò & quod scriptum est accipiendũ est, & quod ex eo significatur, quemadmodum est illud, Sicut serpentem exaltauit Moses. Credendũ est enim hoc factum esse, factum est enim, & quod ex eo significatur in figuram Christi. Ita hic etiam, nõ aberrauerit quispiã, si quæ dicta sunt acceperit de ijs quæ euenerunt Iudæis, hęc nempe, Sedisti super thronum qui iudicas iustitiam. Increpasti gentes, & perijt impius. Inimici defecerunt framęæ in finẽ, & ciuitates eorum destruxisti, perijt memoria eorũ cum sonitu. Calamitas enim eorum qui Christum crucifixerunt est omnibus manifesta, & ciuitates eorum sunt dirutæ, & diaboli machinæ defecerũt, cum Christi cura ac prouidẽtia omnia susceperit. Sed hæc relinquentes adaptanda studiosis, ea quæ sunt proposita persequamur. *Parauit in iudicio thronum suum.* Alius, stabilijt ad iudicium. *Et ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia.* Vidisti quomodo paulatim attollit orationẽ. Quoniam throni meminit, ostendit throni naturam, non ex lignis, nec ex aliqua materia compositam, sed ex iustitia. In iustitia enim, inquit, collocatus est, iudicabit orbem terræ in iustitia. Et præsentia, & quæ futura sunt prędicit. Generale enim iudicium illic est reseruatum, singulare autem etiam huc mul

Gen.1 Pro.5. Ibid.

Psal.48. Eccl.1 Eccl.5

Io.3 M

Colloss.2. Heb.2.

Tomus primus.

A ta facit, ne stolidi existimarent ea quæ sunt, non regi dei prouidẽtia. Quòd si non hic omnes coronas accipiuntur, ne mireris. Parauit enim diem in quo est iudicaturus orbem terræ, in præsentia autẽ stadium, luctas, & certamina. Propterea nõ recipiunt hic omnes pro meritis, sed ijs qui se rectè gerũt dona sunt illic reposita, & ijs qui secus, supplicia. Hic autem est lenitas & patientia, ut per pœnitentiam abstergamus peccata. Sed illic non ita. Homicida enim, quandiu est in uia, potest mutari, & liberari à supplicio, sed postquàm deductus est ad accipiẽdam iudicis sententiam, restat deinceps ensis, & lictor, & barathrum. Ita etiam hic. Quãdiu fuerimus quidem in uita præsenti, possumus uitare suppliciũ si mutetur. Postquã autem illuc discesserimus, frustra lachrymabitur. *Parauit enim iudicio thronum suum.* Siquis autem etiam illud parauit, acceperit ut dictum est, non peccabit. Omnia enim sunt parata, & supplicia, & coronæ, & sententia. Non est cũ ctatio, nec tempus, nec tarditas apud deum, quãdo quidem qui uiuunt non præueniẽt eos qui dormiB runt, quemadmodum dicit Paulus. Nos qui uiuimus, qui reliqui sumus, in aduentum domini non præueniemus eos qui dormierunt. Iudicabit populos in iustitia. Vide sapiẽtiam prophetæ, quomodo dicit præsentia, quomodo futura. Præsentia, Increpasti gentes, & perijt impius. Futura. Parauit in iudicio thronum suum. Et ipse iudicabit orbem terræ in æquitate Hoc autem facit, ut qui illis nõ credũt, ex præsentibus argumenta accipiãt. *Et factus est dominus refugium pauperi.* Alius, Attrito. Alius, Confracto. Vocat assidue seipsum & pauperem & mendi cum, licet regiam teneret. Ita etiam alibi. Ego autẽ mendicus sum & pauper. Sciebat enim, clarè, sciebat omnia humana esse umbra imbecilliora, & nihil esse nobis uirtute magis proprium: reliqua autẽ omnia eẽ similia solijs extrinsecus appositis. Quòd enim uirtus sit nobis propria, ex hoc clarum est. Quocunq; recesserimus, eam circunferimus, illa autem non itidem. Hoc est ergo nobis magis propriũ, alia autem sunt remotiora. Quẽadmodũ ergo eum dicimus proprium ac necessarium qui est nobis

C propinquior: ita etiã hanc pecuniis dicimus magis propriam quoniã nobis semper est propinquior. Considera autem mihi eius gratum & sapiẽtię studiosum animum. Cùm enim haberet & equos, & castra, & alia innumerabilia, illis omnibus missis supnum accessit auxilium, & suam ei salutem fert acceptam. Non enim dixit, Fuerũt mihi castra refugium meum, nec pecunia, nec muri, sed, fuit dominus refugium pauperi. Ipse me, inquit, in tuto collocauit, nihil enim conferri potest cum hoc refugio, quod & ad facilitatis & securitatis rationẽ attinet. Aliis enim refugiis possunt afferri insidiæ, nec possunt in promptu inueniri, sed & tempore & loco innumerabilibus arcentur circunstantijs. Hoc autem, utpote quod propè sit, inuenis, si id tantum exactè quæsieris. Te enim adhuc loquente dicet, Ecce ad sum. Et, Deus appropinquans ego sum, & nõ deus procul. Nec cursus ergo, nec peregrinatione nobis opus est, sed uel domi sedentes hoc possumus euocare auxilium. Et aliquando quidem liberat à periculis, aliquando autem eos ipsos reddit præclaros & potentiores aduersarijs, & utrunq; in tẽpore conuenienti. Quando enim se modestè gerunt qui id assequuntur, dat utrunq;. Sin autem D in eo non se rectè gesserint, intra unum subsistat, ne alterius additamento nimis fiant arrogãtes. Vt autem scias id sępe in causa esse ut in insolentiam efferantur homines. Ezechias ea de causa elatus est. Sed ne sic quidem eum contempsit, sed quonam uictoriæ successus mentem eius extulerat, immisit infirmitatem quæ eum corrigeret. *Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.* Quid est in opportunitatibus? In tempore, inquit, opportune. Duplicem dicit opportunitatem, quòd & fert auxilium, & quod in tempore. Opportunitatem enim hic dicit afflictionem. Qua de re? Quòd sit mater 1.Cor.12. studij sapientiæ, & maxime diuinum attrahit auxilium. Tùc sublata est socordia, & nimia dissolutio, tunc supplicationibus uacamus diligẽtius. Et quẽadmodum hyems est tẽpus opportunum ad terrę agriculturam: ita etiam afflictio ad curam & studium animæ. Eius enim semper opus habemus auxilio, etsi sint nobis res secundæ. Tunc autem maxime sentimus auxilium, quando uersamur in affliE ctionibus. Hic etiam aliquid aliud significauit, nẽpe quòd oportet nos operari. Qui enim fert auxilium, ei fert qui operatur. Nõ oportet ergo otiosos esse & animo deficere, sed & preces afferre & eleemosynas, & omnia q̃ à nobis ipsis afferri possunt. Qui sunt enim in bello socij, ijs qui pugnant opem ferunt, non ijs qui animo deficiunt, & se dedunt otio, si uis ergo dei assequi auxilium, nunquam quæ tua sunt prodideris. Ita Iob opes latæ sunt stanti & fortiter dimicanti. Ita etiam Apostolis pulchre laborantibus. *Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum.* Alius. Et confident. Propheta hoc facit assidue, à precatione ad exhortationem orationem conuertens, ut qui sit communis doctor orbis terrarum, & philosophiæ thesaurum proponens in medium. Pulchre autem dicit, sperent in te qui nouerunt nomen tuum. Qui te nouerunt, inquit, & auxilium, & Romæ.5. defensionem tuam, satis ualidam habent anchorã, 2.Cor.1. spem quam in te habent, satis ualidum auxilium, & turrim infractam, qui non solum pollicetur liberationem à malis, sed ne præsentibus quidem difficultatibus perturbari permittit. Qui enim est liberatus ab humanis, & à superna spe dependet, nõ solum adscisit sibi celerrimam à malis liberationẽ, sed ne in ipsis quidẽ malis uexatur & perturbatur, ut cui ferat auxilium spes illius anchoræ. Ita ergo F tres pueri non solum liberati sunt à fornace, sed ne Dan.3. dum in fornace quidem uersarentur, conturbabantur. Norant enim quod sibi aderat à deo auxilium. Et ideo alius dicit, Et confident, pro eo quod est, habebunt fiduciam. Perturbationum enim principio longe maior est cautio quæ ex spe in deum oritur. Illæ enim sunt humanæ, hoc uero diuinum & inexpugnabile. Quandoquidem dixit eum fuisse adiutorem, & fuisse refugium, dicit etiam quomodo sit. Quomodo autem est? Quando in eum assidue sperare perseueramus. Quod si non statim soluit difficultates, hoc quo fit pro tua probatione. Quemadmodum enim cum posset non permittere ut te inuaderent, permittit tamen, ut te faciant robustiorem, ita etiam cum posset ab initio soluere, rursus cunctatur & differt, tuam augens constantiam, & tuam spem exercens, & tuam in ipsum affectionem reddens uehementiorem, & neque semper

G permittit opprimi,ne deficiamus,nec semper quiescere & relaxari:ne collabamur. *Quoniam non dereliquisti quærentes te Domine.* Alius.Non enim reliquisti. Ita etiam dicit alius.Respicite antiquas generationes,& uidete quis sperauit in domino,& pudore affectus est,aut quis inuocauit domnium, & dereliquit ipsum?Et quomodo, inquit, quæritur deus qui est ubique?Studio, & animi promptitudine, & si ab ijs omnibus quæ ad uictum pertinent liberemur. Sæpe enim cum ante oculos & in manibus habeamus,nescimus, sed circuncursamus sepe quę rentes quæ tenemus, quando mens aliò uersa fuerit.Quomodo ergo deum quærere possumus?Quãdo illic animum intendimus, quando ab ijs quæ ad hanc uitã pertinent fuerimus liberati.Qui enim quærit,omnia ex anima eiiciens, uenit ad illud qđ quæritur nec oportet solum quærere,sed etiam exquirere.Qui exquirit,non ipse solũ quærit,sed aliorum etiam ope utitur, ut inueniat quod quæritur. Sed in ijs quidem quæ ad hanc uitam pertinent,cũ sæpe quæsiuerimus, non inuenimus. In spiritali-

H bus autem hoc nõ licet, sed omnino necesse est ut qui quærit inueniat. Si enim ad quærendum tantum egressi fuerimus, non permittit deus ut nos

Matt.7. multum uexemur.Et ideo dicit,Omnis qui quęrit, inuenit.*Psallite domino qui habitat in Sion.*Alius, Qui sedet.*Annunciate inter gentes studia eius.*Alius dicit,In populis machinationes eius.Quid dicis? Cuius cœlum sedes est, & terra scabellum pedum. Cuius in manu sunt fines terræ,is habitat in Sion? Certe.Habitationem enim hic dicit, non loco circunclusi, est enim infinita eius magnitudo, sed peculiarem in locum affectionem, & peculiarirer in eũ affici, ut Iudæos per hanc sui demissionem ad se attraheret.Propterea enim nostra quoque domus esse dicitur,quod peculiariter in eam afficiamur. Iam uero in nobis quoque habitare dicitur, non quòd à nobis comprehendatur,sed quòd proprie ac peculiariter in nos afficiatur.Sion autem ecclesia anagogice dicitur. Accessistis enim ad montem Sion, &

Hebr.12. ecclesiam primo genitorum. Et merito, mons est ecclesia,quòd sit firma, & stabilis, nec possit con-

I quassari. Quemadmodum enim mons non potest labefactari, ita nec dei ecclesia. Annunciate inter gentes studia eius.Vult eos esse præcones dei beneficiorum,& nũquam eius celare beneficia. Et hoc dicit ubiq; tam propter eos qui dicunt, quàm propter eos qui audiunt. Nam & hi & illi lucrifaciunt si attenderint.*Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est.*Vidisti quænam dicit eorum studia, beneficia. Hic etiam magnum quoddam decretum significat,non perpetrari ullam cædem, de qua pœnæ non sumantur, & quæ non uindicetur. Quod

Gene.9. etiam Moses ostendit in genesi, dicens, sanguinem uestrum requiram. Hoc est indicium infinitæ eius prouidentiæ, ingentisq; & prolixæ curæ. Si autem

Ro.2. non statim requrit,ne mireris.Dat enim peccatori bus tempus pœnitentiæ.*Non est oblitus clamorem pauperum.* Vide rursus esse in honore pauperes.Non autem dicit simpliciter & absolute pauperes, sed illos

Mat.5. qui sunt pauperes spiritu, sicut dicit Christus.Ii.n. maxime exaudiuntur dum orãt, qui sunt corde humili & contriti.Hic autem duo ponit & orationem

Esa.66. & humilitatem.Ad quem enim,inqt,respiciam,nisi super humilem,& quietum,& timẽtem uerba mea?

K Vbique autem orationis uehiculum inuenitur humilitas.Prope enim est dominus contritis corde. Oportet itaque eum qui orat,maxime liberari à bilioso ardore.Quod etiã quærit Paulus dicens, Absque ira & disceptatione. Rectè dixit,Clamorẽ paperum,dicens clamorem,mentis affectionem, non autem uocis intensionem.Eo autẽ quòd dixit,Non est oblitus,significauit eos inuocare assiduè, & tamen ne tantillum quidem assequi. Quid est ergo quod dicit? Ne putetis deum esse oblitum, & propterea nõ esse persecutum, eius enim est proprium ea quæ sunt eiusmodi quærere,etiamsi nemo roget. Quando autem rogant, & qui rogãt sunt humiles, multo magis. *Miserere mei domine, uide humilitatem meam de inimicis meis.*Qui exaltas me de portis mortis. Vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.Alius,Hymnorum decãtationes tuas. Alius,laudes tuas. Vide eum perpetuo orationi affixũ. A malis enim liberatus,& in tuto collocatus non cessat rursus orare,dicens,Miserere mei,& roga re eum pro futuris. Semper enim egemus dei prouidentia maxime autẽ dum liberamur à malis.Aliud

L enim bellum excipit priori difficilius, socordiæ,& arrogantiæ, tunc enim spirat uehementius diabolus. Quare maxime postquam liberati sumus à malis,illo opus habemus auxilio, ut facile res secũdas feramus. Nam Iudæi quoque ab Aegyptijs liberati, grauiori bello uexabantur,arrogantia & socordia, tunc itaque maximè moriebantur,ut qui non possent rectè ducere exercitum. Quia enim nec aduersus ingluuiem,nec aduersus pusilli abiectique animi uitium fortiter in acie steterunt:sed Aegyptiorũ uitia sunt emulati,ea illos perdiderunt.Dauid quoque cum et à Saulis difficultatib⁹, & ab alijs omnibus hostibus fuisset liberatus, postquam quietem & laxamentum assecutus est, difficilius bellum passus est incontinentis cupiditatis, quod eum etiam maiori supplicio affecit. Quocirca tunc maximè timendum est quando fuerimus liberati ab ærũnis. Quemadmodum enim alligatam bestiam non ita timemus ut emissam:ita etiam uitiũ nõ est ita timẽ dũ in afflictione, tunc.n.alligatũ est animi egritudine,& alijs uinculis, sed post quietẽ & remissionẽ M maximè timẽdum est. Et ideo sæpe uidebis rerum successus maiora mala facere quam res aduersas. Ita etiam Ezechias fusis fugatisque hostibus erat periturus.Quocirca ipse quoque alibi dicit, bonũ quòd me humiliasti.Querit autem misericordiam etiam post liberationem. Et affert causam petitionis misericordiæ,quòd male sit affect⁹. Vide enim humilitatem meam de inimicis meis.Et aliam rursus. *Qui exaltas me de portis mortis.* Ad eum enim qui præest,& mei curam gerit,& semper manus mihi præbet,confugio.Vidisti eum in futurorum petitione pro præteritis etiam gratias agere,& duplex dicere beneficium.Non dixit enim, qui liberas me de portis mortis,sed,qui exaltas me. Non enim in eorum malis tantum soluendis subst itit dei beneficium:sed fecit eos etiam admirabiles, insignes, & clariores.Non dixit autem,ex porta,sed,ex portis, multa pericula significans. *Vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Quod suasit alijs facere,ipse facit. Annunciate enim inquit,inter gentes studia eius.Hoc ego quoque nunc faciam:& nõ solummodo faciam,uno præsente,uel duobus,uel

tribus,

A trib⁹,sed in medio theatro. *Exultabo in salutari tuo.* Hoc est mihi corona, hoc diadema,propter te trophæum erigere,propter te salutem adipisci. Ita etiã nos quoque quæramus non omnino seruari, non omnino à malis liberari,sed per deum. Hoc autem dico propter eos qui in morbis utuntur incantationibus,& alias exquirunt impostura & præstigias ad suam leuandam egritudinẽ.Hoc enim non est seruari,sed perire.Maxima enim salus est per de-

Interitu, ἐτοιμάσαν, corruptione. um esse seruatum. *Infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt.* Alius,immersæ sunt. Corruptionem dicit uitium,nihil enim æque corrumpit ut uitium.Improbo enim homine nihil est imbecillius, proprijs armis capitur, quemadmodum ferrum à rubigine, & lana à tinea,ita etiam improbus à uitio. Vnde et

Rom. 2. ante supplicium quod à deo infertur, ipsum uitiũ ab eo qui id facit pœnas exigit. Quia enim multa de superna iustitia differnit,& de dei auxilio,ipsum autem non statim uenit,sed cunctatur & differt, &

B hoc multos efficit ignauiores,ostendit esse in foribus supplicium,& malos id perpeti,sicut dicit etiã

Rom. 1. Paulus,Et mercedem quam oportuit erroris sui in seipsis recipientes. Vide autem quam proprie utatur dictionibus.Infixæ sunt,hoc est,per uim retentæ sunt,sunt eis ineuitabiles paratæ insidiæ.Et rursus.In laqueo isto quem fecerũt, comprehensus est pes eorum. Vinculis,inquit, quæ solui nequeunt,

Act.5. Ro.5. Rom.10. Col.1. Dan.3. Dan.6. astringuntur improbi.Hæc Apostolis & Iudęis usu uenerunt.Quando enim bellum gerebãt cum Apostolis,illos quidem nihil lædebant:malis autem in numerabilibus seipsos implicabant, ciuitate,& libertate,& alijs omnibus euersi, & crescebat quidẽ prædicatio,dissoluebantur autem qui parabant in fidias.Et qui tres pueros in babylonicam fornacẽ immiserunt,ab ea rursus capti sunt.Quod etiam in Daniel factum est.Sed in Daniele quidem hoc merito accidit,ipsi enim ipsum iniecerũt.In tribus autem pueris quidnam est in causa quòd cũ rex peccasset,ij,qui stabant ante fornacem, puniuntur? Quoniam ij quoque qui fuere combusti,Regis iussui inseruierunt, & auream statuam adorarunt.

In laqueo quem absconderunt,comprehensus est pes eorum.

C Vide quomodo ostenderit inenarrabilem eorum esse tuituperationem. Quia enim quod fiebat erat plenum ignominia,ideo celant,& conantur latere.

Psal.118. *Cognoscitur dominus iudicia faciens.* Alius,cognitus est iudicium faciens.Hoc est,puniens, ulciscens,persequẽs,uidisti aliud genus beneficij ex castigatione. Non solum enim facit eos meliores qui castigãtur, sed facit etiam ut dei cognitionis eluceat ratio, &

Marc.5. Luc.8. ex eo quis eum magis uiderit hominum curam gerere.Cum itaque permisit gregem porcorum deturbari,& in mari submergi, tunc admiratione maxima perculsi sunt.Porrò autem in ueteri quoque Iudæi,quando eos occidebat,tunc eum quærebant,

Psal.77 2. Cor.9. quemadmodum dicit propheta.Et cur non hoc facit frequentius? Quoniam uult nos non per uim & compulsionem,sed per liberam eligendi uoluntatẽ ex uirtute nos gerere, & beneficio poti⁹ affectos quàm punitos.Et quãto,dicet quispiam melius est esse necessitate bonum,quam malum libero eligẽdi arbitrio? Non potest esse bonum quod fit necessitate. Qui enim uinculo illaqueatus bonus est, nũquam erit semper bonus,sed à necessitate liberatus reuertetur ad uitium. Qui autem ita instituitur ut sua sponte & libera eligendi potestate fiat bonus, D cum bonus factus fuerit, cõstans manet & stabilis.

In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

Non dixit,manuum dei,sed manuum peccatoris. Vidisti quomodo uariat orationem, & quod à superis infertur,suppliciũ inferens,& pœnas, quæ ex uitio infligũtur,inducens.Quomodo supplicium, quod infertur à superis? Cognoscitur,inquit,Dominus iudicia faciens.Quomodo pœnas,quæ infligũtur à peccato? Infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt. Et rursus eas quæ proficiscuntur ab improbitate, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Non enim dicit solum supplicium,quod à deo proficiscitur,quoniam sæpe cunctatur & differt:neque solum quod à uitio,quoniã multi in eo lubenter uersantur: sed utrinque confirmat orationem.Et ideo dicit, in opibus manuũ suarum comprehensus est.Alius,Plantarum suarũ. Ne ergo existimes te machinationem in alium moliri,quando struis alicui insidias,tibi enim ipsi cõtexis retia. Cantus diapsalmatis. Alius,uox semper. Alius,Modulatio semp. Hebræus autem הגיון סלה E higaion selah. *Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur deum.* Alius, Conuertentur.In ijsdem rursus persistit, ostendens uitium habere supplicium constitutum. Et impietas parit mortem, & peccatũ pericula. *Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem.* Alius interpres dicit, Non enim in finem,mitium expectatio tradetur obliuioni.Pulchrè dixit, in finem: ostendens non semper quæri remissionẽ & laxamentum. Si enim semper futura sit quies & remissio,ubinam ostendetur patientia? Quod autẽ dicit,est eiusmodi. Pœnas dabunt improbi, & extrema patientur.Neque enim deus patietur, ut ijs q iniuria afficiuntur,perpetuæ parentur insidiæ.Per hoc & eos consolatur,& illos terret, & dei ostendit clementiam, quod hos quidem mora reddit probatiores:illos uerò trahit ad pœnitẽtiam.Vide autem quomodo rursus pauperes in honore habentur,pauperes non absolutè,sed q sunt contriti corde.Ii enim sunt uel maxime apti ad patiẽtiã, uel ea poti⁹se inuicẽ cõstituũt,humilitas patiẽtiã, patien F tia humilitatem. Siquis autem dixerit, & quomodo est paupertas humilitas? dicemus eã esse aptiorem ad uirtutem. Qui est enim diues,animi ægritudine afficitur & conturbatur. Qui autem pauper est,omnia fert facile,ut qui in paupertate ueluti in quadã palęstra frequenter exerceatur.Et ideo Chri Matt. 19. stus quoque dicebat difficilem esse cum diuitijs regnum cœlorum ingredi.Quid est autem,patientia pauperum non peribit in finem? Nunquã, inquit, Matt.5. peribit, sed proprium fructum omnino recipiet. Quod quidem non semper euenit in ijs rebus quæ ad uictum pertinent,sed finem non consequuntur pereuntibus laboribus. Nam & Agricola expectat & Mercator, sæpe autem propter aeris iniquitatem utrique à fructu sui laboris excidunt.In deo autem non ita fit,sed necesse est omnino finem consequi. Hoc autem non paruam affert consolationem,semper de fine confidere. *Exurge domine,non confortetur homo.* Alius.Non audax euadat. Iudicentur gentes in conspectu tuo.Alius.Et in facie tua Postquã dixit uitium quod plures homines inuadit,& narrauit hominum improbitatem, rapinas,auaritiam,

G cædes hominum, rogat deum pro auxilio eorum qui afficiuntur iniuria. Talia sunt enim sanctorum uiscera, ut non solum sint de se solliciti, sed perinde ac si una sit domus orbis terrarum, uel unum corpus multitudo hominum, ita precantur dominum. Exurge domine, ne confortetur homo. Quid est autē, Surge domine? Persequere, inquit, fer opē, puni eos qui faciunt iniuriam. Et egregie nudis nominibus usus est, cum dixit, surge, & non conforte tur homo. Vt significet quòd uilis, quòd terrenus, quod puluis & cinis. *Iudicētur gentes in conspectu tuo.* Quid hoc est? Dent, inquit, pœnas suorum peccatorum. Non redditi sunt meliores patientia, audaciū inceptorum ab eis rationem exposce. *Constitue Domine legislatorem super eos.* sciant gentes quoniam homines sunt. Diapsalma. Alius, semper. Quid est, Cōstitue legislatorem super ipsos. Quoniam, inquit, omnia faciunt, perinde ac si essent sui iuris, nolentes dare pœnas, persequere, & sit eis supplicium pro admonitione. Hoc alius quoque significans docebat, Constitue domine eis timorem. Vide quo-
H modo non quærit ut puniantur, sed ut admonean tur, & corrigantur, & non uiuant inique. Erit enim, inquit, eis supplicium loco legis, non eis tātum, sed etiam alijs. Et ut scias quantum ex eo fiat lucrum, & quomodo morbum reprimat, audi quod deinceps sequitur. Et sciant gentes quòd homines sunt, Quod autem dicit, hoc est. Multi hoc etiam perdiderunt, naturæ obliti sunt, in furorem impegerunt. seipsos ignorarūt. Et pulchre adiecit illud, Semper, ut significaret nō solum in rebus aduersis, sed etiā in secundis, uerum enimuero si eos nunc punieris, habentes magnum timorē, & memoriam malorū quę eis euenerunt, etiam si eis prosperè res succesſe rint, sciēt suam naturam. Vides quomodo facit pro eis orationem, & eorum uult furorem corrigi, seipsos enim ignorare, est extremæ amentiæ, & phrene si grauius. Hoc enim est morbus necessitatis: illud uerò deprauatæ & corruptæ uoluntatis. *Vt quid domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus, in tribulationibus.* Hęc dicit prophera orans & supplicās ex persona eorum qui afflīguntur, non autē accusans.
I Absit. Nam multi eorum qui afflīguntur, præ dolore cupiunt ante tempus conueniens, fieri iudicium quemadmodum qui secantur, nondum perfecta sectione, rogāt medicum ut manum abstineat, damnosam quidem gratiam petentes, eo autē quòd nō ferant dolorem, hoc agentes. Sæpe autem apud me dicos uociferantur. Torsisti me, perdidisti me, me de medio sustulisti. Hæc autem uerba non ex mente sed ex dolore procedunt. Ita etiam dicunt multi pusilli & abiecti animi, in afflictionibus laborem non ferētes. Sophonias quoq; tali oratione utitur. Sed hæc quidem in ueteri, quando erant eis fossæ commoderatæ, longè autem absunt à noui philosophia. *Dum superbit impius, incenditur pauper comprehenduntur in consilijs quæ cogitant.* Alius, Comprehenduntur. *Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, et iniquus benedicitur. Exacerbauit dominū peccator.* Prophęta, imposita sibi persona supplicis, & rogās pro ijs qui afficiuntur iniuria, dicit etiā affectiones quæ uenerunt, quæ sunt humanæ imbecillitatis, nempe quòd ante punitionem angitur & excrucia tur is cui fit iniuria, non ferens prosperitatem improbi. Non est autem paruum hoc quoque supplicium. Deinde rogat ut dent pœnas, & eorum in se K
ipsos uertantur insidiæ. Dicit etiam intolerabile genus improbitatis. Quòdnam autem hoc est? Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ. Pro ijs pro quibus se abscōdere, pro quibus erubescere oportebat, pro ijs in admiratione habetur, pro ijs laudatur. Quomodo autē poterit huic deinceps remedium adhiberi, quādo laudatur uitium? Hoc autem nunc quoque fit. *Hic* in admiratione habetur, ut qui sit potens, ille uerò, ut qui ulciscatur inimicos, alius uerò ut prudens, quoniam omnium bona coegit, & quando seipsum perdiderit, eum dicunt seipsum inuenisse, & alij alia dicūt. De spiritalibus autem rebus ne uerbum quidem. Nequaquam laudatur qui est negotium & litium fugitantior, nec paupertatis amator: sed qui est rei faciendæ cupidus, cauponator, adulator, qui seruili est ingenio, qui pro nulla re utili nullū non genus obit ministerij. Hæc deflet propheta, quòd uitium ita inualuerit ut sibi placeat & blādiatur, &, quod est grauius, ut minime erubescat, nec solum seipsum laudat propter ea quæ facit, sed habet etiam L
alios laudatores. Quid hac autem insania fuerit deterius? Exacerbauit Dominum peccator. Alius, Irritauit dominum peccator. Alius, Quoniam cū laudauit iniquus secundum desiderium animæ suæ, & auarus benedixit, irritauit dominum. Quando „
exaltata fuerit ira eius, nō quærit ira eius, non quę- „
rit. Alius. Quòd laudauit in desiderio animæ suæ, „
& auarus qui benedixit, detraxit domino. Impius „
secundum exaltationem iræ suæ non exquiret, septuaginta autem, Exacerbauit dominū peccator. Vidisti quo uitium processerit. Quid dico, inquit, quòd pauperes molestia afficit? Ipsum deū irritat. *Et secundum multitudinem iræ suæ non quæret:* inqt, *Dominum.* Alius autem hoc ostendit esse de impij exaltatione, hoc est, arrogātia, insolētia. Vidisti insignē & perditam insaniam. Est ijs qui sunt eiusdem gentis ac generis hostis & inimicus, à uirtute alienus. Et pulchrè dixit alius, Non est deus in omnibus „
eius cogitationibus, significans eum deum nō quę- „
rere, plenum esse tenebris, non habere illius timorē
præ oculis, sed quemadmodum lema obscurat pu M
pillam: ita etiam improbitas fert mentem uel per præcipitia. *Non est deus in cōspectu eius.* Alius, Per omnes cogitationes eius. *Inquinatæ sunt uiæ illius in omni tēpore, auferuntur iudicia tua à facie eius.* Alius, Exaltatum est iudicium tuum. Vidisti fructum uitij, lux eius extinguitur, orba redditur ratio, traditur captiuus improbitati. Quemadmodum enim qui est orbus, frequēter incidit in barathra: ita hic etiam, quoniam dei timorem non habet præ oculis in uitio perpetuo uersatur, non nunc quidem in uirtute, nūc autem in uitio, sed semper in uitio, & nec gehennæ meminit, nec futuri iudicij: nec reddendæ rationis: sed his omnibus auxilijs tanquam fræno excusis, tanquam nauis quę caret gubernaculo, traditur malis spiritibus & sæuis fluctibus, cum nullus sit qui eius animū regat & instituat. Vidisti malum in ipso etiam uitio pœnas luere? Quid enim equo effræni: quid naue cui deest clauus: quid orbo homine grauius? Sed his omnibus miserior est qui uiuit in uitio, ut qui extincta luce, quæ ex dei timore proficiscitur, captiuus sit traditus. *Omnium inimicorum suorum dominabitur. Dixit enim in corde suo.*

A *Non mouebor à generatione in generationem sine malo.* Alius, Omnes inimicos suos insufflat, dicens in corde suo. Non conuertar à generatione in generationem. Non ero enim in afflictione. Vidisti arrogantiam. Vidisti inenarrabilem perditionem. Vidisti quod paulatim augetur exitiū. Vidisti quomodo quę sunt beata apud stultos, uere plena sunt multa miseria & quomodo obruuntur. Laudatur in peccatis, benedicitur in maleficijs. Hoc est primum barathrum quod satis est uel ad precipitandum eum qui non aduertit. Et ideo magis sunt admittendi qui accusant & corrigunt, quàm qui laudant & ad interitum blandiuntur. Hi enim corrumpunt stolidos, & ad maius uitium propellunt, quemadmodum qui hunc peccatorem insufflarūt, exercuerūt ad arrogātiam. Et ideo Paulus quoque hoc ipsum
1. Cor. 5 dicit Corinthijs de eo qui erat fornicatus. Et uos inflati estis, & non potius luxistis. Eum qui peccat multum lugere, non laudare oportet. Vidisti peruersum uitium, quòd non solū non accusatur sed etiam laudibus afficitur. Hic ex propria arrogantia
B amplificauit laudum improbitatem. Oblitus est timoris dei, iudiciorum eius. Hic etiā proprię est naturæ oblitus. Qui enim iudiciorū dei obliuiscitur, sui ipsius quoque tandem obliuiscitur. Vide ergo quæ cogitat, *Non mouebor in generationem & generationem, sed ero sine malo.* Quid est hac cogitatione stulti⁹, & q homo est, & interitui obnoxius, & caducis ac momentaneis rebus implicatus, & innumerabilibus mutationibus subiectus, uisione talia apprehēdat? Vnde nam autem hoc fit? Ex stultitia. Quando enim uir stultus multis rebus secundis usus fuerit, & inimicos uicerit, & ab omnibus laudatur & in admiratione habetur, omnium miserrimus efficitur. Eo enim quòd non expectat mutationē, res quidem secūdas fert modestè, & si res ei aduersæ euenerint, cum sit inexercitatus, nec eas
Iob. 3. sit unquam meditatus, turbatur & tumultuatur. Sed non sic Iob, sed etiam rebus in secundis res ad uersas quotidie sperabat. Et ideo dicebat. Metus quem timebam uenit mihi, & quem timueram occurrit mihi, nec in pace egi, nec quieui, nec cessaui,
Eccle. 18. uenit tamen mihi ira. Et ideo alius dicebat. Me mē
C to temporis famis in tempore egestatis, paupertatis & inopiæ in die diuitiarum. Sed hic quidem semel corruptus non considerat humana, sed propter felicē rerum successum ea esse immobilia existimat, quod est extremæ stultitiæ & corruptelæ argumentum, & occasio interitus. Ne beatos existima eos qui sunt diuites, eos qui uincunt inimicos, eos qui propterea laudantur. Magna sunt hæc barathra & præcipitia ijs qui non attendunt eum qui iacit basim impietatis. *Cuius os maledictione plenum est & amaritudine & dolo. Sub lingua eius labor et dolor.* Alius, Inutile. *Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis, ut interficiat innocentem.* Alius, Insidians apud aulas. *Oculi eius in pauperem respipiunt. Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.* Alius, In septo suo. *Insidiatur ut rapiat pauperē, ut rapiat pauperē, dum attrahit eū.* Ali⁹, In tractione ei⁹. *In laqueo suo humiliabit eū.* Alius, In sagena. *Inclinabit se & cadet, cū dominatus fuerit pauperū.* Alius, Confractus atū inflectetur cum is irruerit in ipsum cum fortibus in imbecillos. Vidisti eū etiam effectum esse feram immanemque beluam. Eum enim tanquàm feram describens propheta, ita de eo loquitur, dolos, fraudes, insidias tradu- D
cens. Quid eo potest esse miserius, quid pauperius, cum pauperis egeat pecunijs? Hunc ergo dic quęso dicemus diuitem? Ergo etiam furem & murorum effossorem. Absit, inquit? Quid enim si noctu non perfodit iudicia. Quid si no noctu aggreditur, sed cum dolo iudicis lumen extinguit? Quid enim si non dormientibus sed uigilantibus omnibus? Hic est enim impudentior. Ex furib. enim leges eos grauius puniunt qui interdiu furantur. Vidisti pauper tatem, uidisti crudelitatem: paupertatem, quod bona pauperis concupiscit. Crudelitatem uerò, quòd nec calamitate quidem frangitur: sed cuius misereri, & cui subuenire oportebat, paupertatem opprimit. Nec tamen hæc faciet impune: sed quando prę ualuerit, quando sibi uisus fuerit esse superior, quādo se putarit esse inexpugnabilem, tunc peribit: ut & dei uideatur uincendi facilitas, & pauperum patientia, & huius corrigendi difficultas, & dei lenitatis tolerantia, propterea non uestigio persequitur iustitia, deo per patientiam uocante eum ad pœni-
E tentiam, sed quando nihil lucrifacit lenitate & patientia, tūc eum per supplicium admonet. Hi enim qui iniuria affecti sunt, nihil læsi sunt: sed etiā meliores & clariores afflictione facti sunt. Deus autem sua m ostendit patientiam, ut qui sustinuerit & toleranerit, cum patientia autem potentiam, & rei gerendæ facilitatem, quod quando is esset seipso potentior, tunc temporis ipsum superat. Hic autem cū mansisset incorrigibilis, ultimum dat supplicium. Hoc autem non parum facit ad corrigendos eos q utuntur rebus secundis. Ne ergo, quādo uiceris inimicos, & omnia tibi secunda fuerint, confidas improbè uiuens, sed tunc magis pertimescas. Augetur enim uitium, tollitur tibi defensio, pręciditur & aufertur uenia, si malus maneas. *Dixit enim in corde suo, oblitus est deus. Auertit faciem suam ne uideat in finem.* Vide in quantum barathrum perditionis descēdit qualia dogmata colligit, quæ propter impudentiā quidem non audet efferre, ea autem apud se uersat, pugnans cū ueritate, & quæ sunt sole clariora, propter mentis suæ orbitatem, adumbrans. *Exurge domine deus, et exaltentur manus tua. Ne obliuiscaris pauperum.* Alius, Exalta manum tuam. *Propter quid irritauit impius deum? Dixit enim in corde suo, non requiret. Vides quoniam tu laborem & dolorem consideras, ut tradas eos in manus tuas.* Alius, ut dentur in manum tuam. Iniquus quidem hæc dicit, raptor, auarus, utpote q non det pœnas. Propheta autem eius euertens dogmata, de dei patientia amplè loquitur. Ille enim dicit, Auertit faciem suam ne uideat in finem. Hic autem contra, Et uides, & consideras, & es patiens, donec ij ceciderint in manus tuas. Quid est, donec traditi fuerint in manus tuas? Dixit more humano. Hoc est aūt quod dixit. Expectas, toleras, ut insigni tradātur improbitati. Poteras enim uel à principio eos subiūgere & euertere, sed est ineffabile pelagus tuæ tolerantiæ, uidentis, & non persequentis, sed expectantis eos ad pœnitentiam. Quod si nolunt, tunc punis, quando nihil ad eos redit lucri ex tua patientia. Quòd enim magnam habeat rationem eorum qui iniuria afficiuntur, audi quomodo per ea quæ sequūntur confirmat. *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.* Alius. Tu fuisti. Quod autem dicit, tale est. Hoc est officium tuum egregiū.

G Quod autem suum est non prodiderit. Quemadmodum enim est artificis ædificare, & gubernatoris nauē dirigere, & solis illuminare: ita etiam tuū est præesse orphanis, manus præbere pauperibus. Nemo est qui sic eorum curam gerat, sed tu solus. Hoc enim significat illud, Derelictus est. Nullus, inquit, alius, sed tu solus orphanorum & pauperum curam geris. *Contere brachium peccatoris & maligni. Quæretur peccatum illius, & non inuenietur.* Alius, Quæratur impietas ipsius, ut non inueniatur ipse. Non uult peccatorem absolutè conteri, sed uires, potentiam, & eius improbitatis fomitem, deinde uult eū eorum quæ fecit reddere rationem, & ostendēs iniuriæ magnitudinem, dicit, Si hoc fecerit, ne stare q dem poterit, nec apparebit, sed peribit, interibit, radicitus delebitur, ijs quę fecit examinatis. Nemo ergo orbitatem defleat, nemo paupertatē. Quo enim ea maiora fuerint, eo magis eū deus auxilio dignabitur. Nemo de potestate sibi magnificè placeat, nec intumescat. Locus enim est lubricus & pceps, & eos qui non attendunt facilimè subuertit. *Dominus regnabit in æternum, & in sæculum sæculi.* Hic respō det eis qui perturbantur eo quòd peccatores non statim pœnas dederint. Quid times, inquit, Quid formidas? Non est iudex temporaneus, finem enim non habet regnum eius, et si enim nunc nō det pœnas qui inuasit dominatum, qui est raptor, qui aua rus, omnino tamen dabit. Manet enim qui exigit, & regnat perpetuo. *Peribitis gentes de terra illius. Desiderium pauperum exaudiuisti dominus. Præparationē cordis eorum audiuit auris tua.* Alius, Præparabis cor eo rum ad attendendum auri tuæ. *Iudicare pupillo & humili: ut non apponat ultra magnificare se homo super terram.* Vides prophetam malorum maiorem curam gerere Est enim eorum maximè male pati. Is enim qui iniuria afficitur accipit damnum pecuniæ. Ille autem uersatur in rerū maximarū periculo. Quid tum enim si non sentiunt ægritudinem qua uexantur? eo magis crescit eorū stupor, & eo nomine magis oportet eorum misereri. Nam pueri etiam terribilium nullam ducunt rationem: sed sæpe etiā in ignem manus immittūt, personas autem inanes uidendo pertimescūt. His sunt auari similes, qui paupertatem quidem uerentur, quod non est terribile, sed est etiam fundamentum securitatis, iniustas autem diuitias, & alienorum bonorum inuasionem multi faciūt, quod est quouis igne terribilius. Semper enim malum est auaritia. Vt ea ergo excindatur semper rogat propheta, minans, uociferans, deū rogans ut exurgat ad puniendum talem mentis stuporem. Et ideo subiungit dicens, Peribitis gentes de terra illius, minans illis interitum, & rogās ut sit adiutor & uindex eorum qui iniuria afficiuntur. Vt & hi respirent, illi uerò castigentur. Nemo ergo opum & facultatū copiā persequatur. Multa hinc mala oriuntur ijs qui non attendunt, arrogantia, socordia, inuidia, uana gloria, alia multo his maiora. Sed ut ab his omnibus malis liberemini, radicē excindite. Si ea enim nō maneat, mala germina nō germinant. Et ideo hæc dicta sunt, non solum ut audiamus, sed etiam ut corrigamur.

Esa.14. 23.

H *Exec.28. 29.*

Luc.1.

Græcè ἐ᾽ ἐι ο ΗΧΟΥ σος χύ ριε, exaudiſti domine.

I

1. Tim.2.

DE EO QVOD IN EVNDEM PSALMVM *ſcriptum eſt: Narrabo omnia mirabilia tua domine: Homilia. Incerto interprete.*

K Reatoris, & omnium rerum institutoris o-
c pera tacenda non sunt: sed tantùm potest dicere lingua, quātum concipit memoria. Nec possunt ab aliquo narrari cuncta, q̄ deus operatus est ab initio mundi. Quia fecit omnia ex nihilo uerbo illo ineffabili, non aerem uerberante, & per syllabas literarum transeunte, non à silentio incipiens, & ad silentium finiēs: sed illo uerbo quod semper loquitur, nunquā silens per creaturam, ministerium assumens siue per nubem, siue per angelum, siue per prophetam, siue per doctorem. Nec enim hoc est quod ministratur, quale est unde ministratur. Hic deus noster, qui dixit, & facta sunt, q est miraculorum plenitudo, infundit se prophetæ: et cū considerareт cuncta miraculorum opera, quę mirabilis fecit deus, ad hoc se conuertit, ut diceret: Consideraui opera tua & expaui. Aequè propheta sanctissimus, sicuti modo cantauimus. Narrabo omnia mirabilia tua. Quæ sunt miracula, & si non multa potest promere lingua nostra, tamen utcunque loquimur, itelligimus, & agnoscere possumus. Fecit ergo deus cœlum & terram, mare, & omnia q̄ in eis sunt, cuncta animantia quadrupedia, uolatilia, serpentia, natantia, germina arborum, fructus, radices, ramos, folia, & cuncta sunt creata & præparata. Ista omnia mirabiliter fecit, hominem manu pietatis è limo terræ, dans ei præceptum, ut lege seruata non moreretur: præcepto transgresso, morte moreretur. Peccante primo homine, totus uitiatus est mundus, labes peccati tota inoleuit. Concupiscentia in hominibus augmentata est, labiles facti sumus & infirmi. Medico indigebat generatio humanum Ille è sinu patris missus, qui semper fuit, & non fuit quando non fuit, unam cum patre habēs substantiam & essentiam, sanauit morbum quem protoplastus infuderat massæ hominum. De aduētu autem incarnationis eius quid enarrem, nisi mirabilia eius? Angelus aduenies, qui est uehiculum uerbi, infundit Mariæ, concepit credēs uerbo. Hoc uerbum, Caro factum est, assumens quod non erat nostrum, non amisit quod erat ex patre, permansit in suo quod erat in diuinitate. Ingressus uterū uirginis non uiolauit integritatem, creatus nō abstulit uirginitatem. Quæ sunt ista miracula? Generationem eius quis enarrabit? Transeamus id quod est super nos, redeamus ad nos. Quid est illud, ut homo in utero matris conceptus formaretur? Liniamenta corporis quis componit, omnes artus: quis pulchritudines capillorum ordinat, nisi ille mirabilis, qui est plasmator totiꝰ generis humani? Quid dicam in mirabilibus illius? ut succedant sibi tempora, fructus occurrant maturi in ordine suo, sapores diuersi, cępularum magnitudo. Quid dicam de deo iusto misericorde, faciente de superbo humilem, de adultero castum, de edaci parcum, de iracūdo mansuetum, ex impio pium, ex ebrioso sobriū, ex discorde concordem, ex tenaci largum, ex ingeto quietum, ex odiente charitatem habentem? In his omnibus quis operatur, nisi ille cui cātauimus modo, Narrabo omnia mirabilia tua? Ex fonte miraculorum impleuit fistulam linguæ nostræ, areolas conscientiæ nostræ: lætādum est, exultandum est, non in nobismetipsis, sed in domino, qui ista operatus est. Nam cōtexuit subsequens uersiculus psalmi, Lætabor & exultabor in te, psallam nomini

Luc. x Ioan. 1. b

M *Esa.53.d*

A tuo altissime: psallere uerbo, opere subsequi, fructꝰ
1. Cor.14. c. est inenarrabilis. Qui psallit deo & facit id quod cantat, psallit spiritu, psallit & mente: orat spiritu, orat & mente: ut quod faciat, dicat: & quod dicit, faciat. Et cùm hoc inimicus aduersarius totius mūdi uiderit, retrorsum redit pessum perductus, atque subter pedes famulorum dei prostratus non dominatur, quia aditum non inuenit introeundi. Clausa ianua cordis: firmata uecte crucis, ingredi minime potuit: quia tyrannus imperatorem intus agnouit Christum, & filium matris ecclesiæ. Et uos germen ecclesiæ, qui estis uno uerbi semine concepti, agnoscite qui cantatis, quod cantatis, & cui cantatis. Quid enim sumus, nisi quod ait sanctissimus il
Psl.102.c. le uates Christi: Memēto quia puluis sumus? Quid cantamus illi? canticum nouum. A uetustate primi hominis separati, in Christo recreati, cantamus cāticum nouum, à uetustate narrantes miracula eius in nobis collata. Cui cantamus? domino omnipotenti, præstanti, talia miracula facienti, cui credentes peruenire ad ciuitatem olim promissam nobis.

B Intrate, nullus remaneat. Miliaria sanctorum attendite, qui positi sunt in uia uitæ nostræ. Et ibi resumentes, ibi ciuitatem nobis in eisdem mōstratam quò tendimus, dicamus cum propheta: Narrabo omnia mirabilia tua, quia feciſti iudicium meum & causam meam. Vt causæ nostræ sic sibi conue-
Ro.14.et 2.Co.5.b niant cū præceptis dei, scientes quia staturi sumus ante tribunal Christi, & reddituri rationem, quæ p corpus gessimus, siue bonum, siue malum. Vt cùm chartę operum nostrorum discussæ, nulla in eis falsitas, nulla prauitas inuenta fuerit, liberi & non serui peccati, applicemur in dexteram pastoris pastorum, & cum ouibus innocentibus deputet nos, qui sanguine suo redemit nos.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN *eundem Psalmum Patientia pauperum non peribit in æternum, &c. Homilia. Incerto interprete.*

d Eus generis nostri, qui non despexit creatu
ram suam, neque factura suæ se negauit: pīsertim præstando hominibus uniuersa be
C neficia, ut det quæ in usu corporis necessaria sunt, uirtutes adornauit, ordinem constituit, rationem cordibus non negauit, ut uiam uitæ peruenientes, sine offensione inueniamur. Nunc quis cognoscit, quis uerbis explicat, quis enarrat magnalia dei, miracula omnipotētis dei? Omnipotens deus iste egē tium, qui in omni ordine ita uoluit suos clamare ad se, & iugiter indigere à se beneficio, ut quæcunque dici possint, à nullo deo sperētur, nisi à deo nostro. Illi uagi & pagani non à deo cuncta sperāt, sed à dijs manufactis: nos uero speramus beneficia ab omnium creaturarum factore. Nam modo quasi ipsa tolerantia clamabat ad deum, dicens corde & ore nostro ex dicto prophetæ, Nunquid in æternū in obliuione erit pauper? Modo hic pauperes audiunt, & quasi eriguntur, quasi ipsi nō sint in obliuione, & diuites in obliuione sint. Non est una pau
Mat. 5.a. pertas. Nam euangelium demonstrat nobis pauperes, non substātia sed spiritu, quos & laudat & beatos dicit, quoniā dicit: Beāti pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cœlorum. Qui sunt isti pauperes, respicite si possint æstimari diuitiæ illorum. Quicunque possident in terra, partem possidēt terræ, & hoc exiguam, qualis ille diues, qui posīdet totum cœlum, & meretur regnum? De istis pauperibꝰ dicebat propheta: Nunquid in obliuione in æternum, id est, in illa uita erit pauper, aut patiētia pauperum periet in æternum? Videtis quæ est tolerantia, quàm potens, ut toleret homo fratrem inquietum, superbum, iracundum, bilinguem, detractorem, subdolum, pigrum, iniurioſum, murmurabūdum, sibi placentem, cupidum, inordinatè ambulantem. Ista patientia cum admonitione increpat, non periet in æternum. Sic tolerandi sunt isti, ut tamen non taceatur istis talibus. Si tacuerimus, alios perdimus. Sed sic moderatione seruata fixa admonitione, ut & lingua clamet, & cor amet: quia clamor iste, etsi clamat, sed intus amat. Nam dictum
Esa.40.b est prophetæ, Clama. Et interrogauit ipse, Quid clamabo? Et responsum est ei. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius ut flos fœni. Exortus est sol, flos decidit, aruit fœnum, sed uerbū domini manet in æternum. Ergo ista patientia talis esse debet, ut & charitas seruetur, & proteruus homo increpetur. Er E go in æternum in obliuione erit pauper? Quis est iste pauper? An forte ille, qui dixit, nos in se portās, *Psal.68.f* pauper & dolens ego sum, & salus uultus tui deus suscepit me? Pauper erat, quia nos esuriebat. Intantum nos esuriebat, ut quando discipuli obtulerunt ei de Samaria ueniētes cibos ut manducaret, dixit eis credentibus Samaritanis: Habeo cibum mā ducare, quem uos nescitis. Ergo iste pauper potest di-
Ioan.4.d ci & populus Christianus, membra ista sub uno capite: quia caput nostrum Christus, nos uero mem-
Eph.4.d. bra eius. Et quare pauperes? quia quomodo pauperes omni tempore, omnibúsque momentis pulsant aures omnium hominum clamoribus suis pro pane uentris: ita pauperes spiritu clamant pro pane mentis, qui de cœlo descendit. Ergo pauperes isti beati, isti in obliuionem erūt nunquam, quia semper præstolantur, semper intendunt, semper rogāt, semper conseruant promissionem dei expectantes. Quomodo erit in obliuiōe iste pauper, qui die, noctéque genuflectit ad patrem domini nostri Iesu Christi, qui orationi instat, & uigilat in ea in gratiarum actione? Magna est patientia, eo quòd totum F patitur anima Christiana Impugnationes diaboli patitur, sed non superatur. Delectationes, immissiones, cupiditates, stimulis carnis colaphizantur, exagitantur, illuduntur, imaginantur, phantasiæ immittuntur: ista omnia tolerat anima, sed non superatur: uincit, non tamen suis uiribus: adiuuatur, ut uincat: accipit, ut perueniat: donatur, ut coronetur hæc patientia, quæ ad uictoriam peruenit, non periet in æternum. Sed quia non possumus nostra potentia, nostra uirtute, nostra magnitudine ista facere, dicamus cum eodem propheta, sicuti psalmus subexurgit, dicens: Exurge domine, non prævaleat homo. Quis est iste homo, nisi Antichristus? Audite fratres dilectissimi, Multi in seculo isto caduco, *Antichri sti, qui.* & fœneo habitāt Antichristi, & audite qui sunt isti Antichristi. Antichristi dicūtur ficti Christiani, Antichristi dicuntur hæretici, pagani. Ecce isti omnes Antichristiani dicuntur, quia in uno nomine Christi non eis placet simplicitas catholicę ecclesię, qui aut sub laude uituperant, aut inimicitiam apertè exercent. Sed isti cùm à fide nostra nos non tollūt, non prævalet homo. Atque utinam non nos lau-

G des humanæ extollant, non uituperationes frangãt: quia & laus periculosa est, & uituperatio æque periculosa est. Illa prosperitate corrumpitur anima, dum delectatur humanis laudibus: illa aduersitate frãgitur, obtusa uituperationibus. Ergo oremus & dicamus: Exurge domine, non præualeat homo quasi deus noster sedeat, & surgat, & stet, aut corpo reus, aut uisibilis sit istis oculis. Sed aliquid dicitur de illo, quod possumus intelligere ex ipso. Quod di cimus deo exurge, ut in nobis surgat, & nos ad illũ
Psal. 43.d. Psal. 110.a. surgamus. Nam alio loco dicitur: Exurge quare ob dormis domine? æquè alio loco dicitur: Ecce non dormitabit, neq; dormiet qui custodit Israel. Nunquid ista testimonia impugnant se? quia hic dicit, Exurge quare obdormis domine? & ibi dicit, Ecce non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel. Sed attendenda sunt testimonia sibi conuenien tia cum omni solicitudine. Nam si locis suis ponan tur, non claudicant: quod dictũ est, Quare obdormis domine? exurge & ne repellas in finem: uox est martyrum, uolebant se in præsenti defendi de per-
H secutionibus. Nam uox illorum est in Apocalypsi,
Apoc. 16. b. dicens: Quousque sanctus & iustus nõ iudicas sanguinem nostrum de his qui in terris habitant? Volebant ergo martyres, ut in præsenti miracula face ret deus, & confunderet fortitudinem aduersariorum & inimicorũ Christi: sed deus qui uolebat pa ti suos, & multas pœnas tolerare, dimisit eos torqueri, cruciari, affligi, ut ubi esset magna pugna, cõ cederetur eis & gloriosa uictoria. Exurgit ergo in nobis Christus, quando tolerãtiam habemus, quã do erigimur ad dulcedinem eius: quando uigila mus, ne nobis inimicus surripiat, nõ præualeat ho mo iste filius interitus. Veniat ergo pietas tua, & iu dicentur gentes in conspectu tuo. Constitue domi ne legislatorem super eos, ut sciant gentes quoniã homines sunt. Nunc orandus est, qui non nos sinat
Luc. 22. d tentari suprà quàm possumus ferre, sed faciat tenta tionem cum exitu, ut possimus sustinere. Vigilate & orate ne intretis in tentationem: quia omnis qui uigilat, & aduersarium non timebit, & coronam re positam accipiet.

Psal. 18. a I [Nonn. hui super psalmum, Cœli enarrant gloriam dei &c. reperies in ultimo tomo ad populũ Antiochenũ homi. 9.

EIVSDEM IN PSALMVM X.

In finem Dauid, Alius Epinicion Dauid.

Alius, uictoriæ effectori.

N *domino confido, quomodo dicitis animæ meæ,*
; *transmigra in montem sicut passer?* Alius, Tran si in mõtes sicut passer? Alius, Trãsmouere. *Quoniã ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sa gittas suas in pharetra. Vt sagittẽt in obscuro rectos corde.* Alius, In tenebris. *Quoniam quæ tu perfeciſti destruxerunt.* Alius, Quoniam leges dissolutæ sunt. Alius,
Heb. 8. Quòd doctrinæ confringentur. Magnæ sunt uires spei in dominum, præsidium quod non uinci, mu rus qui non expugnari, auxilium quod non potest superari portus tranquillus, turris quę nequit capi, arma insupabilia, uires inuictæ, & q in reb° difficil
Iudic. 4 limis & impeditissimis exitũ inueniũt. Per eã, iner-
1 Reg. 17. et Iudith 13. mes armatos, & mulieres uiros superauerũt, & pue ri ijs q in reb. bellicis exercitati fuerãt facile superio res fuere. Quid mirum autem si hostes uicerũt, quã do ipsum quoque mundum superarunt? Elementa enim propriam ignorantia naturam, ad id quod erat illis utile mutata sunt: & ferè nõ erant amplius K
Dan. 3 Dan. 6. ferę, nec fornax fornax. Omnia. n. componit spes in deum. Dentes erant acuti, & arctus carcero naturę immanitas, & fames naturam irritans, nusquam au tem erat quod eas arceret septum, & ora prophetæ corpori erãt proxima, sed spes in deũ, quæ est quo uis fræno potentior, in ora earũ irruens eas retro trahebat. Eadem ipse quoque philosophatus dice bat ijs qui eum iubebãt effugere, & ex locorum tu tela sibi salutem parare, In domino confido, quo modo dicitis animæ meę, &c. Quid dicis? Eum qui est orbis terræ dominus habeo socium, eum qui ubiq; omnia facile facit, habeo ducẽ, & à partibus meis stãtem, & me mittis ad terram inhabitabilẽ, & ex solitudine cautionẽ comparas? Maiùs ne fue-
Iob. 42. Sap. 11. rit ex solitudine auxilium, quàm ex eo qui omnia potest quàm facillime? Quid me pulchrè armatũ, tanquam nudum & inermem, ad fugam incitas, & trãsmigrare iubes? Deinde eum quidem qui habet exercitum marisq; & armis munitus est, non iube res fugere in desertum, sed uidereris ridiculus esse, si hæc consuleres. Eum autem qui habet secum or L bis terræ dominum, exterminas, & mittis in exiliũ, & iubes transmigrare propter bellum quod pecca tores inferunt? Cum his enim quæ dicta sunt hæc etiam alia causa cur non fugiat. Quando enim & deus fert auxilium, & peccatores sunt ij qui bellũ gerunt, quomodo non longè est omnium stultissi mus, qui iubet imitari auium timiditatem? Non cõ sideras quomodo exercitus, qui contra me stat in acie, est uilior aranea? Si enim Imperatoris terreni inimicus, ubicunq; fuerit, in periculo uiuit, timet, & cõtremiscit: multo magis dei uniuersorum. Quo cunque enim uenerit, omnes habet inimicos, atq;
Sap. 5. adeo ipsam etiam creaturam. Quemadmodũ enim suos amicos & elementa & bestiæ metuunt, & om nis creatura reuereatur: ita inimicum & hostem bel lo petunt & execrantur uel ipsa etiam insensilia. Et ideo illos quidem priusquàm uel terram tangerent ferę confecerunt: hos uerò ignis consumpsit. At ha bent arcus & pharetram, & eis parata sunt omnia. Pararunt enim, inqt, ea in pharetra. Sed nullæ sunt eorum uires, nec eos propterea timemus. Nam neq; M si uiderem quempiam, qui haberet, arcum solutũ, timerem. Quid enim iuuãt arma, si non sit uirtus? nec hic ergo, si non adsit dei beneuolentia. At do los struunt, & nõ recta aggrediuntur, & propterea eos maximè rideo, quòd sagittant in tenebris, nihil enim imbecillius uiro qui struit insidias, nõ opus habet ut armis aliorum capiatur: sed cadit manu propria, & sua ipsius fraude euertitur. Quid ergo possit esse eo imbecillius, quãdo capitur à propriis machinationibus? Cum his autẽ possumus etiam aliud dicere, quòd non solum bellum gerunt ad uersus eos quibus deus fert auxilium, idq; cum do lo: sed quòd etiam aduersus innocentes, & qui eos nulla affecerunt iniuria. Hoc autem eos non parũ reddit imbecillos. Quemadmodum enim qui ad uersus stimulos calcitrant, illos quidem non lędũt sed suos pedes cruentant: ita hi etiam. Cum his au tem alia quoque causa est, quæ belli eorũ uires frã git. Quænam autem ea est? *Quoniam quæ perfeci ſti destruxerunt.* Quod autem dicit, est eiusmodi Tecum bellum gerunt, & præliantur, legem tuam & præcepta tua destruentes. Præcepta enim tua eã-

A que perfecta conantur destruère. Vel hoc dicit, uel quòd etiam sunt legis transgressores. Iam uerò hoc quoque est non paruum argumentum imbecillita tis, quòd qui tua non custodierunt ij in bellũ profi ciscũtur. Propterea enim & cum rectis bellum ge runt, & dolos struunt, quoniam tua præcepta non audiunt. Postquàm narrauit hostium imbecillita tem, eamq; ostendit non ex ijs, ex quibus alij, sed ex ijs quæ sibi cõueniebat. Non enim dixit, Pecunias non habent, non præsidia, nec socios, nec urbes, nec quòd sunt rei militaris imperiti, sed his omni bus prætermissis & repudiatis, ut quæ nihil essent, cum dixisset eos esse iniquos, & bellum gerere cum ijs qui nullam fecerant iniuriam, & quæ dei sunt destruere, dicit deinceps iustorum aciẽ, ex eo osten dens quã sint hostes expugnatu faciles. Ita nos etiã eum qui est petens & imbecillus examinemus, sed non propter ea maximè timeamus, propter quę ti ment homines ridiculi. Quid enim dicunt? Est ter-
B ribilis, improbus, ingenti pecunia & opibus muni tus. Propterea eum maximè rideo. Hæc enim sunt genera imbecillitatis. At sit, inquit, tẽdere insidias. Rursus mihi dicis aliud genus imbecillitatis. Quid est ergo in causa quòd multi uincũt qui tales sunt? Quoniam tu rectè pugnare nescis. Quoniã tu quo que de eis decertas, ex quibus illi fiunt imbecilliо res, nempe de gloria & potentia: Fuge causam cer taminis, & alia parte feri eos qui te inuadũt, arrogã tem moderatione ac lenitate, auarũ paupertate, in continentem continentia, inuidũ humanitate, & ita eum uinces facile, sed, sicut prius dixi dum narrarem imbecillitatem hostium, uide quomo do iusti quoque dicit armaturã. Subiungit enim. *Iustus autem quid fecit?* Hoc est, Cum illi autem sic in struerent aciẽ, quæris undenã se iustus armauerit? Audi. *Dominus in templo sancto suo. Dominus in cœlo se-*
C *des eius.* Vides quàm paucis eius narrauit auxilium. Quid fecerit rogas? Ad dominum confugit qui est in cœlis, qui est ubique præsens. Non arcum inten dit: nec pharetram parauit sicut ille, nec aciem in struxit in occulto, sed his omnibus omissis spem in deum in omnes munijt, & eã illis opposuit, qui nullo horum indiget, non loco, non tempore, non armis, non pecunijs sed solo nutu omnia peragit.
Iob. 26. Interro- gat, ἐξε- τάζει, examinat, ἐξε- τάζει, exami- nat. Vidisti inexpugnabile expeditumq; & facile auxi lium. *Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebræ eius in-*
terrogant filios hominum. Dominus interrogat iustum &
impium. Qui autem diligit iniquitatem, odit animã suam. Alius, Palpebræ eius probant. Alius, Dominus iu stus examinator. Alius, Iustum probat & impium. Et eũ qui amat iniusta odit anima eius. Alius, Qui amat iniustitiam, odio habet animam suam. Vidi sti paratum adiutorem, promptum opitulatorem, ubique præsentem, omnia respicientem, cuius hoc maximè munus est, etsi nullus eum roget, prouide re, curam gerere, eos qui iniuriam faciunt prohibe re, ijs quibus fit iniuria succurrere illorum rectè fa cta renumerari, his pro peccatis supplicia infligere.
Habac. 1. Nihil ergo ignorat, oculi enim eius orbem terræ re spiciunt. Non solùm autem sit, sed etiã ea uult cor rigere. Et ideo alius quoque hoc ipsum significans dicebat. Iustus. Si enim iustus, non inducet in ani mum ut hæc temere fieri permittat. Auersatur ma los, laudat iustos. Deinde quod in priori psalmo di cebat, ostendens satis esse uitium ad seipsum consu mendum, hoc hic etiam significans, subiũxit. Qui D autem amat iniustitiam, odit animã suã. Est enim animę inimicum uitium, infestum, & perniciosum.
Ro. 1. 2. Psal. 138. Hier. 23 Quare uel ante supplicium dat pœnas improbus. Vidisti quomodo undiq; ostẽdit aduersarios facile capi posse, cum & talem habeat adiutorem, & à proprijs illi armis uincuntur, per quæ muniuntur per ea se consumentes & seipsos lædentes. Vidisti auxilij facilitatem. Neque enim aliquò eundum, nec currendum est, nec consumendæ pecuniæ, cũ deus sit ubiq; præsens, & omnia uideat. *Pluet super*
L. laqueos ignis, πῦρ καὶ θεῖον, ignem. *peccatores laqueos ignis, & sulphur & spiritus procella-*
rum. Pars calicis eorum. Quoniam iustus dominus, & iusti
tias dilexit, æquitatem uidit uultus eius. Alius putet su per iniquos carbones, Alius, Rectitudines uidebit uultus eorũ, hoc est, iustorum, uel etiam ipsius dei. Postquàm dixit supplicium quod ex uitio oritur. quoniam multi id contemnunt: mẽtem deinceps improborum cõcutit ex ictu qui superne infertur, emphatica & rem exprimente oratione utẽs, & per nomina terribilia procedẽs. Ignem enim, & sulphu rem, & spiritum procellarum, & carbones dicit eis E superne pluiturum, dictionum translatione pœnã ineuitabilem, supplicij profusionem, feriendi faci litatem & consumptricem uim uolens ostendere. Quid est pars calicis eorum? Hæc inquit, est fors eo rum, hæc possessio, in eo uersabũtur, in eo cõsumẽ tur. Deinde causam quoque affert, quod qui om nia respicit, non permittit ut hæc impune abeant. Quod alius etiã dicit propheta. Purus oculus tuus Abac. 1 ne uideat mala, & super labores respicere non pote ris. Hoc hic quoq; ostẽdit dicens. Quoniam iustus dominus & iustitias dilexit. Hoc dei est eximium quæ iusta sunt admittere, æquitatem amplecti, nec quę aliter fiunt unquam sustinuerit. Propterea psal mum incipiens, dicebat, In domino confido, quo modo dicitis animæ meæ, transmigra in montes sicut passer? Qui enim in rebus terrenis & ijs quæ ad hanc uitam pertinent confidunt, nihilo melius afficiuntur quàm passer, qui fidens solitudini, faci-
F le capi potest ab omnibus. Talis est q sperat in pe cunijs. Quemadmodum passer & a pueris, & à uis co capitur, & à laqueis, & ab alijs innumerabili bus: ita etiam qui est diues, & suorum & hostium petitur insidijs, & in maiore quàm ille uersatur pe riculo, ut qui multos habeat qui uiscum adhibẽt, & ante illos malas cupiditates, & est semper trans migrator, semper tempori seruiens, & lictorum iras pertimescẽs, & imperatoris indignationem, & adu latorum insidias, & fraudes amicorum, & cum hо stes irruerint plus quàm omnes contremiscit, & cũ est pax, suspicatur insidiatores, neq; enim habet di uitias stabiles, & quæ auferri nequeunt, & ideo semper uolat & transmigrat montes & deserta per sequens, uersans in caligine, & in meridie crassas ha bẽs tenebras, & dolos struẽs. Sed nõ talis est iustus. Viæ. n. iustorum resplendẽt instar lucis, neq;. n. insi
Sap. 3. 4. dias parare, neque iniuriam facere constituunt, sed quietum & remissum habent animum. Illi autẽ do los semper struentes, semper sunt in metu & in tene bris, sicut latrones, & murorum pfossores, & adul teri, & interdiu uident tenebras, cum sit eorum ani ma timore conturbata. Quomodo ergo possint hę discuti tenebræ? Si te ab his omnibus seiunxeris, &
Eccl. 2 à dei spe pependeris, & si sis millies peccator. Respi

Universidad de Deusto Biblioteca

G cite enim inquit,ad antiquas generationes,& uide te quis sperauit in dominum,& confusus est. Non dixit,Iustus,sed quis?etsi sit, inquit, peccator.Hoc est enim admirabile quod etiã peccatores anchoram hanc tenentes,sunt ab omnibus inexpugnabiles. Hoc est enim maximæ in deũ affectionis,quando tot malis oppressus, in eius benignitate habueris fiduciam.Quemadmodum enim est execrãdus qui sperat in homine, ita etiam beatus est qui sperat in deo.Ab omnibus ergo te seiungens,hanc tene anchorã. Deus enim omnia intuetur,& quæ iusta sunt iudicat,& non solum iudicat, sed etiam ad opus deducit,& ideo postquã dixit de eius iustitia, ostendit etiam supplicium per ignem,per procellã. Hoc autem facit illorum curam gerẽs, & per suppli cium reddens modestiores. Omnibus ergo de cau sis ad eum accedamus,& perpetuò ad eum respicia mus.Ita enim etiam omnia bona consequemur. In Christo iesu domino nostro. Cui gloria in sęcula sęculorum,Amen.

H e.17.

EIVSDEM IN PSALMVM XI.

H *In finem pro octaua. Alius, victoriæ effectori pro octaua. Hebræus autem* על־השמינית

Aluum me fac domine quoniam defecit sanctus.

Quoniam diminutæ sunt ueritates à filijs hominum. Alius. Quoniam finiti sunt fideles, à filijs hominũ. Ardua quidem res est uirtus, & per se difficilis,maximè autem,quando qui operatur, est in magna bonorum uirorum paucitate. Quemadmodum enim uiæ quidem ingressus affert laborẽ, multo magis autem, quando fuerit solus uiator,& nullum habet uiæ comitem:Ita hic etiam. Nõ parua enim res est fratrum societas,& adhortatio. Et

Heb. 10. ideo dicit etiam Paulus. Considerantes uosipsos ad prouocationem dilectionis & bonorum operum. Et ideo sunt uel maximè beati iudicandi ueteres, non quòd rectè & ex uirtute se gesserint, sed quod tum cũ magna esset uirtutis sterilitas, & nusquam apparerent qui se recte gererent.Hoc ergo si

Gen. 6. gnificans quoque scriptura dicebat.Noe iustus perfectus in generatione sua. Propterea admiramur Abraham. Propterea Lot. Propterea Mosẽm quod ueluti in profunda nocte stellæ apparebant, & tanquã rosę inter spinas,& oues inter lupos innumera

I biles. Vt qui uia omnibus contraria ingrederẽtur, & cœptum iter minimè interrumperent. Si hoc ipsum enim est difficile in multitudine: & qui multis contrarium iter ingredientibus ipse solus con-

τοῦ ροδίου. trà tendit,magnis afficitur molestijs, & in nauigatione est etiam difficile, cum fluctus & æstus cõtrà feratur,nauem in contrarium dirigere: multo magis in uirtute. Propterea hic quoque iustus, ut qui solus eam apprehendisset,cæteris contra tendentibus,confugit ad dei prouidentiam, dicens. Saluũ me fac domine. Nihil ergo hic aliud quàm hoc significat,Superna mihi manu opus est, cœlesti ope, & illo diuino auxilio. Cum enim uiam ingrediar omnibus contrariam,magna mihi opus est prouidentia.Et non dixit, Saluum me fac quoniam non est sanctus,sed quoniam defecit sanctus, ostendẽs eos etiam qui erant perijsse, postquã inualuit uitiũ & morbus superior factus est. Hoc Paulus quoque timet,dicens,Nescitis quòd parum fermenti totam

Gal. 5. massam fermentat? Et rursus, Corrumpunt bonos

1. Cor. 15 mores colloquia praua.Quid est autem,Diminutæ sunt ueritates? Multæ sunt ueritates. Quemadmodum in coloribus, & alijs generibus, alia quidem sunt uera,alia falsa, & est purpura uera, & purpura falsa,& in croco,& in lapidibus, & in aromatibus, & alijs eiusmodi:ita ẽt in uirtutib⁹,ueritas.n.est qđ uere est,falsum aũt qđ nõ est. Quoniã ergo hæc inuersa & obscura fuerant,nõ qđ suã pdiderant substantiã,sed quod ab horibus fusa & fugata fuerant: Propterea nõ dixit solum,Diminutæ sunt,sed adiecit,A filijs hominum, hoc ipsum uolẽs significare. Considera autem.Est mundus uerus.Est etiam falsus. Quis est ergo uerus mundus? Qui est in anima. Quis est autem falsus? Qui est in corpore. Sunt diuitiæ ueræ.sunt etiam falsæ.Falsæ,pecuniarum: ueræ,rectè factorum. Est letitia hęc quidem uera:illa uero falsa,& pulchritudines,& potentiæ,& gloriæ. Sed maxima pars hominum, horum ueritate relicta,quæ falsa sunt persequitur. Quemadmodum enim est homo uerus & falsus.Verus quidẽ, qui uiuit & operatur:falsus autem qui pictus est: Ita etiã uidere possumus in uirtutib⁹. *Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum. Labia dolosa in corde, & in corde locuti sunt mala.* Alius dixit, in corde alio & alio loquitur,duo hic dicit uitia, & quòd uana locuti sunt, & quòd proximo suo. Vel ea q̃ falsa sunt dicit uana, uel ea quæ sunt superflua & inutilia. Tale quid etiam dicit Paulus,cum dicit, ne mentimini adinuicem,& quod est omnium grauissimũ, quòd omnes erant corrupti.Et ideo non dixit,hic uel ille,sed unusquisque. Neque enim erat tantum uitium quod natabat in superficie:sed erat in profundo, & in corde. In corde & in corde,quod alius interpres dixit,In corde alio,& alio docens esse magnam in corde duplicitatem.Hoc est omnibus hostibus acerbius. Illi enim sunt aperti. Vnde etiã facile possunt caueri.Hi uero,cum aliam personam prę se ferant, & sint aliud,ab ijs quibus tendunt insidias non facile deprehenduntur, multo grauiores ijs qui gladios abscondunt. *Disperdat dominus uniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Qui dixerũt,Linguam nostram magnificabimus.* Alius, dominabimur. *Labia nostra a nobis sunt.* Alius,adsunt nobiscum. *Quis noster dominus est?* Alius, Quis nostri dominabitur? Vidisti quomodo eorum curam M gerit Propheta,quomodo pro eis orat. Neq; enim contra ipsos est id quod dictum est, sed pro ipsis. Neque enim orauit ut perderentur,sed ut eorum uitium de medio tolleretur. Non dixit enim,perdat ipsos dominus,sed labia dolosa Et rursus,non substantiam,sed linguã,arrogantiã,fraudẽ uult auferri,superbiam excindi.Irridens autem eorum stultitiam,dicit,Labia nostra à nobis sunt. Quis noster dominus, est? Insanorum & mente captorum uerba.Et ideo Paulus contrà ac ij loquens,suadet. Nõ estis uestri,pretio empti estis,& iubet eos non sibiipsis uiuere.Non sunt tua labia,sed domini. Ipse.n. ea fecit:ipse constituit,ipse uitam inspirauit. At tu habes. Sed non omnia quæ habemus nostra sunt. Pecunias enim habemus, quas alij apud nos deposuerunt,& agros conductos habemus,quos alij nobis dederunt. Ita hæc etiam tibi locauit Christus, non ut feras spinas, sed ut conuertas semina ad id quod est utile,non ut arrogantiam, nõ ut dolum: sed ut humilitatem, ut laudem ac benedictionem, Vt dilectionẽ facias per ea germinare. Et dedit oculos,non

K

L

κακὰ, mala, pro est in uetera uersione, sicut nec in Hebræa. Col.3.

Luc.16.

1. Cor.5. Ro.14 2. Cor.5

Mat.5

A los,non ut impudice aspicias:sed ut ipsos ornes tẽperantia,& manũs,non ut ferias, sed ut miserearis. Quomodo autem dicis,labra nostra sunt à nobis, quando ea peccati serua feceris,quando fornicationis,quando immũditię? Quis est noster dominus? O uerbum diabolicum. O animam Dæmoniacã. Vides, ò homo, uniuersam creaturam prædicare Domini potentiam, sapientiam,curam,prouidentiam,corpus tuum, animam,uitam, quæ sub aspectum cadunt, & quæ non cadũt,omnia propemodum uocem emittentia laudare potentiam artificis:& dicis,Quis dominus noster est?Hoc est furoris,hoc stuporis,hoc corrupti animi.Propterea sũt mala innumerabilia. Sed hi quidem dicunt, Quis est noster dominus? Alij autem dominum quidem confitentur: iudicium autem & pœnas propositas auferunt,breui iucunditate magnum sibi ementes supplicium, & dum uolunt se recreare quòd gehẽnæ non meminerint, per hanc securitatem metúsque uacuitatem in magnum se barathrum imprudentes immittunt. Et ideo rogo ut gehennæ memi

B neris,de gehenna loquaris: Ita animam tuam compone, pulchrámque ac decoram effice. Magna est enim horum uerborum utilitas. Non enim ei deus temere minatus est, & eam terrore affecit:sed id fecit ut metu meliores redderet. Et ideo diabolus omnia facit & molitur, eius uolens auferre memoriam.Noli eam è memoria eiicere. Nec dicas,Quid me importuna afficiam tristitia?Importuna est tristitia,quando angeris in gehenna. Hoc est tempus tristitiæ,non illud,& hoc ostendit diues sub Lazaro,cui nihil profuerunt innumerabiles quibus afficiebatur molestiæ. Si autem in tempore doluisset, non ea passus esset quæ passus est. *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit dominus. Ponam in salutari, fiducialiter agam in ipso.* Alius. Ordinabo salutare apertum. Disce quanta sit uirtus humilitatis.Pauperum potentia, pauperum,in quam, eorum qui sunt contriti corde,est quod male patiantur defensio. Non enim uitam, nec uirtutem,sed malorum perpessionem dicit deum excitare,& eum ad supplicium & uindictam euocare. Tãta res est,si tibi fiat iniuria, eã ferre forti animo,tan

C tam deus curam gerit eorum qui afficiuntur cõtumelijs, maximæ defensionis loco est calamitas & mala pati. Magna est uis eiulatus quę supernũ euocat auxilium. Timete quicunque pauperes iniuria afficitis.Habetis uos potẽtiam,opes, & pecuniam, & iudicum beneuolentiam, sed habent illi arma omnium ualidissima,luctus,& eiulatus, & illud ipsum iniuria affici, quæ è cœlis auxilium attrahũt. Hæc arma domos effodiunt,hęc fundamenta euertunt.Hæc integras gentes submergunt,gemitus dico eorum qui afficiuntur iniuria. Bonum ac pium eorum animum deus reueretur, quando malè patientes, nullum malum uerbum proferunt, solum autem gemunt,& sua mala deplorant. Quid est autem, Ponam in salutari, fiducialiter agam in ipso? Cum fiducia,inquit, apertè & manifestè eos defendam,ut omnes intelligant. Et quando nã non conseruat palam & manifestè? Nonnunquam id facit nõ manifestè,sed clam, neque enim opus habet ut ab hominibus gloria afficiatur, nunc autem quoniam erat uerisimile inimicos eos insectari,eisque insultare, et eis exprobrare quòd deum non habe-

D rent adiutorem. Vt illi quoque castigarentur,& fierent meliores, cum experientia didicissent domini auxilium, apertè,inquit, faciam pro eis salutem. *Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatũ, probatum terræ.* Et quomodo sunt hæc ijs quæ dicta sunt consequentia? pulchrè admodum. Ne hæc enim,inquit, existimetis temere dicta esse, inanésque & superuacaneas esse minas. Sunt enim pura eius uerba,à mendacio libera.Quemadmodum.n. argentum ignitum nihil habet alienum & adulterinum: ita etiam dei uerba quæ dixerit, omnino euenire oportet.Et ideo dicit, Eloquia domini,elo Esa.40. quia casta,argentum igne examinatum.Alius,Igni 55. tum,cedẽs terræ. Hebræus autem pro eo quod est Cedens terræ,dixit, בעליל לארץ Baalil laares, hoc est,fusum,in terram fluens. *Purgatum septuplum.* Vidisti quomodo quod uerum est & à mẽdacio alienum per similitudinem materię ostenderit. Quem admodum enim illud fusum,ignitum,& hoc sæpe passum,est ab aliena materia alienum, exactissime purgatum:Ita etiam dei prolata sententia. *Tu domine seruabis nos & custodies nos ab hac generatione &* E *in sæculum.* Alius,Custodies ipsos.Alius,Custodies ipsa,& conseruabis nos ab hac generatione & in sęculum.Alius, Cum generatione quæ est in sæculum. *In circuitu impij ambulant.* Alius, Ambulabunt.Alius In circuitu impiorum ambulabunt. *Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.* Alius, Quãdo exaltati fuerint uiles filiorum hominum.Alius, secundum altitudinem exaltati filij hominum.Hebręus autẽ, רם זלות לבני אדם cerum zuloth libeni Adam. Tu autem domine custodies,nos & conseruabis nos.Vide eũ frequenter,imò uerò assiduè, ad deum confugere, & ab eo auxilium petere? est enim potentissimum auxilium, quod nullo tẽpore interrũpitur.Nulla re,inquit, humana opus habemus.Tu enim es,inquit, qui perpetuo custodis. Quid est autem,In circuitu impij ambulant. Cõuenienter quidem septuaginta,ita dicendum est,Etiã si impij nos circuncirca obsiderant,nihil graue patiemur,nos enim conseruas,& extollis,clarosque & illustres reddis. Si alium autem interpretẽ sequamur hoc dicendum est,impij extrudentur quando uiles ex filijs hominum,exaltaueris. Hoc est,quan- F do nos,qui uiles reputamur & contempti,humilia tos gloria affeceris,seiunges ipsos & expelles. Quid est autem,Secũdum altitudinẽ tuam? Pro eo quod est,Similes tui effecisti,quatenus fieri potest ut homo sit similis.Faciamus enim,inquit,hominem ad Gen.2 imaginem & similitudinem nostram. Quod ipse enim est in cœlo, nos in terra, & quemadmodum supernè nullus est eo supior, ita nullus in terra est huic animali uirtute similis.Estote,inquit, similes Mat.5 patris uestri qui est in cœlis. Quinetiam nominis quoq; nos fecit participes.Ego dixi,inquit,dij estis & filij excelsi oẽs.Et rursus,cõstitui te deũ Pharaonis,& fecit eẽ opificẽ corporeorũ & incorporeorũ. Exo.7 Psal.81 Et nunc quidẽ mutat Moses creaturam:nũc autem 1.Cor.6 alij alia elementa,nobis autem iussit nos ipsos deo templum extruere. Etsi ergo non fabriceris cœlũ, dei tamen templum fabricaris. Propterea enim cœlum quoque est splendidum, quoniam habet deũ in ipso habitantem, imò uerò per Christũ nos unà Ephe.2. quoque susciauit, & nos considere fecit in dextris in cœlis, & dedit ut maiora faceremus ijs quæ ipse

Universidad de Navarra Biblioteca

G fecit. Signa enim, inquit, quę ego facio, ipse quoque
Io. 14. faciet, & maiora his faciet. Et in ueteri, hic quidem
Gen. 7 mare mutauit: ille uerò solem frenauit: alius lunā
Ios. 10. iussit manere. Alius autem rursus in se radios auer-
1. Par. 4 tit. Filij autem in fornace elementi operationem al
4. Re. 20. ligarunt, & flamma insaniens silebat, & alligata si-
Dan. 3 bilabat. Norunt etiam feræ reuereri dei amicos, &
Dan. 8. licet fames urgeat, sapientię tamen studium maius
indicant. Qui sunt gulæ dediti, uereantur ferarum
abstinentiam. Leones uiderunt Danielem, & philo
sophati sunt, nos ad nos uenientem filium dei ui-
dentes, minimè philosophamur. Maluerunt illi fa-
me perire quàm sanctum corpus tangere. Nos nu-
Mat. 25 dum Christum & fame confectum circuire uiden-
tes, ne quæ sunt quidē superuacanea dimittimus.
Sed in summa rerum affluentia uiuentes, sanctos
Iob ult. despicimus. Terra rursus alij dei amico tanta dona
ex suo sinu protulit, & tantam fertilitatem quantā
Act. 19. nunquā anteà. Et quid miraris, si ipsi erant venera
Act. 5. biles, cum & uestes eorum, & umbræ Dæmonibus
Gen. 18. & morti & morbis essent formidabiles. Quinetiā
& 19. 22 Angeli quoque reueriti sunt & insigniter honora-
H runt homines. Quidni enim honorarent, quos ip-
Exod. 14. se dominus honorabat? Hoc autem uideri potest
Iudicū 2. & in nouo & in ueteri. Et ideo dicit, Secūdum alti-
Mar. ult. tudinem tuam multiplicasti filios hominum. Cū
Act. 5. 8. ergo considerauerimus honoris magnitudinem,
10. 12. quam par est præbeamus pro ea remunerationem
ne nobis habitus honor insignis, sit nobis uiati-
cum futuri supplicij.

EISDEM IN PSALMVM XII.

In finem Psalmus Dauid. Alius Epinicion canticum Dauid.

Squequo domine obliuiscēris me in finem? Alius,
u obliuiscēris me perfectè. Alius, ad contentionem. *Vsquequo auertis faciem tuam à me?* Alius, Abscondis. *Quandiu ponam consilia in anima mea* Alius, statuam sententias. *Dolores in corde meo per diem & noctem.* Alius, solicitudinem in cogitatione mea quotidie. Non est hoc paruum bonum, sentire dei obliuionem. Obliuionem autem ne existimes esse affectionem, sed derelictionē. Multi certè quibus hoc accidit, hoc ipsum quidem norunt neque dolent. Hic autem beatus non solum hoc nouerat, sed tempus etiam animo reputabat. Illud enim Vsquequo, est eius qui magnum tempus ostē dit, & ideo dolet ac luget. Tu autem cōsidera quo modo de nulla re terrena & quæ ad hanc uitā pertineat angatur, non de pecunijs, non de gloria, sed ubique de dei beneuolentia. Et undenam nouit, inquit, deum esse sui oblitum? Quoniā nouerat etiā quando meminerat, & apertè sciebat quid sit quidem obliuio, quid uerò memoria. Non quemadmodū multi homines, quando sunt diuites, quando apud homines gloriam assequuntur, quādo eis omnia feliciter succedunt, quando uincunt inimicos, tunc existimant deum eorū meminisse, & ideo nec sciunt quando deus eorum obliuiscitur. Qui enim signum memoriæ nescIunt, nec norunt etiā signum obliuionis. Si enim non norunt signa amicitiæ, nec inimicitiarum etiam signa norunt. Multorum enim qui hęc habent deus obliuiscitur, atque adeò eorum maximè, eorum autem qui in rebus aduersis uersantur sæpe meminit. Nihil enim apud deum æque facit meminisse, ac boni aliquid face-

Et noctē, nō est in nostra editione, sicut nec in Hebræo.

I re, esse sobrium ac uigilantem, uirtutis curā gerere. K
Quemadmodum nihil æque obliuionis causa est, ut esse in peccatis, auaritiæq; & rapinæ esse deditū. Et tu ergo, ò dilecte, quando in aliqua fueris calamitate, ne dicas, deus mei oblitus est: sed quando fueris in peccatis, & omnia tibi feliciter succedunt. Si hoc enim cognoueris, à rebus malis agendis citò recedes. Vsquequo auertis faciem tuam a me? Hoc est maxima obliuio, ex humanis enim figuris ostendit dei operationes, & eius iram & punitionē exprimit. Deus autem rursus faciem suam auertit, quando facimus quæ sunt indigna eius præceptis. *Esa. 1.* Quando enim extendetis, inquit, manus uestras, auertam oculos meos à uobis, deinde causa subiū gitur. Manus enim uestræ sanguine plenæ sunt. Hęc ipsa autem derelictio, & uultus auersio, magnæ est curæ ac prouidentiæ. Hoc autem facit, ut nos ad se uehementius attrahat. Nam etiam is qui est insano amore captus, eum qui amatur contemnentem dimittit ac derelinquit, non animo quidem expellēs, sed ipsum uolens ad se conuertere, & sibi coniungere. Postquam autem dixit auersionem, dicit etiā obliuionem, & quæ sibi ex ea euenerunt. Quænam L autem ea sunt? Ea quæ subiungit, dicens. Quandiu ponam consilia in anima mea. Quemadmodum enim qui è portu egressus est, ubique uagatur: & q luce priuatus est, in multis offenditur, ita etiam q in dei obliuionem incedit, curis, solicitudinib' ac doloribus perpetuo angitur. Hoc autem non parū confert ad Deum ad seipsum conuertendum: curis & solicitudinibus angi, doloreq; & tristitia extabescere, auersionis eius rationem ducere. Quod etiam *2. Cor. 2.* Paulus scribens ad Corinthios, dicit de seipso. Et quis est qui me lætitia afficiat, nisi qui ex me tristitia afficitur. Hoc enim non parum lucri est, ò dilecte, sentire dei auersionem, dolere, tristitia affici. Ita enim ipsum ad nos celeriter conuertemus. *Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me. Respice & exaudi me domine deus meus. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte.* Quemadmodum enim cum retinet ac defendit nos deus, & stat, à nobis q̄ molestiam afferunt longe recedunt: ita etiam cum recessit, & oblitus est, & anima discerpitur, & cor dolore angitur, & qui uexant insultant, & sunt omnia scopuli ac præcipitia. Hæc autem utiliter permittū M tur, ut per omnia stimulati q sunt socordiores, maiori studio redeant eò unde exciderunt. Erudiet. n. *Hiere. 5. iuxta 70 Iob. 33* inquit, te defectio tua, & uitium tuum te redarguet. Dei itaq; derelictio, est species prouidentiæ. Quando enim qui prouidet, & curam gerit, contemnitur parum dimittit & derelinquit, ut tunc expulsa socordia, negligentes fiant diligentiores. Respice, inquit, ude inimicum meum, qui exaltatur supra me & si non propter meam miseriam, saltem propter illius arrogantiam & superbiam exaudi me. Et quid petis. Vt uincas inimicos? Non hoc dicit, sed ut illuminentur oculi cordis, ut expellantur tenebrę, quę sunt offusæ perspicaci animæ facultati, & intelligētiæ oculum obscurarunt. Hoc peto. Illumina oculos meos. *Ne quando dicat inimicus meus,* Cum meuiderit deturbatum ad mortem peccati, *Ita prœualui aduersus eum.* Ipsum superaui, quod uolebam uidere, hoc mihi accidit. Quid est, prœualui aduersus ipsum? Etsi per se non est fortis, contra me quidem certe est fortis. Nostri uictoria ei affert uires, eumq;

A reddit potentem & ualidum & inexpugnabilem.
Vides quòd quando peccamus, non solum nos ipsos dedecore afficimus, perdimus, ad mortem cogimus, sed eo quòd uicti sumus, inimicos nostros ualidos potentesq; prædicamus, nec hoc solum, sed etiam in eos in magna lætitia & exultatione collocamus. Papę quantæ est stultitiæ, quanti stuporis, aduersarijs aduersus seipsos ferre auxilium, & ut ij qui animam excruciant & affligunt, letentur & exultent parare. Vide quot absurda. Cum inimicum uincere oporteret. Imbecillæ enim factæ sunt eius rhompheæ in finem, cum, inquam, uincere oporteret, uincimur, nec id solum, sed etiam ualidum ac potentē reddimus, & nec eousq; sistit extrema amētia & summus morbus noster, sed quæ ei etiam lætitiam & exultationem afferant, comparamus. Reuera est extrema ebrietas, & summum malum, peccatum. *Qui tribulant me si motus fuero exultabunt.*
Tres causas affert propheta, ut Dominum moueat, ut respiciat, & faciem suam cōuertat, & eius oratio
B nem exaudiat, uires inimicorum, & ante id, erectio nem, & eorum exaltationem, & tertium, lætitiam & exultationem ipsorum, propemodum dicens. Si non propter meam orationem, nec propter meam miseriam conuertis ad me faciem tuam Domine: saltem propter inimicorum arrogantiam, eo quòd suas uires ostentant, & sibi ualde placent? Quoniā meis malis lætantur, & casum meum irrident. Exaudi me Illumina oculos meos. Aufer grauem somnū in peccatis meis: quo sopitus propemodum ad animæ mortem dormitando deductus sum. Si n. à securitate tua tantum emotus fuero, eis lætitia & gloria & uirtus hoc ducitur, & hoc nomine se iactant, & sibi ualde placent: & sunt intolerabiles. Si autem ad mortem fuero deductus, quid ij non fecerint? Vides quam magnum damnū existimet propheta, & nihilo minus quam pœnam ac suppliciū, communem inimicum lætitia afficere, & ut ipse potens excelsusq; uideatur efficere. Si hæc enim non existimaret mala maxima & intolerabilia, non hęc proposuisset ad Deum placandum, & ad sui beneuolentiam attrahendum. Ita etiam nos faciamus & C consideremus, & contendamus, ne inimicum exaltemus, ne potētem faciamus, ne lætitia afficiamus, sed contra & humilem & abiectum & imbecillum tristemq; & demissum reddamus. Si enim eos q pec cant rectè & ex uirtute se gerere uiderit, hæc omnia simul fiunt. *Ego autem in misericordia tua speraui.*
Quid ergo rectè fecisti ut petas ut rursus te, respiciat, ut tuam orationem exaudiat, ut tuæ mentis oculi illuminentur? Vndenam autem hæc tibi speras futura? Dicant quidem, inquit, alij, si quid possint dicere, ego autem unum scio, unum dico, omnem spem meam in illo colloco, illud mihi propono, misericordiam tuam, tuam clementiam. *Ego autem,* inquit, *in misericordia tua speraui.* Vidisti Prophetæ humilitatem. Vidisti pium & gratum uiri animum, licet posset innumerabilia à se recte facta dicere, & per ea deum exorare, eorum nihil dicit, sed ad solam confugit dei misericordiam. Vnde clarū est quòd cum hæc dicit, nempe, si feci illud, si retribui mala pro bonis, & quæ sunt huiusmodi, in magnam adductus necessitatem hæc dicit. Quæ si nō adsit, nihil dicit illorum, sed misericordiam & dei clementiam pro omni supplicatione proponit, de- D inde confidens fore ut spe non frustraretur, subiū xit, *Exultabit cor meum in salutari tuo.* Vidisti aiam bene sperantem. Petijt, & priusquam acceperit, tanquam qui accepisset agit gratias, & deo canit hymnum, & omnia facit quæ prædicta sunt. Vndenam autem est tam bona spe præditus? Ex pio & grato animo, ex magno & uehementi studio petitionis, sciebat eum qui sic peteret, à deo exaudiri, ex magno cordis calore & agitatione. Quemadmodum ergo qui segniter & negligenter petunt, etiam cum acceperint uix donationem sentiunt: ita etiam qui cum intenso studio & uehementi animi contentione petunt, etiam priusquam acceperint, ex magna & pura sua affectione perinde ac si accepissent donum sentiunt, diuina eis gratia lætitiam anteà immittente, & propterea agunt gratias, & ab accipiendo non longe absunt. Exultabit cor meum in salutari tuo. Hoc, inquit, meam animam lætitia afficit, quòd à te salutem assequatur, lætatur anima mea quòd eius sit salus. Vidisti exultationem & exulta- *Pro. 2* tionem, inimicorum exultationē propter lapsum, E & exultationem animę propter propriam salutem. Illa est improbi. Hæc est eorum qui conseruantur. Illa est exitium & eius qui uidebatur exultare, & ei⁹ propter quod exultabat. Hæc est salus & adhortatio eius qui exultat. Hac ergo exultatione & lætitia lætemur & exultemus, illam aūt fugiamus & auersemur. *Cantabo domino qui bona tribuit mihi, & psallam nomini domini altissimi.* Monimentum, inquit, huius beneficij cāticum deo offeram, quòd me beneficio affecit, inimicum humilem & abiectum reddidit, ignominia & dedecore impleuit, imbecillū esse conuicit, meam exaudijt orationem, in me uultum suum conuertit, discussa caligine & tenebris p quas ad mortē ferebar, & propter eius salutare exultans, tanquā aliquod monimētum indelebile, hoc canticum eius in me beneficiorū dedico, non nūc solum hoc canens, & beneficia eius apud me mente uersans, sed etiam in posterum cantabo & psallā nomini tuo, nulla unquam obliuione delendam beneficij magnitudinem animo circunferens. Talis ergo anima non solum malis irretita, à malis liberatur, sed etiam fit tutior, ut nō amplius in simi- F lia incidat. Quando enim beneficium semper habet in memoria, clarum est quòd malorum quoq; recordatur, à quibus liberata beneficium fuit consecuta. Cùm autem mala memoria teneat, diligenter apud se reputat undenam ea sibi euenerint, & propter quam causam in tantum malum fuerit deturbata, & deinceps id reputans, seipsam undique munit ne in tales incidat calamitates, & ita deinceps suam uitam rectè componens, & instituens, ei qui liberauit magnas agit gratias, quemadmodū inuenit liberatorem, ita ut etiam custodem in futurum habeat postulans. Hāc nos quoque imitemur, etsi in aliquod peccatum inciderimus, ad nos cito redeamus, & faciamus ut lapsus sit occasio securitatis, & argumentum & impulsio non amplius peccādi. Quomodo ergo facies? Habes Dauid præceptorem. Peccauisti, ne dormias in peccato, sed exurge, & statim apud te cogita quòd deus à te faciē auerterit, quod tui oblitus sit, deinde plora, ingemisce, laua per singulas noctes lectum tuum lachrymis, cito recede ab ijs qui operantur iniquitatem. Nam hæc quoque sunt Dauid præcepta. Dic cum ipso.

G VSquequo domine obliuiſceris mei in finẽ? Vſquequo auertis faciem tuam à me? Dic non lingua, ſed corde multo ante. Dic alias Dauid quo que rationes. Quando dixeris omnia, Spera in miſericordia eius. Spera, ne hæſitaueris. Qui enim hæſitat, inqt, eſt ſimilis undę maris quæ uento excitatur & agitatur. Ne ergo exiſtimet qui eſt eiuſmodi, ſe aliquid à deo accepturum. Vir enim duplici corde eſt inſtabilis in omnibus uijs ſuis. Spera ergo in eius miſeri cordia nihil hæſitans, & poſtulatum omnino conſequeris. Poſtquã autem cõſecutus fueris, ne ſis accepti immemor & ingratus in benefactorem, ſed fac monimentum eius beneficij, & pro gratiarum actione ei dedica canticum. Non potes ipſe forte componere, conuoca pauperes, eorum linguas cõmodato accipe & tibi eas compara. Scias eum lubentius id auditurum, quàm canticum Dauidicũ, quod illi pro te cecinerint. Quemadmodum enim quod ex diuerſis eſt chordis conſtitutum, iucundiorem emittit modulationem, quã quod ex unica: ita etiam quod eſt ex diuerſis pauperibus, Deo
H qui audit uocem pauperum iucundum quid reſonabit & amabile. Erige tibi ipſi & deo huiuſmodi monimentum. Ei quidem, monimentum beneficij: tibi uerò, oſtenſionem gratiarum actionis, grati animi & memoriæ, ſignum perpetuæ memoriæ quam in corde ſemper habens infixam, corrige tuã uitam, imò uerò corrigamus, ut ſimus digni hæreditate bonorum quæ illic ſunt. In Chriſto Ieſu domino noſtro Cui gloria & potentia in ſęcula ſęculorum, Amen.

Io.1. Iac.1 Ibi. Luc.14

EIVSDEM IN FINEM PSALmus Dauid 13.

Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt deus. Quẽ
d admodum dum dominus iniuria afficitur bonus ſeruus, ut qui ſit in primis beneuolus egrefert & indignatur: ita etiam dum deus nihili ducitur, Dei Propheta impium corrigit, dicẽs, ut audiſti, Dixit inſipiẽs in corde ſuo, nõ eſt deus. Quemadmodum enim ſeruus qui amat Dominũ, poſtquam intellexit ſuos conſeruos habere dominum deſpicatui, ut oſtendat ſuam in eum beneuo-
I lentiam, ad eum ulciſcendum ſe comparat, & uel manibus ulciſcitur eum qui illum affecit iniuria, uel traducit reddens omnibus exoſum, uel ad correctionem & metum aliorum, domino renunciat, & ut grauioribus plagis afficiatur procurat, in eũ qui ſeditionem excitauit tãquã in proterum & rebellem bellum gerens: Ita etiam propheta cum intellexit Creatorem ignominia affici à creatura, & figulum à luto contumelijs inceſsi, & deum ab impio ludibrio haberi ac nihili pendi, perinde ac ſi lapidis ictum in corde accepiſſet, & dolorem non ferret, exclamauit, Dixit inſipiens in corde ſuo, Nõ eſt deus. Vide autem quàm aptè pſalmo qui præcedit coniungitur. Quia enim in illo ægrè ferens dixerat, Vſquequo domine obliuiſceris me in finem. Et paulo poſt. Vſquequo exaltabitur inimic⁹ meus ſuper me inſipiens, dicens non eſſe deũ. Qui enim aduerſus deum extollitur, multo magis extolletur aduerſus dei prophetas, & qui cõtra dominum erigitur, etiã aduerſus cõſeruos erigetur, q interrogatus cur nã die & nocte excruciatur, hęc nunc reſpõdet. Cur excrucior rogas? Quoniam dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt deus. Cum impio conuerſationem exiſtimo eſſe à deo auerſionem. Deum mei K
eſſe oblitum ſuſpicor, quòd unà cum ipſo uiuam. Sancto enim eſt cruciatus, & ad iram prouocatio, impiorum impietas. Ita etiam de Paulo dictum eſt. Athenis autem cum Paulus expectaret Timotheum, incitabatur ſpiritus eius, uidens idololatrię deditã ciuitatem. Cur ait uiuunt impij? Hæc Dauid dixit de Saule, ut narrat hiſtoria, propter uentrilo quam quemadmodũ etiam 52. Pſalmum, propter Doec, qui eadem continet. Dixit inſipiens Saul, Videte mihi mulierem uentriloquã, & quærite. Alius Adam à muliere deceptus eſt. Dicit autem ei, Diuina mihi in pythone, & relicta prophetia, deturbatur ad diuinationem. Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt deus. Muniamus nos fratres, ne in inſipientis naufragium incidamus, uerbis ipſum fatentes, factis autem negantes, bonum & miſericordẽ uocantes, eius autem qui ægrotat, uel pauper eſt, aut affligitur nõ miſerente. Et quòd nõ ſolũ uerbis ſed etiam factis quis neget deum, & qui Chriſtianus nominatur, eadẽ dicat quę inſipiens, Non eſt deus, teſtis eſt Apoſtolus qui dicit, Deum fatentur ſcire, factis autem negant. Quanto ſunt autem facta potẽtiora uerbis ad perſuadendum, tanto factis quã dictis deum negare ore uel corde grauius. Dixit inſipiẽs in corde ſuo, Non eſt deus. Qui in ore dicit, L
Diligam te domine, & in corde fratrẽ habet odio, quomodo deum diligit, nõ obediens ei qui dicit, Diliges dominum deum tuum, & proximum tuũ ſicut teipſum? Dominus dicit, Qui diligit me, ſermones meos ſeruat. Qui ergo non ſeruat, non diligit. Ore dicit deum, & corde dicit, Non eſt deus. Te ſtis eſt dominus qui dicit, Populus hic ore me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt deus. Quòd autem qui fratrem ſuum habet odio, is etiam deum odit, licet ore clamet ac uociferetur ſe deum amare, dicit Ioannes Euangeliſta in epiſtola, Qui dicit ſe deum amare, & fratrem ſuum odit, mendax eſt. Si enim fratrẽ ſuum quem uidit non diligit, Deum quem non uidit quomodo diliget? Cùm ergo qui talis eſt ſe deũ ſcire fatetur, & non apertè negat, is impietatem in corde fabricatur. Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt deus. Vnde hanc ſententiam cõfirmans prophe
M ta, dicit inferius, Nõne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem, Qui deum confitentur uerbis factis autem negant? Qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis, Dominum non inuocauerunt. Deum enim fatẽtur ſcire: ſed quoniam factis negarunt, inuocantes non inuocarunt. Ipſe dominus dicit, Cur me uocatis domine domine, & non facitis quæ dico? Omnis, inquit, qui peccat, non agnouit dominum. Dicit Ioannes. Cum enim uitium uirtutes perſequatur, pietas quoque unà cedit ac religio, ut quæ ideo adſint, quod id non adſit. Ita etiam ſi lij Heli, filij peſtis, Dominum quoque neſciebant, in eo quod dominum ore negarent, ſed quod turpia facerent in tabernaculo. Et qui dant fœnori pecuniam, Deum non norunt. Ipſe dicit, Vſura ſuper uſurã, dolus ſup dolũ, noluerũt me noſſe, dicit dominꝰ, q dixi, Si fratri tuo pauperi dederis mutuo pecuniã, nõ eum urgebis, nõ impones ei uſurã. Nõ eſt deus. Et quõ q̃ ſunt poſt deũ? Nõ eſt deus. Et quõ q̃ ſunt p deum? Nõ eſt deus Et quõ omnis lingua hominis deum nominat? Fallũtur ergo omnes hominum

Pſ.13. Sap.13. C Rom.1. E Pſ.52. Pſ.13. Ier.6. 1.Io.2. Ep.3. Sam.2. Ez.22. Exo.22. 1.Io.4 Tit.1 Deut.6. Io.14. Eſ.29 Mat.15. Mat.3.

A num myriades, quæ deum eſſe dicunt: & ſolus inſipiens ſe putat uerum dicere, qui ſolus ita mẽtitur. Et qui quinq; quidem uel ſeptem teſtimonia uult in teſtamentis euertere, per conſenſum reprobatur ac reiicitur, quãdo iudicat ueritas. Publicã autẽ totius orbis & uniuerſam mũdi linguam ſolus uult inſipiens euertere. Et quomodo non eſt uerè reprobus inſipiens, & ſeipſo inſipientior? inſipiens in negando, in ſe impudenter gerẽdo inſipientior. Quãuis enim mundi homines de deo diuerſas ſententias germinauerint: nominis tamen fundamentum nemo labefactauit. dixit inſipiens in corde ſuo, Nõ eſt deus. Non eſt fundamentum, & quonammodo ſtat ædificium? Non eſt carina: & quomodo conſiſtit nauigium? Non eſt fabricator nauis, & quonãmodo nauis compacta eſt? Non eſt ædificator: & quomodo domus facta eſt? Non eſt Architectus, & quis urbem condidit? Non eſt Agricola, & quomodo agri tulere manipulos? Non eſt muſicus, & quo modo in mundi lyra apparet concentus? Non eſt qui prouideat, & quomodo per omnia puadit prouidentia? Non eſt auriga, & quomodo elementorũ quatuor currus agitur? Non eſt ſtatuãrius, & quomodo homines ueluti quædam ſtatuæ in mundo facti ſunt? Non eſt fornicis conſtructor, & quis tibi cœli fornicem conſtruxit? Non eſt aurifex, & quis ueluti diſcum aureum, tanqam in menſa, ſolem in cœlo poſuit? Non eſt qui ferat lampadem, & quis tibi ueluti lampadem argenteam dedit lunam in nocte? Nõ eſt qui illuminet, & quis tibi clara & lucem præbentia dedit luminaria? Non eſt qui facit ſolus magna lumina, & quis accenſos aſtrorum lychnos tibi in cœlo poſuit? quemadmodum dicit propheta. Qui facit luminaria magna ſolus, Solem ut præſit diei, & lunam ut præſit nocti. Nõ eſt opifex & quomodo pulchritudo creaturarum teſtatur creatorem? Ex magnitudine enim & pulchritudine creaturarum conuenienter eorum genitor conſideratur. Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt deus. Quæcunque in mundo ſiunt, agũtur, & exercentur, habent qui ei præſit eaq; perficiat, & ſolus mundus non habet qui eum adminiſtret? Si nõ eſt deus, quid facis in ijs quę dei ſunt? In domo dei manes, & domum dei inficiaris? Vel da mercedem domus, gratiarum actionem, uel domo egredere, cur etiã fumo eructati maledicti ac blaſphemię domũ imples? Inſipientem autem nunc dicit, nõ eum qui eſt emotæ mentis, uel qui delirat, aut ſenſu minus ualet, ſed eum qui malè ſentit, non eum qui inſita & communi hominum prudentia priuatus eſt, ſed eum, cui prudentia, quæ una eſt ex quatuor uirtutibus, peruerſa eſt, quæ quidem prudentia eſt lucerna animæ, regina cogitationum, magiſtra eorum quæ bona ſunt & honeſta, De qua dixit ſcriptor prouerbiorum. Et qui poſsidet prudentiam, amat ſeipſum. Et rurſus. Poſside ſapientiam, poſside prudentiam intelligentiam. Ei autem cum leſa eſt principalis animæ facultas, & inſitam amiſit prudentiam, intelligentiaq; & mente priuatus eſt, non dicebat, Acquire ſapientiam & ſcientiam. Nam etiam ſi maxime uelit, non poteſt, ut qui prudẽtiæ inſtrumentum perdiderit. Et ut intelligas quòd qui nũc dicitur inſipiens, non erat naturali priuatus intelligentia, uide quantum ualebat prudentia. Neque enim lingua dixit, Non eſt deus, neque per os locutus eſt, ſed in corde celauit improbitatem. Sciebat D
enim ſe in periculo futurum, ſi id eructaſſet. Quo- Leui.24.
niam enim qui illis temporibus deum blaſphema- 3.Reg.21
bat, uel eum inficiabatur, lapidibus obruebatur. Teſtis eſt Nabuth, qui tanquàm blaſphemus condemnatus eſt: Ne huic improbè ſentienti idipſum uſueniret, in corde impietatem inſculpſit, impietatis tẽplum cor ſuũ cõſtituens. Dixit inſipiẽs i corde ſuo, Nõ eſt deus. Si fuiſſet. n. emotæ mẽtis, & naturali caruiſſet prudẽtia, nõ in corde ſolũ, ſed ore etiam dixiſſet, Non eſt Deus, nec apud deum, nec apud homines uocatus eſſet in periculum. Si enim Imperator, qui eſt totius orbis Auriga, ſæpe ab inſipiente & ſtulto contumelia affectus, ſuſtinet, naturæ ductus miſericordia, ſi eum abripuit animi perturbatio: multo magis eũ, qui eſt natura inſipiens, blaſphemãtem nec deus, nec homo ultus eſſet, ſed ut hominem ſtulta loquentem dignum uenia iudicaſſet. Et ideo qui ſunt à dæmone correpti, uel furore perciti, non ceſſentur blaſphemare. Porrò autẽ quicũque multos deos adorat, dicit, Non eſt deus. Quemadmodum enim maritorum multitudo ef- E
ficit, ut non cenſeatur maritus. Quinq; enim uiros, Io.4
habuiſti, & nunc quem habes, non eſt uir tuus: ita etiam multorum deorum cultus eſt impietas, & perinde eſt ac ſi nullum colas. Multorum enim deorum admiſsio, eſt unius negatio. Et quòd qui multos deos, colunt, ſint impij, & deum non habent, audi Apoſtolum ſcribentem ad Epheſios. Vos ali- Ephe.2.
quando gentes, quando eratis in illo tempore ſine Chriſto, abalienati à conuerſatione Iſrael, ſpem nõ habentes, & ſine deo in mũdo. Et quomodo Epheſij ſine deo? Hinc ſimulachra: illinc imagines: illic νεώκο-
neocoros Diana illic: Demetrius argẽtarius, qui fa- ροσ.
ciebat templa Dianæ argentea, tantus eſt grex deo- Act.19.
rum, & quomodo ſunt abſq; deo Epheſij? Sed propterea ſunt impij & ſine deo, quòd cũ multos deos elegerint, ab uno exciderunt. Dixit inſipiẽs in corde, ſuo, Non eſt deus. A primo inſipiente perſuaſit ad ſuos diſcipulos. Primus inſipiens diabolus, qui inſipientiæ fuit primus ſeminator, qui primus prẽco deorum multitudinis. Eritis ſicut dij. Qui autẽ E
multos dicit, unum negauit. Inſipiens eſt etiam lu- Gen.3
dæorum populus. Inſipiens irritauit nomen do- Luc.7
mini, dicens Chriſtum non eſſe deum. Hic ſi eſſet propheta, ſciret quæ & qualis mulier eſt quæ eum tangit, quòd eſt peccatrix. Qui autem nec eum qui dem prophetam eſſe dicebant, quomodo poſſent deum dicere? Nemo poteſt remittere peccata, niſi ſolus deus. Chriſtus autem, Quid cogitatis in cor- Luc.7
dibus ueſtris? Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt deus. Eſt enim ubiq; ſed non eſt in corde inſipientis. Dixit deus ſynagogæ. Propterea quòd non ac- 3.Reg.14
cepiſti me in cogitatione tua, ſed proieciſti me poſt F
tergum tuum. Primus ex ſeipſo inſipiens, inſipientiæ ſeminator diabolus, quòd cum eſſet prudens, imprudentiæ munus executus eſt. Serpens autem Gen.3
erat prudentiſsimus. Et quòdnam fuit eius ſtudiũ? Eſ.14.
Voluit deo eſſe æqualis, dicens. Ponam thronum meum ſuper nubes, & ero ſimilis altiſsimo. Suſtulit deus, & poſuit altiſsimus, erubeſcens eum nominare, quem iam negauerat. Ita etiam facit quilibet. Hęreticus uehemẽtiſsimus in tempore perſecutionis, loquens cum pontifice, nec eum uocat pontificẽ, nec Archiepiſcopum, nec religioſiſsimum, nec ſan-

G ctum. Sed quid? Reuerentia tua, sapientia tua, prudentia tua, iustitia tua, & nomina illi adducit communia, eius negans authoritatem. Diabolus hoc tunc fecit in deo. Ero similis altissimo, nō deo, sed altissimo. Et diligenter quęso attende, quàm solers & accuratus fuit diaboli accusator propheta. Dixit insipiens in corde suo, Nō dixit, Dicit, sed dixit. Semel ausus est, & dixit. Et quoniam cum dixisset, eiectus est è cœlis tanquam superbus insurrector, nō amplius per se dicere ausus est. Quoniam enim semel tantum dixit, Ponam thronum meum super nubes, & ero similis altissimo: & deum negās, Deū expertus est, ex alto deturbatus, & in imo ab hominibus conculcatus, non amplius ausus est dicere, Nō est deus, sed per ironiam & simulationem deū nominauit. Quomodo? Dixit deus, ne comedatis
Gen.3 de ligno. Noui te quis es sanctus dei. Hi homines
Luc.4 sunt serui dei altissimi. Quia ergo semel dixit dog-
Act.16. ma impium, non audet amplius dicere. Scit enim quid passus sit. Non dicit insipiens, Sed, Dixit insipies in corde suo, Non est deus. Non enim amplius
H hoc dicit per se & nullo intermedio. Sed dixit in corde suo. In quolibet qui eadem cum eo sentit, & non discrepat ab eius moribus, & est impius. Dixit
Exo.5 in Pharaone, Nō noui dominum, & curauit ut pro
4.Re.18. fundum maris esset ei sepulchrum. Dixit per Sena-
2.Par.1.2 cherib Assyrium, Nō potest deus Ezechiam è meis
4.Re.14. manibus eripere, & effecit ut occideretur manibus filiorum suorum. Dixit per Nabuchodonosor.
Dan.3. Quis est deus q eripiet uos à manibus meis? & qui
Da.4. sibi deo potentior uidebatur, cunctis uisus est om-
Act.1. nibus hominibus abiectior, fœnum ut bos comedēs, ut discere⁊ bouem suum cognouisse creatorē, quem ipse negauerat. Dei negatorem Iudam fecit perire laqueo, quòd deum ipsum tanquàm homi-
Io.13 nem tradendum curauerit. Cùm diabolus, inquit, iam misisset in cor Iudæ, ut ipsum traderet. Dixit insipiens in corde suo, Non est deus. Si enim deum ipsum tunc dixisset, non tradidisset ad mortem, nec & Iudæos docuisset occidere dominum, quo-
Io.9. niam eis persuasit Iesum non esse deum. Hunc nescimus unde sit. Quoniam ergo ijs studebant quæ
I fieri non poterant, traditi sunt corruptioni. Dicit propheta deflens. *Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis.* Cum enim diaboli fuissent discipuli, in lapsum diaboli inciderūt. Sicut ille de cœlis, ita hi è sedibus regalibus. Quem quis enim
Ro.16. sequitur, eādem cū eo partem capit. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt. Corrupti sunt, quoniā eum conati sunt corrumpere qui corrumpi nō po-
Ro.1 test. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in
Dan.3 similitudinem imaginis hominis corruptibilis. Ho-
Mar.13. mines mente corrupti, corrupti sunt. Sed et abominabiles facti sunt. Quare? Quoniam abominationem desolationis impietatem in templo cordis sui collocarunt. In studijs suis. Quamobrem? Quoniā
" quæ natura negauit, ea mala excogitauit affectio. Corrupti sunt ut Pharao, & Nabuchodonosor. Corrupti sunt, quoniam uulnerati, & putrefacti, & male olentes, & tabo sanie⁊ manantes, non quæsierūt medicum. Abominabiles facti sunt, quoniā tāquàm porci in peccatorum cœno uolutati, & tāquàm canes ad suum ipsorum uomitū reuertētes,
3.Pet.2 exosi euaserunt. Ita enim scriptū est, Abominatio
Eccle.1. peccatoribus est pietas & dei cultus. Quoniā ergo abominati sunt dei cognitionem, eos uiri pij sunt K
Iob.15 abominati. Corrupti sunt tanquàm pannus à tineis, tanquàm ferrum quod exeditur à rubigine. Abominabiles facti sunt, ut qui ossa & mortuos te-
Num.19. tigerunt. Propterea enim lex eum qui mortuum tetigerat fecit abominabilem, quoniam Iudas Christum mortuum semper tangens, & uiuentem non aspiciēs, factus est abominabilis. Corrupt oni tuæ Israel quis opem feret? Deinde ut impietatis fructū ostendat subiungit. *Non est qui faciat bonum.* Qui *Bonum, ipse est Verbum, bonitatis.* enim deum negauit, & de eo qui prouidet & curā gerit non cogitat, non mortem, non consumationem, non resurrectionem, non iudicium, non retributionem expectat, & ideo nihil boni facit. Quem admodum enim, qui alicui regi dat nomen, in eius legibus & præceptis ingreditur. Qui autem tyrannum sequitur, non facit quæ Rex præcipit: Ita etiā qui deum negat, Dei mādati auersatur: & reip. inutilis & pernicios⁊ euadit. Non est qui faciat bonū. Non Herodes bethleemiticos infantes innocentes Mat.2. occidens. Non Iudęus, eum qui dęmonia eiiciebat, Mar.3. Beelzebul uocans, non legisperitus tentans, non L pontifex contumelia afficiens, non scriba abro- Luc.11. gans & nihili ducens. Non Pharisæus probra inge- Luc.10. rens, aut insultans. Non Sadducæus contradicens, Mar.14 non Iudas uendens, & minister alapam incutiens, Mat.27. non Pilatus condemnans, non populus clamans, Mar.15 & Luc. Tolle, tolle, crucifige eum, non milites uincientes, 20. non turbæ conspuetes, colaphos inpingentes, arūdine uerberantes, spineam coronam contexētes, Matt.26. crucifigentes, aceto & felle potantes. Non est qui fa- & 27. ciat bonum. Diligenter enim obserua, quòd hoc di- Ioan.18 ctum, quando Christus crucifixus est, maximè Matt.10 finem accepit. Tempore enim Dauidis, quādo hęc dicebantur, erant qui bonum faciebant, beati prophetæ, qui cum Dauid uersabantur. Sed quando natus est Christus: Ioseph, Zacharias, & Symeon iu- Luc.1.et 2 sti, & Apostoli bona faciebant, hi quidem admirātes: illi uerò in ulnis tenentes, solummodo, quādo crucifixus est, non fuit qui faceret bonum. Non dixit autem, Non est qui loquatur bonum. Nā & Cēturio, & latro bona de eo dicebant. Memento mei M domine, quando ueneris in regnū tuum. Verè hic homo filius dei erat. Non est qui faciat bonū, quā- Mat.27. do & Discipuli omnes eo relicto fugerunt. Ioannes Mat.26 nudus recedit. Petrus negat. Discipuli fugiunt, ip- Mar.14 sius Mariæ matris animum gladius dubitationis Mar.14 pertransit. Quoniam ergo in passione nullus fructum charitatis accepit, Non est qui faciat bonum. Luc.22. Luc.2 *Non est usque ad unum.* Ne illum quidem unum mi- Ioan.19 litem, qui etiam post mortem lancea latus eius pu- Io.19 pugit. Et quamobrem, ò propheta, ante suū in carne aduentum, & humanæ naturæ susceptionem, non uisitauit tanquā medicus mundum laborantem? Visitauit certè, & opem ferre ac seruare uoluit, sed nullus sibi uoluit adhiberi medicinam. *Dominus de cœlo prospexit, ut uideret si est intelligens, aut requirens deum. Sed omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt.* Et impletum est illud, Institia de cœlo pro- Psal.84. spexit. Ex patre Christus, ueritas è terra orta est. Dominus ex uirgine. Cùm autem audis iustitiam de cœlo prospexisse, ne existimes diuinam & incorpoream naturam se flexisse & incuruasse, aut genu inclinasse, aut ceruice annuisse, sed eius demissionē, & humanitatem, & uisitationem intellige. Quem-

A admodum enim caput, & oculos, & aures, & os, & manus habere dicitur, & sedere, & surgere: nec tamen omnino ex membris, partibus, & figuris constituitur: ita etiam prospicit, non ipse se inflectens, sed suam in nos benignitatem ostendens. Illud autem, Ex cœlo prospexit, non quòd in cœlo quod cernitur fenestras aut portas fecerit, & ijs apertis de spexerit: sed quòd è cœlestibus ordinibus, intelligē tibus, incorporeis, & immortalibus humanitatem uisitauerit. Quemadmodum enim homines terra
Gen.3. dicuntur, Quod terra es, & in cinerem reuerteris, &
Gen.18 Ego sum terra & cinis: ita etiam dicuntur cœlum cœlestes ordines, ex quibus deus terram & humanitatem aspicit. Dominus è cœlo in terram prospexit, ut uideret. Non ut tunc uideret, sed ut tunc seruaret, non ut tunc disceret, sed ut tūc opem ferret,
Gen.6 ut tanquā amicum amplecteretur, & ut iustū amaret, ut dicat sicut dixit Noe, Te solum uidi iustum in hac generatione, & ut tanquā iusto ei appareat. Iis autem apparet, qui in eum fidem habent. Vt uideat an sit ægrotus qui quærat medicū, an est pau
B per gentium populus, qui requirit Christum, patris thesaurum. Vt uideat si est intelligens, ut cum eo tā quàm cum prudenti & intelligenti differat. Vel requirens, deum ut hoc inueniat. Deinde postquam uiderunt prophetæ dominum è cœlo prospexisse ut uideret, eum rogant. Non satis est, ò Domine, è
Ps.143. cœlo solum prospexisse. Sicut prospexisti etiam de scende. Domine in clina cœlos, & descende. Veni fili patris, quære quod factum est ad imaginem. Omnes enim declinauerunt. Simul inutiles facti
Is.14. sunt. Vniuersus hominum exercitus destexit ad tyrannum. Duces prophetas non amplius retinent. Veni rex, & appare & uerebuntur tuam authoritatem. Omnes declinauerunt uias prophetarum. Veni uia, & qui aberrarunt, reuertentur. Cùm autem dixit, Declinauerunt, ostendit eos didicisse à natura rectè ingredi, sed ex mala electione in errorē declinasse. Quemadmodum scriptum est in Ecclesia ste, deus fecit hominem rectum, & ipse sibi inuenit
Eccl.7 multas cogitationes. Omnes declinauerunt sicut
C inituli qui seruntur in uoragines, & simul inutiles facti sunt, ut dolia perforata, ut utres perfluentes, & ad id ad quod facti sunt non amplius utiles. Et non paulatim, sed omnes simul inutiles facti sunt, uno impietatis reti simul concluſi. Si declinarunt scilicet, erant recti natura. Deus enim, cum homi-
Ps.100 nem fecit, eum rectum creauit, & nullum fecit malum natura. Et alibi. Transgredientes reputaui omnes peccatores terræ, & eo quod dixit, Simul inutiles facti sunt, ostendit quod cum natura facti essent utiles, inutiles præter naturam propria animi electione facti sunt. Prospexit ergo dominus ut uideret è cœlo, an pœnitentiam agant qui declinant ut salutem consequantur, an uerò ita peccāt ut nul
Gen.18 la ducantur pœnitentia, ut eo ipso condemnentur. Et quod ideo prospicit, & descendit, & uisitat dominus uel ut seruet, uel ut condemnet, audi ipsum dominum dicentem. Clamor Sodomorum & Gomorrę orum multiplicatus est apud me, & peccata eorum magna ualde. Descendam ergo, & uidebo, an iuxta clamorem eorum qui ad me uenit, efficiāt. Sin minus, ut sciam. Sodomitæ, quoniā omnes declinauerunt, propterea inutiles facti sunt. Ignis enim descendit, & eos tanquā materiā consumpsit.

Nineuitæ declinarunt, sed quoniam cito uenerunt D
Ien.1. & 2. ad pœnitentiam, propterea nō facti sunt simul inutiles, sed simul seruati sunt. Vidisti quomodo uisitat dominus, uel ut seruet, uel ut condēnet? Et ideo dicebat etiam Osee Propheta. Audite uerbum domini filij Israel, quia iudicium domino cum habitatoribus terræ, propterea quod nō est ueritas nec
Ose.4. misericordia, nec cognitio dei in terra. Maledictū, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium effusum est super terram, & miscēt sanguines sanguinibus. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Et propterea dominus de cœlo in terrā prospexit. Quomodo prospexit? Vel terrā quatiens, uel fulmina mittens, uel aliqua quæ terrorem incutiant faciens, & suam indignationē ostendens. Qui respicit terram, & facit eā tremere. Dominus de cœlo in terram prospexit, ut uideret terra seu humanitas dominum indignantē, & cessaret peccare Quēadmodum enim seruis inferius in atrio aut in platea se petulanter ac insolenter gerētibus, Dominus aut rex ex alto prospicit, ut cum eum serui uiderint timeant & desistant. Ita etiam quoniam uniuersa E
terra profiliebat ad impietatem, Dominus de cœlo in terram prospexit. Vt terrore affecta terra peccare
Psal.75. desisteret. Huius testis est propheta, qui dixit. Terra timuit, & siluit, dum exurgeret deus ad iudiciū. Et quoniam dixit, Omnes declinauerunt, illud autem, Omnes, sæpe etiam de maiori parte accipitur, quemadmodum illud, Omnes me dereliquerūt tamen cum ueri & sinceri discipuli paulum non reliquissent, & ut ostenderet uniuersum mū di naufragium, subiungit. *Non est qui faciat bonum, nō est usque* 2.Tim.4. *ad unum.* A pedibus usque ad caput, ab ultimo pau Esa.1. pere usque ad eum qui rerū potitur, uniuersus mūdus ægrotat. Vnum quærit deus fidelem & iustum, ut in Chaldæis Abraham, & Lot Sodomis. Sed illi quidem nec fidem, nec rectam habēt uitam: illi uerò ueram habent fidem, sed uitam rectam non habent. Deum confitentur scire, factis autem negant.
Tit.1. De deo præclarè & splendidè loquuntur, & ueluti tuba canunt, in bene autem faciendo dormitant. Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Deinde quoniā dominus de cœlo prospexit, & pro F
pter eos qui peccabant indignatus est, docet nos propheta eum non solum prospexisse, sed etiam minantem esse locutum. *Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem?* Et quid cognoscent? Quod dominus est deus ultionum. Cognoscent, quod adue
Deut.32. nit iudex uiuorum & mortuorum. Cognoscēt, qđ
Psal.93 reddet unicuique secundum opera sua. Nō cogno-
Act.10. uerunt dum monerentur, cognoscent dum cruciā-
Roma.2. tur. Ita etiā aliquando similia dixit deus de impijs
Exod.14 Aegyptijs. Et cognoscēt omnes Aegyptij quod ego sum dominus, dum ego glorificor in Pharaone & in curribus eius. Scient tunc, quando nihil eis proderit cognitio, quando persequētes curribus, obruti fuerint fluctibus. Vel etiam legendum est negatiue. Non cognoscent omnes qui operantur iniquitatem. Et quid non cognoscent? Quod dominus de "
cœlo in terram prospexit. Quid non cognoscent? Quòd quæ malè fiunt, ei displicent. Quid non cognoscent? Nollēt scire uiam domini. Huius rei Iob
Iob.21. testis est qui dicit. Dicit autem impius domino. Recede à me, uias tuas scire nolo. Eo enim ipso quòd operantur iniquitatē, leges domini cognouisse nō

G sustinebunt. Et nunc sunt bella, & pestes, & terræ motus: multi tamen peccata non sentiunt, & imminentibus malis non castigantur. Quid non cognoscent? Dei uoluntatem, promissa, bona cœlestia. Dei thesaurum, paradisum delitiarum, uitam æternam. Non cognoscent omnes qui operãtur iniquitatem. Iudæi, quod legislator & dominus gloriæ ab eis est crucifixus. Si enim cognouissent, Dominum gloriæ non crucifixissent. Et quinam ij sunt? *Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis.* Qui propter inuidiam, mortem fidelium esuriunt. Et non dixit, Comedentes, sed deuorantes aut exedẽtes, feris crudeliores. Feræ enim, cum carnem humanam gustauerint, mox cessant, propter insuetum nutrimentũ erubescentes. Improbi autem & inuidi fidelem perpetuo maledictis exedentes, non satiantur. Caueamus fratres, ne eos qui sunt eiusdem nobiscũ fidei maledictis & calumnijs insectantes, cũ iniquis inueniamur. Non cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, siue sint hæretici, siue sint eiusdem fidei, qui deuorant populum meum. Quod autem ij etiam qui sunt eiusdem fidei, eos deuorant qui eandem habent cum eis fidem, dicit Apostolus. Si autem uos inuicem mordetis, & exeditis, uidete ne à uobis inuicem cõsumamini. Alienigenis gentibus, Syris, & gentibus, eos qui populum deuorant, assimilans Esaias dicebat. Ducam Syriã ab ortu, & Græcos ab occasu solis, qui deuorant populum meum toto ore. Sed etiam si propter peccata nostra ab inimicis, tanquã à leonibus, deuoremur: propter nostram tamen in deum pietatem, ultionem assequemur. Audi Hieremiam dicentem. Sanctus Israel dominо, omnes qui deuorãt ipsum delinquent, & inducã super ipsos. Dicit dominus, quod eos qui peccarunt exedentes, grauius peccarunt quã ij qui exeduntur, ut qui plus quàm deus in animo haberet populum suum flagellarunt, quemadmodũ de eo dixit dominus. Ego tradidi eum in manus tuas, tu autem non fecisti misericordiam cum ipso. Et rursus. Propterea quòd ego parum irascebar, ipsi autẽ in mala inuaserunt. Et quod propter peccata populus dei à dei inimicis exeditur, dicit Hiere. Quis errans Israel. Leones extruserunt ipsam. Primus deuorauit ipsum rex Assyriorum, & secũdus rex Babylonis eius ossa cõtriuit. Si non erassẽt ut ouis, nõ deuorata fuissẽt à leonibus. Intellige quæ dico. Qui deuorant populum meum sicut escam panis. *Dominum non inuocauerunt, etsi putarunt se inuocare.* Quemadmodum enim qui ex rapina deo aliquid offert, non offert, quandoquidem deus ea non suscipit. Ita qui fratrem deuorant, deum inuocantes non inuocant, uel etiam dominum non inuocarunt.

Pro eo quod est, A Christo non uocati sunt Christiani: quandoquidem cum Christo bellum gesserunt. Nec enim audierũt eũ dicentẽ, Cõfitemini domino, & inuocate nomẽ eius. Quãuis aũt tanquã ferę irruerũt, *Illic tamẽ trepidauerũt timore ubi nõ erat timor.* Audaces fuerunt ut leones, & tanquam lepores trepidarunt. Hoc etiam dicit Propheta aduersus timidos in persecutionibus, quòd cum audijssent, Noli timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, & ne timete hominum opprobria, trepidauerunt timore ubi non erat timor. Cum enim deum non timuissent, homines timuerunt. Illic timore trepidarunt impij, cum uidissent deum pijs ferre auxilium. Tanquam enim interrogatus, & cur timore trepidarunt impij? respondet, *Quoniam dominus in generatione iusta est.* Qui dixit, ubi sunt duo uel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio, si autem uenit in medium duorum uel trium sanctorum, multo magis inuenitur in generatione iustorum, ubi est uita inexpugnabilis, ubi conuersatio quæ caret tristitia, ubi est quies immortalis, hereditas insẽparabilis, regnũ qd caret succesione, ad qd xps uocat dicens, uenite benedicti patris mei. * Desunt nonnulla. *

IN PSALMVM XIIII.

Omine quis habitaunt in tabernaculo tuo? Est d pulcher psalmus prophetę, est enim animę sanctificatio, est pulcher Psalmi cõcentus: ostenditur enim acutissimum telum aduersus dæmones, nec cerui ita tela fugiũt, ut psalmos Dauid dæmones, sumpsit Dauid citharam, & pulsauit, & à Saule recesit malus spiritus, & recedens dęmon, cecidit ut ceruus sagitta percussus, & in iecore sauciatus. Pulchra est Dauid cithara, est enim animæ consolatio. Pulchra est lyra pastoris, mentis enim nostræ neruos confirmat ad uirtutem. Pulchra est pastoris & Regis tibia prophetica. Habet enim calamum linguam spiritum paracletum, & uocem, uerbum, & melodiam, moderatam uoluptatem & harmoniam, prophetiam, & uehiculum, supernam gratiam, quia ergo in spiritale theatrum, & uerborum cœlestium auditorium conueniſtis, propterea diuinus orator, & Theologus, & à deo doctus musicus, beatus Dauid, uenit ut populi doctor, & deum interrogat, ut dei discipulus, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Tabernaculum tuum regale, in mundo, tanquam in agro, uideo ecclesiam. Sed quoniam magno pretio acquisisti tabernaculum. Pretiosum enim tuum dedisti sanguinem, & accepisti tabernaculum, & aperto latere, quod est theca eius quod est reconditum, marsupium diuinitatis, arca sanctificationis, & lancea, tãquam clauе, in arcam iniecta, iniecta autem, nõ ut qui te improbe gereres, sed ut qui cõcederes ac permitteres, dedisti pretium ex paterno thesauro. Quia ergo magno pretio emptum est tabernaculum, & cum sit pretiosissimum, habet etiam paradisum scripturarum diuinitus inspiratarum, recentes autem incolæ & habitatotes in arcanis tuis fuerũt, qui sunt recenter illuminati, doce eos per me domine qualis esse debeat tuus incola, ut cum institutum tuum scopumq; didicerint, tibi grati & accepti euadant. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Quis in tui pulcherrimi gregis numerum relatus, & accepto signaculo sancti spiritus, & florido pastoris Christi sanguine notatus, floridum signaculum pi ce non coinquinabit? Quanam? Cum alijs hæresibus, Arrij & Eunomij in baptismo accepta & made facta fide, humefacta glutino, labe quæ non potest eluі. Habuerunt illi quoque olim ut oues albũ uel lus, & floridum signaculum, sed tunc eousque album uellus seruarunt, donec seruarunt baptismũ ecclesiæ, & tunc eousque eorum signaculum ferebat florem Christi sanguinis, donec seruarunt obsignatam de baptismate cõstitutionem, ex quo autem tres immersiones in unam contraxerunt trinitatis alterius substantiæ, non incolæ sed parasiti facti sunt. Sicut enim illis est dogma alterius substãtiæ,

tiæ: ita his etiam baptismus. Vt ergo recentes tui incolæ, qui sunt recenter illuminati, tanquam oues feras fugiant quæ ouium speciem præ se ferunt, qui in indumentis ouium oues in errorem abducunt, doce domine leges tuos incolas. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Quis huius uitæ uisa ac spectra contemnit? Quis mundi uoluptates, spernit, ut Moyses regiam? Quis mauult cũ populo dei in persecutione uexari & affligi, quàm ad tempus peccati iucunditate perfrui, dum ei & dogmata & authoritas blanditur? Quis tanquam in agro inclinus uitam ab inani gloria remotã amplectetur? Quis iniuste partas repudiabit pecunias, ut crimi nibus minime sit affinis? Scriptum est in Iob. Diuitiæ iniuste congregatæ euomentur ex uentre eius. Quis renunciabit mundi uanitati, & coniungetur cum Christi charitate, dicens, cum Christo coniũgor. Quis cũ Paulo dixerit, mihi crucifixus est mũdus, & ego mundo? Quis omnibus ualere iussis Christum sequetur? *Aut quis requieſcet in monte sancto tuo?* Quid est mons sanctus tuus? Videamus primum in historia, quid sit tabernaculũ, & quid mons. Tabernaculum appellabatur tabernaculũ testimonij, quod fixit Moses. Mons autem dei, templum quod ædificauit Solomon. Et quòd dei tabernaculum appellabatur Mosaicum tabernaculum, quemadmodum domus & templum dei, scriptum est primo regum. Et ingressus est Helcana & Anna in domum dei in Silo, & puellus Samuel erat cum ipsis. Atqui templum & domus non dum erat extructa. Tabernaculum autem Mosis erat in Silo. Et rursus. Et Samuel dormiebat in templo dei. Tẽplum autem dei dicit tabernaculum. Domini itaque tabernaculum dictum est tabernaculũ, sicut domus dei & templum. Quòd autem mons dicetur dei templum, quod extruxit Solomõ, scriptum est. Venite, & ascendamus in montem domini, & in domum dei Iacob. Et hæc quidem quoad historiam. Videamus autem etiam per anagogicam contemplationem quid sit tabernaculum, & quid sit mons dei, & quomodo oporteat primum habitare in tabernaculo, & ita habitare in monte dei. Tabernaculum Moysis, & templum Solomonis ferebant imagines & figuras duarum dei ecclesiarum Christi, eius quæ est in mundo, & eius quæ est in cœlis. Ecclesiæ quæ est in mundo imago est Mosis tabernaculum. Ecclesiæ autem, quæ est in cœlis, templũ quod est in monte. Duæ ecclesiæ numero, una autem, modo fidei. De ea quæ est in mundo dicebat Dominus. Super hanc petram ędificabo ecclesiam meam. Et de cœlesti Apostolus. Accesisitis ad mõtem Sion, & ciuitatem dei uiuentis. Hierusalem cœlestem, & ad multorum millium Angelorum frequentiam, qui conscripti sunt in cœlis. Quemadmodum ergo Mosis in deserto tabernaculum, erat tugurium in quo congregari poterant, quod Romani uocarunt Papilionem, & à loco in locum frequenter transferebatur, & eos faciebat inquilinos qui in ea habitabant. Ita etiam in terra est Christi ecclesia tabernaculum, quæ in solitaria uita resplẽdet. Et quare tabernaculum? Quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quare tabernaculum? Propter eum qui dixit, Ecce ego uenio, & habitabo in medio uestri, dicit dominus. Et ideo est ẽt ecclesia tentorium, quod fixit dominus, & non

Gbat, existimationem tuam macula aspersisti, & quę
Gen. 49. sunt eiusmodi. Qui ingreditur sine macula? Quem
Matt. 15. admodum autem qui habet labem aut maculam
Esa. 28. in ultu, non uenit propè Regem aut principem: ita
Ose. 4. fur, aut qui mentitur, non potest ad deum accede-
Abac. 1. re. Quamobrem? Quoniam mũdus est oculus eius,
Psal. 5 ut non uideat mala. Et non permanebunt iniqui
Psal. 30. ante oculos tuos. Qui igreditur sine macula, & ope
Io. 1. ratur iustitiam. Declina enim à malo, & fac bonu.
3. Re. 21. Quis est autem is? Qui est mundo corde, qui dolũ
Mat. 18. non fecit in lingua sua, sicut Nathanael. Ecce uerus
1. Reg. 1 Israelita, in quo dolus non est. Qui non fecit proxi
3. Re. 18. mo suo malum, sicut Achab Nabeth. Qui proximũ
Gen. 21. probris non affecit, ut Pharisæus publicanum, nec
1. Re. 20. probris affectus est, & male audijt propter proxi-
Luc. 19. mos, quemadmodũ Heli propter filios. Qui de me-
Act. 10. dio tollit improbos, & ad nihilum redigit, ut He-
Act. 8 lias sacerdotes Baal. Qui eos qui deum timent glo
2. Cor. 11. ria afficit, ut Abdias prophetas, qui iurauit proxi-
& ubiq; mo suo, & non fefellit, ut Abraham Abimelech, &
in Act. Dauid Ionatham. Qui pecuniam suam non dedit
H ad usuram, ut Zachæus & Cornelius, nec propter
res sceleratas accepit pecunias, ut nec Petrus, Simo
nis, & qui nec emotus est nec labefactatus, in perse
cutionibus ut Paulus, si hunc uideris, ò Dauid, in-
uenisti quem quæris. *Qui loquitur ueritatem in cor-
de suo*. Atqui dicet omnino quispiam talis certe ho
mo inuenitur. Is uerè est beatus Iob, qui multas si
Iob. 1. bi parauit uictorias, athleta, qui fuit diaboli expu-
gnator. Et erat, inquit, uir ille inculpatus, iustus, ue
rus, pius, abstinens ab omni malo. Huic ergo uni
accommoda illud, quis habitabit in monte sancto
tuo? Qui ingreditur sine macula. Iob inculpatus,
qui operatur iustitiam. Iob iustus, qui loquitur ue
ritatem in corde, uerus, qui non egit dolum in lin-
gua sua, dum de rebus diuinis loquitur. Pius & deũ
colens, nec fecit proximo suo malum. Abstinẽs ab
omni malo. Vides quomodo totum Psalmum Iob
prius induerit, sicut Dauid. Aut quis requiescet in
monte sancto tuo? Multi enim habitarunt in eccle
sia, sed quoniam non habitarunt usque ad finem,
sed transgressi sunt, propterea in monte non requie
uerunt nec sedes suas fixerunt. Qui loquitur uerita
tẽ in corde suo. Qui ueritatem ut uirginem & spõ
sam ex animo diligit, qui tanquam matrem & regi
nam in honore habẽs, eam aspicit, qui loquitur ue
ritatem cum proximo suo, sed nequis dicat, quid
mihi officit in persecutione, si dicens mendacium,
in corde dico ueritatem? quandoquidem scriptum
est, Qui loquitur ueritatem in corde suo, adiectio-
» ne tutam reddidit orationem, sic dicens. *Qui non
egit dolum in lingua sua*. Ne in corde tanquàm in se
pulchro ueritatem sepelias, nec tanquam mortuã
includas in monimento, sed tanquam uiuentem &
regnantem doceas eam extra sensuum fores progre
di, si enim occultatur ueritas, tyrannidem obtinet
mendacium, & tanquam ex agris, qui carent domi
nis, ex animis prędas agit. Sin autem ueritas ducat
exercitum, mortuum iacet quod falsum est. Quem
admodum enim tenebræ à luce deuorantur: ita ẽt
mendacium à ueritate sepelitur. Qui loquitur ueri
tatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua
sua. Neque enim ut proditor eum in lingua tulit,
sed dolum tanquam uirus exuit. Fugiamus ergo
dolum ut mortale uenenum. Dolus cum armasset
serpentem, eum execrandum reddidit, dolus ma- K
trem generis nostri desertam reddidit, ut Cain tre- Gen. 3.
meret & gemeret effecit, dolus Abel, sicut fera a- Gen. 4
gnum, discerpsit, decem fratres aduersus unum ar- Gen. 37.
mauit, & ut qui uendiderant, uenditum adorarent Gen. 43.
perfecit, & quem per dolum tanquam seruum uen- 44.
diderant, eum per metũ tanquã dominũ adorarũt, Mat. 26.
Dolus discipulum proditorem reddidit, & Aposto Act. 1.
lum dei præfractum uenditorem effecit. Sed is qui
dem, cum deum uendidisset, emit laqueum, uendi-
tus autem deus mũdum redemit. Et alias factis &
uerbis simul impletum est quod à domino dictũ
est, Petite, & dabitur uobis. Quærite & inuenietis. Luc. 11.
Pulsate, & aperietur uobis. Hoc cum sciret beatus 2. Reg. 22
Dauid, petijt, & pulsauit, & quæsijt, & unus tria con
secutus est. Petiuit remissionem peccatorũ, dicens,
Remitte omnia peccata mea, & audijt. Et domi-
nus remisit peccatum tuum, uniuersum peccatum
tanquàm unum. Et accepta remissione peccatorũ,
dixit gratias agens. Tu remisisti impietatem cordis Psal. 31.
mei. Pulsauit portas iustitiæ, dicens, Aperite mihi Psa 117.
portas iustitiæ, & portæ ei apertæ sunt, & uidit in L
portis prophetarum unigenitam portã patris, quæ Io. 10.
dicit, Ego sum porta in portis unam portam, & ad
mirans dixit, Hæc est porta domini, iusti introibũt
in eam. Sicut ergo petiuit, & pulsauit, & unus duo
impetrauit: propterea tertium quoq; quęsiuit, & cũ
quæsiisset, inuenit. Cũ. n. interrogasset, Quis habi-
tabit in tabernaculo tuo? audijt, Qui ingreditur si
ne macula, & operatur iustitiam. Psalmus Dauid.
Et cur non complectitur. In finem. Quoniam do-
cet de iustitia, & reliquis uirtutibus. Qui autem do
cet de iustitia, & cæteris uirtutibus, non debet in
finem uitæ suadere hæc acquirere, sed ab initio, ab
ipsis incunabulis, & à teneris unguiculis cum eis
uersari. Nemo enim puero suadens, & eum admo-
nens, dicit, Sis, temperans ad finem. Sis prudens,
aut iustus ad finem, sed ab initio eum instituit ad
uitam modestam, & ab in eunte ætate ei iacit fun- σύντα-
damentum, Dei metum. Huius autem testis est ex- γας κύ-
peritia. Adducit quispiam infantem adhuc ubera σύγκα-
sugentem, ut baptizetur, & statim sacerdos exigit τακλι-
infirma ætate pacta conuẽta, & assensiones, & mi- σεις
noris ætate fideiussorem accipit susceptorem, & in M
terrogat. Renuntiat Satanæ, & non dicit, In finem,
uel, Cum Christo cõiungitur in finem, sed statim,
in principio uitæ, petit renunciationes, & coniun-
ctiones. Iam uero omnis quoque uir orat, ut filius
eius non in finem ditetur: nec ut quando fuerit se-
nex, prudens euadat, sed ut diuitiæ & prudentia, &
authoritas cum eo ab initio & ab ineunte ætate uer
santes, ei comites sint usque ad senectutem. Pro-
pterea dicebat etiam beatus Hieremias. Bonum est Thr. Hie.
uiro quando iugum tulerit ab adolescẽtia sua. Ab 3.
adolescentia, & non in finem, ab initio, & non ad
senectutem. Si enim nullus nostrum uult possidere
seruum senem, nec qui habet delectum exercitus,
senes refert in numerum, imperante autem necessi-
tate, & ui impellentem, tunc senes etiam ad bellum
proficiscuntur: multo magis regnãs uirtus mauult
adolescentiam quàm senectutem, & tanquàm in
tactam uirginem, & nihil probri passam, adolescen
tiam secum iungit necessitudine, ut cuius uitæ pri-
mitias ambiat. Quoniam ergo hic propositus psal-
mus est columna uirtutũ, Domine quis habitabit

A in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte
sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & opera
tur iustitiam: propterea non complectitur in finẽ,
nec cum iuuentutem peccato exhauserit, languidã
& eneruatam senectutem uirtuti reseruet, & uitę fę
cem temperet sapientia. Psalmus Dauid. Lex bona-
rum actionum cũ numero & suauitate uocis ob-
lata. Quamobrem? Vt uirtutis asperitate temperata
uocis modulatione iucũdam & acceptam reddat
admonitionem. Vt dei legum cõtemptores, per cã-
tus suauitatem, bonos & attẽtos auditores efficiat,
ut lingua tãquam calamo, & tanquàm uisco melo
dia auditorem aucupetur. Psalmus Dauid. Proposi
tus psalmus habet magnam harmoniam & conue
nientiam cum ijs qui præcesserunt. Quoniam ergo
in illo publicam ueluti negationem aduersus ho-
minum genus protulit, dices, Non est ullus iustus,
non erat autem homo qui dixit, sed deus. Si homo
enim dixisset, uenisset in suspitionẽ, quòd ignorãs,
uel dolore affectus id dixisset, uel ulciscens inimi-
citias, uel æmulatione percitus, non autem quòd
B id ita esse sciret. Ita etiam Helias aliquando ut Zelo
3. Reg. 19 tes, & maximo dei amore incensus, rãtus se esse so-
lum relictum dei auditorẽ, dixit deo. Zelãs zelaui
deo omnipotenti, quoniam te reliquerũt filij Israel
altaria tua effoderunt, & prophetas tuos in gladio
occiderunt, & relictus ego sum solus, & querũt ani
mam meam ut accipiant ipsam. Et dixit dominus
ad ipsum. Ingredere, reuertere uiam tuam, quoniã
tu nõ es solus. Reliqui enim mihi septem millia ui-
Psal. 13. rorum, qui non flexerunt genua ante Baal. Sed nũc
etiam non homo, sed deus dixit, Non est iustus ul-
lus. Dominus enim ex cœlo prospexit, ut uideret,
non ut tũc uideret, sed ut tunc seruaret, ut quę præ
uidit ostenderet. Non est intelligens, non est requi
rens deum. beatus Dauid timore, & admiratione,
& angore animi plenus, interrogat in psalmo pro-
posito, an nullus sit iustus, an non sit intelligens,
» uel quærens deum. Domine quis habitabit in ta-
bernaculo tuo. Vel quis requiescet in mõte sancto
tuo? Vt apparet, ego frustra desideraui tabernaculũ
& templum tibi in monte extruere. Tantæ meę fue
C runt uigiliæ, tantum desiderium, toties humi cu-
Psal. 131. bui: mane surrexi, meipsum iureiurãdo obstrinxi,
iuraui domino si introibo in tabernaculum do-
mus meæ. Si ascendam in cubile strati mei. Si da-
bo somnum oculis meis, & palpebris meis dormi-
tationem, & requiem fronti meo. Donec inueniam
» locum domino, tabernaculum deo Iacob. Domi-
» ne quis habitabit in tabernaculo tuo? Rogo te de
habitatoribus, ut eorum curator, respondeo mihi,
ut dominus. Video domine ecclesiam tuam uerã,
tabernaculum quod fixit dominus, & non homo.
Sed quoniam Patriarchę quidem mortui sunt: Pro
phetæ dormierunt: iusti abrepti sunt: Iudæi cruci-
fixerunt, gentes maledictis impetierunt: hæretici
» aberrarunt, Domine quis habitabit in tabernacu-
lo tuo? Illuminatus sum spiritu sancto, didici quis
ille populus habitabit, cuius meminit præcedens
psalmus. Qui propter nomẽ tuum deuoratur sicut
Psal. 13. esca panis. De quo dixisti. Qui deuorant plebem
meam sicut escam panis. Qui deuorant, non habi-
tant. Qui deuorãtur, habitant. Oues enim possunt
Psal. 90. uersari in atrijs. Tabernaculum dicitur etiam cor-
pus domini, cui dixit spiritus, Non accedent ad te
mala, & flagellum non appropinquabit tabernacu D
lo tuo. Sed quoniam nullus cæcus claudus, uel ul-
lam habẽs in uultu maculam, manet cum Rege in
regia: cum interrogasset Dauid, domine quis habi-
tabit in tabernaculo tuo, audit. Qui ingreditur si-
ne macula, & operatur iustitiam. Qui non habet
peccati maculam, cui non insidet labes fornicatio
nis, qui non est sauciatus periurio, cui ad bene fa-
ciendum non sunt manus impeditæ, cui pes non
claudicat, dum est currẽdum ad ecclesiam, cui nõ
caligãt oculi, dum uidet filium alterius substãtię.
Qui ingreditur sine macula. Si enim regi Nabucho Daniel. 5
donosor adsistebant adolescentuli, in quibus non
erat macula, & omnis ætas profitens offerebat Re- ἀνθολο-
gi primitias iuuentutis: multo magis qui ad deum γουμένη
accedit, debet esse sine macula, sine macula ingre-
diens. Quòd autem peccatum sit macula, scriptum Eccle. 4
est de mendacio. Et Dauid in uia ingrediens sine Psa. 100.
macula ministrat mihi. Deinde Dauid, pulchre. Et
si qui ingreditur sine macula, cũ deo habitat, ero
etiam sine macula cũ ipso. Deinde rursus Dauid. Si
qui operatur iustitiam, cum deo habitat: sum om- E
ni cura uacuus, feci iudicium & iustitiam in terra, Psa. 118
iniustitiã aũt odio habui & abhorrui. Qui loqtur
ueritatẽ in corde suo. Deinde Dauid. Si q loqtur ue
ritatem domine, tecum habitat: nõ celaui iustitiã
in corde meo, ueritatem tuam & salutare tuum di- Psal. 39
xi, non occultaui ueritatem tuam à congregatione
multorum. Qui nõ egit dolum in lingua sua. Dein
de Dauid. Etsi qui non egit dolo in lingua sua, te-
cũ habitat, domine probasti me, & cognouisti me.
Tu cognouisti sessionẽ & stationem meam, quòd Psa. 136
non sit dolus in lingua mea. *Nec fecit proximo suo ma-
lum*. Deinde Dauid, Ego autem in simplicitate mea
ambulaui. Ambulaui in simplicitate cordis mei.
Si 'reddidi retribuentibus mihi mala, ne habitem
tecum ut amicus, sed cadam ab inimicis meis ina- Psal. 7.
nis. Et *opprobrium non accepit aduersus proximos suos*.
Deinde Dauid. Et in hoc etiam, inquit, me rectè ges
si. Eum enim qui clam detrahit proximo suo perse
quebar, superbo oculo, & inexplebili corde, cũ eo 100
non comedebam, & quæ sequuntur, usque ad, Nõ
direxit in cõspectu meo, nec exprobraui omnibus F
proximis, qui non potuerunt percutere Goliath.
Ad *nihilum deductus est in conspectu meo malignus*. De- 1. Reg. 17
inde Dauid. Qui te oderant domine odio habui, & Psal. 138.
propter inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio
oderam eos, pro inimicis fuerunt mihi. Ad nihilũ
redegi eos, inquit, dicens, Ad nihilum redigentur
tanquàm aqua quæ trãsit. *Timentes autem dominum* Psal. 57
glorificat. Deinde Dauid. Appropinquent mihi qui
timent te, ut eos coràm glorificem, dicẽs. Beati oẽs
qui timent dominum, gloria hęc est omnibus san- Psal. 149
ctis eius. *Qui iurat proximo suo, & non mutat*. Deinde.
Dauid. Iuraui & statui seruare iudicia iustitiæ tuę.
Iuraui etiam proximo meo Ionathæ non delere sę- Psal. 118.
men eius cum ipso, & id seruaui. Post suam enim & 1. Re. 20.
patris eius Saulis mortem, quando Gabaonitę pro 2. Reg. 21
pter periurium à Saule in eos cõmissum, semẽ Sau-
lis ex dei sententia uolebant excindere, tunc Dauid
cum filios Ionathæ, qui erant Saulis nepotes, occul
tasset, tradidit reliquum semen Saulis Gabaonitis,
& cum Dauid iurasset Ionathæ, iusiurandum non
uiolauit. Quoniam autem hic fit mentio iurisiurã
di: periurium autem ubique instar caliginis diffu-

G sum est: agę breuiter discę ex historia, quomodo
post sexcentos quinque annos deus iusiurandùm
uindicauerit, & filios perdiderit qui patrum iusiu-
Ios.12. randum uiolauerant. Quando Iesus Naue filius ad
Iosu.9 uersus 29 Reges & populosissimas natiões bellum
gessit, inuasit etiam gentem Gabaonitarũ. Gabao-
nitæ autem aduersus Israelem non direxerũt aciẽ,
sed arte & dolo muniti, uitandæ mortis rationem
excogitarunt. Cùm enim panes qui emarcuerant,
& ueteres utres tulissent, & ueteres calceos induis-
sent, accesserũt ad Iesum, dicentes. E longinquo le
gati missi sumus, bellum quidem deprecantes, uo-
bis autem seruire promittentes. Deinde ad testan-
dam uiæ longitudinem, uiaticum ostendebant, di
centes, panes hos calidos ad uiaticum sumpsimus,
& ecce marcuerũt. Idem etiam de utribus & calceis
dicebant. Deinde Iesus Naue filius hoc de Gabao-
nitis negocium communicat ducibus, & principi-
bus, & iurarunt Gabaonitis se aduersus eos bellũ
non gesturos. Eis autem usus est lixis & calonibus.
Cùm autem iusiurandum accepissent Gabaonitæ
H tunc confessi sunt Iesu, & principibus, se non è lon
ginquo uenisse, sed in ijs locis esse natos, & esse indi
genas, & quoniam eis iusiurandum dederant Israe
litæ, aduersus eos non amplius bellum gessere. Hęc
2. Reg.21 cum ita facta essent, post sexcentos annos Saul rex
Israel patrum iusiurãdum uiolauit, & aduersus Ga-
baonitas bellum gessit, & ideo iratus est deus, non
quòd bellum fuisset illatum Gabaonitis, sed quod
esset uiolatum iusiurãdum, & ne si tanquã, lege per
missa inualescat, iniquitas uitæ perniciem afferat,
quod sexcentis antè annis datum erat iusiurandũ,
tanquã recens, uindicauit, reipsa docens iusiuran-
dum non inueterascere, nec corrumpi. Deinde Saul
2.Re. ul. quidem unà cum filijs bello petitus suis ipsorum
gladijs se ipsos confoderunt, & gladijs quos aduer
sus Gabaonitas strinxerunt, ijs seipsos confoderũt,
ut intelligerent, quod per quæ quis peccat, etiã per
ea punitur. Post Saulem autem tribus annis fuit fa
mes, & pestis & gladius eos passim peruasit qui iusi-
urandum uiolauerãt. Scisciatus est itaque Dauid
deum quænam sit causa famis, & ei deus hæc uer-
I ba respondet. Quoniam super Saulem, & super do-
mum eius iniustitia, quoniã ipse morte affecit Ga-
baonitas, quibus iurarant filij Israel se eos non esse
morte affecturos. Deinde uocat Dauid Gabaonitas
ex dei iussu, & eis tradidit illos qui ex Saule de-
scẽderãt, & absco dit filios Ionathę, quoniã iurauit
ei uiuẽti se nõ deleturũ eius semẽ post mortẽ, & nõ
iurauit in dolo proximo suo. Hoc cõsiderãs, si filij
q patrũ iusiurandũ uiolauerant, à deo dati sunt ut
interirẽt: qd patiar ego q ausus sum peierare? Si er-
go post sexcetos annos deus iusiurandum uindica
uit, & cũ alij iurassent, alij, q iusiurãdum uiolarant,
pœnas dederũt, qd patiemur q peieram⁹? Qui iurat
proximo suo, & nõ decipit. *Qui pecuniã suã nõ dedit
ad usuram.* Et hoc quoq; fecit nõ dans fœnori.

* Desunt plurima. *

EXPOSITIO PSAL. XXII. ET. CXVI.

Homilia. Incerto interprete.

Irculo cõsecrato, anno reuoluto, debitum
c uobis sermonem electis ad fidem decreui-
mus. Et quia constringimur suo quoque
tempore ordinem ad ecclesiasticum repræsentare,
& formam uobis dare, ut sicuti nos uobis redditi- K
mus, ita & uos inuicem uobis reddatis, præsertim
honore mutuo prævenientes: & charitatem in qua Rom.12
est uinculum perfectionis tenentes, debitum red-
dite, & debitum exigite: ut ibi faciamus conclusio
8.9.c.d. nem, ubi Apostolus fecit: testimonio ipso fulcia- 1.Ibid.13.
mus, quo dixit: Nemini quicquam debeatis nisi ut
inuicem diligatis. Nam qui diligit alterum, legę im-
plet. Nam non occides, non mœchaberis, non fal-
sum testimonium dices, & si quod est aliud man-
datum, hoc in sermone recapitulatur, in quo ait: 1.Ibidem.
Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quia dile-
ctio proximi malum non operatur: Plenitudo au-
tem legis est charitas. Et ut plenissime sciatis, quæ 1.Ioã.4.d
sit pfectio, ait in epistola sua sanctus Ioannes: Deus
charitas est, & q manet in charitate, in deo manet,
& deus in illo manet. Ergo de ista charitate com-
pellit nos ueritas, ut psalmum uobis electis, & ad si
dem concurrentibus exponamus. Hos uersiculos
psalmi memoria tenete, ore reddite, operib⁹ imple-
te. Non sufficit uerba reddere deo, nisi & cor mun-
dum applicare deo. Dicit ergo quod audistis: Do- L
minus regit me, & nihil mihi deerit. Videte quomo
do se commendat ecclesia ore filiorum suorum: qa
uere quem deus regit, nec cadere potest, nec errare.
Iste rex noster, qui regit quotidie corda & corpora
nostra, interiores & exteriores sensus conseruat, &
nihil deficit. Fortè aliqui dicunt, quia quem regit
deus, & nihil ei deficit, tantummodo de temporali
bus sentit. Quid est nihil deficere, nisi petentibus
aurem patentem præbere? Et regit, & nihil negat.
Quod dixit, Nihil deerit, magnum est. Quãdo deo
non peccatur, donat sapientiam, prudentiam, tem-
perantiam, fortitudinem, & iustitiam: Cùm ista nõ
defecerint, quid quærit auarus? In istis uirtutibus
totus deus se refundit: & in quo totus est deus, nũ-
quã erit reus. Dominus regit me, & nihil mihi dee-
rit. Sequitur uersiculus: In loco pascuæ ibi me col-
locauit. Grandis est ista pascua. Epulæ istæ & sem-
per satiant, & nunquã deficiunt. Nam uultis nosse,
quomodo pascit deus præstolatores suos, id est, su
stinentes se? dixit propheta: In illis diebus mittam Amo.8.d
in eis, non dico famẽ panis, aut sitim aquæ, sed au- M
diendi uerbum dei. In isto campo legis & in flori-
bus testimonium cùm anima nostra uenerit, refici
tur, pascitur, nutritur, pingue scit, exultat in simpli-
citate cordis: proficit ibi anima collocata, requie- Ioã.10.b
scit, exultat, & gloriatur. Iste pastor bonus, qui po-
suit animam suam pro ouibus suis, talia dedit pa-
scua credentibus, sperantibus, peruenientibus ibi
collocauit animas fundatas sine motu. Ergo in lo
co pascuæ ibi me collocauit. Sequitur, dicens: Su-
per aquam refectionis educauit me, animam meã
conuertit. Magna ista aqua. Est alia aqua, quæ non
est aqua refectionis, sed aqua consumptionis: de ip Hier. in
sa aqua dixit propheta. Foderunt sibi lacus detri- Ie.
tos, aquam mendacem, aquam quæ non habet fi-
dem. Et aqua catholica, in qua ostẽditur fons æter
nus, qui reficit, id est, iterum facit, quomodo gene-
ratio & regeneratio reficit animas, quia innouat in
fide. Abluit sordes, tollit maculas, rudẽ facit aptũ,
expolians ueterem hominem cum actibus suis, in- Eph.4.f.
duens nouum eum, qui secundũ deum creatus est.
Hæc aqua primatum tenet in elementis. Sed cùm
istud elementum acceperit spiritum sanctum, fit sa

A cramentum: & iam non erit aqua potationis, sed
sanctificationis: non erit aqua communis, sed refe-
ctionis. Per istam aquam educit, purgatos facit per
fectos, ratione claritatis & gratiæ illuminans & re-
plens eos: ut ubi abundauerat peccatum, faceret di
uites in gratia. Super aquam refectionis educauit
me, animam meam conuertit. Quid est enim con-
uertere? ex aliquo alicubi ducere, ex peccato ad iu-
stitiam, ex falsitate ad ueritatem, ex miseria ad mise
ricordiam, ex opere carnali ad spiritualem intelle-
ctum. Sic conuertit ad se deus animas. Animam
meam conuertit. Deduxit me super semitas iustitiæ
propter nomen suũ. Sic sequitur: Istæ semitæ agno
scuntur diuersæ uiæ generis humani, licet uniuer-
sas semitas domini agnoscamus, misericordiam &
ueritatem: tamen semita una agnoscitur, quę est pri
ma in semitis, id est, uirginitas: secunda, continẽtia,
quæ est & uidualis: tertia, coniugalis. Sunt aliæ se-
mitæ, quæ ad patriam perducũt. Nam semitæ ideo
dicuntur, eo quòd planę uię non sunt, sed semiuię,
id est, angustæ. Audite istæ semitæ angustæ q̃ sint.
B Orare pro inimicis, nulli malum pro malo redde-
re, cibare inimicum, potare & uestire, iniuriam pati
Tobi.4.c. & non facere: & ut concludamus semitas iustitiæ,
Quod tibi fieri non uis, alij ne feceris: semitæ sunt
iustitiæ. Et hoc facit nõ pro merito nostro, sed pro-
pter nomen suum. Sequitur, dicens: Nam etsi am-
bulem in medio umbræ mortis, non timebo ma-
la, quoniam tu mecum es. Medium umbræ mortis
agnoscimus uitam tentationis. Nam ille in medio
umbræ mortis ambulabat, qui dicebat, Inhabita-
Psa.119.b ui in tabernaculis Cedar: id est, cum filijs tenebra-
rum. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus:
dum loquebar illis, debellabant me gratis. In me-
dio umbræ mortis ambulabat, qui talia tolerabat.
1.Co.4.c. Nam apostolus quando inter falsos fratres ambu-
labat, in medio umbræ mortis incedebat. Maledi-
cebatur, benedicebat: iniuriam patiebatur, & non
cõminabatur: lapidabatur, uirgis cædebatur: quã-
do ista patiebatur, in medio umbræ mortis ambu
labat. Ille cum illo erat, qui ei de cœlo clamauerat,
dicens: Saule Saule, quid me persequeris? In medio
C ergo umbræ mortis, ut diximus, uita est tentatio-
Actio 9.a. nis. Sed non timemus, quia deus pro nobis est, &
fortior nobiscum magis quàm cum illis, & potior
est ille ad protegendum, quàm illi ad expugnan-
dum. Si ambulauero in medio umbræ mortis, non
timebo mala, quoniam tu mecum es. Sequitur: Vir
ga tua & baculus tuus, ipsa me cõsolata sunt. Duo
ista sacramentis sunt plena, uirga & baculus. In uir
ga dualitas intelligitur, uigor legis & uirgo Maria.
1.Co. 4.d nam ait Apostolus: Quid uultis? in uirga ueniam
ad uos, an in sermone spiritus mansuetudinis? Et
Psal.2.e alio loco dictum est: Reges eos in uirga ferrea, & tã
quam uas figuli confringes eos. Et uirgo Maria in-
telligitur, ut dixit Esaias propheta: Exiet uirga de
Esai.11.a radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Quid est,
Florebit uirga de radice Iesse, nisi de tribu Iesse sur-
get flos? Partus eus reddidit nobis istum florem
in odorem suauitatis. Baculus intelligitur æquè ip
sa lex, quæ ostendere nouit peccata, non auferre: qa
lex ostendere nouit peccata, gratia auferre peccata.
Nam agnitio peccatorum cùm ostensa fuerit, sub-
sequitur & correptio. Nam Giezi ille puer sancti He
liszei, cùm mitteretur ad filium cuiusdam mulieris
defunctum, baculum illi dedit sanctus Helisæus, D
ut resuscitaret puerum. Sed non potuit illum resu- 4.R.4.e.
scitare baculo, nisi ipse ueniret, & breuiaret corpus
suum, ut infantis poneret oculos ad oculos, os ad
os, manus ad manus, pedes ad pedes, proijciens se
super puerum mortuum, & resuscitauit eum. Quid
ostendebat in baculo, qui suscitare non potuit, nisi
legis ostensionem? Et in Helisæo significabat Chri
sti natiuitatem, qui se habuit minorare, assumens
quod non erat, non amittens quod erat: ut suscita-
ret mortuum, id est, genus humanum, quod acce-
perat sententiam primi hominis, Morte morieris. Gene.2.c
Nam baculus sustentatio est senectutis. Et quia po
pulus, qui legem acceperat secundum literam intel
ligebat, & tremula membra in ipso baculo incum-
bebant: Quia litera occidit, spiritus autem uiuifi- 2.Co.3.b.
cat. In senectute mundi uenit ueritas, ut figura au-
ferretur, & adimpleret legem, & non solueret. Ergo
in uirga uigor legis, in baculo ostensio peccatorũ.
Ipsa me consolata sunt. sic sequitur. Quomodo illũ
consolata sunt? quia uidebat in spiritu ipse prophe Mat.13.c.
ta, de quo dicebat dominus: Quanti prophetæ cu-
pierunt uidere, quæ uidetis, & non uiderũt? Sed in E
corpore duntaxat, non in mente, intantum ut dice
ret: Abraham uidit diem meum, & gauisus est. Nec
enim non uiderat Abraham diem ipsius, quando Ioan.8.g.
dixit seruo: Mitte manum tuam sub fœmur meũ, Ge.24.a.
& iura per uiuentem in secula, non te ducturũ uxo
rem filio meo de filiabus Chananæorum. Et utiq;
quale secretum uidemus in fœmore patris nostri
Abrahæ, nisi ex fœmoribus eius secundum carnẽ
uenire Christum in seculo? Ergo ipsa me consola-
ta sunt, uirga & baculus. Sequitur, dicens: Parasti
in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribu-
lant me. Ista mensa agnoscitur altaris domini con-
secratio. Nam uide quid dicit sapientia, Sapientia Prou. 9.a
ędificauit sibi domum, supposuit columnas septẽ,
parauit mensam suam, misit seruos suos conuocãs
omnes, & dicens: Venite & edite de panibus meis, Ibidem.
& bibite uinum quod miscui uobis. Et quia istam
mensam præparauit seruis & ancillis in conspectu
eorum, ut quotidie in similitudinẽ corporis & san
guinis Christi, panem & uinum secundum ordinẽ F
Melchisędec, nobis ostenderet in sacramento: ideo
dicit, Parasti in conspectu meo mensam aduersus
eos qui tribulant me. Qui sunt isti, qui nos tribu-
lant: suggestiones inimici, exagitationes, cupidita-
tes, delectationes, seculi honores. Isti tribulãt, quia
huiusmodi qui ita uiuunt, tribulationes carnis ha-
bent, sed ueniunt ad mensam potentis, considera
tes ea quæ apponuntur eis accipere cum timore &
tremore, & tribulationes efficiuntur cõsolationes.
Auferuntur ea quæ sunt carnis, infundũtur ea quæ
sunt spiritus, & ex mensa præparata proficiunt con
tra eos, qui tribulant eos. Sequitur, dicens: Impin-
guasti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians
quàm præclarus est. Gratias tibi domine Iesu, qui
ostendisti nobis istud oleum: non illud oleum qd
habent hæretici, de quibus dictum est: Muscę mo-
rituræ exterminant oleum suauitatis. Nec illud Eccl.10.a
oleum, de quo dictum est: Oleum peccatoris non Psal40.b
impinguet caput meum. sed istud oleum, quod si- Esa.61.a.
gnificabat Esaias propheta, dicens: Spiritus domi-
ni super me, propter quod unxit me: Euangelizare
pauperibus misit me, prædicare annum acceptabi

G lem remissionis,dimittere captiuis remissionem,& cęcis reddere lumen.Istud oleum agnoscimus oleū chrismatis.Christus enim dicitur unctus, Christiani,ab unctione. Impinguat caput nostrum, id est, 1. Cor.11. Christum dominum.Caput enim uiri,Christus.In isto oleo facies cordis exhilaratur,de quo dixit pro Ps. 103.b pheta:Vt exhilaretur facies in oleo . Quæ est ista facies in oleo quæ exhilaratur,nisi imago & similitudo dei? cùm de peccatore dicitur : Impinguasti in Ps. 74.b. oleo caput meum, & calix tuus inebrians quā præclarus est.Qualis est iste calix,audite. Ipse est calix, qui fuit in manu domini uini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hunc. Veruntamen fęx eius non est exinanita. Iste calix est,de quo clamauit tē Matt.26. pore passionis,dicens:Pater , si fieri potest,transeat à me calix iste . Et quia obedientiæ nobis formam dedit,subsecutus adiunxit: Veruntamen non sicut ego uolo,sed sicut tu uis.De isto calice bibit ecclesia,inebriauit martyres,ut non agnoscerent proximos carnis suæ nimio amore Christi: neque patres filios,neque filij parentes. Inebriauit uino sanctita H tis,non uino erroris.Non agnouerunt suos, & sanguinem fuderunt . De mensa illa inebriati sunt , de qua dictum est , Accedens ad mensam potentis,cōsidera ea quæ apponuntur tibi,sciens, quia talia te oportet præparare.Quid est, Talia oportet te præparare,nisi corpus & sanguinem quod accipis ? Nā & illi apostoli de ipso calice inebriati erant , de qui Act.2.b bus dicebatur:Hi ebrij sunt musto , cùm esset hora diei tertia.Sed quàm præclarus est iste calix,uidete quanta est claritas in toto mundo ex passionibus apostolorum & martyrum. Vbique spiritus immū di clamāt se ardere orationibus & meritis eorum. Virtutes quas operatur deus uidete: cæci illuminā tur,mortui suscitantur,& cuncta quæ fecerūt & faciunt, declarata sunt & declarantur in toto mūdo. Iste calix facit claros & præclaros,& calix tuus inebrians quā præclarus est. Et misericordia tua subsequetur me per omnes dies uitæ meæ.sic sequitur. Et qa non ex merito, sed ex misericordia facta sunt superius comprehensa , ideo uoce populi subiecit ecclesia,clamans:Misericordia tua subsequetur me I per omnes dies uitæ meæ. Quia uerè quotidie misericordia fit in populo dei , ut Pagani ad ecclesiā perducantur,Iudęi conuertantur,hęretici corrigantur,peccatores indulgentia munerentur usque in fi nē seculi, hæc misericordia subsequetur ecclesiam omnibus diebus uitę eius quandiu est mundus.Sequitur:Et ut inhabitem in domo domini in longitudine dierum. Hæc domus domini illa significata est, de qua propheta cecinit : Beati qui habitant Ps.83.a in domo tua , in secula seculorū laudabunt te.Aequè domum domini agnoscimus cor humanum, Hebr.3.b de quo dicebat Apostolus:Quę domus sumus nos In ipsa domo cordis habitat dominus,in corde nostro dominus manet,& nos cū domino manemus. Nam cùm ei locum habitationis in corde facimus, in domo domini habitamus , & ibi pueniemus in longitudinem dierum.Quare non dixit, Et longitudinem noctium? quia ille dies non habet noctē. Ideo dixit tantummodo,in longitudinem dierum, quia non erunt breues, sicut dies illi de quibus dictum est in alio loco : In illis diebus,si non fuerint Mat. 24. b. abbreuitati dies illi , etiam electos meos seducent. Ista longitudo dierum æternam uitam ostendit, nō præsentem. Sed ex corde puro ibi uenitur.Ecce K inquantum ipse præstitit, non quātùm debuimus, sed quantùm potuimus ipso subministrante & donante expositum psalmum auribus uestris repræsentauimus. IVNGAMVS & breuem propter tardos, qui prolixos uersus psalmi tenere non possunt.Laudate dominum omnes gentes, laudate eū Ps. 116.d. omnes populi: Quoniam confirmata est super nos „ misericordia eius, & ueritas domini manet in æternum. Quàm breue est, & grandem habet intellectum.Laudate dominū omnes gentes,intelligimus hìc totum mūdum,de quibus dixit propheta:Vocabo non plebem meam, plebem meam:& non dilectam,dilectam.Et erit in loco ubi dictum est eis: Ibidem Non populus meus uos:ibi uocabuntur filij dei uiui.Isti laudant deum ex omni tribu , ex omni gente,ex omni lingua laudant deum.Quare? Quia populus factus est sub charactēre Christi , confirmatus est , sub professione beati nominis eius liberatur . Collaudent illum & laudent : quia redempti sunt de manu inimici,id est, ex opere eius:quia cor roborata est super nos misericordia eius. Quàm ro L borata facta est , ut quotidie se impendat , & nunquam deficiat,quotidie gaudeat lucris: Quia gaudiū est in cœlo super uno conuerso à uanitate uiæ Luc.15.b suæ,quàm super nonaginta nouem iustis,qui , non indigent pœnitētia. Corroborata est super nos misericordia eius. sequitur : Et ueritas domini manet „ in æternū. Quæ est ista ueritas,quæ manet in ęternum? quæ nos perducit ad æternum uestum diē rum , ad deum nostrū sine initio,sine fine . Ipsa est ueritas,quæ fidem tenet rectam,ueram, & integrā. Ipsa est in qua Christus requiescit,quam in se tulit, Ioan.14.d dicens:Ego sum uia,ueritas & uita, ipsa est quę manet in æternum. Tenete traditum uobis psalmum, ut cū tenueritis,lingua reddideritis,uita , uocibus, & moribus, mereamini audire:Intrate in gaudium Mat.25.b domini uestri , Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST *in Psalmo.xxiiij. Dirige me in ueritate tua,& doce me: Homilia. Incerto interprete .*

Iatores arctæ & angustæ uiæ,qui se crucifi u gūt cum uitijs & concupiscentijs & passio- M nibus , qui post uoluntates suas non pergunt,& suggestionibus malignis resistunt, cantant & dicūt:Dirige me in ueritate tua, & doce me, quoniam tu es deus salutaris meus . In hac directione iste rogabat non tortuosam , sed rectam . Directio enim nō curua est,sed recta, quæ lineas legis tenet, mentem dirigit in uia immaculata . Præceptis obtemperat,iussa implet,id est, ad perfectionem dirigit,propheta clamat:Dirige me.Sed quia hæc directio habet ueritatem coniunctam,à falsitate est seIoā.14.d. parata.Quæ est enim ueritas,quæ uita, nisi ille qui ueniens pro nobis clamabat & dicebat : Ego sum uia, ueritas & uita ? Prophetans ergo uates Christi futurum Christum dicebat : Dirige me in ueritate tua.Assumēs uocem in isto uersiculo, etiam totius ecclesiæ ubique diffusæ dirigi quærebat : ergo in isto populo qui gentilis erat , & tortum cor habebat.Ipsa est de qua clamabat qua alius propheta, dicens:Vocabo nō plebem meam, plebem meam: Ose. 2.d. & non dilectam , dilectam . Et erit in loco ubi dictum est : non populus meus uos, ibi uocabuntur Ibidem. filij dei uiui.Hæc ecclesia clamat & dicit:Dirige me

A in ueritate tua.In ista ueritate falsitas nulla inuenitur.Hæc ueritas cunctis ecclesijs donata est,omnibus appropinquantibus deo timoratis , iustis,beneuolis,& sanctis : quibus mysteria agnoscere donatum est:qui sunt, ubi nondum sunt:& non sunt ubi sunt:qui in corpore ambulant, sed non secundum carnem militant.Hi sunt qui habent ueritatē, & possident eam,& possidentur ab ea . Doctrinam postulat,dicens:Et doce me.Quid uult doceri,nisi Ro.11.d. id quod nescit ? Quid est quod nescit ? perfectionē uirtutum,ut sciat quod nescit . Quid est quod nescit? quid? O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei,hoc est quod uult scire, & clamat : Quoniā tu es deus salutaris meus . Quid est , Doce me ? instrue me,perfice me,ædifica me , quia tu à uulnere peccatorum saluasti me,ideo dixit,Saluator meus. ibi subiunxit,dicens : Et te expectaui tota die . Per diem expectauit, non in nocte . Quæ est tota dies, nisi ubi lux est,& tenebræ non sunt? Tota dies ipse est saluator mundi , in quo uenit princeps huius B mundi,& in eo nihil inuenit iuris sui.Ipse est qui ue nit in mundum, ipsum sustineamus quandiu ueniat in nobis separans nos à dilectationibus carnis,purgans à cupiditatibus carnis . Sustineamus eum,quando ueniat,ut paratos nos inueniat.Susti nemus eum, quando impetus tentationum portamus,quādo tempestates aduersas patimur,sed nau fragium non facimus . Sustinemus eum , quando non deficimus:proficimus , quando non conturbamur,sed cōfirmamur.Quando exagitamur , sed 1.Cor.10. non cadimus,tūc sustinemus,tunc toleramus, tūc 6. clamamus ad illum qui est fidelis , ut non nos faciat tentari super id quod possumus ferre sed faciat tentationem cum exitu,ut possimus sustinere. Diri gite ergo iter sine offensione. Obseruate ergo,ne offendentes curtum faciatis pedem , & claudicantes in uitium ueniatis,& non ambuletis, ne stantes nō proficiatis, sed deficiatis:ueritatem tenete , falsitas de ore uestro non procedat , turpis sermo longè sit à uobis,ociosus,triuialis,superbus, mendax , ut de ore sit sale conditus:in hac ueritate persistite. Erudimini , scitote quoniam dies nostri uelut umbra C declinauerūt.Discite , quia totum esse nostrum ad 2.Cor.5.b non esse tendit. Scitote quia staturi sumus ante tribunal Christi cum chartis operum nostrorum. Et siquis gesit bonum aut malum , ibi reddet rationem illi quem nihil latet . Nolite obliuisci saluifactorem nostrum, redemptorem nostrum , ueritatē nostram, uiam nostram , dominum nostrum , qui est saluator, uia,ueritas , & uita : qui se obtulit , ut nos non captiui remaneremus.Qui libertatem donauit nobis,qui cor illuminauit toto sęculo.Quid pro ijs omnibus retribuemus ei? quæ sunt compēsationes operum nostrorum? quis laudet, quis desiniat tantam potentiam , tantam magnificentiam, tātam uirtutē , nisi quòd debemus agnoscere nos, qui ex nihilo fecit nos ? Peccauimus in inobedientia patris nostri protoplasti, & regenerati sumus in illo,q uenit de sinu patris reconciliare nos ei à quo Psal.2.c eramus lōgè , ut faceret nos propè.Nolite obliuisci tanta bona muneratoris dei . Seruite domino in timore,& exultate ei cum tremore.Apprehendite disciplinam, nequando irascatur dominus, & pereatis de uia iusta, ut quotidie clametis : Dirige me in ueritate tua,& doce me quoniam tu es deus sultaris meus,& te sustinui tota die. D

DE EO QVOD SCRIPTVM EST *in psalmo.xxv. Redime me,& miserere mei, Homilia . Incerto interprete .*

Ilij lucis in libertatem uocati,qui sedebant f in tenebris & umbra mortis , illuminati sunt , redempti sanguine pretioso . Obliti non sunt , quæ & quanta passus est ille qui splēdor uenit: cunctos quidē obligatos inuenit & illaquea tos,uulneratos, cæcos,debiles , claudos,reos . Sed Ioā. 12.g quia non uenerat,ut iudicaret mūdum , sed ut saluificaret, à liberauit seruos à seruitute , illaqueatos soluit,uulneratos sanauit,cæcos illuminauit, debiles fortificauit,claudos iter rectum ambulare fecit, reos indulgentia munerauit.Nam unde erat,quod modò cātabat ex ore nostro propheta , dicēs deo: Redime me,& miserere mei:Pes meus stetit in rectitudine,in ecclesijs benedicam te domine ? Vox est capitis portans in se personam membrorum , quæ membra nos sumus, caput uerò Christus , dicente Apostolo:Vnum corpus sumus in Christo Iesu. Re Ro.12.b. demptio autem hæc non est numi , sed gratiæ : E non est corporis,sed animæ . Intantum redemptio est animæ , ut sicut hi qui captiui ducuntur à barbaris,ita ducantur à diabolo capti.Ille captiuus di Captiuus citur,qui efficitur non potestatis suæ , sed ditionis quis. alienæ,qui suggestionibus eius subditus est. Capti ui tales uidētur sibi liberi esse , quia nullo imperio humano subditi sunt,& tamē serui sunt:Quia om- Ioan.8.d nis qui facit peccatum,seruus est peccati.Exclamādum est ergo cum propheta, ut liberemur , non in merito nostro, sed in eius misericordia . Nisi nostri misereatur esse non possumus . Ergo redimat nos misericors deus noster , separet nos ab affectibus,à desiderijs & cupiditatibus inimici, ut libertate accepta,pes noster stet nō claudus, sed rectus . Quid est enim claudum pedem habere , nisi infœlicem offendere? De quibus dicebat propheta: Errauerūt Psal.17.g & claudicauerunt à semitis suis. Claudicat , qui sic deo credit, ut scandalizetur quoties prosperitatem uidet malorum,sanitates impiorum,diuitias paganorum,possibilitates gentium,& dicit nō sano pe- Psal.72.a de,id est,nō sana fide, effusi sunt paulominus gres- F sus mei , quia in peccatoribus pacem peccatorum zelaui intuens : Quia non est declinatio morti eorum,& firmamentum in flagella eorum. In laboribus hominum non sunt , & cum hominibus non flagellabuntur:ideo tenuit eos superbia, circumamicti sunt iniquitate & impietate. Prodijt quasi ex Ibidem adipe iniquitas eorum , pertransierunt in dispositiones cordis. Similiter si dicat:quare uiæ impiorū prosperātur? Idcirco perturbatur pes eius talia sentiens,& commouetur: quia ad tempus ad tentationem bonorum dimittuntur mali, in æternum uerò damnabuntur.Ad tempus floret impius . ad tēpus emendatur bonus. Sed flos illius sicut fœnum aresit,emendatio illius transiet. Ille accipiet pœnā perpetuam,quia hic flagellatus non est, & ad tempus floruit:ille autem qui tentationem sustinuit,in æternum uitæ perpetuæ retributionē accipiet. Nō debet ergo pturbare fideles mentes sublimitas malorum,prosperitas impiorum , ne unusquisque nostrum apud semetipsum ægra mēte dicat, quia placent deo facta malorum , aut deus constituta non implet,aut non curat res humanas . Qui ut faceret

G te esse, curã habuit: quomodo uiuos in seculo non curat? Nolite ita sentire de deo, sed alto iudicio suo & de secreto pietatis dimittit & malos, ut probentur boni. Humiliat bonos, ut præsentia bona non sperent, sed æterna credãt. Quid fuit ille dives, qui byssino & purpura induebatur, splendidéque edebat, qui cunctos subditos habebat, adulatoribus delectabatur, cursoribus ornabatur, à clientibus constipabatur, delicijs fruebatur, quandoque finita est uita caduca, spes præsentis uitæ migrauit, trã siit. Et qui in seculo non se agnouit, de inferno gemens clamauit. Lazarus ille, cuius pes stetit in rectitudine, qui contentus erat paupertate, qui non delectatus est deliciis, qui iacebat hulcerosus quidẽ corpore, sed mente integra, æquè ultima die uenie te illi, ex hac luce migrauit. Et quia tolerauit emendationem & probationem dei, meruit susçipi in sinum Abrahæ, in loco quieto, pacifico, tranquillo.

Luc. 16.c

Agnouit dives pauperem, superbus humilem, elatus tolerantem, & clamabat, dicens: Pater Abrahã, mitte Lazarum, qui contingat linguam meam ex digito suo gutta, quia crucior hac in flamma. Et qa prætermisit dives in hoc seculo misericordiam, & non posuit deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarum, & præualuit in uanitate sua: ideo non meruit guttam, quia non fecit misericordiam. Si enim dedisset, acciperet. In qua mẽsura mẽsus est, in eadem re metitũ est ei. Eia fratres, nolite desidiosẽ audire uerbum ueritatis, nõ uos posideat uita falsitatis, mũdus iste nõ uos obdulcescat. Amarus ad tps mũdus iste, nõ manens, non uos seducat. Mũdus trãsitorius non uos decipiat in ęternum. Pes uester, id est, fides uestra non extollatur in prosperis, in aduersis non deficiatur: sed clamate cum propheta, dicentes: Pes meus stetit in rectitudine, in ecclesijs benedicam te domine. Si uidetis malos potentes à deo alienos in hac uita florere, nolite moueri à fide uestra, sed tolerate uoluntatem dei, quia ista uita communis est bonis & malis. In area huius mundi non separatur palea à frumento, sed ille ueniet cum uentilabro pur

Psal. 51.b

Mat. 7.a.

Luc. 3.d.

I gans aream suam, qui triticum congregabit in horreum, paleas autem tradet igni inextinguibili. Hic & bonis & malis dat bona: ibi autẽ solis bonis bona, & malis pœnam perpetuam. Nolite esse temporales, sed ad æternitatẽ proficite: ut ibi in secula seculorũ laudetis eum, quia de omnibus sanctis eius clamabat uates Christi, dicens: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te, Amen.

Psal. 83.a

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN *principio psalmi xxvi. Dominus illuminatio mea, & salus mea, qnem timebo? Homilia. Incerto interprete.*

X plenitudine uerbi formamus uerba in

c ore nostro, ut transeat aliquid ad aures uestras. Sic à nobis procedit doctrina, ut ad uos transeat, & à nobis nõ recedat. Sed hæc doctrina non est ex nobis, sed ex deo, qui ex nihilo fecit hominem atque mundum: qui illuminat conscientiam, amouet tenebras cordis, in mentem suggerit dictionem, ut ueniatur ad correptionem uitę, & ad conscientiam spiritualem. Propheta sanctissimus, in cuius animo & corde sedem fecerat deus, uociferabatur & clamabat, dicens: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Magnum seruum, qui sciebat quomodo illuminabatur, unde illuminabatur, qualis erat qui illuminabatur. Videbat lucem, non istam, quæ ad uesperum tendit: sed illam lucẽ, quã oculus non uidet. Mentes ex hac luce illuminatæ, non ruunt in peccata, non offendunt in uitijs. Dicebat enim dominus: Ambulate dum habetis lucem in uobis. De qua enim luce dicebat, nisi de ipso? qui dixit: Ego lux ueni in mundum, ut q uideant, non uideant, & cæci lumen recipiant. Iste ergo dominus illuminatio nostra, sol iustitiæ, qui radiauit ecclesiam suam catholicã ubiq; diffusam, & clamabat propheta in figura eius: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Illumina tus homo interior nõ claudicat, à uia non recedit, totum tolerat. Qui de lõginquo uidet patriam, adK

Ioan. 12.d

Ibid. 9.d

uersitates sustinet, in temporalibus non contristatur, sed in deo confirmatur: deprimit cor & sustinet, & humilitate sua patientiã habet. Lumen istud

Ibid. 1.d

uerum qui illuminat omnem hominem uenientẽ in hunc mundum, dat se metuẽtibus, infundit cui uult, ubi uult, reuelat se cui filius uult. Qui sedebat

L

in tenebris & umbra mortis, in tenebris malorum & umbra peccatorum, orta luce horret sibi & adij cit se, pœnitet, erubescit, & dicit: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Magna salus fratres mei. Ista salus infirmitatem non timet, lassitudinem non formidat, dolorem non uidet. Sanitas ergo ista mentis est: ubi febres non accedunt, ubi tepor culturæ dei non appropinquat. Ista ergo salus posidetur à sanis, qui non obliuiscuntur sanitatem, sed dicunt: Saluator es medice bone, & tolerando mentem phrenaticam & insanam saluas animam: quia omnis qui medicum nõ agnoscit, phreneticus est. Nam quoties phreneticos uidemus medicis contumeliam facere, resistere sanitati, nolle curari, deridere ueram curam: debemus ergo plenè atque perfectè non tantùm lingua, sed etiam mente clamare & dicere: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Si ipse illuminat, ipse saluat, quem timebo? ueniant caligines suggestionũ, dominus illuminatio mea. Venire possunt, profice re non possunt, cor nostrum impugnando, non tamen uincendo. Veniat cæcitas cupiditatum, Domi nus illuminatio mea. Fortitudo ergo nostra ipse est qui se dat nobis & nosipsos damus illi. Currite ad medicum cùm potestis, ne cùm uelitis non possitis. Est tempus currere, nullus negligat infirmitatem suam, nullus desidia possessus non currat ad lumen, ne delectationibus seculi obligatus, obliui scarur quod minatur deus, post ponat quod promittit deus. Fugiamus imitationem malorum, appropinquemus operibus bonis, ut cum illo regnemus in regno cœlorum, Amen.

M

DE EO QVOD SCRIPTVM EST *in Psalmo xxix. Domine deus meus in æternum confitebor tibi, Homilia. Incerto interprete.*

Elebritas cõfessionis perficitur ex iugi ora-

c tione, quia de præceptis regularibus conuenit semper orare. Oratio ergo continua & instans prædicatio necesse est, ut habeat mentis euigilantiam, ut agnoscat quis oret, quid oret, ad quem orat. Nam illud uas fictile thesauro dominico plenum, quod de bono thesauro cordis sui proferat

A ferat bona, sicut modò cantauimus, uniti charitate, dixit, Domine deus meus in æternum confitebor tibi. Quando dominum nominant serui, agnoscunt se debere esse subditos, non contumaces & superbos. Ergo dominus iste, qui nos emit ex pretio, qui fudit sanguinem suum, ut nobis æternam uitam donaret, Dominus est, qui nobis impartitus est tantum munus gratiæ, tantam misericordiam inenarrabilem, tantam uirtutem sine lassitudine: iste ergo dominus bonorum seruorum & deus totius creaturæ, confessionem quærit à nobis, non ut ignarus, sed ut nos nobismetipsis manifestaret. Quid enim ocultum est, cui patet omne secretum? nullus dubitet de bono domino clementi, qui cõfitentes suscipit, & non punit ut terrenus iudex: qui non torquet, aut eculeo imponit, quasi ignarus, ut ueritatem exprimat confessionis: sed ille dicit, Confitemini, qui scit omnia antequàm fiant, cui nihil est occultum, qui est cordis inspector. Cõfiteamur illi quæ in actis, quæ in factis, quæ in cogitationi-

B bus commisimus. Ideo nos cogit confiteri, nolens aliquem perire à se misericordia, qua deus est: clementia, qua pius est: bonitate, qua creator est. Confiteamur illi multiplicem confessionem, tamen prima prętermitti confessio non debet. Assumentes uocem illam Publicani, qui pectus suum tũdebat, & se, sicut Pharisæus, non iactabat: qui humilis iustificari meruit, & Pharisæus qui quasi de meritis

Luc. 18.c.

suis gloriari cœpit, damnatus descendit. Si bene uiuimus, domino nihil præstamus, quia bonorũ nostrorum non indiget: si malè uiuimus, nobis contrarij sumus, deo nihil nocem⁹: humiles ergo & deposita ceruice cõfiteamur illi, qui totum nouit. Dicamus ergo cum isto humili, qui reatum suum nõ tacebat, & deposita ceruice peccatum suum semp

Luc. 18.c.

agnoscebat, & iniustitiã suam nõ operiebat. Quid ergo dicebat? Propitius esto mihi peccatori. Nunquid singula facinora sua deo enarrabat, quasi nescienti? Aut poterat in memoria tenere ex initio natiuitatis suæ, quæ commiserat flagitiosus publicanus, reus omnium malorum? Sed collectè, summatimque clamauit & dixit, quia nihil boni in me ha

C beo quod dicam de me, sed totum malum sentio in me: confitebor tibi deo bono, qui non punis cõfitẽtes, sed liberas ad te confugiẽtes: propitius esto mihi peccatori. Nullus desperet de malis suis, nullus præsumat de meritis suis. Præsumptores & de opera uestra quasi bona erecti timete, Pharisæum agnoscite, ut illius mores ad uestram salutem proficiant. Quare repudiatus descendit? quia non confiteri, sed iactare merita sua in templum ascendit. Nã discutite eius uerba, & uidebitis quomodo erectus est ad apicem superbiæ, ubi dixit: Gratias tibi ago, quia nõ sum sicut cęteri homines. Vnde nosti Pharisęe, quia non es sicut cæteri homines? quasi totum mundum iam discusseris, quis, qualis est, aut quomodo habeat uitam quispiam: & cùm teipsum nescias, quomodo sententiam omnibus hominibus cum te iactas, dedisti, ut diceres, Quia nõ sum sicut cæteri homines? Si homo es, casibus plenus es: si temporalis es, feris, feriris: uincis, & uinceris: si homo es, pugnas cum sarcina carnis, cum uoluptatibus uentris, cum auaritię cupiditatibus: si homo

Gala. 5.e.

es, sensus tui impugnantur desiderijs. Agnosce miser, quia caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnẽ. Hæc enim inuicem sibi aduer-

D santur, ut non ea quæ uis, facias. Quomodo ergo non es sicut cæteri homines, cum teipsum non uideas quis sis? Iactas te, quia ieiunas bis in sabbato, qui à spiritu superbiæ nõ declinas. Quomodo ieiunas, publicano peccatori insultas, & teipsum sine peccato existimas? Quomodo ieiunas? si ieiunares, ab obseruãdo peccata in mente, proficeret tibi. Et ieiunium unde te iactas, de uentre insultas publicano, nesciens te futurum inde reprobum. Raptorem te non dixisti, iniustum te non dixisti, sed hoc totum insultando publicanũ accusasti. Quid egisti, nisi ut cùm nos legimus hanc lectionem, nobis beneficium præstitisti? Agnoscite fratres, quę sit in humilitate gratia, qualis in superbia proxima ruina: quod fecit caput fideli, hoc faciant omnes credentes in fide, ut iure & legitimè dicamus: Domine deus meus, in æternum confitebor tibi: non tẽporaliter, sed in æternum. Qualis est confessio æterna, nisi uox illa angelica: hagios, hagios, hagios? Sine cessatione proficite, ut accipiatis, non pro meritis gratiam, sed gratuitam coronam, Amen.

Esai. 6.b.

E

DE EO QVOD SCRIPTVM EST *in psalmo. xxxiij. Quis est homo qui uult uitam, & cupit uidere dies bonos? Homilia.*

Incerto interprete.

Ermo diuinus peragrans, currẽsque per

s campos singulos, uelut luminaria, ecclesiis contulit claritatem, qui discutiens corda uniuersorum credentium in Christo, clamabat bonis malisque: Quis est homo qui uult uitam? Iste oferens tantum munus, tantam lætitiam exoptatam toti generi humano, quasi omnes una uoce exilistis ad interrogationem hominis dei dicẽtes: Ego. Sed qui uult uiuere, audiat præceptum. Nec enim potest homo hic accipere id quod promittitur, nisi mpleuerit præceptum quod iubetur. Ergo cùm interrogaret iste ore prophetico cuncta corda, & conueniret omnes aures, & pulsaret omnium conscientias, dicens: Quis est homo, qui uult uitam? Et respondentibus, non in lingua, sed in conscientia uoluntatę que desiderij, Ego: subsecutus adiunxit: Et

F

cupit uidere dies bonos? Aequè talis interrogatio. Nam quid dixit, Quis est homo, qui uult uitam, & cupit uidere dies bonos? Vtrunq; desiderabile promissum ostendit, sed audi sequẽtia: Si uis uidere uitam, si uis inuenire dies bonos, cohibe linguã tuã à malo. Eia fratres mei hic modò respondere uolo. Quanti modò dicunt, nolo, qui dicebãt uolo? Qui ueteraueruntin detractionibus, qui mordẽt & comedunt humanas carnes, detrahendo, non timentes ne ab inuicem cõsumantur, qui adulationibus linguam suam impendunt, qui bifaciẽ habent mẽtem, præsentibus bene loqui, absentibus detrahere. Quomodo modò dicunt, uolo, perseuerantes in malo? Nunquid si esset, quicũque ille est in officio, sine labore acquireret panem? Si militaret, & iudici non obtemperaret, acquisitionem inueniret? Rusticus rura sua colens, sine labore posset colligere fructus? Et quicunque homo in seculo nascitur, à sententia primi hominis non potest esse alienus, dicẽte domino primo homini post lapsum: In labore & sudore uultus tui manducabis panem tuum. Ergo uos qui uultis uitam, & cupitis uidere dies bonos, laborate ut corrigatis malos mores, ut possint

Gene. 3.d

Guos ſequi promiſsiones bonę. Cohibe linguā tuā à malo, id eſt, à mendacio, à furto à ſuperbia, à detractione, ab adulatione, à fictione: & cùm hæc feceris, inueniſti uitam. Et ſi labia tua non fuerint locuta dolum, occurrunt tibi dies boni. Nam quomodo poteſt malo occurrere bonum, cùm ipſe bonus non ſit? Sed modò ſunt hic aliqui ſtātes, qui inquirere à nobis non poſſunt, ſed cogitant hoc in cordibus ſuis, dicentes: Ergo omnes boni bona inueniunt, & mali mala: ergo omnes boni uitam inueniunt, & dies bonos: & mali habentes uitam malā, habent dies malos. Et reſpondeo eis, ita eſt. Et illi mihi nō inquiſitoriè, ſed contumelioſè dicūt, quo-
Hie.12.a. modo dixit Hieremias: Quare uia impiorum proſperatur? Et nunc uidemus homines malos abundare filijs, familia, argento, auro, ueſtibus, prædiis, & diuerſis rebus locupletatos. O homines inanes: & hoc eſt totum bonum? Quid hic eſt bonum? au-
Mat. 16. d. di dominum dicentem ita: Etſi omnem mundum lucreris, animæ uerò tuæ detrimentum facias, quā dabis commutationem pro anima tua? quale bo-
Luc.12.c. num eſt, quod malè utendo creat malum, audi qd
H audiuit quidam diues: Stulte, hac nocte poſtulatur anima tua: quæ præparaſti cuius erunt? Quid dico
1.Tim.6. b. de apoſtolo, qui dixit: Nihil intulimus in hunc mūdum, uerùm nec auferre aliquid poſſumus. Habentes uictum & tegumentum, ijs contenti ſimus. Nā qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum, & muſcipulā diaboli. Radix oium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes naufragauerunt à fide & inſeruerunt ſe doloribus multis. Modò ſi poteſtis diuites ſeculi, ladate quos uidetis naufragare, & ad portū non peruenire. Ecce iſte diues mortuus, in malis perſeuerans, lecto eburneo portatus, ornatus, luminib⁹ holoſericis tectus, tota ciuitas exequias ei exhibēs perductus ad ſepulchrum marmoreum. Ingreditur aliquis in tumulum defuncti, laudat diuitem, laudat potentiā, laudat ædificium: uidet locum marmoratū, & nō uidet locum tormētorum. Vidiſti quomodo à populis deductus eſt in malis perſeuerās, & malis ſuis terminum uſque in diē uitæ ſuæ non ponens? Nūquid intellexiſti futuram pœnam, quomodo ange
I li tartarei eum tulerunt, & incarcerauerunt uſque in diem iudicij? Audi diuitem purpuratum, comedentem ſplendidè, qui pauperem uidit, & non eius miſertus eſt, & ſibi impertiuit. Stultus eſt, de uiuis peruenit ad mortem: & Lazarus pauper, inops, egenus, pallidus, pannis obſitus, hulceroſus, uix pane corporis uentrem implens, ſed tantùm pane cœleſti abundans ſatiabatur. Quandoque Lazarus etiā ex hac luce migrauit, ſimplex, & humilis, & beatus pauper migrauit ad cœlū, & diues purpura tectus manſit in inferno. Nōne melius erat pauperem cū bona uita peruenire ad ſatietem angelorum, quam diuitem obligatū peccatis ire in tenebras exteriores, ubi eſt fletus & ſtridor dentium? Nam iſte peruerſus diues, ſibi & nō alij locuples, quomodo erexit oculos in cœlum de loco tormentorum, & clamauit ad patrem Abraham, patrem fidelium, & bene uiuentium, ut mitteret Lazarum, ut contingeret linguam eius, quia cruciabatur in flamma: & tamē non eſt auditus, quia quando potuit & habuit, nō audiuit. In qua menſura menſus eſt, in eadem reme
Mat. 7. d titū eſt ei. Eia ille qui dicebas modò, quia hoc erat bonum, quencunque hominem eſſe diuitem: mo- K
dò dic, modò lauda, modò iudica, modò diſcerne, modò reſponde. Ecce tranſiit quod habebat, perre xit ſolus ſine ſeruo, ſine argento, ſine numo, ſine nitore ſeculi: ecce peruenit ad pœnam. Qualis illi fuit in ſeculo uita, quām miſerum temporalis uita creauit illi tormentum, & pœnam ſine fine? Ergo cohibete linguam ueſtram à malo, & labia ueſtra ne loquātur dolum. Declinate à malo, & facite bonum: quærite pacem, & ſequamini eam, & inuenietis uitam, & dies boni occurrent uobis. Diuitiæ iſtius ſeculi malis boniſque communes ſunt. Dat ergo illa deus malis, ut non habeant quid de deo. Itē non illa dat bonis, ut æterna bona de deo ſperent, & non propter aliquod tēporale colant deum, ſed gratis. Item non illa dat malis, ut paupertate humi lientur. Item dat illa bonis, ut dent formam malis, quomodo utātur bonis. Ergo dat iſta temporalia bonis & malis, ſed ſe non dat, niſi tātummodo bo L
nis. Melius ergo eligendum eſt non habere hic cō munionem cum malis præſentium bonorum, quā hic habere præſentiam bonorum, & peruenire ad perpetuum ſupplicium malorū. Facite ergo quod propheta prædixit. Cautio & conditio eſt poſita, ut declinemus à malo, & faciamus bonum. Creſcite in bonis, decreſcite à malis: aſcēdite ad uirtutes, deſcendite à peccatis. Proficite in caſtitate, ſeparamini à luxuria. Quærite pacem omnium hominū, pacem cum corde & carne ueſtra, quæ concupiſcit aduerſus animam, quæ caſu trahit ad lapſum: cupiditatem uitate, quæ delectationibus muſcat animam uegetantem. Iam facite terminum malis cogitationibus, date limitem, ſufficiat diei malitia ſua. Noui, ſurgite, nullus uetuſtus cum pannis peccatorum ſuorum incedat. Tu ergo qui carnalis es, & in temporalibus tantùm ſperas, ſi uideas nudum pannis obſitum, quomodo horres, quomodo execraris, quomodo contemnis, ne in te impingat ex ueſtimento ſuo. Pannos pauperum horres: & pannos peccatorum tuorum non horres? Diſplicete uobis, placete deo. Suſtinet uox genitrix ueſtra, de celerrimis & bene currētibus in agone ſancto gaudet tota eccleſia, de pigris uerò & ſomnolentis contriſtatur. Sit ergo uobis bona ſocietas, ſi uultis uidere uitam. Agite dies lætitiæ ſanctè uiuendo, confitemini domino piè ſperando: & non tantùm uitam, ſed M
& dies bonos inuenietis, & ſine naufragio ad portum ſalutis peruenietis, Amen.

IN PSALMVM XXXVII. ALIVS

*Pſalmus Dauid in commemorationem ſabbati. Cuiuſnam ſabbati? Neque enim cuiuslibet. Vnde neque de ſacrificijs legalis ſabbati, ſed de per peſſionibus Chriſti pſalmus loquitur. Illius itaque ſabbati commemorationem habet præſens pſalmus, de quo dicebat Ioānes Theologus. Iudæi ergo, quoniam paraſceue erat, ut nō remanerent in cruce corpora ſab bato, erat enim magnus ille dies ſabbati, rogauerunt Pila- Ie.19.
tum ut frangerentur eorum crura, & tollerentur.*

Omine ne in furore tuo arguas me, neque in ira
d *tua corripias me.* Sæpe à nobis dictum eſt, Chriſtum, ſicut in affectionibus, ita etiam in prophetia ſuſcipere perſonam humanitatis, ex qua etiam nunc hæc loquitur, argui quidem naturam, ſed non in furore, corripi autem ipſam uolēs, ſed non in ira. Quomodo autem argui? Propter ſa-

A lutem. Vult itidem etiam in pace corripi, quod qui dem non poterat aliter euenire, niſi eam quæ in nobis erat, redargutionem & correptionem Chriſtus ſuſcepiſſet, q ipſe arguebat, & arguebatur, ut deus quidem, arguebat, ut homo autem, pro nobis arguebatur. Cum tūc ergo utranq;, & eius qui argue
Eſa.1. bat, & eius qui arguebatur, perſonam ſimul ſuſtineret, hæc loquebatur per Eſaiæ prophetiam, ſi fuerint peccata tua ut coccinum, ſicut niuem dealba-
Eſa.53. bo, ſi fuerint autem ut purpuriſſum, tanquam lanā dealbabo. Atque etiam correptionem ſimiliter, de qua idem dicit propheta. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum: Liuore eius nos omnes ſanati ſumus. *Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam.* Non temere ergo Chriſtus hęc patrem precatur pro humano genere. Sed quoniā quæ in eos intorta erant tela, hoc eſt, quæcunque mala propter Adam communem naturam inuaſerant, in me infixa ſunt, quoniam enim generis humani peccata ſuſcepi, neceſſario etiam pro eis caſtigor. Et ideo confirmaſti ſuper me manum tuam caſtigatoriam, de qua dicebat Iob. Eſt manus domini quæ me tetigit. *Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ.* Oſtendit ſe iram iuſte deprecari, non ut quæ ſit æterna, ſed ut quæ medelam non habeat. Quodnam enim inuenietur iræ dei medicamentū? Tu autem conſidera quām ſit exactè & accurate uſus dictionibus. Non dixit enim, non eſt ſanitas mihi, ſed, non eſt ſanitas in carne mea. Hæc ſcilicet ex perſona humanitatis, & dicuntur affectiones ęs pro nobis ſuſcipit. Ne forte autem iniuſtam iuſti iudicis iram exiſtimem, oſtēdit quia factum ſit ut in hæc incideret, per ea quæ deinceps ſequuntur, & id confirmat. *Non eſt pax oſſibus meis, à facie peccatorum meorum.* Oſſa rurſus dicit ſuam humanitatem. Ipſe autem id declarat, dicēs diſcipulis poſt reſurrectionē, quando ſuſceptę carnis uoluit confirmare œco-
Luc.24 nomiam, Palpate me, & uidete quòd ſpiritus carnē & oſſa non habet, quemadmodum me uidetis habere. A facie ergo peccatorum meorum, quæ pro nobis portauit, pacem non habuit, ſed conturbationē in ſuis oſsibus, hoc eſt i humanitate, Ab om
C ni enim perturbatione libera conſeruabatur humanitas. Hoc ipſum autem diſces etiam, dicēte uni
Ie.12. genito. Nunc anima mea conturbata eſt Per animā enim ſignificabat humanitatem, quibus ſubiungit cauſam conturbationis. Et quid dicens? Pater ſertua me ab hac hora, ſed propterea ueni ad horam hanc. Hoc eſt, fruſtra carne angor & excrucior, quo niam ut deus, ſum morte ſuperior, & propterea ueni cum carne, & portaui peccata humani generis, ut omnes morte mea redimam. *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue*
2.Cor.5 *grauatæ ſunt ſuper me.* Hic apertè oſtendit ſe propria peccata non habuiſſe, ſed aliena cepiſſe, & ideo in capite dominicę carnis fuiſſe accumulata, ita enim conſueuerunt portari onera grauia, & ideo ſpinis quoque fuit caput coronatum. *Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ.* Et quonam modo putruerunt cicatrices carnis? Eius enim caro non nouit corruptionem. Quamnam autem inſipientiam habuit, quæ eſt uere ſapientia? Sed inſipientiam ſuam dicit ludam, ut magiſter, ſui diſcipuli lapſum ſibi tribuēs. Huius proditione putreſcebāt uitij cicatrices. Quid enim fuit illo pecca
to fœtidius, in quo figmentum tradebat opificem D
ad mortem? Corruptæ ſunt autem, quando ſe ſuffocauit, tunc enim fuit planè deſperatus, ut quę emarcuere uulnera à medicis deſperantur. *Miſer factus ſum & curuatus ſum uſque in finem.* Afflictus eſt non ſolum in cruce, ſed etiam antequā crucifigeretur, multa ferens ut agricola, ut noſtrum agrum purgaret. Incuruatus ſum autem uſque ad finem, quando mortem pro nobis ſuſtinuit. Qui eſt enim omni creatura altior, ad ipſam uſque terram incuruatus eſt, eum qui crederat uolens ex ea erigere. *Tota* Io.12
die contriſtatus ingredieb ar. Et quanam de cauſa triſte eſſet mundi gaudium, docent ea quæ ſequūtur. *Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. Et nō eſt ſanitas in carne mea.* Illuſionis uocat paſsiones, quas in cruce ſuſtinuit, quoniam irridentes, hæc faciebant Iudæi. His, inquit, impletus ſum, dum peccata hominum inter eos ſanare ſtudeo. Sed Iudæis non eſt ſanitas in carne mea, hoc eſt, in affectionibus 1.Cor.1.
meæ carnis. Ad crucem enim offendunt, in qua uel ſola eſt ſalus peccatorib⁹, & ideo merito erat triſtis. *Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis.* Afflictus ſum, E
ſycophātis & calumnijs uexatus. Humiliatus ſum, nihil reſpondens calumniatoribus. Vſque adeo autem ſum humiliatus, ut iraſcente pontifice & petente, ſi tu es Chriſtus, nō dixi ſum, ſed tu dicis, ne me- Matt.26.
ipſum quidem in hoc uolens gloria afficere, etiamſi illi dubium reſponſum, à ueritate coacti, perinde ac affirmationem acceperint. *Rugiebam a gemitu cordis mei.* Rugiebam dixit, ut oſtenderet magnitudinem gemitus, & quòd quemadmodum leo prædam deſiderans, deinde tunc non inueniens, rugit, ita etiam ipſe rugiebat, quando non ueniebat prædа ludæorum ſalutis. Quod autem dicitur, confirmant quæ ſequuntur. *Domine ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus a te non eſt abſconditus.* Et quodnam eſt Chriſti deſiderium? Paſcha pro nobis peragere. Et ideo dicebat Apoſtolis. Deſide- Lucæ.22.
rio deſideraui hoc paſcha comedere uobiſcum, priuſquam patiar. Nō ſolummodo paſcha, ſed, hoc in quo cum præteriſſet figura, peracta erat ueritas. Sed cur, uobiſcum? Quoniam ludęi nolunt eſſe myſterij participes, propter quæ merito ingemiſcebat. F
Hunc autem eius gemitum pater, ut qui omnia prę noſſet, ſciebat. Vnde Paulus eum pro uiribus imi- Ad Ro.9
tans, dicebat. Triſtitia mihi magna eſt, & cōtinuus dolor cordi meo. Optarem enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratrib⁹ meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ. *Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorum, & ipſum non eſt mecum.* Ac quomodo cor quidem eius conturbatum eſſet, dum non ſalui fierent Iudæi, iam dictum eſt. Petrum autē uocat uir- Matt. 16.
tutem propter confeſsionem fidei. Tu es enim Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eā. Is eum reliquit inficiatus. Lux autem ſunt omnes Apoſtoli, quibus dixit. Vos eſtis lux mundi. Hi erāt Matth.5.
lux oculorum duorum teſtamentorū, legis & Euāgelij. Hi enim nobis uetus & nouum in luce domini illuminant, qui quo tempore crucifixus fuit, nō erant cum Chriſto. Iudęos enim timentes, fugerūt. *Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt.* Amicos & propinquos reliquos Marc.14.
dicit forte Iudæos. Amicos quidem, non ut qui Ie-

G sum amarent, sed ut qui ab eo amarentur. Vt enim opifex suum opus diligit, & ut pastor amat oues q̄ perierūt ex Israel. Propinquos rursus eos uocat pro pter cognationem ex carne. His autem propinquio res, uel potius omnium proximi, fuerunt Apostoli propter suam in ipsum fidem. Iudæi ergo, quos qui dem amicos & propinquos uocauit, qui non remo ti, sed propinquitate ei cōiuncti erant, propter sum mam impudentiam ei tendebant insidias. *Qui au tem iuxta me erant, de longe steterunt*, id est, qui erant omnium proximi (Eos autē esse diximus sanctos eius discipulos) procul stabant tempore passionis, non ei insidiantes, sed eos qui illi parabāt insidias uitantes. *Et uim faciebant, qui quærebant animam meā.* Quare uim afferebant? Vt suam ei auferrent gloriā. Propter inuidiam enim parantes insidias, uolebāt uideri pro lege æmulari. Apertius autem sequens id docet uersiculus. *Et qui quærebant mala mihi, locuti sunt uanitates, & dolos tota die meditabantur.* Quænā autem eæ essent, dicit Lucas. Cęperunt accusare eū, H dicentes. Hunc inuenimus peruertentem gentem nostram, & prohibentem dare tributa Cęsari, cum tamen Iesus, quando ab Herodianis & Pharisæis in terrogatus fuit, diceret. Redditè quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt dei, deo. *Ego autem tanquam sur dus non audiebam, & tā quam mutus non aperiens os suū.* Quod, inquit, mutis euenit, quorum sunt à natura lęsi sensus, hoc illi sua sponte eueniebat. Maledi ctis enim appetitus, non mouebatur ad iram. Hoc autem est surdorum proprium, non irasci si afficiantur contumelijs, quoniam quæ in eos torquentur maledicta non audiunt. Præterea autem dum in eum intenderentur calumniæ, cū posset refellere calumniatores, os suum non aperuit. Hoc est mutorum, qui à natura loqui uetantur. Quod autem neque surdus erat nec mutus, sed eos imitabatur se humilians, ostendit Esaias. Tāquàm ouis du ctus est ad occisionem, & tanquàm agnus coràm tondente ipsum obmutuit, ita os non aperit in sua humilitate, quibus ea etiam conueniunt quæ nūc subiunxit Psalmographus ex persona seruatoris.

I *Et factus sum tanquam homo non audiens, & non habēs in ore suo redargutiones.* Ergo audiebat quidem, sed præ se ferebat non audire, nec de erat loquendi facultas, qua posset conuincere ac refellere, induerat autem personam eius qui est animi perplexus, & id non potest facere. Quænam sit autem horum causa, ostendit quod subiungitur. *Quoniam in te domine speraui.* Patri enim, tanquàm uero & incorrupto te sti, fidem habens, de quo ipse dicebat, Est qui testi monium præbet de me, qui misit me pater, quem uos nescitis, falsos testes non curabat. *Tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi nequādo supergaudeant mihi inimici mei.* Quid dicit? Patrem exaudisse oratio nem suam, ut non supergaudeat inimicus, aduersariæ scilicet potestates. Pro Apostolis autem orauit, Pater sancte, serua ipsos in nomine meo, quos dedisti mihi, ut essent unum sicut nos. Et rur sus, Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos à malo. Nisi enim hæc impleta esset oratio, ne Apostolorum quidē chorus esset seruatus, & gauisurus esset diabolus uerus inimicus, & qui cum eo erant. *Et dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt.* Pedes Christi discipuli. Ipse enim est eorum caput, & ideo non est dignatus lauare eorum pedes. Quia ergo Discipuli propter crucem K paululum commoti sunt, aduersus Christum magna Iudæi locuti sunt, ut qui esset omnibus spoliatus, & ne Discipulos quidē apud se retinere potuisset. *Quoniam ego in flagella paratus sum.* Ea enim de causa cum carne in mundum uenire sustinuit. Quēadmodum ipse precans dicebat, Quid dicam? Pater serua me ab hora hac, sed propterea ueni ad horam hāc. *Et dolor meus in conspectu meo semper.* Nostri scilicet commiseratio, propter quam habet perpetuo suæ passionis memoriam. Ex quo enim passus est, inquit Paulus, ipse tentatus, potest ijs qui tentā tur opem ferre. *Quoniam iniquitatem meam ego annun ciabo.* Atqui non habuit iniquitatem, nostram tamen tanquàm suam annunciat, & propterea orans dicebat. Cōfiteor tibi pater domine cœli & terræ. Etsi enim cōfessio hic accipitur pro gratiarū actio ne, gratias tamen egit pro redemptione nostrorum peccatorum, quando Iudæos increpabat eum maledictis incessentes, ut peccatorum & publicanorum amicum. *Et cogitabo pro peccato meo.* Peccatum L suum uocat peccatum nostri generis, ut qui humanę cōsperfionis fuerit primitiæ, utpote nouus Adā, uolens in seipso ueterem refingere, & ideo cogitat quonammodo posit eius peccatum expiari. Cogitantis enim erant uerba quæ dixit in Euangelijs. Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat? Illud enim dixit, qui nostras spinas cōsumpsit. *Inimici autem mei uiuunt, & confortati sunt supra me, & multiplicati sunt qui oderunt me inique.* Iudęos dicit, propter quos tristitia afficiebatur, ut qui scelerate uiuerent. Iam uerò quod etiam super ipsum etiam confortati sunt, erant uidelicet superbi & arrogantes. Cum enim ipse propter nos esset humilia tus, quemadmodum dicit Paulus, Humiliauit seipsum, obediens factus usque ad mortem, mortem autem crucis, illi ignorātes causam humiliationis, arrogantia & superbia aduersus ipsum utebantur. Vnde etiā qui eum inique odio habebant, in multi tudinem prouecti sunt, uidentes pontificum crescere ac diffundi arrogātiam. Quinam autem iniuria eum odio habebant. *Qui retribuunt mala pro bonis.* M Hoc est, cognati eorum qui uisum recuperarunt, & claudorum quibus est rectus restitutus ingressus, ciues, propinqui, pro gratiarum actione eum calūnijs incessebant. Et quanam de causam hoc facerēt significat quod sequitur. *Detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.* Ex mea, inquit, benignitate & bonitate accipiebant occasionem calumniæ, & iniquum uocabant & impium, quandoquidem sabbato eorum ægrotos curauit. *Ne derelinquas me domine deus meus, ne discesseris à me.* Hæc non pro seipso dicit, sed pro ecclesia, uel potius pro seipso. Ecclesia enim unum esse cum ipso, sicut sponsa cum sponso cognoscitur. Id autem scimus ex ijs quæ deinceps sequūtur. *Intēde in adiutorium domine deus salutis meæ.* Auxilium suum uocat ecclesiam, ea etiam ratione saluam facere uolens Adæ imaginem. Illi enim data erat uxor ad auxilium. Faciamus, enim inquit deus, auxilium simile sibi. Et ideo Paulus quoque dixit de Christo ea quæ de Adam & Eua dicta fuerant, nempe. Relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erūt duo in carne una. Deinde quid his subiunxit? Sacramētum hoc magnum est. Ego autē dico, in Christo & in ecclesia. In

Iuxta me. Qui erat proxime. Matt. 26

Matt. 27. Mar. 15.

Lucæ. 23.

Lucæ. 20.

Esa. 53.

To. 11.

Io. 17.

Io. 13.

Mat. 17. Za. 13.

Io. 8. Rom. 9. Ephe. 3.

Io. 12.

Hebr. 2.

Matt. 26

Luca. 5

1. Cor. 15.

Luca. 22.

Pſ. 2.

Gene. 2.

Ephe. 5

IN PSAL. XXXVIII. 185

A sia. In hanc ergo uult patrem intēdere, & respicere, non quòd ipse esset imbecillis ad opem ferendam ecclesiæ, sed uolens patri ostendere quantum interfit inter synagogam & gentium ecclesiam, & quomodo illi quidem, cum multi eum prædicassent, & ipse etiam eis Christus accessisset, non sunt seruati, gentes autem, cum solam uocem Seruatoris audiissent, protinus seruatæ sunt. Et ideo consequenter adiecit, domine salutis meæ, suam salutem rursus uocans salutem gentium. Si enim peccata nostra si bi attribuit: quid ni magis propriam salutem nostram reputat?

INTERPRETATIO IN XXXVIII.

Psalmum. In finem Idithum Canticum Dauidis.

n Onnulli scriptores hunc psalmum Idithū attribuerunt, & dixerunt eum hunc psalmum conscripsisse. Inscriptio autem docet contrarium, psalmum quidem esse Dauidis: Idithū autem, ut cui cantorum chorus esset creditus, datū esse psallendum. In finem autem nos transmittit, B quoniam humanæ naturæ uilitatem miserabiliter canit, & eius finem ostendit. Hūc autem psalmum dixit magnus Dauid, dum eum persequitur Absalon, & conuitia in eum iacit Semei. Habet autem magnam conuenientiam cum præcedente. *Dixi custodiam uias meas, ut non peccem in lingua meā. Posui ori meo custodiam, Cum consisteret peccator aduersum me. Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est.* Dū fugeret magnus Dauid parrici dæ filij tyrannidē, Semei ei obuiam factus, cespites & lapides in eum proiecit, & conuitiatorijs eū uerbis appetijt, uirum iniquum & uirum sanguinum appellans, sed solita philosophia utens diuinus Dauid, non solum eum non ultus est, sed etiam unum ex ducibus conantem in eum iaculari prohibuit, dicens, Sinite eum mihi maledicere, quoniam dominus iusit ei ut Dauid malediceret. Et cur sic feci sti, dicet ei quispiā. Vt uideat dominus humilitatē meam, & reddat mihi dominus bonum pro maledictione hac, die hodierno. Magnam habent conuenientiam cum hac historia uerba huius psalmi. C Magnam, enim inquit, adhibui diligentiam, sciens hanc particulam esse ualde lubricam & ad labendum procliuem, & hāc semper tanquàm muro cōtinens, & maxime quando mihi resistebat Semei, qui nulla fuerat affectus iniuria. Eum enim peccatorem tanquàm iniustum nominabat. Tunc enim ualde obmutui, & humiliatus sum, & silui. Sunt autem hæc ualde similia ijs quæ ab ipso dicta sunt in historia. Sinite eum maledicere. Dominus enim iusit ei Dauid maledicere, ut uideat dominus humilitatem meam, & eripiat me hodie è manu inimico rum meorum. Hoc etiam hic dicit. Eram omnino similis surdo omnino non audienti, & humiliaui meipsum, expectans lucrum quod inde erat profecturum. Et dolor meus renouatus est. Cū ille me, inquit, maledictis incesseret, peccatum à me commissum reuocaui in memoriam, considerās quòd propter ipsum maledictis appetor, & punior, & regia expulsus fuga cogor meæ saluti cōsulere. Quinetiam hæc quoque habent magnam cognationē cum historia. Illud enim, Iusit ei deus maledicere Dauid, habet peccati memoriam, quoniā propter ipsum adhibita est castigatio. *Concaluit cor meū intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.* Hoc ita D interpretatus est Symmachus, Concaluit cor meū intra me dum animo agitarem, incendebar igne. Dum peccati, inquit, mei recordor, igne ægritudinis animi inflammabar. *Locutus sum in lingua mea, Notum fac mihi finem uitæ meæ, et numerum dierū meorum ut sciam quid desit mihi.* Ei ergo qui me maledictis impetebat nihil respōdi. Deum autem uniuersorum rogaui, ut mihi uitæ finem significaret. mortem ualde desiderans. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos. Et substantia mea tanquàm nihilum ante te.* Hoc rursus ita interpretatus est Symmachus, Ecce tanquā palmos dedisti dies meos, & uita mea tanquā nihil ante te. Mortem autem desidero, sciens humanam naturam non esse longæuam. Nostra enim ui Esa. 40. ta ne uidetur quidem consistere, si cum tua conferatur. Tu enim es principij expers, & fine cares, nostra autem uita ueluti quibusdā pugillis & palmis mensuratur. Per hæc autem declarauit uitę humanæ breuitatem. Ita etiam dicit alibi. Quoniam Pſal. 89 mille anni in oculis tuis domine sicut dies unus, q Pſal. 101. præteriit, & custodia in nocte. Et alibi cum cœli & E terræ meminisset, ipsi, inquit, peribunt: Tu autem permanes, & oēs sicut uestimentum ueterascent. Et tanquam amictum circumages eos, & mutabū tur. Tu autē idem ipse es, & anni tui non deficient. *Veruntamen uniuersa uanitas omnis homo uiuens.* Quā- Lac. 4. re, inquit, omnis hominū natura, & diuites, & pauperes, sunt similes uapori qui dissoluitur & frustra ædificant, & plantant, diuitias & facultates congregāt. *Veruntamen in imagine pertransit homo. Sed & frustra conturbatur. Thesaurizat, & nescit cui congregabit ea.* Homines, inquit, qui uiuunt, nihil differunt ab ijs qui sunt depicti in imagine. Et horum enim & illorum natura tempore similiter diffluit, & interit nihilo tamen secius conturbantur contendentes, concertantes, bellum gerentes, mercaturam exercē tes, & uniuersa uita plena est tempestate, cum finē habeat mortem, & cum per sudorem diuitias con- Luc. 12. gregent, futurum hæredem non nouerunt. Hoc au tem scripsit beatus Dauid, motus ab ijs quę ei usu- 2. Reg. 8. uenerunt. Nam cum præda & spolijs captis ex ini- 9. 10 micis, & tributo quod exigebatur ab alienigenis, F maximum & clarissimum regnum suum reddidisset, ignorabat impiam & iniquam mentem filij. Deinde cum uidisset eum regia esse potitum, & quæ re posita erant sibi usurpasse diuitias, uocem emisit admirabilem. Sed est frustra conturbatur, thesaurizat, & nescit cui congregabit ea. *Et nunc quæ est expectatio mea, nônne Dominus? Et substantia mea apud te est.* Substantiam autem Aquila dixit expectationem. Pro eo quod est, Te expectans consido, expectans tuam benenolentiam. Deinde aduersarū rerum causam ostēdit. *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me.* Et Semei rursus infert mētione. *Opprobrium insipienti dedisti me.* Hoc quoque ualde conuenit ijs quæ in historia dicta sūt. Dominus iussit ei ut malediceret Dauid, & quæ subiunguntur, sunt ijs similiter quæ dicuntur consequentia. *Ob mutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti.* Cum tu enim, inquit, concessisses, ille me affecit contumelijs, & erat ille quidem similis flagello, tu autem per illud me castigasti. Et ideo tacitus susc epi flagella, illum qui dem despiciens, te autem respiciens castigantē. Admodum autem appositè posuit quæ subiungūtur.

παρὰ σοῦ ἐστ.

G Amoue à me plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego defeci. Non temere, inquit, nec frustra usus es castigationibus, sed lapsus redarguens, & medici ritu secans, & saniem occultam educens. In medẽdo quidem crucias, sed ijs qui secantur sanitatem procuras. Verũ frustra conturbatur omnis homo uiuens. Hæc ergo apud me considerãs, uideo homines frastra turbari pro rebus momentaneis. *Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meam. Auribus percipe lachrymas meas. Ne sileas quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Remitte mihi ut refrigerer, priusquam abeam. Et amplius non ero.* Rogo te, inquit, domine, exaudi me eiulantem: & cum lachrymis orantem, neque enim sum perpetuus terræ habitator, sed inquilinus, & cum similiter ac patres mei paruum tempus uixero, mortem suscipiã. Concede ergo mihi parũ dilationis, ut paucos utique dies absque tristitia peragam, priusquã ex hac uita excedam. Hoc enim dixit illud, Et amplius nõ ero. Id est, Ad hanc uitam interitui obnoxiam non reuertar. Est autem iure admirandus magnus Dauid, qui in regno, opibus, & potentia seipsum appellat inquilinum & uiatorẽ, ut qui prosperati rerumque successui nõ fideret. Re uera enim sunt hęc uerba plena sapientia, quæ cognoscit rerum naturã, & ideo præsentem prosperitatem despicit.

Hebr. 13

H

IN EVNDEM PSAL. ALITER.

In finem Idithum psalmus Dauid. Et quomodo potest psalmus esse duarum personarum? nempe Dauid & Idithum. Nũquid ideo utique, quòd Dauid quidẽ ipsum composuit, ut Propheta. Idithum autem eum cecinit, ut cantor psalmorum? Dauid eum dei cultui ualde deditus, non solum cecinit, sed etiam cantorum cœtus in Sion collocauit, ut canerent, si ullos ex suis psalmis eis canendos traderet. Ipse autem plures cecinit. In scriptus est autem psalmus in finem, quoniam ullus hominum de fine est solicitum, idque ad nostram utilitatem, ut cum didicerimus uitę nostræ breuitatem, nos moderatè geramus. *Dixi, custodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Hoc cuilibet prophetæ docenti conuenit, suas nempe uias custodire, suarum scilicet actionum cursus & ingressus, ne declinent ad improbitatem, nec lingua peccet, dum ea facit quę uerbis suis repugnant. Lingua. n. uerè peccat, qui uerbis quidem uitia reprehendit, ea autem factis commendato dum ipsa admittit, & suam ipsius doctrinam uitæ propriæ institutione ementitur. *Posui ori meo custodiam.* Non est omne silentium pulchrum, sed id solum quod à mala abducit oratione, quod iusti à deo precibus postulãt quemadmodum ipse quoque Dauid dicens. Pone domine custodiam ori meo, & portam attentionis circa labra mea. Ostendens aũt se orasse silentium à dictis nefariis, statim subiunxit. Ne inclines cor meum in uerba nequitię. Quod autem nunc dicit, non est eiusmodi. Vnde nec deus ipsum posuit, sed ipse sibiipsi. Et quando? *Cum consisteret peccator aduersum me*, hoc est diabol⁹. Is magna cõtra nos coacta multitudine, diuinæ legis suggerit silentiũ. Nequic⁹. n. operari, quãdo nos illam loquimur. Quòd autem malum & uituperandum dicit silentium, dicunt apertè quæ sequuntur. *Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est.* Vides quòd primum per inobedientiã obmutuit, & cũ obmutuisset, humiliatus est. Nihil enim usq; adeò hominem deprimit & deijcit, ut sensuum stupor & inobedientia. Post hoc aũt, uel etiam propter hoc, siluit ex bono, uidelicet cessans à meditatione legis boni Magistri. Vnde iure renouat⁹ est dolor peccati. Fit enim grauius uulnus, quod nobis ex peccato accidit, quado à meditatione legis nos ipsos abduxerimus, & tanquam nullo à diuino præcepto imposito medicamento, depascit putrefactio. Et ideo non mansit in silentio, sed cum ad se redijsset, id repulsit ut quod afferret animæ interitum. Hoc itaque significans, subiunxit. *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.* Quemadmodum silentio obsurduit, & propemodũ mortuus, nullo; sensu præditus extitit: ita diuinorum uerborum meditatione concaluit. Et ignis exarsit in ipso, nempe diuini spiritus suppeditatio. Pulchrè autem significauit meditationem non esse tantum linguæ quantum cordis. Ita enim deus quoque significauit per Hieremiam Prophetam, Dans leges meas in cordibus ipsorum, & in mente ipsorum inscribam eas. *Locutus sum in lingua mea, notum fac mihi domine finem meum, et numerum dierum meorum quis est. Vt sciam quid desit mihi.* Simul ac legẽ meditatus est, cœpit calefieri, & statim ad sapientiæ studium inclinatus est. Finem enim, & numerum dierum, hoc est, temporis longitudinẽ, orat sibi significari, non ut peteret eis aliquid adiici, sed ut sciret quid sibi desit. Sed quamobrem? Vt interea suæ saluti caueret, & prosperet, & si peccata quidem secisset, properaret ad pœnitentiam. Sin autem iustitiam: ut eã retineret & confirmaret, ut qui peregre esset profecturus, & corã iusto iudice sistendus. Verum enimuero cum seipsum, ut qui talia interrogaret, reprehẽdisset, uide quid dicit. *Ecce numerabiles posuisti dies meos. Et substantia mea tanquã nihilum coram te.* Cur, inquit, de numero dierum solum solicitus. Quotquot enim fuerint, palmis conferuntur. Palmũ autem dicit, palmæ extensionem, cuius est minima mensura, maximè si conferantur cum maximis dei elementis. Humanam autẽ substantiam magis uolens uilipendere, dixit nostram substantiam nihil esse coram deo, non quod eam despicetur opifex: sed quod quemadmodum gutta aquæ nihil fuerit, si cum mari comparetur: ita homo, si cum dei substantia conferatur, iure nihil esse inuenitur. Quod est enim huic simile expositum Esaias Propheta, dicens. Si omnes gentes tanquã gutta à situla, & tanquã momentum trutinæ reputati sunt, & tanquam saliua reputabuntur, libanus autem non est sufficiens adustionem, & omnes quadrupedes nõ sunt sufficientes ad holocaustum, & omnes gẽtes ad nihil sunt, & pro nihilo reputatæ sunt. Ita etiam intelligamus id quod deinceps dictum est. *Verumtamen uniuersa uanitas omnis homo uiuens.* Non solum autem hominem, sed etiam uniuersa, dixit esse uanitatem, quemadmodum etiam exposuit Solomon. Vanitas enim uanitatum, omnia uanitas. Ecclesiastę inscriptum est proœmium. Nõ quòd dei creatura uana sit, sed quòd nos qui uersamur in uanitate, in rebus inutilibus & incommodis uitam agimus. Diapsalma subiunxit propheta, ideo fortasse quod sermonem conuerterit. Postquam enim nostrã naturam cessauit despicere, ostendit causam propter quam deus eam honoratam effecit, nos autem uiI

4. Reg. 15

K

L

M

Esa. 40.

Eccl. 1.

Numerabiles. Τὰς λογισμούς, pugillus siue palmos.

Obmutui ἐκωφώθην, obsurdui.

A tuperat, quoniam re pretiosa secus quàm oporteret utimur. Ita enim dicit, *Veruntamen in imagine pertrãsit homo.* Habet, inquit, figmentũ in se aliquid, quod facit ut ei uideatur ptiosum. Quid hoc est? Dei imaginem, in qua ingreditur, cum qua in præsenti uita incedit uniuersæ creaturæ uenerabilis. *Sed frustra conturbatur. thesaurizat, & ignorat, cui congregabit ea.* Illud sed, posuit, ut ostenderet quod ne dei quidem imaginem, quæ nos ad altiorem uitam uocat, consideramus, frustra autem in rebus terrenis conturbamur, & thesaurizamus, nescientes cui nam ea cõgregemus. Si delitias enim thesaurizamus, eas corruptioni & fimo colligimus. Si diuitias, eas sępe inimicas accipimus. Si arrogantiã & fastum, nobis detrimentum. Diabolo enim lucrum: & quod uerius est, nescimus nos hæc gehennæ colligere. *Et nunc quæ est expectatio mea? Nónne Dominus? Et substantia mea apud te est.* Quoniam omnis nostra expectatio, & substantia in deo est, ea à deo quoque est. Neque enim diuitiæ, aut potentia facit ut inimicorum inuisibilium insidias sustineamus, imò nec uisibilium, siquidem sæpe propter hęc nobis tendũt insidias. Sed neque delitiæ, nec ullum corporis studium, nobis ad substantiam, hoc est ad uitam acquirendam, sufficit, nisi ex dei dextera. Et quæ de inimicis paratur uictoria, & ipsa etiam uita nostra hinc proficiscitur. *Ab omnibus iniquitatibus meis eruc me.* Opprobrium insipienti dedisti me. Mirum est quod hic dicitur. Non enim opprobrium insipienti mihi dedisti, sed, Dedisti me, inquit. Insipientis ergo opprobrium, intellexit peccatorum remissionẽ quæ nobis ad exprobrationem aduersus diabolũ, ut inimicum, & aduersarium, & malis nostris gaudẽtem, data est. Vnde nec solummodo dixit, Ab iniquitatibus, sed, Ab omnibus. Tunc enim Satanam licet uerè irridere & probris appetere quando integrè ac perfectè purgari possumus. *Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti.* Surditatem hanc & silentium in bonam partem accipit, quando scilicet sustinemus dum castigamur, & nequaquã aperimus os nostrum ad eiulandum, sentientes nos à deo castigari ad nostram utilitatem. Hoc etiam fecit Iob, hæc etiam ab amicis loqui coactus, & deo dixit, Apponam manũ ori meo semel locutus sum, in secundo autem non adiiciam. Cur autem semel tantum locutus est? Quoniam amicis, qui eius calumniabantur iustitiam, & accusabant eum cogebant respondere. *Amoue à me plagas tuas. A fortitudine enim manus tuæ ego defeci.* Non possum amplius inqt ferre flagella, ut qui flageller à manu adeò forti, ut nulla uis in nobis relinquatur. Vult ergo amoueri flagella, non ut contradicens ei qui illum flagris cędit, sed ut iam purgatus. Ostendit autem id quod sequitur. *In increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem.* Fortasse quidem dicit propter iniquitatem: & fortasse etiam ultra iniquitatem. Hoc est, Castigationem intulit supra modum precatorum. Nã hoc quoque facit deus, ut tentationum pars quidẽ sit ad nostra expianda peccata, pars autem cedat in occasionem coronarum & præmiorum. *Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius.* Valde quidem per seipsam tenuis est araneæ tela, & nihil in ea facile potest latere, neque occultari, propter nimiã eius perspicuitatem. Quòd siquid sit etiam ualde subtile, dum araneæ tela liquescit, hoc est, in partes te-

Apud te. παρὰ σοὶ ἐστ.

B

C

Iob 39

Plagas, πληγὰς, flagella.

Propter ἀπὸ τῆς ἀνομίας, quod significat & propter et sup. Tabescere fecisti, ἐτάκη-

D

nues diuiditur, nullo modo occultabitur: ita deus nostras liquefacit animas, ut ne tenuissima quidẽ in nobis lateat cogitatio, quando uult nos omni ex parte purgare & abstergere. *Veruntamen uanè conturbatur omnis homo.* Rursus nos nostræ in uanitatis admonet. Cùm enim omnes dixit, hominem tamen iustum non comprehendit, quoniam is supra hominem uitam agit. Sed dicit sapientes, potentes, diuites, eorum enim studia sunt uanitas. Quòd si dicas etiam iustum comprehendi, is quoque uanè facit nisi deum dirigat, & iusti iustitiam confirmet. Non possumus enim per nos ipsos rectè agere. Vnde etiam dicebat Paulus. Nõ uolentis, nec currentis, sed miserentis est dei. *Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meam auribus percipe, & lachrymas meas.* Quid est deprecatio? Oratio, quę fit ad deum cum supplicatione, trahens deum ad cõmiserationem, ut quando dicit, Miserere mei domine quoniam tribulor, &, Miserere mei, quoniam cõculcauit me homo. Et rursus. Miserere animæ meę, quoniam peccaui tibi. Vnde deprecationi lachrymas quoque adiecit, Cum lachrymis enim eiusmodi uoces solemus emittere. Orationem ergo utpote simpliciorem, petijt exaudiri: Deprecationem autem, quam affert, & lachrymas auribus percipi, ipsas uidelicet dei aures peruadere, ut eius in nos misericordiam hæc uerba transeuntia attingant. *Ne sileas quoniam aduena ego sum apud te, et peregrinus sicut omnes patres mei.* Dicit causam, cur homo dignus sit dei misericordia & clemẽtia. Cur est autem homo aduena? Quoniam quando deus iusserit, migrat ab hoc sæculo in futurum, ueluti à domo in domum. Idem est etiam peregrinus. In corpore enim uersantes, ut ait Paulus, peregrinamur a domino. Vnde etiam sancti desiderant hinc abire, ut possint unà cum deo uersari. Quos quidẽ suos patres appellauit propheta, non solum propter carnem, sed etiam propter cognatas uirtutes. *Remitte mihi, ut refrigerer priusquã abeam. Et amplius non ero.* Vult remissionem, id est, peccatorum condonationem, in qua beata res est refrigerari. Refrigerari autẽ priusquam abeam, hoc est, priusquam hinc proficiscar. Si enim hinc recesserimus non accepta per pœnitentiam refrigeratione, nõ poterimus eam amplius accipere. Quare? Quoniam nõ sumus amplius. Nõ quòd eò deueniamus ut non simus, & ab essentia excidamus, ut nonnulli existimant. Sed, Amplius non ero, hoc est, non possum mutari. Qui est enim hic in peccato, quando per conuersionem fuerit immutatus, non est in ipso, ut qui per pœnitẽtiam fuerit factus alius. Hoc autem facere nõ possumus, postquàm hinc excesimus.

liquescere fecisti Hier. 17

Heb. 4.

2. Cor. 9

Ro. 9.

Aduena, πάροικος, inquilinus.

Παρεπίδημος, Psal. 119. 2. Cor. 5 Phil. 5

Pro. 11

F

Eccl. 11.

INTERPRETATIO IN XXXVIIII. psalmum. In finem Dauid psalmus.

n Onnulli attribuunt hunc psalmum beato Hieremiæ. Aliqui uerò beato Danieli, quoniam & hic & ille proiecti sunt in lacum. Meminit autem lacus psalmi proœmium, unum, autem dictum attendentes, uenerunt in illam sententiam. Aliqui uerò dicunt hunc psalmum conuenire captiuis, qui habitarunt in Hierusalem. Ego uerò hunc psalmum scriptũ esse existimo, typicè quidem propter ea quæ Dauid euenerunt: referri autẽ etiam ad naturam omnium hominum, quæ à deo & seruatore nostro susceptt spem resurrectionis. In

G hanc autem nos ducit sententiam beatus Paulus, qui in epistola ad Hebræos aliquot eorum quæ hic dicuntur meminit. *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis.* Cõueniunt hęc quoque uerba beato Dauid. Habent enim conuenientiam cum præcedente psalmo. In illo enim dixit, Exaudi orationem meam, & deprecationem meam percipe & lachrymas meas. Ne sileas. Remitte mihi priusq; abeam. Et amplius non ero. Et superius etiã dixit, Et nunc quæ est expectatio mea? Nonne Dominus? Et substantia mea apud te est. Hic autem tanquam susceptа oratione, est data petitione, Expectans, inqt, expectaui Dominũ, & intendit mihi. Auersato enim peccatum benignum mihi uultum ostendit, & exaudiuit preces meas. Et quid fecit, cũ exaudijt? Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis. Ita autem consueuit scriptura maxima uocare pericula: sicut etiam iam antè diximus. Postquã autem liberauit à periculis, quid tibi largitus est. *Et statuit supra petram pedes meos.* Non enim siuit me moueri, & circũferri: sed fecit ut esset mihi statio stabilis. *Et direxit gressus meos.* Fecit ut absq; ullo impedimento currere ad uiam ueritatis. *Et immisit in os meum canticum nouum, carmẽ deo nostro.* Nõ amplius enim flebiliter supplicio, sed hymnum cano propter beneficia. Hæc quidem, ut dixi, typicè conueniunt Dauid affectionibus, & quæ in ipsum collata sunt beneficiis, sed etiam naturæ hominum insigniter conueniunt, quæ in ipsum peccati profundum deiecta est, & ad mortem transissa, & per seruatoris nostri humanæ naturæ susceptionem educta est. Quæ accepta spe resurrectionis, dicit, Expectans expectaui dominũ & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas. Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis. Lacus enim miseriæ mors iure dicta est, ut quæ sit plena interitu. Lutum fœcis autem est peccatum, ut quod plurimum tetri odoris emittat, & rectum hominum cursum inhibeat. Et statuit supra petram pedes meos. Super hanc enim petrã, inquit, ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et direxit gressus meos. Cum enim ab errore liberasset, diuinam uiã ueritatis ostendit. Et immisit in os meum canticũ nouum, carmen deo nostro. Pro impio enim cultu idolorum, eum qui deus est laudare didici, & ei offerre canticũ, non uetus, sed nouũ, & recẽtib. beneficiis cõueniẽs. *Videbunt multi, & timebunt & sperabũt in domino.* Quoniam hęc dicit ex persona eorũ qui salutẽ acceperunt, meritò dixit prophetа quòd qui bona nondum gustarunt, fiduciam habentes & timebunt, ut qui nondum accesserint, & spem tenentes suam salutem consequentur. *Beatus uir, cuius est nomen domini spes eius, & non respexit ad uanitates, & insanias falsas.* Harum uanitatũ propheta in prio re quoq; psalmo meminit, Veruntamẽ uniuersa uanitas omnis homo uiuens. Et rursus, Veruntamen uanè conturbatur. Igitur hic quoq; beatos ducit eos qui præsentia contempserunt, spem autem diuinam pro omnibus possederunt. *Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua. Et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annunciaui, & locutus sum, multiplicati sunt super numerum.* Numerum, inquit, & omnem narrationem superant miracula quæ à tua potentia facta sunt. Non est enim qui possit tibi facere similia. Sunt enim pulcherrima & maxima tua opera. Vincunt autem laudes humanas ea quæ ad ministrantur à tua prouidentia, quæ in Aegypto, quæ in deserto, quæ duce Mose, Duce Iesu, duce Samuele facta sunt, & quæ sunt his antiquiora, quæ in Abraham, quæ in Iacob, quæ in Ioseph seruitute gesta sunt, & cætera, ne singula psequar. Sed quod nũc factum est, est his omnibus admirabilius. Nõ enim unius tantum hominis uel gentis, sed uniuersarum gentium procuras salutem, & legali cultui simpositо, qui imbecillitati Iudæorum contingebat, nouam dedisti gratiam, quæ cultum rationalem constituit. *Sacrificium, enim,* inquit, *Et oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi. Holocaustum & sacrificium pro peccato non postulasti. Tunc dixi, Ecce uenio.* His conuenit Apostolica admonitio. Obsecro itaque uos fratres per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuẽtem, sanctam, Deo placentem, rationabilem cultum uestrum. Pro uictimis enim legalibus iussit dominus nostra membra consecrare. Cùm hanc itaq; tuam uidissem gratiam, tibi meipsum obtuli, dicens, Ecce uenio. Hãc autem uocem beatus Paulus accipit in Christo domino, & merito, est enim nostræ naturæ primitiæ, & ei primo nostra dicere conuenit, & eum in seipso præfigurare ea quæ oportet à nobis fieri. Ita primum accessit ad baptismum, baptismi gratiam nobis ostendens. Ita lauit pedes discipulorum, nobis proponens exemplar humilitatis. Propterea dixit Ioanni, sine modo. Ita enim conuenit nobis omnẽ implere iustitiam. Ei ergo conuenit nostra quoque dicere. Quomodo caput corporis? Vt qui sit multorum fratrum primogenitus secundum carnem. *In capite libri scriptum est de me.* Hæc multis antè sæculis in propheticis libris de me prædicta sunt. Caput, uolumen dixerunt Aquila & Symmachus. Ita etiam diuinas scripturas in hodiernum usque diẽ solent Iudæi componere. *Vt facerem uoluntatem tuã deus meus uolui, & legem tuam in medio cordis mei.* Ad te, inquit, accedens, adhibeo omnem diligentiam, ut tua præcepta impleam, & ex tua uoluntate meã uitam instituam. Illud autẽ, In medio uentris mei, dixit ex metaphora eorum qui bene sunt in aliquẽ affecti, & eum quem desiderant cupiunt uel in intima immittere. Hæc autẽ nec Hieremiæ, nec Danieli. nec beato Dauidi conueniunt. Cum enim lex adhuc uigeret, holocausta & sacrificia deo offerebãtur. Prophetica autem oratio, his omnibus eiectis, susceptit rationale sacrificium. Qua de causa dixi hunc psalmum typicè conuenire Dauidi, quoniam ille quoque futura præuidit, & cupiebat uitã agere illis conuenienter, uerè autem gentibus, quæ sunt salutem consecutæ, & ab errore liberatæ. *Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna. Ecce labia mea non prohibebo. Domine, tu scisti. Iustitiam tuam non abscõdi in medio corde meo. Veritatem tuam & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam & ueritatem tuã à cõcilio multo.* Beatus Dauid pollicetur se magnę ecclesię in uniuerso orbe terrarũ à diuina gratia collectæ, dei iustitiam prædicaturum, & prophetię ueritatẽ, & maximè expetendam salutem, & immensam misericordiam. Ipsa quoque futura natura pollicetur se pro salute reddituram hanc retributionem, nempe ut conueniat in ecclesiam, & ad dicendos hymnos labra moueat, & iustum dei iudicium annunciet &

A ctiet, & ineffabilem enarret prouidẽtiam, & propheticarum promissionum ostendat ueritatem. Illud autem, A concilio multo, ut Symmachus, In multitudine. Aquila autẽ & Theodotion, In magna ecclesia, posuerunt, ut clarum sit eum de eadem dixisse ecclesia. *Tu autem domine, ne longè facias miserationes tuas a me. Misericordia & ueritas tua semp susceperũt me.* Salutem etiam cõsecuta dei ecclesia eadem rursus cura & prouidentia indiget, propter hominum ac dæmonum & omnis generis insultus, quorum in ijs quæ consequuntur meminit. *Quoniam comprehenderunt me iniquitates meæ, et non potui ut uiderem. Multiplicatæ sunt sup capillos capitis mei. Et cor meũ dereliquit me.* Nemo autem existimet ea quæ dicta sunt non conuenire ijs quæ interpretamur. Tres enim pueri, cũ ad summam uirtutem peruenissent, & se corona uictoriæ redimiissent, orantes dicebant in fornace, Peccauimus, iniuste egimus, iniquitatem fecimus, & recessimus à mandatis tuis, & nõ custodiuimus iustificationes tuas. Ita admirabilis Daniel. Ita diuinus Hieremias. Ita diuinus Esaias. Ita sapiẽtissimus Paulus. Christus enim Iesus, inquit, uenit in mundum, ut peccatores saluos faceret, quorum primus ego sum. Ita etiam hic quoque dei ecclesia uehemẽtibus impiorum fluctibus agitata, non se iactat & magnificè circunspicit, ut quę decertet, sed q̃ fiunt, peccatis & delictis attribuit, & rogat ut Dei auxiliũ assequatur, alioqui nec ex perfectis quidem uniuersa cõstat Dei ecclesia, sed habet eos etiam qui otio & socordiæ, se dedunt, mollemq; & dissolutam uitam amplectuntur, & lubenter seruiunt uoluptatibus, & quoniam est unum corpus, tãquàm ex una persona & hæc & illa pronunciat. *Complaceat tibi domine ut eruas me. Domine ad adiuuandum me respice. Cõfundantur & reuereantur simul, qui quærunt animã meã ut auferant eam.* Non uolunt enim uulnerare, sed æternæ morti tradere. *Auertantur retrorsum, et reuereantur qui uolunt mihi mala.* Cõuerte eos, inqt, in fugã, & fac ne ea cõsequãtur q̃ cupiũt, mihi. n. mala struũt? *Ferant cõfestim consusionem suam, qui dicunt mihi, Euge, euge.* Et ijs q̃ me irridẽt & ludificãtur, sit fructꝰ ignominia. *Exultent & lætentur super te oẽs quærentes te,* & dicãt semp, Magnificetur dominus q̃ diligũt salutare tuum. Eos autem qui te quærunt, inquit, & laudant, & perpetuo diligunt, imple perpetua lętitia & fac ut qui tuæ dilectionis non admittunt mutationem, non accipiant mutationem tuę iucunditatis. Neque enim ijs qui amant solummodo, petijt lætitiam, sed ijs qui semper & perpetuò in primis expetẽdum habent amorem. *Ego autem mendicus sum, & pauper. Dominus solicitus est mei. Adiutor meus, & protector meus es tu, ne tardaueris.* Quemadmodum peccatorum superius meminit: ita etiam uocat mendicã, ut quæ auxilio opus habeat, & diuina opem egeat, petit autem ut eam quamprimum assequatur. Hæc autem beato Dauid uel maxime conueniunt. Existimo enim eum illam contemplatum prædictionem, & largam gratiæ suppeditationẽ, seipsum mendicum & pauperem appellasse, & ut ipse quoq; diuina frueretur prouidentia, precibus contendisse, obsecrans ne prædictam salutem in longum tẽpus differret, sed ea hominibus quamprimum præberetur.

IN EVNDEM PSAL. ALITER.

IN finem psalmus Dauid. Nec hunc quidem psalmum ad Iudæos pertinere ostendunt ipsa uerba prophetię. Sacrificia enim, & holocausta, & oblatiões, & alia abrogat legalia. Ideo autem fortasse psalmum spiritus in finẽ Dauid inscripsit, ut eum, qui Dauid in finem uisus est, Christum omnino significaret, uel populum, qui in finem ad ipsum Dauid, nempe Christum accesit. Cùm enim in sęculorum consummationem uenisset, gentes seruauit. Attendenda est autem diuisio prophetiæ, quòd hic quidẽ Christus aliqua ex propria persona, aliqua uerò ex persona gentium, psalmo ita diuiso loquitur. *Expectans expectaui dominũ, & intendit mihi, & exaudiuit preces meas.* Expectans expectaui, dicit corpus ecclesiæ ut ostenderet longitudinem expectationis qua deũ expectauit. Quẽnam autem expectauit? Non legem, non prophetã. Nullus enim illorum gentes seruauit, sed dominũ Christum scilicet incarnatum, qui nos prius attendit, & tunc preces exaudijt, considerans quòd puro corde ad eum accesimus, non sicut populus Iudæorum solis eum labris honorans. Vnde etiã admirans Centurionem, dicebat, Amen dico uobis, Non inueni tantam fidem in Israel. *Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis.* Lacum miseriæ uocat cultum idolorum, nempe quòd miserè degant qui ex eo hauriunt. Nihil enim hauriunt quod sit ad uitã accomodatũ. Quod Hieremias Iudæis exprobrãs, dicebat, Foderunt sibi lacus contritos, qui non poterunt aquam continere, lutum fecis, uoluptates, quoniam sunt interitus & putrefactio corporis. Ex utroque autem Christus gentes seruauit per fidem in ipsum, & prædicationem. *Et statuit supra petrã pedes meos, & direxit gressus meos.* Prius quidem statuit pedes nostros super petram, hoc est, supra fidem. Fides enim in Christum, petra quę frangi non potest iure dicitur. Et ideo cum Petrus eam exposuisset, & dixisset, tu es Christus filius dei uiui, ipse subiunxit, tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Primum ergo pedes nostros in ea cõfirmauit, & tunc gressus nostros, nostras scilicet actiones, direxit per præcepta Euãgelica, docens nos quomodo possumus in uita ingredi, & in nõ adulterando nos rectè gerere, quod nec omnino quidẽ concupiscamus, & in non occidendo, quod nec omnino irascamur, & non peccare in iureiurando, quando omnino iurare cauerimus. *Et immisit in os meum canticum nouum, carmen deo nostro.* Quodnã hoc sit tradit nobis Lucas scriptor Euangeliorum. Et repente fuit cum Angelo multitudo cœlestis exercitus deum laudantium, & dicentium, Gloria in excelsis deo, & in terra pax, hominibus bona uoluntas. Hoc canticum uerè est nouum. Iudæi enim illud nõ canunt. Sed hymnum sola accepit ecclesia. Vnde id etiam habet in ore quotidie. *Videbunt multi, & timebunt, & sperabunt in domino.* Fortasse quidẽ significauit propheta id quoque quod tunc accidit. Cùm enim pastores multa lux tunc circunfulsisset, timore affecti sunt, & cum peruenissent in antrum, uiderunt infantem, & in ipso, tanquã in domino, sperare cœperũt. Quinetiam prędicantibus Apostolis, multi, qui signa uidebant, in dei timorẽ, & in spem in ipsum adducti sunt, quemadmodum

G Philippis custos carceris, qui, concusso carcere ora
Act.16. tione Pauli, stupefactus baptizatus est, & cum credidisset, dei miles factus est. *Beatus ille uir, cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in uanitates, & in fanias falsas.* Dicit mysteria idolorum, aliásque fraudes & præstigias, quas illi nominant sapientiã. Est enim uerè insania, & falsa insania, cœlum metiri, & quæcunque Græci uisione apprehendunt. Apertè ergo dicit beatum Christianum, qui credidit ex gẽtibus, qui non respicit quidem ad uanitates, & falsas insanias, habet autem spem dei nomen. Nobis enim sufficit pro omnibus, quòd digni habiti sumus qui à Christi nomine diceremur Christiani. *Multa feci ſti tu domine deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.* Non solum cœlum, & terram, & alia dei dicit opera, uel potius nec illa tantum dicit. Neque enim dicit fecisti, iudicia tua, sed fecisti, inquit, mirabilia tua. Quænam sunt autem eius mirabilia? Quòd cum deus esset,
Io.1. homo fieri dignatus est. Quod cùm esset opifex, lu-
Phil.2. ti & figmenti formam susc epit. Testabitur autem
H uersiculus qui sequitur. *Annunciaui, & locutus sum. Multiplicati sunt super numerum.* Quecunque enim ecclesia, quæ à prophetis didicit, enuntiauerit, uel ipsa etiam locuta fuerit per prophetas? numerum tamen longè superat quod restat & dictum non inuenitur, quandoquidem ex parte cognoscimus, &
1.Cor13. ex parte prophetamus. Sed nec Christi decreta, nec eius miracula possumus recensere. Id autem testatur. Ioannes Theologus, dicens post multa quæ de deo narrauit miracula. Sunt & alia multa quę fecit Iesus, quæ si figillatim scribantur, ne ipsum quidẽ mundum existimo contenturum libros qui essent
Io. 21. scribendi. *Sacrificium & oblationem noluisti. Corpus autem perfeci ſti mihi.* Quænam sacrificia, & quasnam oblationes noluisti? Legales uidelicet. Eas enim etsi ad tempus propter cordis Iudæorum duritiam constituit, ut inutiles tamen, & quæ umbram haberent superuacaneam, cũ uenisset ueritas noluit.
Esa.1. Et ideo dixit per Esaiæ prophetiã. Holocausta arietum, & adipem agnorum', & sanguinem taurorum & hircorũ nolo. Quæ est aũt ueritas, quã pro um-
I bra uolebat? xpi sacrificiũ. Et propterea dicit, Corpus autẽ perfecisti mihi, significans carnem domini, quam ex sanctissima & dei para Maria perfecit uel etiam, aures perfecisti mihi. Ita enim habent libri psalmorum, qui ex hebræis scripti sunt. Obedientiam autem per aures significat, quoniam me-
1.Reg.15. lior quidem est obedientia quàm sacrificium. Christus autem eam pro nobis adeo pulchre exercuit,
Phil.2 ut Paulus dicat. Humiliauit seipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. *Holocaustum & sacrificium pro peccato non postulasti. Tunc dixi, Ecce uenio.* Quando enim quæ ex lege fiebant holocausta, & pro peccato sacrificia reprobauit, tunc dixit Christus, ecce uenio. Vel id dicẽs ex persona ecclesiæ, tunc enim populus gentium accurrit ad salutem, uel ex propria persona, quoniam tunc Christus, tanquam agnus, uenit ut pro nobis sacrificaretur. *In capite libri scriptum est de me.* Hæc Christus, si de seipso quidem dicit, intelliges caput libri Euangelium, & multo magis uniuscuiusque libri Euangelici prœemium, quandoquidem solemus capita nominare initia. Quid ergo de ipso scri-
Io.1. ptum est in principio libri Euangelici? In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus K
erat uerbum. Quibus cùm alia adiunxisset Theologus, subiunxit. Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, uniuersam Christi authoritatem, & humanæ susceptæ naturæ œconomiam, quantum audiri poterat, exponens. Quòd si caput libri dicit de ecclesia, dicit forte huius libri psalmorũ prœmium, in quo beatum dicit eum qui non ambulat in consilio impiorum, nec stat in uia peccatorum, nec sedet in cathedra pestilẽtiæ Iudæorum, sed stat secus riuos aquarum, nempe fontes baptismatis, aptè autem significauit populũ ecclesiæ. *Vt Facerem uoluntatem tuam deus meus uolui.* Patris & filij una Io.4
est & eadem uoluntas, & ideo dicebat. Meus est cibus ut faciam uoluntatem eius, qui me misit, quocirca iure hic dei uoluntatem, nempe patris, se uoluisse dicit, ipsum propriam per hoc uolũtatem appellans. *Et legem tuam in medio cordis mei.* Ventrẽ Cordis, κοιλίαν uentris. Hieron.in
appellat ea ratione qua uocat ecclesiam. Vnde etiã Hieremias, propter peccata Iudaica, uentrem meũ, dicebat, uentrem meum doleo, Iudæorum synagogam significans. Sed Christi uenter est probus, & L
bona mente præditus, & habet ualida sensoria. Vnde etiam patris legem seruare potest in medio sui, hoc est, comprehensim & integre continẽs omnia præcepta quæ in ipsa scripta sunt. *Annunciaui iuſtitiam tuam in ecclesia magna.* Non eam quam diruit, sed hanc magnam appellat, non solum ut quæ sit maior multitudine, extensa est enim per omnẽ orbem terræ, sed etiam ut quæ maiora susc ipiat mysteria. Non solum enim legem & prophetas quos il
1. Cor.8 la, sed etiam Euangeliorum accepit latitudinem. In hac Christus iustitia primum quidem seipsum annunciauit. Deinde præcepta quæ dedit, quę etiã iure dicuntur iustitia, summa enim iustitia fuit in
Mat.5 ipsis prædicata. *Ecce labia mea non prohibebo.* Non prohibet enim suam à nobis doctrinam, licet nos ea simus indigni. Vnde non solum cum discipulis, sed etiam cum Iudæis, quinetiam cũ muliere Samaritana, & cum multis alijs peccatoribus differebat. *Domine tu scisti iustitiam tuam.* Verè Christus est pa- Io.4
tris iustitia, qui uere & proprie ab eo cognoscitur. M
Quemadmodum enim nemo cognoscit patrem ni- Σοφίαν, ἐγνωσ-
si filius, ita etiam nemo filium nisi pater. *Non abscondi in corde meo ueritatem tuã, & salutare tuum dixi.* Mat.9.
Veritas patris non solum dicitur filius, sed etiã sanctus spiritus. Testatur autẽ id ipse dominus dicens. Mar.2. cognouit Sts
Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uo- Matt.11.
bis, ut sit uobiscum in sæculum, spiritus ueritatis. Idem est etiã salutaris. In ipso enim nostra salus me Io.14
rito nominatur. Hoc nõ celauit Christus, sed dixit, & declarauit Apostolis per eius præsentiam seruari ecclesiam, quando dixit eis. Quoniam hęc locutus Io.16.
sum uobis, tristitia impleuit corda uestra, sed ego ueritatem dico uobis. Vide quomodo non celat ueritatem, sed eam eloquitur. Quænã autem ea sit, subiunxit in ijs quæ consequuntur. Expedit uobis ut ego abeam. Nisi enim ego abiero, paracletus nõ ueniet ad uos, non diuidens gloriam trinitatis, sed „
ostendens quòd nullo modo seruari possumus si „
patrem solum uel filium adoremus, sed per solam adorationem & confessionem trinitatis. *Non abscondi misericordiam & ueritatem tuam a concilio multo.* Eandem ecclesiam magnam dictam esse putamus. Vel etiam multum concilium Iudæos accipe, quo-

A niam non nobis solis, sed illis prioribus & dei mise-
Matt.10 ricordiam & ueritatem significauit. Misericordiam
11. quidem cum dixit, Beati misericordes, quoniam ip
Act.13 si misericordiam consequentur. Veritatem autem
Mat.5 sæpe quidem, præcipue autem quando eis dixit, Non
Mat.6 potestis deo seruire & mammonæ. *Tu autem Domine ne longe facias miserationes tuas à me.* Ecce aperte conuertit orationem ad id quod est commune humanitatis, à qua dei patris miserationes non longe abesse precatur, ut nos doceat sic precari. Neque.n. potest aliter saluum eẽ nostrũ genus, quàm per solam eius qui id conseruat humanitatem & clemen
tiã. *Misericordia, & ueritas tua semper susceperunt me.* Si enim nos peccatores, dum uidemus dei clementiam, non desperamus, sed ad pœnitentiam confugimus, ut qui ex ipsa inueniamus à deo misericor-
Ez.7 diam. Ad Iudicis autem ueritatem respicientes, cũ per Ezechielis prophetiam ita esset ununquenq; al locutus, In uijs uestris iudicabo uos, domus Israel, dicit dominus, ad non peccandum confirmamus nos ipsos. Ita defensio nostra est dei misericordia &
B ueritas. *Quoniam circundederunt me mala, quorum non est numerus.* Quænam ea sunt? *Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut uiderem.* Melius est à feris quàm à peccatis circundatum comprehendi. Illas enim uel terrere possumus, quando autem à peccatis fuerimus circundati, tãquam ab eis semel uicti opprimimur, à quibus est miserrimum eum
Prou.4. quem per sequuntur comprehendi. Vt uiderem, ut
Esa.5. & Ro.2. bonum possem à malo discernere. Peccatum enim,
Ps.34. tanquam caligo & nubes tenebrarum, incũbit me
Eccl.2. tis oculis. *Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei.*
Io.12. *Et cor meum dereliquit me.* Virtus est panis animæ &
2.Cor.4. cordis. Hunc ergo panem nisi comedat, animo linquitur & eneruatur. Quòd si etiam multitudo peccatorum accesserit, quæ ita creuisse exposuit, ut capitis pilos longe excederent, tunc est quoddam duplex animi deliquium, & uirium imbecillitas. Quẽ admodum enim uenter corporis sit à malis nutrimentis imbecilliori: ita etiam uenter animæ, is autem est cor, animo deficit, quãdo eorum maiorem admiserit multitudinem, corruptionem, ueluti quã
C dam fluxionem, sustinens, Quod autem de pilis dictum est, ne omnino hyperbolice dictum esse intelligamus, quoniam uel ignorãtes multa peccata cõ
Gen.4. mittimus. Quinetiam una quoque actio in multa peccata diuiditur, quẽadmodum cædes Abel pro septem peccatis Cain est reputata. Lamech aũt pro septuagies septem. Nostra ergo peccata à Iudice exacte examinata, possunt capillos capitis superare. *Complaceat tibi domine ut eruas me. Domine ad adiuuandum me respice.* Complaceat tibi domine, hoc est,
Rom.3.33 ea quæ bona & clementia plena sunt, tibi uideantur, quandoquidem sola dei clementia, quæ à scriptura diuinitus inspirata complacentia dicitur, genus, nostrum seruatur, & ideo non petit solummodo ut respiciat aut attendat, sed ad ferendum auxilium respiciat. Si enim aliter intuens, peccatorem respexerit, à iusti iudicis inspectione statim punitus interit. *Confundantur & reuereantur simul qui quærunt animam meam, ut auferant eam.* Confundãtur, ut uicti, & reuereantur dum uident quàm sit ueneranda nostra anima, & in quãto honore apud deũ habeatur. Ita autem afficiuntur qui nostram quærunt auferre animam, quando nos ad deum confu-

giſſe uiderint, à quo prodi non possumus. *Auertantur retrorsum, & reuereantur qui uolunt mihi mala.* Auer D
tantur retrorsum, hoc est, terga dãtes fugiant, ut nõ amplius persequantur, sed fugentur. Quinam autẽ sunt qui nobis mala uolunt? Non alij nobis male uolunt nisi Dæmones, qui cum nos ab initio uariè deceperunt. Eos uult pudore affici. Quomodo autem pudore afficiuntur? Quando nos, qui ab ipsis decepti sumus, in priorem suam gloriam per bonã uitæ suę institutionem ascendisse uiderint. *Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi, Euge, euge.* Hoc est, qui me irridẽt, & mihi insultant. Confestim autem, ne adijciantur alij, uidentes eos prius nobis insultasse, & pudore affectos esse. Quis est autem eorum pudor, præterquam nostra salus, quæ p
pœnitentiam à nobis acquiritur? Forte autem eos Mat.3.
qui dicunt Euge, Euge, intelligere oportet eos qui Act. 11.
ad res turpes agendas incitant & adhortantur, qui statim pudore afficiuntur, quando eorum improbum consilium declinauerimus. *Exultent & lætentur super te omnes quærentes te.* Qui in deo lætatur, lætatur dupliciter, ut qui & futura lucretur, & rerũ E
præsentium nullum detrimentum sentiat. Vnde ẽt Paulus gaudium in Christo duplicauit, cum dixit. Philip. 4
Gaudete semper in domino, rursus dico, gaudete. Et ideo Psalmographus non solum exultationem, sed etiam lætitiam prædicauit in ijs qui quærebãt dominum. Exultationem quidem, quòd peccatorum onus deposuerunt. Lætitiam autem, quòd etiã iustitiam acceperunt, si modo alia omnia despiciẽtes, uere & sincere deum quærãt. Et dicant semper, magnificetur dominus, qui diligũt salutare tuum. Vt deum perpetuo magnificemus orationibus & gratiarum actionibus, nobis quoque iusit Paulus Philip. 4
semper, dicens, gaudete, sine ulla intermissione ora te, in omni gratias agite. Quæ autem ex eo ad nos redit utilitas? Dei memoria, uoluptatum & dæmonum memoriã eijcimus. Quare hoc merito faciũt, Luc.2
qui Christum amant dei salutare. In ipso enim pater nostram fecit salutem. *Ego autem mendicus sum & pauper dominus solicitus est mei.* Mendicus & pauper est homo. Cùm enim esset diues & nobilis, dei enim lege erat locupletatus, & per regiam imaginẽ F
ei erat cognatione coniunctus, usque adeo tamen mendicauit, ut cum mendicitas peruasisset multas generationes, pauper deinceps, ut qui in paupertate eductus esset, nominaretur. Quantam autẽ eius curam gerat deus, dicit Ioãnes. Sic deus dilexit mũ Io.3'
dum, ut filium suum miserit unigenitum, ut seruaret mundum. *Adiutor meus, & protector meus es tu domine deus meus ne tardaueris.* Non solum deus fert auxilium, ut benignus & clemẽs: uerumetiam protegit & defendit ut ualens uiribus, imbecillis suam potentiam largiens. Per crucem autem & mortem nos maximè protegit. Vnde uult patrem non differre, sed hoc tempus auxilij celeriter adducere, dicẽs conuenientia ijs quæ ab ipso dicta sunt in, Euange Luc.12
lijs. Calicem habeo bibere, & quid coarctor donec bibam ipsum?

EIVSDEM IN XL. PSALMVM INTERpretatio in finem Psalmus Dauid.

Onnulli quidem hunc psalmum attribue-
n runt Dauidi. Alij uero Ezechiæ. Nõ permit
tit autem diuinum Euangelium, ut alterũ eorum admittamus. Cum enim Christus dominus

Universidad de Deusto Biblioteca

G cum sacro sanctis discipulis quædam disseruisset, hæc quoque subiunxit. Si hæc scitis, beati eritis si hæc faciatis non dico de uobis omnib⁹, nouí quos elegi, sed ut scriptura impleatur. Qui panem meū comedit, sustulit in me calcaneum suum. Nunc dico uobis priusquam fiat, ut cùm factum fuerit, credatis quod ego sum. Cum ergo dicat dominus, ut impleatur scriptura, & ostendat præsentem psalmū sibi, & non alij conuenire, nimium esse audax & temerarium existimo et aliud, & nō id quod par est, argumentum effingere. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.* Inuenio in nonnullis exemplaribus ton peneta, id est, pauperem cum articulo, sed non in Hebræo, nec in Syro, nec in ullis aliis interpretibus. Egenum autem uocat uniuersorū dominum, quoniam cum esset diues, ut dicit diuinus Apostolus, propter nos pauper factus est, ut nos illi⁹ paupertate diuites efficiamur, & qui cū in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æquale deo, sed seipsum exinaniuit, serui formam accipiens, & q est dominus tam eorum quæ uidentur, quam quæ sub usum non cadunt, non habuit ubi caput reclinaret, & natus ex uirgine, propterea quod lecto careret, in præsepi positus est. Beatum ergo dicit sermo propheticus eum qui hanc paupertatem potest intelligere, & in memoriam reuocare eum qui illā suscepit. Deinde ostendit fructus beatitudinis. *In die mala liberabit eum dominus.* Malum autem diem, afflictionis diem dixit Symmachus. Innuit autem, ut arbitror, diē iudicij, qui est terribilis, & iniquos affligit & malo afficit, & pollicetur puram ac sinceram illius paupertatis cognitionem à diei terribilis malis liberaturā. *Dominus conseruet eum, & uiuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in manus inimicorum eius.* Non solum autem futuris bonis fruetur, sed etiam in præsenti uita diuinam consequetur prouidentiam, insignis & suspiciēdus euades, & hostiū effugiēs insidias. Et quoniā est cōsentaneū, ut q corruptioi & interitui habet corpus obnoxium, in morbum incidat, pollicetur fore ut etiam ab eo liberetur. *Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius. Vniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius.* Ipsum, inquit, liberabit ab omni eius infirmitate, & morbum couertet in sanitatem. Illud, enim, uersasti in infirmitate eius lectū eius, posuit, pro eo quod est, Mutasti. Deinde cum eius qui admirabilem illam paupertatē intelligit, narrasset remunerationes, ostendit nobis quis eam habuerit, & quomodo ad eam deuenerit, introducens eum docentem, & de se ipso narrantem. *Ego dixi, Domine miserere mei. Sana animam meam quoniam peccaui tibi.* Ego, inquit, sum is pauper, qui spontaneam suscepi paupertatem, agnus dei, qui tollo peccata mundi, qui peccatum quidem no feci, sed pro humana natura, tanquam naturæ primitiæ, preces offero. Notandum est autē quod Symmachus non dixit, Peccaui tibi, sed, Etli peccaui tibi. *Inimici mei dixerunt mala mihi. Quando morietur, & peribit nomen eius?* Inimicos uocat Iudæos, qui inuidebant, & mortem moliebantur. Hoc docet etiam historia sacrorum Euangeliorum. Consilium enim, inquit, ceperunt, quomodo ipsum perderent. Hinc deinceps Iudam transfert prædictionem. *Et si ingrediebatur ut uideret, uana loquebatur cor eius, congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur.* Ita etiam nos docēt diuini Euangelistæ, quando Iudæis quidem dixit, Quid uultis mihi dare, & ego nobis eum tradam? Quærebat autem tempus ut traderet, ipsum. Hæc ipsa dicit quoque prædictio, Et ingrediebatur ut uideret. Ingrediēs & egrediens illi mortē machinabatur. Deinde eorum sceleratā prædicit cōspirationē. *In idipsum aduersus me susurrabant omnes inimici mei, cogitabant mala mihi.* His autem fert testimonium ipsarum rerum euentus. Clanculum enim inter se colloquentes, quærebāt modum insidiarum. Deinde affectatæ tyrannidis crimen in eum intenderunt, cum dixerūt Pilato eum seipm qdem Regē pronūciare, prohibere aūt dare tributū Cæsari. Hoc ipsum autem prædixit prophetia. *Verbum iniquum constituerunt aduersus me.* Pro eo quo est Me accusarunt iniquitatis. *Nunquid qui dormit, non adiiciet ut resurgat?* Etsi, inquit, mortem patior, rursus tamen resurgo, eosq; dissipo ac destruo q hoc machinati sunt. Hoc quoque est simile dicto Euangelico. Soluite templū hoc, & in tribus diebus excitabo ipsum. Et rursus. Ecce ascendimus in Hierusalem, & filius hominis tradetur in manus peccatorū, & occident ipsum, & tertia die resurget. Et ideo mortē somnū iure uocauit. *Etenim homo pacis meæ in quo speraui, Qui comedebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.* Aquila & Theodotio hoc dixerunt apertius. Et etiam uir pacis meæ in quo confisus sum. Symmachus autē sic. Sed homo & qui mecum in pace agebat, & in quo habueram fiduciam. Non solum enim inimici mortē mihi machinati sunt, sed homo etiam qui mecum uersabatur, & beneuolentiā ac pacē præ se ferebat, q i eadē mesa eodē mecū cibo uescebatur, dolum quem in me conceperat aperuit. Dolū enim nominauit calcaneum, ex metaphora eorum qui de cursu contendunt, cum alter calcaneo dolū molitur, ut is qui simul currit offendatur, & cadat. Hoc ipsum dixit etiam Esau à Iacob deceptus. Iustè uocatū est nomen eius Iacob. Supplantauit enim me en altera uice. Primogenita mea ante tulit & nunc secundo surripuit benedictionem meam. *Tu autem domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis. In hoc cognoui quoniam uoluisti me. Quoniam non gaudebit inimicus meus super me.* Et hæc omnia dicta sunt tanquam ex suscepta natura in quam cadebat affectio. Ita etiam in sacris Euangelijs audimus dominum Christum precātem. Pater serua me ab hora hac. Et rursus. Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. *Me autem propter innocentiā suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.* Hæc quoq; conueniunt formæ serui quam suscepit filius unigenitus. Non enim Angelos apprehendit, ut dicit diuinus Apostolus, sed semē Abrahæ apprehendit, unde debuit per omnia fratribus assimiliari, ut esset misericors, fidelis pontifex in ijs quæ ad deum pertinent. Quoniam ergo supra natura permansit ab omni uitio libera, iure dicit. Me autem propter innocentiam suscepisti, & cōfirmasti me in conspectu tuo in æternum. Firmam enim & stabilem accepi unionem, & est coniunctio individua, & gloria æterna. *Benedictus dominus deus Israel, à sæculo & in sæculum. Fiat, fiat.* Hęc cum diuinus propheta prædixisset, & ineffabilem clementiam & benignitatem domini esset admiratus, & intelligeret eum qui uoluntariam suscepit paupertatem: hymnū ei offert per linguam. Vt ipse quoq; fi-

Ioan. 13.

2. Cor. 8.

Philip. 2.

Mat. 8.

Luc. 9

Luc. 2

Heb. 10.

Ioan. 1.

1. Pet. 2

Mat. 26 27

Mar. 14.

Luc. 22.

K Etsi igredebatur

Græce ἐξεπορεύετο ἐξω.

Foras ingrediebatur.

Mat. 26

Ioan. 19.

Luc. 23.

Ioan. 12.

Mat. 26.

Luc. 18.

L Supplantationem, πτερνισμόν, De nominatiua πτέρνα, quod calcem significat.

Gen. 27

M

A nem beatum accipiat. Post passiones autem iure hymnum obtulit, docens non esse solum hominē qui prædicebatur, sed etiam deū ante sæcula, cuius essentia est ab interitu aliena, nullūq; finē suscipit. in eundem psalmum, aliter. In finē psalmus Dauid. Etiamsi Propheta sæpe psalmos in finē inscripsit, est tamen existimandum eum non frustra unicuiq; eorum psalmorum hunc titulum imponere. Quænam autem nunc causa est? Quoniam in ijs quę ad finem spectant loquitur de susceptæ à Christo carnis œconomia, quem non solum hic propheta, sed etiam alij Dauid uocarunt, Osee autem sic quoque post hæc dixit, Conuertentur filij Israel, & quærēt dominum deum suum, & Dauid regem suum, licet Dauid multis ante hunc prophetam sæculis esset mortuus. Tempore enim Ezechiæ expositi prophetiam. Sed dicit nouum Dauid, ad quem cōuersi sunt qui fuere seruati. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus.* Moralem prophetiæ doctrinam attulit, eum qui psalmum canit uolens utroque iuuare. Et quem dicit beatum? Eum qui intelligit super egenum & pauperem, hoc est, qui intelligit quòd Christus cū dues esset, ideo pauper factus est, ut nos quoque pauperum, tanquam nostri opificis ac iudicis fratrum. misereremur. Et quodnam redit lucrum ex amore in pauperes? In die mala. Intelligit autem diem iudicij, qui affert peccatoribus dolōres & molestias. Liberabit, inquit, eos, qui pauperes amant, Dominus. Eis enim benignitatem debet & clementiam, ut qui ipse eleemosynam mutuo ab eis acceperit, & dixit quidem per Solomonem. Qui miseretur pauperis, Deo fœneratur, propria autem lingua. Quod cunq; feciſtis uni horum minimorū, mihi feciſtis. *Dominus conseruet, & uiuificet eum, & beatum faciat eū in terra, & non tradat eum in manus inimicorum eius.* Ei qui diligit pauperes non solum dat futura, seruans eum à gehenna, & in summa uoluptate ei uitam largiēs, sed eum etiam hic beat. Facit enim ut ipse beatus dicatur ab omnibus, qui accipiunt eleemosynam, & præterea ab omnibus qui norunt quæ & quanta bona in futuro excipiunt misericordē. Vnde nec ipsum tradit in manus inimicorum dęmonum. Quemadmodum enim oleum efficit ut athletæ elabantur à manibus aduersariorum: ita etiam eleemosyna facit, ut qui ea utuntur, declinent & fugiant dæmones. *Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: Vniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius.* Lectum doloris diem mortis intelligamus. Ille enim grauis est & molestus peccatoribus, propter metum iudicij, sed in eo fert opē ei qui est amator pauperum. Iubet enim eum esse bono animo, ut qui sit clementiam ac misericordiam consecutus. Versabit autem eius stratū in infirmitate eius, ut qui ei omnino adsit. Infirmitatem autem intelligamus tentationes. In eis enim morbi omnes inuadunt animos, sed tūc misericordis uersatur uniuersum cubile mutatur uidelicet. Qui enim humi dormit propter tētationes, inuenitur in cœlis propter remunerationē eleemosynę. Vel fortasse nunc Dauid prophetice beatum dicit paralyticum. Ille.n. intellexit super egenum & pauperē. Intellexit Christi potentiam qui propter nos pauper factus est, & ideo uersauit eius cubile in infirmitate eius, & in lecto doloris ei opem tulit, cum dixit, Surge, tolle grabbatum tuum, & ambula in domum tuā. Hæc cum dixisset propheta, conuertit orationē ad Christi passionem. *Ego dixi, domine miserere mei, sana animā meam, quia peccaui tibi.* Christi simul magnitudinē & humilitatem declarat prophetia, illam qui dē secundum naturam, hanc uero quia uoluit. Ego.n. inquit, dixi. Quis. Qui dixit per Mosen, Ego sum q sum. In Euangelijs autem, Ego in patre, & pater in me. Ego igitur, q patri sum & sede & honore æqualis, uel potius qui sum unum cum ipso, dixi, Miserere mei. Nō ipse misericordia indigens, sed mihi hominum affectiones tribuens. Et ideo subiunxit, Sana animam meam, quia peccaui tibi, animam suā, communem animam hominum, similiter etiā peccatum nostrum uocans, quod rogat ut per suam sanetur passionē. Atqui quid ad hoc opus habebat oratione, cum deus esset, & ipse passionem susciperet unigenitus? Sed hoc fecit ut ostēderet, quod carnem, sicut nos, imbecillam, non enim aliam, suscepit, & quod Patris bona uoluntate eius peragitur mysterium. *Inimici mei dixerunt mala mihi. Quando morietur & peribit nomen eius?* Inimicos uocat Iudęos ut qui Christo essent infesti, & ideo dicebant, Quā do morietur, & peribit nomen eius? Hoc autem dixit Caiaphas. Expedit nobis ut unus homo moriatur, & non tota gens pereat. Non solum autem uolebant ipsum mori, sed etiam eius nomē perire, nobis inuidentes quod ab eo denominaremur. *Et si ingrediebatur ut uideret, uana loquebatur.* Hoc apertē dictum est de Iuda proditore, quando in torrentem Cedron ad Iesum cum lanternis & facibus exploratores ingressus est. Tunc enim frustra Iudæis loquebatur, dans signum suæ proditionis. Quem oscula tus fuero, ipse est, tenere eum. Si enim noluisset, nō fuisset, proditus. Sed nec potuissent tenere, qui eum comprehenderant. *Cor eius congregabat iniquitatem sibi.* Et cogitabat. Id autem ostendit, quando Christus adesse permisit tempus propter nostram salutem. Neque enim id aliter potuisset facere, Id autem ostendit Ioannes talia de Iuda referens. Dicit ei Iesus, Quod facis, fac citius. Præsentis itaque psalmi prophetia, ea per ordinem inducit, quæ cum historia Euangelica optime conueniunt. *Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum.* Vnde egrediebatur? A cęna dominica. Hoc enim adiecit hic ipse Theologus ijs quæ de Iuda dicuntur. Cum ergo accepisset ille buccellam exiuit continuo, erat autem nox. Quid autem egressus loquebatur, nos docuit Matthæus Euangelista. Profectus autem unus ex duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, & ueniens ad sacerdotes, dixit ipsis. Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam? Illi autem constituerunt ei triginta argenteos. Quamobrem pulchrè conueniunt ea quæ cōsequuntur. *Aduersus me susurrabant omnes inimici mei,* dicens Pontifices, qui una cum Iuda cōspirabant, qui quidem de Iesu susurrabant, cum Iuda pacifcentes, Neque enim palam id facere audebāt, timentes multitudinem. *Aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum cōstituerunt aduersum me.* Marcus hoc rursus exponit. Quærebant Sacerdotes & scribæ, quomodo ipsum dolo tenentes, occiderēt. Dicebant enim, Non in die festo, ne forte tumultus fiat populi. Hoc consilium non solum uocat malū sed etiam iniquum, quandoquidem uolebant multitudinem festum differre: oportebat autem in fe-

B 2. Cor. 8.

C Ἐλεαίου. ἐλέος

Eccl. 42

D Ioan. 5.

Exo. 2

Ioan. 14.

Ioan. 10.

E

Ioan. 18.

Et ingrediebatur. Ioan. 18.

Mat. 26

Esa. 53

Ioan. 13.

Mat. 26

E

Mat. 26.

F

Mar. 14.

Gsto paschæ agnum uerum tunc uēdi & sacrificari, quando typica ouis sacrificabatur. *Nunquid qui dormit, non adjecit ut resurgat?* Fruſtra, inquit, hæc consultabant & machinabantur Iudæi. Mors enim nō erat læsura immortalem, qui ex ipsa, tāquā ex somno, lætitiāque & iucunditate surgebat. Forte autē Iudam quoque proditorem increpans & reprehendens, dicebat, quod profundo peccati somno segniter dormiens, non surrexit. Significant autem ita esse ea quæ consequuntur. *Etenim homo pacis meæ, in quo sperani. Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.* Pacem uocat prædicationē Euāgelicam, per quam qui deo tūc eramus inimici, pacem cum deo habuimus. Homo ergo pacis meę, Iudas, quandoquidem fuerat discipulus prędicationis: In quo tantum sperauit Christus, id est, acquieuit, ut ipse comederet panes dominicos, in catino cum ipso solum intingens: Hoc autē faciebat Christus, neque ignorans, neque proditorem alijs præferens, sed nihil ei uolens relinquere quo suam posset defendere aut excusare proditionem: adeò in le sum magnificauit supplantationem, ut cùm eū sæpe non inuitum supplantasset, hoc est, in eum se improbè gessisset, ut ex loculis surriperet pecunias, postea quoque ipsum dominum per proditionē supplantare aggressus sit. *Tu autem domine miserere mei, resuscita me, & retribuam eis.* Atqui potestatē habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo accipiendi ipsam, dicebat Christus, ut qui ipse seipsum suscitaturum ostenderet. Sed seipsum deicit & humiliat propter carnem, & cum serui formā accepisset, ut seruus, precatur etiam. Quid autem precatur? Vt misericordiam consequatur, & resurgat. Sed eius quidem uerba sunt: res uerò nostræ. Nos enim per resurrectionem unigeniti, consecuti misericordiam resurreximus. Quid autem retribuit? Non mala quidem certè, sed bona. Quemadmodum enim ipsi, cum mali essent, mala benefactori pro bonis reddiderunt: ita ipse cū sit bonus, reddit mala pro bonis. Id autem testantur quæ consequuntur. *In hoc cognoui quoniam uoluisti me. Quoniam non gaudebit inimicus meus super me.* Atqui is scit omnia, ut qui ea præcognoscat. Sed cognitionem suam ipsius, nostram uocat. Tunc enim uerè esse patris uoluntatē in filio cognouimus, quod nō solum orauerit pro ijs qui peccauerāt: sed etiam cum resurrexisset, tria ex ipsis millia, & rursus quinque per Petrū, postea autem multa per Iacobum, & reliquū chorū Apostolorum seruauerit. Et super Christū non gauisus est inimicus, nempe diabolus. Existimabat enim quod etiamsi Christus mūdum per crucem seruasset, at eos quidem certè qui ipsum crucifixerant perderet. Ille autem non perdidit, sed etiam eorum alios ecclesiæ primitias acquisijt. *Me autem propter innocentiam suscepisti. Et confirmasti me in conspectu tuo semper.* Neque enim sicut alij sacerdotes, postquàm ipse tēpore aliquo sacrificasset, cessauit, sed propter innocentiam māsit pro nobis sacerdos in ęternū. Hoc autē fusius declarat Paulus in epistola ad Hebræos. Talis enim decebat ut esset nobis Pōtifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus, qui non habet necessitatē quotidie, quēadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde populi. Hoc enim fecit semel se offerendo. Lex enim homines constituit sacerdotes, infirmitatem habētes, sermo autem iurisiurandi qui post legem est, Iesum in æternum perfectum. Noster ergo constitutus est Pōtifex, quoniam esset ab omni peccato alienus. *Benedictus Dominus Deus Israel à seculo & usque in seculum.* Hic qui hæc pro nobis humilia locutus est, & eadem suscepit affectiones, ut in eis noster esset seruator. Esaias autem de eo testatur, dicens. In te Deus est, & tu Deus es, & non est præter te. Tu es. n. Deus noster, & non nouimus. Deus Israelis seruator. Et rursus. Ego sum, & non est alius Deus præter me iustus, & non est seruator præter me. Hic est benedictus ab omni creatura, benedictus à sęculo & in sęculum. *Fiat, Fiat.* A præsenti, inquit, in futurum. Ergo à præsenti quidem, quæ à nobis procedit, uenit Dei benedictio, in futuro autem perficitur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Vnde etiam ex parte benedicimus. Quando autè uniuersum, inquit Paulus, fuerit perfectū, quod ex parte est euacuabitur. Per profectum enim in melius cessat id quod est ex parte. Propterea subiūxit Psalmographus, Fiat, fiat, & pces duplicat. Beata enim res est dei benedictionem laudémue inchoare à fide in deum, & à recta aliorum bonorum actione, & ita eam coronare in futuro sæculo. Impijs enim & infidelibus Deum illic laudare non permittitur. Sciendum est autem, quòd hanc Psalmorum prophetiam nonnulli in quinque libros diuidentes, usque ad hunc psalmum, primum existimant, quoniam habet in fine coronam, ueluti quandam dei laudem ac benedictionē. Vnde etiam ita diuidunt quatuor qui deinceps sequuntur.

EIVSDEM IN XLI. PSAL. QVEMADMODVM DESIDERAT CERVVS AD FONTES AQVARV̄. ET QVANAM DE CAVSA PSALMVS IN VITAM INTRODVCTVS CANITVR CVM CANTICO. ET DE DEI LENITATE AC PATIENTIA.

Os quidem nos nup admirabamini, quando uerba fecimus de Melchisedech, propter eorum quæ dicta sunt prolixitatem, ego autem uos admirabar propter uestram in audiendo attentionem & sapientiam, & quod cū prolixior se obtulisset oratio, nos ad finem usque consecuti estis. Quanquàm non ea quidem solum erat prolixa oratio, sed magnā etiam in se habebat difficultatē. Sed neque prolixitas, nec rei difficultas retardauit uestram animi promptitudinem. Age ergo uos pro illo labore remuneremur, apertius & dilucidius hodie uobiscum colloquentes. Neq; n. est semp intēdendus auditorū aius: facile enim disrumpitur: nec rursus semper remittendus ac relaxādus. hinc enim rursus redditur otiosior, & ideo utē dum est uario docendi genere, & nunc quidem populariori & ad delectandam concionem accōmodatiori oratione utendum est, nunc autem acriori & ad contendendum aptiori. Quemadmodum ergo tunc dicebam, quòd dum lupi gregē inuadūt, relicta fistula, funda in manu est sumenda: ita nūc dum festa Iudæorum præterierunt, q̄ sunt quibusuis lupis immaniores, relicta rursus funda, redeamus ad fistulam, & à contentiosiore dicendi genere cessantes, aliqua alia apertiora aggrediamur, ipsius Dauid citharam in manum sumentes, & obedientiam in medium adducentes, quàm oēs hodie cecinimus. Quænam est ergo obedientia? *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.* Imo uerò primum est necessarium dicere, quanam de causa psalmus, in nostram uitam est introductus, & cum cātico maximè hęc dicitur prophetia. Quanam ergo de causa dicitur cum cantico? Audi. Cùm deus uidisset multos homines esse socordiores, nec ad legenda spiritalia lubenter accedere, nec qui in eo capitur laborem tolerare, uolens gratiorem laborem efficere, eiúsque sensum præcindere, admiscuit prophetiam melodiæ, ut oēs uersus cantici numero delectati, cū magna animi alacritate ac prōptitudine sacros ei hymnos emittant. Nihil enim animam ęque erigit, & alatam quodammodo efficit, & à terra liberat, & exoluit a uinculis corporis, & amore sapientiæ afficit, & ut res omnes ad hanc uitam pertinentes irrideat perficit, ut uersus modulatus, & diuinum canticum numero compositum. Nostra certè natura usqueadeo delectatur canticis & carminibus, & tātam cum eis habet necessitudinem & conuenientiam, ut uel infantes ab uberibus pēdentes, si fleāt & afflictentur, ea ratione sopiātur. Nutrices quidē certè quæ eos gestant in ulnis, sæpē abeuntes & redeuntes, & quædam puerilia eis carmina decantantes, supercilia eorū ita sopiunt. Quocirca sæpe quo que uiatores meridie agētes iugalia animalia, hoc faciunt canentes, itineris molestiā illis canticis cōsolantes. Nec solum uiatores, sed etiam agricolæ uuas in torculari calcantes, uindemiantes, & uites colentes, & quodcunque aliud opus facientes, sępe cantant. Nautæ quoque remos impellentes hoc faciunt. Iam uerò mulieres quoque texentes, & consusa stamina radio discernentes, sæpe quidē & per se singulæ, sæpe autem etiam omnes concorditer unam quandam molestiam concinunt. Hoc autē faciunt & mulieres, & uiatores, & agricolæ, & nautæ, qui ex opere faciendo suscipitur, laborem cantu consolari uolentes, utpote quod anima, si carnē & cāticum audierit, molesta & difficilia sit facilius toleratura. Quoniam ergo hoc genus delectationis est nostræ animæ ualde cognatum & familiare: ne dæmones lasciua & meretricia cantica introducentes, omnia euerterent: psalmos deus constituit, ut ex ea re simul caperetur uoluptas & utilitas. Ex externis enim canticis damnum, & exitium, & multa grauia inuehuntur. Nam cum quæ sunt in his cāticis lasciuiora & iniquiora, partibus animæ insederint, eam imbecilliorem reddunt & mollio rem. Ex psalmis autem spiritalibus, lucri quidē plurimum, maxima autem utilitas insignisq; sanctificatio, & omnis philosophiæ occasio processerit, cū & uerba animam expient, & sanctus spiritus in canentis animam celeriter aduolet. Quod enim qui canunt cum intelligentia, uocent spiritus gratiam, audi qd dicat Paulus. Nolite inebriari uino in quo est luxuria, sed impleamini spiritu. Subiungit autē etiam quęnam sit implendi ratio, Canentes & psalletes in cordibus uestris Domino. Quid est, In cordibus uestris? Cum intelligentia, inquit. Vt non os quidem, inquit, uerba loquatur, mens autem extrà uersetur undiquaque diuagās: sed ut lingua ab anima audiatur, & quemadmodū ubi quidem est cœnum, eò porci concurrunt, ubi autem sunt aromata & suffitus, apes illic habitant, ita ubi sunt quidem meretricia cantica, illic congregantur dæmones. Vbi autem cantica spiritalia, illic aduolat spiritus gratia, & os sanctificat animam. Hæc dico, non ut tantum laudetis, sed ut & filios, & uxores, docea tis talia cantare cantica, nō solum in texendo alio ue opere faciendo, sed maximè in mensa. Quemadmodum enim diabolus ut plurimum insidiatur in cōuiuijs, cum & ebrietatis, & ingluuiei, risusq; profusi, & remissi animi auxilio utatur: tunc maximè oportet et ante mensam, & in mensa, se munire psalmorum præsidio, & simul cum uxore ac liberis surgentes á conuiuio, hymnos sacros Deo canere. Si enim Paulus, cui intolerabilia flagella imminebant, cum ligno alligatus in carcere habitaret, media nocte, quando est omnibus somnus iucundissimus, cum Syla deum perpetuò laudabat & nec locus, nec tempus, nec solicitudines, nec somni tyrannis, nec illi labores, nec dolores, nec qdquā aliud eum coegit modulationem illā intermittere: multo magis nos qui incūde uiuimus, & dei bonis fruimur, hymnos, quibus deo gratiæ agantur, oportet emittere, ut si uel ebrietas, uel ingluuies nostræ animæ turpe aut absurdum quid fecerit, Vbi ingressa fuerit psalmodia, omnia illa mala & improba consilia resiliāt, & quēadmodū nōnulli diuites ipleta balsamo spōgia mēsas abstergūt: ut si ex cibis ulla remāserit macula, ea tracta purā mēsam ostendat: ita nos quoq; faciam⁹, pro balsamo os implētes melodia spiritali. Si ex saturitate ulla in aia macula remanserit, eā per illā modulationē abstergamus, & cōmuniter omnes stantes dicamus. Lætificasti nos domine in creatura tua, & in operibus manum tuarum exultabimus. Post Psalmodiam autem addatur etiam oratio, ut cum anima ipsam quoque domum sanctificemus. Quemadmodū enim qui mimos, & saltatores, & mulieres meretrices itroducūt in conuiuia, dæmones & diabolum illuc uocant, & domos suas implēt bellis innumerabilib⁹. Hinc certe Zelotypiæ, adulteria, stupra, & alia innumerabilia, ita qui uocant Dauid cum cythara, intus christum per ipsum uocant. Vbi autē est Christus, nullus Dæmon quidem ingredi, uel potius ne diuertere quidem ausus fuerit, pax autē, & dilectio, & omnia, tanquam ex fontibus, bona promanauerint. Illi domum suam faciunt theatrum, tu ecclesiam factuam domūculam. Vbi enim est psalmus & oratio, & chorea prophetarum, & pius canentiū animus, non aberrauerit quispiam qui hūc cœtum dixerit ecclesiam. Etiamsi uim uerborum non noueris, doce interea ipsum os uerba dicere. Sāctificatur enim etiam lingua per uerba, quando ea dicuntur prompto & alacri aio. Si nosipsos deduxerimus ad hanc consuetudinem, nec nostra spōte nec per socordiā pulchrum hoc prætermittemus ministerium, more uel nos inuitos cogente hunc dei cultum quotidie peragere. In hac modulatione, seu quis fuerit senio confectus, seu iuuenis, seu uoce aspera, seu omnis penitus numeri ignarus, nihil ei uitio dabitur. Quod enim hic quæritur, est sobria anima, mēs uigilans, cor compunctū, ualida ratio, ex purgata cōscientia, si hæc habens, ingressus fueris in sanctum dei chorum, propter ipsum Dauid stare poteris. Hic non est opus cythara, neque neruis extensis, neque plectro, nec arte, nec ullis instrumentis, sed si uelis, teipsum efficies cytharam, cū carnis membra morte affeceris, & animæ cum corpore pulchrum con-

centum effeceris. Quãdo enim non concupierit caro aduersus spiritum, sed illius iussis cesserit, & eam tandem duxerit in uiam optimã & maximè admirabilem, ita melodiam efficies spiritalem, non hic opus est arte quæ longo tempore perficitur, sed bona tantum uoluntate, & generoso animi instituto opus est, & breui tẽpore periti euademus. Nõ opus est loco, non opus est tempore, sed uel in omni loco, & omni tempore licet mente canere. Nam siue in foro ambules, siue iter ingrediaris, siue cum amicis consideas, licet excitare animum, licet uel tacenti clamare. Ita etiam Moses clamabat, & deus audiebat. Etsi fueris opifex, poteris in officina sedens & operãs psallere, licet sis miles, aut sedeas in iudicio, poteris hoc ipsum facere, cum mens intus resonet. Non enim hominibus canimus, sed deo, qui potest uel corda audire, & in mentis nostræ arcana ingredi. Hæc quoq; Paulus ostendens, uociferatur dicẽs. Ipse spiritus interpellat pro nobis gemitib⁹ inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quòd secũdum deum postulat pro sanctis. Hoc autem dicebat, non quòd spiritus gemeret, sed quòd uiri spirituales, qui habent dona spiritus, pro propinquis orantes, & supplicationes offerentes, hoc facerent cum compunctione & gemitibus. Hoc nos quoque faciamus, & quotidie deum interpellemus per psalmos & orationes. Ne autem uerba solum offeramus, sed ipsam ẽt sciamus uim dictionum, age ipsum huius psalmi proœmium in medium adducamus. Quod est ergo proœmium? Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te deus, Hic est mos amantium, amorem non celare, sed enuntiare uicinis, & dicere se amare. Ardẽs enim res est natura dilectionis, nec potest anima sustinere ut eam silẽtio teneat. Et ideo amans quoque Paulus dicebat Corinthijs, Os nostrum ad uos apertũ est Corinthij. Hoc est, non possum continere, & silentio premere dilectionem, sed uos semper & ubique & in mente & in lingua circunfero. Ita etiam hic beatus deum amans, & ardens in amore, non potest in animum inducere ut taceat, sed aliquando quidẽ dicit, quẽadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita desiderat anima mea ad te deus. Aliquãdo autem, deus, deus meus ad te de luce uigilo. Sitiuit ad te anima mea, sicut terra inaccessa, sine aqua, & deserta. Ita enim dixit alius interpres. Quoniã enim non potest oratione amorem ostẽdere, huc & illuc obit quærens exemplum, ut uel ea ratione nobis suum amorem indicet, & amoris nos faciat participes. Ei ergo credamus, & sic amare ediscamus. Nec dicat mihi quispiam, & quomodo possum amare Deum, quem non uideo? Multos enim amamus, licet eos non uideamus, quem admodum amicos nostros peregre profectos, uel filios, uel parentes, uel cognatos, & necessarios, nec ad id ullum affert nobis impedimentum quòd eos non uideamus, immo uerò hoc ipsum magis accendit amorem, & auget desiderium. Et ideo de Mose quoq; dicẽs Paulus, quòd relictis thesauris, & opibus, regnicq; claritate, & omni alio in Aegypto splendore, maluit cum Iudeis affligi. Deinde nos causam docens quòd hæc omnia faceret propter deum, adiecit, inuisibilem enim tãquam uidens sustinuit. Non uides deum, sed uides eius creaturas, uides eius opera, cœlum, terram, & mare. Qui autẽ diligit, si dilecti opus uiderit, si cæ-
ceum, si uestem, si quoduis aliud, accenditur, non uides deum, sed uides eius famulos, amicos, uiros, inquam, sanctos, & qui habent in eum fiduciam. Illos nunc obserua & cole, & habebis non leue solatium tui desiderij. Etenim in hominibus, non solum nostros amicos, sed eos etiam qui ab illis amãtur amare consueuimus. Et sicut dixerit quispiam ex ijs qui amãtur à nobis, hunc uel illum diligo, & si is beneficio aliquo fuerit affectus, ego me beneficium accepisse existimo: Omnia facimus, & procuramus, ut perinde ac si dilectum uideremus, ita omne in eum studiũ ostendamus: hoc ipsum in Christo quoque præclare facere possumus. Dixit, diligo pauperes, & si ij boni aliqd acceperint, perinde acsi ipse recepissem, reddo remunerationem. Pro eis colendis & subueniendis nihil non faciamus: immo uero in ipsos omnes nostras facultates effundam⁹, credentes per ipsas deum alere. Quòd enim dum ij aluntur, ipse alitur, audi quid dicat Christus. Esurientem me uidistis, inquit, & aluistis, sitientem, & potum dedistis, nudum, & me operuistis, multasq; dedit nobis rationes, quibus possimus nostrũ solari desiderium. Eam uero alias quoque tria sunt, q̃ amorẽ apud nos efficere consueuerunt, forma corporis magnitudo beneficij, uel quòd ab eo amemur. Vnumquodq; enim eorum per se potest in nobis amorem procreare. Etsi enim nullum beneficium ab aliquo acceperimus, solum autem audiamus eum nos perpetuo amare, ut qui nos laudet & admiretur, ei confestim conglutinamur, & tanquã benefactorem diligimus. In deo autem non hoc solum, sed hæc etiam tria uidere licet tanta & tam insignia, ut nulla ea possit explicare oratio. Et primũ pulchritudo illius beatæ & ab interitu alienę naturæ, res est quædam infinita & nulla ratione superabilis, quæ omnem excedit rationem, & omnem effugit cogitationem, quando autem pulchritudinẽ audiueris, nihil corporeum suspiceris, ò dilecte, sed gloriam quandam incorpoream, & magnificentiã ineffabilem. Hanc itaq; declarãs propheta dicebat. Et Seraphim stabant in circuitu eius, & duabus q̃dem pennis uultum tegebant duabus autem uolabant, & clamabant, Sanctus, Sãctus, Sanctus, ex stupore, ex admiratione, ex illo decore, ex magnificentia, ex gloria. Et rursus Dauid, cum mente apprehẽdisset hanc ipsam beatæ illius naturæ pulchritudinem, dicebat. Accingere gladio tuo super fœmur tuum ualide, specie & pulchritudine tua. Propterea Moses illum sæpe cupiebat uidere, hoc amore fauciatus, & illam amans gloriam, quocirca dicebat quoque Philippus, ostende nobis patrem, & sufficit nobis, uel potius quæcunque dixerimus, ne parum quidem, immo ne exile quidem uestigium illius decoris poterimus explicare, sed uis beneficia enumeremus, ne ea quidem poterit oratio cõsequi & ideo dicebat Paulus, gratia autem domino propter donum eius inenarrabile. Et rursus, quæ oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ deus præparauit ijs qui ipsum diligunt. Et rursus. O altitudo diuitiarum, & sapientiæ, & scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles uiæ eius. Eius autem in nos amorem quænam explicarit oratio. Eũ certè admirans dicebat Ioannes. Sic enim deus dilexit mundũ,

Axit mundum, ut filium suum daret unigenitum. Quòd si uis eius uerba audire, & cognoscere desiderium, audi quid dicat per prophetam. Nunquid obliuiscetur mulier misereri natorum uteri sui? Quòd si eorum etiam obliuiscatur mulier, ego tamen non obliuiscar tui. Et sicut hic dicebat, quem admodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita desiderat anima mea ad te deus: Ita etiã dicit Christus, Quemadmodũ congregat gallina pullos suos sub alis: ita uolui cõgregare filios uestros, & noluistis. Et rursus, sicut miseretur pater filiorum suorũ, misertus est dominus eorum qui ipsum timent. Et rursus, secundum altitudinem cœli à terra confirmauit dominus misericordiam suam super timentes ipsum. Et quemadmodum propheta exemplis utitur, ut suum ostendant desiderium: ita etiã deus utitur quibusdam exẽplis, ut significet nobis suũ amorem nostræ salutis. Et propheta quidem dixit ceruam sitientem, & terram adustam. Deus autem gallinarum in pullos charitatem, & patrum curam ac solicitudinem, & cœli à terra altitudinem, & matrum misericordiam. Non quòd solum tantũ amet quantum mater filium, sed quoniam⁹ his definitionibus regulis & exẽplis non sunt apud nos alia maiora signa & argumenta amicitiæ, Nam quòd nos non solum tantum amat quãtum mater pia filios sed etiam multo magis, audi quid dicat. Quòd si ẽt oblita fuerit mater filiorum suorum, ego tamẽ tui non obliuiscar. Hoc autem dicebat, significans suũ in nos desiderium esse omni charitate naturali ardentius. Hæc autem omnia apud teipsum considera, & amorem uehementem accendes, clarámq; flãmam & resplendentem charitatis efficies. Quoniã ergo nihil apud nos homines æquè solet accendere amicitiam, ut assiduè meminisse beneficiorum quæ accepimus: hoc etiam in deo faciamus. Apud nos consideremus quæcunq; fecit propter nos, ipsum cœlum, terram, mare, aerem, quæ in terra sunt arbores, uarios flores, iumẽta, reptilia, ea quę sunt in mari, quæ in aere, astra quę sunt in cœlo. Solem, lunam, & ut semel dicam, omnia quæ uidentur, fulgura, temporum pulchrum ordinem, dies & noctis
Csucceſionem, annuas conuersiones, animam inspirauit, rationem donauit, maximo honorauit imperio. Misit Angelos, misit prophetas, postea misit filium suum unigenitũ. Et post illa rursus, ipse quoque & per se, & per filium unigenitum, hortatur ut tu seruieris, nec cessat Paulus in hodiernum usque diem dicere pro Christo legatione fungimur, nempe deo per nos hortante, reconciliamini deo. Et ne hic quidem cõstitit, sed ex tua natura acceptas primitias considere fecit super omnem principatum, Potestatem & dominatum, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Nunc uere est opportunum dicere, quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudationes eius? Et illud rursus. Quid retribuam domino pro omnib⁹ quę retribuit mihi? Quid enim Potest cum hoc honore conferri, quando primitiæ generis nostri, quod in tam multis offendit, quòd ignominia & dedecore affectum est, in tanta sedẽt altitudine, tantoq; honore nunc fruuntur? Nec uero communia solum beneficia, sed etiam propria & priuata apud te reputa, quemadmodum si quando fuisses delatus per calumniam, absolutus es ab accusatione, siquando cum mediã & intẽpesta nocte incidisses in latrones, effugisti illorum insidias, siquando ex damno tibi illato te expediueris, si cũ in morbum grauem incidisses, refectus & recreatus es. Reputa quæ per totam tuam uitam accepisti à deo beneficia, omnino ea per multa inuenies, non solũ in tota uita, sed uel in uno die, & si uellet deus omnia beneficia, quibus nos quotidie afficit imprudentibus nobis & nescientibus, in medium afferre, ne ea quidem enumerare possemus, quot dæmones feruntur per hunc aerem? Quot aduersæ potestates? si ergo eis solum permitteret terribilem illum suum & horrendum aspectum nobis ostendere, an non mente dimoueremur? an non periremus, an non omnino interiremus? Hæc omnia reputantes, & peccata quecunq; uel sponte uel inscitẽ, admittimus (nam hoc quoque nõ est paruum reputandum beneficium, quòd non singulis diebus deus nostra perseqtur delicta) poteris deũ diligere: quãdo.n. cogitaueris quot pctã quotidie cõmittis & quot singulis dieb. beneficia accipis, quãta dei lenitate & clementia fruimur, & quòd si deus uoluisset quotidie de tuis peccatis pœnas sumere, ne breui quidem tempore uixisses, prout dicit propheta, Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? ei ages gratias, & nihil erit tibi graue ac molestũ eorum quæ acciderint, sed uidebis, quòd etiamsi innumerabilia longe grauiora accidissent, nondum tamen dedisses pœnas quas merueras, & ita affectus magnum accedens desideriũ, & poteris dicere cum propheta, Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Est autem operæpretiũ quæ rere, quanam de causa hoc animal in medium adduxerit. Ceruus est quodammodo sitibundus, & ideo frequẽter currit ad fontes aquarum. Efficitur autem sitibundus, & à natura, & ex eo quòd serpentes comedat, & illorum alatur corporibus. Ergo tu hoc quoque fac, Serpentem, qui intelligentia apprehenditur, comede, peccatum humi prosterne, & poteris sitire dei desiderium. Quemadmodum enim mala cõscientiæ efficit nos sordidos, & adducit nos ad desperationem: ita si nostra peccata humi prostrauerimus, si improbitatem expurgauerimus, poterimus respicere ad spiritale desiderium, & cũ magna animi promptitudine deum uocare, & uehementiorem amorem accendere. Nec uerbis solum, sed etiam factis cane hanc obedientiam. Propterea enim Psalmos nobis cecinit ille beatus, uel potius gratia spiritus, non ut uerba tantum dicamus, sed eos factis quoq; meditemur. Ne ergo existimes te propterea huc ingredi, ut uerba tantum dicas, sed ut, quando canis, cogites obedientiam à te esse pacto conuento promissam. Quando enim dixeris, Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus, cum deo pactum feci sti, scripsisti syngraphum absque charta & atramẽto, uoce professus teipsum diligere plus omnibus, & nihil ei præferre, eiusq; amore ardere, si ergo egressus uideris formosam aliquam & impudicam mulierem te mescantem, & ad sui amorem pellicientem, dic ei, Non possum te sequi, cũ deo pactum feci, præsentibus fratribus, sacerdotibus, doctoribus. Professus sum & promisi per obedientiam eum ita diligere, quemadmodum desiderat ceruus

Gal. 5
Psal. 33
Mala. 1.
Exo. 14.
Ro. 8.
H
2. Cor. 6.
I
Psal. 62.
Hebr. 11.
K
L
Mat. 10. 25.
Mat. 9
Mat. 25.
M
Esa. 6
Psal. 44.
Exo. 33.
Io. 14.
2. Cor. 9.
1. Cor. 2.
Ro. 11.
Io. 3.
D
Esa. 49
Matt. 23
Psal. 102
86.
2. Cor. 5.
Ephe. 1.
Psal. 125
Psal. 115
E
Psal. 139
F
Prou. 18.
Esa. 26.

G ad fontes aquarum, uereor pacta conuenta trāsgredi, illum unum deinceps amorem meditor, si uideris argentum in foro situm, & uestes aureas, alios gloriosè incedentes, stipatos famulis, & habentes equos frēnis auratis, ne te moueat illa uisio, sed tibi rursus cane, & die tuę animę. Paulo ante cecinimus Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te deus, & quod scriptum est, nobis attribuimus, idq; nostrum esse fecimus. Nihil ergo amemus eorum quæ ad hanc uitā pertinent, ut ille amor nobis purus maneat & integer, & ne diuisus fiat imbecillior. Hæ diuitiæ omnes diuitias, omnem thesaurum, omnem gloriam, omnem existimationem, omnem claritatem nobis largiri poterunt. Eas obtineamus, & nulla re alia egebimus. Si enim qui turpi amore tenentur, & alicuius puellæ sæpe etiam deformis ardore incendū tur, nec parentum minas, nec amicorum conuitia, nec aliorum multorum quidquam curant reprehē sionem, sed ad illam tanquam ad scopum tendentes, & domum despiciunt, & paternam hæreditatē,

H gloriam, & existimationem, & amicorum adhortationes contemnunt, existimantes se magnam habere horum omnium consolationem, si apud amicā tantum in pretio & honore fuerint, licet sit uilis, licet famosa, & quęcūque denique ea fuerit, qui deū, ut oportet, diligunt, sentient, ne unquam quæ sunt inter homines aut præclara aut molesta? Nec præsentis quidem uitæ uisa apprehendent, ut qui ad illum amorem dirigantur, sed omnem quidem ridebunt prosperitatem, & res omnes aduersas contemnent, ut qui sint alligati dei desiderio, & nihil aliud cernant præterquam illum solum, & eum semper uisione apprehendant, & se esse omnibus beatiores existimant. Licet in paupertate, licet in ignominia, licet in uinculis, licet in afflictione, licet sint in extremis malis, in omnibus quæ patiuntur, existimabunt melius secum agi quàm cum regibus, admirabilem quandam habentes consolationem, quòd ea patiantur propter eum quem desiderant.

I Quocirca Paulus quoque cū esset in quotidianis mortibus, in carceribus, in naufragiis, in solitudinibus, in flagellis, in innumerabilibus aliis supplicijs, gaudebat, exultabat, & gloriabatur, & nūc quidem dicebat, Non solum autem in spe gloriæ dei, sed etiam gloriamur in afflictionibus, nunc autem rursus, Gaudeo in passionibus, & adimpleo quę desunt afflictionibus Christi in carne mea, & gratiā eam rem uocat, ita confitens, & dicens, Nobis ita gratis à Christo donatum est, ut non solum in ipsum credamus, sed etiam pro ipso patiamur. Nos quoque studeamus esse eodem animo, & omnes quæ incidunt molestius placide & lubenter feramus. Ferre autem poterimus, si deum ita amauemus ut amauit propheta. Non solum enim ex hac obedientia amorem uidere possumus, sed etiam ex eis quæ consequuntur. Cùm enim dixisset, Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus, subiunxit dicens. *Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum. Quando ueniā & apparebo ante faciem dei?* Non dixit, Amauit anima mea deum uiuum, neque amat anima mea deum uiuum. Sed ut ostenderet affectionem, amorem situm uocauit, utrunque nobis significans, & ardorem amoris, & eiusdem perpetuitatem. Quem admodum enim qui sitiunt, nō hoc in uno die patiuntur, & duobus, & tribus, sed per totam uitam, ad hoc nos ducente natura: ita etiam beatus ille, & omnes sancti, non uno solum die fuerunt in compunctione, sicut multi homines, nec duobus, nec tribus, hoc enim non est mirandum, sed assiduè & singulis diebus, amare perseuerabant, & amorem augebant. Quod quidem ipse quoque significans, dicebat: Sitiuit anima mea ad deum fortem, uiuum, simul & causam uolens dicere, & ostendere quomodo quis deum amauerit. Hoc enim declarauit per ea quæ sequuntur, cum dixit, Sitiuit anima mea ad deum, & subiunxit, uiuum, propemodum suadens & uociferans omnibus qui rebus huius uitæ inhiant, Quid in corpora insanitis? Quid corpora amatis? Quid gloriam desideratis? Quid concupiscitis uoluptatem? Nihil eorum manet, & uiuit perpetuò, sed diffluit, & præterit, & est umbra uanius, & somnijs fallacius, & citius quā uerni flores corrumpitur & interit. Quid ni enim citius corrumpi dicam & interire, cum alia quidem nos relinquant simul cum uita præsenti: alia etiam antè dissoluantur? Incerta est eorū possessio, instabilis eorū usus & fruitio, uelox est mutatio. In deo autem nihil est eiusmodi, sed uiuit quidem & manet perpetuo, nullam mutationem, nec ullam conuersionem suscipiens. Caducis ergo & momentaneis relictis, eum qui est æternus & perpetuus amemus. Neq; enim fieri potest, ut qui illum amat, pudore unquàm afficiatur, fieri non potest ut ab eo excidat. Fieri non potest, ut eo quem amat deficiatur. Qui amat quidem pecunias, uel morte adueniente, uel etiam ante mortem, euadit nudus ab ijs quæ desiderat. Ei quoque, qui præsentē amat gloriam idipsum sæpe accidit. Porrò autem corporum quoque pulchritudo iis quæ prædicta sunt multo citius extinguitur, & omnia quæ ad hanc uitam, ut semel dicam, pertinent, sunt caduca & momentanea. & priusquàm adsint & appareant, protinus resiliunt. Spiritalium autē amor contrà se habet, assiduè uiget & floret, non nouit senium, non suscipit uetustatem, nec ulli mutationi, & conuersioni, & incertitudini futuri est obnoxius, sed hic etiam iuuat eos, qui possident, & eos undiquaque amplectitur, & eos qui excesserunt non dimittit, sed unà cū his peregrinatur, & unà cum his recedit, & ipsis luminaribus eos reddit illo die clariores. Quæ quidē sciens quoque beatus Dauid, in dei amore perseuerauit, & amorem intus continere non sustinuit, sed ijs qui audiunt, omni ratione ignem ostendere cōtendit quem intus cōtinebat. Cum enim dixisset, Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum, subiūxit, Quando ueniam & apparebo ante faciem dei? Vide ardentem hominem. Vide inflammatū. Sciēs enim se cum hinc recesserit, eum esse uisurum ne expectat quidem dilationem, moram enim non patitur, sed hic nobis spiritum ostendit Apostolicum. Etenim ille quoque ingemiscebat propter diuturnitatem huius peregrinationis. Idipsum huic quoque usuuenit. Et ideo dicebat, Quando ueniam & apparebo ante faciem dei? Et si esset quidem prius aliquis, humilisq; & abiectus, & uiuens in paupertate, magnum quidem esset uel sic uitam præsentem contemnere: Sed non esset adeò magnum ut nunc est, ut qui Rex est, & tantis fruitur delitijs, tan

Ro. 8. Phil. 3. 2. Cor. 12

1. Cor. 11

Ro. 5. Col. 1. Phil. 1

Legit Chrysost. ἰσχυρον, fortem.

A tæq; est gloriæ particeps, & est innumerabiles uictorias consecutus, multaq; bella uicit & est omni ex parte clarus, insignis, & illustris, hęc quidem omnia irrideat, diuitias, & gloriam, & omnes delitias, ad futura aūt aspiret & inhiet. Hoc est magni cuiusdam & excelsi animi. Hoc est animæ quæ tenetur studio sapientiæ, celesti amore uerè capta est. Eum nos quoque imitemur, & ne præsentia admiremur, ut admiremur futura, uel potius admiremur futura, ne admiremur præsentia. Si. n. in illis cogitādis perpetuo uersemur, & regnū cœlorū, imortalitatē, uitā quæ nunq; desinet, quæ ducenda est cū Angelis choream, futuram cum Christo conuersationem, gloriam illam quæ nunquàm interit aut corrumpitur, uitam ab omni dolore liberam apud nosipsos consideremus, & quòd lachrymæ, probra, maledicta, & mors, labor, & tristitia, senectus, morbus, ęgritudo, paupertas, & calumnia, uiduitas, peccatum, & cōdemnatio, pœna & supplicium, etsi qd est aliud in uita præsenti molestum & acerbum, ea

Isa. 64 B omnia expulsa sunt, loco autem eorum introducta sunt, pax, lenitas, mansuetudo, dilectio, lætitia, glo

1. Cor. 2 ria, honor, splendor, & alia, quæ nē posset quidem oratio consequi, nihil nos rerum capiet præsentiū sed poterimus nos quoque dicere cum propheta, Quādo ueniam, & apparebo ante faciem dei, & ita affectos nec res splendidæ & secundę nos efferent, nec insolentes efficient, nec q̄ sunt molesta ac grauia, tristitia afficient, non inuidia, nō uana gloria, nō aliquid aliud nos unquam expugnabit. Ne huc ergo temere ingrediamur, neq; aures expurgantes dicamus, sed ea quæ audita fuerint pro baculo sumentes, egrediamur. Sufficit autem unusquisque uersus ad nobis comparandū plurimum philosophiæ, & ad corrigendam dogmatum sententiam, & ad afferēdum maximam uitę utilitatem, & si unāquanque, dictionem exactè perscrutemur, admodum uberes inde fructus colligemus. Neque enim paupertatem, nec negotia, nec tarditatem hic opus est prætexere. Etsi enim sis pauper, & propter paupertatem libris careas, uel libros quidem habeas, non superat autem tibi otium, mihi tantum obser

C ua quæ ex psalmi audiisti, quæ hic cecinisti, non semel, nobis, non ter, sed sæpe, & ex eo magnam capies consolationem. Vide ergo uel ipsa psalmi audi tio quantum nobis thesaurum aperuerit. Nec mihi dicat quispiam, Ante interpretationem nescibam quid ualeret. Nam etiam ante interpretationē omni tēpore, à uolente utcunq; animum adhibere bene potest intelligi quod auditur. Si enim teipsum solummodo docueris dicere, Quemadmodum de

» siderat Ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat ani-

» ma mea ad te deus Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum. Quando ueniam & apparebo ante faciem dei? id uel ante interpretationem suffecerit tibi ad omnem introducendam philosophiam. Nec hæc solum, sed etiam unaquæque psalmorum auditio, easdem nobis suppeditabit diuitias. Nam si rursus dixeris, Beatus qui timet dominū, & potueris scire quidnam sit id quod dicis, nō diuitem, nō principem, non formosum, non eum qui ualet uiribus, non eum qui ædes possidet magnificas, non eum qui gerit magistratus, non eum qui regnū obtinet, nullum denique alium nisi eum qui est pius ac religiosus, qui studio sapientiæ tenetur, qui deū timet, beatum duces. Nō solum propter futura, sed D etiā propter præsentia. Nam etiā hac uita hic quoque est illo potentior. Nam si morbus quandoque inuaserit, ille quidem indutus purpura, nihil à satellitibus & superba illa exteriori uisione uiuatur ad solandam ægritudinem. Sed & domesticis, & parētibus, & omnibus præsentibus, & aureis uestibus super eum positis & substratis, iacet ille ardens ueluti in fornace. Qui est autem pius, & deum timet, non patre, non seruo, non ullo alio præsente, postquàm in cœlum nō sæpe, sed bis & ter suspexit omnem illum formacem extinxit. Hoc etiam uiderit qs piā euenire in rebus aduersis, & omnibus quę inopinato accidunt, eos quidem qui diuitijs affluunt, clariq; sunt & insignes, turbari, eos autem, qui sunt Pro. 12. pij & sapientię studiosi, oia ferre facile & placidè. Iā 1. Cor. 4 uerò ante ea oia, si nihil graue euenerit eius q deū ti 2. Cor. 4 met, cōscientia est & maiori & sinceriori uoluptate plena, quam diuitis anima. Ille enim, etsi externa uoluptate fruatur, grauiq; afflictabitur omnib. qui fame uexantur, dum sua mala in memoriam redigit, & cum mala uiuit conscientia. Hic autem, licet E necessario alimento careat, erit tranquilliori & alacriori animo quàm ij qui fruuntur omnibus delicijs, ut qui bona spe alatur, & suorum rectè factorū remunerationes quotidie expectet. Et ne longiori utens oratione, uidear afferre molestiā, relinquens ijs, qui sunt paulo studiosiores, legendā unanquanque psalmi auditionem, & quæ in eo sita est scrutādam potentiam, hic finiam orationem illa suadens uestræ dilectioni, ut non hinc frustra ingrediamini, sed quæ audita fuerint tanquàm margaritas sumentes, ea domi perpetuo conseruetis & meditemini amicisque & uxoribus ea omnia dicatis etsi ulla uos uexet animi perturbatio, si excitetur cupiditas si ira, aut quæ uis alia à ratione aliena perturbatio, ea assiduè canatis, ut & in hac uita magna trāquillitate fruamur, & in futura uita bona æterna cōsequamur. Gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cū quo, gloria patri & sancto spiritui, in sęcula sęculorum, Amen.

INTERPRETATIO IN XLII

Psalmum. Psalmus Dauid. Est apud Hebræos F
absque inscriptione.

Vdica me deus, & discerne causam meam de gente nō sancta ab homine iniquo et doloso eruas me.

Hic psalmus est apud Hebræos absque inscriptione, ut qui habeat eandem sententiam cum præcedente: Rogant autem deum, qui hæc uerba fecerūt, ut eos iudicet & Babylonios, quorum magna erat fæuitia, & beluinus animus, & ideo appellant eos gentem non sanctam. Quinetiam Regem eorum, uirum dolosum & iniquum. Hæc autem de eo quoque docet admirabilis Danielis prophetia. *Quia tu deus fortitudo mea, cur repulisti me? & cur tristis incedo dum affligit me inimicus?* Easdem rursus preces Dan. 4. offerunt, postulantes ut liberentur à crudelitate hostiū, quæ in causa ut essent semper mœsti & tristes. Illud autem, Cur, non dicunt, tanquàm accusantes, sed ut qui ipsi non fuissent socij aliorum iniquitatis, & cùm illis defecti fuissent superna prouidentia. Communem tamen pro omnibus fundūt orationem. *Emitte lucem tuam & ueritatem tuam. Ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuū.* Hic mutarunt tempus septuaginta, & tāquam quæ

G fuerint dixerunt quæ futura sunt. Fecerunt autem apertiorem interpretationem. Emitte lucem tuã,& ueritatem tuam.Ad quem deducet me?Adducet in montem sanctum tuum.In tabernacula tua.Rogo, inquit,ut tuum assequar auxilium.Per id enim posse liberari ab acerba seruitute, & in paternã terram reuerti,& in templo cõsecrato peragere dei cultum legibus constitutum. Tabernacula enim dei, templum uocauit. Montem autem sanctum,Sion. Lucem autem & ueritatem, iustam & salutarem apparitionem. Quemadmodũ enim tenebras uocat calamitates:ita etiam lucem, ab eis liberationem. Petunt autem cum luce,ueritatem,ut qui petiissent ut deus eos iudicaret & Babylonios, & apertè scirent,quod deus utens ueritate & clementia, illos quidem esset condemnaturus, ipsos uerò liberaturus. *Et introibo ad altare dei, ad deum qui lætificat iuuentutẽ meam. Cõfitebor tibi in cythara deus,deus meus.*Symmachus hoc ita est interpretatus.Vt cũ uenero ad altare dei,ad deum lætitiam tranquillitatis animi mei, confitear tibi in psalterio deus deus meus. Cupio, H inquit,reditum,tuum in primis expetendum altare uidere desiderans, & per illud te dominum contemplari, qui omnis generis lætitiæ & iucunditatis mihi præbes materiam. Illic autem cum cythara hymnos canam more solito. Babylone enim in salicibus nostra instrumenta suspẽdimus, legis trãsgressionem extra tuum locum tui cultum esse rati. *Quare tristis es anima mea,& quare conturbas me? Spera in deo,quoniam adhuc confitebor illi.salutare uoltus mei et deus meus.*Hinc autem manifestum est utrunq; psalmum eundem sensum habere. Se autem inuicẽ adhortantur ut meliorem spem habeãt, & animi uincant perturbationem & à deo salutem expectẽt,ut quæ sine ulla dubitatione danda sit.

Psf.136

IN EVNDEM PSAL. ALITER.

Psalmus Dauid.

Oheret priori psalmo,& eadem quę nunc, c exposuit. Vnde etiam simpliciorem inscriptionẽ adiecit. *Iudica me deus,& discerne causam meam de gente non sancta ab homine iniquo & doloso erue me: Quia tu es deus fortitudo mea.* Gentẽ non sanctam dixerit quispiam dici uniuersam peccatorũ congregationem,multo autem magis dæmonum, I qui quidem nos impiè aggrediuntur. Cum eis qui dem ut iudicio contendat orat propheta,ut ipse quidem coronetur,illi uerò condemnentur, quod cũ carne careant,quæ sunt carnis committant.Quin etiam orauit ut liberetur ab homine iniquo & doloso,est enim lingua dolosi terribilis, quæ uerbis dolosis corda hominum illaqueat. Intelliges autẽ hominem dolosum dici quoque diabolum.Dolosus enim dicitur, ut qui cum dolo Adam aggressus fuerit.Ipsum autem hominem Esaias quoq; appellat. Sic autem dicit, Et insurget in domos improborum hominum,& in spem eorum uanam. Aegyptium hominem, & non deum, equorum carnes, & non est auxilium. Hic cum dolosis quidem uersatur,terribilis autem iure existimatur ijs qui decepti sunt, eum tamen declinare possumus, si à deo confirmemur.Quæ est autem dei confirmatio? stabilimentum legis quæ ab ipso data est? *Quare me repulisti,& quare tristis incedo,dum affligit me inimicus?* Vides quod quæ sunt huius psalmi, inueniũtur cõsentire iis quæ sunt in priori, præterquã quod hæc uerba conueniunt personæ eius qui peccauit & resipuit.Qui enim peccatum agnouit,propter id qui dem afflictatur, deum autẽ interpellat ab eius auxilio excluſus, & propter ea exclamat aduersus inimicos qui intelligentia percipiuntur, ad quos auertendos cum ipse non sufficiat, precatur ea quę sub iunguntur. *Emitte lucem tuam & ueritatem tuam.*Nũc enim,inquit,uersor in tenebris, faciens ea quę sunt tenebrarum,& falsi tyrannide opprimor. Est enim falsum pater omnis uitii. Quam ergo lucẽ emitti? Deum uerbum. Veritatem autem ipsius spiritũ precatur accedere.Et quid adiicit? *Ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.*Dicit fortasse mõtem legem, nihil est enim dei lege altius. Tabernacula pcepta. In ipsis enim Iudæi figunt tabernacula, unusquisque seipsum efficiens diuersa uirtutum tabernacula.Intelliges autem etiam golgotha montem uere sanctum. In ipso enim sanctus sanctorum per crucem orbem sanctificauit.Tabernacula ergo, Bethleem, Sion,resurrectionem, præterea autem etiam assumptionem. Sæpe enim in ipsis quoque diuersè habitauit.Ad ea enim à deo uerbo & spiritu iure deducti sumus, & quomodo aduersus inimicos possimus cõsequi uictoriã,in ipsis adsumimus. *Et introibo ad altare dei. Ad deum.* Quodnam altare? Proprie.Eius.n.in uniuerso orbe terrarum. Hoc est autem uerè dei altare. In ipso enim dei uerbi sacrificium, q pro nobis mactatus est, peractum est. Illic nostra iuuentus iure lætitia afficitur.Per crucem enim ueterem exuẽtes,nouum Adam Christũ induti sumus, à quo nostræ substantiæ renouata iuuentus iure lætitia afficitur.Et quomodo oporteat ad hoc altare ingredi audi. *Confitebor tibi in cythara deus deus meus.* Vides quod per confessionem introire ad altare dei, & renouari possumus. Oportet autem in cythara contexere confessionem,hoc est, in compũctione psalmorum,uel in mortificatione,uel in concentu uirtutum.Mortificationem enim nerui.Concentũ autem harmonia significat Deus autem,deus,inquit, meus.Primum cum articulo,secundum sine articulo,ut eũ doceat qui est deus in oĩbus. Eum deum eximium per Zelum inscribimus. *Quare tristis es anima mea,& quare conturbas me?* Cur luges,inquit, uel turbaris animo. Adest enim,inquit,gaudium & trãquillitas, si ascenderis in spem quæ in deo sita est. Si autem dicat anima,Et quomodo possum sperare in deo,cum peccauerim, audi deinceps prophetam docentem quæ sequũtur. *Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi.*Vbi autem est cõfessio,illic magna spes est familiaritatis cũ deo. Et propterea adiecit Psalmographus. *Salutare uultus mei deus meus.* Vultus noster sunt sensus nostri. Eos cum suscepisset Christus, seruauit per mysterium incarnationis quandoquidem fuerant corrupti à Dæmonibus.

Ephe. 6

Gen.2

Esa.31.

Mat.27
Mat. 13
Io.19

Hebr.9

1.Cor.15.
Esa.29.
35.
Act.19.

ó ὄρεσι.

1.Io.5
Ephe.4.

IN XLIII PSALMVM, VI

Gloriæ effectori filijs Core.

*Eus auribus nostris audiuimus, patres nostri annũciauerunt nobis, Opus quod operatus es in diebus eorum,& in diebus antiquis.*Alius, In diebus prioribus.Alius,In diebus ab initio. Hunc psalmũ dicit quidem.Propheta. Dicit autem non ex persona propria,sed ex persona Maccabæorum,narrans & prædicens quæ futura erant illo tempore. Tales enim sunt

d

K

M

A enim sunt prophetæ, omnia tempora percurrunt, præsentia,præterita, futura. Quinam sunt autẽ hi Maccabæi,quidq; passi sunt,& quid fecerunt,necessarium est primum dicere, ut sint apertiora quæ in argumento dicuntur.Ii enim,cum inuasisset Antiochus,qui dictus est Epiphanes, & omnia deuastasset,& multos qui tunc erant, à patrijs institutis resilire coegisset, permanserunt illęsi ab illis tentationibus, & quando graue quidem bellũ ingruebat, nec quid quã possent facere quod prodesset, se abscondebant, nam hoc quoque fecerunt Apostoli. Non enim semper apparentes in media irruebant pericula, sed nonnunquàm & fugientes & latentes secedebant. Postquam autem parum respirarunt, tanquã generosi quidem catuli,ex antris exiliẽtes, & è latebris emergentes,statuerunt non se amplius solos seruare, sed etiam alios quotcunque possent, & ciuitatem,& omnem regionem obeuntes, collegerunt quotquot inuenerunt adhuc sanos & integros, & multos etiã q laborabant & corrupti erant in statum pristinum redegerunt, eis persuadentes B redire ad legem patriam. Deum enim dicebant esse benignum & clementem, nec unquam adimere salutem quæ proficiscitur ex pœnitentia. Hęc autẽ dicentes,habuerunt delectum fortissimorum uirorum.Non enim pro uxoribus liberis & ancillis,patriq; euersione & captiuitate, sed pro lege & patria republica pugnabãt. Eorum autem dux erat deus. Cùm ergo aciem dirigerent, & suas animas prodigerent,fugiebant aduersarios,non animis fidentes, sed loco omnis armaturæ pugnæ causam sufficere ducentes.Ad bellum autem euntes,non tragœdias excitabant,non pęanas canebant,sicut nõnulli faciunt, non adsciuerunt tibicines, ut fit in alijs castris,sed dei supernè auxilium inuocabant, ut adesset,opem ferret,& manum pręberet, propter quem bellum gerebant,pro cuius gloria decertabant. Videamus ergo quid hæc castra dei loquantur, quæ sunt spiritali munita auxilio, cũ sunt hostes aggressura. Deus auribus nostris audiuimus. Quia enim nonnulli eorum,qui cum ipsis stabant in acie,Antiochi multitudinem, instructam aciem, & uictoriam uidentes, & quod omnia primo impetu cepisset,propriamq; imbecillitatem & paucitatem consi C derantes, molliores erant & imbecilliores: eorum animos spiritusq; excitans, & ostendens qd in dei ductu uniuersum situm est,& absque exercitu, si is opem ferat, potest parari uictoria:instar precationis compositam suasionem & exhortationẽ facit ad commilitones,& deum alloquens,eos prõptiores reddit & alacriores. Non est autem hæc parua pars adhortationis.Neque enim tantum uirũ habuisset ad eos conuersa oratio, sicut ad deum directa.Et ideo procedens dixit,Non in gladio suo possederunt terram,& dextra eorum non saluauit eos. Hoc est enim eius qui eos recreat & reficit,qui sunt molliori & imbecilliori animo ad labores suscipiẽdos, qui quærunt uictoriam ex humana consequẽtia. Omnis ergo hæc precatio, est ad milites adhortatio, quæ iubet uniuersum in deum coniicere,stataueréque ex spe in illum pendere uictoriã. Cur autem non dixit absolutè, Audiuimus,sed nostris auribus audiuimus? Quanam enim alia corporis parte auditur? Nunquid quæ dicuntur,sunt superuacanea? Absit. Sed hic est mos communis hominum, qui, quando aliqua narrant de quibus sunt facti D certiores,& res magnas & magni ponderis referunt ijs quibus ea non sunt usqueadeò certa, aures semper adiiciunt,dicentes se auribus audiuisse. Non in hac autem solum actione,sed etiam in aliis hoc ipsum facere consueuimus,nostros ipsorũ sensus producentes in testimonium. Est ergo eorum qui uolunt fidem facere auditori, aures adiungere. Nã in oculis etiam & in manibus hoc ipsum facimus, ut quãdo dicimus,Manibus nostris palpauimus. Porrò autem etiam dicebant Apostoli. Quæ uiderunt 1.Io.1. oculi nostri,& manus nostræ contrectauerunt. Vide autem eorum uel hinc ex prooemio uirtutẽ, qui cum tot & tanta propter deum passi essent,à patria & libertate excidissent, pericula adijssent,alii autẽ in exilium acti, montes & solitudines persequerentur,nihil eorum interim dicunt,uidelicet,hoc & illud passi sumus propter te,Da nobis auxilium, sed tanquàm hęc eis deessent quę iure afferre possent, nec fiduciam ex suis factis haberẽt:ad ea, quę deus maioribus illorum fecerat,confugiunt. Eos enim qui fiduciam non habent,hæc facere non est mirã E dum,cum eos ad hoc trahat necessitas.Quòd autẽ illi,qui, propterea quòd rectè fecerunt, magnifice loqui possint,nolunt ex ijs seruari, sed ex dei benignitate qua in patres usus est: hoc est magnum argumentum eorum humilitatis, prompti autem & alacris sui animi nõ paruam hinc quoque causam statuunt. Sufficit enim dei uel sola appellatio ad profligãda bella inuenerabilia. Patres nostri annũciauerũt nobis. Audite quotquot uestrorũ filiorũ nullam curã geritis: quicũq; carmina diabolia canentes,contemnitis diuinas narrationes.Sed nõ hi eiusmodi, sed in narrationibus præclarorũ dei factorum uitam assiduè consumebant, & duplex lucrum faciebant. Nam & qui beneficio affecti erãt, dum beneficiorum recordarẽtur, meliores fiebãt: & qui ex illis descenderant, non paruum dei cõgnitionis argumentum sumebãt ex his narrationibus & incitabantur ad imitandam uirtutem, eis enim libri erant ora eorum qui ipsos genuerant, omnisque schola & omnis diatriba has habebat narrationes,quibus nihil erat iucundius, nihil conduci F bilius.Si enim rerum solum narrationes,fabulæq;, & figmenta, solent sæpe multos consolari auditores: multo magis hæc quæ magnam ostendebant beneficentiam,potentiam,sapientiam,curã, & unà cum uoluptate auditorem excitabãt, & meliorem reddebant.Qui enim dum fiebant interfuerant, & uisu exceperant,ea auditui tradebant, & ad fidem faciendam non minus ualebat auditus quã uisus. Non minus enim credebant ii qui non adfuerant nec uiderant, quàm ij qui adfuerant & uiderant. Hoc quoque eos non parum exercebat ad fidem. Videamus autem quid narrarunt, & nunquid simi lis argumenti meminerũt. Qui enim est aliquid rogaturus, & postulatum consecuturus ex data aliis gratia,eum oportet petere similia.Quod autem dico est eiusmodi. Petit aliquis famulus à nobis donum, si ostenderit alium quoque id accepisse,maximam affert rationem cur id debeat accipere, nisi exemplum lædat differentia. Defferentiam autem dico personæ uel rei. Si enim qui accepit, talis sit qualis qui petit,& id quod petitur, simile,consistit exemplum.Sin autem ille quidem iure accepit, hic

G autem non itidem, postulatione maiori erit opus. Necesse est autem id quod dico manifestum facere ex scripturis. Chananæa postquã audiit, Nõ est bonũ accipere panẽ filiorũ, & dare canib⁹, dicit, Etiã domine. Nam & catuli edũt de micis mensæ domi norum suorum. Et Paulus rursus scribens, dicebat. Si alij uestræ potestatis sunt participes, multo magis nos, ex personæ differentia se plus iuris habere ostendens. Et rursus scribens ad Philemonem, dicebat. Quia uiscera sanctorum requieuerunt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro. Hic est ex æquo exemplum. Quando enim primus fuerit qui accepit: ueluti quandam secũdo fenestram aperit, si similis sit qui est petiturus, uel si eadem petat. Nõ solum autem ex ijs quæ aliis data sunt, sed ex ijs etiã quæ in nos ipsos antea collata sunt, fit sæpe ualida postulatio. Quod etiã fecit Paulus scribens ad Philippenses, & dicens, Quoniã & Thessalonicæ & bis & semel quod, mihi usui futurum erat misistis. Et H ideo multi qui multis donant, hoc præcipiunt ne id dicant alijs, ne in unum facta gratia, ei qui dedit multos petitores excitet, utpote quod non possit subterfugiũ inuenire q dedit, quo minus det alijs. Et hoc quidem merito iubent homines, ut qui dãdo fiant pauperiores. Deus autem contra prædicat & proclamat ea quæ dat alijs, ut alijs etiam p̃beat occasionem rursus ab eo petendi. Dando enim maiores eius ostendũtur diuitiæ. Et ideo dicit Paulus. Qui dines est in omnes, & super omnes inuocantes eum. Vidisti nouam quandam naturam diuitiarũ. Eam tu quoque imitare magnificentiam. Quando enim opes repositas cõsumpseris, tunc ipsas magis augebis. Si autem infoderis, ipsas tunc magis diminues. Et qd mirum si hoc accidit in spiritalibus, cũ hoc fiat etiam in carnalibus? Siquis enim propter parsimoniam frumentum domi sitũ non consumpserit, nec in terrã iecerit, id uermibus exedendum tradidit. Sin autem disperserit, maiorẽ messem colliget. Audite quotquot estis tardi ad eleemosynam. Audite, qui uobis diuitias seruãdo diminuitis. Audite qui nihilo melius affecti estis quã qui sunt in somnis diuites. Quæ sunt enim præsentia, sunt somnio nihilo meliora. Sed quemadmodũ qui in somnis sibi uidẽtur habere pecunias, licet fuerint regiæ gazæ domini, cum dies illuxerit, sunt omnium paupertimi: ita etiam in uia præsenti, qui nihil illuc auferre potuerit, est omniũ pauperrimus, licet omnia possederit. In somnis enim solum est dines. Si uelis ergo mihi ostendere diuitem, tunc mihi ostende quando fuerit dies, quando in illam patriam recessérimus, nunc autem non potero discernere diuitẽ & pauperem. Nõ est enim rerum ueritas, sed potius splendida & speciosa uocabula. Quemadmodum enim nonnulli appellat cæcos, græce polyblepontas, hoc est, multum uidentes, licet res nomen non sequatur: imò ij sunt maxime non uidentes: Ita etiã nomen diuitum hic dico circunferri, eorum qui nihil illic possident. Quando enim hic dines fuerit, tunc eum scio maximè esse pauperem. Nisi enim esset ualde pauper, non ualde diteſceret. Quemadmodum enim cæcum, nisi omnino esset excęcatus, nõ appellassent ipsum polyble põta, hoc est, multum uidentem: ita hic etiam putandum est. Deposita ergo deceptione nominum, ueritatem rerum arripiamus. Res enim non consistunt in nominibus, sed rerum naturæ effingunt nomina ex propria substantia. Hic uocatur dines, sed nõ est. Et quomodo non est, quando multum argenti, multum auri, & lapides pretiosi, & uestes aureæ, & omnia alia ei affluunt? Quoniam non aurum, nec uestes, nec pecuniæ. Sed eleemosyna facit diuitem, Hæc enim sunt fœnum, hęc ligna & stipula. Quarũnam enim, dic quæso, uestium amictus illum ad terribile illud tribunal nudum stantem operire poterit? Quod pertimescens Paulus dicebat, Siquidem induti, nõ nudi reperiemur. Quænam pecuniæ eum uenientem in periculum poterunt eximere? Qui nam famuli poterunt adesse domino qui flagellatur? Quænam domus? Quinam lapides pretiosi? Quænam balnea poterunt abstergere sordes susceptas ex peccatis? Quousque uosipsos seducitis? Quousq; rerum ueritatem non cernitis? sed somnijs inhiatis, cũ prę atque adeo in foribus sit iudicium? Sed reuertamur ad ea quæ sunt proposita. Patres nostri annunciauerunt nobis opus quod fecisti in diebus eorũ, I & in diebus antiquis. Potestetiam hoc uerbum sumi anagogicè. Si enim illis patres narrarunt, sed & nobis etiam dedit dei gratia, ut quę illis facta sunt per sancti spiritus aduentum disceremus. Quomodo autem poterit quispiam hęc sumere anagogicè? Si ea trahat ad præclara nouę gratię facinora, quod in cœlum sublati sumus, quod regno digni sumus habiti, quòd deus homo factus est, quòd soluit intermediã sæpis maceriã. Sed redeam⁹ ad hystoriã. Opus qd opatus es in dieb⁹ ipsorũ, in dieb⁹ antiqs. Meminit cuiusdam antiquæ narrationis, & quæ præclare olim facta sunt adducit. Et cur non alicuius noui & recentis meminit? Quoniam apud homines quidem, iure ea quæ sunt prophetarum narramus, & per ea ipsos attrahimus, utpote quòd sit eis imbecilla memoria. Deo autem æque sunt omnia cognita, & uetera, & noua. Ecce enim, inquit, tu cognouisti omnia antiqua & nouissima ultima & prima. Nihil autem refert an ueterẽ an nouam narrationem dixerit, modo sit abiecto conueniens. Quamnam autem uult antiquàm dicere narrationem? Audiamus. *Manus tua gentes dispердidit, & plantasti eos, afflixisti populos, et expulisti eos.* Agnouistis ne quod nam bellũ dicat, quàm uictoriam, quod trophæum. Opús ne habetis ut id à nobis declaretur? Existimo quidem multos iam intellexisse quod dicitur. Propter eos autem qui ignorant, necesse est aliquid nostrum addere. Quorum nam ergo trophæorum, quorum nam facinorum meminit? Eorum quæ in Aegypto, eorum quæ in deserto, eorũ quæ in terra promissionis facta sunt, uel potius eorum quæ in promissione? Neq; enim ij qui ex Aegypto egressi sunt, ij peruenerunt in Palæstinam, sed omnes ceciderunt in deserto. Quando ergo qui ex illis nati sunt, & qui in deserto sunt educti, exierũt in Palæstinam, inquit, eis non fuit opus armis, sed uel ipso solo clamore urbes ceperunt, & cum lordanem transiissent, primam urbem, quæ eis occurrit, Iericho, saltantium potius quàm bellantium ritu, diruerunt. Armati enim non tanquàm ad pugnã, sed tanquàm ad cõcionem festũ ue ac choream egressi sunt, ornatus potius gratia, quàm ut tutiores essent, armis instructi, & sacris uestibus induti,

A & habentes leuitas qui castra præcedebant, muros cinxerũt. Et uideri poterat spectaculum admirabile, & penè incredibile tot millia exercitus certo ordine & numerosè incedentia, in silentio summo, honesteq; ac decore, perinde ac nullus adesset, cum illo tubarum concentu & modulatione omnia rectè gessisse. Erubescant qui tumultuantur in ecclesia. Si enim ubi tubæ resonabant, tam pulcher erat ordo, & tanta moderatio: ubi deus ipse loquitur, quamnam ueniam assequentur, qui propter suos tumultus impediunt ne quæ dicuntur exaudiantur? Sed cur, inquit, non meminit eorum qui excesserunt ex Aegypto? Quoniam omnes ceciderunt, quoniam pœnas dederunt. Cur autem omnes perierunt? Quoniam ualde peccarunt. Hic autẽ aliud quoque prouidit, ut qui Palæstinam erant occupaturi, mala quæ erant in Aegypto nõ uidissent, oẽm nempe superstitionem, & omnem impietatẽ, & ut tantæ improbitatis nullum magistrum haberent. Eos enim ita præoccuparat Aegyptiorum consuetudo, & eos ita ceperat, ut post tot miracula ne in B deserto quidem purè erroris reliquias abstergerẽt. Quòd si etiam accepissent Chananæos prioribus deteriores magistros, quò nõ impegisset eorum impietas? & ideo eos qui nati erant continuit in deserto, donec ad uirorum ætatem peruenissent eorum filij. Hæc autem loquimur non è domo nostra desumpta, sed producta è scripturis. Nam per Ezechielem deus hoc ipsum eis exprobrat, quod cum eos in desertum eduxisset, & multum cum eis disseruisset, non audiebatur. Sed qua de causa iusit eos armis indui, cum essent aggressuri Hiericho? Fuisset enim admirabilius, si hoc fecissent sine armis. Maxime ergo, cum iubeat aliquid humanũ facere, & aliquod sensile auxilium accipere, hoc facit se demittens ad eorum imbecillitatem. Quid potuerunt. n. arma efficere ad muros diruẽdos? Quid uerò clangor tubarum? Si enim fuisset bellum aduersus homines fuisset aliquod momentũ in armis reponendum. Sin autem erat cassura mœnia, cur nam armis induuntur? Porrò autem in Gedeone quoque, qui capti sunt, erant numero æquales ijs qui non capti C sunt, omnes enim manifesti fuerunt. Quamobrem ergo hæc fiunt? Vt qui hæc iubentur, ad fidem deducantur. Anima enim quæ coalita est corpori, & nihil unquã uidit incorporeũ, & sensilibus inhiat, ab iis quæ uidentur ad ea quæ mente comprehenduntur deduci opus habebat. Vnde etiam prophetis de deo loquentibus opus fuit humanorum mẽbrorum meminisse, non ut illam naturam à corruptione & interitu alienam ad membrorum figuras formarent ac effingerent: Sed ut animã in sensilib. cum corpore enutritam ex humanis docerent decreta quæ sunt super hominem. Quoniam ergo dei operatio est aliquid quod apprehenditur intelligẽtia, ne qui tunc erant, non crederent, ponit etiã aliquid sensile. Si enim dixisset, In septem diebus euertetur urbs uobis quiescentibus, & nihil facientib. fortasse multi non credidissent, nunc autẽ hæc præcepta, ueluti quoddam fundamentũ, humanę menti subiicit. Et ne id quod dicitur existimetis esse solummodo coniecturam, uolo uobis narrare ueterem historiam quæ confirmat quod dicitur. Naaman erat quidam Syrus. Eum cũ lepra inuasisset, & propter eum morbũ erubescęret, ut qui in maximo periculo uersaretur, uenit in Palæstinam (breuitate enim utendum est) uolẽs à propheta liberari hoc malo. Cũ ergo uenisset, & in uiri foribus cõstitisset, uocauit medicum. Ille autem exaudijt quidem, non tamen est egressus, sed tantum misit, iubens eum tingi in fluuio Iordane. Ille autem, quoniam erat leue mandatum, non multum habẽs ex sensili, & quod non habebat opus sublimi cogitatione, non credidit. Sed quid dicit? Putabam quòd egrederetur ad me, & imponeret manũ suam, & inuocaret deum, & curaret lepram. Vides quomodo anima opus habuerit re aliqua sensili. Non existimasse. n. iussum medici sufficere, sed manu op⁹ fuisse, erat imbecillitatis eius qui curabatur. Porrò autem multa quoque alia hinc soluũtur. Et ideo xps quoque non semper uerbo sanat, sed etiam manu. Immisit enim manum in os & in linguam, & alicubi quidem uerbo solo, alicubi autem uoluntate solum omnia faciens, curabat eos qui accedebant. Quare ergo hoc faciebat? Propter imbecillitatem eorum qui accedebant. Et ut scias hoc factum fuisse propter eorum imbecillitatem, laudabat eos qui E eiusmodi rebus minime opus haberent. Amẽ, enim inquit, dico uobis, Non inueni tãtam fidem in Issrael, quandoquidem non traxit eum in domum suã Centurio, sed dixit eius iussum sufficere. In Ezechia itaque nihil tale fit, sed est solummodo prædictio, & nihil humanum adsumptũ est, & ideo in eo quoque qui uxoris zelotypia laborat, iussa est res aliqua crassior. Quòd si uelis hęc quoque sumere anagogice. Omnia, enim inquit, hæc figuræ eueniebãt illis, Scripta sunt autem ad correctionem nostram, ad quos fines sæculorum deuenerũt. Cogita apud te optimos ecclesiæ doctores pro tuba oratione utentes, & aduersariorum mœnia diruentes, & populum integra & perfecta Iesu armatura armatum septem autem dierum numerus iam ante nobis solui sabbatum. Neq; enim eiusmodi legis præcepta principaliter data sunt. Et ideo de sacrificijs quidẽ dicit, quis enim ea requisiuit è manibus uestris? Et rursus. Nunquid preces, & carnes auferent peccata uestra? Et rursus. Nũquid hostias & sacrificia obtulistis mihi in deserto quadraginta annis? Et rursus. Cur mihi affers thus ex Saba, & calamũ suaue olentem è terra longinqua? Et rursus, sacrificiũ & oblationem noluisti. Et rursus, nunquid holocausta & sacrificia uult deus, uel ea exaudire? Et rursus, si uolusses sacrificium, dedissem. Et rursus, Obedientia melior est quàm uictima. Et rursus, festa eijciens, inquit, odio habui, repuli festa uestra. Aufer à me sonum canticorum tuorum, & cantum organorum tuorum non exaudiam, & diem magnum non sustineo, & ieiunium, & ferias odit anima mea, & rursus. Non est hoc ieiunium quod elegi. Rursus quoque dicebat Ezechiel. Dabo uobis præcepta nõ bona in quibus non uiuetis in ipsis. Ita etiam sabbatum hic soluitur. Sed cur dicit, quis hæc requisiuit de manibus uestris? Hoc úobis relinquo soluendũ. Poteritis autem talia inuenire, si puram uitam egeritis, Si enim Cornelium propter uitam optimã uocauit ad arcanorum cognitionem, & Eunuchum propterea quòd studiosè legeret, fecit etiam cognoscere: multo magis eos qui iam fidem assecuti sunt, si rectam uitam ostenderint, docebit quæ sunt manifestiora. Quemadmodum enim uita immũda est

G impedimento quo minus ea cognoscãtur, ut dicit
1.Cor.3 Paulus, non potui loqui uobis tanquam spiritalibus, quoniam lites sunt in uobis & contentiones.
Esa.58 Et rursus Esaias, scire uias meas desiderãt, ut populus qui fecit iustitiam, ita etiã uita munda deducit,
Luc.11. & quærẽdi studium. Quærite, inquit, & inuenietis,
3.Reg.3. quinetiam parabola eius, qui petit panes ab amico qui iam dormiebat, hoc ostendit, propterea Solomon quoque, quoniam petijt spiritalia, ea etiam accepit quæ non petijt. Quando autẽ & assiduitas, & spiritalis petitio, & pura uita adfuerit, cogita apud
Luc.11. te quanta erit accipiẽdi facilitas. Atqui uel ipsa per se sola assiduitas plurimum potuit. Dico enim inquit, uobis, etsi non propterea quòd sit eius amicus, ei dabit, propter impudentiam tamẽ eius dabit ei, sed reuertamur ad propositum. Opus quod operatus es in diebus ipsorum, in dieb⁹ antiquis. Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos. Vide quam proprie dictione usus est. Nõ eò, inquit, solum rem deduxisti, ut illi quidem uincerent, hi uero uincerẽtur: sed omnia longius processerũt, licet antea quo
H que nõ æquo certamine res gereretur. Illi enim pos
Ro.9 sidebant. Hi uero erant aduenæ, sed tamen tanta fa
Ephe.2. cta est mutatio, ut illi quidem radicitus euellerentur, hi uero fierent ciues & habitatores. Et ideo de illis quidem dicit, Manus tua gentes disperdidit: de Iudæis autem, plantauit. Manum autem dicit eius potentiam. Quod si eos qui aliunde aduenierant, & nec urbem nec domum habebant, in qua sedes figerent, aut in quam se reciperent, reddidit tam cito potentiores ijs qui intus habitabant: multo magis nos patrijs eiectos non despiciet. Quid est autẽ, Plantasti? Fixisti. Quod est enim plantatum, fit firmum & stabile. Quid igitur, dic queso, num migrarunt? nõ abducti sunt in loca aliena? Abducti sunt certe, sed non propter imbecillitatem eius qui collocauerat, sed propter uitium eorum qui plantati sunt. Nisi enim quæ fecerant, fuissent eis impedimẽto, nihil uetuissent quominus domi manerent. Afflixisti populos, & expulisti eos. Nonnulli dicunt hęc dici de Aegyptijs. Mihi autem uidetur hoc quoque dictum esse de gentibus. Nam de illis quoque sumpsit supplicium, in utroque suam ostendens potentiam, in delendis scilicet inimicis, & suis confirmandis. *Non enim in gladio suo possederunt terram. Et brachium eorũ non saluauit eos. Sed dextera tua, et brachium tuum, et illumi natio vultus tui.* Alius, lux. *Quoniam complacuisti in eis.* Atqui uincebant omnes, armati in bellis. Armati quidem, sed non erat opus armis, sed deo duce. Vides quomodo loco orationis adtexit consilium, suadens ut omnia in deum conijciãt eiúsque arbitrio permittãt? Quomodo autem rem uocat hæreditatem, cum patres, aui, & proaui terrã non obtinuerint, sed alio tempore consumpti sint.
Genes. Quia fuit facta patribus promissio. Huc enim, inquit, in terram, quam tibi ostẽdere, & dabo tibi terram & semini tuo. Cum autem dixisset dexteram & brachium, quoniã paulo crassius meminit dictionum, uide quomodo attollit orationẽ, rursus subiungens, & dicens. Et illuminatio uultus tui, hoc est, defensio, prouidentia, uelle enim, & adesse illis solum sufficerit. Deinde etiam causa, Quoniam cõ placuisti in eis. Hoc est, quoniam dilexisti eos, quoniam uoluisti. Res itaque quæ fiebant erant gratię, non rectè factorum, nec id ex propria uirtute assecuti sunt, sed ex dei benignitate. *Tu es Ipse Rex meus,* K
et Deus meus. Qui mandas salutes Iacob. Alius, Manda de salute Iacob. Et quænam est hæc consequentia? Magna quidem cum ijs quæ dicta sunt. Quod enim dicit, est eiusmodi. Nos ab illis originem duximus: & tu deus ille ipse es qui & tunc & nunc illa fecisti. Vndenam ergo est tanta mutatio? Nõ enim alius quidem ille deus, tu uero alius, sed tu idem ipse es. Neque uero rursus tu quidem idem es, ego uero alium deum inscribo, sed tu es rex meus & deus meus. Ab imperio tuo non resiluimus, alium ducẽ non inscripsimus. Qui mandas salutes Iacob. Hoc est, & deus idem, & eadem est prouidentia. Vndenã est ergo rerum mutatio? Quid est ergo, qui mãdat? Qui præcipit, qui iubet Iacob ut seruetur. Hic rursus ostendit magnam auxilij facilitatem, & maximam potestatem. Sed neque parẽtis, nempe Iacob, temere meminit, sed ut causam suam magis probet eius uirtutem adducit, uolens sibi deum reddere propitium. *In te inimicos nostros uentilabimus cornu.* Et tu idem es, inquit, & prouidentia eadem, & nos nostra tibi adscribim⁹, & eisdem armis usi sumus. L
Hoc enim sibi uult illud, in te inimicos nostros uẽtilabimus cornu. Alius autem dicit, eos qui nos affligunt cornu petemus. *Et in nomine tuo sperneмus* Sperne-
insurgentes in nos. Alius, conculcabimus, quid, in- mus ἐξουδε-
quit, dico, in te? Vel nomen tuum solum inuocare, νώσομεν
sufficit ad omnia egregie peragenda. Non dixit. nihili de-
uincemus, uel superabimus, sed, nihili ducemus, nec cemus.
eos esse aliquid putabimus. Hoc enim sibi uult illud, in te inimicos nostros uentilabimus, & in nomine tuo nihili ducemus insurgentes in nos. Non enim existimabimus eos esse aliquid, nec perterrebimur, sed tanquam qui nihil sunt persequemur. Quod significans alius interpres, dixit, conculcabimus, per uim partam uictoriam, instructã absque certamine aciem, pugnam sine metu ostendens.
Non enim in arcu meo sperabo. Alius, confidit. *Et gla-* Dan.9
dius meus non saluauit me. Et quare his usus es? Cur autem armaris, & arcum & gladium tractas? Quoniam ita iussit deus noster, propterea eis usus sum, uniuersum autem in eum conijcio, & eius arbitrio M
permitto. Ita docebantur bellare cum inimicis sen silibus, superno auxilio muniti. Ita etiam cum ijs, quos sola apprehendit intelligentia. Tu quoque quando aduersus diabolum bellum geris, dic ita. Non confido meis armis, hoc est, no meę uirtuti, nec meæ iustitiæ, sed dei misericordiæ. Ita etiam docebat Daniel, non in iustitijs nostris nos iactamus misericordiam nostram ante te. *Saluasti enim nos de*
affligentibus nos, & odientes nos confudisti. Alius, qa seruasti. Quid opus est, inquit, dicere uetera, & quę facta sunt a maioribus, nos, inquit, ipsi habemus multa pignora prouidentiæ, & gloriosa trophæa, frequentesq;, & admirabiles, & incredibiles uictorias enumerare possumus, propterea enim dixit, & odientes nos confudisti, ostendens se non solum nos liberasse, nec tantummodo eripuisse, sed cum magno de decore eorum qui nos inuadebant. *In*
deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in
seculum. Alius, deum laudamus toto die. Victoria quidem, inquit, præterijt, nobis autem manet gratiarum actio. Totum enim diem dicit totã uitam. Non enim cessamus, inquit, tuũ laudare & celebrare auxilium. Hoc est. n. nostra gloria, hac gloriatio,

A in eo apud omnes nos iactamus, non quòd ciuitatem magnam habemus & admirabilem, nec quòd primi uincimus, nec quod uiribus corporis, sumus superiores, sed quòd uerum Deum habemus, in
Gal.6 hoc gloriamur. Non solum quando nobis bene uis, sed etiam quando relinquis. Hoc enim est, Tota die, sicut etiam dicit Paulus. Mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce Christi. Nulla est enim alia eiusmodi gloria. Quocirca rursus dicit, Non solum autem, sed etiam gloriantes in deo. Nihil enim potest
1.Cor.1. conferri cum hac gloriatione. Nemo ergo se iactet
2.Cor.10 & glorietur propter diuitias, nemo propter ea quæ ad hanc uitã pertinent. Sed propter hoc solũ quod habeat deũ Dominum. Hoc est omni libertate me
Gal.5 lius, hoc est ipsis cœlis præstantius. Si enim huius uel illius dici, gloriãdi occasionẽ sæpe attulit apud homines, cogita quantam afferat gloriam dei dici. Quocirca Paulus quoque hoc pro magna authoritate posuit, dicens, Qui autem Christi sunt, carnem crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Diapsalma. Alius, semper. Hebræus autem סלה hoc selah.
B Confudisti, ἐξουδένωσας Nunc autẽ repulisti nos, & confudisti nos. Alius. Quanuis repulisti nos. Alius, sed ad hæc reiecisti. *Et non*
egredieris deus in uirtutibus nostris. Alius, Et non progredieris in militijs nostris. Repulsionem enim sta
tim pudor sequitur, & ad mala patienda esse omnibus expositum. Copias autem hic appellat eorum exercitum, quandoquidem in eis est regis potentia cum deus hoc summo consilio prouiderit, ut esset hoc principi, & ijs quæ eius reguntur imperio, uinculum. Nam & rex ijs opus habet qui eius iussis pareant, & hi eo qui illis præsit, & alter alterius auxilio indiget. Ne aliqua enim esset arrogantia, effecit deus ut magna sæpe paruis egerent. Hoc ipsum fecit etiam in rebus inanimis. Labantem enim colũnam subiectus sæpe calculus firmam stabilémque præstitit. Et nauigium, in quo quam plurimi sunt
C uectores, paruus clauus dirigit, & liberat a periculis. Quid est autem, Quanuis repulisti nos? Licet, inquit, tot & tanta passi sumus, à te non deficimus, te laudantes, gloria afficientes, & in te gloriãtes. *Auertisti nos retro post inimicos nostros. Et qui oderunt nos, diripiebant sibi.* Alius, posuisti nos extremos cuiusuis inimici. Vide quomodo mala uerbis extollit, & calamitatem uerbis amplificat ostendens eos etiamsi essent peccatores, satis tamen pœnarum dedisse. Hoc etiam fecerunt pueri ex redundanti quadã copia in fornace tunc canẽtes & dicentes, Tradidisti
Dan.3 » nos in manus inimicorum nostrorum pessimorũ, » prætuaricatorúmque, & regi iniusto, & pessimo ultra omnem terrã. Et rursus, Imminuti sumus plus » quam omnes gentes, sumúsque humiles in uniuersa terra. Hoc ipsum hic quoque significat propemodum dicens, Omnibus hominibus uiliores & abiectiores redacti sumus, quandoquidem sumus tua nudati prouidentia, & nec eo usque quidem mala nostra steterunt, sed etiam pręda facti sumus inimicis, qui nos suo arbitrio diuidebant. Hoc enim sibi uult, Diripiebant sibiipsis, hoc est, nullo prohibente. *Dedisti nos tanquã oues escarum, & in gentibus dispersisti nos.* Alius, Ventilasti, aut cribrasti nos. Quid est, tanquam oues deuorationis. Id est, Fecisti nos, inquit, ad inuadendum facillimos, nos uiles esse ostẽdens. Sunt enim aliquæ oues acquisitionis, q̃ sunt aptæ ad generandum, sunt uerò aliæ, quæ propter

senium, uel propter sterilitatem, sunt tantum utiles D
ad comedendum. Et id quod est acerbissimum, & omnium grauissimum, nempe in gentes esse dispersos, illis eo erat grauius, quòd ne legem quidẽ possent illic accuratè & perfectè seruare, & quod à patriæ reipublicæ institutis excidissent. Et nõ in unã gentẽ, sed ubique, inquit, dispersi sumus & ad unũ solum, nempe malè patiendum, parati sumus, ulcisci autem, aut manus extollere non possumus. Hoc enim significat similitudo ouium. *Vendidisti populũ*
tuum sine pretio. Alius, In non substantia. Alius, Non substantiæ. *Et non fuit multitudo in commutationibus*
eorum. Alius, Et non multum fecisti pretium eorũ. Videtur dictum esse ualde obscurum. Sed attende, ut psallatis cũ intelligentia. Quid est ergo quod dicitur? Quàm sint uiles & abiecti ostendit, nempe nullius pretij. Tanquamuilis, inquit, pretij abiectósque & contemnendos nos dimisisti. Hoc autẽ dicit more humano. Solemus enim quę parui fiũt, & sunt uilia, dare uel sine pretio. Quæ autem magni facimus, ea si uendamus, magno pretio uendi- E
mus, Quæ uerò parui, ea uel gratis damus. Improbos itaque seruos alij quidem dimidio pretio, alij uerò nullo accepto pretio uendiderunt. Si minori autem pretio tradere, ostendit quàm sit uile quod uenditur: nullo dato pretio accipere, sed sine pretio, multo magis. Hoc ergo dicit, Perinde ac si homo qspiã reb. suis cedat sine pretio, ita etiã ipse nos tanq̃ nullius ptij dimisisti, nos ualde cõtempsisti. Hoc itaque significat etiam per id quod subiũgit, Et nõ fuit multitudo in commutationibus eorũ. Hoc est, In emptione nostra. Et ideo dicit alius, In Eorum, ὑμῶν, nostris.
appretiatione nostra. Pretium enim est quæ datur permutatio. Sæpe enim seruum damus, & aurũ uel argentum accipimus. *Posuisti nos in opprobrium uicinis*
nostris. Subsannationem & derisum his qui in circuitu nostro sunt. Alius, Pompam iis qui in circuitu nostro Similitu-
sunt. *Posuisti nos in similitudinem gẽtib.* Graue est hoc dinem,
suppliciũ & itolerabile, ab impijs maximè probris παρα-
affici, ab inimicis hęc pati, esse circũcirca qui eis in βολὴν
sultent, & eos undiquaque circuiri ab iis qui probra ingerunt. Quid est autem parabola? Narratio parabolã.
probrum. Erant enim circuncirca quidam scelerati, nulloque sensu prædíti, qui non solum non miserẽbãtur, sed probris etiam & contumelijs afficiebant, quod eos maxime angebat. Mihi autem uidetur hic dicere Arabes, qui propè eos habitabant. F
Commotionem capitis in populis. Alius, Transmotionẽ, Hebræus autẽ מנד menod. Vel hoc ergo dicit, Trãs mouisti nos. Vel per gestum motus capitis, ostẽdit ualde lætantis insolentiam. *Tota die uerecundia mea*
contra me est. Alius, Ignominia. *Et confusio faciei meæ*
cooperuit me. A uoce exprobrantis & obloquentis. Alius, Et maledicentis. *A facie inimici & persequentis.* Hæc supplicia eos magis cruciabãt. Quoniam enim eis semper & assiduè eueniebant res secũdæ, & hostes uincebant, omnium tunc ora aperta sunt cum ipsi cecidissent, afflictique & prostrati essent, & nec respirare quidem poterant, sed perpetuum suppliciũ expectabant. *Hæc omnia uenerunt super nos, nec obliti*
sumus te, et iniquè nõ egimus in testamẽto tuo. Alius, Nec fraudem fecimus pacto tuo. Nos, inquit, aliis contraria uia ingressi sumus. Illi enim, antequã res ullę aduersæ eueniſſent, prostrati sunt, nos autẽ etiã post res aduersas grauésque calamitates, firmo &

Universidad de Deusto Biblioteca

G immobili animo constitimus. Hæc autem dicunt, ut bono sint animo, & bonam spem concipiant, q cum eis sunt, hortantes. Et ideo cum Daniel, & tres pueri dicāt, Peccauimus, iniuste fecimus, hi dicūt, Non iniquè egimus in testamento tuo, commilitonum animos & spiritus excitantes. Si enim, inquit, maxima passi sumus, & ab eis originem ducimus, qui magnis affecti sunt beneficijs, & in calamitatibus minimè declinauimus, spes est nobis magnæ salutis. Quòd ergo dixi à principio, hoc quoq; nūc dico, quod loco orationis eis addunt animos, perinde ac si eis dicerent, Quanam de causa spem salutis abiecistis? Deum habemus q nos defendit, etsi quid peccauimus, satis pœnarum pendimus in tentationibus fortiter restitimus, eum qui peccatorum semp curam gerit, uiæ ducē habemus, & ideo bonus exitus est a nobis oīno expectandus. Quid est autem. Non iniquè fecimus in testamento tuo? Hoc est, Non iniquè nos gessimus in ijs quæ nobis credita sunt, sed ea pfectè custodiuimus. Est enim maxima iniquitas, quando quis transgreditur legē H quæ uindicat, quæ nō sinit ut uel à propinquis iniuria afficiamur, ut uitium prohibet; quando quis est ingratus in eum, qui tot nobis bona præbet.

Et non recessit retro cor nostrum. Alius, Non absessit. *Et declinasti semitas nostras à uia tua.* Alius, Nec inclinata sunt quæ nos erigunt. Alius, Et non auersum est retro cor nostrum, nec declinarunt gressus nostri à uia tua. Quod prius dixit, hoc etiam hic dicit quod in tātis malorum fluctibus ne tantillum quidem labarunt. Pulchrè autem sic dicit. Quemadmodum enim lex ducit ad anteriora: ita iniquitas retro statuit, & quemadmodum lex iubet recta uia ingredi: ita etiam iniquitas traducit hominē in locum desertum & inaccessum. Viā ergo hic dicit legem. Illud autem, Declinasti, quod alij dicunt, Nec inclinata sunt, quæ nos erigunt, à uia tua. Hebræus dicit תמת תסריכנו מכי לרחיך uetat aserenu mini areheca. Siquis autem uelit sequi interpretationem septuaginta, & non aliorum, illud, Declinasti semitas nostras à uia tua hoc est, procul à templo tuo nos collocasti, & in aliena terra fecisti habitare, quod non I permittebat ut tuus cultus perageretur. *Quoniā humiliasti nos in loco afflictionis.* Alius, In loco inhabitato. Alius, In loco sirenū. *Et cooperuit nos umbra mortis.* Alius, Obstruxisti nos. Hęc mihi esse uidetur reddi tio, eo qd supius dictū sit, ubi mala narrabāt, dicētes, Et cōfusio faciei meę cooput me. A uoce exprobrātis & obloquētis. Quoniā humiliasti nos Siqs ita acceperit ut referatur ad illud, Declinasti semitas nostras à uia tua, habet hic consequentiam cōuenientem sensui quem diximus. Significat enim quomodo eos à uiis suis repulerit, legibus, inquam & institutis, quòd eos in loca deserta abduxerit, & inter inimicos dimiserit. Hoc enim significat illud, Cooperuit nos umbra mortis, pericula dicēs quæ mortem pariunt, & quibus mors est proxima, quēadmodum dolores mortis, & inferorum portas uocat scriptura. Ineuitabilia autem esse mala hic per umbram & operimentum ostendit, & quę nec ullā sint respirationem. *Si obliti sumus nomen dei nostri, & si expandimus manus nostras ad deum alienum. Nunquid deus requiret ista? Ipse enim nouit abscondita cordis.* Hoc est bonorum seruorum, malè patientes domi num colere & obseruare. Hæc sunt documenta phi K losophię. Hic etiā docent auditores non simulare, sed deum toto corde adorare. Nouit enim, inquit, absondita cordis. Hæc autem dicunt, eos terrētes nequid deo indignum cogitent. Vide autē magnū uirtutis incrementum. Subiungit enim, dicens. *Quoniam propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis.* Magnum est enim & manere dei cultores, & ad alium non defeciſse: multò autē maius est, cum mors assiduè & quotidiana periculā immineant, talem conseruare dilectionem. Considera autem quantum sit genus philosophię, cum ipse quoque Paulus eo utatur, Apostolicorum periculorum procellas ennumerās in epistola ad Romanos. Quot ergo hi coronis digni fuerint, quādo *Ro. 8.* in ueteri ad eandem mensuram certaminum quæ susципienda erāt, in nouo, peruenerint? Quod enim *1.CCo.11* dicit Paulus, Quotidie morior, hi hoc quoque, nō experientia, nec euētu, sed animo. Quare autem dixit, Propter te? Licebat, inquit, deficere, & à patriæ reip. institutis recedere & tutos esse, sed malumus malè pati, & patria seruare, quàm postquā à patrijs L ſtitutis exciderimus, in pace uitā agere. Aestimati sumus tanquā oues occisionis. Tam facile, inquit, *1. Cor. 4.* nos interimunt. Hic autem ostēdit eorum mansue *2. Cor. 6* tudine. Sed tamen quanuis simus tam facile expositi, firmo tamē & immobili animo permanemus. Hic etiam dei iure admiranda est potentia, quòd eos, qui tanquàm occisionis oues erant expositi, conseruauerit, & quotidie morientes non siuerit in mortem incidere. *Exurge, quare obdormis domine?* Alius, Quare es tanquā dormiens? Alius, Expergiscere. Alius, Euigila. *Exurge, & ne repellas in finem. Quare faciē tuam auertis?* Alius, Abscondis. *Obliuiscēris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ.* Alius, Miseriæ nostræ. Quod autē dicit, est eiusmodi. Potes mala soluere, neque enim propter tuam imbecillitatē, sed ex tua permissione hęc fiunt. Somnum hic dicit quietem, & exurrectionem, retributionem, & faciem, protectionem, prouidentiam, curam, auxilium. Cur obliuiscēris inopię nostrę? Vide rursus pium & gratum animum. Non dixit, Rectè factorum, non dixit, Animi firmi & immobilis. Non dixit, Animæ probatæ M in tentationibus, sed quando se quidem defendūt, illa ponunt. Quando autem petunt auxilium, ex ijs ut salui fiant postulant, ex quibus ij qui sunt condemnati. Quoniam, inquit, satis pœnarū dederūt, quoniam extrema passi sunt. Hoc etiam sæpe facit *1.Cor.4* Paulus, & alij prophetæ. Atque hæc hi dicebant, cū *2.Cor.1* nihil adhuc scirēt nec de gehēna, nec de regno, nec *4.C. & Esa.25.* ullam adhuc talem didicissent philosophiam, & *64.* omnia facile ferebant. *Quoniam humiliata est in pul- Thr. 2.3.* uere anima nostra. Conglutinatus est in terra uēter noster.* *4.5* Quoniā dixit, Obliuiscēris inopiæ nostræ, hoc est, *Dan.3.8* afflictionis, dicit deinceps afflictionem. Quod autem dicit, tale est. Periimus, defessi sumus, nihilo meliori sumus conditione quàm mortui. Iure autē dixerit quispiam, eorum etiam qui rebus præsentibus affixi sunt, animam in terram esse humiliatam. eorumq; qui gulę seruiunt, uētrem esse terræ agglutinatum, etenim qui amore quoq; uinctus tenetur, & luto inhiat, & incorpoream quæ in se est, facultatem cineri mancipat, iure hæc pati dicatur. Quid enim aliud est pulchritudo corporis, nisi pulluis & lutum, atq; adeo quidpiam his etiam deformius ac

A tetrius? Quòd si fidem non habes, considera sepulchra hominum, & uidebis lutum & puluerem. Quando enim facies uitam præsentem exuerit, tūc apparet id quod est, imò uerò etiam ante mortem, quando senectus inuaserit, quando morbus afflixerit, tūc uidebis id quod apparet, est enim lutum, sed ut peritus artifex, uel ex uili & nullius pretij materia fecit ingentem oriri pulchritudinem, non ut forniceris, sed ut tibi suam ostenderet sapientiam. Ne ergo artifici iniuriam feceris, nec commiseris, ut eius sapientiæ opus, stupri & impudicitiæ à te fiat receptaculum. Formam eo usq; mirare, ut gloria & honore afficias artificem, ulterius autē ne progrediare, animi perturpationem excitans. Pulchrum opus. Is ergo qui fecit, est adorandus, non cōtumelia & probro afficiendus. Siquis, dic quęso, auream alicuius statuam & regiam imaginē cœno & alijs eiusmodi fœdauerit, nonne ultimum luerit supplici- *Heb. 10.* um? Siquis autem inter homines stultè & sceleratè se gerit, tanti reus est supplicij: Qui dei opus tanta affecit ignominia, quid tandem patietur? & maxi- B me quando qui hæc facit, habet uxorem. Ne mihi enim dixeris naturæ cupiditatem. Propterea enim permissum fuit matrimoniū, ne ultra proprios terminos progredereris. Vide enim quāto dignus eris supplicio. Nam deus tuæ quieti & honori prospexit, ut & naturæ rabiem per uxorem compescerēs, & hoc absque ullo periculo faceres, & ab omni turpitudine & dedecore liberareris. Tu autem eū, qui tātam tui curam gerit, ex redundanti quadam & exuberanti copia iniuria afficis. Dic enim mihi quæso, si noluisset lege lata statuere matrimoniū, quantam uim & quantum cruciatum sustinuisses? Cùm ergo oporteat te ei gratias agere & gloria affi cere, quod tibi maximam laboris partem amputauerit, dum tibi non uulgare solatium excogitauit: tu per summum ingrati animi crimen eum contumelia afficis, & omnem pudorē exuis, & terminos *1. Cor. 6.* tibi præscriptos transilis? Non audis Paulū, & nūc, & in medio clamantem, Fugite fornicationem, uel potius Christum, qui eius mouet animū. Cur alienam edistis pulchritudinem? Cur de uultu nō tuo C curiosè scrutaris? Cur ferris per præcipitia? Cur retibus te ipsum illaqueas? Oppone murum tuis oculis tuos oculos obstrue, impone legem tuis oculis. *Matt 5.* Audi Christum minantem, & impudicum aspectū tanquam adulterium, cōdemnantē, Quid te iuuat uoluptas, quando ea uermem parit, quando metū perpetuum, quando immortale ei qui fecerit supplicium? Quanto est melius dum nostrarum cogitationum uim parumper sustinemus frui perpetua animi à qete & tranquillitate quā dum nefarijs nostris cupiditatibus paululum indulgemus immortali cruciatu affici? Ne ò filij, ne ita faciatis. Non bona est fama quam de uobis audio. Scio ad quos dirigatur oratio, non ad omnes, sed ubi uulnus inuenerit, illic medicamentum adhibet. Cur matrimoniū uiolas? cur cubile iniuria afficis? cur membrū tuum probro persequeris? cur famæ tuæ maculam & ignominiam inuris? Excinde animi perturbationē, tolle delitias. Delitiæ enim & ebrietas sunt fons fornicationis. Si otio & animi remissione non uteris ut oportet, id affert tibi afflictionem. Audi quid passi sint Iudæi, qui fornicati fuerant, qui corporis Christi non fuerant participes, qui spiritalis mensę fructum non perceperant. Nec fornicemur, inquit, D sicut nonnulli eorum fornicati sunt, & ceciderunt *1. Cor. 10* in uno die 23 millia. *Exurge domine, adiuua nos. Et redime nos propter nomen tuum.* Alius, sta nos defendēs, & libera nos propter misericordiā tuam. Vide quomodo conclusērunt orationem post innumerabilia quæ ab eis rectè & ex uirtute facta fuerant. Vndenam salutem assequi æquum essent? à misericordia, a benignitate, & clemetia, propter nomen dei. Quid est, Propter nomen tuum? Ne ipsum prophanetur, quod ipse etiam sæpe dicit, Facio propter nomen meū. Vidisti humilitatē & contritū animū: Et *2.Cor.3* undenā petūt salute? A clemētia, a misericordia, tā q quibus rectè facta deficerēt, & nullam iustam salutis causam afferre possent, licet tot & tāta periculā laborésque susceptos iactarent. Nos quoque, qui in gratia sumus eos imitemur, & deo gloriam emittamus. Cui gloria & potentia nunc & semper & in sęcula sęculorum. Amen.

EIVSDEM IN XLIIII. PSAL. EPINI cion pro florib. filiorum Core. Alius, Victoriæ effectori propter lilia filiorū Core. Hebræus pro lilijs dicit, שושנים על sosannim. Intelligentiæ canticum in dilectum. Alius, Scientis canticum propter amicitiam. Alius, Dilectis. Hebræus autem dicit, ידידות didoth. Septuaginta autem finem pro his qui commutabuntur, filijs Chore, ad intellectum, Canticum pro dilecto. E

Ructauit cor meum uerbum bonum. Alius, Eru-
c pit. Alius, Motum est cor meum uerbo bo
no. Vellem nunc adesse omnes Iudæos & gentiles, & hoc libro a Iudęis accepto, psalmum ita legere. Neq; n. ignoratis, & in iudicijs, & ubiq;, tunc maximè a suspitione remotum esse rerum testimonium, quādo id fertur ab inimicis. Vt hoc ergo hodie quoq; usuueniat, exhibeamus testimonium ex ueteri. Vt & Iudęi & gentes pudore afficiātur. Iudęi qdē legētes, & nō intelligētes. Gētes uerò uidētes libros nobis ferri ab inimicis. Neq;. n. poterunt ea á nobis eē cōficta, cū nō nos, sed qxp̄m crucifixerūt, libros nobis pbeāt, q de ei⁹ptāre loquūtur. Sed siue adsunt, siue nō, nos nostrū officiū faciam⁹, & aggrediamur iterpretationē. Hic. n. psal. in xp̄m est inscript⁹, & ideo habet īscriptionē, In dilectū, &, Pro his F q cōmutabuntur. Is. n. nobis magnā fecit mutationem, rerumq; conuersionē, & traductionem. Hanc mutationē significans quoq; Paulus dicebat, Qua *2. Cor. 5.* re siquis in xpo noua creatura. Et ideo sic dicit in principio, Dixit cor meum. Quoniam. n. eorū quæ dicebantur nihil erat humanū, sed cœlestia ac spiritalia erat narraturus, eaq; non ex propria inuentione, sed ex diuina operatione, eructationis nomine hoc significat. Eructauit. n. non quando uolumus, sed hunc sermonem loqtur quādo uolumus, eumq; & dicim⁹, & reprimimus, eructationem aūt non itidem. Ostendens itaq; quæ dicuntur, non esse humani studij, sed diuinæ inspirationis quę eū incitabat, eructationē prophetiam appellat. Quēadmodum enim in eructatione, id quod fit, oritur ex qualitate ciborum: ita etiam in doctrina spiritali. Talia ergo eructabat, qualia comedebat. Vide autem alibi quoq; alium prophetam hanc operationem similitudine sensi exprimentem, & caput libri comedentem, idq; cum uoluptate. Fuit enim in E *Zach.3.* quit, in ore meo tanquā mel dulce. Quia ergo spiritalem gratiam acceperunt, eis quoq; similia eructa-

G rut. Quòd enim nec de hac eructatione sensili, nec de cibis agatur, audi quid nam eructet. Et quis est qui eructat? Non stomachus, qui est ciborum receptaculum, sed cor. Eructauit.n. inquit cor meum. Et quid eructat? Non cibum, nec potum, sed q̄ sunt mensæ cognata & consimilia. Bonum uerbum, nēpe de unigenito. Is est.n. maxime bonus. Veni.n. in quit, non ut iudicem mundum, sed ut mūdum saluum faciam. Omnia mitia ac mansueta, oia suppli cio libera. Eructat autem talia, quoniam cor suum expurgauit. Quemadmodū enim uentriculus, quā do sordidis succis fuerit plenus, eis cognata & cōsi milia eructat, sed quando sanus fuerit, ei quoq; conuenientem edit eructationem: Ita etiā cor prophetæ, postquam fuit à peccatis liberum, accepit gratiam spiritus, & eructat uerbum bonum. Hinc etiā aliquid aliud discimus, quòd prophetæ non erant sicut uates Illic.n quando dæmon animam inuaserit, orbat mentem ac cogitationem, & rationem obscurat, & ita omnia ore suo loquuntur, mente nihil intelligente eorum quæ loquuntur, non secus ac si tibia aliqua inanimata loquatur. Hoc etiā dixit aliquis eorum qui sunt apud ipsos philosophorum, ita dicens. Quemadmodum ij qui responsa canunt, & uates, multa quidem dicunt, eorum autem quæ dicunt nihil sciūt. Sed non ita facit sanctus spiritus, sed permittit ut cor cognoscat quæ dicūtur. Si enim non cognosceret, quo diceret, qd eructat uerbum bonum? Demon.n. utpote hostis & inimicus, cum hominū natura bellum gerit: Spiritus autem sanctus, ut q curam gerat, & beneficio afficiat, facit ut qui eum suscipiunt, sint sensus participes, & cum illorum intelligentia reuelat quę dicuntur. *Dico ego opera mea regi.* Quęnam dicit opera? Prophetiam. Quemadmodum.n. fabri ærarij opus est facere dolabram, & ædificatoris domum facere, & nauium fabricatoris nauem compingere: Ita est etiā prophetæ, texere prophetiam. Quod.n hoc quoq; fit opus, audi xp̄m dicentem de Apostolis, Dignus est operarius mercede sua. Et Paulus, Maximè qui laborant in uerbo & doctrina. Si.n. non erat opus, quomodo habuit laborem? Quid est.n. hoc opere præstantius? Quid uerò utilius? Et omnibus artib⁹ sublimius. Quod nā est ergo opus quod dicit? Hic hymnus, hæc prophetia. Non dixit autem cuinam regi, significans se dicere deo uniuersorum. Quemadmodum.n. quando dicimus regem Persarū, non simpliciter & absolutè regem dicimus, sed adijcimus Persarum. Ita etiam Armeniorum. Quando autem nostrum dicimus, non habemus opus additamento, sed sufficit nobis regem, dicere. Ita etiā propheta, quoniam loquebatur de eo q uere rex erat, satis habet si dicat regi. Quemadmodum enim cū dicimus Omnipotentē, nulla opus habemus adiectione, quoniam non sit alius Omnipotens. Ita etiam cum regem dicimus, nō habemus opus alia adiectione, quod non sit alius rex deus. Alioq autem is qui id dicebat, rex erat. Vnde clarum est eū non de homine dicere, sed de deo uniuersorum. Et ideo nō dixit græcè basilei, sed, to basilei, adiectione articuli proprietatem dominationē ostendens. Deinde rursus declarans quę dicuntur, non esse ab homine excogitata, meditata, & composita, sed ea esse diuinæ gratiæ, & se tantum linguam eis comodasse, subiunxit. *Lingua mea est calamus scribæ velociter scribentis.* Calamus autem ea scribit, quæ iubet manus eius qui eum tenet. Alius aūt dicit, lingua mea ut stilus scribę celeris. Quid sibi uult illud, Celeris? Vt ex eo quoque ostēdat gratiam. Qui enim aliqd domo prolatum loquitur, differt, & cunctatur, meditans, componēs, impeditus ignoratione, insciti a, & dilatione, & multa sunt quæ uelocitatem sermonis interturbant. Quando autem mentem mouet spiritus, nihil est quod impediat, sed quemadmodum aquę impetus, qui cum magno murmure præcipitat, progreditur: ita gratia spiritus cum magnā celeritate procedit, omnia leuia, plana, & expedita proferens. Deinde hoc ipsum rursus expurgans, & ostendens nihil esse humanum eorum quæ dicuntur, subiunxit. *Speciosus forma præ filijs hominum.* Non nulli quidem, dicūt: hoc dictum esse de lingua, qd sit calamus speciosus forma. Mihi autē uidetur eū deinceps de Christo dicere. Et ideo alius quoque dicit interpres, Pulchritudine ornatus es à filijs hominum. A magno enim ardore & summa in eū affectione percitus, ad eum conuertit orationem. Quēadmodum Iacob quoq; dicebat. Ex germine meo fili mi ascendisti, lapsus dormijsti ut leo. A deo.n. afflatus, cum eo deinceps loquitur, & ad ipsum dirigit orationem. Hoc autem dicit non per comparationem. Non.n. dixit, speciosior, sed speciosus forma præ filijs hominum. Hæc pulchritudo est alia ab illa. Considera autem quomodo primum loqtur de humanæ naturæ susceptione. Quod autem de ea loquatur, ostendunt quæ sequuntur. Cum enim dixisset, speciosus forma præ filijs hominum, subiunxit, *Diffusa est gratia in labijs tuis.* Deus autem non habet labia, sed de humanæ naturæ susceptione agitur. Alius autem interpres, dicens, Diffusa est gratia labijs tuis, hoc fecit apertius. Illud autem est, Ostensa est, uel ut si diceret quispiam, Quæ erat intus, scaturijt, emanauit. Quomodo ergo dicit alius propheta. Vidimus ipsum, & non habuit speciem, nec pulchritudinem, sed speciem eius indecoram, diminutam præter filios hominum. Non dicit de deformitate, Absit. Sed de eius contemptione. Cū enim semel humanitatis personam susc episset, quæ cunque erant uilia & cōtemnenda peruasit. Vt qui nec sibi matrem reginam adsciuerit, nec tempore incunabulorum ac fasciarum, in lecto aureo positus sit, sed in præsepi, nec in magnifica domo fuerit educatus, sed in fabri lignarij humili domūcula. Et rursus cum discipulos assumeret, non oratores, & philosophos accepit, & Reges, sed piscatores & publicanos, & tenuem hanc uitam persequebatur, nec domum habens, nec uestibus pretiosis indutus, nec delicata & lauta mensa fruēs sed ab aliis nutritus, probris affectus, cōtemptus, eiectus & fugatus. Hæc autem faciebat, ex superabundanti quadam copia humanum fastum coculcans. Quoniā ergo nil magnificum, nec glorioſum prę se ferebat, & nec ullos comites habebat, nec satellites: imo uerò nonnunquā etiam solus obibat, sicut quilibet è populo, propterea ille quidē dicit, Vidimus ipsum, & nō habuit spē, nec pulchritudinē, hic aūt, speciosus forma p̄ filijs hoium, significās gratiā, sapēitiā, doctrinā, miracula. Deide describēs eius pulchritudinem dicit, Diffusa est gratia in labijs tuis. Vides eum hæc dicere de humana ab eo susc epta natura. Quæ est autem hæc gratia? Per quā docuit, per quā

fecit miracula. Gratiam hic dicit, eam quę uenit ad carnem. Super quem, inquit, uideris spiritum descēdentem tanquam columbam, & manentem super ipsum, is est qui baptizat. Omnis enim gratia effusa est in illud templum. Non dat enim illi spiritum in mensura. Nos enim de eius plenitudine accepimus. Illud autem templum integram & uniuersam accepit gratiam. Hoc Esaias quoq; significans, dicebat. Requiescet super ipsum spiritus sapientiæ & intelligentiæ: spiritus consilij & uirtutis, spiritus scientiæ & pietatis. Spiritus timoris dei implebit ipsum. Sed illic quidē est integra & uniuersa gratia. In hominibus autem parum quid, & gutta ex illa gratia. Propterea nō dixit, Do spiritum, sed Effundam de spiritu meo sup omnem carnem. Hoc itaq; euenit. Omnis enim orbis terrarum accepit ex illo spiritu. Incepit enim donum à Palæstina. Processit autem in Aegyptum, in Phœniciam, Syriam, Ciliciam, Euphratem. Mesopotamiam, Cappadociam, Galatiā, Scythiā, Thraciā, Greciā, Galliā, Italiam, omnem Libyam, Europam, Asiam, in ipsum Oceanum. Quid longiori oratione opus est? Quantum terræ sol respicit, tantum peruasit hæc gratia, & hæc gutta ac stilla spiritus impleuit uniuersum orbem terrarum scientia. Per eam signa fiebāt, omnium peccata sol uebantur. Gratia tamen, quæ data est in tot regionibus, est aliqua tantū pars & arra doni. Dās enim, inquit, Apostolus, arrā spiritus in cordibus nostris. hoc est, partem operationis. Spiritus enim non diuiditur. Vide autem quantus sit fons. Alij enim per spiritum datur sermo sapiētiæ. Alii uerò sermo sciētiæ, secūdum eundem spiritum. Alii uerò fides. Alii autem gratiæ curationum. Alii uerò operationes potestatum in eodem spiritu. Alii autem prophetiæ. Alii uero discretiones spirituum. Alii autem genera linguarum. Tot gratias in tot gentibus, quæ in baptismo susc epta est, gratia in uniuersum terrarum orbem extendit. Hæc autem omnia facit stilla spiritus. Quòd enim stilla esset, declarauit cum dixit, Effundam de spiritu meo, & arram appellauit. Per hoc enim clarum est parum quid ex toto datū esse. Quocirca Ioannes quoque hoc ipsum significās, dicebat, Ex plenitudine eius nos omnes accepimus. Ex eo quod ut ita dixerim, super fluebat, ex eo quod redūdabat, ex eo quod super effundebatur, omnes accepimus. Considera ergo quàm sit omni ex parte sufficiens potestas spiritus, quæ uniuerso orbi terrarum tanto tempore sufficit, & neq; circūscribitur, nec consumitur, sed omnes quidem implet opibus & gratia: ipsa uerò minimè cōsumitur. Deinde quoniam nomen spiritus multa nomina complectitur. Nam & Angelus, & anima, & uentus hoc dicitur, & multa alia, subiūxit, De spiritu meo. Quemadmodum ergo hominis spiritui intercedit cum homine cognatio, ita etiam dei spiritui, sed ei nihilo secius manēti in propria hypostasi. Idq; Paulus significans, dicebat. Quis enim hominum nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita etiam quæ sunt dei nemo nouit, nisi spiritus dei, non confundens hypostases seu personas. Absit, sed nobilitatem spiritus significans. Quanta ergo est ipsius animæ cum seipsa cōsensio: tanta est spiritus cum patre cognatio. Quemadmodum ergo filius quoq; dicitur sermo aut uerbum, nec est tamen eiusmodi ut non subsistat, sed per id cognoscimus quæ sit eius cum patre cognatio: ita etiam spiritus dei, dicitur spiritus, nec tamen nō subsistit. Et quemadmodum quoniam est proprius ac germanus patris filius, propterea nobis largitur adoptionem filiorum: ita etiam spiritus, quoniam sua natura est dei subsistātiæ, dona nobis præbet in æternum. Nā homo quoq; quandoquidē natura homo est, propterea potest hominis pingere imaginem. *Propterea benedixit te deus in æternū.* Vides quomodo ex uehementi affectione ad ipsum orationem dirigit. Ea de causa alibi quoque nō simpliciter & absolute futura prædicit, sed præ se ferens figuram in tentati criminis. Vt quando dicit, Quare fremuerūt gētes, & populi meditati sunt inania? Ita etiam hic dicēs, Propterea benedixit te deus in æternum. Cū enim nec de eius ortu, nec educatione, nec de aliis quidquam dixisset, hic obiter de eo loquitur. Qua de re? Quòd omnia quidem dicere per ordinem ac consequentiam, est Euangelistarum, & ideo illa eis reseruauit, hoc enim erat officium illorum narrationis. Prophetiæ uerò munus est partes aliquas sumere, & de iis differere. Et ideo prophetę quoque hoc ubique faciunt. Nam pauca quædam quæ ad historiam pertinent iniicientes, & adumbrantes, recedunt. Et ideo hic quoque, Benedixit te deus, inquit, in æternum, sic dicens eius uerba fuisse plena tanta gratia. Considera ergo uirtutem gratiæ. Deambulabat quandoque propè mare, & inuenit Iacobum & Ioannem, & dicit eis. Venite post me, & faciam uos piscatores hominum. Illi uerò & patre & retibus relictis, eum statim secuti sunt. Deinde etiam cum alibi diceret omnibus Apostolis, Nunquid uos quoq; uultis recedere? dicit ei Petrus. Domine uerba uitæ æternæ habes, & nos credidimus, & cognouimus, quòd tu es Christus filius dei uiui, & ad quem abibimus? Quid dico discipulos? Ipsi Pharisæi, cum misissent ministros, audierunt eos dicentes, Nūquam homo sic locutus est, ut hic homo. Et alii rursus dicebant, Nūquam sic uisum est in Israel. Et mirabantur, inquit, quòd eos doceret, tanquàm habens potestatem, & non ut scribæ ipsorum & Pharisæi. Si uelis autem tu quoque scire gratiam, considera quanti sint ponderis & momenti eius præcepta, & uidebis eius potentiam. Nisi qs renunciauerit omnibus, & præterea animam suam odio habuerit, inquit, non est me dignus, sermo tamen tantum potuit ut in opus exiret, & reuera id fieret, tanta erat eius gratia. Quid est maiori nobiscum familiaritate ac necessitudine, coniunctum, quàm anima? Atqui ipsa quoque contemptui habita est propter illius iussum. Tu autē cum audis, Benedixit te deus, ne labaris, nec humile & abiectum quidpiam cogitaueris. Quemadmodū enim iam antè dixi, De carne loquitur, quæ habet labia, q̄ gratiā susc ipit q̄ susc ipit benedictionem. Deus.n. nec benedictione opus habet, nec gratia. Nā deus nullius rei indiget. Quemadmodum, enim inquit, Pater suscitat mortuos, & uiuificat, ita etiam quos uult filius uiuificat. Et rursus. Opera quæ ille facit, ea quoque facit filius similiter. Et rursus. Sicut cognoscit me pater, & ego quoque cognosco patrem. Illud enim, Sic, & similiter, & sicut, significant eum esse immutabilem, sed hic de humana natura quā susceperat agitur. Audimus autem ipsum quoque rursus dicentem, Propterea pater me diligit, quia

Universidad de Deusto Biblioteca

Ego pono animam meam pro ouibus. Nũquid eũ non diligebat antea? Quomodo ergo dixit, Hic est filius meus dilectus? Sed hoc posuit, uolens ostendere quantum & quàm præclarum ab eo fieret facinus. Sicut ergo illic in reddẽda ratione est causa aliqua, ita etiam hic quoque causa est manifesta. Hac enim de causa prius dixit, speciosus forma præ filijs hominum, &, Diffusa est gratia in labijs tuis, &, propterea benedixit te deus in æternũ, id susceptæ humanitati ascribens, ut quãdo rursus humanũ quid dicturus sit, & quod sit eius dignitate inferius, ne labaris, sed cognoscas de quonã loquatur. Ita etiã Iacob humanitatis susceptę consilium significans, dicebat. Pulchri eius oculi sicut uinum, & candidi eius dentes sicut lac. Diuinitas autẽ non habet dẽtes. Alius quoque propheta dicit, Percutiet terram uerbo oris sui, & spiritu labiorum tollet impium, eadem dicens cum Paulo dicente. Quem dominus consumet spiritu oris sui, & abolebit apparitione suæ præsentiæ. Ne tu ergo, cum hæc audieris, contemnas, ostendit tibi tres diuinitatis. Neque enim carnem diuidit à diuinitate, neque diuinitatẽ à carne, non substantias confundens. Absit, sed unionẽ ostendẽs. Propterea dicit, Benedixit te deus in æternum. Quis est autẽ modus benedictionis? Assistũt Angeli, Archangeli, throni, dominationes, principatus, potestates, laudibus celebrantes. Omnis terra, à finibus in fines, deum incarnatum canit, & laudibus afficit. Primus enim Adam repletus fuit exe-
cratione, hic autem contra, multa benedictione. Ille audit, Maledictus tu in operibus tuis, & qui eũ est consecutus. Et, Maledictus, qui facit opus dei negligenter Et, Maledictus, qui non permanet in oibus quæ scripta sunt in libro hoc. &, Maledictus, qpendet in ligno. Vides quot maledictiones. Ab his omnibus liberauit xps factus maledictum. Quem admodum enim seipsum humiliauit, ut te exaltaret: & mortuus est ut te redderet immortalem: ita etiam factus est maledictum, ut tu implereris benedictione. Quid potest cõferri cum hac benedictione? quãdo per maledictionem largitur benedictionem. Neque enim ipse opus habuit benedictione, sed eam tibi donat. Quemadmodum. n. quãdo dico eũ fuisse humiliatũ, nõ dico mutationẽ, sed humanæ susceptæ naturæ demissionẽ: Ita ẽt quando dixero eum esse benedictum, non hoc dico, quòd ei fuerit opus benedictione, sed rursus ostendo demissionem humanæ susceptæ naturæ. Benedicta fuit ergo humana natura. Christus enim à mortuis excitatus, non moritur amplius, nec est maledicto obnoxius, immo uero nec ante quidem erat obnoxius, sed susceptit maledictum, ut te ab eo liberaret. *Accingere gladio tuo super fœmur tuum potentissime.* Alius, cinge ensem tuum super fœmur. Alius, impone ueluti gladium tuum super fœmur. *Specie tua & pulchritudine tua.* Alius, laudem tuam & authoritatem tuam. Alius, gloria & decore tuo. Quænam est hæc mutatio, & quęnam uerborum translatio? Cũ enim de doctore loqueretur: hoc enim sibi uult illud, diffusa est gratia in labijs tuis, armatum regem nobis repente describit, nec ita ut locũ teneat prophetiæ sed ut locum supplicationis. Non dixit. n. Accinget gladium suum, sed rogat, & dicit, Accinge re gladio tuo: deinde huic etiam armaturæ admiscet pulchritudinem, nunc quidem grauis armaturæ militem significans, nunc uero uenustum hominem ac speciosum. Specie, enim inquit, tua & pulchritudine tua, deinde sagittarium. Sagittæ, enim inquit, tuæ acutæ potentissime. Et rursus uictorem & triumphatorem. Populi, inquit, sub te cadent in corde inimicorum regis? Porro autem eundem rursus inducit unguentis delibutum, qui est miles gratus armaturæ, & Rex, & sagittarius, & uictor. Myrrha, enim inquit, & gutta, & casia à uestimẽtis tuis. Quid ergo commune inter se habent arma & unguenta, gratia & gladius, doctrina & bellum, arcus & pulchritudo? Hæc enim sunt signa pacis illa uero prælij & instructæ aciei. Quis ergo est simul, & pacis amicus, & rei militari deditus, cui distillat unguentum, & armis est munitus? Qui procedit ex domibus eburneis, & hostes fundit innumerabiles, & maximam stragem facit? Quomodo soluemus hãc dubitationem, nisi rectè sciamus hæc quoque dici de patre? Nam ipse quoque propheta eum alibi armatum introducit, ut quando dicit, Nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrabit. Arcum suum tetẽdit, & parauit ipsum, & in eo parauit uasa mortis. Et rursus alibi, induet thoracem iustitiæ. Vide autem eundem quoque authoritatem. Quemadmodum enim illic dicit, gladiũ suum uibrabit, non ab alio iussus, sed ipse ex ẽ ipso, ita hic etiam, sagittæ, potentis acutæ, populi sub te cadent in corde inimicorũ regis. Deinde ostendens eum hæc omnia ex sua authoritate facere, dicit, Deducet te mirabiliter dextera tua. Non aliunde, inquit, operationem suscipis, sed ipse tibi ipsi sufficis. Audi autem ipsum quoque pacis deum dicentem discipulis, Nõ ueni pacem in terram mittere, sed gladium. Et rursus, Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi ut accendatur? Hic autem de eodem dicens, quomodo sit uenturus, dicit. Descendet sicut pluuia in uellus, & tanquàm gutta quæ distillat super terram. Hæc dico, ut attenti sitis & uigilantes, & quæ ex dictionibus significantur diligenter sumẽtes, soluatis apud uos dubitationem. Hæc enim nomina significant eius operationes. Ita ergo hic quoque cum audieris, Accingere gladio tuo super fœmur tuum potẽtissime, existima esse nomen eius operationis. Ita etiam arcus & sagittas. Quemadmodum enim scriptura dicit deum irasci, non perturbationem animi ei tribuens, sed per hanc dictionem, punientẽ eius operationem ostendens, & quæ sunt crassiora attingẽs ita id ipsum significat, arma dicens. Quia enim nõ per nos ipsos, sed per alia instrumenta punimur, uolens eius punientem ostendere facultatem, id per nomina nobis nota significauit, nõ ut arma ideo cogitemus, sed ut significantius & cum maiori emphasi eius punitionem audiamus. At multi, inquit, ex hoc loco læsi sunt, sed temere & à propria insciti. maxime enim cum deum audirent, debebant intelligere id dictum esse tropice & figurate. Nunc uero nec per alia quidem uerba neglexit scriptura docere deum esse impatibilem. Audi ergo quomodo alibi docet quàm sit ei facile sumere suppliciũ, dicẽs, Exurgat dominus, & dissipẽtur inimici eius. Nunquid opus est armis? Nunquid gladio? Sufficit, inquit, solum si exurrexerit. Sed hoc quoq; rursus est crassum, & ideo sæpe dicit, qui respicit super terram, & facit eam tremere. Et rursus, à facie eius commota est terra. Atqui hoc quoque est crassum. Audi

A ergo rursus id quod est sublimius. Omnia quæcunque uoluit fecit, ei enim solum uoluisse sufficit. Vide autem quomodo in his etiam crasioribus ostẽdit deum nullius rei egere. Neque enim prius armorum meminit, quã eum potentem uocauerit, & rursus cum arma enumerasset, omnem uictoriã eius dextræ adscripsit, hoc est, eius naturæ & potentiæ. Quod alius quoque propheta significans, dicebat, principatus eius super humerum eius, nõ ut humerum intelligas, absit, sed ut scias deum non egere aliorũ auxilio. Accingere gladio tuo super fœmur tuum potẽtissime, specie tua & pulchritudine tua. Quid hic igitur dicit? Per hæc crasiora nomina ostendit eius operationem, per quam orbem terrarũ rexit, per quam bellum confecit, & trophæum erexit. Erat enim bellum grauissimum, & omniũ bellorum acerbissimum, in quo non barbari bellum gerebant, sed dæmones tendebant insidias, & uniuerso orbi terrarum afferebant exitium. Quocirca Esaias quoque dicebat, Et fortium diuidet spolia. Et rursus, spiritus domini sup me, qua de causa unxit me, ad euangelizandum pauperibus misit me, ad prædicandam captiuis remissionem. Quamobrem Paulus ubique in principio epistolarum scribens dicebat, gratia uobis & pax à deo patre nostro. Et rursus, ipse enim est pax nostra, q fecit utraque unum. Ne autem dum audis, Accingere gladio tuo, ensem intelligas sensilem, audi quæ sequũtur, cum enim dixisset, cinge te gladio, subiunxit, Specie tua & pulchritudine tua, hoc est gladius, species eius, pulchritudo, & authoritas, gloria, maiestas, & magnificentia. Nullius enim illa indiget, substantia ad ea rectè gerenda quæ fuerint proposita, est enim nullius indiga. Eum ergo adhortatur prophe ta, pro uniuerso orbe terrarum eũ ad bellum educens. Deinde à sublimibus orationem rursus dedu cit ad crasiora, Cùm enim dixisset gladium & fœmur, ascendit ad speciem & pulchritudinem, & illinc rursus descendit ad ea quæ sunt magis corporea & dicit. *Intende, prospere procede, & regna.* Cum autem dixit, intende, arcum significauit & sagittã.

C Deinde ostendens rursus eum armis non egere, subiunxit, prospere procede, & regna. Alius interpres dicit, promoue. Regnum autem hic dicit, quod administrauit extremis temporibus ascisendo in familiaritatem & scientiam. Hæc autem uerba indicant prophetæ desiderium uidentis iam quę erant ab eo facienda, & uniuersum orbem terræ, qui deducebatur ad ueritatem, & ideo tropo usus est, nẽpe præcipiente & exhortante figura dictionis. Consueuerunt enim minores, quando sunt acri maiorum inflammati studio, his uti dictionibus. *Propter ueritatem, & mansuetudinem, & iustitiam.* Aduerbio ueritatis utitur. Vides quomodo seipsam interpretatur scriptura, & ostendit uictoriam uersari in intelligentia, & esse spiritalem. Qui enim meminit armorum, gladij, & arcuum, quomodo hic meminit mansuetudinis? Quid enim commune inter se habent bellum & mansuetudo, pugna & clemẽtia? Permultum qdem certè, si quis recte expenderit. Nã & Dauid & Moses erant mites. Et ideo de illo quidem dicit scriptura. Memẽto domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius: de Mose autem, erat Moses mitissimus omnium hominum qui erant super terram, & tamen uidentur ij qui erant omnium mitissimi, omniũ maxime ulcisci, sed si uultis, dicamus prius de eorum mansuetudine, cũ hic beatus cepisset sæpe Saulem, & esset in eius potestate eũ de medio tollere, manum in eum non immisit, quinetiã cum alij ipsum incitarent, ei pepercit, & iram repressit. Iam uerò cùm Semei eum contumelia afficeret, & eius calamitati tunc insultaret, uellẽntque duces transire, & maledicum hominem probris eiusmodi insectantem interimere, dicit uerba plena omni sapientia. Illum quoque parricidam & incontinentem adolescentem, quomodo suis commendat dicibus, dicens, parcite filiolo meo Absaloni? Quando autem in principio loquebatur cum fratribus ei inuidentibus propter futuram uictoriam, cogitaquàm mansuete loquitur, decens, Nunquid nõ uerbum est? Quid uero Moses pro ijs qui eum lapidibus petierant, pro ijs qui eum, quod in eis erat, de medio sustulerant, audi quid dicat, si peccatum qdem eis dimittis, dimitte, sin minus, me quoque de le de libro quem scripsisti. Cũ alij rursus eum mouerent ad æmulationem, & incitarent ad iram, pulchra illa & sapiẽtię plena uerba locutus est, dicens, Quis dederit ut totus populus domini prophetet? Pro sorore autem rursus, quæ eum maledictis incesserat, quàm suppliciter precatur? Ex multis quoque alijs locis uideri potest eius mansuetudo, quando etiam in Palestinam igredi prohibitus, cum omni comitate & mansuetudine Iudæos alloquitur, sed tamen hic mitis, ut Dathan, Abirõ, & Core, eum in sacerdotiũ inuasissent, à terra absorberentur, & alij exurerentur, quandoquidem ignem alienum obtulerant equum existimauit. Dauid quoque ille mansuetus, & Goliath prostrauit, & exercitum fugauit, & retulit uictoriam, hoc est enim uel maxime mansueti, suas quidem iniurias remittere, eos autem quibus fit iniuria defendere, quẽadmodum Christus quoque fecit. Cum enim in crucem ascendisset, dicebat, pater, ignosce eis, nesciunt enim quid faciũt. Et Hierusalem rursus deflens, dicebat, quoties uolui congregare filios uestros, & noluistis, ecce relinquitur domus uestra deserta. Et cum impactus esset ei colaphus, non colaphum cõtra impingit, sed ei qui impegerat respondet, & cum appellaretur dęmoniacus, eijciebat dæmones, & cũ uocaretur planus, & impius, & dei aduersarius, in regnum suum ducebat. Discipulis quoq; iusit ut ubiq; flagellarentur, persecutionem paterentur, expellerentur, minoremq; & inferiorem locũ deligerent. Qui enim uult in uobis esse primus, sit uester minister. Domesticũ autem subiunxit exemplum, dicens, sicut filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. Quòd si expellit dæmones, & cum diabolo bellum gerit, & errorem tollit de medio, hoc quoque est maximæ mansuetudinis, omne quidem uitium abolere, eos autem qui ab illo detinentur liberare, insidiantes dæmones coercere, & qui ab eis probris affecti fuerint, à malis eripere. Quid est autem, propter ueritatem, & mansuetudinem, & iustitiam tuã? Dixit bellum, dixit instructam aciem, ostendit armatum militem, dicit deinceps quæ pulchra & præclara in regno suo gesserit, gentis trophæi, conditionem naturam uictoriæ. Alij enim omnes homines regnãtes, uel pro ciuitatibus, uel opibus, uel inimicitijs, uel uanagloria bellum gerunt. Ipse autem propter nul

Psal. 13. Sap. 12. Esa. 9. Esa. 13. Esa. 61. B Eph. 2. Exod. 15. Psal. 7. Sap. 5. Mat. 10. Luc. 12. Psal. 76. M Psal. 64 Psa. 103. Psal. 17. 1. Re. 24. 26. 2. Re. 16. 2. Re. 18. Re. 1. 17. Exod. 17. Exod. 32 E Nu. 11. Nu. 12. Num. 16. 1. Reg. 17 Luc. 23. F Io. 18. Io. 7. Mat 4. 8 12. 15. Marc. 1. E Luc. 4 8 9. 11. Mat. 5 Luc. 21 Io. 15. Matt. 20 Marc. 10

Glum eorum,sed propter ueritatem, ut eam plantet in terra,& propter mansuetudinem, ut qui sunt feris immaniores,mansuetos efficiat, & propter iustitiam,ut in quos tyrannidem exercet iniquitas, eos iustos faciat,primum quidem ex gratia,deinde ex recte factis. *Et deducet te mirabiliter dextera tua.* Alius,& illuminabit te super terribilia dextera tua. Alius,& ostendet tibi terribilia dextera tua.Vidisti quomodo rursus nobis aperuit dignitatem eius q hæc præclara facit.Quemadmodum enim cum superius dixisset arma & gladium,ascendit ad speciē ac pulchritudinem, & ad in corporeas intelligentias deduxit auditorem:ita cùm rursus descēdisset ad id quod est crasius,nēpe arcus & sagittas,paulatim rursus erigit auditorem,belli causas referens, ueritatem,mansuetudinem,& iustitiam.Deinde rursus modum quoque.Quisnam autem est is?Et ducet te,inquit,mirabiliter dextra tua. Quod autem, dicit,tale est.Ipsa sibiipsi natura sufficit.Ipsa sibiipsi sufficit potentia, ad uidendum quæ sunt agēda, H & finem eis imponēdum. Rectè autem dixit alius, terribilia dextera tua,sunt enim ualde terribilia,& 1. Cor.11 horrore plena quæ gesit,mors deleta est, perfracti Hebr. 2. sunt inferi, paradisus fuit apertus, cœlum patuit, Actо. 2. obstructa sunt ora dæmonibus, inferna cū super- Hebr. 9. nis commixta sunt.Deus homo factus est,homo sedit in throno regio,apta est spes resurrectionis,immortales expectationes,ineffabilium bonorū usus fructus,& alia quæcunq; per suum aduentum pulchre & præclare gesit,& ideo dixit,ostēdet tibi terribilia dextera tua,ostendens sibi ipsi sufficere naturam & potentiam ad ea inuenienda & perficienda quæ fuerant proposita, septuaginta autem dicunt,deducet te mirabiliter dextera tua,hoc est nō solum mirari oportet quòd res pulchras & præclaras gesserit,sed quòd eas præter hominum expecta Hebr. 2. tionem & opinionem gesserit,per mortem.n.mors Or.9. deleta est,per maledictum maledictum sublatum 1.Cor. 15. est,& data benedictio,per esum nuper electi fuera- Galat. 3. mus,per esum rursus introducti fuimus.Virgo nos Gene.3. paradiso expulit,per uirginem uitam æternam in- Io.6. I uenimus,per quæ condemnati sumus,p ea fuimus Gene. 2 coronati.Hæc ergo animo agitans propheta, dice- Matt.1. bat,Deducet te mirabiliter dextera tua, nunquid Luc.1. opus est armis?Nunquid gladio? nunquid arcu & sagittis? Vidisti quomodo ipsa natura, ipsa potentia,est sibiipsi sufficiens. Sed uide eum,tanquā saltatorem optimum, à rursus à sublimibus descende re ad crasiora. *Sagittæ tuæ*,inquit,*acutæ potentissime. Populi sub te cadent in corde inimicorum regis*. Alius,In corde inimici regis.Vide rursus quādo meminit sagittarum, quomodo potentis uerbum accepit, ut scias eum non egere sagittis, sed ipsum sibiipsi sufficere.Hæc est autem consequentia seu cotextus.Sagittæ tuæ acutæ,potens, in corde inimicorum Regis.Illud autem, populi sub te cadent,in medio interponitur.Hic ergo mihi esse uidetur duplex exposition. Vel.n.dicit Iudaicam captiuitatē, & ciuitatis euersionem & interitū. Vel per anagogen uim uerbi uocat sagittas. Quibusuis enim sagittis uelocius pernasit orbem terrarum, & eorum qui prius erant inimici cor tetigit,nō ut interficeret,sed ut ad se attraheret. Actо. 9. Quod etiam in Paulo usuenit. Nō enim aberrauerit quispiam, si dixerit illud uerbum sagittam, quod è cœlis emissum tetigit, cor eius q prius erat inimicus,& amicum reddidit.Populi sub te cadent. Vidisti quā rectè bellum gestum sit,quomodo reconciliati fuerint qui prius erāt seditiosi, quomodo docti,quomodo initiati. Ipse enim casus, & esse sub illo, est omnibus fundamentū & radix altitudinis. Cùm eos enim liberasset ab arrogantia,& ab inani fastu & gloria,& ab errore dęmonum,eos sibiipsi subiunxit. Ita etiam alius propheta eū ostē dit cruentatum,cum sic dicit, Quis hic est qui ue- Es.63. nit ex Edom? rubedo uestimentorū eius ex Bosor? Nusquam illic arma,arcus,& sagittę.Sed uestes,uerbum quidem paulo crasius, sed eo tamē subtilius & tamen illic quoque in ea crasitudine erigit sensim orationem ad res incorporeas.Quoniam enim rogat propheta undenam rubræ uestes,dicit,Torcular calcaui solus,& ostendens uictorię facilitatē, & quòd nullum habuerit qui ei opem ferret, sed ipse sibiipsi suffecerit.Quemadmodum enim hic dicit,Deducet te mirabiliter dextera tua:ita etiā illic, Sap.12. Torcular calcaui solus. Quemadmodum enim facile est ei q ingreditur torcular calcare botros: ita L etiam deo facere quæ uoluerit, imò uerò ne sic quidem,sed longè facilius. *Sedes tua deus in sæculum sæculi. Virga directionis, uirga regni tui. Dilexisti iustitiam,et odisti iniquitatem. Propterea unxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Alius,Thronus tuus,deus æternus,& ultra. Hebræus autem dicit illud, deus deus tuus אלהים עולם elohim olam. Quid hic dixerit Iudæus?De quonam enim hæc dicuntur? Quid uerò Hæreticus?Si dixerit enim dici de patre,Sedes tua deus in sęculum sæculi, quomodo ei cōueniet qđ deinceps sequitur? Propterea unxit te deus deus tuus.Neque enim pater est Christus,neque ipse unctus est. Vnde clarum est eum loqui de unigenito, de quo prius quoque dictum est, de quo dixit etiā Esaias,Et eius regni non erit finis.Sed illud quæsie Es.9. rit fortasse quispiam, cur nunc loquitur de diuinitate,cū de humanæ naturæ susceptione antea uerba fecerit? Quoniā idipsum quoq; facit Matthæus. A carne enim incipit,& ita exorditur. Liber generationis Iesu Christi.Similiter etiam Lucas & Marcus. Ioannes autem solus,aliter. Cùm enim prius dixisset de diuinitate, In principio erat uerbū, & uerbū M erat apud deum,& deus erat uerbum, & de ea multum disseruisset, tunc dixit, Et uerbum caro factū est,& habitauit in nobis. Quod si secus ac alij,Euāgelij scriptione usus est, sic quoque magnam inter ipsos ostendit cōsensionem.Et quomodo, inquit, fuerit rationi consentaneū, ut sit in eo quod est cōtrarium consensio? An nescis quod comedere repugnat ei quod est,Non comedere,& bibere, ei quod est,non bibere,& dare, ei quod est non dare? sæpe autem medicus quoque multa facit eiusmodi,non secum pugnans,sed sibi ualde consentiens. Vnum enim sibi finem proponit, egroti sanitatem. Hocipsum etiam usuuenit in Euāgelistis.Nam æstas quoque est hyemi contraria, unum tamen habet finē, perfectionem & maturitatem fructuum. Iam uerò uniuersus quoque mundus constat ex contrariis. Quin etiam Christus quoque uia Ioanni contraria Luc.7. ingressus est.Ille enim comedebat:Hic uerò nō comedebat.Venit enim inquit,Ioannes, neque comedens,neque bibens,& dicunt, dæmonium habet. Venit filius hominis bibens & comedens,& dicūt, Ecce homo uorax,& uinipotor.Sed etsi erant quę

fiebant

A fiebant contraria, unum tamen finem respiciebāt, Matt.13. nempe eorum qui sagena erant capiendi salutē. Ita etiam hic ordo diuinitatis & humanæ susceptæ naturæ, etsi secus ac ab alijs, ab Ioanne introductus est,id tamen eis ualde conuenienter factum est. Et 2.Cor.3 quomodo?Dico ego,quòd in principio quidē, cū sermo nondum esset disseminatus, consentaneum erat uersari in explicanda humanitate, & de carne doctrinam aperire, à crasioribus & sensilibus ducentes exordium, sed postquam introducta fuerat scientia,& prædicationem iam susceperant, erat de inceps tempus opportunum ab alto in choandi. Quamobrē prophetæ quoque,siquando de eo diserunt, ab humanæ naturæ susceptione incipiunt, & exordiū ducunt. Vide itaq; quomodo Michæas Mich.5. ab infimo orditur.Et tu Bethlee terra Iuda, nequaquam es minima in principibus Iuda. Ex te.n.mihi egredietur dux, qui pascet populum meū Israel. Atqui non erat diuinitas ex Bethleem, sed caro,sed non permansit in hoc solo, sed ad diuinitatem etiā B ascendit,dicēs.Et egressus eius ab initio ex diebus Es.7. sæculi.Et rursus Esaias. Ecce uirgo in utero concipiet,& pariet filiū,& uocabunt nomen eius Emmanuel,quod est interpretatum,Nobiscū deus. Vides quomodo is quoque à carne ascendit ad diuinitatem?Et rursus alibi cōsidera hoc ipsum ab eo fuisse factū. Dicit enim. Puellus natus est nobis filius, Es.9. & datus est nobis,& uocatur nomē eius magni cōsilij Angelus,admirabilis consiliarius, deus fortis, potēs,princeps pacis,pater futuri sęculi.Vides quomodo rursus à puero carnis q; susceptione, ueluti p quosdam gradus ascendens,sistit in diuinitate. Ita etiam pater eius cognitus est primum ex creaturis. Rom.1. Inuisibilia enim eius,inq; Paulus,à creatione mundi operibus intellecta conspiciuntur. Et ideo ipse quoque seipsum sæpe effingit in specie sensili, paulatim euehens humanum genus ad intelligentias incorporeas. Et qd miraris si in dogmatibus hoc consilio & hac œconomia usus sit, cùm in præceptis & mandatis hoc ipsum faciat? Quocirca propheta quoq; sic hoc in loco oratione usus est, à car C ne ad diuinitatem ascendens. Labia enim sunt carnis,& à diuinitate rursus ad carnē ascendens, & ua rietate orationis utens ad salutem catechumenorum. Sedes tua deus in sæculum sæculi. Sedem hic non solummodo sedem,sed regnum significat.Hic ergo eam dicit æternam, alibi autem etiam altam. Es.6. Vidi,enim inquit,dominum sedentem super thronum excelsum. Et rursus, Quoniam alta sedes tua. Alius quoque Propheta uidet eum sedentem super Dan.7. thronum gloriæ.Dauid autem ostēdit etiam thronum humanitatis,Misericordia enim, inquit,& iudicium bonū opus sedis tuę.Hęc omnia de eius regno dicta sunt,quòd scilicet fine careat: hoc enim est,In sęculum sęculi,quòd gloriosum, quòd excelsum,quòd potens & ualidum. Rursus quòd sit expers principij, quando dicit,Regnum tuum,regnū Psa.88. omnium sęculorum. Quemadmodum autē thronus est regni signum:ita etiam uirga,& regni,& iu- Psa.144. risdictionis.Et ideo dicit,Virga directiōis,uirga regni tui.Purum enim illic,est quòd iustum est, purū est quòd est rectum,nihil illic adumbratū. Audiāt qui insaniunt,& sunt emotę mētis,imo uerò q sunt eis deteriores. Quinam autem sunt hi? Qui diuinā prouidentiam reprehendunt,& dicunt,Cur hoc & illud sic factum est? Qūo.n.non absurdum, ut qui D fabro qdem assidet,& ligna frangentem & secantē contemplatur, ab eo rationem non exigat? & duus medicus scindit & urit carnē,& in domucula ęgrotum icludit,& fame excruciat, nec ullus adstantiū, nec ipse q laborat,de ijs quę fiunt, curiosē inuestigat?& dum gubernator tendit funem, uelúmq; & intendit,& rursus remittit,et nauis parietem inundat,nemo sit curiosus, nec in uno quoque horum opificū inqrat & scisitetur,sed taceat & gescat,quāuis ij in arte sæpe peccēt? de ineffabili aūt sapiētia, benignitate ineffabili,infinita & interminata cura ac prouidentia,curiosē indagetur?Quātę hæc sunt infaniæ.Et opem quidem ferre,uel pecunias eroga re pro ijs quibus fit iniuria,& sunt pauperes,non facile inueniuntur qui uelint, perpetuo autem inquirunt,cur hic pauper,cur ille mendicus, & cur alter sit diues,serue nequam & stolide, cur non oculos demittis,& teipsum condēnas?& frēno linguę iniecto,mentem tuam reprimis?& mittens de tantis rebus curiosē inquirere,hanc anxiam indagationem E in tuam uitam conuertis?Respice ea quæ feciſti,respice mare peccatorū,& si es curiosus & anxius inquisitor,exige à teipso rationem uerborū quę male dixisti,& rerum quas male feciſti, nūc autem tui quidem ipsius prætermissa examinatione,licet hęc quidem socordia supplicium afferat, curiosa autē in dagatio salutem,sedes deum in ius uocans, tuis peccatis alia adijciens.Non audis prophetam ei dicentem,uirga directionis,uirga regni tui?Et rursus alius,iudicium eius,inquit,tauū lux exibit. Quòd Soph.3. si non nosti omnia quę sunt tui domini,propterea eum gloria affice,propterea eū maxime adora,propter ineffabilem eius maiestatem, propter incomprehensibilem eius prouidentiam,propter uariam ac sapientem eius curationem,Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem.Postquam superius dixit præclara eius facta,uictorias,trophæa, salutē orbis terrarum,quòd eam ueritate repleuit,quòd māsuetudine,quòd iustitia,ostendens fuisse rationi consentaneum ut hæc fierent,loquitur deinceps de dignitate eius qui illa fecit,monstrans eum fuisse deum, F regem,sine carentem,incorruptum iudicem,iustorum amatorem,malis insensum,quoniam,enim inquit,est eiusmodi,propterea talia ab eo facta sunt. Nemo ergo de his dubitet. Qui ea enim fecit,ea fecit,cum & posset & uellet,postquam dixit quę sunt alta de diuinitate,reuertitur ad loquendum de carne,& dicit,Propterea unxit te deus deus tuus, propterea quòd in ijs quæ dicta sunt te rectè gesseris, iniquitatem eieceris, iustitiam plantaueris, & quæ feciſti feceris.Tu autem ne conturberis,dum audis quòd hæc patri attribuat. Non enim id facit,ut eū priuet rectè factis,sed ut ea quæ sunt filij,patri adscribat,qui ea etiam quæ sunt patris,sua esse dicit. Omnia enim, inquit,mea tua sunt.Nam de resurrectione quoque Paulus quidem disserēs,dicit, deus ipsum susciteuit à mortuis.Ioannes autem, soluite templum hoc,& in tribus diebus excitabo ipsum, Io.17. quid est autem oleum lętitiæ?Atqui Christus nus- 1.Cor.6. quā unctus est oleo,sed spiritu sancto.Et ideo adiecit,præ consortibus tuis,hoc ipsum significās neminem ita unctum fuisse ut ipse.Multi enim fuerūt ante ipsum Christi,id est,uncti,sed nemo sic, sicut Io.2. etiam agni multi,sed hic eximius,& multi filij, sed

ipſe unigenitus,ſunt enim omnia eius eximia, non ea ſolum quæ pertinent ad diuinitatem, ſed.ea etiã quæ ad humanitatem.Nemo enim unctus eſt tali ſpiritu,ſi id autem appellat oleum,ne mireris,Nam cum ſit propheta,loquitur paulo obſcurius,& magis ænigmaticè.Recte autem dixit,Exultationis,ut oſtenderet id eſſe lętitiæ.Fructʼenim ſpiritus eſt dilectio,gaudium,pax.Alius autem dicit,oleo uenuſtatis.Hebræus autem, שמשון Saſon, hoc eſt,elegantiæ,gloriæ,ornamenti,ſin autẽ ſit lætitiæ,id quoq; uerum eſt.Quemadmodum ergo cũ audiuiſti gladium,gladium non intelligis, & cum arcum & ſagittas,non arcus & ſagittas, ſed eus operationem q̃ hęc facit,ut iam ante dixi:ita cum oleum audieris, ne oleum ſolum arbitrare.ſed unctionẽ intellige. Oleum enim erat ſignum ſpiritus, res autem principalis & neceſſaria,erat ſpiritus. Cum hoc ergo ita ſe habeat,ne dubita eum uocare Chriſtum,nã Abraham quoq; appellabatur Chriſtus,& prophetę, ſed non omnes oleo uncti ſunt.Quemadmodum cum dicit,Nolite tangere Chriſtos meos,& in prophetis meis nolite malignari. Quando autem unctus eſt Chriſtus?Quando tanquam in columbę ſpecie ſpiritus ſuper eum uenit.Participes autem aut conſortes hic uocat omnes ſpiritales,quemadmodum Ioãnes dicit, Nos eos ex plenitudine eius accepimus de ipſo autem,nõ ad menſuram dat ſpiritum deus. Et rurſus.Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem,illic autem non ex ſpiritu, ſed totus uenit ſpiritus,& ideo dixit,non ad menſura dat deus ſpiritum. *Myrrha & gutta & caſia à ueſtimentis tuis.* Alius,in ueſtimentum tuum.Alius,in omnes ueſtes tuas.Nonnulli quidem dicunt prophetam per hæc ſignificare ſepulturam. Alius autem, diuerſitatem unctionis.Neq; enim fiebat olim unctio ex his unguentis,ſed ex alijs,& ut ſcias hunc fuiſſe olim aliũ modum unctionis,per differentiam materiarum,ſignificauit differentiam operationis,Illud autem,A ueſtimentis tuis,oſtendit eius quoque ueſtes fuiſſe plenas gratia.Quę itaque ſanguinis profluuio laborabat,ſanguinis riuos repreſsit, cum ueſtis fimbriã attigiſſet,ſiue hoc ergo,ſiue illud ſit accipiendum, nulla prohibet ratio,ſunt enim à me utraq; admittenda.Quemadmodum ergo(nihil enim prohibet eadem rurſus dicere)cum arcum & gladiũ audis, & quæ ſunt eiuſmodi,nõ ea audis ſenſiliter:ita nec cum myrrham nec caſiam audiueris, ea ſenſiliter intelliges,ſed ad intelligentiã referes. A *domibus eburneis,ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.* Alius,A templis eburneis,unde delectauerunt te in te honorãdo.Alius,In glorioſis tuis. Poſtquam dixit quæ rectè geſsit,dicit etiam honorem qui præclara eius facta conſecutus eſt, nempe quòd in pretioſiſsimis templis ſit adorãdus. Antiquitus enim hęc materia erat p̃tioſiſsima, & magno ſtudio conquirebatur,nempe eburnea. Vnde et dicebat alius propheta,Væ q̃ dormitis in lectis eburneis. Et rurſus oſtendit quòd prædicatio non peruenieret ſolũmodo ad priuatos, ſed reges etiam ſubijciet, qui ei ædes magnificas extruent. Hæc iam uidentur re ipſa fieri. Volens enim propheta oſtendere uim prædicationis,dicit quomodo ceperit, quomodo ſubiunxerit mulieres,uiros,priuatos, diuites,eos ipſos quibus erant redimita capita diadematibus, & eorum uxores,ut templa deo ubique excitarent.Dein de quoniam deinceps.ad hæc dicẽda digreſſus eſt, de his fuſius dicere exorditur,eos qui illum colũt, & qui ei ſupplicant deſcribens, & cum oſtendiſſet quomodo populi ſub eo cadunt, quomodo cor ipſorũ tetigit,quomodo inimicos ſuperauit, quomodo eum deduxit dextera, quomodo ueritatem mã ſuetudinem & iuſtitiam plantauit, rurſus quoque metaphorice oratione uſus eſt, ueluti in imagine ac ſimilitudine eccleſiam deſcribens,& quę poſtea dixerunt Apoſtoli,hic quidẽ dicens,Deſpondi uos uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto:ille uerò,Qui habet ſponſam, ſponſus eſt:Alius uerò,Simile eſt regnũ cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo,ea hic quoque prædicit, introducẽs ſimul ſponſam & reginam,& ideo dicit. *Aſtitit regina dextris tuis.* Alius,ſtabilita eſt, hoc eſt firmiter ſtetit,ſtetit immobiliter.Quod alibi dicit xp̃s, Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.Vidiſtis inſignem honorem,uidiſti ſummam dignitatem, quæ conculcata, & quæ in infimum locum deturbata fuerat,in quantam extulerit altitudinem, ut ei aſsiſteret.Cognouiſti, quæ erat captiua,alienata,meretrix, ſcelerata & execranda, ad quantam dignitatẽ aſcenderit. Cum miniſtratorijs poteſtatibus adſtitit.Filius enim,ut q̃ ſit honore æqualis, ſedet à dextris,ipſa uerò ſtetit.Quanuis enim ſit regina,eſt tamen creatæ ſubſtantiæ. Quomodo ergo dicit Paulus, Conreſuſcitauit & conſidere nos fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu? Sed attende quàm exactè loquatur.Non dixit ſolummodo, Conreſuſcitauit & conſidere fecit:ſed,In Chriſto,hoc eſt,per Chriſtũ. Quoniam, enim inquit,caput noſtrũ eſt ſupra:nos autem corpus, cùm ſuperius ſedeat noſtrũ caput, nos quoq; honoris participes fuimus, & ſtetimus. *In ueſtitu deaurato,circundata uarietate.* Alius,In diademate auri ex Ophir. Quemadmodum in rege non arcus & ſagittas intelligimus, ita nec in ſponſa ueſtes intellige,ſed per ea quæ ſunt ſenſilia,accipe intelligentias quæ deo conueniant.Nequis enim tale quid ſuſpicetur,ſubiunxit dicens,Omnis gloria filiæ regis ab intus.Atqui ueſtes ſunt omnium maximè extrinſecus,& propter eos qui uident. Sed hoc ita ſe habet, quando ſunt res corporeæ.Sed quãdo agitur de rebus ſpiritalibus,conuerte intro mentis oculos.Hanc ueſtem rex texuit, eaq; illã per baptiſmum induit.Quotquot enim,inquit, in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtũ induiſtis. Antea enim erat nuda,turpis & inhoneſta, expoſita omnibus q̃ trãſibant per uiam.Ex quo autem illam ueſtẽ induit, euecta eſt ad illam altitudinem, & ut à dextris ſtaret digna fuit habita. Pulchrè autem ipſam quoq; deſcribit uarietatẽ. Non cõſtat enim ueſtis ex uno tantum genere. Neque enim licet ſeruari tãtummodo ex gratia.Sed fide quoque opus eſt,& poſt fidẽ, uirtute.Nunc autem nõ agitur de ueſtibus. Neque enim ſpiritus tantum in eo ſtudium ponebat,ut aureas ueſtes mulieris deſcriberet. Si enim mulieres q̃ ſe exornant reprehendit Eſaias, & ubique expulſæ ſunt delitiæ: quomodo hic ornatam mulierem laudauerit?*Audi filia,& uide,& inclina aurem tuam,et domum patris tui. Et concupiſcet rex decorem tuum.* Alius, ut concupiſcat. *Quoniam ipſe eſt dominus tuus.* Alius, Ipſe.n.eſt dominus tuus. Et *adorabunt ipſum.* Alius,, Et adorabis ipſum. Et *filia tyri in muneribus.* Alius,Filia autem ualida dona feret. *Vultum tuum deprecabũ-*

tur omnes diuites plebis. Vides quomodo nihil eſt ſenſile,quomodo nihil corporeum, ſed referũtur oĩa ad intelligentiam.Quomodo enim ſponſa eſt eiuſdem filia? Quomodo autem filia ſponſa? In rebus quidem corporeis hæc non inſunt, ſed hoc quidẽ aliud, & illud aliud. In deo autem inſunt utraque. Ipſe enim & ipſam regenerauit per baptiſmũ, & ipſe quoque eam deſpodit.Audi filia,& uide. Duo ei præbuit,& doctrinam, quæ per uerba traditur, & uiſum,qui & per miracula, & per fidem ſuſcipitur, & hæc quidem dedit:illa uerò pollicitus eſt. Audi ergo uerba mea, uide mea miracula,& mea opera, & meas ſer admonitiones.Vide aũt quale det prius præceptũ.Obliuiſcere populi tui, & domus patris tui.Quia enim eam deſpondit ex gentibus, hoc ei prius præcipit, ut illam conſuetudinem ex animo deleat,e memoria eximat, à mente eijciat,non ſolũ ea fugiendo,ſed ne eorum quidem recordando. Et obliuiſcere populi tui,& domus patris tui. Quãdo autem dicit & populum & domum, intelligit omnia quæ illic ab eis fiunt, & quod ad uitã, & quod ad dogmata decretaque pertinet.Et cõcupiſcet rex decorem tuum.Vides eum non loqui de pulchritudine corporis,ſi enim hæc feceris,tunc, inquit,eris pulchra.Hæc enim nõ facit pulchritudo corporea. Atqui inter infideles uidemus corpoream pulchritudinem,& ex gentibus formoſas mulieres, ſed ut ſcias eum non loqui de pulchritudine corporis, eã dicit conſtitui ex eius obedientia, obedientia autẽ non cõſtitui pulchritudinem corporis,ſed animę. Si hæc,inquit,feceris,tunc eris pulchra,tũc eris ſpõſo grata & amabilis.Quoniã ipſe eſt dominꝰ tuus. En pater,qui & ſponſus & dominus apparuit,quoniam enim iuſsit ut à parentibus recederet, populi obliuiſceretur,conſuetudinem expelleret, oſtendit maximam & iuſtiſsimam eſſe cauſam cur ea præciperet,magnamq; eſſe rationis conſequentiam, idq; debere fieri,ſi enim idem pater tuus, idem ſpõſus, & idem dominus: æquum eſt ut ab illis omnibus te ſeiungas,& teipſam illi dedices.Nõ dixit autem, Quoniam ipſe eſt pater tuus,ſed, Quoniam ipſe eſt dominus tuus,ut ea ratione eã maxime feriat,quoniam qui eſt dominus & pater tuus, uoluit quoq; ſpõſus fieri.Immo uero illud ipſum quoque, factũ eſſe dominum,ſummæ eſt benignitatis & clementiæ,ut quæ erat ſerua dæmonum, & cõculcabatur ab ertore,eam ſuam eſſe uellet, non ſolum autem ancillam,ſed filiam fecit,& ſpõſam.Obliuiſcere populi tui,& domus patris tui,nõ uenis enim ad alienum quempiam,ſed ad eum qui te fecit, & eſt omnibus illis tibi propinquior,& de te eſt ſolicitus, tuique curam gerit.Ipſe enim eſt dominus tuus & pater,& ipſe omnia tibi dedit. Et adorabunt eum, & filia Tyri in muneribus.Quænam eſt hęc conſequentia? Vel optima,eſt enim optimum genus adhortationis.Accede,inquit, ſunt enim maximæ eiꝰ tires,& omnes ei obedient, mittens autem prophetа dicere orbem terrarum,dicit propinquam ciuitatem,quæ morbo impietatis tũc maxime laborabat,& erat arx diaboli,& de cuius opibꝰ & magnificentia fama erat maxima,ex parte totum ſignificans.Mihi autem uidetur omnem impietatem & luxuriã ſic uocare,ſcit enim mores ex urbibus exprimere,ut quando dicit,audite uerbũ domini principes Sodomorum. Audite legem dei ueſtri, populus Gomorræ.Atqui alloquebatur Iudęos, ſed quoniam ea faciebant,quę fiebant à Sodomitis, eos appellat à nomine Sodomorũ.Et quid miraris, ſi eos ſic appellat ex patria,cum eis quoq; det patres eiuſmodi?Dicẽs.Pater tuus eſt Amorręus, & mater tua Chettæa.Et ne hic quidem ſiſtit eorum accuſationem,ſed etiam ad feras uſq; deducit orationem, in nouo quidẽ ſic dicens ſcriptura. Serpentes,genimina uiperarum.Et rurſus in ueteri. Ouæ aſpidũ rupe runt,& telam aranęæ texunt.Et alibi,nunquid nõ ſicut filij Aethiopum uos eſtis mihi?Ita hic etiã eos qui impie & libidinoſe uixerunt,Tyrios appellauit ſed etiam eos,inquit,ſuperabo,& in eos dominatũ obtinebo,& ita obtinebo,ut ipſi me adorent,& nõ ſolummodo adorent,ſed munera etiã & primitias offerant,quod eſt maximum genus adorationis,& ſignum ſummæ obedientiæ.Vultum tuum deprecabuntur diuites plebis.Quid eſt,deprecabuntur? Honore & gloria afficient,qui magni ſunt & excelſi.Hoc enim nunc fit in eccleſia, eos qui ex uirtute uitam agunt,omnes honorant & colunt, licet ſint & opibus & authoritate inſignes,omnibꝰ enim copijs & facultatibus eſt maior uirtus,uidete autẽ eccleſiam, quæ honoratur ab omnibus. Recte uero dixit,uultum tuum,hoc eſt, gloriam tuam, formã & pulchritudinem tuam,deinde quoniam uultus meminit,& ueſtium, & pulcritudinis, nequis craſſior ſentiret aliquid ſenſile,ſubinxit, dicens. *Omnis gloria filiæ Regis ab intus.* Mentem,inquit,ingredere,ediſce pulchritudinem animæ,de illis tecum loquor,etſi ueſtem dico, etſi pulchritudinẽ dico, etſi aurũ dico,etſi fimbrias dico, etſi aurata dico, etſi dico quodcunq; ſit eiuſmodi,de mente loquor doctrina eſt de anima,eſt de uirtute quod dicitur, de interna gloria.Rurſus itaque deducit orationẽ ad corporeas ſimilitudines,poſt quam craſſum auditorem correxit ijs quæ dicta ſunt. *In fimbrijs aureis, circumamicta uarietatibus.* Alius, per aureas armillas uarie induta.Nomine auri uirtutem rurſus uocans.Ita etiam dicit Paulus.Siquis ſuper ędificat ſuper hoc fundamentum,aurum,argentũ, lapides pretioſos,ligna, fœnum, ſtipulã, uirtutem & uitiũ harum materiarum appellatione oſtendens. Ne ea enim non eſſe exiſtimares id quod ſitum eſt interius,non permittit ut quæ ſunt externa uiſione apprehendas,ſed intro trahit cogitationem.Quemadmodum enim corpus his indutũ pulchrum appareret,ita ornatur anima,ſi ſit uirtute induta. *Adducentur regi uirgines poſt eam.* Alius,Sequentur. *Proximæ eius afferentur tibi. Afferentur in lætitia & exultatione. Adducentur in templum Regis.* Vidiſti ueſtes,fimbrias,uidiſti amictum aureum, florem uirginitatis: is eſt ueſtis eccleſiæ. Conſidera autem mihi quàm accurate loquatur propheta. Quia enim nõ ſtatim cum primum conſtituta eſt eccleſia, floruit bonũ uirginitatis,ſed aliquanto poſt tempore, propterea ipſe quoq; poſtea id ponit,nempe poſtquam ea oblita fuerit populi,& domus patris, & induta fuerit illo ornatu,& ſpecie ac pulchritudine refulſerit. Et ideo dicit,poſt eam propinque eius afferentur,propinque nõ loco tantum,ſed & moribus & dogmatibus cum ea congruentes.Hæreticorum enim uirgines,non rectè dixeris uirgines, neque enim ſunt propinquę Reginæ. Afferentur in lætitia & exultatione. Vide hic dictum Apoſtolicum reſplende-

re, & illam enuntiationem ostendi etiam in propheta. Quænam autem ea est? Tribulationem carni habebunt, quæ nubunt. Quemadmodum autē illę afflictionem: ita hæ lętitiam & exultationem. Illę enim filios & maritum, & domum & famulos, & cognatos, & generos, & soceros, & nepotes, liberorum multitudinem, eorumdemq; uel defectum uel orbitatē curare coguntur. Neque enim nunc tēpus est describendi calamitates matrimonii. Virgo autem crucifixa, & à præsentibus liberata, & curis ad hanc uitam pertinentibus affecta superior, & euripo traiecto in cœlum quotidie suspiciens, fruitur gaudio spiritus, perfunditur exultatione. Non solum autem præsentia Propheta, sed etiam futura significat, quando pulchras & splēdidas lampades habentes, fiunt obuiam sponsum excipientes. Templum autem Regis hic uocat Regiam, thalamū, & cubile. Pro *patribus tuis nati sunt tibi filij*. Alius, Erunt tibi filij tui. Quoniam superius meminit populi & parētum, dicens, Obliuiscere populi tui, & domus patris tui: ostendens in hoc quoque omnia ei fausta & prospera futura, hoc subiūxit. Quæ enim erat sterilis, est mater filiorū innumerabiliū. Quāobrē etiamsi aulsa es à parentibus, at tuorum filiorum chori erunt adeò clari, insignes, & illustres, ut omnem orbem terrarum impleāt. Mihi autem uidetur dicere Apostolos, q fuerunt in eo doctores. Deinde describens eorum uires, potentiam, & gloriam, dicit, *Constitues eos principes super omnē terram*. Egént ne hæc interpretatione? Ego quidem minime existimo, quemadmodum nec quòd sol sit lucidus. Quæ autē dicta sunt eo clariora. Vniuersum enim orbem terrarum peruaserūt Apostoli, & oibus principib⁹ fuerunt magis propriè principes, regib⁹ potētiores. Reges enim, dum uiuunt, dominatum obtinent, ijs autem mortuis, intercidit dominatus, & Regum quidem leges ratæ sunt & ualidæ intra eorum fines, iussa autem piscatorum per uniuersum orbem terræ extensa sunt. Imperator Romanorum Persis nō posset ferre leges: nec Persarū Rex posset ferre leges Romanis. Hi autem Palęstini, & Persis, & Romanis, & Thracibus, & Scythis, & Indis, & Mauris, & uniuersō denicp orbi terrarum leges dederunt, nec solum dum ij uiuerent, firmæ & ratæ fuerunt, sed iis etiam mortuis confirmatæ sunt, & qui eas leges acceperunt, mallent animam millies profundere, quàm ab illis descisc ere. *Memor ero nominis tui in omni generatione & generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in sæculum sæculi.* Alius, Renocabo in memoriam nomē tuū in unaquaque generatione. Propterea populi laudabunt te perpetuo. Dixit magnitudinem principatus, à lōgitudine terræ, à latitudine orbis terrarum, à multitudine gentium, quæ subiectæ sunt. Dicit etiam aliunde eius authoritatem, quòd non solum extēdetur per uniuersum orbem terrarū, sed etiam per uniuersum æuum. Immortalis, enim inquit, erit tui memoria, descripta in libris nostris, descripta in rebus publicis, descripta in præceptis. Vide quomodo suæ quoque prophetiæ prędicit perpetuitatem. Cùm enim dixit, Memor ero nominis tui domine in omni generatione & generatione, hoc significauit. Et si ego, inquit, mortuus fuero, te tamen cantabo uel moriēs. Corpus enim dissoluetur: literę autem manent, & lex perpetua. Propterea populi confitebuntur tibi. Vnde cœperat, illic desinit, nempe in Christo. Propterea. Propter quænam? Quòd tot & tanta rectè gesseris, quod tales principes constitueris, quòd uitium exegeris, quòd uirtutem plantaueris, quòd nostram naturam despōderis, quòd hæc bona ineffabilia feceris, uniuersus orbis terrę, tibi laudem offeret, nō in breui tempore, nec in decem & uiginti & centum annis, nec in parte orbis terrarum, sed terra, & mare, quæ est habitabilis regio, & quæ non habitabilis, per omne æuum canent, gratias agentes pro bonis quæ à te acceperūt. Pro his autem omnibus nos quoq; gratias agamus benigno & clementi Christo. Per quem, & cū quo patri gloria simul cum sancto spiritu, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

1. Cor. 7.

Matt. 25.

H

Psal. 18. Marc. ul. 20. 10.

I

K

IN XLV PSALMVM. VI.

Victoriæ effectori filiorum Chore. In finem pro filijs Core, pro arcanis. Alius, Pro adolescentijs canticum.

Deus noster refugium & uirtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Alius, In afflictionibus inuentus. *Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.* Solita utitur philosophia propheta, à rebus quidem ad hanc uitam pertinentibus nos abducēs, in spem autem supernam auditorem erigēs. Ne mihi, inquit, dixeris arma, muros, & fossas, nec pecuniæ copiam, nec rei militaris scientiā, nec equorum multitudinē, nec arcus, sagittas, & loricas, nec sociorum uires, nec militum phalanges, nec robur corporis, & hostium experientiam. Sunt enim hæc omnia araneę tela & umbra imbecilliora. Sed si uelis uidere copias inexpugnabiles, refugium in supe rabile, præsidium quod non diripi, turrem quę labefactari non potest, ad deum confuge, uires illas attrahe. Rectè autem dixit, Deus refugium nostrū, & uirtus, ostendens quod aliquando quidem fugientes uincimus, aliquando autem stantes & pugnantes. Vtrunque enim oportet facere, & contrà tēdere, & declinare. Hoc etiam faciebat Paulus, aliquando qdem cedēs, aliquando aūt insultans ijs qui aduersabantur uerbo ueritatis. Hoc quoque Christus faciebat, nos docēs. Hoc quoq; nos oportet facere, & rectè cognoscere opportunitatem temporis, & orare quidem ne ingrediamur in tentationem, ut uult illud dictum Euangelicum, ubi autē aduenerit, non esse molli & ignauo animo, sed fortiter resistere. Adiutor in tribulationibus quę inuenerunt nos nimis. Quod sæpe dixi, nunc quoque dico, Non prohibet quominus ueniant afflictiones, sed ubi aduenerint, assistit, nos frugi & probos afficiēs. Illud autem nimis, aut ualde, attribuendū est ei quod est, Adiutor. Neq; enim leue sed insigne fert auxilium, plus præbens solatij ex ope lata, quàm sit susceptа molestia ex afflictionibus. Non enim quantum malorum conditio postulat, tantū nobis prębet auxilium, sed longè maius. Propterea non timebimus dum turbabitur terra. Vides quomodo maius & longè copiosius fert auxilium. Nō solum enim dixit, Non capiemur, nec cademus, sed ne id quidem patiemur, quod est naturæ propriū, ut terreamur & timeamus. Vnde nam autem hoc euenit? Ex eo quòd sit copiosum auxilium. Terram autem hic, & montes, & cor maris, non dicit elementa, sed eorum nomine intolerabilia pericula significat. Et si

L

Actor. 13. 14.

Matt. 24. Ioan. 8. M. 10. Matt. 6. Luc. 11.

Nimis ualde. σφόδρα

Mat. 28.

ficat. Etsi omnia, inquit, uideamus confusa, etiam si perturbationem planè intolerabilem, etsi ea omnia euenire, quæ nunquam facta fuerūt etiam si ipsam, ut ita dicam, creaturam cum seipsa collidi, & ipsius naturæ terminos moueri, & omnia ex ipsis conuelli fundamentis, & prima elementa cōfundi, & omnium denique rerum maximam fieri perturbationem, non modo nō uincemur, sed ne timebimus quidem. In causa autem est quòd omnium horum dominus opem fert, manum porrigit & assistit. Si autem uel his euenientibus minimè cederemus, nec molles aut ignaui redderemur: multo magis si nos inimici inuadāt, & in nos aciem dirigāt. *Sonuerunt, & conturbatæ sunt aquæ eorum. Conturbati sunt montes in fortitudine eius.* Alius, Sonātibus & turbatis aquis, & concussis montibus in glorificatione eius. Postquàm dixit se non uerituros, ne si omnia quidem confringantur ac collidātur, deinceps dissierit de eius potētia, quòd scilicet sint uires eius inexpugnabiles. Et meritò, inquit, nō timuerimus, & quod semper facit, nūc quidem ex creaturis, nūc uerò ex iis quę hominibus accidunt, uires eius prędicās, hoc ipm hic quoq; facit, Quod autem dicit, est eiusmodi. Omnia concutit, labefacit, transfert quando uoluerit, adeò sunt illi omnia prompta & procliuia. Mihi autem uidetur hic significare multitudinem uirorum fortium, & prestantissimos hostium, & infinitum populum aduersariorum. Tanta est enim, inquit, eius potestas, ut si tantūmodo annuat, hęc omnia fiāt. Quomodo ergo porerim⁹ timere qui talem habemus dominum. Diapsalma. Alius, Semper. *Fluminis impetus*. Alius? Diuisiones. Hebræus autem נהר pelagau. *Lætificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus*. Alius, Sanctum habitationis altisimi. *Deus in medio eius non commouebitur. Adiuuabit eam deus mane diluculo.* Alius, Circa matutinum. Alius, Quod mane annuerit. Postquàm dixit de eius potestate & uirtute, & quòd sunt ei omnia facilia, ad Iudæorum quā gerit prouidentiæ argumentum conuertit orationē, paucis dictionibus ostēdens quę bona eis dara fuerint. Hic enim, qui est adeò fortis, adeò potens, qui omnia fert & agit, q omnia monet, cōcutit, & trasfert ac traducit, impleuit ciuitatem nostram bonis innumerabilibus. Fluuius enim hic, profusam, copiosam, & inoffensam bonorum supernorum suppeditationem ostendit, perinde ac si diceret. Tanquam ex fontibus, omnia nobis bona profluunt. Quemadmodum enim fluuius, q scinditur in multas partes, subiectam regionem irrigat: ita dei prouidentia omni ex parte instruit, abunde promanās, cum susurro perfluens, & omnia implens. Non solum autem præbet nobis securitatem, certumq; & infractum auxilium, sed etiam spiritale gaudium. Et ideo dicit, Sanctificauit tabernaculum suū altissimus. Quin etiam hoc ipsum est non parua pars beneficij, tabernaculum suum, locum uocare. Neq; enim temere posuit illud. Altissimus. Qui est ergo adeò altus, qui nullo loco comprehēditur, qui est substātia ineffabilis, dignatus est uocare nostram ciuitatem suum tabernaculum, eamq; omni ex parte continet. Hoc enim sibi uult illud, In medio nostri quemadmodum etiam dicit alibi, Ecce ego uobiscum sum, undicp eam coercet & exercet, & ideo non modo nihil graue patietur, sed ne commouebitur quidē. Causa autem est quòd celerrimum assequitur auxilium, utpote quod sit promptum & paratum. Hoc enim sibi uult illud, Mane diluculo, quod non differtur, nec protrahitur, sed est semper recens & uegetum, & in tempore opportuno. *Conturbatæ sunt gentes*. Alius, Simul congregatæ sunt gētes. *Inclinata sunt regna. Dedit uocem suam altissimus, mota est terra*. Ostendit hic uim eius auxilij. Non enim quibuslibet inuadentibus, sed Regibus, gentibus undiquaque coeuntibus, unam ciuitatem circundantibus & obsidentibus, non modo nihil graue ab eis passa est, sed etiam uicit, superauit, & euertit eos q inuadebant. Hoc enim sibi uult illud, Inclinata sunt regna. Dedit uocē suā altissim⁹. Perinde ac si dixeris, uel ipso solo clamore cepit urbes, uerbū quidem crassum, & quod humano more dictū est. Neque enim uincit deus uoce & clamore, sed solo nutu & uolūtate, sed tamen ex his quoque crasiioribus eum sustollens, aliis altiorem dictionē excogitauit. Quia. n. eum semp introducit armatū, ostēdens illa oia dicta eē metaphoricè, & tropicè, & ut se ad nostrum captum accommodaret: Deus enim nullo eorum indiget, subiūxit, Dedit uocem suā, & commota est terra ostendens ipsum non solum urbes gētes, & regiones, sed ipsum etiam elementū concutere. Scit autem terram quoque uocare multitudinem, ut quando dicit. Et erat omnis terra labrum unum. *Dominus uirtutum nobiscum. Susceptor noster deus Iacob*. Hebræus autem pro eo quod est, Virtutum, dixit צבאות sabaoth. Vide quomodo à terra tollit orationē, ad infinitos populos Angelorū, ad gentes Archangelorum, ad supernas potestates. Quid enim mihi dicis castra, & barbaros, & homines q pereunt? Considera eius uires. In regno quod in cœlis obtinet, quot inuisibilium potestatū exercitus sub se habet instructos. Rectè autem eos appellauit uirtutes, uires eorum ostendens, quod etiā dicit alibi. Valentes uiribus, facientes uerbū eius. Etenim unus Angelus, cum aliquando esset egressus, centum octogintaquinq; millia sustulit. Quid igitur, si est quidem potens, non uult autem nobis manum prębere? Atqui ne hoc timueris. Propterea enim subiunxit. Susceptor noster. Et uult ergo & potest, ne ergo timeas. Quid si nos sumus indigni? Sed habemus à patribus traditam eius in nos benignitatem. Hoc itaque significās, dixit, Deus Iacob. Quasi diceret. Ab alto & ab initio hęc fuit semp ei⁹ consuetudo. Diapsalma. Alius, Semper. *Venite & uidete opera domini, quæ posuit prodigia super terram. Auferens bella usque ad fines terræ. Arcum conteret, & confringet arma*. Alius, Confregit, & *clypeos comburet igni*. Alius, Et currus comburet in igni. Postquàm dixit de terra, de mari, de mentibus, de spiritali quę ipsis facta est suppeditatione de auxilio, apud spectatores rursus argumentum amplificat, eos uocans ad trophæa ex magna uoluptate, & summa in dominum affectione, & narrans uictorias, quas pro eis obtinuit. Rectè autem dixit, Prodigia, non autem uictorias & trophæa. Nō enim quę fiebant, ex certo ordine fiebant & quadam consequentia, nec armis & uirtute corporum decernebatur prælium, sed dei nutu, rebus significantibus eum esse Imperatorem. Quoniam enim potentes uincebantur ab imbecillis, multi à paucis, qui dominatum obtinebant, ab ijs qui eis parebant, & res præter spem suc-

A

B

C

D

Esa. 44. 55. 2. Co. 6.

E

Gen. H

Psa. 148. 4. Re. 29.

F

Gcedebant, ea iure uocat prodigia. Vt quæ admirabiliter,& præter ſpem eueniebant, & ubique terrarum ſparſa fuerant. Non aberrauerit autem quiſpiam, ſi hoc per anagogen ad præſens etiam tempus deſumpſerit. Difficile enim demonum bellum confecit, & per uniuerſum orbem terræ pacem extendit. Quin etiam quod ſub ſenſum cadit, eorum bellum depulit. Quod Eſaias quoq; ſignificans, dicebat, Conuertēt gladios ſuos in ligones & machęras ſuas in falces, & non ſumet gens aduerſus gentem gladium,& non diſcent amplius bellare. Ante Chriſti enim aduentum,omnes homines arma capiebant, & nullus erat ab hoc munere immunis,& ciuitates pugnabant aduerſus ciuitates, & bello ubiq; cōfligebatur, nūc aūt maior pars terræ degit in pace,oibus ſecurē & artes exercentib. & terrā colentibus, & mare nauigātibus, ſunt aūt pauci milites,qui pro alijs omnibus aciem inſtruunt. Quin etiam eorum quoque nullus eſſet uſus reliquus, ſi quæ decet faceremus, & non opus haberemus ut commonefieremus ab afflictionibus. Ignem autem hic uocat eius iram, & dicit rem quæ accidit, quòd ſcilicet arma eorum & currus combuſſerūt, cum eos per uim uicifſent. Quod etiam dicit Ezechiel,& quicunque ſunt ſtudioſi,nouerūt hiſtoriā. *Vacate,& uidete quoniam ego ſum deus. Exaltabor in gentibus,eſt exaltabor in terra.* Alius, Curemini,& cognoſcite. Alius, Sinite ut cognoſcatis. Hebræus autem dicit, הרפו ודעו harepu udeau. Hic mihi uidetur gētes alloqui,propemodum hoc dicens. Nouiſtis quidem eius uires, & potentiam, quæ ubique terrarū ſe extendit. Opus eſt autem uobis otio, opus eſt ſano animo. Hoc autem ſignificat etiam illud,Sinite: uos enim hortatur ut errorem dimittatis, à priori uitæ inſtituto recedatis,à rerum improbarum quę uos detinent caligine reſpiretis,ut deducti à doctrina miraculorum, quietoq; animo præditi, Deum uniuerſorum agnoſcatis, neque enim miracula ſolum ſufficiūt, niſi adſit pius & gratus animus. Nā apud Iudæos quoque facta ſunt miracula, nec ex eis quidquàm emolumenti ad illorum ſalutem allatum eſt. Quemadmodum enim non ſufficiūt ſolis radij, niſi oculus quoque ſit purus & ſanus: ita ne hic quidem ſolummodo miracula ſufficiunt. Quocirca cum de illis diſſeruiſſet,hortatur eos qui ſunt ex illis capturi utilitatem, ut reſpirent à malis quæ eos captos detinēt, ut poſſint cognoſcere deū uniuerſorum. Vacate,& uidete, quoniam ego ſum deus,non ſimulachra, nec ſtatuæ. Vacate & multa euidentiſſima uobis argumenta oſtendam. Hoc.n. ſibi uult illud, Exaltabor in gentibus,& exaltabor in terra, hoc eſt, per opa uobis magnus & excelſus oſtendar. Habet enim propriam altitudinem pura illa,& ab interitu aliena, & ineffabilis natura. Sed quoniā uos eam nō perſpicitis,eam uobis per opera oſtendam. Non ſolum autem in Paleſtina,nec ſolum Hieroſolymis,ſed etiam apud uos gentes. Ita ergo exaltatur,eos uincens ac ſuperans, miracula faciens Babylone, miracula in Aegypto, miracula in deſerto, miracula per uniuerſum orbem terrarum, ut illi undique habeant doctrinam eius cognitionis. Dominus uirtutum nobiſcū, ſuſceptor noſter deus Iacob. Hic eſt ergo deus,qui eſt ubiq; magnus qui eſt ubique excelſus, is ſemper ſtetit nobiſcum. Ne ergo timeatis,neque conturbemini, cum habea

Eſa. 2 συντρί ψουσι ξιβύγας

Ezec.39.

tis dominū adeo inexpugnabilem. Quē decet gloria,honor,& magnificentia, cum patre principij experte,& uiuifico ſuo ſpiritu, nunc & ſemper & in ſęcula ſęculorum, Amen. K

IN XLVI. PSALMVM, PRO filijs Core. Alius, Victoriæ effectori filiorum Core.

Mnes gentes plaudite manibus. Alius, Manu. Iubilate deo in uoce exultationis. Alius, Significate in uoce laudationis. *Quoniam dominus excelſus, terribilis, rex magnus ſuper omnem terram.* Hic etiam pſalmus idem tangit argumentū, dicens uictorias & trophæa, quæ contra hoſtes ſibi parārunt, & uniuerſum orbem terrarum uocans ad ea laudanda quæ geſta ſunt. Sed nonnullis fortaſſe uidetur procemium eſſe indignū diuini ſpiritus hortatione,& eiuſmodi incitatio, plauſus, ſtrepitus, & iubilationes. Neque enim iis qui in hunc uenerandum locum ad docendum conſtitutum coeunt, hęc, dixerit quiſpiam, conueniunt. Sed ijs quidem L qui in ſcena & conuiuiis uerſantur, pulſare & plaudere manibus: uiris autē, qui docentur à gratia ſpiritus, conuenit quies, ordo,& moderatio. Quid ergo uult ſignificare quod hic dicitur, & quemnam plauſum, inquit? Conſueuerunt hoc facere, qui inſtructa acie prelio ſunt decertaturi, iubilare, inquā & manibus maximos plauſus edere, ad hoſtes perterrendos, à pacato autem & tranquillo animo eſt hoc alienum. Pſalmus autē iubet utrunque,& plaudere manibus,& iubilare. Quid eſt ergo quod dictum eſt? Nihil aliud oſtendit quod dicitur niſi uictoriam, & ſignū uictoriæ ſignificat. Nā alibi quoque propheta inducit fluuios pulſantes manibus. Pſal. 97. Fluuij, dicens, plaudēt manibus in id ipſum. Eſaias Ca. 55 autem arbores quoque adducit hoc facientes. Hic ipſe autem rurſus,& montes,& colles exilientes, nō Pſal. 113. ut hoc intelligamus, quod mōtes & colles exiliāt: nec ut plaudentes fluuios uel manus habētes, hoc eſt enim extremæ amentiæ, ſed ut ſummam diſcamus uoluptatem. Ita etiam poſſumus uidere in hominibus. Et cur nō dixit, Gaudete,& exilite, ſed, pulſate & iubilate? Vt nobis inſignem oſtendat uoluptatem. Quemadmodum enim Chriſtus, quando dicit, Tu autem quando ieiunas, unge caput tuum Mat. 6. & faciem tuam laua. Non hoc dicit, iubens & unga M mur (nemo enim noſtrum hoc facit) Sed oſtēdere gaudium, lętúmque & alacrem animum. Iubet.n. ut lętus ieiunet, triſtitiam non præ ſe ferens. Ita etiā hic quoque non hoc iuſſi ſumus, nempe plaudere manibus,& iubilare, ſed dū pſallimus, lætari,& uoluptate affici. Iure autē ſumpſerit quiſpiam pſalmū per anagogen, ſuperata hiſtoria. Nam etſi initiū ac procemium ducit à ſenſilibus, ad ea tamē quæ uerſantur in intelligentia deducit auditorem. Quod enim antea dixi, nunc quoque dico. Alia quidē ita ſunt accipienda, ut dicta ſunt. Alia uerò, aliter quā præ ſe ferant quæ ſita ſunt. Quemadmodum ſe habet in illo, Lupi & oues ſimul paſcentur. Non acci- Eſa 11. pimus enim lupos & oues, nec paleas, bouē & tau- 65 rum, ſed mores hominum per ſimilitudinem brutorum exprimimus. Alia uero ſunt accipienda dupliciter, ut & ſenſilia intelligamus et quæ in intelligentia uerſantur ſuſcipiamus, quemadmodum in anagoge et ſublimi cōtemplatione filij Abraham. Gen.22 Filium enim oblatum fuiſſe ſcimus, uerum aliquid

Exo.3 Aetiam aliud quod latet in intelligentia per filiū excerpimus, nempe crucem. Et rurſus in rubo, qui in Aegypto uiſus eſt, paſſionis rurſus ſimilitudinē ſimiliter exprimimus. Hoc ipſum hic quoque faciendum eſt. Neque enim loquitur ſolum de Arabibus & uicinis, ſed uocat omnes gētes. Quoniam dominus excelſus, et terribilis, et rex magnus ſuper oēm terram. Statim à principio auditore excitat, ad bonorum nunciorum tantam uocans magnitudinē, et ad publicam totius orbis terrę concionem, diuinúmque ac ſpiritale feſtum, et quod deportatū eſt ex cœlis peragendum myſteriū. Et ideo dicit, Plaudite manibus, hoc eſt, gaudete, exilite. Nā hoc quò que ſermo iubet Euāgelicus, dicens, Exultate, non omnino iubens ſaltare et exilire, hoc eſt enim illiberale, ſed uehementiam lætitię ſignificans. Quod enim fit, magnam meretur lætitiam. Quantum.n. terræ ſol reſpicit, ſermo peruaſit Euangelicus, et ſeruatus eſt uniuerſus orbis terræ, & qui ab errore antea detinebantur, Iudacio cultu maiorem oſtendere philoſophiam. Et ideo dicit, Omnes gentes plaudite manibus. Illis, inqt, antea ſceleratis, illis impijs & execrandis, quæ per immūda ſacrificia quotidie polluebantur: quibus filios occidebatis, & turpia patrabatis, & aduerſus ipſam naturam cotendebatis, eis nunc plaudite manibus, iubilate deo in uoce exultationis. Lingua illa, qua execrāda guſtaſtis, qua uerba impia & blaſphema protuliſtis, ea iubilate canticum uictoriæ. Solent enim exercitus, quā do inclinat exercitus hoſtium, non uti extrema uictoria, ſed cōcordi uoce & clamore fractos iam & abiectos eorum animos conquaſſare, quod eſt claræ uictoriæ, & trophæi maximi argumentum, quā do bellū non manibus ſed clamore decernitur, iſque loco manuum & armorum ſufficit. Hoc ergo fuit uniuerſum Chriſti opus. Difficile enim hoc bellum ipſe cōfecit, forti alligato, ſuppellectile eius uaſisq; ablatis. Cùm ſit autem benignus & clemens, eos qui nihil laborauerant, uictoria frui facit & trophæis, & ad epinicion offerēdum eos prępарat, perinde ac ſi ipſi ſe rectè geſiſſent, & uicifſent. Quocirca omnes quoq; clamamus non uoce aliqua obſcura ac confuſa, ſed clariſſima & ſignificātiſſima. Vbi eſt mors ſtimulus tuus. Vbi eſt inferne nūc tua cōtentio? Et rurſus, Aſcēdit deus in iubilo. Hoc.n. in hoc pſalmo dictum eſt. Et rurſus alibi. Aſcendiſti in altum, Captiuam, cepiſti captiuitatem. Accepiſti dona in hominibus. Obtulerunt etiā aliquando Iudæi epinicion, quando in mari fuit demerſus Aegyptiorum exercitus, dicentes, Canamus domino, glorioſe enim glorificatus eſt. Sed noſtrum eſt multo maius, non Aegyptijs demerſis, ſed dæmonibus, non Pharaone ſuperato, ſed diabolo, non armis captis ſenſilibus, ſed ſublato uitio, nō in rubro mari, ſed in lauacro regenerationis, non egredientibus in terram promiſſionis, ſed in cœlum tendentibus, non mānа comedētibus, ſed dominico corpore ueſcentibus, non aquam è petra bibentibus, ſed ſanguinem è latere. Et ideo dicit, Plaudite manibus, quod liberati à lignis & lapidibus, cœlos, & cœlos cœlorum tranſcenderitis, & ad ipſam regiā ſedem ſteteritis. Iubilate ergo deo, hoc eſt, Illi offerte gratiarum actionem, illi uictoriam, illi trophęū. Non eſt bellum humanum, nec pugna ſenſilis nec pro aliquo eorū quæ ad hanc uitam pertinent, de-

Pſal.105. B

Mat.5 Luc.6

1.Cor.15. C Pſal. 67 Eph.4.

Rom.15

Rom.16 Io.6. Rom.17. Io.19.

Mer 3 Luc. 11.

certatur, ſed pro cœlis ipſis, & ijs quę ſunt in cœlis. D Ipſe ſuis auſpicijs ſuoq; ductu hoc bellum confecit nos autem uictoria impertijt. Quoniam dominus excelſus, terribilis, rex magnus ſuper omnem terrā. Vbi nunc ſunt qui detrahūt gloriæ unigeniti? Ecce rex magnus dicitur filius, quod de patre dictū eſt. Ne iuraueris enim, inquit, neque in cœlo, quoniam Mat.5 eſt ſedes eius, neque in Hieruſalem, quia eſt ciuitas Eſ. 28 regis. Et rurſus alibi. Deus fortis, potens, qđ eſt rex. Eſa. 9 Quando ergo audieris crucifixum eſſe dominum, Potens fuiſſe ſepultum, ad inferiores terræ partes deſcendiſſe, ne labaris, nec angaris, eſt enim altiſſimus, & natura altiſſimus. Quod eſt autem altū natura, ab altitudine minime unquam receſſerit, nec ſi humile quidem fuerit, ſed etiam in eius humilitate eius altitudo manet & oſtenditur. Nam uel mortuus maximè oſtendit ſuam in mortem potentiam. Lux in Io. 1 tenebris lucet, inquit, & tenebræ eam non comprehenderunt, ita etiam in humilitate eius altitudo apparuit. Vide ergo ipſum, dū eſſet apud inferos, uel Mat. 27 alta quæuis cōcutientem. Sol enim tunc auertebat Marc. 15. radios, petræ findebantur, & uelum templi abrum- Luc. 23 pebatur, terra mouebatur, Iudas ſuffocabatur, Pila- E tus & eius uxor terrebatur, Ipſe Iudex ſe defędebat. Act. 1. Quando ergo audieris eum uinctum eſſe, & flagris Matt. 27. cęſum, ne confundaris: ſed uide eum oſtendentem potentiā uel in ipſis uinculis. Dixit, Quē quiris? & oēs humi ſupinos proſtratuit. Vides ęſſit terribilis, q ſola uoce & nutu, tāta faciat. Quando ergo uideris Io. 18. eū mortuū, fac aio cogites ſublatū lapidē, Angelos, Io. 20 qui cum metu ad ſepulchrum maneāt, inferos qui refringuntur, mortem quæ conſumitur, captiuos liberantem & tunc cernes quàm ſit terribilis. Si autem in ipſo ignominiæ tempore tanta fecit, in cœlo, in terra, apud inferos, quid non faciet tempore futuri ſui aduentus? Audi quid dicant dæmones tempore humilitatis, ſpumantes uincula ſoluentes inuia uia ingredientes. Quid nobis & tibi fili dei? Mat. 8 Veniſti huc ante tempus torquere nos. Si ergo hæc Mat. 24. tunc: quando aduenerit, & poteſtates cœlorum cō- Luc. 21. cutientur, & ſol cōuerſus fuerit in tenebras, & luna Mar. 13 non dabit lucem ſuā, quid dicent? Propterea dicit, Excelſus, terribilis. Vel potius, Quid quis pro dignitate dixerit, diem illū narrans? Quādo mittet Angelos per uniuerſum orbem terræ, quando omnia co- 1. Cor. 15. cutientur, quando terra mouebitur reddens mor- F tuorum depoſitum, quando innumerabilia corpora excitabuntur, quando cœlum ueluti uelum aliquod contrahetur, quando ſtatuetur terribile tribunal, quando fluuij ignis trahētur, quando libri aperientur, quando quæ ab unoquoq; in tenebris 1. Cor 4. facta fuerint, in medium producentur, quādo illæ intolerabiles pœnę ac ſupplicia, quando minabundæ poteſtates, quando ſtricti gladij, quando erit abductio in gehennam, quando omnis peribit authoritas Regum, Imperatorum, & Conſulū, & prę- ſidum, quando adfuerit tantus Angelorum populus, quādo Martyrum, Prophetarum, Apoſtolorū, Sacerdotum, Monachorum examina, quando illa ineffabilia præmia quando brauia, quando coronæ, quando bona, quæ omnem mentem ſuperāt: Quæ oratio hæc explicare poterit? Si enim creationem propheta perſequutus, defatigatus eſt, & reſiliit, dicens. Quam magnificata ſunt opera tua do- Pſ. 90 mine, & Paulus unum genus perſerutans prouidē-

G tiæ,exclamauit,dicens. O altitudo diuitiarū: Quid dixerit quispiam diem illum describēs? Hęc omnia cum præuidisset propheta, dicebat,Dominus excelsus, terribilis, Rex magnus super omnem terram, orbis salutem ostendens. Erat itaque etiam antea magnus,sed ignorabatur. Mūdus per ipsum factus est,& mundus,inquit, ipsum non cognouit. Nunc autem hoc quoque præclarè gesit, quod nos sibi familiaritate iungendo rex magnus effectus est. Quid ni enim magnus,q pauperes, piscatores,illiteratos,priuatos numero undecim,obscuros,peregrinos,piscibus magis mutos, unicam tunicam habētes,calceis carentes, nudos, per uniuersum orbem terrarum misit, & ueluti mādato omnes cepit.Hoc est uerè esse Rex magnus. Qui uniuersum orbem terræ errore liberauit,& breui temporis momento ueritatem reduxit, & diaboli tyrannidem sustulit. Qui etiam antequam essent q ei parerent, erat Rex magnus,non habens in seruis uim imperii,non in specie ac in uestibus,sed in ipsa natura. Ego enim, inqt,ad hoc genitus sum. Hoc est esse Rex magnus H qui non habet honorem extrinsecus allatum, qui nulla re opus habet ut sit Rex,qui facit omnia quęcunque uult. Volo,mundare. Tibi dico, dæmoniū surdum,egredere ab ipso. Tace,os obstrue. Adeste, este hæredes parati uobis regni. Ite in ignem æternum paratum diabolo ante constitutionem mundi. Vides ubiq; potestatem,uides facultatem ac potentiam. Ita enim cepit eos q paruerunt,ut persuaserit uel animam potius profundere,quàm quod iussum est transilire. Rex enim habet honorem ab iis qui eius subiiciuntur ditioni: Hic autē præbet honorem iis qui ei obediunt, & ideo illud quidē est solum nomen:hoc uerò res. Magnus est Rex, qui uniuersum orbem terrę, cœlum fecit, & ut barbari philosophi fierent,& Angelos imitarētur, curauit, populos nobis subiecit, & gentes sub pedibus nostris. O miraculum. Eis qui crucifixerant adorare persuasit,eos qui contumeliis afficiebant, qui insectabantur maledictis,qui lapidibus affixi fuerant, docuit uel suas animas profundere, prout ei uidebatur. Non gerebatur enim hoc ab Apostolis, sed I ab eo qui illos præcedebat, & mouebat eorum animum. Quomodo enim piscator, uel tabernaculorum constructor,tantum terræ habitabilis orbem ita mutasset, nisi illius uerba impedimenta omnia sustulissent? Et præstigiatores,& tyrannos,& oratores & philosophos, & omnes denique qui resistebant,tanquàm puluerem discutientes, & instar fumi euanescere facientes, ita ueritatis lucem semina uerunt,non armis,nec ui pecuniæ,sed solo ac simplici sermone utentes. Imò uerò non erat simplex sermo,sed erat quouis opere potētior. Quomodo? Inuocabant nomen crucifixi, & mors fugiebat fugabantur dæmones, morbi prupulsabātur, quæ erant in corporibus mutila ac uitiata, corrigebantur, pericula protinus recedebant, & mutabantur elementa. Quando ergo nobis dixerint, Cur non opem sibi tulit in cruce? hoc dicamus. Quoniam hoc erat admirabilius. Neq; enim sunt paria ex cruce descendisse:& postquàm fuit crucifixus, tot esse mortuos eius nomine suscitatos. Quod enim tunc sua sponte manserit, ostēdit ex iis quæ sunt postea consecuta. Qui enim mortem, quæ alios inuaserat, expulit: multo magis à seipso, priusquàm inuaderet,propulsare poterat,& qui aliis uitā præbet, mul- K
to magis sibiipsi præbere poterat. Quod etiam triduo post fecit, ex redundanti quadam copia sufficientatus. Id autem ostendit, per ea quæ postea secuta sunt. Quando ergo eius nomen uisum est habere tantam uirtutem in alienis corporibus, ut inuocatum mortē fugauerit, nemo possit dubitare quòd etiam in proprio corpore magnam potentiā ostenderet,& mortem sibi subiiuxisset. *Subiecit populos sub nobis, & gentes sub pedibus nostris.* Vide sapientiam Prophetæ, qui omnia acuratè dicit & exquisite. Quod enim postea dixerunt Apostoli, Quid nos intuemini, quasi nostra uirtute aut pietate fecerimus ut hic ambularet? ab alto petitum, dicit propheta. Illud autem,Sub pedibus, id quod subiectū erat ostendit,uel potius magnam subiectionem. Si uis aūt scire quāta subiectio esset,audi. Quotquot, inquit, possessores agrorum aut domorum erant, uendentes afferebant pretia eorum quę uendebantur,& ponebant ante pedes Apostolorum. Alii autem cum pecuniis animam quoque profuderunt. L
Qui inquit,pro me seipsos periculis obiecerunt. De alis quoque scribens dicebat, Si possibile, inquit, oculos uestros effodissetis,& dedissetis mihi. Porrò autem ad Corinthios quoque scribēs dicebat. Ecce enim hoc ipsum secundum deum tristitia affici, quantum in uobis studium effecit, imò defensionem,imò indignationem, imò timorem,imò desiderium, imò æmulationem, imò uindictam. Eos usque adeò uerebātur & pertimescebant. Et Lucas rursus scribens,dicebat. Cæterorum autem nemo audebat se coniungere illis, sed magnificabat eos populus. Et rursus, Quid uultis,in uirga ueniā,ad uos,an in charitate, & spiritu lenitatis? Vidisti authoritatem & potestatem. Hæc autem omnia fecit illud uerbum,quod dixit eos emittens, Ego uobiscum sum. Ipse impedimēta omnia remouebat ante eos ambulans, ipse plana omnia & procliuia reddebat, & quæ erant difficilia faciebat facilia. Atqui erant omnia plena bellis, omnia scopulis & præcipitijs, & nusquàm licebat pedem figere,nec sistere, obstructi erant omnes portus,omnis domus clausa,omnes aures obturatæ, & tamen cum primum ingressi & locuti fuerant, diruebant omnia hostiū propugnacula, ut & ipsas animas profunderent, & innumerabilia pericula sustinerent pro iis quæ dicta fuerant. *Elegit nobis hæreditatē suā speciem Iacob quam dilexit.* Alius, Glorificationem Iacob. Vide quàm sit accurata exactaq; prophetia. Superius quidem dixit,Subiecit nobis populos & gentes. Iudæi ei primum accesserunt, primū ter mille, deinde quinquies mille, & postea gentes. Ipse enim rursus dicebat, Et alias oues habeo, & illas me ducere oportet, & fiet unus pastor,& unum ouile. Deinde nequis cum audierit, Elegit nobis hæreditatem suam,dubitet & angatur,& dicat. Quomodo ergo non credunt nunc Iudæi? correctione soluit dubitationem,maxime enim,quod ad se attinet, eos elegit,& quantum ad ipsum quidem spectat, nullum reliquit. Quòd si finem quoquæ requiras, audi ea quæ sequuntur. Subiungit enim, Speciem Iacob, quam dilexit. Hic autem mihi uidetur fideles dicere. Quod quidem Paulus significans,dicebat. Non autem quod exciderit uerbum dei non enim omnes qui sunt ex Israel,sunt Israel, sed in Isaac uocabi- R
tur tibi

A tur tibi semē. Hoc est, Non q sunt filii carnis,ii sunt filij dei,sed qui sunt filij promissionis,æstimātur in semine. Species autem seu pulchritudo populi iure dicātur fideles. Quid est enim speciosius illis q crediderunt? Hæreditatem autem suam uocat gentē, non quòd aliquando gentium nullam curam gesserit,sed uehementem in eos dilectionem, & cū eis coniūctionem & prouidentiæ accessionem ostendens. Et ut scias quā sit accurata exactaq; prophetia,uide quomodo utitur dictione multorum,qua multi utuntur in rebus quæ emuntur. Sæpe.n. per multi aliquid amentes,pulchrum illud esse dicunt quod reliquis antecellit. Ostendens ergo non oēs esse seruandos,dicit,speciem Iacob. Hęc etiam ostē duntur in Euāgelijs per innumerabiles parabolas. *Ascendit deus in iubilo.* Non dixit, Assumptus est aut deductus est,sed,Ascendit,ut ostenderet eum ascendisse nullo alio eum ducente, sed ipsum hāc uiam esse ingressum. Helias enim qui non eo quo Christus processerat, ducebatur ab alia potestate. Non erat enim humanæ naturæ uia aliena ingredi. Vnigenitus autem ascendit propria potestate. Quocirca Lucas quoque,sic dicebat. Et fixis oculis intuebantur cum ille iret in cœlum. Non dixit,Cùm ipse assumeretur,nec, Cum portaretur,erat enim eius proprius incessus,quod fiebat. Si autem antequam crucifigeretur,ferebatur super aquas, adhuc patibili & graui corpore circundatus: quid mirū, si post quam sumpsit ab interitu alienum, aerem secuerit? Vbi autem in iubilo? Quis iubilauit,quando ascēdit? Atqui hoc silentio factum est, & undecim solū præsentibus discipulis. Vides non oportere dictiones simpliciter & uno tantum modo accipere, sed scire quid ex eis significetur? Quemadmodū enim dixi in proœmio psalmi, Iubilus aliqd aliud significat, nempe uictoriam, trophæum. Quod ergo hic dicit,In iubilo,hoc est, Ascēdit in uictoria,cū mortem uicisset, peccatū deiecisset, dæmones fugauisset,errorem expulisset,omnia in melius mutasset,in antiquā patriam,imò uerò lōgè meliorem, nostrā naturam deduxisset. Cum enim aduenissent,nemo ei restitit,non peccati tyrannis, non mortis potentia,non uis maledicti,non interitus, non uitij uehementia, non aliquid aliud eiusmodi, sed cum hæc C omnia,tanquam araneam,perfregisset,& dæmonū cateruas, & neruos diaboli,& hæc omnia fudisset ac profligasset, ascēdit rebus rectè gestis ut uoluit. Quocirca Paulus quoque eius trophęum narrans, dicebat. Cum expoliasset principatus ac potestates traduxit liberè de eis in se ipso triumphans. Et rursus. Deleuit quod erat aduersus nos chirographū, quod erat nobis cōtrarium, & ipsum de medio sustulit,affigens eum cruci. *Dominus in uoce tubæ.* Idem rursus significat. Hoc est, In præclara uictoria. Hic aūt est aliud quoq; intelligēdum, nēpe id fuisse clarum,apertū,illustre. Atqui nullus id tūc, nouit,cū fieret,sed tam euasit manifestū quàm si tuba cecinisset,atque adeo multo magis. Illud enim qđ tunc clanculum factum est,nemo ferè eorum qui orbē terræ habitant,ignorauit,sed ipsum perinde reuelatum,rerum natura, acsi tuba cecinisset, atque adeo multo magis. Neque.n. tuba canens ita omnes uocasset ad illud spectaculum, sicut postea rerū uox ostendit ascensum,magis etiam quàm tonitru rem claram efficiēs. Neque enim tonitru ita uocasset or- D
bem terræ,ut rerum ostensio,eos qui tunc erant, & qui postea erant futuri. Tonitru enim est tantum manifestum præsentibus, ipsa uero omnibus generationibus,tuba clarius, & tonitru apertius,ostendit quod factum est. Nec uero aberraueris,si tubas uocaueris ora Apostolorum, non tubas quidem æreas,sed auro pretiosiores,& gemmis magnificentiores. Cur ergo non dixit,in tuba, sed,in uoce tubæ? Significans eorum concordiam, & animi consensionem,sicut etiam dicit Paulus, siue ergo ego, siue illi,sic prædicamus. Et rursus, Multitudinis autem credentium erat cor unum,& anima una,tuba autem canebant,non ad bellum incitantes,sed prędicantes & annuntiantes uictoriam. quemadmodum enim in castris,quando cum signis in aciem prodeunt,præcedunt tubæ quæ præsentes excitāt, non aspectu,sed etiam auditu: ita etiam tunc factū est. Ingredientibus Apostolis in unāquanque ciuitatem,tubæ sonabant,& ad audiendum omnes effundebantur. *Psallite deo nostro, psallite: psallite Regi nostro, psallite. Quoniam Rex omnis terræ deus, psallite sapienter. Regnauit deus super gentes.* Postquàm narrauit qua magna sint,& quā præclara quæ gesit uni E
uersum orbem terræ uocat ad eum laudibus celebrandum cum magno studio & diligētia. Vsus est itaque repetitione seu cōduplicatione, nec inuitat solummodo ad psallendum,sed ad psallendū cum magna sapientia. Quid est,psallite sapienter? Cùm quæ,inquit,facta sunt didiceritis,considerantes rerum gestarum magnitudinem. Mihi autem uidetur etiam aliquid aliud obscure significare, cum dixit, sapienter,non uoce tantum,sed etiam factis,psallere non lingua tātum,sed etiam uita. Regnauit deus super gentes, & quodnam hic regnum dicit? Non illud quod obtinet ratione creationis,sed hoc quòd ratione eius,ad quàm eas adsciuit familiaritatis ac necessitudinis. Fuit enim Rex omnium etiam ante hac,ut qui esset opifex & effector,nunc autem & lubentium,& gratias habentium, quod quidem est maxima laude dignum,& in primis admirandum, quòd qui prius contumelia afficiebatur à Iudæis, effecit ut tanta fieret mutatio,ut ubiq; caneretur,& qui nec prophetas legerant,nec in lege educati fuerant,immo uero planè erant ferinis moribus repente mutati sunt,& omnibus illis abiectis erroribus, F
se ei submiserūt,non duæ,aut tres,aut quatuor,aut decem gentes,sed qui uniuersum orbem terrarum incolebant. *Deus sedet super sanctam sedem suam.* Quid est,sedet super sedem? Regnat, inquit, imperium obtinet. Rectè autem dixit,sanctam. Non solum enim regnat,sed etiam sanctè regnat. Quid est, sancte regnat? Pure,homines enim qui ueniunt ad hunc principatum,ea potestate ad iniuriā faciendam utuntur. Ille autem principatus est ab omni re eiusmodi intactus,purus,& sanct⁹. Neq; enim fraus, neque aliquid eiusmodi,illud iudiciū corrumpit, & circunuenit,sed est purum,sincerum, quacūque puritate fulgens clarius,resplēdēs ineffabili gloria. *Principes populorum congregati sunt cum deo Abraham. Quoniam dei fortes terræ uehementer eleuati sunt.* Hic ostendit quomodo fuerit extensum Euangelium, quod nō solum priuatos attigit, sed eos etiam qui sunt redimiti diademate,& sedent in throno regio. deinde ostendens eum esse deum noui & ueteris testamēti, dicit, cum deo Abraham. Pro eo quod est,

Gille ipse qui & nostrorum maiorum deus est,& qui illis etiam legem dedit.Et ideo dicebat Hieremias, dabo uobis testamentum nouum,non secundum testamentum, quod dedi patribus in die quo ego apprehendi manum eorum,ut educerem eos de terra Aegypti,ostendens unum & eundem esse legislatorem & noui & ueteris testamenti.Et Baruch rursus dicebat.Hic est deus noster,nō reputabitur alius præter ipsum.Inuenit omnem uiam scientiæ,& dedit eam Iacob filio suo,& Israel dilecto suo. Postea aūt in terra uisus est, & cū hoibus cōuersatus est,significās,quòd q legē dedit, is est q fuit incarnatus, & is q fuit incarnatus,legem dedit, hoc ēt dixit propheta. Congregati sunt,inquit,cū deo Abrahā,hebræus autem pro eo quod est, cum deo Abraham, עם אלוה אברהם. Et quomodo,quęso,hoc factum est? Quoniam dei fortes terrę uehementer eleuati sunt. Quinam sunt autem fortes dei, nisi Apostoli,fideles omnes? Quoniam enim potentia eorum usque adeo resplenduit,omnes uicerunt. Rectè autē eos appellauit fortes. Quid ni enim fortes,q aduersum uniuersum orbem terræ aciem instruxerunt,aduersus dæmones,aduersus diabolum,aduersus populos,aduersus ciuitates,aduersus gentes,aduersus tyrannos,aduersus tormenta ac supplicia, aduersus sartagines,aduersus fornaces,aduersus consuetudinem,aduersus naturæ tyrannidem,& omnia dirue bant,& superiores omnibus euadebant, & a nullo uincebantur? Quomodo non fortes, qui uel post mortem,tantam ostendunt uirtutem? Quomodo non fortes,quorum uerba sunt quouis adamante duriora,nec ullum ea tempus aboleuit,sed quotidie maius incrementum suscipiunt? Pro his omnibus benigno & clementi deo gratias agamus. Quoniam ei gloria & potentia nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Hier. 31.

Baruc. 3.

IN XLVII PSALMVM, CANTI cum Psalmi filijs Core.

Agnus Dominus & laudabilis nimis, in ciuitate dei nostri,in monte sancto eius. Fundatur exultatione uniuersæ terræ. Alius,pulchro germine, gaudio uniuersę terræ.Alius, ab initio præscripto splendore uniuersæ terræ.Hic quoque significat liberationem à bellis.Quoniam enim a Babylone uersi,& à longa captiuitate liberati, terram receperunt,& multa bella euaserūt,pro his omnibus deo horum bonorum authori gratias agētes, hos hymnos canunt,dicit autem.Magnus dominus,& laudabilis ualde.Magnus quidem dicunt, sed quā magnus non dicunt,hoc enim nemo scit, & ideo subiunxit.Et laudabilis ualde.Non est enim finis eius magnitudinis.Quod autē dicit, est eiusmodi,oportet eum tātum gloria afficere,& laudare,idęq; supra omnem modum,laudare autem eum, propter hāc infinitam,& incomprehensibilem essentiæ magnitudinem,& propter summa eius in nos beneficia.

Sap. 12.

Nam & uoluit,& potuit quæ uoluit.In ciuitate dei nostri,in mōte sancto suo.Quid dicis?Illic eius laudem cōcludis,qui est magnus,qui laudabilis, in ciuitate & in monte?Non hoc dico,inquit,sed quòd nos eum ante alios cognouimus.Vel propterea ergo dixit illud,in ciuitate dei nostri, uel uolens ostēdere,quòd per magnitudinem eorum quæ ipsi facta sunt,ostensa est eius magnitudo & gloria quòd qui erant captiui,qui dispersi,qui contempti,qui in regione hostili ueluti in carcere detinebantur,ut ij adeo repēte clari essent procurauit,ut & qui eos uicerant,superarent,& ad priorem redirent prosperitatem, & antiquus patriæ status eis restitueretur. Ostendit enim,inquit,seipsum, & suarum creaturarum quæ uidentur, magnitudinem, sed quoniam complures antiquitus erant paulo insipientiores, cognitionem,quę ex inimicis & ex uictoria oritur, adiicit,admirabilia hæc trophæa assidue erigens, & ut in melius fieret mutatio efficiens,& præter spem & expectationem omnē eiusmodi miracula faciēs. Hanc autem uocat eius ciuitatem, nō alias eius pri uans prouidentia,sed ut eos ostēderet, quod ad cognitionis rationem attinet,alijs fuisse lōge priores. Illę enim eius dici poterant ratione tantū opificij. Hæc uero etiam ratione familiaritatis & necessitudinis,& quòd hęc omnia illic fierent miracula,tūc itaq; ea dicebatur dei ciuitas,nunc aute m nos omnes dei dicimur. Qui enim Christi sunt,inquit,carnem crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs.Vidisti summam & intensissimam uirtutē,& ideo appellabatur quoq; mons dei,quoniam deus illic colebatur.Fundatur exultatione uniuersæ terræ, dictum ualde obscurum,& ideo oportet attendere,ei enim,qui cursim legit & perfunctorie, magnam affert dubitationem, qui ea autem diligenter persequitur,uidebit consequentiam,& pulcherrimā sententiarum connexionem.Quod autē dicit, est eiusmodi.Magnus dominus i ciuitate dei nostri,in mōte sancto suo bene radicās, hoc est, bene radices agens,& eam pulchre firmans ac stabiliens in gaudio & lætitia totius orbis terrarū. Hoc etiam alius obscure significans,dixit,prescripto splendore uniuersæ terræ.Eam enim fecit splendorem & lętitiam uniuersæ terræ.Illinc enim est fons pietatis, & radices,& principia dei cognitionis. Hanc ergo,cū talis esset,radicibus actis confirmauit ac stabiliuit propter ornamentū totius orbis terrarū,propter exultationem, propter gaudium totius terrę. Doctrinæ enim terræ officina,ludusque literarius,erant tunc Hierosolyma,& qui uolebant frui gaudio,cultumque & ornamētum capere,hinc ea quæ bona & honesta erant discebant.Et ideo hoc significans, non dixit,Agens radices,sed,Bene agens radices. Quòd si uelis id ipsum accipere anagogice,uidebis rerum ueritatem,hinc enim processit exultatio per uniuersum orbem terrarum.Hinc processit gaudium & lętitia.Hinc emanarunt fontes philosophię,ubi Christus fuit crucifixus,unde profecti sunt Apostoli.Ex Sion enim,inquit,egredietur lex, & uerbum dei ex Hierusalem,habet autem hoc gaudium radices immortales. *Mons Sion latera Aquilonis.* Alius,montes Sion fœmora Aquilonis.Alius,fœmora Aquilonis, Græce hi meri,cum articulo.Hebræus autem, ירכתי צפון har Sion iarectei.Qua de causa meminit nunc Aquilonis,& situm loci nobis describit? quoniam assidue bellum hinc suscitabatur, inuadentibus barbaris,& prophetæ hoc dicunt assidue, ab Aquilone appellantes,& lebetem illinc feruentem describunt:ita enim sita est regio Persarum, si habeatur ratio Palęstinæ, quod factum est admirans hoc subiunxit,id significans,eā,quæ illinc assidue uexabatur,fecisti inexpugnabilē, perinde enim ac si quis diceret de corpore, partem illam imbecillā fecisti ualentiorem:hoc etiā hic ipse obscure significa

Psal. 75.

Galat. 5.

Fundatur ad pulchre bene radices agens.

Hier. 1.

cat,dicēs,unde luctus & lachrymæ, unde origo calamitatum,ea membra impleta sunt uoluptate,alacritateque animi ac tranquillitate.Vnde minæ, metus,& pericula,hinc gaudiū & lætitia,nec ullus deinceps metuit aquilonarem illam partem creaturę, nemo animi angitur, nemo suspicatur, sed omnes degunt in lætitia,cum eius radices fixeris in uoluptate. *Ciuitas regis magni deus in domibus eius cognoscitur,cum suscipiet ipsam.* Alius,cognita est.Alius,deus in regijs eius cognoscetur ad munimentum. Alius, deus in palatijs eius cognitus est ad eripiendā eam prædicat eius authoritatem, laudem,coronam,dicens,ciuitas regis magni.Deinde ostēdens quomodo sit ciuitas Regis magni, per illud, in domibus eius cognoscitur,magnam ostendens prouidentiā, & quod eam totam omni ex parte seruat, nō illius, tantum totius curam gerens,sed etiam in unāquāque domum suam ostendens prouidentiā. Nobis enim etiam absque eo est cognitus,inimicis autem

4. Re. 19

ex eo suam ostendit uirtutem.Tempore enim Ezechiæ,cum barbarorum nubes eam inuasisset, & eā ueluti sagena circundedisset, recesserunt suis mortuis maxima ex pte relictis. Quinetiā multi quoq; alij eam sępe ingressi,ignominia affecti recesserunt. Hæc,inquit,omnia gesta sunt de prouidentia, eāq; præclaram & insignem fecerunt. Nō solum autem quòd pręclare,sed etiam quòd adeò pręclara facta sint,magna euasit.*Quoniam ecce Reges cōgregati sunt, conuenerunt in unum.* Alius, Ecce enim Reges simul instructi sunt. *Ipsi uidentes sic admirati sunt,conturbati sunt,commoti sunt.Tremor apprehendit eos. Ibi dolores ut parturientis.In spiritu uehementi,* Alius, Ardoris. Alius, Per uentum uiolētum. *Conteres naues Tharsis.* Alius, Confringes.Hebræus autem, תשבר theshaber. Hic narrat bellum,bellum difficile, & undique conflatum,& clariorem uictoriam. Quoniam enim dixit illum eam suscipere, & eius curam gerere, ostendit deinceps quomodo eam suscipit & defendit. Cùm innumerabiles enim gētes eā inuasissent(hoc enim significat per Regum multitudinem (& nō solum inuasissent, sed etiam cōgregati aciē instruxissent, res eiusmodi gestæ sunt, ut ipsi abirent admiratores rerum admirabilium. Ita enim bellum conficiebatur,ut ipsi horrore ac torpore pleni recederent, & cum magna animi perturbatione resilirēt, multi paucos timentes,& qui ordines instruxerant,diuisos,nec secus afficerētur quā mulier quæ parturit. Vnde clarum erat bellum non fuisse gestum humanis uiribus, sed deum fuisse ducem in committendo prælio,qui non solum spiritus eorum deprimebat,sed etiam mentem eorum conquassabat, & eis dolores immittebat, & eis ineffabilem timorem afferebat,& perinde accidit ac si magna classe cōgregata uehemens uentus irruens, omnes naues contriuisset & triremes demersisset, & magnam repente perturbationem iniecisset.Hic enim mihi uidetur per hoc exemplum & uictoriæ facilitatem, & perturbationis magnitudinem uelle significare. Nam hi quoque, cum magnam classem parassent, & ex longinqua aliqua & aliena regione uenissent, ueluti quodam uehementi uento,omnes ira dei pertierunt. Et ideo locum quoque significans unde uenerunt,subiunxit illud.Tharsis.Ita etiam significauit Hebræus per dictionem, quam uestra causa adiecimus in lectione contextus. Vel hoc ergo dici potest,uel illud quod antè dixi, quòd quemadmodum naues Tharsis uehemens uentus irruens sæpe contriuit:ita etiam multitudinem illam deus conturbauit.*Sicut audiuimus sic uidimus in ciuitate domini uirtutum,in ciuitate dei nostri.* Vides quomodo exponit id quod est superius, Bene radicans, aut, bene radices. Non dixit enim, Qui bene radicauit, sed, Bene radicans,hoc est,assiduè prouidens, assiduè curam gerens, assiduè muniens. Postquam enim dixit quæ tunc contigerunt,ad res antiquas narrādas rursus conuertit orationem, ostendens hæc habere magnam cum illis cognationē. Quę enim,inquit,uerbis audiuimus, ea factis uidimus, uictorias Dei,trophæa,curam ac prouidentiam, & quæ opinionem superant miracula.Deus enim nunquā intermisit hæc facere.Eius ergo est & liberare a periculis,& deducere ad dei cognitionem. Rectè autem meminit propheta eorum quæ longo antè tēpore facta sunt. Oportebat.n.& ex ueteribus narrationibus,& ex nouis factis doceri,ut qui erāt ex eis crassiores,ex ijs quæ fiebant, ijs quoque quæ facta erant crederent, & duplex lucrum facerent, & esset eis auditio pro usu.*Deus fundauit eam in æternum.* Suscepimus deus misericordiā tuā in medio tēpli tui.Alius, Coniecimus deus misericordiam tuā in medio templi tui. Hebręus autem, דמינו יהוה dimenu hase deca.Secūdum nomen tuum deus, sic etiā laus tua in fines terræ. Quoniam enim dixit, Quæ audiuimus,ea et uidimus,dicit & quidnam audierit,& qd uiderit. Quid ergo audiuit & uidit?Quòd dei gratia reddit ciuitatem firmam ualidā & infractam:Hoc est enim ei fundamentū,hoc robur,hoc eam facit inexpugnabilem, nō humanæ opes & auxilium,non uis armorum,nec turres & mœnia.Sed quid?Deus eam regit & continet. Hoc enim eos maximè doceri oportuit, & propheta assiduè illos eò deducit. *Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui.* Quid est,Suscepimus?Sperauimus, expectauimus,cognouimus tuam humanitatem & clementiam.Quoniam enim dixit,Fundauit, radicauit, munijt, ostendens tantam prouidentiā nō proficisci ex meritis eorum qui eā assequuntur,sed procedere ex bonitate eius qui illa facit:& simul uolēs factum eorum comprimere,sic dixit,hoc propemodum dicens. Tuę sunt misericordiæ hæc præclara facinora,tuæ gloriæ,tuæ bonitatis.Et ideo subiunxit. *Secundum nomen tuum deus: Sic & laus tua deus in fines terræ.* Laus, inquit,tua facit res adeò præclaras, magnas,& admirabiles, adeò excelsas & gloriosas. Non enim ad mensuram curā gessisti eorum quos beneficio afficis, nec propter eorū merita, sed pro tua magnitudine. Laus ergo tua,hoc est, Tui celebratio,quæ ex operibus profecta est, fecit ut præclara tua facta exaudirentur.Facta enim fuerunt in Palæstina, sed propter ingentem eorum magnitudinem,peruenerunt ad extremos fines orbis terrarum,& qui erant procul remoti,ea sciebāt. Quæ facta itaque fu erant in Aegypto, meretrix Hierichun tina sciebat melius ijs qui interfuerant.Rursus quę in Palæstina euenerant, ij quoq; qui in regione persarum habitabant,prædicabant. Quæ rursus gesta fuerāt in Perside,qui in extremis finibus terræ agebant,nouerant.Quapropter rex quoque misit literas per uniuersum orbem terræ,prædicans ea quæ in fornace euenerant.Et ideo hic quoque cū dixis-

Ioſ. 2

Dan. 6.

Gset, laus tua in fines terræ, subiunxit. *Iustitia plena est dextera tua.* Quòd enim assiduè facere consueuit, ut ab ijs quæ fiunt hominibus, ascēdat ad ea quæ ad sunt ipsi naturæ: hoc etiam facit in præsentia. Non ut aliqua deo accedere aut recedere cogitemus, Ab sit. Sed quoniam est imbecillus sermo & lingua humana: oportet ei quod dicitur, Deo conuenientem afferre sententiam. Quæ ergo Dei naturæ adsunt, ea dicit quæ sunt eius substantiæ coniuncta, &, ut eo uerbo utar, consubstantiata. Quænam aūt ea sunt? Iustitia, inquit, plena est dextera tua. Ostēdit enim ea quæ fiunt, no esse ex meritis eorum quos beneficio afficit, sed ex sua substantia, quoniam ipsa eius substātia delectatur iustitia, lætatur benignitate & clementia. Hoc est eius munus, hæc est eius consuetudo, & ideo tāta accipiebāt ab eo beneficia. Quēadmodū enim ignis est calefacere, & Solis illustrare: ita etiam eius est benefacere, imo uerò ne sic quidem, sed longè amplius. Et ideo sic quoque dixit, Iustitia plena est terra, eius affluētia, illamque eius esse substantiæ coniunctam, &, si ita dici possit, cō substantiatam significans. *Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudææ, Propter iudicia tua domine. Circundate Sion, & complectimini eam.* Alius, Et obite. *Narrate in turribus eius.* Alius, Numerate turres eius. *Ponite corda uestra in uirtute eius.* Alius, In ambitus abūdantiam. Alius, In abundantiam. Et *distribuite domos eius.* Ali°, Dimetimini regias eius. *Vt enarretis in progenie altera.* Alius, In in generatione posteriori. *Quoniam hic est Deus noster in sæculum & in sæculum sæculi. Ipse reget nos in sæcula.* Quanā de causa hæc præcipit, circuire ciuitatem, numerare turres, attendere ædificia, considerare eius decorem, domos & palatia metiri, non opus est nostra interpretatione, sed oratio ipsa seipsam explicat. Cum.n.hęc dixisset, causam quoque statim adiecit. Quānā? Vt enarratis in progenie altera. Quòd autem dicit, hoc est. Impleamini gaudio, lætemini, exultetis. Sed non leuiter ac obiter, sed ac cūratè & diligēter eius uires intellige. Quoniam.n. fuit diruta, quoniam radicitus conuulsa, & eius solum propemodum interijt, & desperarūt fore ut ea in melius mutaretur, adeò ut dicerēt, Aruerunt ossa mea. Lassati sumus, consumpti sumus, nec expectabant fore ut eam reciperent, eam tamen receperunt, & non talem qualem amiserant, sed longè meliorem, clariorem, atque illustriorem, maiorem, ditiorem, potentiorem, & magnificentiorem in ædificijs, in rebus uęnalibus, in copijs, in facultatibus. Erit, enim, inqt, ultima gloria domus huius suprapriorem. Adhortatur populum, & propemodū hęc dicit. Ecce hæc ciuitas, de qua erat omnis spes abiecta, quæ diruta & euersa fuerat, quomodo in splendidiorem speciem statumq; restituta est. Hæc ergo ipsa discite, eius ædificationem, splendorem, claritatem, ut cum hinc dei uirtutē didiceris, nempe quēadmodum cuius nulla erat spes relicta, eam maiorem fecerit: narretis posteris uestris dei potentiam, & perpetuam eius prouidentiam, & quod nostri cura semper gerit, nos regit, & defendit. Hæ enim narrationes posteris quoq; erunt magnæ argumētum philosophiæ, & occasio exactissimæ dei cognitionis, & studij uirtutis. Quamobrem iubet illos eam obire, ut sint perfecti doctores suorum posterorū.

Ecclꝰ. 18

Agg. 2

IN XLVIII. PSALMVM

In finem filijs Core. Alius, *Epinicium.*

V*dite hæc omnes gentes.* Alius, Audite hoc. K

a *Auribus percipite oēs qui habitatis orbem.* Alius, subterraneā terrā. Alius dicit, Quæ in imo est. Hebræus autem הלל halad. *Quique terrigenæ, & filij hominum.* Ali°, Et humanitas, & pterea filij uniuscuiusque uiri. *Simul in unum diues & pauper.* Alius, Pariter. Magna quædam & arcana nobis nunc est dicturus Propheta. Neque.n. quotquot sunt ubique terrarum ad audiendum uocasset, nec totius orbis theatrum exiuisset, nisi magnum quid, & præclarū, & tanti conuentus magnitudine dignum nobis esset dicturus. Neque enim amplius loquitur ut prophetans seu prædicens Iudęis, qui Palęstinam habitant, sed ueluti quidam Apostolus & Euangelista, ad omnem humanam naturam dirigit orationem. Lex enim uno orbis angulo unam gētem docebat: sermo autem prædicationis ubique terrarum resonuit, & seipsum extendit, ut qui tantam pertuserit regionem quantā sol prætergreditur. Illa enim erāt pædagogica quædam institutio & ministeriū morris & condemnationis, hæc autē gratia & pax. Quoniam ergo conuocauit omne genus ad audiendū, nos quoque hic adsimus, & uideamus qd uult nobis dicere Psalmographus, qui communi hominū generi præest, licet sint barbari, licet sapientes, licet priuati, certe, Iubet enim omnes eos adesse, & ideo incipiens quoq; dixit, Omnes gentes. Et rursus amplificauit orationē, Quique terrigenæ, & filij hominum, uocans omnem humanitatem. Papę quæ doctrina, quā est apta omnib° & communis? Et ideo non solum uocat omnes, sed magno studio & diligentia iubet eos illa quæ dicuntur attendere. Non solum enim dixit, Audite hæc oēs gentes, sed etiā, Auribus percipite, uel, ut græcum melius exprimatur, auscultate. Auscultare autē nihil est aliud quā diligenter & attēte audire. Auscultare.n. proprie dicitur, quando quis aure auri admota loquitur, seipsumq; & illum contendens iubet adhibere animū ijs quæ dicuntur. Auribus percipite omnes qui habitatis terrā. Etiamsi qui, inquit, non referuntur in numerū gētiū, sed sunt misti, & dispsi ut nomades, eos quoq; uoco ad audiēdū. Vide aūt cōcionatoris prudentiam. Primum eorū animum excitauit, erectosq; & alacres fecit ad audiendum, eo quòd omnes simul uocauerit. Deinde postquam uocauit, fastum eorum & insolentiam comprimit, ne propter multitudinem nimium efferantur, & sint nimis arrogātes, Talibus enim maximè auditoribus opus est, quando quis est uerba facturus, quæ ad studiū sapientię pertinent, nempe contritis & compositis, & ab omni fastu ac tumore liberis. Quomodo ergo ferocem eorum animum compescuit? Naturam in memoriam reuocans. Postquam enim dixit, Gētes, subiunxit, Quique terrigenæ & filij hominum dixit substantiam, ex qua est principium nostræ generationis, communem omnium matrem reuocauit in memoriam. Et quare dixit, Filii hominum? Quoniam dixit, terrigenas, nequis existimaret, ut uolunt antiquæ fabulæ, homines abinitio è terra pullulasse, quemadmodum nōnulli fabulati sunt, quosdā fuisse fatos introducentes: Propterea subiūxit, Filij hominū. Patres enim uobis sunt homines: principium autem generationis uobis & illis terra est. Quid ergo superbis terra & cinis? Cogita apud te quęnam sit mater, & fastum tuum comprime, spi-

H

I

M

Ecclꝰ. 10

A ritus elatos conculca ac deprime, considera quòd
Gen. 2. terra es, in terram reuertēris, & omnem arrogantiā expelle. Tali enim mihi auditore opus est. Ideo te sedatum reddo ac cōpositum, ut te accipiam aptū ad ea quę dicuntur suscipienda. Simul in unum diues & pauper. Vidisti nobilitatem concionis. Quid ni enim nobilitatem, quando propter authoritatē nequaq; arcet auditorem, sed uniuersa doctrina ex æquo profunditur, & pauperi & diuiti mensa communis exhibetur. Postq.n. dixit id quod oēs unit, eos uidelicet esse terrigenas & filios hominum, & communem esse naturam ostendit, tunc, quæ ex rebus ad hanc uitam pertinentibus uidebatur esse, differentiam & inæqualitatem oratione eiicit, cōmuniter omnes uocās, est enim communis nostra
Act. 17. natura, communiter omnes uoco, communis nostra mater, communiter uoco, communis enim nostra ciuitas est orbis terrarum. Sed ex paupertate & diuitijs differentiā aliquam excogitastis, & in æqualitatem introduxistis, Atqui eā quoq; rursus eiicio, non diuites quidem admittens, pauperes autem ha
B bens despicatui, nec diuites quidem uocans, pauperes aūt expellēs, sed & hos, & illos, & nō solūmodo & hos & illos, uerbi gratia, hos qdē priores, illos uerò posteriores, uel illos qdē posteriores, hos uerò priores: sed simul sit cōis cōuētus, cōis oratio: cōis et auditio, licet sis diues, ex eodē luto natus es, idē
Psꝰ. 7 Hebr. 9 fuit tibi cum paupere ingressus, idē ortus. Et tu hominis filius es, & ille. Cùm ergo quę sunt præcipua, & magis opportuna & honore æqualia ex æquo habeatis, cur propter umbras & somnia intumescis? ex ijs q̄ nihil sunt, communia distinguens, communia naturæ, communia ortus & generationis, communia affinitatis & necessitudinis. Cur amictum exteriorem adducis, ut distinctionē ex eo efficias? Non ferō, non patior, & ideo uoco te cum paupere, dicēs. Simul in unum diues & pauper. In alijs enim non possunt simul uideri diues & pauper, nō in iudicijs, non in aulis regijs, non in foris, non in mensis. Sed illum quidem honoratum, hunc uerò contemptum & abiectum, illum quidem liberē & cōfidenter agentem: hunc uerò pudore ac ignominia
C Eccl. 13. affectum. Sapiētia enim pauperis nihili ducitur, & uerba eius non exaudiuntur. Locutus est diues, & eum pulchrè ac rectè dixisse dicūt. Pauper locutus est, & non est datus ei locus. At non hic. Neq; enim in hac ecclesia ac concione stultam illam ambitionem honorisq; cupiditatem patior sed communē omnibus doctrinam propono. Vide doctoris prudentiam, quomodo etiam antequàm incipiat concionem, ex ipsa sola uocatione maximū doctrinæ decretum protulerit. Qui omnes enim simul uocauit, neque illum siuit intumescere, nec hunc uilem & abiectū esse, sed ostendit nec diuitias esse bonū, sicut nec paupertatem malum, sed ea esse superuacanea & externa. Quare nihil mea refert an hoc sis uel illud. Neq; enim si sis diues, uideo tibi aliquid accedere, nec si sis pauper, decedere. Sed forte dixerit aliquis, & cur, cùm homo sis, eiusdemq; naturæ particeps, teipsum tāti facis, ut putes, te esse idoneū orbis terrarum magistrum, & eos qui sunt in extremis finibus orbis conuoces, qd potes dicere quod sit dignum tanto theatro? Certè, inquit, Postquam enim uocauit orbem terræ, credibilem ac fide digNam reddens orationem, audi quid dicat. Os *meū loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiā.* D Alius, Et declarabit cor meum prudentiā Hebręus autem hoc dixit והגות huagut. Vides quomodo statim extulit orationem. Non dicam, inquit, de pecuniis, non de dignitatibus, non de potentia, non de uirib. corporis, nō de aliquo alio momētaneo. De sapientia sum exactè dicturus, non autem ex tē pore. *Inclinabo in parabolam autem meam.* Hebræus autem dicit אטה. *Aperiam in psalterio* propositionem meam. Alius, Aenigma meum. Hebræus autē dicit, חידתי hidati. Et quomodo sunt hæc ijs quę dicta sunt consequentia? Pro doctore enim nūc ui deo auditorem. Nos enim uocasti, tanquam aliqd boni & utilis audituros, postquàm autem omnes adsunt, & conuenerunt, & te aliquid doctum ac præclarum dicturū es pollicitus, nihil adhuc locutus, relicto loco doctoris, auditoris parte suscipis. Inclinabo, enim inqt, in parabolis os meū. Quare hoc facit? Valde prudenter, & consequenter ijs quę dicta sunt. Quoniam enim dixit, Loquar sapientiā, nequis existimaret esse humanum quod dicitur, & meditationem cordis: ne haberet suspectā eius in-
E uentionem, per hæc ostendit diuina esse ea quę dicuntur, seq; nihil loqui proprium, sed ea dicere quę audiit. Inclinaui, enim inquit, Deo aurem meam, audiui ab illo, & quæ in mentem meam à superis demissa sunt, ea dico. Et ideo dicebat Esaias. Domi
Esa. 50 nus dat mihi linguam doctrinæ, ut sciam quando sermonem dicere oporteat, adiecit mihi aurem ad audiendum. Et rursus Paulus. Fides ex auditu,
Ro. 10. auditus autem per uerbum dei. Vides illum quoque prius fuisse auditorem, & deinde doctorem. Et ideo superius etiam dixit alius interpres, Et declarabit cor meum. Quid est, Declarabit? Canet, dicet psalmum aliquem spiritalē. Si autem dicit meditationem, ne conturberis. Quæ enim à spiritu acceperat, ea assiduè meditabatur, & apud se uersabat, & cum diu uersasset, aliis proferebat. Quid est, In parabolam? Est nomē quod habet multa significata. Est enim parabola, loquela, exemplum, & exprobratio aut opprobrium ut quando dicit, Posui
Psal. 43 sti nos in parabolam in gentibus, commotionem capitis in populis. Est etiam parabola, oratio ęnigmatica, quam multi dicunt quæstionem, quæ aliquid quidem significat, sed id non est apertum statim ex ipsis uerbis, sed habet sensum intus latētem, cuiusmodi erant ea quę dicebat Sampson. Egressus est à comedente cibus & à forti dulce. Dicitur etiā Iud. 14
Solomō intellexisse parabolā, & obscurū sermonē. 2. Reg. 4
Dicitur etiā parabola similitudo. Aliam parabolā, Mat. 13
inquit, proposuit eis, dicens. Simile est regnum cœ- Luc. 8
lorum homini seminanti bonum semē. Est etiam parabola, tropologia, seu figurata oratio. Fili hominis, dic eis parabolam hāc. Aquila magna, magnas Eze. 17
habēs pennas, aquilam dicens Regem. Dicitur etiā parabola, figura & imago, quemadmodum ostendit Paulus, dicens. Fide obtulit Abraham Isaac, cū Heb. 11
tentaretur, & unigenitum offerebat in quo susceperat repromissiones. Vnde et iam in parabola eum retulit, hoc est, in figura & in imagine. Quid ergo sibi nult hic parabola? Mihi uidetur dicere narrationem. Si autem orationem facit obscuram & ænigmaticam, & quæ multum habet difficultatis, ne sic quidem coturberis: hoc enim facit ut auditorem excitet, & alioqui quoniam facilitas

ad socordiam & negligentiam adducit, propterea
loquitur in parabola. Nam Christus quoque mul-
Mat. 15. Mar. 7 ta loquebatur in parabolis, seorsum autē eas sole-
bat discipulis. Parabola enim dignum ab indi-
gno distinguit, dignus enim quærit inuenire ea q̄
dicuntur. Indignus autem prætercurrit. Quodtūc
etiam usu uenit, Iudęi enim, ne difficultate quidem
excitati, impellebantur ad interrogandum. Ita non
attendebant omnino ea quæ dicebantur. Ad inci-
tandum autem ad inquisitionem sufficit, quando
fuerit aliquid adumbratum & obscurum. Quocir-
Mat. 13. Luc. 8 ca Christus quoque hoc faciebat, & loquebatur in
parabolis, eos stimulans & incitās, ut audire cupe-
rent qui supini dormiebant, sed ne sic quidem attē
debant, discipuli autem animum adhibebant, &
cum essent ignorantes, uel eo nomine maxime per
manebant, quoniam ignorabāt, quocirca eis seor-
sum soluebat parabolas, & ideo hic quoque dicit,
Inclinabo in parabolam aurem meam. Aperiam in
Propositionem πρόβλημα problema. psalterio propositionem meam. Est autem proble
ma oratio obscura & ænigmatica, & ideo alibi quo
que dicit, loquar problemata à constitutione mun
di. Quapropter ausus est etiam uocare sapientiam,
diuina fretus reuelatione, & ideo etiā aperit in psal
terio, doctrinam spiritalem indicans, & se superno
esse numine afflatum. In cantico autem dat consi-
lium, orationem reddens suauiorem. Vidisti quo-
modo proœmium composuit, uocauit orbem ter-
ræ, quæ est in uita inæqualitatem expulit, naturam
in memoriam reuocauit, arrogantiam compressit,
pollicitus est se aliquid magnum & præclarum esse
dicturum. dixit se nihil domo allatu proloqui, sed
quæ ab illo audijt, significauit in oratione esse ma
gnam obscuritatem, nos reddens attentiores, polli
citus est se nos esse spiritalem doctrinam sapientiā,
quam perpetuo meditabatur. Attendamus ergo, &
ne prętercurramus. Si est enim sapiens oratio, & pa
rabola, & problema, mente erecta & excitata opus
est, quod est ergo consilium, & quod problema, q̄
parabola, & quę sapientia, quam audijt à superius?
Cur timebo, inqt, *in die malas*. Alius, in diebus ma-
lis. Syrus autem רע rha. *Iniquitas calcanei mei circun-
dabit me*. Alius, uestigiorum meorū. Hebræus au-
tem, עון עקבי יסבני aon aquebei isubeni. Vidisti quo
modo est problema, & ænigma, & obscura oratio,
& per multum obscuritatis, sed si uidetur, primum
intelligamus quemnam dicit malum diem. Quem
nam ergo malum diem solet uocare scriptura? Diē
calamitatum, diem suppliciorum, diem ærumna-
rum. Quod etiam dicit alibi. Beatus q̄ intelligit su-
per egenum & pauperem. In die mala liberabit eū
Psal. 40. Esa. 13 Ioel. 2. & Hebr. 10 dominus. talis est autem dies futurus peccatorib⁹,
illic terribilis & intolerabilis. Vidisti primū decre-
tum supremæ sapientiæ, & quomodo tibi definiat
oratio quænam sint digna metu, & quænam con-
demnatione. nisi quis enim hæc optime definiat &
distinguat, tāquam in profundis tenebris, rerumq̄
confusione huc & illuc circumlatus exitum nō in-
uenit, nisi sit nobis definitum & cōstitutum quæ-
nam quidem timere, quænam uero execrari opor-
teat, magnus erit error in uita, & magnum pericu-
lum. Est enim extremæ amentiæ timere ea quæ nō
sunt timenda, ea uero ridere quæ iure timēda sunt.
In hoc homines à pueris differūt, quod hi quidem,
ut quorum non sit perfecta adhuc intelligentia, p-

sonas timent homines q̄ saccis indutos, patrem au- K
tem aut matrem contumelia afficere nihil esse exi-
stimant, & in ignem quidem & lucernas ardētes in
siliunt, strepitus autem quosdam minime timēdos
extimescunt. Viri autem nihil horum curant, quia
ergo multi sunt pueris stultiores, tradit hanc distin
ctionem, & dicit quænam timere oporteat, non ea
quæ multis uidentur terribilia, paupertatem dico,
ignominia, & morbum. Hæc enim non sunt solum
multis terribilia, sed etiam molesta & grauia, sed ni
hil horum tale esse statuit, sed solū peccatum, hoc
enim sibi uult illud, iniquitas calcanei mei circun-
dabit me. Hoc est ergo oratio ænigmatica, hoc est
nouus tropus & admirabilis. Valde enim nouum
uidetur esse multis & admirabile, dicere non opor
tere aliquid timere eorum quæ sunt in uita grauia
& molesta. Quid ergo timebo, inquit, in die malo?
Vnum tantum, ne forte uiæ meæ & uitæ iniquitas
me circundet. scit scriptura fraudem uocare calca-
neum. Qui comedit, enim inquit, mecū panem, su- Ps. 40.
stulit in me calcaneū. Et Esau rursus dicebat de la- Gen. 27 πτερ-
cob, iam secundo me supplantauit. Est enim pecca νισμοῦ. ἐπτέρ-
tum res eiusmodi, fraudulenta, & apta ad arripien- νισε, calcaneo prostra uit. ἀπτερ-
dum. Hoc, inquit, uereor, peccatum quod me decī- σκτον
pit, quod me circūdat. Et ideo Paulus id uocat cir- Heb. 12
cunsistens, significans id, quod continue, quod fa
cile, quod nullo ambit & circundat negotio. In his
ergo iudicijs multa timent homines, & uim opum,
& potentiam, & iniuriam, & fraudem. Illic autē ni-
hil est eiusmodi, sed peccatum solum est terribile,
quod undique circuit eos, qui capiuntur quouis
exercitu grauius. Sunt ergo omnia agenda, ut non 2. Reg. 11 24
ab ipso circundemur, postquam autem uiderimus
id nos uelle comprehendere, oportet eius manus ef
fugere, ut faciunt egregij milites. Quòd si etiam ca-
pti fuerimus, oportet id celeriter rescindere, quem-
admodum fecit Dauid, qui per pœnitentiam uires
eius abscidit. Fuit enim ab eo circūdatus: sed id sta
tim effugit. Qui hoc timuerit, nihil aliud unquam
timebit, sed irridebit ea quæ in præsenti uita bona
sunt, & quæ molesta sunt contemnet, cum solus il-
le metus eius mētem agitet. Nihil enim, nihil aliud
est ei formidabile, qui est hoc timore præditus, at-
que adeo ne ipsa quidem mors, quæ est caput rerū
terribilium, nisi hoc unū solum. Quomodo? Quo- M
niam tradit gehennæ, quoniam transmittit ad im-
mortalia supplicia. Siquis rursus in eo se rectè gesse
rit, inducit omnem uirtutem. Cogita enim quan'a
res sit, nec bonis reb⁹ intumescere, nec molestis ani
mum demittere, præsentium nullam rationem du-
cere, futura respicere, diem illum expectare, in tali
metu assidue uersari. Qui talis est, erit Angelus, qui
quidem hoc solum timuerit, & nihil aliud, nihil. n.
aliud timebit, si hoc solū timuerit, ut timere opor-
tet. Quemadmodum qui non hoc timuerit, is erit
obnoxius multis formidabilibus. *Qui confidunt in
uirtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum glorian
tur*. Alius, sunt insolentes. *Frater non redimit, redi-
met homo. Non dabit Deo placationem suam, & pretium
redemptionis animæ suæ*. Et quænam est hæc conse-
quentia dixerit quispiam? Pulchra, & rectè cohęrēs
& magnopere depēdens à prioribus. Quia enim lo
quebatur de iudicio, & de illa terribili reddēda ra-
tione, & de sententia quæ corrūpi non potest: mul
ti autem in ijs, quæ hic sunt iudicijs, iudicibus em-

A ptis ius corruperunt, & è iudicio euaserunt, senten-
tiam illam quæ minime corrumpi potest prædicās
& quem prius dixit timorem amplificans, hæc sub
iunxit, ostendēs se rectè dixisse, oportere unum esse
timorem, nempe eum qui ex peccato proficiscitur,
& nullum alium. Ius enim non potest illic corrum
pi pecunia, nec licet datis donis seipsum è gehenna
eripere, nec salutem afferre potest oratoris defensio
nec aliquid aliud. Quamuis enim sis diues, quāuis
potens, quāuis alicui notus & familiaris, hæc om-
nia sunt illic inutilia. Illic unusquisque ex factis, &
Luc. 16 punitur & coronatur. Quoniā ergo & qui erat sub
Lazaro, erat ualde diues, sed nihil ei profuerunt di-
uitiæ, & notę erant uirgines uirginib⁹, sed nihil eas
iuuit illa familiaritas, unum est. n. illic solum quod
quæritur: uos ergo, inqt, qui opibus fiditis, & estis
circundati potētia, frustra intumescitis, nihil enim
uobis cum transmittetur in illud iudicium, non p-
sidium pecuniæ, nec uires potentiæ, sed nec ulla ne
cessitudo aut cognatio, nec aliquid eiusmodi uos
B illic eripiet. Non licet illic solutis pecunijs, aut ulla
Luc. 16. expiatione, aut pretio animæ unquā seruari. Quid
ergo qd dicit scriptura, Facite uobis amicos ex iniq
qua mammona, ut uos recipiāt in æterna taberna-
cula? quidnam est quòd dictum est? Nihil contra-
rium, nec repugnans prioribus, sed ualde etiam cō
sentiens. In præsenti enim uita faciendi sunt amici,
soluendo pecunias, erogando ac consumendo fa-
cultates in egenos. Nihil ergo hic aliud significat,
nisi largam & copiosam eleemosynam. si enim cū
nihil eorū feceris, illuc recedas, nemo te defendet.
Neque enim nos defendit illorū amicitia, sed quòd
ex mammona amici facti fuerint, propterea adiecit
amicos ex mammona, ut scias quòd hæc dicuntur
tua opera, eleemosyna, clementia, in pauperes mu-
nificentia. Nam quòd nec cognatio, nec familiari-
tas quidquam prodest absque factis, audi quid di-
Ps. 14. cat propheta, si steterit Noe & Iob & Daniel, filios
suos & filias suas non liberabunt. Et quid dico in
futuro, quando nec in præsenti quidquā iuuit ami
3. Reg. 15. citia? Quantum luxit & defleuit Samuel, & Saulem
Hier. 14. non eripuit? Quātum precatus est Hieremias, & Iu-
Hier. 15 dęos nihil iuuit? immo uero etiam dum oraret fuit
C reprehensus. Et quid miraris si nihil profuit Hiere-
mias, quando nec Mosem quidem dicit, si fuisset il-
lo tempore, seruare potuisse Iudæos, quandoquidē
eorum inualuerat uitium, nec domo aliquid attu-
Ia. 10 lerant? Quantū pro Iudæis lamentatus est Paulus,
dicens. Fratres, bona quidem uoluntas mei cordis
& obsecratio ad deum est pro ipsis ad salutē. Quid
ergo ualuit eius obsecratio? Nihil. Et quid dico ob
secratio? cum pro eis esse etiam anathema optaue-
Ia. 9. rit. Quid ergo, sunt ne superuacaneæ sanctorū pre
Act. 9. ces? Nequaquam, sed magnas etiam uires habent,
quando tu quoque eis auxilium tuleris. Ita etiam
Petrus suscitauit Tabithan, non solū oratione, sed
etiam illius eleemosyna. Ita sancti orantes alios ad
iuuerunt. Et hoc quidem hic, ubi saltandum & lu-
ctandum est. Illic autem nihil horum, sed est ex so-
lis factis salus. Pulchrè autem hic ludificatur diui-
tes, & eos qui intumescunt. Neque enim dixit,
qui habent pecunias, nec qui magnam habent po-
tentiam, sed, qui confidunt in multitudine diuitia-
rum suarum, & in suis uiribus gloriantur, eos irri-
dens & insectans, quòd in umbris cōfidant, & pro-

pter fumum se iactent & uenditent, Rectē autē di- D
xit, pretium redēptionis animæ suæ non dabit. pre
tium enim animæ non est ne uniuersus quidē mū-
dus. Et ideo dicebat, qd prodest homini si uniuer- Mat. 16
sum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimē
tum faciat? Vt autē scias ne uniuersum quidē mun
dum esse pretium animæ, audi quidnam Paulus di
cat de alijs sanctis. Circūierunt in ouinis, in capri- Heb. 11
nis pellibus, egentes, pressi, afflicti, quibus dignus
non erat mundus. Mundus enim est propter animā.
Quemadmodum ergo non elegerit pater domum
pro filio, ita nec deus mundum pro anima, sed ope
ribus & rectè factis opus est. Vis scire quantum sit
pretium animarum? Redēpturus eam unigenitus,
non mundum dedit, non hominem, non terrā, nō
mare, sed suum pretiosum sanguinem. Quocirca di
cebat Paulus, Pretio empti estis, nolite fieri serui ho 1. Cor. 7
minum. Vidisti magnitudinem pretij. Quando er-
go eam tanti emptam perdideris, quomodo pote-
ris eā deinceps emere? Christus enim à mortuis su- Ro. 6.
scitatus non amplius moritur. Vidisti quàm sit pre
tiosa anima, & quāta sit eius dignitas. Ne eam ergo E
negligas, & captuam efficias. *Et laborauit in æternū, & uiuet adhuc in finem.* Alius interpres dixit, Et quie
uit in sæculum. Alius, sed cum defierit huic sęculo,
uiuet in æternum. Quoniam enim dixit de diuiti-
bus, quoniā dixit de potentibus, & ostendit ex his
nihil lucrifieri, dixit deinceps de ijs qui uixerunt in
uirtute, de ijs qui uixerunt in laboribus & afflictio
nibus, ungēs & exercēs athletas philosophiæ. Sed
cōsidera fructum, quòd homo fit immortalis, quòd
uita immortalis excipit, uita quæ finem nō habet.
Considera ergo quanto sit melius, cum his parum
laboraueris, requiem æternam assequi, quàm cum
hic tibi parumper indulseris, perpetuo cruciari. De
inde ostendens non illic solum esse præmia & co-
ronas, sed etiam hic quoque esse principia præmio
rum, subiunxit. *Non uidebit interitum, cum uiderit sa-
pientes morientes*. Ne mihi dicas solummodo futura:
do tibi hic etiā pignora coronarum, imo uerò arrā
ipsam & præmia. Quomodo, & quanam ratione?
Quoniam qui philosophatur, & spe futurorum eri-
gitur, ne mortem quidem mortem esse putabit: sed F
uidens mortuum iacentem ante oculos, non ita af
ficietur ut multi, apud se reputās coronas, præmia,
bona ineffabilia, quæ neque oculus uidit, nec au-
ris audiuit, uitam illam, una cum Angelis chorææ.
Quemadmodum ergo agricola, cum uidet frumen
tum dissolui & interire, nō abijcit animū, nec mœ
rore afficitur: sed tunc maxime exultat & lætatur,
sciens fore ut ille interitus sit ortus melioris princi
pium, & fundamentum maioris fertilitatis: ita etiā
iustus, qui rectè factis gloriatur, & regnum quoti-
die expectat, quādo uiderit mortē sitam ante ocu
los, non angitur, nec se afflictat ut multi, non uexa
tur, & perturbatur. Scit enim mortem ijs qui rectè
uixerunt esse migrationem & transitum ad melio-
ra, & cursum ad accipiēdas coronas. Quosnam au-
tem dicit sapientes? Non eos qui sunt sapientes, sed
qui sapientes esse existimātur. Mihi autem uidetur
dicere externos sapientes, eos id eo irridēs quod cū
uiderentur esse sapientes, stulti facti sint, cum de re
surrectione non sint philosophati. Quādo ergo ui-
derit illos philosophos pereuntes, lamentantes, la-
chrymantes, cum luctu efferentes, tunc ipsi nihil ta

G le accidet,sed erit telis eiusmodi superior, ut q bona spe erigatur,& sciat hunc interitum non interimere substantiam,sed tantum mortalitatem, & id solum quod potest corrumpi, consumere. Hæc.n. mors no perdit corpus,sed cosumit iteritu. Substãtia.n. manet, resurgit cũ maiori & ampliori gloria, sed non oium. Resurrectio.n.est oium communis: resurrectio aũt cum gloria, est cõis eorum q rectè uixerunt. *Simul insipiens & stultus peribunt, & relinquent alienis diuitias suas. Et sepulchra eorum domus eorũ in æternum. Tabernacula eorum in progenie & progenie. Vocauerunt nomina sua in terris suis.* Alius, Quæ sunt intra domos eorum in æternum. Alius,Habitationes eorum in generationem,nominantes nominibus eorum terras. Hebræus autem hoc dixit, קרבם בתימו לעולם alei adamoth. Vidisti quomodo non solum ex futuris, sed ex ijs etiam quę hic eueniunt, abducit à uitio & ab auaritia, & deducit ad uirtutem,in pecuniis congerendis insaniam coercens,& eos,qui præsentibus inhiant,eáque admirãtur, stultos uocans,& id per res ipsas ostendens. Quid est H enim,dic quæso,stultius homine qui laborat, & se excruciat & tantas opes congregat, ut ex eius laboribus alii se uoluptate expleant? Quid est hoc inani labore deterius,quando ipse quidem sudores & labores perpessus,decesserit,aliis autẽ diuitias fruẽdas reliquerit, & nec aliquibus quidem necessarijs & ei familiaritate coniunctis, sed sæpe etiam hostibus & inimicis? Et ideo non dixit,Alijs, sed alienis,relinquent diuitias suas.Quid est autem,Simul insipiens & stultus peribũt? ijs qui prius dicti sunt, inquit,Hic mihi uidetur uerba facere de impijs,qui toti rebus præsentibus affixi sunt, easq; suspiciũt, de futuris autem nihil philosophantur, ea de causa uocans eos insipiẽtes.Si enim posthac, ut putas,nihil erit,cur teipsum uexas & excrucias undique pecunias congerens,& labores quidem sustinens, fructum autem non percipiens? Et sepulchra eorum domus illorum in æternum. Hoc dicit, sicut erat eorum existimatio .Tabernacula eorum in progenie & progenie, uocauerunt nomina sua in terris suis.Alius autem dicit,Quę sunt intra domos eorũ
I in æternum. Hebræus autem קרבם בתימו לעולם careuam bathumo laholam. Quid hac amentia possit esse deterius,quàm, inquam, putare sepulchra esse domum perpetuam? quàm in ijs gloriam ambitiosè persequi? Multi certè sæpe sepulchra construxerunt magnificentiora domibus. Vel enim hostibꝰ laborãt,& afflictantur,uel uermi & cineri, hęc stultè consumentes.Talis est eorum mens & sententia, qui de futuris nihil sperant. Sed hic mihi uenit in mentem deplorare, quòd multi etiam eorum qui sperant futura,illos hac in re imitãtur,qui nullã habent spem futurorum, sepulchra ædificãtes,& præclara monimenta construentes, & aurum infodientes,& suas facultates ad alios transmittentes.Qui q dem sunt hac in re illis deteriores. Qui enim post hæc nihil expectat,etiam si id facit præter rationẽ, attamẽ propterea quòd nihil expectat,suum laborem & industriam confert in res præsentes. Tu autem,ò homo,qui nosti uitam futuram, & bona illa ineffabilia,& quòd ex dicto Euãgelico, Iusti tũc fulgebunt sicut Sol,quãnam ueniã assequeris? quo te defendes? quòd non supplicium patiẽris? qui hic omnia consumas in puluere,in cinere, in monimẽ
Mat.13.

tis,in hostibus,in inimicis? Vocauerũt nomina sua n K
in terris suis. Ecce aliud genus amentiæ,ædificijs agris,& balneis sua nomina inscribere, & putare se magnam consolationem ex eo accipere, & umbrã pro rei ueritate persequi.Si enim perpetuam memoriam desideras,ne nomen,ò homo, ædificijs inscribas,sed trophæa rectè factorum erigas, quæ & in præsenti uita nomen tibi conseruãt, & in futura uita immortalem tibi requiem comparant. Si sis memoriæ cupidus,ego te doceo uiam uerã & apertissimam,uirtutis curam gere.Nihil enim facit nomẽ adeò imortale ut natura uirtutis.Id ostẽdunt martyres, ostendunt Apostolorum reliquiæ, ostendit memoria eorum qui rectè & ex uirtute uixerunt. Quot Reges urbes euerterunt, portus extruxerunt, & nominibus suis inscriptis decesserunt, nec tamẽ eis quidquã profuit, sed silentio & obliuioni mandati sunt?Piscator autem Petrus, qui nihil fecit eorum,quoniam uirtutem est persecutus, & ciuitatẽ maximè regiam occupauit,etiam post mortem resplendet Sole clarius. Quòd tu autem facis,est ridiculum, & plenum ignominia.Hæc enim monimen L
ta non solum non te clarum reddent, sed etiam facient ridiculum,& ora omnium aperient.Aedificia enim non sinunt tuam auaritiam, quæ obliuioni tempore tradi poterat, extingui,& stant ueluti columnæ & trophæa erecta aduersus auaritiam. *Et homo cum in honore esset,non intellexit. Comparatus est iumentis insipientibus,& similis factus est illis.* Hic mihi uidetur deinceps propheta deplorare, quòd animal rationis particeps, cui fuit traditũ regnum in terris,eò declinauerit ut esset nõ minus uile & abiectum quàm bruta, dum in rebus uanis laborat,& ea quæ sunt suæ saluti cõtraria molitur,inanẽ gloriam persequitur,auaritia tenetur,in rebus inutilibus se exercet.Virtꝰ enim est honor hominis, & derebus futuris philosophari, & omnia procurare q ad illam uitã pertinent,& præsentia negligere.Brutorum enim uita præsentis uitæ limitibus concluditur.Nostra autem tendit ad aliam meliorẽ, & cuius non est finis.Sed hi qui de futuris nihil sciunt, sunt brutis deteriores,nec ij solum,sed ij etiam qui sceleratam & perditam uitã agunt, utpote qui fiãt serpentes,scorpij, & lupi propter improbitatem, & M
oues & boues propter ignorationem,& canes propter impudentiam. Quid enim,dic quæso,est insipientius ijs qui in sepulchis & monumentis operã suam collocant, & ad aliorum nominum appellationes stant hiantes & mirabũdi.Nihil.n.memoriã efficit præterquàm sola uirtus,non ædes, non statua,non filij,non aliquid aliud eiusmodi.Aedes.n. opus est Architecti,statua statuarij,filij uerò,naturæ. Tui autem nusquàm est memoria.Et ideo uocat eũ brutũ Propheta, quoniã cũ ignorationis se iugo submiserit,bruto deteriꝰ ducitur. Illud enim est utile,& aptum ad agriculturam.Hic autem, qui seipsum subiecit ignorationi, illo etiam in hoc factus est deterior. Quoniam enim superius dixerat quàm esset mens eorum crassa,terrena,uilis & abiecta,& quàm inutilis esset labor eorum in cogendis pecunijs:uolens amplificare eorum accusationem, adducit Dei beneficia.Quòd solẽt sæpe facere Prophetæ.Esaias enim,cum esset eos accusaturus, primum quidem dicit honorem,quo Iudæi à deo affecti sunt,ita scribens.Filios genui,& exaltaui: ipsi Esa.1.
autem

A autem me nihili fecerunt.Hic quoque hoc in loco, una dictione declarans beneficia, quæ homines à Deo acceperũt,Homo,inquit,cum in honore esset, nõ intellexit.Quẽnam autem dicit honorem? Audi eum in aliquo psalmo dicẽtem, Minuisti eũ pau
Psal. 8. lo minꝰ ab Angelis, gloria & honore coronasti eũ. Deinde exponens honorẽ,subiungit.Omnia subiecisti sub pedibus eius,oues,& boues uniuersas.Insuper & pecora campi.Volucres cœli, & pisces maris,qui perambulãt semitas maris. Hic est enim honor longè maximus,ei in omnia, quæ uidentur pmisisse dominatũ, idque cum nihil rectè gessisset. Cum enim eum nondum finxisset, dixit,Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã. Deinde interpretans illud, Ad imaginẽ,subiunxit, Et præsit piscibus maris,& uolatilibus cœli, & bestijs uniuersæ terræ.Et hunc breuem,& tricubitalẽ & uiribus corporis brutis longè inferiorẽ,fecit cũctis excelsiorẽ aiam, rõnis cõpotem ei largitus,qd quidem est honoris signum maximum.Per eam.n. & ciuitates condidit,& mare secuit, & terrã coluit,
B & artes inuenit innumerabiles,& feras superauit,& quòd est omnium maximum & primum, deũ,qui fecit ipsum,cognouit, & ad uirtutem deductus est, & nouit quid sit bonum, quid secus. Solus ex ijs q uidentur,deum orat,reuelationes accepit,idque solus, cognouit rursus multa arcana & ineffabilia, di dicit quę sunt in cœlis.Propter ipsum terra,propter ipsum,cœlum,propter ipsum,Sol,& sidera:propter ipsum lunæ cursus, temporũmque mutationes & uicissitudines.Propter ipsum, fructus & arbores,& tot genera animantium. Propter ipsum missi sunt Apostoli & Prophetę.Propter ipsum sępe missi sunt Angeli.Quid pluribus opus est? neq; enim fieri potest,ut omnia persequamur. Propter ipsum unigenitus dei filius homo factus est, crucifixus,& sepultus, & terribilia illa miracula facta sunt post resurrectionem.Propter ipsum lex, propter ipsum paradisus.Propter ipsum mundatio. Nam hoc quoque est maximum genus honoris, eum & beneficijs et pœnis corrigere.Propter ipsum omni priori tempore innumerabilia certo cõsilio gesta et administrata sunt.Porrò autem ipsum quoque futurum iudi
C Iob.14. Psal.8. cium fit propter eius honorem.Quocirca Iob quoque dicit. Quid est homo quòd duxisti eum in iudicium? quemadmodum alibi dicit ipse prophetа. Quid est homo quod memor es eius? Propter ipm rursus ueniet unigenitus donans bona innumerabilia.Alia enim iam dedit per baptismum, et sacramenta,et mysticam celebrationem. Alia uerò se daturum est pollicitus,regnum cœlorum,uitam æternam,facturum suos hæredes, et cũ eo regnaturos. Quocirca Paulus quoque dicebat,Si sustinemus,et conregnabimus.Hæc ergo omnia considerans propheta,eos iure brutis comparat,qui tantam nobilitatem uitio prodiderunt, et ad affectiones illorum descíuerunt.Hoc ipsum sæpe faciunt alij quoq; prophetæ,impudentem auditorem uolentes per comparationem pudore suffundere. Et ille quidem dicit,Equi in fœminas insanientes facti sunt, hic uerò,Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsæpe domini sui,dicens quidẽ multo Dauide acerbius. Dauid enim dicit, Comparatus est iumentis insipiẽtibus. Ille autem dicit eos fuisse magis expertes rationis quàm bruta.Illa enim, inquit,cognoue
Ro.8. Ro.8. 2.Tim.2. Hiere.5. Esa.1.

runt possessorem? Israel uerò non cognouit.Iam ue D
rò alibi quoque alius quidã uir sapiens, ostendens uel formicis esse deteriorem uirum pigrum,& desidem,et otio languentem,eum illuc mittit ut discat esse laboriosus et industrius.Vade,dicẽs,ad formicam ò piger,et imitare uias eius.Illa enim,cum nec Prou.6.
agrum cultũ habeat, nec sit qui eam cogat,nec domini imperio pareat, parat æstate alimentum,et tẽpore messis multa reponit. Rursus autem iubet ire Eccl.11.
ad apem. Proficiscere ad apem, et disce quòd ea sit opifex, cuius labores Reges et priuati ad sanitatem afferunt. Alius uerò dicit, Principes tui tan- Sopho.
quàm lupi Arabiæ.Et alius, Sedisti in deserto,tan- iuxta.70
q̃ cornix. Zachariæ aũt filius dicit,Genimina uipe interptes.
rarum,quis uobis ostendit fugere à uentura ira? Et Matth.3.
alius rursus.Oua aspidum ruperunt, & araneæ telam texunt. Alibi autem idem propheta dicit, Ve- Esa.39.
nenum aspidum sub labijs eorum.Et rursus.Ira eis Ps.139.
ad similitudinẽ serpẽtis.Tale est.n.uitiũ.eũ q talis Ps.57.
est & tãtus eò redigit, ut sit nõ minꝰ ignobilis quã bruta.Et ideo in præsenti quoque psalmo cum elegisset duo uitii genera,& alia auditoribus reliquis- E
set considerանda, eos qui illis tenentur ita pungit. Quid enim fuerit à ratione alienius homine, qui temere & cum sui capitis malo ac discrimine orbẽ terrę percurrit,& innumerabiles pecunias colligit, non sibi,sed aliis qui ipsi quoque non cognoscuntur, sæpe autem sunt hostes & insidiatores? Rectè Eccl.11.
autem dixit,Relinquent alienis diuitias suas. Quid est enim stultius,quam,ut hi faciunt,laborem, qui dem & peccata, quæ in his colligendis admittuntur,susçipere,aliis uero earũ usufructu cedere? Deinde cum amore pecuniæ inanem quoque gloriam adducens in medium,eos pungit uehementissimè, dicens.Vocauerũt nomina sua in terris suis. Quid his rursus est à ratione alienius? qui lapidibus & lignis & inanimatæ materiæ suam committunt memoriam, & propriam credũt gloriã? Aliquot enim bonis omnibus euerterunt, & uiduas spoliarũt, & pupillorum facultates diripuerũt, ut uermi domũ facerent splendidam,tineæq; & corruptioni magnificos ambitus ędificarent,quòd existiment suã per
ea futuram immortalẽ memoriam, quæ ne paruo F
quidem momẽto temporis potuerunt corpora retinere. *Hæc uia illorum scandalum ipsis.* Quænam est autem hæc uia? Studium quod in res eiusmodi cõfertur,uanus labor,infama pecuniæ habendæ cupiditas,insatiabilis gloriæ ebrietas, & ante futurum, inquit, supplicium hic fit eis scandalum & impedimentum. Non paruum offendiculum, non paruũ impedimentum,non paruum obstaculum hęc uia est ad operationem uirtutis.Et ideo dicit, Hæc uia est scandalum ipsorum. Rectè autem dixit hãc uiã esse ipsi scandalum. Sibiipsis uincula iniiciunt, se ipsos impediunt. *Et postea in ore suo complacebunt.* Hoc quod dixit, est grauissimum, & causa omniũ malorum.Qui enim in his peccant, & delinquunt, & adeò desipiunt,seipsos felices ac beatos esse dueunt, & admirantur, & ijs quæ fiunt delectantur. Vitium autẽ, quod laudatur ab ijs qui eo laborãt, cõsidera quãtã facit accessionẽ malæ cupiditatis. Si enim dum uituperatur, dum probris afficitur, dum arguitur,dum ab eius qui sobrij hominis cogitationem parumper suscipit, conscientia flagellatur,dum laceratur,& odio habetur, adeò tamen

G impudenter uiget & inualescit, & in dies augetur: quando non solum non fuerint quæ prohibeant, utpote accusatio, conscientiæ reprehensio, ea quæ fiunt corripere, eorũ q̃ cõmiseris duci pnia erubescere, aspectum hominũ uitare, flere ac lamentari, sed oino contra seipsos etiã laudant qui faciunt, & sibi encomia cõponũt, & eo ipso se aliis meliores eé ducunt, & postquàm fecerint laudant ea quæ fecerũt: Hoc enim sibi uult illud, Et in ore suo complacebunt, quo nõ ij deflexerint? aut quid non admiserint? Sunt enim tanto furore perciti, & adeò emotæ mentis, ut etiam quando suam libidinem expleuerint, quando eos uidentes iniquitatem oporteret erubescere, exultant, sibi placent, se efferunt, eo qd
Pro. 2.c factum est delectantur. Tale est enim peccatum, ut priusq̃ factũ sit, suã uelet turpitudinẽ, ebrietate uoluptatis prætexens suam abominationem, sed postquàm factum fuerit, & libidinis quidem uoluptas parumper cesserit, cõscientiæ autem accusatio
Hiere. 22 inuaserit, nudam ac solam rationem flagellans,
H tunc maximè cernitur quàm sit pernicioſum. Hi
Ro.6. autem nec tũc quidem postquã se expleuerint, sed postquã uiderint opes coaceruatas, sepulchra exci tata, inania ędificia perfecta, cum oporteret eos compungi ac deflere, post hæc etiam, hoc est, post opus, postquàm res fuerit adimpleta, tunc adhuc magis laborant. Postquàm ergo nihil eis relictum est ex seipsis remedij, tũc restat ut deus exequatur quod suum est. Quemadmodum enim qui seipsos condemnant propter ea quæ peccant, quæ à deo ferenda esset sententiam anticipantes euitant. Sicut
1.Co.11.d etiam dicit Paulus. Si enim nos ipsos iudicaremus, non utiq; iudicaremur: ita quorum tam grauis est morbus ut nulla ducantur pœnitentia, & peccantes sua peccata non condemnent, Dei in se supplicium cum maxima uehementia attrahũt. Quoniã ergo hi qui aliena rapiunt, uel qui sua temere profundunt, & quæ in pauperes erogare oporteret, in sepulchra, uermes, & tineas consumunt, & nec eorum quidem quæ fecerunt ulla tanguntur pœnitẽtia, sed manent ægroti immedicabiliter, audi quid
I deinceps fiat. Quid ergo fit? Dei traduntur supplicio? & ideo subiunxit, *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos*. Non hic mãsuetudinem per nomẽ ouium significans, Quid enim possit illis esse sæuius, qui pauperum quidem nuda corpora & uentres fame enectos despiciunt, domos autem corruptioni, uermi & tineæ magnifice extruunt? sed facile m eorum interitum, repentinum exitium, & quã facile capi possint ab eis qui illis insidiantur, nihil est enim imbecillius homine qui in uitio uitã trãsigit. Quod his quoque eueniet, ita concidentur, ita funditus peribunt, & tam facile deuenient ad inferos, tam breuiter, tam expedite, tam nullo negotio quã oues quæ mactantur. Hoc est mors, imò uero res est morte acerbior. Post talem enim mortẽ eos mors immortalis excipiet, & ideo nusquã in sinus Abrahæ, nec in ullam aliam regionem cernuntur recedere, sed in infernum. Hoc pœnæ, hoc supplicij hoc summi exitij nomen est. Et hic mors eorum uilis est & contemnenda: & eorum illic mora est plena supplicio. Ita etiam solemus dicere de ijs qui facile pereũt. Hic sicut ouis occisus est. Quoniã enim sicut bruta uixerunt, etiam ut bruta pereũt, nõ habentes bonam spem de futuris. Nec hoc solum, sed etiam magno eorum malo. Mors depascet eos. Hic K
mihi uidetur mortẽ dicere, interitum qui illic est, Exc.18.d
& supplicium, quemadmodum etiã alibi dicit, Ani
ma quæ peccat, ipsa peribit, non substantiæ ablationem, sed pœnam significans. Per si stit autem in
meta phora. Quoniam enim dixit oues, eorũ quo- ἐσθίουσιν
que pastorem ostendit. Quis autem hic est? Vermis
uenenatus, tenebræ nunquàm cessaturæ, uincula quæ solui nequeũt, stridor dentium. Vide ergo eos undique puniri. In uita, quoniam eis ad uirtutem allatum est impedimentum, quoniam uitij serui & mancipia facti sunt, & superuacaneum & ridiculũ laborem susceperũt. In morte quoniam fuit mors eorum uulgaris in gloria. In tempore post mortẽ, quoniam perpetuus eos tenet interitus. Et *dominabuntur eorum iusti in matutino*. Quoniam multi crassiores, & non plus sensu præditi quàm lapides, nõ habent certam & clarã spem de futuris, sed ijs quæ sunt præsentia, & quæ uidentur, inhiant, eos obscurè tangit. Deinde cum paucis futura obscurè significasset, confert rursus orationem ad contemptio- L
nem eorum & pœnam in uita præsenti, ostendens quàm sint imbecilli, uiles, & cõtemnendi, & quod licet sint millies diuites, & magna sint succincti potentia, ab ijs tamen qui uirtutem persequuntur, habentur pro seruis & mancipijs. Et ideo dicit, Et dominabuntur eorũ iusti in matutino, hoc est celeriter, cõtinuo, & nec tẽpore quidem opus habebũt, nec labore, nec mora. Talis est enim rerum natura, 1.Reg.18 Mar.6.
ut uitiũ uirtuti seruiat, eamq; formidet ac pertimescat, licet illud quidem sit uersutum exercitatũq; ἐπιτ-
ac præclare instructum, hæc uerò nuda & per seip- τριμμα
sam decertans. Atqui contrà uidemus malos obti- ὑποσχο-
nere dominatum in bonos. Sed ne consideremus φοις
errorem multorum sententiæ, is enim ex falsa opinione ortus, sed ipsum rectum rerum iudicium di
iudicemus, & uidebis id quod dico esse potius. Sit enim aliquis malus dominus, & bonus seruus, uel si mauis, ad aliud maius potius exemplum rem deducamus. Sit Rex malus, & priuatus bonus, uideamus quis sit dominus alterius, & ubi nã resplendet dominatus, quis est qui imperat, & q paret alterius M
imperio. Quomodo ergo hoc sciemus? Rex rẽ malam & scelere plenam priuato imperet, cui bonus priuatus, & qui eius ditioni subiicitur, non modo non acquiescet, nec obediet, sed eum etiam qui imperat conabitur abducere ab instituto, licet mori oporteat. Quis est ergo liber? Is ne qui quod uult facit, et ne Regem quidem metuit? an qui ab eo cõ-
temnitur qui eius subest imperio? Et ne in incerto exẽplo prolixa utamur oratione, uxor Putipharis Gene.39
Aegyptia, nunquid erat Regina? nũquid toti Aegypto præerat? nunquid habebat Regem cõiugem? nunquid maximam habebat potestatem? Quid uerò Ioseph? non seruus? non captiuus? non famulus emptitius? Nõn aduersus adolescentulum omnem aciem instruxit, non alij belli curam committens, sed ipsa descendens in aciem? Quis ergo tunc erat seruus? Quis liber? Illã ne quæ precabatur, orabat, & supplicabat, & non homini sed improbissimæ animi perturbationi seruiebat, an is qui cõtemnebat diadema, sceptrum, purpuram, & omnem illã externam speciem ac uisionem, & rescindebat eius machinationem? Non illa quidem repulsam passa recesit, & alii rursus animi morbo mancipata est,

A nempe iræ quæ ratione non regitur & cædi? Hic uerò exiit capite redimito coronis innumerabilibus, & in ipsa seruitute libertatem magis resplendentẽ ostendens. Nihil est enim æque liberum ut uirtus,
Pro.17. nihil æque seruum ut uitium. Et ideo dicit etiam alicubi, q̃spiã Sapiẽs seruus obtinebit dominatũ in dominos insipiẽtes. Quẽadmodũ enim captiuus, etsi immẽsas habeat diuitias, eo ipso facile capi potest et expugnari ab omnibus: ita etiam qui ab animi perturbationibus captus est, est tela araneæ uilior. Quid uerò in bello, nunquid eos uidemus uincere? Quid uerò in rebus tractandis et consultandis, nunquid quæ dicunt firma sunt et stabilia, etsi
Luc.16. nullus pareat? Quid autem in ijs, quæ hanc uitam consequuntur? Nunquid diues quidem, tanquàm mendicus, unam guttam rogauit, nec eam impetrauit? Pauper autem, quoniam erat bonus, et uirtutis
Ro.8. studiosus, nõ in maxima fuit felicitate, et eadem ei
2.Cor.4. sors quæ Abrahæ obtigit? Quid autem in Apostolis? nunquid uincti, flagris cæsi, innumerabilia ma
la passi, eos superabant qui illos afficiebãt? Cogita
B ergo quã animi dubios & perplexos eos reddebãt,
Actor.4. adeò ut dicerẽt. Quid faciemus his hominibus? At qui tenebant eos uinctos, & in medijs iudicijs comprehensos, & obtinebant illi quidem locum iudicum & magistratuum, hi uerò tanquã rei illic stabant, & hi tamen illos uicerũt. Vbique denique, si quis diligenter consideret, uidebit uirum bonum uincere uirum improbum eáque uerè est uictoria, non ea quæ est multorum, quæ falsa est & errans, & quæ facile conuincitur, sed illa quę est firma, stabilis, & immobilis. Et *auxilium eorum ueterascet in inferno*. Hoc est, erit imbecillum. Quod autẽ dicit, est eiusmodi. Non solum hic facile capi poterunt, nullo opem ferente, nullo manum prębente, omnibus expositi, imò etiam quod est grauius, ne illic quidẽ habebunt qui defendat, & opem ferat, & manũ prębeat, & eorum supplicium consoletur. Itaq; nec uir-
Matt.25. gines prudentes stultis opem ferre potuerunt. Non
Exod.14. Luce.16. Abraham diuiti. Non Noe, Iob & Daniel filijs & filiabus Illud enim, Veterascet, Erit imbecillũ & eua
Iob.r.8. nescet, ac delebitur. Quod enim ueterascit ac consenescit, non longe abest ab interitu. A *gloria sua extur*
C *bati sunt*. Quod maximè desiderabãt, propter quod omnia faciebant, & nihil non moliebantur, nempe ut post mortem, magnam sibi pararent gloriam per pecunias, per ædificia, per sepulchra, per nomina inscripta in sepulchris, ab eo, inqt, excident, qđ eos maxima molestia afficiebat, dũ uiuerẽt, & hæc scirent. Talia enim ædificia sunt accusationes mortuorum. Nam etsi corpus terra tegatur, lapides tamen uocem emittũt, eorum crudelitatem & impudentiam quotidie accusantes, cõmunes eos hostes proclamantes, eos qui prætereũt, ut eos diris & maledictis prosequantur, & accusent, inuitantes. Quæ nam est ergo hęc gloria, accusatorẽ relinquere non tacentem, sed solo aspectu ora omnium aperientẽ, & apud omnes qui uident & accedunt, eos qui ædificarunt grauissime increpantem? Quidnam potest cum hac conferri stultitia? quãdo ea faciunt de quibus puniuntur, pro quibus ignominia afficiuntur, pro quibus accusantur, propter q̃ etiam post mortem à multis effodiuntur, ex quibus execrationes, reprehensiones, & crimina innumerabilia in eos intendũtur, tam ab eis qui iniuria affecti sunt, quàm qui non affecti sunt. *Veruntamen deus redimet animã* D
meam de manu inferi, quando acceperit me. Postquã dixit mercedem malorum, & stipendium peccati: dicit etiam præmia bonorum. Quod ipsum consueuerunt etiam facere alij prophetę, ut ex utroque auditorem componant & corrigant, nempe & ex pœnis peccatorũ, & ex præmijs uirtutis. Ita ergo se habent res illorum, infamia, labor inanis, ignorantia, risus, dedecus, interitus, mors, tormentum, æternũ supplicium, insultandi facilitas, à gloria & securitate excidisse & uiuos & mortuos, criminari, accusari, nullum inuenire malorum solatium. Nostra autem contrà se habent omnia, liberatio à supplicio, libertas animæ, securitas, honor, gloria. Hæc enim omnia significauit, cum dixit. Veruntamen deus liberabit animam meam de manu inferi, quãdo me acceperit. Inferos hic dicens supplicium, cruciatus illos intolerabiles. Considera autem quãtus sit honor, non propter hoc tantum, sed etiam propter id qđ subiũgitur. Cùm.n. inqt, acceperit me, tũc ipsum uidebo clarius q̃ nũc. Nũc n. per fidẽ ambulamus, 2.Cor.5.
non per speciem, tunc autem facie ad faciem. Redẽ E
pta autem anima, corpus quoq; erit bonorum particeps. *Ne timueris cum diues factus fuerit homo, uel cũ multiplicata fuerit gloria domus eius*. Hæc cùm ita se habeant, inquit, quid times præsentia? Quid te male habet inopia? Quid formidas diuitem? Audijsti quæ dicta sunt de resurrectione, de bonorum hæreditate, de supplicio malorum. Quid umbras deinceps pertimescis? Illa enim sunt firma ac stabilia. Hæc uero sunt similia floribus q̃ flaccescunt. Omnibus itaque alijs prætermissis, arcem malorum inuasit, nempe diuitiarum cupiditatem, ea enim diruta alia quoq; simul destruuntur. Et quomodo non timebo, inquit, eos qui tantum possunt? Potentia est ad breue tempus, uires unius horæ? transit rerũ successus, umbras & somnia imitantur pecuniæ, diuitiæ, & honor tantus, & ideo subiunxit, *Quoniam cum interit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius*, Subiũgens causam cur non timeat q̃ sunt momentanea, uenit mors, radicem abscidit, & uniuersa coma decidit cum folijs, & domus facile capi potest ab omnibus Quemadmodum ergo oues & F
capræ, post sectionem, arborem iacentẽ inuadunt. Ita etiam in ijs q hoc modo sunt diuites, multi inimici, multi amici, multi eorum quos beneficijs affecerunt, inueniuntur res illorum perdere & euertere, & qui tot & tãta possidebat, tot pocillatores, tot quocos, crateres aureos & argẽteos habebat, tot & tanta terræ iugera, domos, mãcipia, equos, mulos, camelos, castra seruorum, solus abit, & nemo cum eo discedit, nec ipsas quidem uestes sumens. Quo enim fuerit splendidius indutus, tanto lautiorem mensam uermi parans recedit, & sepulchrorum effossoribus ampliorem cupiditatem, & in miserum corpus maiores insidias, quò se magis exornat, eò in se maiorem contumeliam comparans, manus eorum qui thecas effodiunt armans in seipsum & inuitans. Et quid tum, inquit, At hic quidem certè sę iactat, gloriatur, & intumescit usque ad mortẽ. Immo uero multi ne ad mortem quidem, sed in illos coortis insidiatoribus, quibusuis reis grauiora passi sunt, pecunia spoliati, infamia notati, in carcere habitantes. Qui enim heri in curru, hodie in catena, qui heri obseruabatur ad adulatoribus, nũc sti

patur à lictoribus, qui unguenta olebat, nūc est re-
spersus sanguine, qui in molli lecto accumbebat, in
duro solo iacet, qui ab omnibus colebatur, ab om
nibus contemnitur. At in morte eius sunt magnifi
cæ & splendidæ exequiæ. Et quid ad illum qui nō
sentit? maior fœtor, maior horror, inuidia uehemē
tior, est enim filijs cum mortuo bellum perpetuū
propter illā magnificentiam. Vide autem quàm sit
uerbum accurate positum, & quā sit magna philo-
sophia. Non solum enim eum ex eo percellit quòd
nō unà recedant, sed etiam eum hic omni specie &
uisione spoliat, & nec diuitias quidem esse ostēdit,
quando eis fruebatur possidens. Non dixit. n. cum
multiplicata fuerit gloria eius, sed gloria domus
eius. Hæc enim omnia quæ enumeraui, fontes, am-
bulacra, porticus & balnea, aurum & argentum, eq
& muli, stragulæ uestes, & indumenta, sunt gloria
domus, non hominis qui domum habitat. Homi-
nis enim gloria est uirtus, unde ēt recedit unà cum
possessore, manet autem ipsa domus gloria, immo
uero ne manet quidem, sed etiam unà cum domo
H dissoluitur, nec quidquam ei profuit qui in ea uer-
sabatur, neque enim erat illius. *Quia anima eius in
uita ipsius benedicetur.* Postquā dixit de eius gloria
& diuitijs, nunc transit ad dicendum de laudibus.
Quia enim diuites hæc magno studio persequun-
tur, assentationem in foro, obseruātiam à populo,
publicas laudationes, simulatione referta encomia
magnumq; esse uidetur in theatris, in conuiuijs, in
iudicijs plausu excipi, ab omnibus prædicari, bea-
tus existimari, uide quomodo hoc quoq; detrahit,
ex tempore. In uita enim eius, inquit, Hoc est, hæc
obseruantia, & hoc laudibus affici, est ad præsentē
usq; uitam, unà autem cū alijs hoc quoq; dissoluī-
tur, ut quod sit caducum & momentaneum, sed ēt
quando id timore exhibetur a laudantibus & bo-
nis uerbis pro sequentibus, post mortem recidit in
contrariū, quando detracta fuerit persona metus.
Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Vide quomodo
accusat etiam eorum beneficia. Tu enim assentaris
& obseruas, quādam ad tempus obseruantiam si-
mulans. Ille autem habebit etiam tibi gratias, à te
I emens ut quæ sunt ei grata facias, & magno emēs,
tunc tibi, inquit, aget gratias. Hoc enim sibi uult il-
lud, Confitebitur tibi. Quando benefeceris ipsi.
Non dixit, quando feceris quòd sit utile, quādo be
nefeceris, sed quando quæ sunt ei cordi & quæ ex
eius animi sententia feceris, ostendens utrinq; esse
dānum & ex ficta assentatione, & ex pernicioso mi
nisterio. Et q̄s eū. ✻ Desunt per multa. ✻

IN PSALMVM XLIX.

Psal. 81. 1. Cor. 8 Exod. 22. Gene. 6. Leuit. 24 Io. 10.

*Eus deorum locutus est, & uocauit terram. A solis
ortu usque ad occasum.* Ipse quoque dixit ali
bi, Deus stetit in cōgregatione deorum. Et
paulopost, Ego dixi, Dij estis. Et Paulus. Etsi enim
sunt q dicuntur Dij & Domini multi. Et Moses, Dijs
ne maledices Et alibi. Videntes filij Dei filias homi
num. Et rursus idem. Qui execratur Deum, pecca-
tum accipiet, qui autem nominat nomen Domini,
lapidibus obruetur, & rursus, Dij, qui cœlum & ter
ram non fecerunt, pereant. Quosnam ergo signifi-
cat per hoc nomen in illis testimonijs? Et quosnam
hic dicit Deos? Principes. Quocirca subiungit etiā,
Dijs nō maledices, nec principi populi tui. Dicit ēt
eos qui ex parente aliquo insigni uirtute pdito ori
ginem duxerūt. Quoniam enim Enos, qui summā K
ostendit uirtutem, Dei nomine uocatus est. Qui au Gen. 4.
tem ex illo nati sunt, omnes, & nepotes fratris illi⁹,
inter se coniungebantur, filios Dei uocat qui ex ui
ro bono genus duxerant. Cœperunt enim, inquit,
uocari nomine Dei. Dicit etiam populū Iudęorū, q
hac appellatione honestatus est, dum dicit. Ego di
xi Dij estis, & filij excelsi omnes. Et alius, filius pri Psal. 81
mogenitus meus Israel. Sic enim uocabat eorū po- Exo. 4.
pulum propter suam benignitatem. Sic etiam solui
tur illud, qui execratur Deum, peccatum accipiet.
Hoc est, qui principi maledicit, peccat. Qui autē no
minat nomen Dei obruetur lapidibus. Hoc est, qui
ijs qui non sunt, eius qui Deus est nomen tribuit.
Quia enim non potest eius peccato ignosci, in ip-
sum grauissimum constitutum est supplicium. Di-
cuntur etiam Dij Gentium, non propter honorem,
nec quòd ita sint appellandi, sed propter eorum q
decepti sunt, & illos ita uocarunt, errorem. Quapro
pter dicit quoq; Paulus, Nam etsi sunt qui dicuntur
Dij, significans eos non esse Deos ne appellationis
quidem honore tenus. Hic ergo de quibusnā dicit, L
Deus deorum? Mihi uidetur dicere de Dijs gentiū,
non ut qui sint, sed ut qui ita existimentur ab ijs q
in errorem abducti sunt. Quoniam enim erat cras- Exo 32.
sior Iudæorum animus, & à cultu idolorum non Num. 21
erant omnino liberi, sed simulacra mirabantur, & Esa. 1.
multas iniquitatis habebant reliquias: uel eo ipso Hier. 2.
eorum animos & spiritus extollit, ostendens illum Eph. 18.
eorum esse Dominum. Nam est ipsorum quoq; dæ- 1. Cor. 15.
monum Dominus, loquens de ipsis subsantijs ma Ephe. 1.
lam autem mentem & omne uitium ipsi ex sese in- Phil. 2.
uexerunt. Videtur autem mihi hic quoq; Psalmus
cohærere priori. Nam in hoc quoque scripta est re-
prehēsio & accusatio eorum qui deliquerunt. Sed
illic quidem omnem orbem terræ uocauit ad au-
diendum, hic autē ipsa elementa, quæ extensa sunt
per omnem orbem terrę. Aliud est hic theatrum, &
aliud auditorium. Illic sunt gentes, terrigenę diues,
pauper. Hic cœlum & terra. Ipsum quoq; Deum in-
troducit disceptantem, & ei tribuit orationem de-
fendentis causam suam apud populum Iudęorum. M
Maiore itaque nobis attentione opus est. Hoc etiā φῶς γῆς.
facit alius propheta, & introducit Deū causam agē Mich. 6
tem, & statuit loco iudicū uoragines & fundamen
ta terrę. Audite enim, inquit, uoragines & fundamē
ta terræ. Quoniam iudicium est Deo cum populo
suo, & cum populo disseret. Et rursus. Iudicio con-
tendet uobiscum, & cum patribus uestris. In mul-
tis autem locis scripturæ potest uideri hæc figura,
quod quidem est in primis admirabile, & dignum
Dei benignitate. Ostendit enim eius ineffabilem Hier. 9
bonitatem, qui se adeo demiserit ut cum hominī-
bus iudicio contendat. *Ex sion species decoris eius.*
Habet aliquid propheticum, habet etiā historicū,
quod dictum est, fuit enim & in ueteri ex illo eius
decor. Templum enim sancta sanctorū, omnis cul
tus, omnisq; forma ac ritus legis ueteris, multitudo
sacerdotum, sacrificia & holocausta, sacri hymni &
psalmodiæ, & omnia illinc proficiscebantur, & ty-
pus futurorum illic ante descriptus fuerat. Postquā 1. Cor. 10
autem ueritas quoq; adfuit, ea rursus illinc quoque Hebr. 10
cepit initium. Illinc enim crux resplenduit. Illinc in
numerabilia quæ præclare ab eo gesta sunt. Et ideo
Esaias quoque scribens de lege noui testamenti, di
cit. Ex

A cit. Ex sion egredietur lex, & uerbū Domini ex Hie
Esa. 2. rusalem, & iudicabit in medio gentium. Sion enim
hic dicit locum integrum, & ciuitatem, quæ iuxta
illam sita est, ludæorum metropolim. Illinc enim,
tanquam ex quibusdam carcerib⁹, pernicies equi,
Psal. 18. nempe Apostoli, emissi sunt in omnem orbem ter-
Rom. 10. ræ. Illic cœperunt signa. Illic fuit resurrectio, illic a-
Hie. 5. scēsio, illic proœmia & initia nostræ salutis, illic ar
Matt. 2. cana illa cęperunt prædicari dogmata ac decreta.
Luc. 1. 2. Illic primum pater reuelatus est, cognitus est unige
Mat. 10. nitus, & data est tanta gratia spiritus. Illic Apostoli
11. reuelarunt sermonem de rebus incorporeis, de do-
Actor. 13. nis, de potestatibus, de futurorum bonorum pro-
missionibus. Quæ omnia propheta considerans,
uocat eius decorem. Dei enim species ac decor est
eius bonitas, ac benignitas, & in omnes beneficen-
tia. *Deus manifeste ueniet, Deus noster, & non silebit.*
Vides quomodo procedens aperit sermonem, & re
uelant thesaurum, & lætiorem emittit radium, di-
cens. Deus manifeste ueniet. Quando enim non ue
B nit manifeste? Quando? In priori aduentu: uenit. n.
Isai. 45. absque ullo strepitu, multos cœlans, & multos la-
Io. 1. tens. Quid dico multos? cùm nec ipsa quidem uir-
Io. 7. go, quæ eum utero gestabat, nouerat arcanum my
Matt. 1. sterij, nec eius fratres credebant in ipsum, nec is qui
Mat. 4. uidebatur esse pater, magnum quid de eo concipie
bat. Et quid dico homines? Ipsum quoque diabolū
latuit. Neque enim si sciuisset, tanto post tēpore in
monte eū interrogasset, an esset Dei filius, neque id
Matth. 3. semel & bis & tertio hoc fecisset. Et ideo dixit Ioan
ni eum reuelare incipienti, sine modo, hoc est, tace
nūc, neque. n. tempus est ut reueletur arcanum car-
nis susceptæ consilium, uolo adhuc latere diabolū
Matt. 17. tace ergo, ita enim nos decet. Et cū à monte descen
Marc 9 disset, iussit ut eum esse Christum nemini dicerent.
Luc. 15. Tunc enim uenit ut pastor qui quærebat ouem q̄
aberrauerat, & qui repugnantem feram uenari uo-
lebat, & ideo seipsum adumbrabat. Quemadmodū
enim medicus non est protinus ægroto terribilis,
ita nec ipse in principio se uoluit aperire, sed paula
tim & sensim. Hunc itaque eius aduentum, qui fuit
C absque strepitu, significans hic ipse propheta, dicit
Psal. 71. procedens, Descendet tanquam pluuia in uellus, &
tanquā stilla quæ distillat super terram. Neque. n.
uenit personans ac perstrepens, non turbans ac tu-
multuans, non terram mouens, non fulgura emit-
tens, non cœlum concutiens, non populos Angelo
rum immittens, non medium firmamentum disru-
pens, & ita super nubem descēdens, sed absque stre
pitu per uterum uirginis cum ea nouem mensibus
illum tulisset, tanquam fabri filius in præsepi pari-
tur in uilibus fascijs, insidijs appetitur, fugit cū ma
Luc. 2. tre in Aegyptum. Deinde post mortem eius qui ma
Matt. 2. xima scelera admiserat, tunc reuertitur, & huc & il-
Matt. 2. luc obiens, habitu semper erat ut unus ex plebe, &
erat illi uestis uilis, & mensa uilior perpetuus itine
ris ingressus, & ita perpetuus, ut ex itinere etiam de
Io. 4. fatigaretur. Sed non tunc sic ueniet, sed adeo mani
feste, ut ne ullo quidem opus habeat qui eius ad-
uentum annunciet. Propterea ipse quoque eius cla
ritatem significans, dicebat, si audieritis Christum
Matt. 24. esse in penetralibus, si in deserto, nolite exire, sicut
enim fulgur exit ob oriente, & relucet usque ad oc-
cidentem: ita erit aduentus filij hominis, ipse seip-
sum, ostendens ac prædicans. Nam hoc etiā in ful-

gure euenit, nec opus habemus aliquo qui annun- D
tiet, sed simulac apparuit, & omnibus, & simul om
nibus cognitum extitit. Ita etiā dicit Paulus. Quo-
niam ipse Dominus in iussu, in uoce Archangeli, in
extrema tuba descendet de cœlo. Ita etiam prophe 1. The. 4.
ta uidit eum ferri super nubes, & fluuium ante eum
protrahi, & tribunal terribile, & quæ uitari nō pos-
sunt uitæ reddendas rationes. Tunc enim tunc iu-
dicio & sententia opus est. Et ideo non amplius ut
medicus, sed ut iudex apparet. Daniel itaq; & thro- Dan. 7.
num eius uidet, & fluuium, qui ante tribunal trahi
tur, & omnia illi ignita ostēduntur, currus & rotę,
sed non in principio, nec quando in primo aduen-
tu uenit, tale quid ostendit, non ignem, nō fluuiū,
non aliquid aliud eiusmodi, sed est præsepe, diuer
sorium, tugurium, & pauper mater. Quanquā alio-
qui ex hoc quoque ostendit eum esse à cōuersione
& mutatione alienum. Quoniam enim dixit eū q
sedet super thronum habere capillum candidum
ut lanā, & uestem sicut niuem: ne pilos uestēmue
existimares, sed splendorem ac puritatem, ignē ubi
que esse dicit. *Ignis in conspectu eius exardescet, et in cir* E
cuitu eius tempestas ualida. Ita etiam hic simul eū esse
mutationi & conuersioni minimè obnoxium, luci
dúmque & inaccessum ostendit per has similitudi
nes. Neque uerò sistit ad ignem usque, sed uolens
ostendere uehementiam supplicij, subiungit dicēs,
Tempestas ualida. Græcè est catęgis. Est autem ca- Τέρεστας. καταιγίς.
tęgis, uel intolerabilis massa niuis, quæ quidquid procella
inciderit conuellit & euertit, uel uehemens uento-
rum impetus, qui idipsum efficit, & est ijs quæ oc-
currunt intolerabilis, uolens ostendere illud sup-
plicium esse intolerabile, adduxit has similitudi-
nes. *Aduocauit cœlum desursum, & terram discernere po-
pulum suum.* Rursus meminit elemētorum, per quæ
bona innumerabilia ad genus hominum peruene
runt, non solum ad uitam & constitutionem cor-
poris, sed etiam ad Dei cognitionem. Pulchritudi-
nes enim & magnitudines, & rationes situū, & sub
stantiæ, ex quibus constant hæc elementa, & quæ
ex eis fiunt, et quæ generaliter omni tempore, et q̄
sæpe sigillatim eueniunt, hæc omnia corpora alūt F
et constituunt, et ad Dei cognitionem deducunt.
Et ideo dixit Paulus. Inuisibilia ei⁹ ex creatura mun
di operibus intellecta perspiciuntur, ęternáque ei⁹ Ro. 1.
potestas et diuinitas. Et rursus, Quia enim in sapiē
tia Dei, non cognouit mundus per sapiētiam Deū, 1. Cor. 1.
hoc est, per sapientiam quæ cernitur in creaturis,
ut quæ non sit parua, sed uel maxima et clarissima
doctrina. Atque quæ quotidie quidem per eū fiūt,
etiamsi uideantur fieri ex naturæ cōsequentia: ipsa
tamen etiam opificem prædicant. Opifex enim est
naturæ Dominus. Ne mireris autē si ad Iudæos di-
rigat orationem, de generali iudicio disserēs. Ita. n.
Paulus quoq; dicit, Ira & indignatio, tribulatio & Ro. 2.
angustia super omnem animam hominis operātis
malum, Iudæi primum & Græci. Et rursus. Quicun
que sine lege peccarunt, sine lege & peribunt, & qui
cunque in lege peccarunt, per legem iudicabuntur.
*Congregate illi sanctos eius, Qui ordinant testamentū eius
super sacrificia.* Cur nā quos est accusaturus, & quos
condemnaturus, sanctos hoc in loco appellat? Ac-
cusationem augens, & honorem adijciens ad maio
rem significationem supplicii. Ita etiam nos quoq;
quando uiderimus aliquos peccasse, & uolumus

Universidad de Deusto Biblioteca

G eos uehementius insectari, cum eorũ dignitatibus eos uocamus, ut grauiorẽ reddamus accusationẽ, dicentes, Voca Diaconum, uel Presbyterum. Quoniam ergo hi quoq; appellabantur regale sacerdotium, & populus peculiaris, & eo nomine sibi ualde placebant, ex eo ipso contexit criminum magnitudinem, qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Quoniam cùm mala innumerabilia audèrent, & tot in se uitiorum genera susciperent, rapientes, in bona aliorum per auaritiam inuadẽtes, occidentes, adulterantes, sanguinem sanguine miscentes: existimabant præclarè se gerere, & legem ac testamentum adimplere, si oues & uitulos sacrificarent, ideo probra illis ingerens, eosq; irridens, dicit, qui ordinant testamẽtum eius super sacrificia, hoc est, qui ad salutem sufficere existimãt, si anima lia brutorum sacrificent. *Et annunciabunt cœli iustitiã eius.* Volens hic rursus ostendere eius iustitiam esse claram, nitidam, apertam, cui contradici non potest, & quæ in confesso est: introducit elementa insensilia eam prædicantia, eadem, quam prius dixit, H figura. *Quoniam deus iudex est.* Ius, inquit, unicuique definiens. Neque enim temere posuit illud, iudicare, sed ut ostenderet eum etiam esse iustum, & alijs reddere quod iustum. In deo enim illud, iudex, pro iusto sumptum est, quemadmodũ Paulus id quoque posuit dicens, Nam quomodo iudicabit Deus mundum? Hoc est enim maximè iudicium, hoc est maximè esse iudex, non solum ferre sententiam, sed eam iustè ferre. Iudicabuntur autem Iudæi, & q tũc erant, & qui postea in nouo se iniquè gesserunt, illi quidem & naturam & legem habentes accusatricẽ. Hi autem cum eis ea etiam quæ illis fecit Christus. Quid enim poterũt dicere, uel quam causam afferre, quare non crediderint? Sed ea quæso quæ dicuntur attendite, ut possitis ora eorum qui contra dicunt obstruere. Satius est enim eos à nobis uictos nunc corrigi, quàm se uincere putantes illuc abire, & cõdemnari à communi iudice orbis terræ. Quid nam ergo poterunt dicere Iudæi, quamobrẽ Christum interfecerint? Quodnam paruum uel magnũ crimen ei possunt obijcere? Quod se deũ faciebat, I inquit. Atq non erant hæc uerba, quo tempore crucifixus est, sed quædã alia. Non enim dicebant, Qui facit seipsum deum, sed qui facit seipsum regẽ, non est amicus Cæsaris. Atqui uoluerant eum sæpe regem eligere, & aufugit. Sed antea, inquit, ei crimini dabant quòd se deum fecisset. Quid hoc ad rem? Si enim falso & iniuria, & cũ uerè non esset: iustè fuit crimen intentatum. Si autem iuste, eũ adorasse nõ crucifixisse oportuit. Videamus ergo nũquid, cum esset uerè Deus, Deũ seipsum faciebat, hoc est, ostẽdebat, & demonstrabat? Vndenam ergo uis hoc cognoscere? Ab ijs quę tunc fuerunt, an ab ijs q̃ nunc fiunt? Ab ijs quę in partu facta sunt? Quis unquam natus est è uirgine? Quis talẽ stellam ostẽdit? Quis autem Magos tanto duxit itinere, non ui aut necessitate, sed sua persuasione ac reuelatione? Vides uniuersam creaturam Dominum cognoscentẽ. Prima cedit natura, nec potest repugnare nec contradicere, dicens, partum non expedio, non didici ex utero uirginis infantem in lucem producere, nõ noui matrem facere absque coniugio, sed suis cesit finibus, suum enim Dominum cognouerat. Iam uerò eo nato Angeli adfuerunt, eum qui est in cœlis, esse in terra significantes, & cœlum terra facta est, ut- K pote quòd rex hic esset, & Magi adorarunt, q ex tã remotis locis uenerant, & infans quidem in Palæstina iacebat in præsepi. Illi uerò ex barbara regione tantum honorem tantúmque cultũ afferebant, quantum æquum erat deo offerri. At hæc quidem fortasse non admittent, sed alia signa q̃rent in præsenti generatione. Sed nec hæc quidem nobis deficient. Talis enim res est ueritas, abundat iustis rationibus quibus suam causam tueatur. Nã hic maxime ne ullam quidem possunt umbrã afferre contradictionis. Nam etsi non aderas quãdo nascebatur ex uirgine, oportebat tamen credere prophetæ dicenti. Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filiũ *Esa.7* & uocabunt nomen eius Emmanuel. Si nõ aderas quando carne tectus terram obibat & simul cum seruis uersabatur Dominus, lege Hieremiam, & ille *Baruch.3* tecum loquetur sic dicens. Hic est Deus noster, nõ reputabitur alius præter ipsum. Inuenit oẽm uiam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israeli dilecto suo. Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus cõuersatus est. Iam uerò in alijs quoq; omni L bus, uidebis prophetas, quorum libros, hac de causa, in hodiernũ usque diem frustra uersas & agitas, hæc omnia aperte prædicare. Sed eiusmodi quidẽ certamina sæpe aduersus eos à nobis dicẽdo suscepta sunt, & sæpe susc̃ipientur. Nunc autẽ quæ sunt susceptа prosequamur. Annunciabunt cœli iustitiã eius, Quoniam deus iudex est. Hic mihi uidetur dicere iustitiam, maximam eius curam & summã in eos ipsos benignitatem multiplicem, uariã ac multiformem in homines prouidentiam, per creationem, per legem, per gratiam, per ea quæ sub uisum cadunt, & quæ non cadunt, per prophetas, per Angelos, per Apostolos, per supplicia, per beneficia, p minas, per promissa, per ordinẽ temporis. *Audi populus meus & loquar tibi.* Vide rursus benignitatẽ & mãsuetudinem ex ipso proœmio. Perinde enim ac si homo quispiam homini tumultuanti & turbas excitanti diceret, Si audias, loquar. Si attendas, dicã ita etiam seruis Dominus. Si me audieris, inquit, dicam, erant enim pigri ac negligentes, & nè tantillũ quidem legum lectioni quietam prębebant audiẽ M tiam. Id autem significans quispiam propheta, dicebat. Erò eis tanquã uox psalterij dulce canentis. Sæpe autem iubebant prophetis ne prophetarẽt, imò uerò eos quoque uexabant & agitabant. Ita etiam uidetur rex minari & prohibere alicui prophetę ne populi concionem conuocet. *Deus deus tuus ego sum.* Non temere sita est hęc conduplicatio. Sed quoniã ijs loquebatur qui erant surdi, & orbi, & nullo sensu præditi, loquitur de eius dominio, mox futuræ narrationis optimum hinc sumens exordium, ostẽdens eos illi debere libertatem, & æquum esse ut illi soluãt debitum, tanquã seruos domino, tanquã opera opifici, tanquã maximis beneficijs & honoribus affectos. *Non in sacrificijs tuis arguã te. Holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.* Ita etiam eos accusant prophetæ, quòd potiore uirtutis parte contempta, salutis spem in eis reponebant. Ad se enim defendendos hæc erant allaturi. Sacrificamus, holocausta offerimus. Sed non accesi, inquit, de his litigaturus, nec quod hæc contempta essent uos accusaturus. Esaias autem eos etiam insectatur uehementius dicens. Quid mihi multitudinẽ sacrificio *Esa.1.*

A rum uestrorum? Plenus sum. Holocausta arietum, & adipem agnorum & sanguinem taurorum & hir corũ nolo. Quis enim requisiuit hæc de manibus uestris. Atqui permulta dicta sunt de sacrificijs. Sed non hæc decernit tanquã hæc uelit principaliter, sed ad infirmitatem eorum se demittit. Hieremias *Hierem. 6.* quoq; dicit, Cur mihi fers thus ex Saba, & calamũ aromaticum ex terra longinqua? Omnes denique, ut semel dicam, prophetæ hoc nihil magni esse dicunt. Quocirca ipse quoq; incipiens sic dicit, Deus deus tuus ego sum, ex eo ostendens ipso esse indignam hanc colendi rationem. Deum enim non fumo, nec nidore, sed per optimam uitæ institutionẽ incorpoream, & in mente sitam, colere & honorare oportet. Sed non sic externorum dæmones, imò etiam hæc requirunt, & hoc uidetur ostendere quidam Poeta apud Græcos, dicens, Hoc nos fortiti sumus munus. Deus autem noster nõ sic. Illi enim humanum sanguinem sitiẽtes, & eos ad has cædes uolentes paulatim pellicere, hæc petebant assiduè. Ip B se autem cũ uellet eos paulatim ab occisione brutorum abducere, hac demissione usus est, & permisit sacrificia, ut sacrificia tolleret. *Non accipiam de manu tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos. Quoniã meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus, & boues. Cognoui omnia uolatilia cœli, & pulchritudo agri mecum est.* Vides quomodo paulatim erigit eorum mentẽ, quì in terras defixi & curui sunt exęcatam eorum mentem aperiens, & ostendens se hæc iussisse, non quod eis egeret, nec lege sanxisse quod ea admitteret. Si enim, inquit, ita coli uellem, cum omnem terram quæ sub Sole est dominatu obtineã, & omnia creauerim, procurarem ut mihi lauta & opipara fierent sacrificia. Deinde eos etiam irridens ac reprehendens, Vt magis pungat accusatio, subiunxit. *Si* Κρέα κλίνει. *esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius.* Quoniã enim ipse ea concesit, ut eos paulatim ab eis abduceret, ipsi autem in re adeò uili & abiecta perstiterunt, cum ex ea ad illorum infirmitatem demissione nullum magnum fructum cepissent, propterea crassius & humanius disserẽs, dicit, Si esuriero, non tibi dicam. Hoc est, Neque esurio. C Deus enim non esuriet, neque defatigabitur, nec si his uellem coli, deessent mihi innumerabilia sacrificia & holocausta. Omnia n. mihi affatim & abundè suppetunt, & cùm sim ipse Dominus, mea uolo à te accipere, ut hac uia & ratione te ad meam amicitiam attraham & à rerum inanium cõsuetudine abducam. Deinde rursus eũ erigens ad id quod est sublimius, subiungit. *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem potabo?* Hæc, inquit, ne hominibus quidem iussi facere, sed etiam maximum constitui supplicium ijs qui uescuntur sanguine. Quomodo ergo indigerem sanguine, qui seruos meos à tali esca abduco? Cùm hæc ergo omnia repulisset, & se esse indigna ostendisset, & accusationẽ permultis falsis ac ridiculis dictis respersisset, non eo in loco loqui desijt, sed ostendit alium modũ sacrificij functus hac in re optimi medici officio, ut abducens à rebus inutilibus, ea quæ iuuare possint uulneribus applicet. Postquam enim hæc perfecit, dicit, *Immola deo.* Et quomodo sacrificabo, inqt? Absq; sanguine. Hoc enim sacrificium deo maxime cõuenit. Et ideo cum dixisset, Sacrifica Deo, subiunxit, *Sacrificium laudis.* hoc est, gratiarum actionis, sacrorum hymnorum, eius quæ fit per rectè facta glori- D ficationis. Quod autẽ dicit, est eiusmodi. Ita uiuas ut Dominus tuus glorificetur. Quod etiã Christus *Matth.5.* docuit, dicens. Luceat lux uestra corã hominibus, ut uideant bona uestra opera, & gloricent patrẽ uestrũ q est in cęlis. Laus. n. nihil est aliud q̃ laudatio, glꝛia, & celebratio. Sit ergo uita tua eiusmodi, ut tu laudetur ac celebretur dominus, & pfectũ obtulisti sacrificiũ. Hoc sacrificiũ Paulus quoq; regrit, dicẽs. Exhibete mẽbra uestra hostiã uiuentẽ, sanctã, *Ro.12.* Deo placentem. Et rursus hic ipse propheta alibi: Laudabo nomen Dei mei cum cantico. magnifica *Psa.68.* bo ipsum cũ laudatione. & placebit Deo plusq̃ uitulus iuuenis cornua producens & ungulas. Ita et sacrificauit Iob, post plagas illas quæ naturam superabant, gratias agens, & hæc uerba loquens: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino pla- *Iob.1.* cuit, ita factum est, sit nomẽ Domini benedictum. *Et redde altissimo uota tua.* Hic dicit supplicationes, suadẽs ut in oratione assiduè perseueremus, & quæ professi fuerimus, cũ celeritate reddamus. Pulchrè E autem dixit, Redde. Post promissionem enim, efficitur debitum. Ita etiam Anna reddidit filiũ, ut de *Sam.1.et* bitum maximum. Tu ergo, siue promittas eleemo- *2.* synam, siue uitam pudicam, siue aliquid aliud tale, ad id exoluendum festina. Siquis autem exactè perpẽderit, etsi minimè promittatur, uirtus tamen ei debetur. Id autem Christus significans, dicebat, Quæ enim debuimus facere, fecimus. Atqui dixit *Luc 17.* parabolam serui, cui erat minimum imperatũ ministerium, nempe ut non accumberet, sed trãsiret, & ministraret. Porrò autem quidam alius quoque dicit, Ne tardaueris reddere uotum tuum. Pollici- *Ecclesiasti.5.* tus es redde, ne fortè mors te inuadat, & id rescindat. Et quid ad me, inqt? Vita enim non erat in mea potestate. Et ideo differre non oportuit, dum cogitas esse incertum exitum, & non esse in tua potestate aut uiuere, aut hoc è loco excedere. Quod ergo uideris pro tua defensiõe afferre, id planè te arguit. Neq; enim mors in causa fuit quominus redderes, sed tua mora ac dilatio. *Et inuoca me in die tribulationis tuæ: & eruam te, & honorificabis me.* Vides copiosam dari mercedem. Quid ergo potest cõferri cum F hac benignitate, quando dat nobis mercedem uirtutis, & mercedem longè maiorem laboribus. Eaq; datur in tempore admodũ opportuno? Et cur, inquit, dixit, Inuoca me? Cur expectat ut à nobis inuocetur? Volens in nobis efficere maiorem familiaritatem, & uehementiorem quæ cum eo intercedit amicitiam, dando, inuocando, & accipiendo. Virtus enim Deo familiarẽ efficit. Id ipsum facit remuneratio. Rursus autem uota ac preces hanc familiaritatem conciliant. Et ideo dicit, Da mihi, & do ti- *Mat. 19.* bi. Quin etiam in dando unà accipis. Ipse enim his *Lucæ. 9* nõ indiget. Quamobrem si lueris moderatus, man- *Psal. 15.* suetus, & pudicus, Deo ex hoc nõ aliquid accesit, *Iob. 22.* sed teipsum effecisti meliorẽ & clariorem, & tamen pro his, tanquã quæ ipsum iuuarent, maximas mercedes & coronas constituit. Quin etiam ante illas coronas non parua uoluptate frueris, ut & qui bonam tecum circunferas conscientiam, & bona spe in posterum erigaris. Diem autẽ afflictionis hic dicit, non calamitatum, nec fortuitorum casuum, sed quod siue peccatum bello impetat, siue diabolus obsideat, malas inuehẽs cupiditates, magnum au-

Gxilium assequêris. Et eruã te, & honorificabis me. Hoc rursus dicit, non egens nostra gloria. Quomodo enim egeret, qui est Deus gloriæ? sed ut per hymnum gratiarum actionis, fiat memoria beneficii, & sit uehementior in eum affectio, quòd primo felicitatem maximam accipiamus. Neq; uerò à decoro aberraueris, si dixeris eum dicere diẽ afflictionis, & diem futurum. Illa enim nunquã cessat afflictio. Atq; hic quidem & mors aduenies soluit calamitates, & amici consolantes, & finis, qui expectatur, sæpe etiam rerum quæ speratur mutatio, & diuturnitas temporis mollit ac mitigauit perturbationem animi, & res aduersæ propinquorum. Habere enim ærumnarũ socios, & uidere multa eiusmodi exempla, uisum est multis esse quid magni ad cõsolationem. Illic autẽ nihil est eiusmodi, neq; enim adest aliquis qui cõsoletur, sed est solitudo maxima amicorum. Non longitudo temporis mollit dolorem. Quomodo enim, cum flãma perpetuo impẽdeat? Mat. 25. Non spes liberationis, est enim ęternũ supplicium, 1. Cor. 15. non mortis expectatio, est. n. pœna ęterna, & sunt H etiam quę puniũtur corpora immortalia. Et ne hoc quidem quod uidetur multis afferre solatiũ, quòd uideantur scilicet alij puniri. Primum. n. non possunt uideri qui puniuntur, cum tenebræ quæ sunt instar sepimenti, oculis caliginem offundant. Deinde magnitudo doloris ne finit quidem admittere sensum huius consolationis. Diues ergo nihil ex ea re acceperit solatij, nec ij qui stridentibus dentibus. *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas?* Vidisti lyram perfectam, citharam bene compositam, diuersis modis unum edere cõcentum. Hic est enim sensus, & id apud Apostolos, & apud alios Prophetas scriptum cerni potest, & Paulus etiã ita quodãmodo dicit, ipse quoq; ostendens nihil prodesse alios docere, nisi quis seipsum prius doceat. Quoniam enim sibi ualde placebãt, sicut propter sacrificia, ita etiam propterea quòd legẽ haberent, & dijcerentur aliorum doctores, ostẽdens eos ex illa re non magnum fructum capere, quãdo ipsi manerent indocti, acrius eos insectans, dicit. Qui ergo Rom. 2. alium doces, teipsum nõ doces? Qui prædicas non furandum, furaris? Qui abominaris idola, sacrilegium admittis? Qui de lege gloriaris, per legis transgressionem Deum dehonestas? Et ideo de seipso dixit alibi. Vereor ne cum alijs prædicauero, ipse reI 1. Cor. 9. probus efficiar eorum tumorem deprimens, qbus doctrina sermonis magnos faciebat spiritus, cũ essent ipsi uirtute defecti. Aliter quoq; hoc quod nũc dicit tractat, ad Iudæos se conuertens, quando dicit. Quando. n. gentes, quæ natura legem non habent, quæ legis sunt natura faciunt: hi legem non habentes sibiipsis sunt lex. Et rursus: Non enim auditores legis iusti apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Et Propheta, qui tenebãt legem, nesciebãt me. Et rursus, *fruſtra facti sunt iuncus fallax scribis. Qua de re? Quoniam turtur, & hirũdo, agri passeres cognouerũt tempora ingressus sui, populus autem meus non cognouit iudicia mea. Hic autem dicit, nõ solum nihil lucrari ex eo quod docet alios, eum qui uirtutem non persequitur, sed seipsum etiam primo gradu dignitatis deiicere. Si. n. in externis iudicijs, qui deliquit ei indicti silẽtij infamia punitur: in publico doctrinæ ludo quomodo ei loqui permittetur, qui est peccato obnoxius?

Maior autem est hic doctrinæ ludus illo iudicio. Illic enim qui peccant, castigati luunt pœnas, hic autem fiunt omnia ut non puniantur qui peccarunt, sed peccatum pœnitentia corrigãt. Iam uero in aulis quoque regijs nemo fuerit regię uocis interpres, si fuerit prauæ & corruptæ uitæ conuictus. Quare ergo enarras iustitias meas, & alios doces, & tamen contrarium facis, uita contradicente ijs quæ à te dicuntur, & auertis nonnullos eorum qui uolunt attendere. Nõ. n. ita doces uerbis, sicut rebus & factis abducis. Quocirca Christus illum laudat doctorem, qui uerbis & factis perfectam doctrinã ostenderit. Qui enim fecerit, inquit, & docuerit, hic uo- Matth. 5. cabitur magnus in regno cœlorũ. Habeat ergo uita tua claram uocem eadem quæ dicis docentem, & licet os tuum obstruxeris, uel tuba clarius personabis, non solum apud præsentes, sed etiam apud eos qui procul siti sunt. Ita etiam cœlũ enarrat gloPsal. 18 riam Dei, cũ nec os habeat, nec linguam moueat, neque spiritum ex imo profundat, sed per eorum quæ uidentur pulchritudinem deducat spectatorem admirandum opificem. Quod ergo illic est in Sap. 13 cœlo pulchritudo aspectus, hoc sit in aia tua uirL tus. Quòd si, cum sis sordidatus, & innumerabiles habeas accusatores, & maximè tuã ipsius conscientiam, doctoris sedem coneris inuadere, quando aduitia reprehendenda accesseris, nõ alios magis quam teipsum accusabis. *Et assumis testamentum meum per os tuum?* Rectè dixit, per os. Est. n. cor defectũ fructibus qui ex eo oriuntur, & labra incassum mouentur, & ad eius qui loquitur condemnationem. Si qs autem mentem fuerit scrutatus, magnum bellũ inueniet. *Tu uero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.* Disciplinã hic dicit legis doctrinam, quæ animum cõponit, uitium expellit, & uirtutem inserit. Quomodo ergo eam tractas, & in alios seminas, cum ipse eam factis non habeas? Proiecisti enim, inquit, sermones meos retrorsum. Nõ solum enim ex legis doctrina nulla est tibi facta accessio, sed etiam, quod habes à natura, mutilum mancũq; reddidisti. Eorum enim quæ sunt agenda, & non Rom. 2. agenda, rationes nobis à natura insitæ sunt. Tu au- M tem eas repulisti, & non habuisti in memoria. *Si uidebas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Quoniam fieri nõ potest ut homo sit nulli omnino peccato affinis: & ideo dixit qspiam, Quis gloriabitur mũdum habere cor? aut quis au Prou. 20. dacter dicet se esse purũ à peccato? & Paulus cum 1. Cor. 4. dixisset, Nihil mihi cõscius sum, subiunxit, sed non Prou. 18. in hoc iustificatus sum, &, instus suiipsius primo loco accusator est, uidelicet suorum peccatorum? Vt nemo ergo posset dicere, si omnes sunt peccatores, peccatorem autem iusit nõ narrare iustitias, quis est ergo narraturus? Nequis ergo hæc diceret, gene- 1. Reg. 2. ra peccatorum enumerat per species. Est. n. peccatum ad mortem, quemadmodum Heli quoq; dicebat, si peccans homo peccauerit, etiam pro se orabit. Si autẽ domino peccauerit, quis orabit pro eo? Exod. 30. Porrò autem in lege etiam, alia quidem erant im- 21. Num. 19. medicabilia ut etiam morte punirentur: alia uerò 35. habebant aliquod promptissimum remedium. Ita Leuitic. 4. etiam Christus in nouo. Si peccauerit frater tuus, in- 5. 6. quit, argue eum inter te & ipsum solum. Si aũt non Mat. 18. audierit, assume adhuc tecum duos, si ne hos quidem audiuerit, sit tibi tanquã ethnicus & publicanus. Et

Anus. Et tamẽ cum alicubi dixisset Petrus, Quoties, Mat. 18. si peccauerit in me frater meus, dimittam ipsi? audijt usq; ad septuagies septies. Hic autem post duas admonitiones, ostẽdit magnum esse delictum, nec eum cogit rursus expectare. Quid ergo? sunt hæc illis contraria? Absit. Sed illud, septuagies septies, dicit, si eum pœniteat. Quomodo enim dimittet quispiam ei qui neq; cõfitetur se peccasse, neq; ducitur pœnitentia? Etenim cũ medicamenta petimus, uulnus etiam ostendimus. Quis est ergo peccator, de quo hic dicit scriptura, attente audiamus. Eũ enim describit per ea quæ consequũtur, sic dicens. Si uidebas furem, currebas cũ eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filiũ matris tuæ ponebas scandalum. Vidisti uitium non secus ac imaginem aliq̃, suis coloribus descriptum: & quomodo improbus uitio belua factus est, dum naturæ nobilitatem prodidit. Ne hanc ergo imagi nem leuiter pertractemus, sed singula accuratè inB quiramus. Si uidebas furem, currebas cum eo. Hoc est causa omnium malorum, hoc est quod uirtutem maximè euertit, quod retardat ac reprimit studium multorum ad ea quæ sunt honesta: quando non solum non reprehẽdunt aliqui, sed etiam unà cum iis qui peccant se oblectant, eisq; gratulantur. Rom. 1. Hoc autem non est minus quã peccare. Audi Paulum dicentem. Non solum hęc faciunt, sed etiã consentiunt facientibus. Hoc est autem non paruũ peccatum, etiam si quis mala non faciat, una cum malis gaudere, eisq; gratulari. Ille enim põt dicere necessitatem, causari paupertatem, etsi non sint iusti prętextus. Tu autem cur nam laudas quod factum est, cum nec ullam quidem ex eo uoluptatem perci pias? Atq; ille quidem fortasse ducetur pœnitentia. Tu autem has quoq; tibi fores occludis, & medicamentum tollis, & tantum remediũ euertis, portum undique tibi obstruens reditus ad pœnitentiam. Quando ergo te uiderit quispiam, cum non sis peccato affinis, & debeas reprehendere, nõ solum non C id facere, sed etiam prætexere & adumbrare: & non solum adumbrare, sed etiam opem ferre & consentire: quid de seipso putabit, & quid de eo quod admissum est? Multi enim homines, ut plurimũ, non ex iis solum quæ animo conceperunt, ferunt de rebus agendis sententiam, sed etiam ab aliorum instituto & uoluntate corrupti, & si qui peccauit qui dem, uiderit omnes eum aduersantes, existimabit se aliquod magnum & indignum scelus admisisse. Quando autem uiderit non solum non indignantes, sed etiam facilè & placidè ferentes, atque adeò blãdientes & applaudẽtes: corrupto deinceps conscientiæ iudicio, multorum sentẽtia deprauatę eorum menti assentiente opemq; ferente: quid nõ audebit? quando autem seipsum condemnabit, & securè peccare cessabit? Oportet itaque etiam si quis malum faciat, seipsum condemnare, per id enim eò deuenitur ut à malo cessemus, & licet quæ bona & honesta sunt non faciat, ea tamen laudare. Per animi enim promptitudinem & alacritatem uia patet ad operationem. At hic quoniam ijs quæ fiunt applauditur, iure eum insigniter & uehementer pungit ac notat. Si enim uel reprehensum uitium adeo uiget, & laudata uirtus uix suos ad sudores prouocat: quid erit, si hoc non factum fuerit? Hoc uiderit D quispiã fieri uel in choro sacerdotũ. Quòd si hoc uel i discipulis graue est, multo magis in magistris. Quid facis ô homo, cõtra legem factum est temperantia contempta est, tot peccata ab aliquo eorum qui sacris operantur cõmissa sunt inferna supernis confusa sunt atq; adeo quæ superna sunt inferna facta sunt: & tu non perrhorrescis? At propheta quidem ipsa etiam elemẽta insensilia uocat ad grauissimo dolore simul destenda ac deploranda mala quæ cõmuniter fiunt. Stupuit cœlum, & terra hor- Hiere. 4. ruit. Et rursus. Lugebit carmelus, lugebit uinum, lu Esa. 16. et gebit uinea, & in animæ quidem lugent & ingemi- 24. scunt, & unà cum domino indignantur: tu autem qui es rationis particeps, non doles, non reprehendis, non es uehemẽs ultor legum Dei uiolatarum, sed es etiam peccatorum socius, & quæ nã tibi possit dari uenia? Nunquid enim Deus opus habet ul- Esa. 40. tore? nunquid ijs qui opem ferant indiget? sed uult Rom. 11. te huius rei esse ministrũ, ne in eadẽ incidas, dum 1. Cor. 2. alij succẽses effectus temperatior, ut ex eo tuam in Deum pietatem ostendas. Quãdo enim cum alius E peccarit, prætercurreris, neque reprehenderis, neq; ægrè tuleris, animum tuum negligentiorẽ & ad casum proniorẽ efficis, & maximè procuras ut in eadem sæpe incidat, illum autem importuna hac tua gratia non leuiter offendis, efficiẽs ut in futuro sit grauior ei reddenda ratio, & ad præsentia eum reddens segniorem. Hæc autem non solum de suribus dicta sunt, sed etiam de quouis alio peccato. Quod est autem ultimum peccatorum primũ posuit, ut scias quòd qui propter hoc ueniam nõ assequitur, multo magis in alio ea non concedetur. Audi ergo quid nam deinceps dicit. Et cum adulteris portionem tuam ponebas, ueniẽs ad id quod est maius. Illud enim hoc longè minus est. Quidam autẽ hęc peccata inter se conferens, sic dixit. Non est mirum Proue. 6. siquis furans deprehensus fuerit. Furatur enim ut suam animam impleat esurientẽ, si huic ergo ignosci non potest, multo magis adulterio. Adulterium autem hic uocat fornicationem. Si uideris ergo aliquem eorum, qui tecum congregantur, fornicantem, & ad sacramenta accedentem, dic ei qui est mi F nister distributionis eorũ. Hic est indignus sacra- mentis, arce prophanas manus. Si enim ne iustitias 1. Cor. 11. quidẽ enarrare dignus est, consídera quò eius procedet punitio, quãdo sacram etiam mensam ausus fuerit attingere, non solum autem eius, sed illius ẽt qui adumbrat ac prætexit. Non dixit enim, & adulterabaris, sed, cum adulteris portionem tuam ponebas. Papę, quantum malum ex eo quod celẽtur περισ- & obtegantur aliorum putredines, quando dicit τέλλειν eum esse socium luendi pro peccato supplicii, nec hoc illo esse minus. Ille enim põt afferre animi perturbationem, licet sit prætextus cui nõ dari possit uenia, quemadmodum & fur famem. Tu autem ne hoc quidem. Quanã ergo de causa, cum non fruaris uoluptate, supplicij socius & pticeps euadis? Et ideo externi quoq; iudices, non eos solũ qui scelus perpetrarunt, sed seruos etiam quos uiderint sceleris fuisse cõscios, puniunt & Domini qui eos tradunt lubenter eorum sanguinẽ biberent, & carnibus uescerentur, nec minorem eius quod factum est culpam in eos conferunt, quam in eam quæ est adulterata. Qui enim expansa uela non contraxe-

rūt,ijs q̄ oculto fiebāt dederūt maiorē facultatē. Ij & adulteratam mulierem, & maritum cui facta est iniuria,& eum ipsum qui adulterauit, contumelia & probro affecerūt. Si.n. pnunciassent, Si id significassent, abacta & sublata esset ois uenatio, & quēadmodū in retia maximè imittūt, q retia extēdūt, & ijs q̄ capiēda sunt assidēt, & oēm dolū omni ex parte celant, & nec strepitum nec aliqd aliud fieri permittunt quod posset feram abigere: Ita hic etiā, si assederis laqueo, q est positus à diabolo, & scias fore ut in eum adulter incidat, neq; strepitū edas, nec tumultum excites, tūc eum maximè perdis. Ne mihi enim dixeris illud uerbum, quod magno stupore plenū est, Quid mihi curæ est? curo ego mea, tunc enim tua maximè curabis, quando tua quæ
1.Cor.16. res in eo qd est utile proximo. Et ideo dicebat Paulus, Nemo quod suū est quærat, sed quod alterius. Vt inuenias, inquit, quod tuū est, quære quod est alterius. Os *tuum abundauit malitia & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum.* Ne
H enim diceret, Hoc facio ex humanitate & clemētia. primum quidem quænam fuerit humanitas, eum qui casurus est in barathrum, non prohibere nec retinere: iniustæ uoluptati gratificari, qui mortiferum bibit uenenum contemnere? Verum ne hoc quidem poteris dicere. Quòd enim non est hoc humanitatis, sed somnolentiæ, segnitiei, & socordiæ: hinc facile cerni potest. Quomodo eo dimisso qui facit iniuriam, eum maledicto afficis qui nullam fecit iniuriam? Quomodo insidiaris ei qui nihil deliquit? Vide summum utriq; uitium. Eum quidē qui est ebrius cupiditate, non prohibes quominus inebrietur, ut sit temperatus, eum autem qui nullā fecit iniuriam, punis. Sedens aduersus fratrem tuū loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Vides quomodo immorando in narratione augēt accusationem. Eum inquit, qui matri fuit in partu causa eorumdem dolorū, qui fuit eiusdem uteri socius, qui domus, mensæ, et alimēti fuit eiusdem particeps, qui ex eadē radice germinauit, qui idem habet ortus principium, qui ab ineunte ætate tecum creuit, eum maledictis insectaris, & nō
I solum insectaris, sed etiā in opus deducis insidias. Hoc enim sibi uult illud, Ponebas scandalum. Si autem non est impetendus maledictis, qui naturalium pariendi dolorum in eodem fuit utero particeps: multo magis spiritalium. Nec ergo permitte ut is cadat qui est peccaturus, nec eum qui nullam fecit iniuriam calumniare, & conuitiis incesse. Hoc est enim inuidiæ, illud uerò stuporis. Non retinere euim eum qui est casurus, est stuporis. Inuidiæ autem, eum qui stat deiicere. Vide autem quomodo non eum significat qui simpliciter & absolute accusat, sed eum qui cum dolo & dedita opa id facit. Sedens, enim inquit, aduersus fratrem tuum loque
Gen.4. baris. Et Cain quidem unū fratrem sublatum præsenti uita expulit. Hi autem innumerabiles, per ea quæ malè dicunt, deiiciunt, & seipsos primos. Non eum enim solum qui accusatur, sed alios etiam lędunt, imò uerò magis eos qui ea admittunt. Qui enim falsò malè audit, non modo nulla iniuria affectus est, sed maximam etiam habet mercedem.
Mat.5 Non.n. q patitur, sed q malè agit, est dignus supplicio, ita etiā q dicit, nō q audit modo ne ille p̄beat iustam maledicendi occasionem. Nō hoc ergo cō- K
tendamus, ne malè audiamus, hoc enim fieri non
potest: & est Christi sententia quæ dicit, Væ uobis Luc.6
quando bene dixerint uobis omnes homines: sed
ne nos præbeamus occasiones. Qui enim uult be- Mat.6.
ne audire ab omnibus, suam animam sæpe perdit,
amans humanam gloriam, inseruiēs in ijs quæ nō
decet, placēs in ijs quæ non oportet, ut ab eis emat
gratiam. Rursus qui contemnit mālè audire ab om
nibus, etiam seipsum perdit. Quemadmodū enim Sap.2
fieri non potest ut uir bonus bene audiat ab omni 1.Cor.4
bus: ita fieri non potest ut non ab omnibus malè Pro.2.10
audiat, qui multas multis de causis præbuit malè
audiendi occasiones. Si autem dum tu nihil præbes offensionis, sunt qui te maledicant, tūc est tibi
maior merces, sicut usuueniebat Apostolis & præclaris illis uiris. Porrò autem illud quoq; sciendum
est, quòd etiam siquis malè dicat in re, cuius nos
non condemnat conscientia, non est propterea cō
temnendus accusator propter damnum quo te afficit, sed omnia facienda sunt cū ea qua par est cau
tione, ut tollas iniustam occasionē. Quocirca Pau- L
lus etiā mittebat multos datis pecunijs, q̄ afferrēt Ro.15
alimenta pauperū. Causam autē affert, dicēs, Neqs Gal.2
nos uituperet in hac abūdantia quæ ministratur à
nobis. Neq; enim hoc despexit & neglexit, quod ui 2.Cor.8.
debat futurum ut malè offenderentur. Sed quoniā
erat in eius potestate ut solueret scandalū, eis quoque qui offendebātur prospexit. Et rursus alibi dicit, Si cibus offendit fratrem meum, non comedā 1.Cor.8
carnes in æternum, ne fratrem meum offendam.
Atqui hæc erant indifferentia, & tamen si, inquit,
offensionem afferunt, non negligo salutem eorum
qui offenduntur. Si fuerit enim damnū maius salute, contemne eum qui offenditur. Sin minus, ne cō
tempseris. Hoc enim sit generale decretū & regula,
docens quando oporteat contemnere eos qui offenduntur, & quando non, quemadmodum uerbi
gratia, Offendebantur Iudæi quòd Paulus legem
non seruaret: & propterea multa milia resiliebant,
& in fide claudicabāt. Quid ergo facit? Volens me Act.21.
deri offensioni, maior enim erat salus tot millium,
& claudicationi afferre remedium, tunc prohibuit
ostendere quòd legem non seruaret. Quod autem 1.Cor.
maius erat, rursus offendebātur, quod crucifixum M
prædicaret. Hic contempsit eos qui offendebātur, Mat.15.
maius enim lucrum prędicationis. Hoc etiam fecit
Christus. Cum enim cum eis de cibis dissereret, &
offensi sunt eo dicente, Quod intrat per os non co
inquinat hominem, sed quod egreditur, dicit. Sinite eos. Omnis plantatio, quam non plantauit pater
meus, eradicabitur. Quando autem ab eo tributa
exigebant, etsi sciebat non oportere ea soluere: tamen quoniam tempus nondum postulabat, ut reuelaretur eius authoritas, dicit. Ne autem eos offen Mat.17
damus, uade ad mare, & mitte hamum & eum pi
scem qui primus ascenderit tolle, & in eo inuenies
staterem. Da eū eis pro te et pro me. Quando enim
legem multa sapientia plenam eis ferebat, erant au
tem illi immedicabiles: merito eos contempsit, &
legem ab rogauit. Cùm autem non possent eius di Mat.15
gnitatis rationem suscipere, iure rursus se demittit,
& suæ diuinitatis rationem, tributum soluendo,
adumbrat & obtegit. Sedens aduersus fratrem tuū
loquebaris. At id, inquit, faciebam ut eum corrige-

A rem. Non oportebat ergo clanculum calumniari,
Mat.18 sed ita ut iusit Christus, seorsum assumere & corrigere. Quæ enim publicè fiunt, reprehēsiones sæpe etiam faciunt impudentiores, & complures quidē peccatores, donec uiderint fieri posse ut lateant, facile in animum inducunt ut in uiam redeant. Quā do autem bonam apud multos existimationem perdiderint, incidunt nonnulli deinceps in desperationem, & labuntur in impudētiam. At aliquam tibi fecit iniuriam. Cur ergo te ipsum quoque iniu
Ro.12 ria afficis? Qui enim se uindicat, seipsum ense non petit, Si uis enim & teipsum beneficio afficere, & illum probè ulcisci: bene dicas de eo qui tibi fecit iniuriam: ita facies ut multi sint eius pro te accusatores, & ipse magnam mercedem accipies. Sin autē malè dicas, ne fides quidem tibi habebitur, ut qui inimicitiarum suspitione labores. Quare tuum stu dium tibi uertitur in cōtrarium. Tu enim uolebas bonam eius famam euertere', cōtrà autem accidit, per laudem enim, non per accusationem hoc euenit, sed contrà omnino, & teipsum quidem maiori
B ignominia afficis: illum autem tua tela nō tangēt. Inimicitiæ enim, quæ se offerunt animis audientium, non sinunt ut quæ dicuntur aures eorū admittant, & id idsum accidit quod in præscriptioni bus. Quando enim quispiam in iudicium aliquid obiecerit, uniuersum iterea dissoluitur: Ita hic etiā non permittit suspicio inimicitiarum ut admittatur iudicium. Ne ergo maledixeris, ne te ipsum pol luas: nec lutum contexueris cum luto & lateribus, sed coronas ex rosis & uiolis & reliquis floribus cō nexueris, nec stercus ore tuleris, quemadmodum Scarabæi, id enim faciunt qui maledicunt, ut qui ipsi fœtorem primi sentiant: sed flores, sicut apes, fauosq;, ut illæ, composueris, sisq; omnibus comis & affabilis. Omnes enim auersantur maledicum, ut eum qui lutum redoleat. Vt hirudinem quæ sanguine, Scarabęum, qui stercore, alienis malis, aluntur, os autem quod lubenter laudat, & de alijs benedicit, tanquam membrum commune suscipiūt, tanquàm fratrem germanum, tanquàm filium, tan
C quam patrem. Et quid dico de præsentibus, & de hominum existimationibus? Considera mihi diē illum terribilem, illud iudicium quod corrūpi nō
Mat.12 potest, quod si falsa quidē dicas, tuis peccatis alia superflua adiicies. Dico enim uobis quòd omne uerbum otiosum, quod locuti fuerint homines, da bunt pro ipso deo rationem in die iudicij. Quid si sint, inquit, uera? ne sic quidem effugies quominus cōdemneris utpote qui proximi tui calamitates & probra traducas. Fac apud te cogites Pharisęum. Non erat publicanus, sed fuit publicano sce
Mat.18 leratior, quoniam de publicano maledixit. Publicanus non erat pharisæus, sed fuit pharisęo iustior, quoniam seipsum miserum esse duxit. *Hæc feci sti, & tacui, existimasti inique quòd ero tui similis. Arguam te, et statuam contra faciem tuum peccata tua.* Vidisti humanitatem ineffabilem, uidisti summam bonitatem. Vidisti infinitas opes patientiæ. Silentium enim hic dicit patientiam. Tot, inquit, & tanta ausus es. Act.10 & 2. nec de te tamen sumpsi pœnas, sed passus sum & to leraui, dans locum pœnitentię. Tu autem ex eo nō modo nihil lucrifecisti, sed in maius etiam uitium impegisti. Non solum enim non mutatus es, nec solum non es pudore suffusus, nec propterea quę à te facta sunt, teipsum condemnasti: sed me etiam qui D
longa in te patientia usus sum, qui toleraui, qui tacui qui tot & tanta tuli, existimasti non hæc ferre propter patiētiam & clemētiā, sed propterea quòd nollem hæc castigari, & quòd ea à te quæ fiebant non ægre ferrem. *In telligite obsecro hæc qui obliuiscimini deum.* Quęnam? Ea quæ dicta sunt, inquit. Quid est, Intelligite? Cōsiderate. Quid autem dictum est obscurum, & quod magna egeat perscrutatione? Maximè quidem & ipse modus docendi introducit mutatam formam reipublicæ. Cùm enim sacrificiorum non magnā habeat rationem, introducit leges Euangelicas, & alioqui quoniam erant peccatorum profundo cœno obruti, tāquàm à quibusdam uitij uoraginibus uolens eos extrahere, & ueluti lemā oculorum, expurgare uolens uiam prioris malæ consuetudinis, eos excitat ut ea quæ facta Sap.14
sunt in memoriam reuocent, ne his obliuioni traditis absq; lucro recedant, longa enim uitiorum cō suetudo magnam affert cæcitatem animæ & amētes efficit, & perspicaces oculos intelligentiæ eruit. *Nequando rapiat, & non sit qui eripiat.* O ineffabilem E
clementiam. Piæ matris hæc uerba sunt, uel illam potius pietatem bonitate longè superāt. Qui enim tam graui accusatione usus est, qui tantam præ se tulit indignationem, ipse eos præmunit. Qui dixit, Arguā te & statuam ante faciem tuam peccata tua, & condemnatoriam emisit sententiam, eam rursus rescindit, non tanquàm reos tradens supplicio, sed tanquàm qui suasione & admonitione deberent corrigi, metu coercens & continens, & dicens, Ne forte rapiat, & non sit qui eripiat. *Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendā illi salutare dei.* Postquàm ostendit clementiam, suadendo, consulendo, minando, ac terrēdo, purum afferendo supplicium, & introducendo consilium, ostendit etiā modum, per quē possint corrigere quæ facta sunt, dicens, Sacrificium laudis honorificabit me. Id est autem quod dicit, Non solum iram meam sedabit, nec rescindet condemnationem, sed me etiam honore afficiet. Vide præclari facti magnitudinē: quā do Deus p ipsum honore afficitur. Et illic iter quo P
ostendam illi salutare meū. Vidisti mercedem ineffabilem. Vidisti summam clemētiam. Dei enim uiā ostensurum pollicetur, & id quod est uerè Dei salutare iis qui rectè se gerunt. Ei ergo promittendi pareamus, & recta uita & sacrificio laudis eum honoremus. Hæc enim uia ducit ad salutem per hoc sacrificium. Quam detur omnibus nobis assequi gratia & clementia domini nostri Iesu Christi. Quoniam ei gloria & potentia nunc & semper & in sęcula sæculorum. Amen.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI, *episcopi Constantinopolitani, expositio in superscriptionem Psalmi quinquagesimi. Incerto interprete.*

Lectores imitantur arte naturam, & colores
p coloribus permiscentes, uisibiles corporū depingunt imagines, & faciūt homines, et animalia, & arbores, & reges, & rusticos, & barbaros, & pugnas, & rixas, torrentes sanguinum, & lanceas, & loricas, & scuta, & sedem regalem, & imperatorem sedentem, & barbarum subditum, & gladiū acutum, & fluuios decurrētes, & campos uarijs floribus adornatos, & omnia quę uidentur per artem imitantes, mirabilem historiam uidentibus præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G stant: sic et prophetæ uelut quidam pictores sunt uirtutis ac militiæ. Describunt enim et illi peccatorem, iustum, pœnitentem, stantem, cadẽtem, surgẽtem, titubantem. Et sicut faciunt pictores, occidentes et occisos: sic et prophetę faciunt, aliquando quidem insurgentia peccata, aliquãdo etiam et allisa: eodem modo et dæmones impugnantes, et homines flentes, et pugnantes: sic et diabolum insidiantem, et uictum. Cùm ergo talis est eorũ descriptio, ut et certius hæc eadem addiscamus, et istas quidẽ deforis cõsiderantes imagines nihil acquirimus lucri. Quid enim mihi prodest regis et consulis imaginem intueri, cùm neque rex fieri possum, nec quidem cupio? Quæ erit mihi utilitas uisionis, cuius desiderium non habeo? Quòd etsi desiderauero, punior: quid mihi proderit hominem uidere locupletem, et inopem? Si enim pauper fuero, liuore tabesco: et si diues fuero, similiter alijs in inuidiam ero. Dimitte illas imagines, et considera hanc historiam. Si uidero consulem, quid ad me? Quòd si uidero peccatorem cecidisse, et surrexisse, erit mihi uisio ad doctrinam. si uidero iustum stantem, uisio me ad solertiam, et philosophiam deducit. Ex hac nanque uisione addisco certamen, et erudior ad uictoriam. Quòd si uidero iustum supplantatum, cõtristor quidem, sed cautior de facto inuenior. Hæc autem omnia nõ transitoriè, neque sine causa sunt dicta: sed quia psalmi, qui hodie lectus est, imago ad hanc nos disciplinæ doctrinam adducit. Sic. n. ait propheta.

HOMILIA PRIMA IN PSALmum quinquagesimum. Incerto interprete.

Iserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Hęc est imago, psalmũ enim imaginem uoco. Video enim diuersas in psalmo personas, peccatorem insurgentem, et ocio deditum: pœnitentem adstantẽ, et concertantem, dei misericordiam desuper adducentẽ, et philosophiam præstantem pœnitẽtiam, multos lachrymarum et confessionis fontes habentẽ. Istæ sunt personæ imaginis. Sed priusquàm ad psalmũ ueniam, iustũ est eius superscriptionẽ uobis enarrare. Sicut enim habent imagines subscriptiones deorsum fixas minij colore, in quib⁹ scriptum est, qui rex, et quòd prælium euicerit. In psalmis uero desuper titulus fixus est, quæ causa sit, quæue doctrina, et quapropter psalmus sit dictus. Præbete itaque uestras attentius aures', non enim de paruo imminet narratio nobis. *Psalmus Dauid cum uenisset ad eum Nathan propheta, quando intrauit ad Bethsabee, uxorem Uriæ.* Hæc est superscriptio. Discamus ergo quis est Nathan, discamus et quæ sit Bethsabee uxor Uriæ, et quando ad eum intrauit propheta, et quapropter psalmum istum scripserit. Non enim omnes psalmi in Dauid scripti sunt, nec omnes ab ipso conscripti sunt: neque enim proprias tantũmodo passiones edixit, sed et aliorum cecinit causas. Quando dicit: Super flumina Babylonis illic sedimus et fleuimus, dum recordaremur Sion: manifestum est, quia non de ipso dicit psalmus. Nec enim perrexit in Babylonem, neque uidit barbaram regionem, neque sedit in aliena terra, et fleuit: sed q Iudæis uentura essent, narrauit. Quando iterum dicit: Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: non utiq; passiones suas annunciat, sed crucẽ domini, sacrificium orbis terræ, salutem generi humano prædixit. Imago enim est psalmus, uariã in se cõtines disciplinã, aliquãdo quidem sua: aliquando autem aliena denuncians. Quia ergo psalmus iste non alienas passiones enũciat, sed propria indicat, dicens quando uenit ad eum Nathan propheta. Superscriptio psalmi constringit nos, & non sinit longius euagari, & ad alia transferre mentem, sed statim ea demonstrans & docens, quæ textus continet psalmi. Considerate igitur diligentius, siue iusti, siue peccatores, utriq; enim parti utilis psalmus est: iusto quidem, ne per negligentiam ac desidiam obtorpescat: peccatori autem, ne semetipsum despiciat. Vtriusq; enim periculosa contemptio est, cùm & iustus per negligentiam cadit, & peccator cùm desperauerit, perit. Vt ergo neque iste in ruina permaneat, neque ille in lapsibus decidat, utriq; parti est utilis decantatio psalmi Incipio enim dicere prophetę peccatũ grande, & pessimum, sed nemo deroget de nobis. Dei. misericordia humano generi prouidẽtiam faciẽs, & bene gesta sanctorum, & peccãtium negligentiã in melius commutauit: ut aliorũ uulnera aliis proderent sanitatem, & iusti naufragium fiat peccatori stabilior portus. Quando enim iustum peccasse legero, & pœnituisse, non iam desperabo de mea salute. Et cùm audio diabolum de cœlo cadentem, illius ruina mihi fit occasio resurgẽdi. Propter hoc enim & gratia spiritus, non solùm bene gesta sanctorum, sed & negligẽtias memorauit: non autem propter illos tantùm conscribi uoluit, sed propter eos, qui fortè simili passioni obnoxii erunt. Volo ergo ostendere hunc fortissimum uirum, uulneratũ, lapsum, uinctũ, surgentẽ, pugnantẽ, uincentẽ, & coronatum: nec. n. ostendo eum lapsum solũmodo, & iacentem, sed & surgentem, ut ex utraque parte tuum lucrum sit. Et si fortè peccaueris, nõ desperes, sed curras illico ad surgendum, nec dicas apud temetipsum: Væ mihi, uæ mihi, perii, mœchatus sum, fornicatus sum, homicidium perpetraui. Ne desperes. Habes enim salutem repositam, remediũ delictorum. Cùm ergo uidero iustum talia uulnera suscepisse, & saucium factum, & iterum per pœnitentiam ad sanitatem rediisse, cõfestim ad exomologesim curro, & audacter ad cõfessionem fontes lachrymarum perfundo. Vt ergo per illius cõfessionem, tuam melius salutem cognoscas, audi quæ dicam. Multi sępius uiri, & mulieres infirmitatẽ pessimam contraxerunt, & gemitus & lachrymas perfuderunt, & multa medicamenta expensa sunt, & nihil prævaluit medicina, sed pulchritudo emarcuit, & corpus distabuit, anxia fit post hoc mulier, hæsitans & dicens. Vbi uadam? Quid faciam? pecunias largita sum, medicos uocaui, medicamenta expendi, manet infirmitas, nõ sanatur uulnus. In his ergo cogitationibus constituta, uenit quædam de his, quæ ad uisitandum uenerat dicere. Et ego aliquando, similẽ sustinui infirmitatem, sed illę & illa posuere mihi medicamenta, & liberata sum à dolore. Hęc cùm audisset infirmus, rogat sibi mulierem demonstrari, quæ illi contulerit sanitatẽ: & illa dicet. Vade ad angustum locum qui est iuxta illam, & illam domum, & ibi inuenies: sic & nũc quoniã mœchatus es, & homicidium perpetrasti: hoc autẽ

A est pessimum uulnus, ostendam tibi quomodo est ille curatus, & qualem imposuit medicinam. Et nõ dico, uade ad angustum locum, & interroga illũ, & illum: non est opus ut labores, & anxius quęras, & huc illucq; discurras: sed hic te stantem facio suscipere medicinã, tãtùm diligentius quę dicũtur attende. Necesse est. n. ad cœpta uerba reducere, & tẽpus edicere quãdo peccauerit, & quã ob causam, & personã, & pœnitentiam, & correptionẽ, & medicinam, ut omnia diligentius addiscentes, instructi recedatis. Iste ergo Dauid adolescẽs ciuitates quidẽ, ac turbas aufugiens, per eremum uerò philosophatur, nihil commune secularium habens, non negociationes, non fœnerationes, non aliquid difficile mundi istius, sed & parua ætate in deserto silentij habitabat: & sicut in portu tranquillo in eremo sedens, & ouium curam habens, regnum cœleste meditabatur. Iste ergo adolescens erat ualde paruulus quidem ætate, senior autem mente, & ætas parua nihil impediebat tantæ uirtuti. Et cum esset adolescens aduersantes sibi fortiter superabat, non robore corporis, sed uirtute fidei. Attende diligentius B quæ dicuntur. Contigit aliquando displicere deo
1.Re.16.c regem Iudæorum, mittit Samuelem illico deus ad
d huius paruuli patrem. Et cùm uenisset Samuel ad Iesse patrẽ Dauid, adolescens in eremo oues pascebat. Non cessabo sæpius adolescentulum nominare, ut nullus neq; iuuenem culpet, neque senem collaudet. Non enim canicies laudabilis, neq; iuuẽtus culpabilis. Multi quippe & in iuuẽtute philosophiã
Dan. 3. c demonstrauerunt, & in senectute lapsi sunt. Nã tres pueri in ignem sunt regis imperio missi, & quia uirtute cœlesti prædíti erant, quam sibi bene uiuendo acquisierant, flammas in rorem conuerterunt.
Ibid. 6. f Sed & Daniel cùm esset duodecim annorũ, leonũ rabiem in ouium mansuetudinem commutauit, & ferociam illorum fide fregit. Neque enim iuuenem culpes, nec collaudes senem, Non enim in differentia ætatis uirtus, ac malitia cognoscitur, sed in differentia mentis. Quod si fueris sobrius, nihil te immaturata nocebit ætas: & si fueris negligens, senectus tibi nihil prodesse potest. Canicies autem sa-
C pientiæ non capillos candidos requirit. Iste ergo paruulus cùm esset, maturum uirtutis possidebat animum. Venit ergo sanctus Samuel ad Iesse cõstituere regem, non multitudine uallatus militũ, nec ambitione superba aduenies: sed cornu in quo erat sanctum oleum habens in manu, & dicit ei: Mi
1.Re.16.c sit me deus ad te, ut ex filijs tuis cõstituam regem. Et æstimans ille primogenito aptã filio dignitatẽ adducit eum in medium. Cui dicit Samuel: Transeat, non enim complacet deo. Venit & secundus, nec ipse placuit, similiter & tertius, & quartus, & quintus, & reliqui. Iamq; complebatur numerus filiorum, & qui quærebatur, nõ inueniebatur. Dicit ei Samuel: Nunquid defecerunt filij? Erubuit pater. Habeo, inquit, unum paruulum & contemptibilẽ, qui pascit oues: tu autem regem requiris. O pater,
1.Re.16.b paruulum, & pastorem Dauid dicis? Homo despicit, sed deus coronat. Non enim sicut uidet homo, uidet deus. Homo in facie, deos autẽ in corde. Nũquid magnitudinem corporis quærimus? Ingenuitatem animę desideramus. Considerate diligẽtius. Non dixit ei deus: Vade & unge mihi Dauid: sed, uade & unge mihi unum de filijs Iesse. Et cur dubiè, non specialiter Dauid nominauit? Ne scilicet pate- D
retur Dauid, quod passus est Ioseph. Sicut enim illi Gen. 37. b
addiscentes futurum sibi regem insidiati sunt, & c.
post multas iniurias uendiderunt: sic formidinis erat, ne & isti hæc eadem perpetrarent. Vna ignorãtia, cautelæ effecta est mater. Stabat igitur propheta hæsitans, & querebat unum de filijs eius. Cui ille: Non habeo (inquit) nisi infantem paruulum pascentem oues. Vbi sunt qui semetipsos adornãt extrinsecus, & depingunt? Nolo pulchritudinem corporis, honestatem mentis requiro. Quid enim est speciosa mulier? Sepulchrum dealbatum, nisi fuerit sobria, casta, pudica. Pulchritudo autẽ est sine his uirtutibus præcipitium patens, uenenum, insipientibus compositum. Decus enim corporis infirmitate marcescit, & pulchritudo ægritudine tabescit: animæ autem pulchritudo, immortalis est, & ęterna, & tunc maximè ostendit proprium decus, cùm cessauerint passiones: tunc enim mens tranquillitate potitur. Si ergo uideris uirum, aut mulierem speciosam, ne admireris: nam & robore arbores, cùm E
densæ sint folijs, & altitudine excelsę, attamen non habent fructum hominibus aptum, sed porcis afferunt cibum: uinea autem per terram repens, maturum uuarum affert fructum: quid ergo uis, uineam habere, an arborem? Puto te uineam eligere magis, quæ lætitia est ad hominum usus, quàm arborem animalium escam. Quid ape utilius est? quid pauone pulchrius? Quid formica sapientius? Et apis quidem dulcedinem in se habet, & aculeum: pauo uerò solummodo in pennis est, non in fructu decorus, formica uerò contemptibilis hominibus, sed magistra uirtutũ est. Venit ergo Dauid de pascuis, & ungitur iussione domini, oleo benedictionis, ministerio quidem hominis, sed dei nutu quod super posuit capiti eius cornu chrismatis omni diademate, & purpura potius, & perrexit habens regnũ, nõ lorica indutus, non protectus clypeo, non telis munitus, sed habens benedictionem dei omnibus potentiorem. Post hoc ergo peccatis faciẽtibus insurrexerunt Allophyli, & uastauerunt regionẽ Iudææ. Et cùm hæc gererentur, missus à patre perrexit ad castra Hebræorum uidere euentum rei. Venit ergo F
Dauid ubi erat uterq; exercitus, & uidit castra Barbarorum ualde munita, & arma splendentia, & de suis uulneratos plurimos, & nutu dei processit pastor ad pugnam. Et qui bello fuerant assueti, pauore tremebant: & iste qui arboribus, & umbra frondium delectabatur, cum uidisset alienigenam prouocantem ad singulare certamen, irruit in eum spiritus domini, & dixit ad Barbarũ: Quis est iste in- 1.Re.17.a
circuncisus, q blasphemat castra domini? Respondit alienigena: Vnde tibi superbia ista & audacia, ut audeas congredi mecũ? Et maledixit Philistęus Dauid, & dixit: Veni ad me, & dabo carnes tuas uolatilibus cœli, & bestijs terræ. Dixit autẽ Dauid ad Philistęum: Tu uenis ad me cum gladio, & clypeo, & hasta: ego autem uenio ad te in nomine domini exercituum dei agminum Israel, quibus exprobrasti hodie, & dabit te dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te. Nec pertimescam corporis proceritatem, cùm insipientem nouerim mentem tuam: nec pauebo magnitudinem nauis, sed contemnam, quia gubernatorem nõ habes intus, quippe quem sciam esse aduersariũ dei-

G Dic mihi,quibus armis confidis ô Dauid? Non carnalibus,inquit,sed spiritalibus. Arma enim nostra nō carnalia,sed spiritalia sunt,sed uno modo in his cùm sis exiguus,confidis. Confido,ait, qa magnus est dominus,cōtemptibilis quidem armis ego, sed qui misit me fortis est. Ipsius.n. maiestas mare conuertit in aridam,petram disrupit, & flumina emanauerunt. Et q elemēta mutauit,multo magis unū superbissimum prosternere poterit. Et hæc quidem præueniens sermo narrauit, sed redeamus ad ordinem historiæ. Interea uenit ad fratres Dauid, & dicit eis: Quid dabitur uiro, q abstulerit caput eius? De mercedibus disputat, non ut mercedē accipiat, sed ut illos firmiores reddat. Quid ergo faciunt fratres? Iterum inuidia,iterum liuor. Dicit ad eum maior frater suus: Quare uenisti, & quare dereliquisti pauculas oues in deserto? Ego noui superbiam tuā & nequitiam cordis tui: quòd autem nō posis pugnare manifestum est. O zelus,ô inuidia omni malitia cumulata. Inuidia,ignis iextinguibilis est. Etenim sicut tinea comedit uestimentū, sic & inuidia
H eum quidem qui zelatur consumit: eum autem cui
Gen.37.c. inuidet,clariorem reddit. Nā & Ioseph hoc est à fratribus passus. Et illi quidē qui inuidiæ facibus urebantur,de libertate in seruitutem adducti sunt: cui autem inuisum est, rex constitutus est. Iterum æmuli,iterum fratres,nos, inquiunt, scimus superbiā & malitiam cordis tui. Quæ enim erat necessitas,aut quod desiderium tuum, nisi ut uideres præliū aduenisti? Sed quid iste sapientissimus iuuenis? Videndi,inquit, tanti prælij causa ad uos à patre huc missus sum. Nunquid non uerbum est, de quo scisciatus sum? Et cùm hæc dixisset, ad alium transiuit locum,& similiter interrogat,dicēs: Quid dabitur uiro,qui hunc interfecerit gigantem? Fratres zelātur, & extranei introducunt ad regem,qui sedebat mœ
1.Re.17.d stus,& formidine plenus. Et dicit ad eum: Non cōcidat cor cuiusquam in eo,ego seruus tuus uadam, & pugnabo aduersus Philistæū hunc. Non metuat dominus meus rex. Videte honestam, & ingenuam mentem. In die lætitię seruitutem confitetur. Quid ergo rex? Non uales,inquit, resistere Philistæo isti,
I nec pugnare aduersus eum,quia puer es: hic autem uir bellator ab adolescentia sua. Noli considerare, inquit,ô rex uisibilia,sed inuisibilia: ne dixeris qa paruulus sum in ætate,sed considera, quia grandis in sensu sum. Quid ergo facto opus est? Non ei credebat rex, cogitur iā uirtutes exponere suas,dixitq;
Ibidem. Dauid ad regē: Pascebat seruus tuus patris sui gregem,& ueniebat leo, uel ursus, tollebatq; arietē de medio gregis,& sequebar eos,& percutiebam, eruebamq; de ore eorum, & illi consurgebāt aduersum me,& apprehendebam mentum eorum,& suffocabam, interficiebamq; eos. Erit ergo Philistæus hic incircuncisus,quasi unus ex eis. Credidit rex signi magnitudinem,& dixit ad Dauid: Induere armatu
Ibidem.c ra mea,& sic egredere. Quod cum fecisset,iuxta morem progredi non ualebat: quia non permittebat hoc fieri deus, sed ut nudus uinceret, & non arma Saulis uirtutem uictoriæ partirētur, ne diceret rex: Quoniā arma uicêre mea. Proiicit arma, & induit fiduciam, Egreditur nudus,& loricatus fide. Egreditur pastor,& miles iactat lapidē, non natura corporis fixus,sed uirtute fidei ex uno rotatu fundę in fronte percusit blasphemum. Quo corruente cu-
K currit, & accepto gladio eius, amputauit caput illius,ut compleretur illud quod scriptum est: In operibus manuum suarum corruit impius sonitu sem-
Pro.11.c piterno. Et nunc in nomine domini reportauit ex hoste uictoriam, & abstulit in tempore illo opprobrium ex filijs Israel. Iterum post uictoriam zelus, iterum inuidia. Per singula quippe effodio fontem inuidiæ,ut ipsa posit uena oculis apparere. Iste ergo talis,ac tantus uir ætate doctior,usu tritior,processu temporis fit sapientior,de quo dixit deus: Inueni Dauid filium Iesse,uirum secundum cor meū.
1.Re.16.b et.Act.13.d. O præclara præconia,ô laudes excelsę,ô uirtutum magnitudo. Dominator ei dicit: Inueni Dauid filiū Iesse,uirum secundum cor meum. Iste,inquam, qui bestias superauit, qui Goliath interfecit, qui leonē suffocauit,qui ursum strangulauit,qui in iuuentute senior,adolescens corpore, mente grandæuus: q in regali culmine uitam monachi imitabatur, dicebat enim: Non margaritis ornabo lectum meum, Psal.6.b sed lachrymis per singulas noctes lauabo stratum meum. Nunc autem homines non solùm in nocte, sed et in die dormiunt: ille autē in die procurabat
L palatium,et nocte deo uocabat, ut si fortè aliquid cōtraxisset peccati, per noctes lachrymis expiraret: et tanquam in portu quieto degens familiarius colloqueretur deo. Iste ergo talis, ac tātus uir, spiritus gratiam habens,in iuuenili ætate senior, qui usque ad æthera cœli peruenit,ut desuper mereretur laudari, qui deuicit bella, qui mille aduersum se machinas superauit,post sobrietatem, post modestiā, post castitatem cùm obtinuisset regnum, & gentes subiugasset,& pax uniuersa teneret,tunc negligentior & segnior factus est: ut addiscatis quātum bonum sit tribulatio, quæ tanquam uirtutum otium mater est. Interea dum hæc securitas esset, contigit ut meridie deambularet in solario domus regiæ. Qui curioso oculo eminus uidit mulierem lauantem se ex aduerso super solario suo. Erat autem mulier pulchra ualde. Sed pulchritudo non est in culpa,quia pulchritudo dei est donum. Vidit,inquam mulierem lauantem se,uxorem militis, aperuit itaque in uano oculos,& suscepit sagittæ ictū. Audiāt M
curiosi,qui pulchritudines considerant alienas,audiant qui ex spectaculis insaniūt theatralibus, qui ad excusandas excusationes in peccatis dicunt, Spectamus quidem,sed nihil nocemur. Dauid talis ac tantus læsus est, & tu te putas non posse lædi? Ille nocitus est, qui tantam habebat spiritus gratiam: & tibi quomodo credere potero sine uulnere euasisse? Et ille quidem non uidit meretricem,sed in solario domus suæ: tu autem in theatro ubi & locus condemnat animam sapientis. Ibi enim nō solùm uides res infaustas,sed etiam audis spurciloquia, & ex ipso incessu meretricis, habitúque molliris, ubi & auditu,& cantu diabolico lęduntur aures, & undique percutitur mens tua,uisus de eo quod uides, auditus de eo quod audis, & reliqui lædunturSen sus,dicēte propheta: Mors intrauit per fenestras nostras. Quia oculi nostri tanquam fenestræ sunt animæ. Et cùm tantæ sint corruptelæ, tanta præcipitia, quomodo possum tibi credere,quòd à talibus bestiis uulneratus non sis? Nūquid lapideus es,aut ferreus? Homo communis naturę subditus infirmitati,igni colloquaris, & non ardebis? Pone lucernā in fœnum,si poteris dicere, quoniam non exuritur

A fœnum. Quod ergo fœnum est, hoc & nostra natura. Vidit,inquit,eam lauantem se, & pulchrā nimis, suscepit sagittę ictum,diffusum est uenenum. Misit ad eam rex,cui illa resistere non ualebat. At ubi uenit ad eum,operatus est iniquitatem, impleuit concupiscētiam malam: iubet eam redire ad propriam domum. Hæc dico,& in medium profero uulneratum, ut omnes adstantes uideatis quomodo curatur. Nam & medicꝰ cùm putrefacta uulnera secat, habet adstantes sibi, ut uideāt quomodo sanet ægritudines arte, Multo magis cùm propheta & rex secatur,cunctos oportet adstare, ut uideamus quo modo putredinem malam euadere possimus,& ab intolerabilibus uermibus liberari. Pessima & iniqua impleta est concupiscentia, peccatum consummatum est, & non erat qui curaret. Concepit itaq; mulier, & rex putabat uirum eius posse latere. Nam etsi propheta erat, tamen concupiscentia obcæcauerat eu. Prægnās ergo facta mulier,uadit ad regē, & dicit ei: O rex,perij. Et ille ait: Quid habes? Prægnans,inquit,sum. Peccati mei pullulat fructus,ac
B cusatorem intrinsecus habeo in uētre profero proditorem. Si uenerit, & uiderit uir meus, quid dicā? quid loquar? quam excusationem prætendam? Videte,& admiramini fratres,quantum mali sit delictis,& peccatis obnoxium fieri. Rex militem timet & formidat subditum. Imperator coronam capiti gestabat,& cōfusionis opprobria metuebat. Nōne tu imperator? nōne gladij potestatē habes? Habeo, inqt, sed conscientiā peccati mei timeo formidinis matrē. O ignominia accusatrix. Peccatum qđ putabam latere,manifestum est. Timeo,formido, quoniam confudisti me,& reum fecisti. Si uenerit,inqt, uir meus, quid dicam? quid loquar? Inueniet me grauidam,& occîdet me,accusatore clamāte. Naufragium perpetratum perspicis iam charissime,quale sit,& quātum mali peccatum. Quid ergo rex? pudoris excogitato cōsilio peccatis addicit peccatū, & iniquitatem scelere uult celare: oportet enim dilatare sermonem. In tempore nanque illo Ioab dux exercitus Dauid in procinctu prælij aduersus populum Amonitarum à rege fuerat directus. cū quo
C etiam Vrias perrexerat. Scripsit itaque rex, ut ad se ueniret Vrias,& diceret ordinationem belli, ut sub hac occasione criminis celaretur admissum. Venit Vrias de castris, & intrauit ad regē, interrogaturq; de apparatione belli. Respondit omnia prospera,& uictoriam esse paratam. Audiuit rex,quòd miles uicerit,& dolet qđ ipse sit uictus. Miles aduersarios subdidit,& rex à libidinis cōcupiscentia superatur. Miles inimicum prostrauit,& rex à peccato superatur. Miles uictoriam annunciat, & rex prę confusione sua peccatum timet confiteri. Vicimus,inquit,& superauimus: stupebat rex, & præ confusione peccati,pugnæ uictoriam non sentiebat, eo quòd ipse sit uictus. Vide itaque clementiam dei, quomodo immutat consilia hominum, qui in malis suis celare cupiunt, quod admittunt. Dicit militi: Vade in domum tuam,& laua pedes tuos,& requiesce paulisper, quia de uia uenisti. Propter quā ob causam ô Dauid solicitus es, dic mihi? Ille enim nesciebat ad domum suam pergere,aut lauare de itinere non consueuerat pedes? Ob hoc,inquit, plenum pietatis do consilium,si potero, quo pacto obumbrare re sceleris magnitudinem, & uulneri superducere circatricem, ut illius esse dicatur quod meum est. D
Sed inextinguibilis oculus non concesit, parcens ei qui fuerat uulneratus. Quid ergo miles ad ista? Quomodo,inquit,possum,cum arca testamenti,& uniuersus exercitus super faciem terræ maneat, ut ego ingrediar domum meam, & comedam, & bibam,& dormiam cum uxore mea? Per salutem tuā non faciam rem hāc,ut ego in deliciis, & alii in pugna. Hæc nesciens dicebat miles opprobrium afferens regi, qui uoluerat eum sub dolo illicere suasu, ut posset suum obtegere uulnus. Quoniam igitur celare non potuit adulterium, copulat homicidium,& excogitato consilio facit epistolam, & remittit eum ad ducem exercitus, continentem hūc sensum: Pone, inquit, Vriam ex aduerso belli, ubi 2.Re.11.c
fortissimum prælium est. Dic mihi ob quam causam? scilicet ut interficiatur. Et signatam epistolam tradidit militi. O infœlicitas peccati gladiū aduersum se nesciens portabat,qui iniustitiam fuerat passus,& epistolam ferebat sanguine plenam, ficq; perrexit. Oportet enim succidere ea,quæ sunt peccati. Stetit igitur in pugna, occisus est, cecidit. Ecce E
duo peccata,homicidium & adulterium. Homicidium adulterii fructus efficitur, & mala cogitatio sceleris crimē est. Hæc dico propter peccatores, qui sibi multum sunt malorum conscii, ut audientes Ex.20.et
de sua non desperent salute. Scriptum est enim: Nō Deu.5.b
mœchaberis,non homicidium feceris. Duo igitur hæc prima mandata transgressus est, homicidium adulterio copulauit. Grande uulnus, pessima plaga. Quoniam ergo Vrias in bello occubuit, statim exulauit peccatum. Tunc iam perrexit ad eum Nathan propheta. Consummatum est peccatum, cōpleta est iniquitas, ablatus est è medio, qui iniustitiam fuerat passus. Venit igitur ad eum Nathan propheta. Propheta ad prophetam uenit. Quam ob causam uenit? certè & Dauid propheta erat. Quomodo ergo seipsum curare non potuit? Sicut enim medici quando ægrotāt, aliorum medicorū auxilio indigēt, & infirmitas obliuioni dat artem: sic & in hoc propheta. Ille propheta, & iste: sed ille sanus,iste autem graui uulnere sauciatus. Dicūt ei:
Adest Nathā propheta. Iubet ut ingrediatur. Ingre- F
ditur ergo propheta, conspicit regem sedentem in solio suo amictum purpura, & caput lapide precioso ornatum,hinc inde uellatum præsidio militum cum magna gloria exultantem. Dicit ad regem: Sermo mihi ad te ô rex. O sapientia medici. Intrauit portans gladium,ut secaret uulnus, sed infirmanti non ostendit,ne abhorreret medicinam. Abscondit de intus ferrum, non sub uestimento, sed sub uelamine narrationis. Statim enim ut introiuit,nō dixit,ô inique,ô immunde,ô adulter, ô humicida: non usus est nuda coargutione,non causę iactauit fiduciā,sed erat ferrum absconditum. Quid igitur dicit? Causam habeo. Cui ait rex? Edicito causam tuam. Duo,inquit, uiri erant in ciuitate una, unus diues,& alter pauper: diues habebat oues & boues plurimos ualde, pauper autē nihil habebat omnino,præter ouem unam paruulam, quam emerat,& nutrierat, & quæ creuerat apud eum cū filijs eius, simul de pane illius comedens, & de calice eius bibens,& in sinu illius dormiens, eratq; illi sicut filia. Cùm autem peregrinus quidam uenisset ad diuitē, parcens ille sumere de ouibus,& de bobus suis, ut

G exhiberet conuiuium,pauperis ouem tulit,& præparauit cibum illi peregrino. Duo homines,Vriam & Dauid addiſce perſonas. In ueritate pauperculi ouem,mulierem dicit,hoc eſt,uxorem eius,q̃ adulterata eſt, quæ de menſa eius ueſcebatur,& de calice eius potabat,& in gremio eius cubabat. Cõſidera, pauperem incentiua pietatis habere fulcimina, in diuitibus autem multam ſuperbiam:apud pauperes uxor,& ancilla,& miniſtra eſt, & procreat filios,& ipſa mater & nutrix eſt. Apud diuites autem non eſt ita,ſed cùm generauerit filium, ſtatim eum tradit foris, & pietatis inſigna abſcindit ſuperbia. Erubeſcit fieri nutrix,quę facta eſt mater. Chriſtus autem non ita.Ipſe nutritor eſt noſter, ideo & pro cibo propria nos carne paſcit, & pro potu ſuũ ſanguine nobis propinauit. Ouis ergo in gremio eius cubabat. Auxit parabolam narratione pietatis. Venit ergo peregrinus homo ad regẽ illum. Quis itaque eſt peregrinus? Concupiſcentia uidelicet.Vt ergo illius oſtenderet caſtitatem,peregrinum concu-
H piſcentiam nominauit. Nunquam alienas nuptias diſsipauit,neque iniquis cõſpexit oculis,ſed percuſſus in illa muliere perdidit caſtitatem, quia paululum ſe remiſsiorẽ reddiderat,ſecuritate pacis.Venit peregrinus,iniqua & agreſtis concupiſcentia,ad illum diuitem uenit, & ille non accepit de gregibus, aut armentis ſuis, ut peregrino pararet epulas, ſed miſit,& rapuit ouem pauperis, quæ in ſinu eius cubitabat,& de menſa eius edebat. Cùm hæc ergo audiſſet rex Dauid, iratus eſt ualde aduerſus hominẽ illum. Et dixit ad Nathan:Viuit dominus, quoniã filius mortis eſt uir qui fecit hoc. Ouem reddet in quadruplum,& ipſe gladio punietur. O iudicis ſupereffluentem iuſtitiam.Non enim erat illa amoris & umbra ſuſpicionis, ut iuſtè non diceret.Iubet q-
Exod. 22.1. dem in quadruplum ſecundum legem reſtitui. Lex enim præcepit furantem quadruplici reſtitutione uinciri, iſte autem & legem eſt prætergreſſus:iubet quippe & ipſum interimi,& in quadruplum obnoxium detineri promiſit, itaque ſententiam & iudi-
I cium elimatum. Cũ hoc audiſſet propheta, iactat omnem umbram imaginis, & in medium profert gladium,& cũ fiducia dicit: Tu es rex, q̃ hoc opus feciſti.O ſectura, non gladio ſecans ſenſum doloris,ſed in compendio accuſationis.Cũ enim oportuit,occultauit narrationem:cùm uerò tempus inuenit,ſtatim percuſsit,& abſcidit ſine grandi plaga uulnus.Sed hoc ſolummodo dicens: Tu es rex. At ille uelociter rediens ad conſcientiam, tanquam fidelis & idoneus ſeruus, culpam ſimpliciter confitetur,& dicit:Peccaui domino.Vides & in dolore ingenuitatem animi?Nec dixit ad eũ, ò ille tu cur nõ conſideras fragilitatem humanam? cur nõ temetipſum carnalẽ intelligis? aut neſcis me in culmine cõſtitutũ eſſe regali? cur mihi audaciter impegiſti crimen?ſed quid dicit?Peccaui domino, ſtatimq̃ propheta: Dominus quoq; tranſtulit peccatum tuum, non morieris.O arguta pœnitentia, ò uelociter in-
Eſa.43.d dulgentia. Dic tu,inquit,prior iniquitates tuas, ut iuſtificeris.Per opera quidem exacerbaſti,ſed fideli confeſsione pœnituiſti.Hæc dico, ut audiant peccatores, & qui in multis deliquerunt, ne deſperent medicinam domini, tantùm fideliter, & non ſubdolè pœniteant.Peccaui,inquit,domino:& ille ait:
2.R.12.d Dominus quoq; tranſtulit peccatum tuũ, non morieris. Tu quidem dixiſti: Reum gladio interimi: K ego aũt dico,Nõ morieris. Vidiſti quomodo deus prophetæ cauſam exoluit? Dic tu,inquit,prior iniquitates tuas, ut iuſtificeris. Pſalmus ergo Dauid, quando uenit ad eum Nathan propheta. Hic oſtenditur cõfeſsio fideliſsimi famuli eius, bonitas & indulgentia clementiſsimi dei: didicimus igitur quo modo ſit curatus,& qualem ſuſceperit medicinam. Quando autem dominus iuſtificat,quis eſt qui cõdemnet?Non enim dixit Nathan, quia ego cõcedo ſed dominus,inquit, tranſtulit peccatum tuum.Secuit uulnus, ſanies egreſſa eſt, curata eſt plaga. Et poſt hæc uerba abiit propheta in domum ſuã. Hęc autem omnia egit Nathan,ut oſtenderet huius uiri benignitatem,& mentis eius correptionem: qualẽ acceperat indulgentiam peccatorum, qualem conſecutus ſit ueniam delictorum, & erga dei fidelem famulum largam clementiam.Nõ ſolùm aũt poſt pœnitentiam palàm edicit uulnera ſua, ſed & in poſterum uniuerſæ nationi eadem manifeſtat.Et pſalmum ſcripſit, ut non remiſsiores poſt pœnitentiã L efficiãtur homines, & ut ſciant quantam fabulam concupiſcentiæ habeat tragœdia. Subintrante.n. pœnitẽtia,uenit & fiducia.Quia ego ſaluatus ſum, inqt,quare non & alij me narrante ſaluentur? Deus mihi cõceſsit,propterea ſcribo,ut & uulnus,& medicamenta uniuerſi cognoſcant. Non timeo confuſionem, quia meam ſalutẽ deſidero. Sic & Paulus
1.Tim.1.c. fecit,cõceſſa ſibi peccata publicat,dicens: Gratias ago deo,qui me confortauit in Chriſto: quia fidelem me exiſtimauit, q̃ prius fui blaſphemus,& perſecutor,& contumelioſus,ſed nunc fidelem me fecit.Propterea,inquit,memetipſum publico, ut ſiqs eſt blaſphemus, & iniurioſus, & multis obnoxius malis non deſperet ſalutem:tantùm eſt, ut recedat
Exe.18.b à malis,& faciat bona,& habebit ſpẽ ſalutis. Quia nolo mortem peccatoris,dicit dominus, tãtùm ut conuertatur, & uiuat.Et tu ò Dauid quoniam mœchatus es,& homicidium perpetraſti,ideo pœnitui ſti,& remiſsionem à deo meruiſti.Propterea temetipſum publicas, ut ſiquis eſt mœchus, & homici- M
da, diſcat, quoniam ſi conuerſus pœnituerit, poteſt ad ſalutem uenire. Ideo utraque ante oculos poſuit,& peccatum,& pœnitentiam, & ſalutem,ut eligamus ſalutem. Hoc eſt, Ergo putas ſolummodo quòd quæritur, ut omnibus notum faceret peccatum,& curationem ſuam? Non. Sed quid aliud? Ego dicam.Sicut.n.audiſtis,quia pœnitentia multam & magnam habet remiſsionem,& grandẽ nobis prouidet apud deum fiduciam: ſic & illud neceſſe eſt uos audire, quia non ſolùm pœnitentiam putat ſibi ſuffi cere,ſed formidat & tremit,ne in talia deinceps incidat mala. Volo ergo oſtendere,q̃ pſalmus non tantùm peccatorem demonſtrat, ſed & pœnitentem. Et hoc charitati ueſtræ dico,ut nemo ſibi poſt pœnitentiam applaudat,& quaſi ſecurus remiſsius uiuat,ſed magis cautius agat,ut ſalutem ſuam in portu tranquillitatis conſtituat. Volo ergo oſtẽdere eum,quoniam ſanatus eſt, & melior ſui factus,& potentior,& fortior.Sed forſitan dicis: Quomodo denuò deſiderans inuenitur?Et iterum pugna,iterum peccatum.Sed quemadmodũ emen
2.R.23.b dauerit,et deſiderium ſuum deo obtulerit,exponã Contigit quodam in tempore ab Allophylis obſideri Bethlehem,cùm caſtra poſuiſſent in ualle gigãtum.

A tum.Quod cùm audiſſet Dauid,contraxit exercitũ
Ibidem. ſuum,& ueniebat contra eos in diebus meſsis. Deſiderauit autem Dauid,& ait. Quis mihi daret potũ aquæ de ciſterna, quæ eſt in Bethlehem iuxta portam? Irruperunt ergo tres uiri fortes de comitibus eius contra Philiſtæos, qui uallauerant urbem, & hauſerunt aquam de ciſterna Bethlehem, quæ erat iuxta portam,et attulerunt ad Dauid,Et ille noluit
Ibidem. bibere,ſed libauit eam domino,dicens: Propitius mihi ſit dominus,ne faciam hoc. Num ſanguinem iſtorum hominum qui profecti ſunt, et animarum periculum bibam?Noluit ergo bibere,iterũ pugna cogitationum,iterum diſceptatio:ſed illa quidẽ cõ cupiſcentia lege prohibebatur, hæc uero in tempore æſtus ſitienti neceſſaria,et debita erat.Et cũ fortiſsimi uiri conciti perrexiſſent, & in periculo animarum ſuarum exhibuiſſent aquam cupitam: quo modo tranſeuntes aduerſariorum multitudinẽ? Allata ergo aqua intellexit rex quid fecerit,quia in pugna ualidiſsima ſitim ſuam non ualuit continere. Ideoq; uicit deſiderium ſuum,quod ſciuit cum aliẽ
B no periculo adimpletum. Allatam accipiens aquã bibere noluit,ſed ſemetipſum reprehendit,et domino eam libauit:non.n.aqua erat, ſed ſanguis. Non natura ſanguinis in cauſa erat,ſed deſideriũ, et uoluntas ſua, Vides iam quomodo caſtigatus de priori cõcupiſcentia,poſtmodum cautior eſt factus, et qui corpus adamauerat, et ruerat,aquam deſiderat,et neceſſariam,et ſitiẽs bibere noluit,& uictor ſui factus eſt.Hæc loquor propter eos, qui fornicati ſunt. Concupiſti forſitan meretricẽ, & peccaſti, facere quidem nõ debueras.Sed ſi cupis agere pœnitentiam,quod maximè debes: quia & damnum ſeculi ſentis,& animę detrimentum,ne adiicias peccatum ſuper peccatum. Et forſitan dicis: Quomodo me abſtinere poſſum? Dabo tibi conſiliu.Vxorem habes,licita utere uoluptate.Si non habes,expedit nubere,quàm fornicari. Sed non poſſum,inquis,me continere.Hoc puſillanimitatis eſt, & negligentiæ tuæ,qui dei præcepta cõtemnere malles, quàm facere. Quòd ſi oſtẽdero tibi alium,nec uxorem habentem,nec fornicãtem, ſed ſobrium & pu-
C diucm:quam habebis excuſationem?Et ille quidẽ in pelago huius ſeculi nullo quaſſatur naufragio, & tu in portu conſtitutus ad naufragium deuergeris.Habes uxorem,fornicaris,magis aũtem mœchaaris.Et quomodo,inquit, poſſum incentiuas uincere paſsiones?fruere uxore, quia p̃cepit beatiſsimus
1.Cor.7.a Paulus,dicens:Propter fornicationem autem unuſ quiſque uxorem ſuam habeat, & unaquæque uirũ
Ibidem. ſuum habeat. Mulier ſui corporis poteſtatem non habet,ſed uir.Similiter & uir ſui corporis poteſtatẽ non habet, ſed mulier.Si ergo allicuerit te meretricis aſpectus et ſermo, reuolue intra temetipſum huius præcepti ſententiam,et dicito:Quoniam uir ſui corporis poteſtatem non habet. Verbum hoc ſcribe in facie tua,et dicito meretrici:Quid me uocas? Non eſt meum corpus, ſed uxoris meæ, nec audeo prodere.Alienum dotis eius nõ poteris mutare, neque facultates eius impendere: et quomodo audebis corpus eius fœda polluere macula? Dicito ei, debitum hoc uxoris nõ tuũ:dicito ei, timeo xp̃m, quoniam membra hęc de corpore ſunt Chriſti. Audiant ergo & mulieres,& timeãt, & intelligant ubi hoc mandauerit Chriſtus,& dicant:Quoniam mulier ſui corporis nõ habet poteſtatem, ſed maritus. D
Scio multas mulieres per bonam conuerſationem lucraſſe uiros ſuos, & caſtitatis exemplo prouocaſſe ad pudicitiam,& prudenti conſenſu non reliquiſſe uiros ſuos.Quòd ſi tu abſtines ſine illius uoluntate,tribuis illi fornicandi licentiam, & peccatum illius tuæ imputabitur abſtinentiæ. Quid melius eſt,ut tu illi debitum reddas, aut illa quod tibi debet,alibi perdat? Conceſsio tua non eſt inhibita,il
Ibid. 6.d lius uerò prohibita,corpus enim unum eſtis. Cùm alieno aũtẽ ſi dormierit,perdidit membra tua. Cõſiderate fratres beatiſsimi Pauli pietatem.Qui tanquam clementiſsimus medicus ingreſſus cubiculũ & quaſi reſidens dat ſalubre conſilium,ſciens fragi
Ibid. 7.a litatem humanam,dicit: Nolite fraudere inuicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus.Propterea,inquit, accepiſti uxorem,& tu accepiſti martium, ut inuicem conſentiatis, & pari conſilio quod melius eſt, eligatis.Vis abſtinere? Summum eſt quod cogitas. Noli inuidere uiro tuo, pſuade illi ut habeas duas coronas,ut non incontinentia, & caſtitas, uirginũ ſobrietas, & luxuria habent contentionem. Si.n. E
1.Co.10.b tu abſtines, ille uerò inflammatur libidine corporis,recordare Pauli ſententiam,dicentis:Ne fornicaberis.Statim turbatur, & tãquam inter duos ſcopulos poſitus naufragium ſuſtinet nauis, cui portus clauditur. Nolite ergo fraudare inuicem,niſi fortè ex conſenſu ad tempus.Etenim ubi pax eſt, ibi oĩa proſperabuntur.Vbi ſobrietas lucet, ibi unanimitatis abſtinentia coronatur. Vbi autem intemperãtia dominatur, ibi pugna & contentiones non deerunt. Nolite ergo fraudare inuicem niſi ex conſenſu. Beatiſsimus Paulus tãquam bonus diſpenſator
Heb.13.a quippe qui uniuerſum orbẽ cupit deſpõdere xp̃o, caſtitatis inſignia præbens, propterea non erubeſcit dicere:honorabiles nuptiæ, & cubile immaculatum,quibus etiam ipſe dominus interfuit, & pietatis ſuæ largitus eſt munera, aquam commutans
Ioan.2.a. in uinum:figuraliter oſtendebat, ut interceſſu uirginitatis nuptiæ,quæ quaſi generales & licitę ſunt, nutu dei palmam abſtinentiæ mererentur. Curre ergo quantùm potes, ſi laſſaueris,ad portum reuo- F
1.Co.7.a. ca pedem,dicente Paulo:Et iterũ in idipſum reuertimini,ne tentet uos ſatanas propter incontinentiã ueſtrã. Caſtitas enim ſine comitibus ſuis, ieiunio uidelicet & temperantia citò laſſeſcit: q̃d ſi his quaſi adminiculis roborata fuerit, perfacilè coronabitur.Tria enim ſunt hæc,uirginitas,nuptiæ, fornicatio,nuptiæ mediæ, fornicatio deorſum, uirginitas ſurſum.Virginitas nanque coronam habet, nuptię laudem mediocrem,fornicatio pœnam atque iudicũ.Vide ergo ſi abſtinere uis, cũ conſilio facito,& ſic arripe iter, cõſiderans corpus tuũ, q̃a ſummam rem deſideras, tanq̃ bonũ pædagogũ adhibe tibi ieiuniũ,& temperantiã,& pges fiducialiter,quò deſideraſti.Nã & cũ quis natare diſponit, prius conſiderat,& deliberat,ut exuperare poſsit natando, q̃d cœpit,Sic & tu, bonũ eſt quod habes,ſed ſi meliorem partem habere cupis,ſapienter & conſultè arripe:conſiliatorem habes Paulum dicentem: & qui habent uxores, ſic ſint tanquam non habentes:ut per abſtinentiam, & bonã conuerſationem in hoc ſeculo conſcientiam puram habentes, coronari in futuro mereamur, per Chriſtum dominum noſtrum, cũ quo eſt deo patri cum ſpiritu ſancto,ho

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnor,gloria, & potestas per immortalia secula seculorum,Amen.

HOMILIA SECVNDA, IN *psalmum quinquagesimum.*

Eliquias hesternæ mensæ hodie uobis reddere uolo. Sed reliquias & mensam cùm audis charissime, nihil palpabile arbitreris,aut crassum.Non enim carnē conscidimus, sed uerbum dei uestræ insinuamus menti. Ex mensa enim corporali, si una uel secunda die caro cocta manserit,caro deperit,& corrūpitur. In proloquenda autem sapientia aliter est.Si integrum permanserit annum, suauitatem suam lōgè lateq; diffundit. Remansit caro,& post paululum perputrescit. Remansit sapientia,& suauior redditur. Comedit qs carnem,sentiet corruptelam.Comedit sapientiam, eructat uerbum bonum, & proximū suum replet dulcedine.Ideo propheta quia tales escas edebat,fi
Psa.44.a ducialiter dicebat: Eructauit cor meum uerbū bonum.Commouentur iterum undæ,sed mens constantior fit.Agitantur corpora, sed auris dura,& in
H trepida fit.Et cum omni intentione audiamus quę dicuntur.Vidistis hesterna die charissimi prophetā loquentem,& Dauid regem cadentem, surgentem, uincentem,coronatam,& publicatum.Vidistis peccatum insurrexisse,& per imprudentiam corruisse: & tanquam fera quædam peccatum insiliens, & allidens, sed ingressa pœnitentia releuans, & exaltans medendo uulneri spe salutis. Vidistis prophetam arguētem.Vidistis & regem philosophicè portantem. Vidistis secantem medicum, saniem uulneris defluentem. Vidistis pœnitentem, & mortuum uiuificantem.Audistis dicētem regem, peccaui domino, & prophetam respondentem:dominus tran
2.Re.12.c stulit peccatum tuum. Velox confessio,uelcior medicina. Facto peccauit, uerbo pœnituit. Annuit deus,correctio facta est,uulnus apparuit,& sanitas redit,sed non fuit his propheta contentus.Nā post correptionem, post pœnitentiam,post emendationem,post peccatorum ablutionem psalmum hūc cōscripsit, ita ut etiam posterę genationi fiat illius
I passio medicina, & illius naufragium sit alijs portus,& quibus ille uulneratus est,& emēdauit, aliis in hisdem incidentibus ipsa possint uti medicina, & emendatione sanari.Sed nūc uideamus quid dicit psalmus,& cū syncero affectu audiamus. *Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum,dele iniquitatem meam.* Quid amplius quæris? O Dauid perseuera gratias agens, indesinenter glorifica, quia ablatum est peccatum tuum.Sed uolo,inquit,& cicatricem extenuare.Ablatū est uulnus,uolo & pulchritudinē recipere. Ideo dicit: *Miserere mei deus.*Ad misericordiam,inquit,confugio ad communem peccantium portum:nec enim cōfido operibus meis, siquid fortè boni feci:miserere mei deus,quia misericordia tua inæstimabilis est, omnem excedēs sermonem,interpretari nequiens', peccatorum consolatio,iustorum cautela.Non enim solummodo peccatores saluātur, sed & iusti misericordia circundātur.Audi deniq; quid Petro dixerit Christus,colūnæ & fundamento fidei, qui ob robur cōfessionis
Mat.16.c uocatus est Petrus, dicēte domino:Tu es Petrus,&
Luc. 22.c super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et iterum:Simo,inquit,quoties uoluit satanas cribrare uos sicut triticum,& ego rogaui pro te, ne deficeret fides tua. Vides, quoniam & iusti misericordia indigēt,ut ex peccatoribus iusti fiant, & iustificati iusti maneant. Nam & beatus Paulus per misericor
1.Tim.1.a diam talis est factus.Gratias,inquit, ago qui me cō fortauit Christo,quis fidelem me habuit,cōstituēs in ministerio,qui prius fui blasphemus,& persecutor,& contumeliosus. Quomodo ergo saluatus es ô beatissime Paule?Sed propter hoc,inquit, miseri *Ibidem.*
cordiam consecutus sum. Vides & iustum per misericordiam saluatum?Prius quippe ecclesiam domini persequebatur,& Christianos in carcerem detrudebat, & tanquam singularis fera uineam domini deuastabat.Prophetas legerat,& prophetatū ignorabat. Paterna lege doctus, datorē legis nesciebat. Quomodo ergo misericordiam cōsecutus est?Saule Saule,quid me persequeris? O ineffabilis miseri- *Acto.9.a*
cordia dei quousque descendit.Quid me persequeris? Patrem,inquit,suum imitatur. Nā & ille populo Hebræorū dicebat:Populę meus,quid feci tibi, aut quid molestus fui,aut in quo contristaui te?responde mihi. Et filius eius Saulo dicit:Saule Saule, L
quid me persequeris? Quid ergo ille? Quis es domine?Illico dominationem confitetur. Vidisti animę generositatem, uidisti humilitatem famuli dicētis: Quis es domine?Ego sum,inquit,Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. O ineffabilis sapientia domini.Quare non dixit:Ego sum filius dei?Ego sum in principio uerbum. Ego sum, qui in dextera patris sedeo:Ego sum, qui in forma dei cōsisto:Ego sum, qui cœlum extendi:Ego sum,qui terrā super aquas fundaui:Ego sum, qui mare diffudi:Ego sum, qui ubique presens sum,& omnia repleo:Ego sum,qui semper sum,& natus sum? Quare non dixit magna illa,& admiranda præconia?Sed quid ait illa benigna pietas, & ineffabilis clementia? Ego sum Iesus Nazarenus, de inferiori loco, de parua ciuitacula. Cur autē semetipsum de humiliori nominauit loco?Nesciebat enim eum persecutor. Si enim scisset, non utique persequeretur. Ignorabat quoniam de spiritu sancto natus est. Nā quòd de Nazareth erat non ignorabat. Si ergo dixisset ei, quoniam filius dei sum ego,& in principio uerbum, qui cœlum se M
ci & astra ornaui,haberet dicere:Alter est ille,& alter is,quem ego persequor. Intellexistis charissimi, quæ diximus. Si dixisset illi magna illa, & excelsa mysteria,habuit dicere:Non est iste, qui crucifixus est.Et ideo dixit,ut sciret,quia ipse esset quem persequebatur,qui carnem induit,qui figuram serui suscepit,qui cum eodem conuersatus est. Qui passus est,q mortuus,& sepultus. De inferiori loco semetipsum nominat,dicens: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris,quem nosti,quem scis, qui tecum est conuersatus. Propterea statim dominum est confessus,quia de cœlis uocantem audiuit. Tātùm quippe descendit dominus, quantùm seruus ascēdere poterat.Propter hoc & misericordiam cō secutus sum,inqt.Ideo & Dauid:Miserere mei:deus secundum magnam misericordiam tuam,Et secundum multitudinem miserationū tuarum dele iniquitatem meam'. Nam & Chananæa illa ad istum confugit portum:Miserere,ait,mei,filia mea malè à *Mat. 15.c*
dæmonio uexatur. Vbi misericordia flagitatur,interrogatio cessat.Vbi misericordia postulatur,iudicium non sæuit.Vbi misericordia petitur,pœnę lo

A cus non est.Vbi misericordia, quæstio nulla. Vbi misericordia, condonata responsio est. Miserere mihi, solummodo uolo:ut quid à me expetis quęstionem? Dixi semel,quòd misericordiam inęstimabilem quæro.Miserere mei deus secundum magnā misericordiam tuam,Dixisti magnam,edicito quātam. Quanta sit,nescio,quòd grādis est noui. Quātùm autem,non ualeo apprehēdere, nescio magnitudinis quantitatem,non comprehenditur uerbo. Video nāque fructum misericordiæ grandem. Nisi enim in immēsum extenderetur, admodum pauci saluarentur. Hanc misericordiā filius eius ostēdit. Veniens enim,misericordia sua saluauit cūctos.Miserere mei deus. O portus omni tempestate carens, ô portus omni tranquillitate plenus. Grande barathrum peccatorum meorū, sed multa domini mei humanitatis cautela:factus est homo,ecce misericordia magna. In utero uirginali conceptus est qd eras tu,ut tu quod non eras,esse posses.Hoc misericordiæ ineffabilis magnitudo. Dū esset paruulus, ab extremis finibus uocauit Magos, post illos pu-
B blicanum,post hunc maretricem,post illam latronem,post istum uocauit blasphemum. O noua uocationis principia.Dominabantur dæmones,malè orbis gubernabantur negocia, prævaluerunt peccata,impietas omnes possidebat, alii dæmonibus libabant,alij creaturas pro deo uenerabantur, alij immunditiæ & omni spurcitiæ seruiebant, & ipsi qui legem acceperant, per præuaricationem legis deum contemnebant. O grandis misericordia domini.Cùm omnis mūdus conclusus in peccatis esset,uenit creator uniuersitatis,& principia peccantium euacuauit,ut nullus postmodū desperaret de sua salute.Si impius es, cogita publicanum: si immundus es,attende meretricem:si homicida es,perspice latronem:si iniquus es, cogita blasphemum. Consydera Paulum apostolum, prius persecutorē, posteà annunciatorem:prius persuasorem, posteà dispensatorem:ante hoc zizania, post hoc frumentum:anteà lupum, posteà pastorem:anteà plumbum, postmodum aurum: anteà piratam, posteà gubernatorem: antè dispersorem ouium,posteà dispensatorem Ecclesiæ: primo euellentem uineam, posteà plantantem: prius dissipantem,& posteà ædificantem. Vidisti multimodam malitiam:sed perspice ineffabilem misericordiam. Vidisti superbiam seruuli:consydera beneuolentiam domini. Nolo mihi dicas, blasphemus sum:nolo dicas persecutor sum,immundus sum. Habes omnium ostensiones, in quem uolueris portum confugito.Vis in nouum, uis in ueterem?In ueteri Dauid,in nouo Paulus. Nolo excusationes mihi afferas,nolo mihi ignauiam tuam prętendas.Peccasti, pœnitere.Millies peccasti,millies pœnitere.Hęc assiduè infundo medicamenta, & tumorem intercipio.Noui enim multum conscientiæ cruciatū,scio quanta est desperatio. Stat diabolus gladiū acuēs, & dicens in hæc uerba: Omnem iuuentutem tuā confudisti, omnem uitam tuam perdidisti. Antè eras in theatro cum amicis, in circo cū sodalibus, in lupanari cum meretricibus.Deinde rapuisti,auaritiæ studuisti,periurasti, blasphemasti:quæ iam ti bi salutis spes est?Peristi,peristi, fruere ergo iam uel præsentis uitæ uoluptatibus, ducito in lætitia cor tuum.Hæc diaboli uerba sunt, ista inimici cōsilia: *Astutia diaboli.*

C sed mea contraria sunt uerba. Si lapsus es, poteris D
surgere:peristi,sed poteris saluari:fornicatus es, sed poteris cōtinere:mœchatus es, sed poteris liberari: ad spectacula proruebas, sed poteris reuocare pedem:cum malis hominibus uersabaris, poteris recedere, & cum bonis esse:in utraque parte liberū habes arbitrium,tantùm uel parua incipiat esse cō uersio,paululum pœnitere. Fundant oculi lachrymam, redi ad conscientiam tuam, considera temetipsum,propone ante oculos iudicij diem, & paradisi delicias,quæ pręparantur sanctis: Occidisti, sed pœnitere:mœchatus es,sed confitere:cecidisti, sed resurge:uulneratus es,adhibe tibi curam, dum uiuis,dum spiras etiam in ipso lecto positus,etiam, si dici potest,exanimās, ut iā de hoc mundo exeas, de hac compede libereris'. Pœnitere,nō impeditur temporis angustia misericordia dei.Quomodo,inqt,& qualiter?Hulceribus plenus sum, uulneribus refertus. Mille criminibus obnoxius, non posum in nouissimo pœnitere die. Potes, & ualde potes charissime,in exitu tuo cogita deum, in testamēto relinque pauperibus. Tu illuc uadis, & opera tua E
manent.Nolo mihi dicas:Vnde nosse potero, si qualemcunque ueniam habeo? Vbi misericordia dei imploratur,quęstio non expetitur. Quando ille curat, nolo diffidas, tantum nos uel paululum conuertamur.Stat medicus secans,& innumeras adhibens curationes,& non interrogas, quomodo curaris,sed concedis arti:seruo concedis,& deo misericordiæ non concedis?Noli dicere quomodo, sed magis admirare,& glorifica.Nam & ego te interrogabo,quomodo latro saluatus est? quippe qui omnem uitam suam cruentam habuit,homicidiis,persecutionibus,direptionibus. Mille obrutus malis, & nō pœnituit', dum adhuc esset in terra:ab hominibus quidem pro scelere suo condemnatur:à deo autem per bonam confessionem coronatur. Vnius diei uitæ spatium non erat. Dominus in cruce clauis affixus pendebat,iamiamq; moriturus non desperauit salutem suam, & certè socio eius renitēte. Sed hic confessus est dominum pœnitens facti sui, & paradisi ianuam meruit aperire. O latronis admirāda fides,& cruce positus uim fecit, & intrauit F
regna cœlorum.Sed quemadmodum,inquit,saluatus est,discere cupio. Audi uerba latronis:Memento,inquit,mei domine, cū ueneris in regnum tuū. Et tantùm prævaluit fermo, prævaluit confessio, *Luc.23.*
adiuuante misericordia dei. Et quia ex animo pœnituit,& confessus est deum esse Christum,& paradisi meruit esse colonus. Si me interrogas quomodo? nescio quomodo, nec à me expetas qualitatē. Saluari solummodo cupio, nō requiro curationis umbram:liberari cupio de ægritudine, non interrogo medicinæ rationem. Si potes dicere quomodo deus est,nosse poteris,& quemadmodum miseretur.Interrogabo te & ego,dicito mihi: Quomodo adulteri?quomodo molles? Quomodo masculorum concubitores? quomodo fures claustra carceris habitantes?Mille accusationes,inimici amarissimi,potestas iudiciaria imminēs, parati carnifices & ad nutum regis dimittuntur. Rex homo est mei similis,& meus conseruus. Quid enim, si purpura circundatur? Sed nihil mea substantia amplius habet.Vna natura,par conditio.Sic ingredimur mundum, pariter egredimur è mundo. Ipso spiritu su-

G ſtentamur,& ad nutum eius, & paruis apicibus puniendi ſoluũtur.Si hoc facit homo moriturus,quã tò magis deus angelorum, & archangelorum dominus?Si ſolummodo inuenerit,ſaluari num poterit?Et rex quidem ſi dimiſerit è carcere, pœnam dabit,nõ peccata.Deus autem peccata dimittit.Si dixerit adultero: Iam nolo ut adulter ſis, uerba ſtatim uertũtur in opera.Si dixerit fornicatori:Fornicari ceſſa ab immũdicia tua,illico mens eius in melius mutatur.Et ut ſcias quia ita eſt, dixit:Fiat cœlum,& factum eſt cœlum. Præcepit fieri terram & uerbum eius in opere cẽſit. Volo fieri luminaria, ſtatim facta ſunt,& aſtris completum eſt cœlũ.Sol & luna pcepto eius cõſummant curſum ſuũ. Volo fieri angelos,& in pũcto horę tãta milia facta ſunt. Et qui ex nihilo hæc omnia fecit, ſi uult ſermone ſuo tua peccata non ualet ſoluere, & poſt pœnitentiam in angelicum cõſtituere gradum? Quid enim eſt peccatum ad domini miſericordiam? Tela aranea,quæ uento flante nuſquam comparet.Si deus uoluerit,nullus impediet.Hæc dico, non ut negligentiores uos faciam chariſsimi, ſed ut ad fidem uos ſalutaris expectationis adducam. Nunquàm deſperetis de uobis, ſed de dei miſericordia confidite.Deſperate potius de illo,q de ſe deſperauerit,q reuocare pedem non uult,qui dei præcepta contẽnit & deſpicit,& non ſe cogitat eſſe moriturum.Cõfidera nunc ergo chariſsime prophetã iuſtum poſt gratiam ſpiritus ſancti,& poſt tantam ad deum fiduciam,poſt multitudinem uirtutum, poſt tantos triumphos publicantem ſemetipſum,& dicentem: *Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuã.* In immenſum miſericordiæ pelagus memetipſum extendi ad domini miſericordiam. Quid amplius
2.Re.12.d. quæris?O Dauid audi prophetam Nathan dicentem:Dominus dimiſit peccatum tuum. Non quæro ſolùm peccata dimitti mihi,ſed & decorem meũ priſtinum quæro. *Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam.* Vide quid quę-
I rat. Dele,inquit,& amplius laua me. Plus aliquid quæro,maiorem honorem,maiorem gloriam. *Amplius laua me ab iniquitate mea, & à delicto meo munda me.* Quid ergo dignum feciſti, ut hoc tibi fiat? Attẽ de diligentius uerba,& temetipſum appende miſericordiæ dei.Ineſtimabilis eſt,ſine fine eſt, quæ cõprehendi non poteſt, ſuperãs omnem ſenſum,omnem cogitationem. Sed quia talis eſt miſericordia domini.tamen non ut homines miſericordiam cõſecuti remiſsiores fierent, quærit quiddam à nobis deus.Miſeretur quidem, ſed non paſsim miſeretur. Prouocat nos,& dicit:Da & tu aliquid, utputa mille ſcelera perpetraſti,habes onera delictorum, uolo alleuiare pondus tuum,da et tu manum tuam. Non quia ego tui egeo,ſed quia uolo, et te aliquid conferre ad tuam utilitatẽ. Quomodo ergo latro
Luc.23.c ſaluatus eſt,& tanta ſoluit peccata? Scito eum miſericordia prouocatum, ſed fide ſua tanquàm adminiculo uſum,in eo quòd dixit:Memẽto mei domine,dum ueneris in regnum tuum. Quid contulit deus ſaluti ipſius? Remiſsionem uidelicet peccatorum. Quid uerò intulit latro? Iudicium ſalutis ſuæ,confeſsionis fidem. Qualem?Grandem,excelſam nimis cœlum tangentem.Quomodo? Ego dicam: Iudæi uiderunt mortuos ſuſcitatos, leproſos mundatos,dæmones fugatos,mare infrenatum,piſcem ſtaterem portantem,ſtellam rutilantem, ma- K
gos concurrentes,Herodem turbatum. Hęc omnia uidentes,crucifixerũt Chriſtum. Latro uerò nihil horum uidens, ſed conſiderabat ſputis repletum, crucifixum,aceto potatum,& felle. Et cùm hæc omnia uideret,non eſt ſcandalizatus, ſed regem cœlorum confeſſus eſt.Vides quoniam non ſine cauſa miſericordiam conſecutus eſt, quia & ipſe fidem intulit ad ſalutem ſuam:necnõ et publicanus aliena iniuſtè auferens,quomodo ſaluatus eſt? Tranſiens nanque Chriſtus,dicit ad eum: Veni ſequere me. Qui ſtatim exurgens,ſecutus eſt eum. Et ſicut latro confeſsionem intulit, ſic publicanus obedię Luc.5.f.
tiam ſuam, et meruit in apoſtolatus ordinem collocari. Sicut enim cum quidam graui ægritudine uexatur, et multis modis indiget medicaminibus, et attenuatus eſt ſumptibus, ſi introierit medicus, et dixerit ad eum qui ægrotat:Plures ſpecies ad cõfectionem medicaminis neceſſariæ ſunt. Reſpondeat uerò ægrotus:Non habeo unde tantas ſpecies L
emam,paupertate detineor. Dicat ad eũ medicus: Illam & illam da mihi ſpeciem tantùm, cætera de meo præſtabo.Sic et deus dicit:Da mihi confeſsionem tuam,et lachrymas pœnitentiæ,cętera autem pro miſericordia mea, et humanitate tibi præſtabo.Ideóque rogat Dauid, ut multùm ab iniquitate ſua lauetur. Quid ergo pro hoc munere intulit: Dixit:Miſerere mei deus, et uſquequaque laua me ab iniqtate mea,et à delicto meo mũda me. Quid obtulit? *Quoniam,*inquit,*iniquitatem meam ego agnoſco.* Viciſsitudo eſt.Deus dat ut ſaluificetur reus, dedit dominus miſericordiam ſuam, dedit et qui peccauerat confeſsionem peccatorum ſuorum.Parum quidem,ſed quod habuit.Quid dabis ò Dauid, ut ſaluari poſsis,uti miſceatur medicamentum? Quoniam,inquit,iniquitatem meam ego agnoſco.Et eſ ſe poteſt homo, qui nõ agnoſcat peccatum ſuum? Quanti ſunt peccatores,& ſecuri degunt:quanti rapiunt, & non uolunt intelligere, quoniam iniquè agunt:quanti deuaſtant uiduas, & diripiunt pupillorum facultates:quanti circunueniunt aliena ma M
trimonia,quanti tribulant orphanos,& agnoſcere nolunt ſuperuẽturam ſibi calamitatem? Inſuper fiducialiter quæ mala ſunt agunt,& nec ingemiſcũt, nec lachrymam proferunt,neque cõfitentur.Quomodo ergo poſſunt hi tales ſaluari? Neſcientes nec agnoſcentes facinora ſua, nec dei iudiciũ præ oculis habentes. Vidiſti regem exomologeſim facientem,& dicẽtem: quoniam iniquitatem meam ego agnoſco,& peccatum meum coràm me eſt ſemper. Ò ingenuitas animæ,ò mentis integritas. Non eſt oblitus peccati ſui,& iniquitatis, quanuis conceſsum ſibi fuerit:ille tamen in cõſcientia ſua,tanquã in imagine,adulterium, & homicidium depictum habebat. Et per ſingulos dies uidebat putredinẽ, & ideo dicebat? Et peccatum meum coràm me eſt ſemper.Ego illud uideo,tu ne id conſideres.Ego illud ſcribo, tu quaſi dominus dele.Vide enim quid ſit:Si tu memor ſis,deus non erit memor:ſi tu oblitus eius fueris,deus eius memorabitur.Ego ſum,in Eſa.43.d
quit,dominus,qui deleo iniquitates tuas.Tu uerò memor eorum eſto:ut qd ergo uis, ut memor ſim? Vt gratior,inqt,ſit miſericordia mea, ut ſentias qd tibi conceſſerim.Si.n.ſemper memor fueris cumuli peccatorum tuorum, eris memor & magnitudinis

beneficentiæ

A beneficentiæ dei. Cõceſsit tibi,ſed tu ne obliuiſcaris,& non erit memor,tu autem ſemper recordare. Tales erant ſancti, uirtutes ſuas non meminebant, ſed peccatorum ſuorum memoriam reuocabant. Non ſicut nunc homines, peccata ſua obliuiſcuntur,& celare cupiunt.Si quippiam autem boni fecerint,in medium proferunt,& omnibus probare feſtinãt.Feciſti aliquid boni,cela illud, ut dominus tuus uideat,& ipſe laudet.Quòd ſi iactanter aliqd boni feceris,gloriam ab hominibus recepiſti.Feciſti malum,memor eſto,ut domin⁹ tuus illud obliuiſcatur.Concede,domino tuo ſi dixeris,minoraſti ea:dominus tuus ſi dixerit,augebit ea. Quomodo ergo dicam,cùm dederis inopi rogatus,quid di
Mat.25.c cis? Vidi pauperem eſurientem, & paui eum.Et ipſe deus dicit:Eſurientem uidiſti me,& pauiſti.Permitte illi, qui potens eſt dicere granditer, concede illi dicere,& exaltare.Peccata autem tua dicito, ut deleas illa.Si confunderis alicui dicere, quia peccaſti, dicito ea quotidie in anima tua.Non dico ut confitearis conſeruo tuo,ut exprobret.Dicito deo,q curB rat ea.Hæc enim ſi nõ dixeris,ignorat ea deus?Nũquid à te uult ea agnoſcere? Cùm faciebas ea, præſtò erat:cum admitteres, nonerat.Peccare non eruboiſti,& confiteri erubeſcis? Dicito in hac uita, ut in illa requiẽ habeas:dicito ingemiſcens,& lachrymans. In codice ſcripta ſunt peccata tua. Spongia peccatorum tuorum lachrymæ tuæ ſunt, grandis earum uirtus.Dicam tibi quid ualeant lachrymæ, attende diligentius.Quid martyribus maius,q animam ſuam ponunt pro amico ſuo?Grandis gloria martyrum.Martyres effundunt ſanguinem, peccaLuc.7.f.8. tores effundunt lachrymas.Meretrix illa non fudit ſanguinem,ſed fontes lachrymarũ profudit, & deleuit peccata ſua.Et quid dicam de meretrice,& immunda muliere? Columna eccleſiæ, et fundamenMat.26.8. tum fidei princeps apoſtolorũ Petrus,ad ancillę uiliſsimæ mulierculæ interrogationem tertiò negat dominum:nunquid ſanguinem fudit? nonne amarè fudit lachrymas,et abſterſit peccatum ſuum, et recepit priſtinam dignitatem? Ecce habes codicẽ, ubi ſcribas quotidianum expenſum.Habeo codicẽ conſcientiam tuam, & ſcribe quotidiana peccata. Quando accubueris ſuper ſtatum tuum, & neminem infeſtum pateris,antequã ueniat tibi ſomnus, profer in meditum codicem conſcientiam tuam, & reminiſcere peccata tua,ſiqd in uerbo,ſeu in facto, C
Pſ.4.a uel in cogitatione peccaſti. Hoc enim dicit prophetas:Iraſcimini,& nolite peccare,quæ dicitis in cordibus ueſtris, & in cubilibus ueſtris compungimini. Per diem non habuiſti tempus, ſed obſeruaſti iudici tuo,& iniunctum negociũ, & confabulatio amicorum,& domeſtica neceſsitas,& filiorum cura, & uxoris ſolicitudo,& militiæ timor & cæterarũ mille te rerum circundederunt cauſæ. Quãdo in lectu lum tuum ueneris, ut ſopori membra concedas ad trãquillum portum,nemo tibi moleſtus eſt, nemo pulſat,dicito in corde tuo & in anima tua: Expendimus diem,ò anima,quid boni fecimus, aut quid mali operati ſumus? Et ſiquid boni feciſti, gratias age deo:ſiquid mali, de cætero ne facias. Et remini ſcens peccatorum tuorum effunde lachrymas,& poteris in lectulo tuo poſitus ea delere. Roga deum tuum,& ſic permitte animam tuam ſoporari. Confeſſus peccata tua, facito tibimetipſi rationem, &

ora miſericordiam dei, & inuenies requiem. Quid D
grane,aut quid moleſtum poſitum in lecto, quotidiana deflere peccata? Cùm reputare tibi cœperis, tãquam in equuleo ſuſpende cogitationes tuas, & ungula timoris dei radito eas. Propone tibi morẽ gehennæ,ſuperducito ei ſecturæ ictum non habentem dolorem. Iudicium facito tibimetipſi terribile,leuiorem præpara confeſsionem cogitatuũ tuorum,ut non in futuro die ignauior ſis ad perſcrutãda peccata. *Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco, & peccatum meum coràm me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci.* Quid eſt quod dicit: Non timebam eum,qui iniuſtitiã paſsus eſt?miles erat meus, E
iudicare me non poterat: ſed ſolicitus ſum propter te,ne tu à me exigas pœnas. *Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & uincas cùm iudicaris.* Quid eſt quod dicit: Peccaui tibi? Fiat iudicium, & iudices qui uincis: quomodo? Quia uidet deũ ſine intermiſsione uoluntate ſemper iudicare cum hominibus. Prophe-
Mich.6.a ta dicit:Audite nanque conualles, fundamenta terræ.Quoniam iudicium eſt deo ad populum ſuum. Et iterum alibi:Populę meus quid feci tibi, aut qd
Eſa.1.a contriſtaui te?Reſponde mihi.Et iterum alibi:Audi cœlum,& auribus percipe terra, quoniam dominus locutus eſt:Filios genui,& exaltaui, ipſi autem me ſpreuerũt. Et ubique uide deum iudicare cum hominibus.Dicit ei:Apud te uictoria eſt, ut iuſtificeris in ſermonibus tuis,hominem agricolam regẽ feciſti,prophetam conſtituiſti, uictoriã mihi in pugna dediſti, gigantem ſuperare feciſti, non uirtute corporis,ſed uirtute fidei.Purpura induiſti, diuitias mihi dediſti plurimas. Vt iuſtificeris in ſermonib⁹ tuis,et uincas cum iudicaris.Si dixeris peccata mea & non dixero ea ego,condemnabor: propterea miſericordia opus habeo.*Et enim incerta, & occulta ſapiẽtiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Quia dixit regnum, dicit & F
prophetiam.Sic me honoraſti, ut & filium tuũ reuelares mihi,& notum mihi fratres.Didici,quoniã filium habes:etſi in throno tuo ſit, didici quoniã futurus eſt homo. Annunciaui uniuerſo mundo gaudia aduentus eius. Et quia pati haberet pro ſalute generis humani, & quia crucifigendus eſſet,& ſepeliẽdus,reſurrecturus à mortuis ſine corruptione,& quia aſcenſurus in cœlos. Dixi deſcenſionem eius,dixi reſurrectionem eius,dixi aſcenſionẽ eius, dixi ſedem eius in dextera patris, dixi uocationem gentium,dixi congregationem eccleſiæ, dixi expulſionem Iudæorum, dixi apoſtolorum electionem. Incerta,& occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Sic me honoraſti,ſic me dilexiſti, & magna myſteria manifeſtaſti mihi.Et ubi hæc manifeſtauit? Audi hunc ipſum prophetam,quomodo deſcenſionẽ eius de cœlo dicit: Deſcẽdit ſicut pluuia in uellus. Quoniam aduenit filius dei,non cum fulgure, aut Pſal.71.a
tonitruo,neque cum ſtrepitu, neque cum exercitu angelorum, neque nuda deitate. Si enim ſic ueniſſet, uniuerſa interiiſſet creatura quòd non montes, nec colles portarent. Quippe qui reſpicit ſuper terram,& facit eam tremere: qui tãgit montes & fumi Pſ.103.d
gant: nam ſi nudam ſubſtantiã oſtendiſſet,ſol utique extingueretur,luna non appareret,mare exicca retur. Propterea ſilentio & tacitè ueniens, nemine ſciente,neque ipſo diabolo:ſed uenit ſilẽtio in uterum uirginalem.O noua res, & ineffabilis,& mirãda rerum myſteria:lapides conſumuntur,& mater

Gnil lęditur,mõtes tabescunt, & uirginis uterus deũ intrinsecus gestat. Quid dicã,aut quid loquar,quo digno sermone pronunciem? O amentia hæreticorum,dicite mihi, quomodo ancilla deũ portabat? quomodo creatura creatorem? Qui interrogas quę sursum sunt,dicito quæ deorsum sunt. Qui ubique erat:quomodo in matris utero erat, & in throno maiestatis suę sedebat? Si me interrogas,nescio,fide credo,non comprehendo cogitatione. Et quia silẽtio erat uenturus,non terrens,non conturbans. Descẽdit,inquit,sicut pluuia in uellus. In terram enim descendens pluuia sonum reddet,super lanam autem,& in uellus descendens, nullum sonitũ dabit. Mollicies lanæ soluit sonum pluuiæ descendetis:& ut dicas quoniam silentio uenit,non terrens, non conturbans,non perdens,non exterminans. Descẽdens,inquit, sicut pluuia in uellus. Dixisti descensionem silẽtio factam, dicito & proditionem eius.
Psal.39.c. Qui edebat,inquit,panes meos, multiplicauit aduersum me supplantationem. Dicito & pugnam Iu
Ibi.119.b dæorum: Impugnabant me gratis. Dic & consilia
H eorum mala aduersus Christum: Quare fremuerũt
Ibid.2.a. gentes,& populi meditati sunt inania? adstiterunt reges terræ,& principes conuenerunt in unum,adPsal.21.d uersus dominum,& aduersus Christum eius. Dic & crucem eius: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Dic & cibum,&
Ibi.68.c. potũ: Et dederũt in escam meã fel, & in siti mea po
Ibi. 21.b. tauerunt me aceto. Dic & insultationes Iudęorum: Sperauit in domino, eripiat eum,saluũ faciat eum, quoniam uult eum. Dic & sepulturã eius: Posuerũt
Ibi.87.b me in loco inferiori. Dic & resurrectionẽ eius: Quoniam non derelinques animam meam in inferno,
Ibi.15.c nec dabis sanctum tuum uidere corruptionẽ. Dic
Ibi.46.a. & ascensionem eius: Ascendit deus in iubilo, et dominus in uoce tubæ. Dic & thronum eius: Dixit
Psa.109a dominus domino meo, sede à dextris meis,donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
Ibi.44.c Dic & gloriã ecclesiæ eius: Adstitit regina à dextris tuis, in uestitu deaurato, circumamicta uarietate.
Ibidem.d Dic & thronum uirginum: Adducentur regi uirgi-
Ibidem. nes post eam. Dic & electionem apostolorum: Pro
I patribus tuis nati sunt tibi filij. Dic & baptismum:
Psal.22.a Super aquam refectionis educauit me. Dic & my-
Ibidẽ. b steria: Parasti in conspectu meo mensam aduersus
Ibidem. eos,qui tribulant me. Dic & unctionem: Impingua sti in oleo caput meum,& poculum tuum inebriãs
Ibid.2.b quàm præclarum est. Dic & petitionem gentium: Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Ecce enim incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. *Et iniquitates meas dele.* Quid ô prophe-ta,quid desideras? Soluta sunt peccata tua,interempta est pœna tua. Non,inquit,sufficio his, auarus sum ad petendam misericordiam dei. Noui dominum meum esse clementem, propheta eram prius, uolo & nũc esse propheta, & illã habere fiduciam, illam sancti spiritus gratiam: auolauit qppe à me, sicut columba, fœtorem peccatorum meorum sentiens,uolo pristinam recuperare gratiam. *Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele:* Dicito manifestẽ quid uelis, *Cor mundum crea in me deus.* O ingenuitas prophetæ,ô desideriũ ad deum, ut loquaris mihi iterũ quęro,ut & ego tibi loquar. Amicitiam illam & familiare colloquium quæro. Quid enim? Quia liberat⁹ à pœna sum,securus es-

K se non possum. Mihi maior pœna est fraudari, colloquio tuo, quãuis enim substantiam tuam uidere non possim,inuisibilis nãq; est, præ desiderio tuo, opera tua uidi,& exulto. Non uidi te, sed uidi cœlos,& exultaui,& dixi: Cœli enarrant gloriam dei. *Psal.18.a*
Conspexi terram,& dixi: Domini est terra & plenitudo eius. Vidi mare,& dixi: Tu confirmasti in uir *Psal.23.a*
tute tua mare. Vidi diẽ, & noctẽ, & clamaui: Tuus *Ibid.73.c*
est dies,& tua est nox,solem & lunam tu fecisti. Vi- *Ibidem.*
di montes, & dixi: Et altitudines montium ipsius *Ibid.94a*
sunt. Sicut qui amat, etiamsi nõ uideat quẽ amat, tamen etsi calceamentum eius uideat, uidere uide tur quem desiderat. Sic & ego circũeo uniuersam creaturam,tanquam catulus sitiẽs',ut per odorem suauitatis tandẽ aliquando domini sui præsentiam mereatur uidere,& dico: Sicut ceruus desiderat ad *Psal.41.a*
fontes aquarum,ita desiderat anima mea ad deum fontem uiuum: quando ueniam, & parebo ante faciem dei? Rex,inquit,es,purpura indutus es,diademate ornatus. Nõ quęro,inquit,ista, decorẽ meum quęro,& splendorem spiritus. Cõtemno umbram,
L pertranseo cœnosa quæque, folia sunt ista, & nox, & somnium,& fœnum,& tãquam tela araneę. Gloriam meam quæro, non possum facere crastinationem, non suffero dilationem, qui fiduciam perdidi circundatus peccato. Cor mundum crea in me. Et non solum hoc quæro,sed inhabitantem in eo. *Et spiritum rectum innoua in uisceribus meis.* Bene dixit, Innoua. De nouo nanque fabricata est domus,quã inueterauerat peccatum, rogo ut inouet gratia. Et pro hoc munere,quid mihi dabis ô Dauid? *Docebã,* inquit, *iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur.* Si accepero spiritum,disputabo orbi terrarum, & di- *Psa.46.a*
cam? Omnes gẽtes plaudite manibus, iubilate deo in uoce exultationis. Quoniam dominus excelsus, terribilis,rex magnus super omnem terram. Si acce pero spiritum, dicã: Dixit dominus domino meo, *Psa.109.a*
sede à dextris meis,donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Docebã iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur. Et Iudaicæ ceremoniæ ubi erunt? Non immolo tibi oues, & non offero ui tulos & arietes: scio quia his nõ delectaris,sed quæ
M filij tui sunt. Vis conuersionem gentium,abolitionem peccatorum? Quoniã si uoluisses, sacrificium dedissem, utiq; holocaustis nõ delectaberis. Quia ergo nolo ista,quid mihi dabis? Habeo & aliud sacrificium,quo delectaris. *Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus nõ spernit.* Imò sacrificium maximũ humilitas est. Solue peccatum meum,da mihi spiritum sanctum. Hoc sacrificium humilitatis multo melius est q̃ Iudæorum. Nam & tres pueri illi ętate iuuenes,senibus prudentiores: pauci,sed superantes multos: captiui,sed fortiores rege, qui amiserunt quidem patriam, & non perdiderunt fidem: nudi, sed uestiti: pauperes,sed abundantes: serui,sed liberos præcellẽtes, qui flammas ardentes conuerterunt in rorem, qui elementa maxima demutarunt qui ignis obtuderunt uirtutem, quos alligauit tyrannus, & soluit ignis, la- *3.Reg.8c et Dan.3c*
mentabant, & dicebant. Peccauimus, iniustè egimus, iniquitatem fecimus,& non est princeps, neq; propheta, neque locus primitiarum ad sacrificandum,ut inuenire possimus misericordiã. Sed in anima contribulata, & spiritu humilitatis fiat sacrificium nostrũ. Et hoc non sua scelera deflebant, quę

A necdum admiserant: sed quasi boni aduocati pura conscientia pro populo, qui in captiuitate constitutus erat,rogabant deum. Corrigitur contritum, & humiliatum deus nõ spernit, hic solicitius intendite, pro salute enim uestra sunt quæ dicũtur. Omnes quippe uos doctores fieri uolo,omnes peritos, omnes monachos: non ut coniuges non habeatis, sed ut cæteras uirtutes possideatis, quæ uos deo cõmendare possunt,Monachus.n.non solum propterea dicitur,quia uxorem non habet, sed quia religioni dei,& seruitio ipsius mancipatus est: & cura illi est, quemadmodum deo,non seculo placeat. Et qui magis eligit castitatẽ,quæ deo chara est, & spiritus sancti habitatio. Volo ergo uos in religione dei feruere. Quid ergo est,quod quęrimus? Orauit, cõfessus est,rogauit,obsecratus est, deprecatus est, lachrymas fudit,cor mundum petijt, fidem dedit. Quærendum si quod quæsiuit,inuenit. Multam In uobis cerno alacritatem, multum gaudium: delectatur nanque gubernator cum uiderit prosperiores flare uentos. Vndartum quidem eleuationẽ non
B uideo, sed uideo multitudinem cõmouentium se, & non recedentem,& aures patulas, & attẽtos oculos uestros constringi quidẽ corporaliter, sed mente stabili dilatare sensum ad audiẽdum uerbũ dei. Nam quod quæritur,hoc est: Orauit,rogauit, obsecratus est,deprecatus est,deposuit pœnam, liberatus est à peccato. Quid ergo quæritur, si ad priorem reuertitur fiduciã, si spiritus meruit gratiam, si quod petijt,accepit? *Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis.* Videte charissimi quantum potuit pœnitentia,ut priori eũ redderet dignitati, qua pollebat antequã caderet. Attendite quæ dicuntur de confessione, de repetitione spiritus,de prophetali gratia, quinquagesimum scripsit psalmum. Post hunc uero & sexagesimum, & septuagesimum, & octuagesimum,& nonagesimum. Ne ergo quidem dicerent: Quid.n.si scripsit psalmos,sed non spiritu sancto,nõ enim recepit spiritum sanctũ. Interrogemus eos quomodo descripserit. Humana,inquiunt,sapiẽtia, deseruerat enim eum spiritus sanctus. Peccatum quidem ei concessum est, sed spiritus redditus non est. Ipse quidem
C petijt,sed ubi acceperit nõ inuenimus,& ubi illi responsum hoc dederit deus. Ecce reddidi tibi quod amiseras. Attendite diligenter,scripsit quinquagesimum psalmum, deinde sexagesimũ, & cæteros per ordinem. Scripsit autem & alterum psalmum, qui est post centesimumnonum: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Hũc psalmum post passionem domini competit aptari,cum consummatis omnibus ascendit ad patrem. Quinquagesimus uero est, in quo se dicit recepisse spiritum sanctum. Ille autem cẽtesimusnonus, in quo dicit: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: quærendum est,sicut cœperam dicere, si post peccatum, & pœnitentiam receperit spiritũ sanctum. Vbi ergo ostenditur quòd receperit? Audi quando omnia opatus est Christus. Mare infrẽnauit, leprosos mundauit, dæmones effugauit, malitiam exterminauit, paralyticum solidauit, uox desuper intonuit: Hic est filius meus dilectus, in quo cõplacui. *Mat. 3. d*
Ioannes Baptista testimoniũ perhibet: Ecce agnus *Ioan.1.d*
dei, ecce qui tollit peccata mundi. Res ipse clama- *Mat. 3. d*

bant? Spiritus uenit super eum in specie columbæ. D
Iam ergo incipiebat ascendere crucem,uocauit Iu- *& Ioã.1.c*
dæos oẽs,& dicit eis: Quid uobis uidetur de Chri- *Mat.22.d*
sto,cuius filius est? Ante hoc uos non interrogaui, quia necdũ uobis probamenta deitatis meę ostenderam. Quando autem elementa deitatem meam ostenderunt, & pater desuper intonuit, & dixit me charissimum esse suum filium: postquã doctrinam meam omnibus manifestaui,& uiã ueritatis ostendi signis,& prodigijs,& uirtutibus: nunc uobis dico,quando ne umbram quidem cõtradictionis habetis. Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est? Dicunt illi ingrati,& uecordes: Dauid filius est. Negantes.s.deitatẽ eius,& nolentes dicere eo quòd dei filius esset. Dicit ad eos dominus: Et quomodo *Psa.109a*
Dauid in spiritu sancto dominum eum uocat, dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis,donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum? Videtis ergo charissimi solutam esse quæstionem,quam non per sapientiam mundanã,neq; per seculi prudentiam locutus Dauid,sed per spiritum sanctũ futura prædixit, ipso domino testimo
E nium perhibente,quòd receperit post pœnitẽtiam spiritum sanctum. Inter quinquagesimum.n. psalmum, & centesimumnonum grande interuallum est, & tẽporis & ordinis. Si autem spiritũ sanctum recepit,imò quia recepit,solutum est peccatum,suscepta est pœnitentia, restituta est gratia. *Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis.* Vides quòd iterum ad suam rediit dignitatem? Iterũ propheta munitus gratia, iterũ de Christo annunciat, & dispensationis eius prædicit mysteria. Videtis charissimi quanta est pœnitentię uirtus,& conuersionis ad deũ ab operibus malis? Hic enim sanctus Dauid non solum cum in corpore esset,placuit deo: sed & post mortem suam uiuis inuenitur præstitisse grande solatium. Contigit nanque Ezechiæ regi inimicas in temporibus Iudæorum gentes circumuallasse Hierosolymam. Et cum esset Ezechias iustus uir, rogauit deum: & prostratus lachrymis deprecabatur,ultionem de aduersarijs postulans. Venit ad eum Esaias propheta,& dicit: Ne putaret ille,quia iustitia sua exauditus est,& F
certè iam defecerat Dauid, & habebat multos annos requiescẽs. Quid ergo dicit ei? Protegam hanc *Esa.37.g*
ciuitatem propter me, & pp Dauid seruum meum. *Clarè uides sanctos in patria patrocinari uiuis.*
Dauid mortuus est, & merita eius uigent. O rẽ admirandam ô ineffabilis clementia dei, homo mortuus uiuo patrocinatur. O iustorum, & post consummationem inexpugnabilis pugna uirorũ: pro his omnibus gratias agamus deo, & tale nos exhibeamus in hac uita, quò possimus inuenire reqem sempiternam cũ sanctis, per Christum dominum nostrum, cum quo est deo patri, unà cũ sancto spiritu, honor, gloria, imperium & potestas, per immortalia secula seculorum, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Psalmo. LXVIII. *Exaudi me domine, quoniam suauis est misericordia tua:* Homilia. Incerto interprete.

Vi orationibus insistere, semper uoluntaq tem dei implere, promissa eius sustinere nolunt, ita ipsi soliciti uiuunt, ut etiam à leuibus peccatis abstineant, nec exaltare uocem suam in risu ponant, intendentes illo testimonio, ubi di-

G ctū est: Stultus in risu exaltat uocem suam, sapiens autem uix tacitè ridebit. Obseruant ponentes custodiam ori suo, scientes: quia in multiloquio non effugietur peccatum. Et quia etiam de ocioso sermone reddituri sunt rationem, isti ergo sano oculo cordis uidentes ambulant, ne offendant: proficiscuntur, ut proficiant: tolerant, ut perueniāt: perueniunt, ut gaudeant. Hæc spes perducit eos usque ad rem. Nam iste qui sic clamat, ut modo cantauimus: Exaudi me domine, quia suauis est misericordia tua, secūdum multitudinem misericordię tuæ respice sup me: satis de deo præsumebat, sperabat, credebat, rogabat, impetrabat, Non dixit, Exaudi me, quia talia sunt merita mea: nec dixit, quia præcesserūt bona facta mea, exaudi: sed uide quid ait. Tanta suauitate repletus, delectatus odore illo suauitatis: quia Christi bonus odor in illo iam erat, in spiritu uaticinationis clamabat, dicens: Exaudi me domine, quia suauis est misericordia tua. Non audeo iactare merita mea, sed nō taceo gratiā tuam. Ergo suauitas quæ est in deo nostro, dulcis est, sapore sancto repleta est, nutrit, fouet, defendit, & for H tificat, consolationem præstat, benignitatem non negat, tolerantem facit, iustum, sustinentem, humilē, benignum, largum, sobrium, castum, charitate plenum, hospitalitate præditum, prudentia ornatum, temperantia clarum, fortitudine firmum, iustitia liberatum. Gaudeant quia ista pulchritudine tantarum uirtutum uestiti sunt. Ista ergo suauis misericordia perducit usque ad præsentiā dei. Nec ita unusquisq; sibi blandiatur de misericordia dei, ut cogitet quia nō erit iudicium. Erit & iudicium: nam quid clamabat in psalmo ore prophetico sanPsa.102a ctus Dauid: Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine? Hic misericordia, ibi iudicium iudicis. Ne cum non hic placuerint deo misericordiæ, in iudicio inueniant dei ueritatem. Ergo primo mores purgandi sunt, uita corrigenda, mala consuetudo mutanda, uetusta institutio dimittenda, & Ita dici potest: Exaudi me domine, quia suauis est misericordia tua secundum multitudinem misericordiæ tuæ. Quia uero multa mala sunt generis humani, I & multa misericordia est dei nostri. Si enim misericors non fuisset, cum die peccatores occideret: sed Rom.2.a quia benignitas dei unumquēque ad pœnitētiam uocat: duri & insulsi secūdum duritiam cordis sui thesaurizant sibi iram in die iræ secundum reuelationem iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundum opera sua. Ergo iste deus multum misericors, qui non in finem irascitur, neque in æternum indignatur: ideo dicit ei, Secundum multitudinem misericordiæ tuæ. Non pro facinore meo, non pro uita mea, sed propter multitudinē misericordiæ tuæ respice in me. Quando respicit deus, fugiunt peccata, extinguuntur delectationes, liquefiunt omnia mala, collecta desideria, tantum ut respiciat claritas, & statim fugit peccatorum obscuritas. Ergo dicamus & nos correcta uita, elicata conscientia, Exaudi me domine, quia suauis est misericordia tua. Si tamen non redarguat conscientia, quoniam scriptum est: Beati mundo corde, quia ipsi deum uidebunt. Mat.5.a

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Psal. LXXI. *Descēdet sicut pluuia in uellus, & sicut guttæ distillantes sup terrā. Orietur in diebꝰ eius iustitia, et abundantia pacis, donec extollatur luna. Homil. incer. interp.*

Ominus uirtutum & plenitudo gloriæ, ma
d gna & mira faciēs, ineffabilia demonstrās credētibus, considerātibus opera eius stupor mentis accidit eis, formido & pauor cordis. Nam modo quos nersiculos cantamus, audite: Descendet sicut pluuia in uellus, & sicut guttæ distillantes super terram. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec extollatur luna. Pluuia in uellus, ostenditur prædicatio Christi in synagoga lata. Nam quādo tulit librum coram omnibus Luc.4.d sacerdotibus, obstupescentes dixerūt: Hic quomodo legit, cum literas nesciat? Ergo sedebat, & docebat in templo populum dei, ideo pluuia in uellus, Esa.45.b quia prædixit Esaias dicens: Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, & terra germinet saluatorem. Nam quid significabat temporibus illis Hieroboal, qui alio nomine dictus est Gedeon, quando signum petijt à deo, & ait: Hoc uellus descedente pluuia ipsum solum madidetur, & tota area sicca sit. Quid significabat pluuia, nisi prædicationem legis? Nā uellus illud sacrificia Iudæorum, in quibus sacrificijs iusserat sibi pecora offerri. In isto ergo uellere descendit pluuia, quia sola fuit Iudæa legis cultura. Aliam petitionem postulauit, ut uellus siccū esset, & area pluuia infunderetur: in qua pluuia demonstrauit nobis trāsferri sacrificia à synagoga, & totam aream mūdi impleri prædicatione Christi. Illis.n. repudiatis, nobis aduenit misericordia in aduentu saluatoris. Descendit ergo pluuia in uellus, Christus in synagogam, legem confirmans & adimplens, non soluens. Sed quia solūmodo filium hominis putauerunt, ideo dominū gloriæ crucifixerunt. Subsequitur ergo uersiculus, dicens: Et sicut guttæ distillantes super terram. Guttæ istę uirtutes sunt, quibus idem dominus noster Iesus Christus dignatus est terram ueniens implere. Gutta fuit, quando leprosum mūdauit, puerum Cēturionis à mortis periculo sanauit, paralyticum curauit, cæcum illuminauit, mortuos suscitauit, & M cætera miracula quæ legistis in euangelio faciente domino. Istæ ergo guttæ distillauerunt in terram, id est miracula in carne humana aduenientia. Orta est ergo in diebus eius iustitia. Qualis est ista iustitia, nisi stater ille inuentus in interioribus piscis à Petro de mari leuatus? De quo statere dixit Petro: Da filijs regni huius pro me & te. Ergo ista iustitia qualis est, nisi ut dominus carne iduta, & ho Mat.17.d minem oculis humanis demonstraret, & diuinitatē occultaret? quanta iustitia, ut traderet se pro omnibus hominibus, & pro ecclesia ubique diffusa? Quanta iustitia, nisi ut omnia toleraret iniusta ex improbitate Iudæorum & suam iustitiam demonstraret ferocitati eorum? Hæc iustitia mōstrata est Mat.5.d omnibus hominibus, ut qui uidisset mulierem ad 1.Thes.5.e concupiscendum eam, iam mœcharetur eā in corde suo. Nulli malum pro malo reddere, cum omnibus hominibus pacem habere, pro inimicis orare. Ecce orta est in diebus eius iustitia. Quæ iustitia, pietati coniuncta, tolerantiæ conglutinata, appenditur ibi uita æterna, & fit iustitia: ut in quacunq; mensura mensi fuerimus, in eadem remetiatur nobis. Hæc

A bis. Hæc est iustitia, ut ante tribunal Christi ste- D
Mat.7.a mus, & reddamus rationem quæ per corpus gessi-
2.Co.5.b mus, siue bonum, siue malum. Hæc est iustitia de
2.Timo. qua dicebat Apostolus: De cętero superest mihi co-
4.b rona iustitię, quam reddet mihi dominus iustus iu-
dex in illa die, nō tantum mihi, sed & omnibus qui
diligunt manifestationem eius. Ecce orietur in die
bus eius iustitia, subsequtur: Et abundantia pacis,
Gala.5.c donec extollatur luna. Quantam.n. abundantiam
pacis uunc uidemus, ut caro quæ concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, subiugati sint affectus carnales, spiritui sit abundantia pacis donec tollatur luna. Habemus aliam pacem abundantem in nobis charitatem, quam hæreditaIoā.14.d riam donauit nobis, dicens: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Hæc est abūdantia pacis. Sed quandiu? donec tollatur luna. Quid est, Donec tollatur luna? Donec finiatur ois prædicatio ecclesiæ, & colligantur omnia: plicetur cœlum hoc ut liber, & terra ista transeat, ut sit cœlum pœna perpetua mihi erit. Ergo ne in æternum iranouū, & terra noua. Luna.n. dicta est ecclesia, quæ
B Psal.10.a crescit in sanctis, decrescit in peccatoribus, dicente propheta: Vt sagittent in obscura luna rectos corde. Quę est obscura luna, nisi psecutionē passa ecclesia, quando despicit eā sol, & caret claritate tpe persecutionis, hoc est, donec tollatur luna? Sentiamus ergo tā occultū secretū apertum nobis à deo, & factum manifestum. Quia quę fuerūt in lege antè uelata, facta sunt in euāgelio reuelata. Aperta est ergo ianua scientiæ cordis. Querite eum, reddite ei quæ nouistis, & distinxerunt labia uestra in regula illa symboli, in qua professi estis, Quis descēdit pro nobis, quis tanta passus est? Vnde uenturus est iudicare uiuos & mortuos? De cœlo ueniet ex gremio patris. Quos inuenerit fortes & stabiles in fide, dabit eis coronam iustitiæ, quia orietur in diePsal.71.b bus eius iustitia, & accipient abundantiam pacis: in illa regione ubi nulla nominatur inimicitia, ibi iam luna non erit: quia ecclesia tota non de malis & bonis plena erit, sed tantum de bonis. Concedat ipse, ut ibi boni serui, pij fideles, humiles, mansueti, in spiritu & ueritate susćipiamini, in dextra, seque C strati à sinistra, ut pastorem bonum agnoscentes, Ioā.10.d qui animam suam posuit pro ouibus suis, in perpetuo cum eo regnetis, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Psalmo. LXXXIIII. *Non in æternum irascaris nobis, &c.* Homilia. Incerto interprete.

Mnis qui se agnoscit, sui accusator est. Nam
o iustus & iustificatus, qui in primordio sermonis sui accusator existit, cū uenerit aduersarius non confundetur. Omnis qui sua in isto seculo dolendo peccata accusat, & fuerit à se accusatus, à deo erit excusatus. Sed illa est fructuosa accusatio, si subsecuta fuerit correctio. Cęterum quotidie se accusare, & non corrigere, deum tentare est. Melius ergo eligo, ut primo sit correctio, & postea accusatio, q̄ præcedat accusatio, & non subsequatur correctio. Quid ergo scriptū est, ne repetas sermonē in oratione? Magna uis, magna obscuritas. Quid est quod dixit, Ne repetas sermonem in oratione? Quis enim non repetat? An fortè illud intelligēdum est de eo quod dicis deo, Peccaui? Nō re-Ecclesia-stic.7.b petas factum, quia cum repetis i. ad peccatum redieris, orationem repetis. Ergo eligendum est à sapientibus peccatum agnoscere, & dolere semp prēterita uetusta, malè cōmissa, malè cogitata, pessimè delectata: inordinatè dicta debēt quotidie in mente manere, & semp homo debet ista dolere, ut cum uenerint nouæ suggestiones, ibi repellatur inimicus, dicēs: Adhuc doleo peccatum uetustum, quomodo admitto peccatum nouum? Quid ergo dicebat iste propheta: Non in æternum irascaris nobis? uel extendas iram tuā à generatione in generationē? Quid est hoc, qd dicebat: nō in ęternū nobis? quasi diceret: Hic nobis irascere, hic nos affligе, hic nos emenda, in isto seculo flagella. Quia quem diligis, flagellas, & emendas. Flagellas autem omnē fi- Heb.12.b lium quem recipis. Hic ergo in isto sęculo, quia flagellum meum finitur, & correptio mea inuenitur. In tuo ergo flagello correctio mea inueniatur hic, & noli in æternum. Si in ęternum me flagellaueris, lius malos, non liberat filius patrem. Quia ergo staturi sumus ante tribunal Christi, & reddituri rōnem, quę per corpus gessimus, sive bonum, siue malum, nullus erit excusatus, nullus accusatus. Sed ecce homo & opera eius, qui reddet unicuique secundum opera eius, siue bonum, siue malum. Hic ergo clamemus cum propheta, ut modo cantauimus: Non in æternum irascaris nobis, uel extendas iram tuam à progenie in progeniem: quoniam non iustificabitur in cōspectu tuo omnis uiuens. Quia uero dei omnipotentis est hic uelle omnibus misereri, si rei non festinent indulgentiam recusare, non corrigendo, sibi uilescendo, in peius proficiendo. Et iam fratres quandiu pigri, quandiu tepidi, quandiu remissi, quandiu desides,

G quandiu negligentes,quãdiu uilescitis uobis,quan
diu desperatio uos possidet?lã surgite, qui aliquan
do malè sedistis: manducate panem doloris, agite
pœnitentiam & nolite sub spe misericordiæ in pec
Ecclesia- catis permanere. Nec differatis conuerti ad deũ de
stii.5.b die in diem. Subito ueniet ira eius, & non tarda-
bit, & in tempore uindictæ disperdet te. Ne dicas
peccaui,& quid accidit mihi?Ecce ipse sum qui fui,
& in nullo minoratus sum. Omnem substantiam
meam habeo,uxorem,filios,familiam,pecora, om
niaque mea in integro mecum consistunt,non tan
tum sicut fuerunt, sed etiam augmentata sunt. Et
Rom.2.a ignoras,qui tecum talia cogitas, quia patientia dei
ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam
autem cordis tui,& cor impœnitens thesaurizas ti
bi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei,
qui reddet unicuique secũdum opera sua. Clamat
Zach.1.a deus,nolens aliquem perire: Conuertimini ad me,
& conuertar ad uos. Patet misericordia mea, si mu
Ezec.18.a tentur opera uestra:non deerit indulgentia mea, si
H corrigantur facta uestra. Hoc tamen scitote de deo
clementissimo, quia non uult mortem morientis,
tantum ut conuertatur & uiuat.

EXPOSITIO PSALMI NONAGESIMI,
Qui habitat in adiutorio altissimi &c. Homi-
lia. Incerto interprete.

Salmum nonagesimum deo demonstran-
P te atque enodante proposui exponere, ut
omnis qui cũ psallit,sciat cui psallit, quare
psallit,& quid psallit. Sic.n.inchoat: Qui habitat in
adiutorio altissimi. hic quasi confirmantis est, &
non interrogantis. Habitare in adiutorio non suo,
sed altissimi, sempiternè habitare demonstrat. Et
quia non de uiribus suis præsumit, in protectione
dei cœli cõmorabitur. Reuera q protegitur à deo
fabricatore cœli, securus habitat in terra, & proli-
xam uitam inueniet, & lætus semper erit, & in spe
semper gaudebit. Protegitur impator scutis,& non
timet:qui à deo protegitur, qd timet? Ergo iste qui
in protectione dei cœli cõmorabitur, reuera prote
gitur à deo fabricatore mundi, securus habitat in
terra,& prolixam uitã inueniet, & lætus semp erit,
I & in spe semper gaudebit:securus dicet deo, Susce
ptor meus es. Susceptores hoc noluerunt facere,su-
scipere à prouincialibus fiscalia, & dare securitates
domini:& à conductoribus pensiones accipere, &
emittere pictatia securitatũ. Ergo deus noster qui
susceptor noster est, suscipiat à nobis opera miseri-
cordiæ & pietatis,eleemosynę & hospitalitatis,ora
tionis sanctæ & confessionis,& det nobis securita-
tem perpetuitatis. Et refugium meũ deus meus spe
rabo in eum. Magnum refugium. Nam petra refu-
gium erinacijs & leporibus. Quicunque peccaue-
rit quasi ericius est plenus spinis: quicunque timi-
dus erit quia peccauit,quasi lepus est cõiunctis au
ribus fugiens à mala consuetudine diaboli, & ubi
fugit?ad petram, magnum refugium. Quæ est ista
1.Co.10.a petra? quæ est, audi illum agonistam: Petra autem
erat Christus. Ergo refugium Christianorum Chri
stus est, ubi portum inueniunt nauigantes, & non
naufragium Et hoc totum fit per spem. Nã sic sub-
sequitur, Sperabo in eum:scuto circundabit te ue-
ritas eius. Sic subsequitur uersiculus psalmi, sed re-
capitulauit sententiam expositam, quod dixit: In
protectione dei cœli cõmorabitur. Protectio hoc
est, quod & scutum. Scuto ergo circundabit ueri- K ,,
tas eius, tetigit nos, ut contra sagittas inimici igni-
tas simus parati, ut armatum cor suggestionibus
eius non acquiescat. Et qualis ueritas nos protegit,
nisi illa quę ueniens in mũdum dixit: Ego sum ue Ioã.14.e
ritas? Ipse ergo protegit & circundat, ut undiq; nos
paratos inueniat & clausos,ut omnes aditus sensũs
nostri scuto ueritatis tegantur. Sequitur: Non time ,,
bis à timore nocturno, à sagitta uolante per diem, ,,
à negocio perãbulãte in tenebris, à ruina & dæmo ,,
nio meridiano. Quis est iste timor nocturn⁹ ambu
lãs in tenebris, nisi tẽtationes diaboli, quas mittit
in dãnificationib⁹, in detractiẽibus, in uitupatio-
nibus? A timore isto nocturno non timet Christia
nus, quia uituperationibus non frangitur. Sagitta
uolans per diem potest intelligi laus humana,quæ
etiam ipsa percutit,ut elatione pereat:sed quia scu-
to illo ueritatis protegimur,nec à negocio peram-
bulante in tenebris,aut sagitta uolãte per diem for
midamus. Quid est negocium perambulans in te-
nebris? Audi negocia quæ rationabilia uidentur es
se Christianis,& sunt tenebrosa. Nam omne nego- L
cium inter ementes & uendentes conficit menda-
cium. Nam quid dicebat ille? Quid? Quia non co- Psa.70.a
gnoui negociationem, introibo in potentiam do-
mini semper. Semper ille ingerit compendiosa ne-
gocia,ut anima pecunia decipiatur. Malum nego-
cium pecuniarum, quod animam inuiscat & capti
uat. Ergo ab isto negocio perãbulante in tenebris,
à ruina & dæmonio meridiano nõ timemus. Quæ
est ista ruina,& quod est istud negocium meridia-
num? meridies dicitur qa diuidat diẽ. Meros enim
pars est diuisa diei,ut tantùm uideatur trãsire, quã
tùm remanet ad finem diei. Ergo in cẽtro cœli sol
stans,medius dies dicitur, Nam cùm in tentationi-
bus impugnatur à malis Christianis anima Chri-
stiana pro sua religione & pro sua fide, uel si aliqui
apostatæ,seu pagani insultent ei de religione Chri-
sti:cõfusio nascitur,& ardor ibi cum rubore & ue-
recundia perfunditur, & fit quasi meridies, quãdo
igneus est sol. Nam illi,qui alta radice non sunt fun
dati,& super petrosa seminati, tempore tentationis
exorto Sole aresiunt,eo quòd non habeant radicẽ M
altam. Et hoc facit dæmon meredianus, id est in-
cedens suos insultatores, ut recedat Christianus à
fide, uel uerecundia perfusus confundatur Chri-
stianus esse:& de ista confusione quæ adducit ad
peccatum luc subsequitur. Postquã dixit, A ruina
& dæmonio meridiano:subiungit, Cadent à latere ,,
tuo mille,& dena milia à dextris tuis: hoc prophe- ,,
ta Christo dicit. Quid est, Cadent à latere tuo mil-
le? Multoties uidemus eremitas, uel bonos Chri-
stianos iam sic pfectos esse, ut pro sancta uita sua,
qua perseuerauerunt in solitudine,& in sancta reli-
gione, lateri Christi sint applicati:sed sub elatione
aliqua decepti,uel illusione diaboli perturbati, fa-
ciunt lapsum, & quasi à latere Christi cadunt. Et
quare mille? Quia mille in dextera manu designa-
mus. Primùm dicitur & mille. Ergo isti iam, q pro-
pè sunt,ut perueniant ad Christum, subitò in exi-
tu uitæ suæ transeunt ad aliqua nepharia & impu-
dica. Et cadunt à latere eius mille:sequitur. Et de-
na milia à dextris tuis. De quibus dicit, nisi de il- Mat.25.c
lis, quibus dicturus est:Esuriui enim, & non dedi-
stis mihi manducare:sitiui,& non dedistis mihi bi

A bere:nudus eram, & non operuistis me: hospes,& D
non collegistis me:infirmus,& in carcere,& non ui
sitastis me:in tribulatione,& non me estis consola
ti?Isti dena milia dicũtur. Sed à dextris ad sinistrã
Luc.10.c transeuntes,cadent à dextris eius. Nam & illi q di-
cturi sunt, Nonne in nomine tuo dæmonia eiecí-
mus, & multas uirtutes fecimus? quasi ad dexterã
se putant esse, & dicit eis:Discedite à me, non noui
uos,Ite in ignem æternum, qui paratus est diabo-
lo,& angelis eius. Et isti cadent à dextris eius. Sequi
,, tur: Tibi autem non appropinquabunt. Et reuera
,, non possunt tales appropinquare ueritati, qui con
,, senserunt falsitati. Veruntamen oculis tuis conside
,, rabis. Hoc Christo de malis propheta dicit: Et re-
tributionem peccatorum uidebis:Ergo quid intel
Psa.33.b. ligim⁹, oculis tuis cõsiderabis,nisi quod dixit pro-
pheta alio loco: Vultus autem domini super faciẽ-
tes mala,ut perdat de terra memoriam eorũ? Ocu-
lis suis considerabit, ut perdat de terra memoriam
eorum. Et illi cadent a latere uel à dextris,iam pro-
ximi ad portum facientes naufragium,accipient re
B tributionem peccatorũ ab illo, qui reddet unicui-
Rom. 2.a que secundum opera sua. Accedit hic iam populus
fidelis, populus Christianus populus perfectus, &
,, dicet:Quoniam tu es domine spes mea,altissimum
,, posuisti refugium tuũ. Verè magna altitudo est cõ
fugere ad deum: homines accedentes ad deum cũ
corde alto,quod non est in terra depositũ, isti con
fugiunt ad deum. Et cùm in ipso alto corde nõ du-
bij sint,sed certi,alis apertis. Duæ alæ agnoscuntur
dilectionis,quæ sunt dei & proximi. Cùm ibi in al
to ascendunt,non accedent ad eos mala. Et flagel-
Heb.12.b lum non appropinquabit tabernaculo eius. Quid
facimus,quia dictum est. Quem enim diligit domi
nus,corrigit: flagellat autem omnem filium quem
recipit? Et sanctus Iob flagellatus est, tentatus est,
examinatus est,exacerbatus est,uulneratus est: sed
non appropinquabit flagellum tabernaculo eius,
Iob.2.b. quia non cessit flagello dei,sed dixit: Si bona susce
pimus de manu domini, mala quare non sustinea-
mus? Videte qualis athleta, cuius tabernaculo non
appropinquabit flagellum. Quid est, Nõ appropin
C quabit? Non permansit. Quare nõ permansit? quia
ab spe non recessit, quia tolerantiam habuit. Et qa
omnis tolerantia fructum habet præsentis uitæ &
futuræ, & hic accipit multiplicatum quod dimise-
rat,& illuc cum laude peruenit, quia hic in tribula
tione non defecit. Ideo legimus ista, ut imitemur,
non ut tantummodo talem uirum laudemus,& ni
hil faciamus. Ex hinc iam inducit personam Chri-
sti:nam & ipse Iob personam ipsius portabat. Et di
cit: Quoniam angelis suis mandauit de te, ut custo
,, diant te in omnibus uiis tuis. In manibus tollãt te,
,, nequando offendas ad lapidem pedem tuum. Intã
,, tum persona Christi est, ut diabolus tempore illo
tentationis,quando eum tentauit in pane,& in re-
gno mundi,& in elatione,hoc ei dixit in prima ten
Mat.4.b tatione: Non in solo pane uiuit homo,sed in omni
uerbo dei. Et in secunda tentatione dixit, quando
ei dictum est, quando ei ostensa sunt omnia regna
mundi ab ipso diabolo dicente: Omnia tibi dabo
si cadens adoraueris me. Responsum est ei à Chri-
sto:Dominum deum tuum adorabis,& illi soli ser
uies. Et tertia tentatione leuans eum in pinnam tẽ
pli,dicẽs:Mitte te deorsum in terram,quia de te scri
ptum est: Angelis suis mandauit de te ut custodiãt D
te in oibus uiis tuis. In manibus tollant te,nequan
do offendas ad lapidem pedem tuum. Propheta di
xit, quomodo diabolus futurus erat dicere in ten-
tatione saluatoris. Subsequitur,dicens: Super aspi- ,,
dem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leo- ,,
nem & draconem. Quis est iste aspis,nisi ipse serpẽs ,,
diabolus,qui protoplastum innocentem & rudem
decepit? Basiliscus quare dictus est, nisi quia inter
serpentes principatum tenet? Quomodo diabolus
princeps est omnium uitiorum. Ambulauit super
illũ unigenitus saluator noster,quando dixit: Ecce Ioã.14.d
uenit princeps huius mundi,& in me nihil inuenit.
Tentatus est à Sadducæis,à diuersis Iudæis,tamen
ambulauit super aspidem & basiliscum. Nam quan
do ei proposuerunt, siue de muliere illa quæ septẽ
uiros habuit,conculcati sunt, quando responsum
est eis:Erratis,nescitis scripturas, in cœlo neque nu Mat.22.c
bent,neque nubentur, sed erunt sicut angeli in cœ & Luc.
lo. Ita ambulauit super aspidem, ambulauit super 20.f.
basiliscum,quando ei dictum est à Iudæis: Dic no
bis,in quo nomine hoc facis, & quis tibi hanc de- E
dit potestatem? Ambulauit super basiliscum, quan
do dixit eis: Et ego interrogo uos unum sermonẽ, Luc. 20.a
quem si dixeritis mihi,& ego dicam uobis: Baptis-
mum Ioannis unde erat,de cœlo, an ex hominib⁹?
Et illi iam sub pedibus eius iacẽtes, dixerunt intra
se:Si dixerimus,de cœlo: dicet nobis,quare nõ cre
didistis ei? Si dixerimus, ex hominibus, timemus
populum: quia sicut prophetam habebãt eum. Et
responderunt ei,Nescimus. Et confusi recesserunt.
Et ambulauit super draconem, quãdo Sadducæos
confudit secundò. Ambulauit super basiliscũ,quã
do interrogantes hanc quæstionem, rei recesserũt.
Sequitur:Et conculcabis leonem & draconẽ. Quis ,,
est iste leo? qui uicit de tribu Iuda leonem & draco
nem, qui significatus est in psalmo:Draco hic quẽ Ps.103.d
finxisti ad illudendum ei. Hoc mare magnũ & spa- Ibidem.b
tiosum,ibi repentia quorum non est numerus. Ani
malia pusilla cum magnis, carnales cum spirituali
bus. Et quia in ipso mari huius seculi negocia dam
nosa diabolus agit,draco dictus est, q illudit mun
do, & conculcatus est à domino nostro Iesu Chri-
sto, qui percussit eum gladio oris sui in morte sua, F
in pretio redemptionis nostræ. Diabolus qui lætatus est in primo homine captiuato, exinde captiua
tus est Christo resurgente glorificato,qui cõculca-
uit leonem & draconem. Quoniam in me sperauit,
eruam eum,quoniam cognouit nomen meũ. Quã-
do sperauit in eum? quando caro clamauit ad pa-
trem,dicens. Deus deus meus respice in me, quare Psal.21.a
me dereliquisti? Eruit eum,quoniam Iudæi nõ pre
ualuerunt contra eum. Cognouit nomen eius, quã
do dixit:Longè à salute mea uerba delictorũ meo-
rum, id est longè sunt à me peccata membrorum
meorum. Peccata possum portare eorũ,non tamen
habere: quia ipse est q peccata nostra portat,& pro
nobis dolet, quem nos putauimus in dolore esse.
Ipse autem uulneratus est pro nobis, & humiliatus
est pro peccatis nostris. Sequitur: Inuocauit eum,
cum ipso sum in tribulatione,eximam & glorifica-
bo eum,longitudine dierum replebo eum,& osten
dam illi salutare meum. Inuocauit eum, & exaudi- Ibidem.a
tus est quãdo dixit: Deus deus meus respice in me.
Erutus est,quando emisit spiritum. Cum ipso fuit

Universidad de Navarra Biblioteca

G in tribulatione,quãdo dixit:Ne discedas â me,quo
Ibidem.c niam tribulatio proxima est. Cũ ipso fuit in tribulatione,exemit eum,& glorificauit eum. Quomodo eum glorificauit?quando eum clarificauit, quã
Ioã.17.4. do dixit,Clarifica me pater claritate illa, quã apud te habui antequã mundus esset. Clarificauit eum,
Psal.18.a quando in toto mundo clarum eum fecit credentium mentibus. Quando in omnem terrã exiit sonus eius, quando uerbum exiit,& cucurrit in cam-
Luc. 2.b. pos.Glorificatus est ergo, ut & nos dicamus: Gloria in excelsis deo,& in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Orationibus uestris inquantum dominus donauit, & pulsanti apuit, exposuimus uobis totum psalmum.Orate ergo ut qui percepistis à nobis modica,accipiamus magna, & detur nobis qd tradatur uobis,Amen.

DE EO. QVOD SCRIPTVM *est in psalmo .xciij. Quis exurget mihi aduersus malignantes? & cætera,* Homilia. *Incerto interprete.*

Duersus fluctus & impetus malorũ homi-
a num,cõtra pestiferas cogitationes,qui student magis ut uiuant:nec uiuant ut illi qui
H ita sęculi laqueis obligati sunt,ut totum cor depositum in terra trahant,non agnoscentes eum, qui fecit cœlum & terram. Contra hæc sola oratio Christianorum ad deum poterit prætialere, licèt suis uribus aduersitates nullus manu cordis repellere potest,nisi fuerit adiutus cœlitus dextera illa ineffabilis diuinitatis, tamen necessaria est nobis incessabilis operatio, ut sequamur magistri & domini præce-
Ioã.18.a ptum,dicentis:Oportet semper orare,& nunquam deficere.Isti ergo mali homines, qui magis ideo uiuunt ut probent bonos, ut siqua fortè ęx morum obfuscauit claritatem sanctæ & immaculatæ uitæ perturbantibus pestiferis hominib⁹, quo proficiũt illi in peius,isti purgantur in melius, dicente domi-
Matt.5.a no:Cùm dixerint omne malum aduersum uos,mẽtientes,gaudete & exultate, quia merces uestra copiosa est in cœlis.Et iterum:Orate pro inimicis ue-
Ibidem.g stris,bene facite iis qui uos oderunt. Orate pro calumniantibus & persequẽtibus uos,ut sitis filij patris uestri,qui in cœlis est, qui Solem suum facit oriri super bonos & malos,& pluit sup iustos. & iniustos.Si enim diligitis eos tantùm,qui uos diligunt, quam mercedem habebitis:nõne & publicani hoc faciunt?Et si eos salutatis tantùm qui uos salutant, quid amplius facitis? nõne & Ethnici hoc faciunt? Estote ergo perfecti,sicuti & pater uester cœlestis perfectus est. Taliter impugnabatur propheta, de quo modò cantauimus.Nam nisi exagitaretur, tentaretur,probaretur,perficeretur,quando clamaret, dicens:Quis exurget mihi aduersus malignantes, aut quis consistat mihi aduersus operantes iniquitatẽ? Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitauerat in inferno anima mea.Quasi quærens,& dicens:Quis adiuuat me contra tantos impetus,contra tantas suggestiones, contra tantas importunitates malorũ?Ergo quis exurget,dicebat,quasi quærens,& cõquirens peragraret in tota creatura, & iã nullum ex hominibus adiutorium inueniret.Repetiuit:dicens:Aut quis consistat mihi aduersus operantes iniquitatem? Rediit ad fontem misericordię unde semper hauriebat beneficia,ad dominum rerum omnium,& conditorem creaturarũ. Hic & cõfessus non ingratus dixit:Nisi qa dominus adiuuit me, paulominus habitauerat in inferno aĩa mea. K
Ostendit, quia omnis anima deũ sitiens & esuriẽs, derelinqui in quocunque periculo,in quantacunque extremitate non poterit.Et si paululum differt beneficia, tamen non derelinquit sperantes in se. Nam quis sperauit in domino, & confusus est:permansit in mandatis eius,& derelictus est?Et beneficia præstans dicebat, salus & saluatio nostra dominus Iesus Christus:Credis,quia possum hoc facere. Et ille clamabat medulla fidei, interiori credulita-
Mar.9.d. te: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Et dominus respondens dicebat:Secundum fidem tuam fiat tibi. Nullus ergo ex cultoribus dei dubitet,quãuis beneficia difficilia speret, quanuis miracula super se uenientia postulet,differri à summo bono deo non potest. Considerate patres nostros, 1
qui fuerunt ante nos. Patriarchæ fide exierunt de terra sua & de cognatione sua, credentes quia qui iusserat eos exire, dimittere non poterat exeuntes. Quid dicam de illo populo,qui in eremo quadraginta annos instituitur?licèt murmurosó, licèt indigno,licèt ingrato, de propagine illorum tertiam L
progeniem introduxit in terrã promissionis: quia
Gen.21.d quæ promisit deus,potẽs est facere. Quid dico de illo Abraham patre multarum gentium, qui fide in senectute meruit accipere filium, & contra spem in spe credidit? Quid dico de Isaac? qa iã uxor eius
Ib.25.c.d rilis uocabatur, ad unũ coitũ geminũ accepit fructũ filiorũ,ita ut in uno ergastulo uẽtris Esau & Iacob uno tpe cõciperentur,alerentur & crearentur. Quid dico de Iacob? q fide exiit cum uno baculo à
Gene.27. & seq. genitorib⁹ suis,pergẽs ad Laban auunculũ suum.i. fratrem matris suæ,& uenit in Luza,& ibi uidit tãtum mysterium,& inenarrabile,angelos ascendentes & descendentes, & sanctum locum nominauit, & in sua oratione Christum prophetauit, & saluatorem ungendo lapidem non tacuit, dicente Apo-
1.Cor.10 a. stolo: Bibebant autem de spirituali sequente petra, petra autem erat Christus. Quid adhuc de illo dicam? qui ueniens ad puteum,inuenit filiam Laban non posse adaquare pecora præ multitudine pastorum:reuoluit lapidem grandem quo puteus coope riebatur,& adaquauit greges? Quantum mysteriũ, M
quanta grãditas, in opera patriarcharum, quanta credulitas.Puteos cũ legimus,siue fossos à patriarchis,siue obrutos à Philistinis:intelliguntur Philistini Gentiles homines esse,seipsos amantes,uel hæretici, qui falsitate sua cooperiunt ueritatem legis, ne adaquent multitudinem gregum. Aequè intelligitur puteus fossus altitudo legis. Fodiunt eam doctores de sarculo linguæ, purgant terrenas cogitationes,ueniunt ad spirituales, & peruenient ad illã
2.Cor.6.a altitudinem sapientiæ & scientiæ dei,quam oculus nõ uidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascẽdit:& profluit eis aqua de altitudine fontis salientis in uitam æternam. Sed petra cooperitur, quia quod in lege uelatum est,in aduentu Christi reuelatum est. Cum ergo ad puteum uenit Iacob, siue Moses,uel cæteri qui ad puteos agnouerunt futura coniugia: quid intelligũtur, nisi in altitudine legis
Ge. 30.c. f. ecclesiam agnoscere?Inde adaquantur oues, id est, de uerbo spirituali. Nam ipse Iacob dum adhuc pastor esset auunculi,& soceri sui,uidebat fructum & fœcunditatem ouium non ad se trãsire:fecit pactũ cũ socero suo, ut siquid nasceretur uariũ in agnis,

A pertineret ad Iacob: siquid suluidum & exalbidũ pertineret ad Laban. Sapientia illa, quæ est ostensor omnium artium, omnia ingenia excedens, dictauit illi debere facere populeas uirgas, sculpere eas,ut uiride in quo erat decoriaret ex parte,& faceret uiride cum albo. Posuit has uirgas uario colore decoratas, ut quoties biberent greges tempore conceptus conciperent ibi uarios fœtus: & huius sacramenti res erat. Virgæ intelliguntur præceptа
1.Co.4.d Psal.2.c. Psal.109 c. legis,dicente Apostolo:Quid uultis, in uirga ueniã ad uos? &, Reges eos in uirga ferrea. Et alio loco: Virgã uirtutis tuę emittet dominus ex Sion:Et ipse Moses uirgam ferebat, quã ante Pharaonem proiiciebat.Intelligitur in uirga,ut dixi,uigor legis, præfigurabat ecclesiam ubique diffusam. Qui audit nũc uerbum dei, quod est illi uirga, ponitur supra aquam,id est, in fontem baptismi, & ibi bibentes
Ioã. 10.a oues baptizatæ, credentes pastori pastorum domino nostro Iesu Christo, qui animam suam posuit pro ouibus suis:ibi,id est,in aqua, concipiunt uarietatem uitæ suæ. Vnus constituit uxorem ducere
B post baptismum,& aliam mulierem tangere nullã: alius constituit ascendens de baptismo continentiam tenere,& ulterius amplexum fœmineum non tãgere:alius constituit uirginitatẽ custodire, alius uiduitatem seruare: alius constituit monachi uitã tenere:alię in choro sacrarum puellarum permanere.In utroque sexu permanent ista dona,gratia donante. Hoc est figuratum ab Iacob, uarias oues in aqua concipere, hoc totum credulitas de auribus
Ge.30.d. dei sibi uendicauit. Quid dicam de Rachel uxore eius,quæ sterilis uocabatur, quomodo credens cõcepit,primum,Ioseph:ultimum, Beniamin? Quid
Ibi. 39.c. d. dicam de ipso Ioseph, qui credulitate omnia à deo impetrauit? qui puer paruus, adolescentia decoratus, impudicæ mulieris insolentiam credulitate declinauit, castitate possessus, in manu proteruæ mulieris pallium dereliquit.Quæ mulier significat synagogam,quę incredulitate sua usq; ad mortem dominum accusatione persecuta est, ut palliũ carnis dimitteret in manibus eius:æquè ipsum pallium in resurrectione corporis assumpsit. Quòd ueC rò de carcere exiit, hoc est, quod idem ipse dom-
Amos. 8. d. inus de sepulchro ascendit. Quòd pauit Aegyptum tempore famis,hoc est, quod Christus uerbo totũ mundum repleuit.Et ut agnoscatur famem esse uerbum dei, dixit propheta: In illis diebus mittam in eos famem:sed non famem panis,sed famem audiẽdi uerbum dei. Et quia prætermittendum non est
Gen.31.c. d. de Iacob:quæ nobis exponenda occurerunt,redeamus ad ordinem dictionis. Nam cùm ad cognationem suam uellet redire cum uxoribus & paruulis, omnię cẽsu à Laban socero suo(ita continet series lectionis.) Igitur egressus Iacob de Mosopotamia Syriæ, uenit ad montem Galaad, ibię fixis tentoriis nũciatum est ad Laban,quòd fugeret Iacob clã ipso cum coniugibus ac liberis suis, omnię supellectili sua.Qui cõsecutus reperit eũ in Galaad.Et locutus est dominus eadem nocte ad Laban, dicens:
Ibidem. Caue,nequid asperè loquaris ad Iacob. Et hoc totum unde factũ est, nisi de credulitate? Illud uerò
Ibid.32.c d. quod sequitur, Transductisq; omnibus quæ ad se pertinebant uadum Iordanis, Iacob remãsit solus,
Ibidem f. & ecce angelus luctabatur cum eo. Cúmq; iam crepusculo dies immineret, dixit angelus ad Iacob:Dimitte me ut uadam,iam enim ascendit aurora. Ad D
quem Iacob ait:Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Cui dixit angelus:Quod nomen uocaris?At ille respõdit:Iacob.Cui angelus:Non uocaberis,inquit,Iacob ultrà,sed Israel,erit nomen tuum. Quia si cum deo fortior ualuisti,quantò magis cum hominibus fortior prævalebis? Tetigitq; neruum fœmoris eius,& emarcuit.Magnum sacramẽtum,qui angeli tactu insanus sanus debuit reddi, uersa uice factum est,ut sanus claudicans efficeretur.Sed præfigurabat in duobus pedib⁹ Iacob duos populos, scilicet credentes,& incredulos. Nam de populo Iudæorum,qui Christum dominum futuri erant crucifigere,quid dictum est? Filij alieni mentiti sunt,si *Psa.17.g.*
filij alieni inueterauerunt,& claudicauerunt à semitis suis.Quãta fuit claudicatio, ut filium Ioseph cõfiterentur tantùm,& nõ filium dei, & crucifigerẽt. In tãtum fuit claudicatio, ut dicerent:Si tu es Christus,dic nobis. Ecce in uno pede Iacob demonstra- *Luc.22.g*
batur populus in Christo claudicans, Iudæorum: in alio pede, integro & stabili populus Christianorum, dicente propheta:Pes meus stetit in rectitudi- *Psal.25.c.*
ne,in ecclesijs benedicam te domine.Hos duos pedes significabat Iacob in duobus populis.Quid dicam de Mose, de Aaron,de Thamar, de Eleazaro? Virtutes,potentiæ,miracula,tolerantia,granditas, sustinentia,fides, spes,charitas erat in eis, ut duces populi efficerentur.Tolerabant insipientes, insulsos,iracundos,murmurosos,ingratos, & hoc totũ: illam credulitatem tenentes:quia agnoscebant patientiam pauperum non posse perire in æternum. Quid dicam de sancto Dauid? qui puer paruus cũ oues uindicaret à ferocitate ferarum,leonem & ursum tenens sub ala suffocabat. Vnde hoc puer im- *1.R.17.d*
petrabat, nisi quia iã deus in illo mysteria agebat? Nam quid erat suffocare ursum & leonem, & defendere oues, nisi dominum Iesum Christum uenturum signare, qui alligauit satan & angelos eius, ut gregem suum liberaret de faucibus leonis rugiẽtis? Qui conculcauit leonem & draconem. Aequè ursum suffocauit, quando incredulitatem crucifixorum confudit dicentium? Hic dixit destruam tem- *Mat.26.d*
plum, & in triduo reædificabo illud. Et iterum F.
dixerunt:Nobis dormientibus discipuli uenerunt, & furati sunt eum.Aequè tãta bestia occisa est, quã- *Mat.28.c*
do ex mortuis resurrexit. Breuiter ergo uoluimus, quantò potuimus, uel quæ occurerunt dicere non prolixè,non laboriosè,non latissimè,ne fastidium ingereremus legẽtibus. Si quid enim comaticè dicitur,cum dulcedine & suauitate legitur. Ergo & nos dicamus cum talibus,quia filii prophetarũ sumus, & credentes scimus nos cum membris Christi esse. Quis exurget mihi aduersus malignantes, aut quis consistet mihi aduersus operantes iniquitatem? Ni- *Psal.93.c.*
si quia dominus adiuuit me', paulominus habitaret in inferno anima mea.Ecce hoc dicamus quotidie deo purgata, eliquata mẽte,iugi oratione,cõquadratis moribus,trutinata consuetudine, ut gratiam dei nõ in uacuum suscipiamus, sed faciamus in eadem gratia fructum iustitiæ ob meritum ui- *Psal.59a*
tæ perpetuæ.

IN PSALMVM, CANTATE *domino canticum nouum, cantate domino omnis terra.* Homilia. *Def. Eraſmo interprete.*

Universidad de Deusto Biblioteca

G Gregium uereq; mirandum hymnum spiri
e tuali lyra nobis resonuit hymnographus
Dauid, dum prophetica lingua sermonem
texit euangelicum, & antiquis sermonibus nouas
res significauit. Quid enim insonuit. Quemadmo-
dum modò audiuimus? Cantate domino canticũ
nouum, cantate domino omnis terra. Considera
charissime pieq; contemplare, ut prophetiam uer-
bis adaptans euangelicis eundem reddat sententia
rum dogmatumq; concentum. Cantate, inquit, do
mino cãticum nouum. Scimus fratres, quòd nouũ
canticum à uetere distinguitur. Quærendum igi-
tur, quod sit argumẽtum cantici ueteris, quod no-
ui: hoc pacto ex rerum differentia consequi poteri-
mus ueritatis intellectum. Primum omniumq; ue-
tustissimum canticum ad mere rubrum decantatũ
est: quo tempore admirandus ille Moses uirtute di
uina transiit mare, ac pelagus uertit in terram, can-
Exo. 15.a ticum resonans dicebat: Cantemus domino, glo-
riosè enim glorificatus est: equum & cõscensorem
proiecit in mare. fuit & aliud uetus canticum à bea
Iudic.5.a ta Debbora decantatum, quum prostratis in bello
H hostibus, pro maximo quopiã trophęo erexit hym
num uictorialem. Inuenies & aliud canticum in de
Nu.21.d. serto cãtatum, quum puteum reperissent filii Israel
nouoq; beneficio frui cõtigisset: Quin insuper mul
tam ueteris cantici mentionem inuenire licet iis q
uerè syncereq; uersantur in sacris literis. Oportet igi
tur, iam & recens illud & nouum quærere canticũ,
quam uim habeat, & quid proponat nobis contẽ-
plandum. Hic mihi uigilanter attende. Vetus canti
cum unius populi finibus circũscriptũ erat, unoq;
climate continebatur, uidelicet Palæstinæ, neque
phas erat populo extra illud clima uetus efferre cã
ticũ, sed quum populus esset unus unaq; gens, uno
loco unoque climate, tum cãticum, tum religio ue
tus erat circunscripta. Testatur quod dico etiã bea
Ps.136.a. tus Dauid sic alicubi loquens sub persona Iudæo-
rum, qui erant in Babylonem abducti, Quomodo
cãtabimus cãticum domini in terra aliena? Vides,
quòd non fuerit concessum ueteri cantico per om
nem ire terram, quę sub cœlo est? Sed repetamus ea
Ibidem. quæ dixerũt in Babylone uersantes. Tunc interro
gauerunt nos qui captiuos duxerunt nos uerba cã
tionum, & qui abduxerunt nos, hymnum cantate
I nobis de canticis Sion. Dein lege circunscripti, ue-
titiq; ne in terra peregrina canerent diuina cantica,
respondent, quomodo cantabimus canticũ domi-
ni in terra aliena? Vetus itaq; canticum adeò angu-
stis finibus circunscribebatur, quẽadmodũ modò
dicebam, intra populum unum, unámq; regionẽ:
sed nouum per omnem terram incedit quę sub cœ
lo est, & ab uniuerso decantatur orbe, eòque Pro-
pheta quum dixisset, Cantate domino canticum
nouum, protinus adiecit, Cantate domino omnis
terra. Vide quomodo explicat, donum, uide quo-
modo dilatat theologiam, uide quomodo osten-
dit discrimen inter cãticum nouum, & uetus illud
angustis finibus circunscriptum. Ac nequis huma-
nis coniecturis cæcutiat in huius rei contemplatio
ne, nec euangelicæ uim tacuit: sed quũ dixisset, Cã
tate domino omnis terra, rursum adiecit, annũcia-
te diem ex die salutare eius. Quod salutare? profe-
ctò liquet, quod de multis hymnis celebranda ser-
uatoris dispensatione loquitur: quòd deus amore
generis humani, inter homines uersatus est, quòd K
medicus ad ægrotantes aduenerit, quòd caliganti-
bus lux affulserit, quòd errantibus apparuerit uia,
illa inquam uia, quę & hodie clamat in euangelijs, Ioã. 14.b
Ego sum uia, ueritas, & uita. Sed operæpretium est
fratres discere, quam ob causam deus populum il-
lũ loco & calamitate circunscripserit, tum quur illi
nõ permiserit per uniuersam terram canere laudes
diuinas: nam illud oportet in primis pulchrè nosse
quòd deus nõ uertitur nec immutatur, nec ab una
sententia i aliã dimouetur, ut nũc hoc decernat, nũc
diuersum: sed qd quũ ipse maneat, immotus & im-
mutabilis, sese ad humanam attemperat imbecilli
tatẽ. Crebrò fratres loqtur deꝰ ac leges pscribit, nõ
ut ipse potest, sed ut nos capere ualemus. poterat &
per uetus canticum accendere lucernam gentibus:
sed non erant qui lucernam manibus attingerent L
ualidi ad pietatis prędicationem. Etenim siqui ac-
ceperunt, non obtinebant pietatis sermonem, qui
potuissent in alios pietatis legem transfundere? Ve-
rùm quoniam populus ille segnis erat & incredu-
lus, ut facilè gentium abominationibus seductus
sese submitteret, uno loco septus est quò posset so-
lus apud se exercere pietatis legem. Idẽ facit frequẽ
ter & maritorum hominum quisq;, quoties uxorẽ
habet suspectam, circunscribit illam uno loco, tha
lamisque includit, eunuchos adhibet, & omnem
apponit custodiã: in summa, nihil non facit curat-
que eorũ quæ seruant pudicitiam, eo quod illa nõ
habet uerum amorem, ac pudicę mentis custodiã,
quæ castæ fœminæ solet esse familiaris. At qui pu-
dicam beneq; moratam habet uxorem, à nulla eã
progressione prohibet, quippe qui certum pignus
habeat uxoris affectum. Illa prodit in forum, & ex-
tinctus est zelus: congreditur cum multis uiris, nec
usquã est zelotypiæ morbus, eo quòd pudica mu-
lier secum habeat custodem ac pędagogum, morũ M
integritatem. Quod igitur inter nos homines geri-
tur, idem facit & deus. Ac nequis dicat incongruã
esse similitudinem quã proposui, deus hoc modo
copulatur populo, quo uir uxori, non iuxta corpo
rum unionem, sed iuxta mentis affectum, ac bene-
uolentiam. Idem ergo etiam in uetere testamento,
synagogam alloquens per prophetam manifestò
dixit: Desponsaui te in iudicio, & in misericordia, &
in iustitia, & in agnitione. Interpretatus est dei co- Gen.2.d
pulam: corpora corporibus applicantur, uerùm in
commistione dei, anima deo cõglutinatur. Et quẽ
admodum illic dictum est, & adglutinabitur uxo
ri suæ, & erunt duo in carnem unam: sic & anima
quum deo uerbo unitur, clamat, Adhæsit anima Psal.62.a
mea post te, me autem suscepit dextera tua. Ha-
bebat igitur uetus synagoga pro uiro legem, quem
admodum hodie testatur Esaias, per apostolum
loquens. nam prophetica uoce Paulus usus est, Gal.4.d.
dicens, sicut scriptum est: multi filij desertæ ma-
gis quàm eius quæ habet uirum. Quoniam igitur
synagogã illum uirum habuit, uidelicet legem (re-
sumam enim quòd dicebam) erat autem suspecta,
quòd ubique charitatem deo debitã proderet ido
lis, conscientiam habens illorum cultu pollutam:
redarguit illam deus ita loquens, Et mœchata est Hier.3.c
cum lapide & ligno, ac mei oblita est dicit domi-
nus. Quoniam suspectam habebat mentem syna-
gogæ, meritò illam loco circunscribit, temploq; ue

A luti thalamo cuidam includit, nequaquàm pmit-
tens ut quouis loco sibi constituat altare: sed uni-
uersa quidem Iudæa ac Palæstina erat populi, cæte
rùm unicus erat locus habens altare. Eapropter &
Moses quum sciret, uxoris mores suspicioni obnо-
xios, (uxorem autem scriptura hactenus appellat
synagogam) sciens igitur mentem synagogæ meri-
tò suspectam, prius illam appellat, dicens, Attende
Deu.12.a tibi Israel, nequando offeras holocaustomata tua,
& uictimas tuas in omni loco, quęcunque inueneris, sed in loco quem elegerit dominus deus tuus.
Videte quẽ circunscripta sit, & quidem meritò fra-
tres: quum enim in uno loco accepisset altare, totũ
locum impleuit simulachrorum cultu, sicuti cla-
mans Hieremias testatur: iuxta numerum ciuitatũ
Hie. 44. c.f. erant dij tui Iuda, & iuxta compita Hierusalem sa-
crificabas Baal. Si quum accepisset unum locum,
terram omnem impleuit adulterio, si plena liber-
tas fuisset concessa, cogita, in quam enormem inci
disset incontinentiam. Ob hanc causam fratres, ẽt
canticum loco circunscriptũ est, & altare loco defi
B nitum, & populus ille loco conclusus. At ecclesia q
ubique Christum in se circunfert, innumerósque
martyres immolauit ob charitatem quàm gerit er-
ga uirum, à nullo prohibetur loco: sed in omni lo-
co sunt altaria, in omni loco doctrina. hæc prædi-
cit deus per prophetã. nam & ecclesiasticam exprи-
mens synceritatem, & alterius populi ingratitudi-
Mala.1.c nem traducens, ad illos loquitur: Non est mea uo-
luntas in uobis, dicit dominus omnipotẽs, nec ac-
cipiam hostias de manib⁹ uestris: quoniã ab exor-
tu Solis usque ad occasum, nomẽ meum glorifica-
tum est inter gẽtes, & in omni loco sacrificiũ offer
tur nomini meo, & sacrificium purum. Vide quàm
luculenter quámque dilucidè mysticam interpre-
Ps.140.a tatus est mensam, quæ est incruẽta hostia. Thymia
ma uerò purũ appellat, sacras preces, quæ post ho-
stiam offerũtur. hic enim suffitus deum refocillat,
non is qui à terrenis radicib⁹ sumitur, sed qui à pu
ro corde exhalatur. Dirigatur igitur oratio mea tã-
quàm incensum in conspectu tuo. Vides ut ubicũ-
que concessum est angelicum illud sacrificium in-
C clarescere? uides nullis finibus circunscriptum, ne-
que altare, neque canticum. In omni loco Thymia
ma offertur nomini meo. Est igitur hostia pura, pri
ma quidem, mystica mensa, cœleste summeq; uene
randum sacrificium. Est autem & in nobis uaria sa
crificiorum differẽtia. Posteaquàm enim lex in ue-
teri testamento multas habuit hostias, aliam pro
peccatis, aliam quæ dicta est holocaustoma, aliam
uocatam, laudis, aliam salutaris, aliam pro leprosis
mundandis, breuiter alias & multas & uarias, pro
his qui innumeris expiationibus censebantur, om
nino magnus erat & modò carens numerus sacrifi
ciorum in lege: q omnia noua gratia superueniens
uno complectitur sacrificio, unam ac ueram sta-
tuens hostiam. Habemus autem & nos in nobis ip
sis uarias immolationes, non quæ iuxta legem in-
cedunt, sed quæ decent euangelicam gratiam. Vis
ne has cognoscere uictimas, quas habet ecclesia,
quum sine sanguine, sine fumo, sine altari cæteris-
que ceremonijs, munus euangelicum, sursum ascen
dit ad deum, quódque sit sacrificium mundum &
immaculatum? Audito sanctam scripturam tibi pa
làm exponentem hanc differentiam ac uarietatem.
Est igitur primum sacrificium, quod antè dixi, spi- D
rituale illud ac mysticum donum, de quo Paulus
ait, Imitatores estote dei, tãquàm filij dilecti, & am
Ephe.5.a bulate in dilectione, quemadmodum & Christus
dilexit nos, tradiditque seipsum pro nobis deo sa-
crificium & oblationem in odorem suauitatis. Al-
terum sacrificium est martyrũ. & quæ testatur hoc
Ro. 12.a. scriptura? Audi Paulum: obsecro uos fratres, ut ex-
hibeatis corpora uestra, hostiam uiuam, sanctam
gratam deo. Habes primam hostiam quæ dicitur
salutaris, habes secundum martyrum, tertiam pre-
cationis: Dirigatur deprecatio mea, tanquàm incẽ-
Ps.140 a. sum in conspectu tuo, sublatio manuum mearum
sacrificium uespertinum. Quarta est quæ offertur
laude, hoc est per hymnos, Sacrifica deo sacrificiũ
Ps.106.c. laudis. Quinta est per iustitiam: Tunc acceptabis
Ibi.50.d sacrificium iustitiæ. Sexta offertur per eleemosynã:
Iacob.1.d Sacrificium inquit mundum & immaculatum, ui-
sitare pauperes & orphanos in afflictione ipsorũ.
Septima fit in iubilo. Iubilum autem est uictoria- Iubilum,
lis in bello applausus. Nã aliud est ololygmos, hoc quid.
est, clamor: aliud alalagmos, hoc ẽ, iubilatio. Quũ
post uictoriam in bello milites uociferantur, ea est E
iubilatio, uictoriæ signum. eóque propheta eos q
conspecturi erant Christi uictoriam, hymnum uo
ciferantes aduersus hostes, beatos appellat, dicens:
Beatus populus qui scit iubilationem. Iubilatio igi
Ps.88.c. tur est uictorialis in bello plausus. Posteaquàm er-
go seruator uictoriam tulit, deuictis omnibus ini-
micis, dicens: Confidite, ego uici mundum: hym-
Ioã.16.g. num hunc offerentes uictori, perficimus iubilatio
nem, quàm propheta beatam uocat, dicens: Circũi
Ps.26.c ui & immolaui in tabernaculo eius sacrificiũ lau-
dis & iubilationis. Est & octauum quoddam sacri
ficium deo, spiritus contritus: Cor cõtritum & hu
Ps.50.d miliatum deus non despiciet. Vides quales hostiæ
à nobis tractẽtur. Est & aliud nonum sacrificium,
quod peragitur per euangelij prædicationem. is est
Ro. 15.g. sermo doctrinæ de qua Paulus apostolus ait: Ad-
ministrantes euangelium dei, ut fiat oblatio gen-
tiũ accepta, & sanctificata in spiritu sancto. Vides
quam declarauit, etiam euangelij prędicationem
offerri deo? Habes igitur primum sacrificium, illud F
salutare donum, secundum martyrium, tertium de
precationis, quartum iubilationis, quintum iusti-
tiæ sextum eleemosynæ, septimum laudis, octauũ
compunctionis, nonum humilitatis, decimum pdi-
cationis: tametsi quiddam prętermisi, quum ani
mo nouem enumerarim, putaui me tradidisse de-
cem. Quòd nam igitur sacrificij genus prætermis-
sum est? Est decimum sacrificium, fructificationis,
de quo loquitur Paulus: accepi quæ à uobis missa
Phil.4.d sunt p Epaphroditum, sacrificium acceptabile in
odorem suauitatis. Vides beneficẽtiam in sanctos
à Paulo uocari sacrificiũ. Habes igitur uarias sacri-
ficiorum formas, Sacrifica deo sacrificium laudis:
Laudaui uos omnes fratres, immo potius omnes
laudauimus, & ante omnia deus, sacrificium quod
exhibuistis: loquor de beneficentia in pauperes, ut
qui miserti estis eorum, qui in fora conculcabãtur
clamantes ad deum, & per uos exauditi sunt: imita
ti estis dei benignitatem, depulistis à foro mendici
tatis probrum, processit eleemosyna, & extinxit de
decus: dedecus enim diuitum est clamor pauperũ.
Thesaurizastis thesaurum, diuitias iustitiæ. Nã hũc

G thesaurum oportet habere præ oculis, thesaurum ueritatis, thesaurum iustitiæ, thesaurum benignitatis in pauperes. Siquidem duo fratres sunt thesauri, unus qui reponitur malis, & alter qui bonis reconditur. Thesaurus malorum est inobedientia & intractabilitas, & iniquitas: de qua dicit Paulus, Ignoras quòd bonitas dei ad pœnitentiã te inuitat, sed iuxta duritiam tuam, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis & iusti iudicij dei? Vides thesaurum peccatorum reponi operãtibus iniquitatem. Nunc uide thesaurum qui ex humanitate erga pauperes reponitur operantibus iustitiam. Audi Paulum Timotheo scribentem: Præcipe his qui diuites sunt in præsenti seculo, ne animis efferantur, neque spem ponant in incerto diuitiarum, sed ut benefaciant, diuites sint in operibus bonis, ut faciles sint ad impartiendum & communicandum, thesaurizantes sibi thesaurum in futurum, ut ueram apprehendant uitam. Vides thesaurum bonorum, uides thesaurum malorũ. Et apud quem hic thesaurus deponitur? Clarum est quod H apud deum: nam ille & malorum thesaurum reponit ad retributionem. Et alteros quidem ulciscitur, alteris uerò rependit præmia. Vis ipse uidere, quis thesaurorum horum perfectam habet memoriam, custodiamq? Per Mosen loquitur de ijs qui perpetrant mala, De uinea Sodomorum uinea eorum, & palmes illorum ex Gomorra, uua eorum uua fellis, botrus eorum botrus amaritudinis: uenenum draconum, uinum illorum, & uenenum aspidis insana bile. Et posteaquam commemorauit opera iniquitatis, protinus adiunxit: nõne hæc omnia condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? in die ultionis retribuam, in tempore quũ lapsus fuerit pes eorum. Ad hunc modum dispensat thesaurum iniquitatis, his quis operantur iniustitiam. Dispensat & thesauros regni, de quibus loquitur & Esaias: uenit sapiẽtia & scientia & pietas à deo. Hi sunt thesauri iustitiæ, de quibus & seruator sanctis discipulis suis loquebatur: Thesaurizate uobis thesaurum in deficientem, æternum in cœlis. Atque idem diuiti loquens ueni sequere me, & habebis thesaurum in cœlis. Fugiamus itaque thesaurum iniquitatis, & recondamus thesaurum eleemosynæ, bonum opus, quodq? possit omne peccatum extinguere, qđ idoneum sit ad soluẽdam omnem iniquitatem. Atque ut planè cognoscas quantam habeat uim eleemosyna, attentius considera quę dicũtur. peccata quędam spectant ad deum, quædam ad hominem: uelut impietatem committere, blasphemias euomere, ac uiolare templum dei aut ecclesiam dei persequi, aut sacerdotes afficere contumelia, hęc omnia referuntur ad deum. Cęterũ mœchari, furari iniuriam facere, hæc intra consuetudinem quæ nobis cum conseruis est consistunt. Multiplex autem est differentia, eorum quæ committuntur in deum & quæ in homines: nihil itaque peius iniquitate, neq? quicquam infœlicius iniquitate aduersus deũ, neque quicquã magis impium, quam aduersus deum blasphemia. Et tantam tamen impietatem eleemosyna ualet diluere, non si perseueret in blasphemia, sed si per pœnitentiam peccatum reuocet. Nequis mihi hic obstrepat dictis meis perperã intellectis, non enim mihi ad amentium amentiam, sed apud nos fideles mihi sermo est, apud ueritatis collectaneos. Nihil scelestius impietate, nihil scelestius blasphemia: & tamen tantum malum per eleemosynã diluitur, siquis uerè accesserit ueritati. Sumo mihi ad probationem ueterem Danielis historiam. Balthasar Nabuchodonosoris filius, quum aliquãdo debaccharetur in res diuinas ac sancta uiolaret, ausus est in prophano conuiuio ebriorum impiorum ac blasphemorum, sacra uasa, quæ Hierosolymis sustulerat, in medium afferre, iisq? pro temulentię instrumentis abuti: Et exportauit, inqt, uasa dei, quæ erant Hierosolymis sancta, & bibit ex illis, ipse & uxores illius, & pellices, & concubinæ illius. Violauit autem diuina, nõ tantum per mensam prophanam, uerumetiam per intemperantiam. Atqui tantum etiam malum deus lenitate sua tulit, illa malorum tolerans uis, illa opulenta gratia, illa benigna copiosaq? humanitas, quæ acceptat pœnitentiã nostram, & uindictam prorogat. Debacchãtem in sancta tolerat deus, & sententiam aduersus illum proferre differt. Extitit, inquit, dum hæc fierẽt in superficie parietis, hoc est, in incrustamẽto, talus manus à uola usque ad digitos, scripsitq? in pariete, Mane Thehel phares: & uerba erant Hebraica, ac miraculi nouitas expauefecit tyrãnum cum conuiuis suis. Requirebatur ænigmatum solutio, nec inueniebatur: accersiuit complures interpretes, qui non habebant quod dicerent de eo quòd uidebatur. Vocatur Daniel in medium: oportet enim primum cõsilio destitui mendacium, atque ita demum elucescere ueritatem. Quemadmodum in Aegypto, quũ hærerent magi ac sapientes, moxque Ioseph interpretans aperuit ueritatem: ita & in Babylonia, redarguta omni humana sapientia, mox dei sapientia p fidelem famulum eluxit. Vocatus est Daniel, ingressus est sanctorum uerborum propheta, spiritualis scripturarum liber, magni regis interpres. Atque ut cognoscas quid interfit inter hominem simplicem & hominem dei, qui natura quidem purus est homo, mente uerò immortalis, introgressus ad illud conuiuium impietatis aduocatur ab eius cõuiuij principe, uidelicet rege, qui ait ad illum, Scio quòd spiritus dei sanctus sit in te: Explana nobis scripturam hanc, quid sibi uelit. Honoras famulũ, & contumelia afficis dominum: hominem reuereris, & deum contemnis. Cõfiteris spiritum sanctũ, & sancta polluis? Scio quòd spiritus dei sanctus sit in te? Etenim sub patre meo, copiosior spiritus erat in te. Si igitur hanc quæstionem dissolueris, purpuram indues, & torquem aureum circa collum tuũ. At beatus & admirandus ille, pro nihilo ducẽs hominum munera, sed super omnia ueritatem honorãs, ait, Rex munera tua alteri da uiro, ac dona tua aliis largire: Ego tamen scripturã enarrabo. Et qđ erit interpretationis præmium? A deo merces ueniet. Quin potius hoc ipsum mihi ueritatis præmium erit, interpretari ueritatem ac pietatem quæ infamatur uindicare. Vidẽ autem admirandam iusti sapientiam: non protinus interpretatur scripturam, sed prius redarguit mentem regis dicẽs: ò rex, deus cœli dedit regnum & potentiam patri tuo Nabuchodonosor, insuper honorem addidit illi, similiter & tibi: & ut sermonem in pauca conferam, dedit tibi deus regnum & potentiam, & tu oblitus es dei, & exportasti uasa illius aurea argenteaque, atq? ex his potasti tu cũ uxoribus tuis pellicibus & concubinis,

A cubinis, eũm uerò q habet in manu spiritum tuũ, non benedixisti. ideo missus est articulus manus à facie eius. scripsitq? in superficie parietis sententiã ipsius. Atq? hæc sunt uerba: Mane, numerauit deus regnum tuum, & compleuit: id enim sonat, Mane, Syriorum lingua atque itidem Hebraica. Thehel, libranit deus regnũ tuum & dedit illud Persis ac Medis. Nam id ipsis tãtum erat regnũ Babyloniorum. Considera illud admiratione dignum, qũo declarauit, deum omnia numero & mẽsura facere: libravit, inqt, ac mensus est: nihil n. ab illo fit absq? mensura, nihil sine pondere, nihil sine congruentia, sed iusta mẽsura uindictã infligit: quúmq? punit, trutina librat ultionẽ, pro delictorũ modo eã repẽdẽs, ne maior sit cõmissis, sed congruens: Eoq? deus aliquando comminans ludææ, quum prius esset sublata atque extincta Samaria, dicit: & extendã in Hierusalẽ mẽsuras Samarię, & trutinas domus Ephraim: pro eo quòd erat, eandem uindictam admetiar his, quam illis fuim admensus. Neq? enim mensura caret diuina uindicta, sed mensura, & regula, & trutina mensurata est, sicut seruator loquitur in euangelio. Qua mensura mensus fueris, remetietur. Mensus igitur fuerat deus, ac librauit, diuisit & impletus est numerus regni ait ad illum. Quid autẽ accidit, post tam seueram sententiam? mox induxit dicti solutionem: & nunc rex consilium meum placeat tibi, ac peccata tua eleemosynis redime, & impietatem tuam commiserationibus pauperum, si fortè propicius fiat delictis tuis. Vides quantã uim habeat eleemosyna, quantùm ualeat humanitas, quã efficax iustitiæ opus operetur erga egenos misericordia. Admonuit propheta, cui si obediisset ille legis transgressor, gratia fuisset consequuta promissum. Sed gratia quidem erat simplex, mẽs uerò nõ recipiebat correctionem. Adeo ualida res est erga pauperes humanitas. Resecuit eleemosyna captiuorum speciẽ è foro, tollitur captiuitatis species ex uniuersa terra: uidisti forum plenum captiuis, & correxisti in amœnum spectaculum, cõtrahet deus ultionem uindictæ suæ quæ peccatis instigitur. Ne C que enim iniustus est deus, ut obliuiscatur animarum iniustè interfectarum, neq? sanguinis iniustè effusi. Sublati sunt sancti, sed pro pietate mortui sunt. Ne mihi respicias ad captiuitatis bellique speciem, sed illud specta, quod cõplures susceptо pro castitate certamine, mortem perpessi sunt. multæ uirgines in tempore opportuno, uidelicet in tẽpore persequutionis coronatæ sunt, quum animæ cõplures eodem tempore expugnarentur. Ac ne putes illos deo indignos quorũ sanguis effusus est, istud est uetus historiarum exemplũ. Semper deus sanctos exponit periculis, quò per hæc declaretur pietatis uis, nequis dicat: Quur si erant pij sublati sunt, quur si erant pij occisi sunt, quur si deo erant curæ tantam sustinuerunt oppugnationem? Audi Dauidem, per uetera decantantem noua, deus uenerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt tẽplum tuum: Ac non simpliciter templum, sed templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam, posuerunt morticinia seruorũ tuorum escas uolatilibus cœli, carnes sanctorum bestiis terræ. Si hi tanquàm indigni pietate traditi sunt, illi quomodo traditi sunt? si hæc nunc qãdã patiuntur ut indigni deo, quomodo eadem illa ueteres sancti pertulerũt? Quòd si idem deus permittit, hęc omnia ad utilitatem suorum dispensans, ac per sanctos emẽdans peccati maculam, nihil prorsus iniustum, in his quæ diuina potentia permittũtur. Hæc permittit deus ad exercendas mentes nostras, ac frequenter iusti pro iniustis mortem perpetiuntur. Habes ueterem congruentiã, per antiquas historias, pronũciauit deus aduersus Adam, dicẽs: Terra es, & in terram abibis. Atque is quidem accepta sententia, inter unuos censebatur. Contrà, qui nihil peccarat Abel, interfectus est: qui obnoxius erat culpæ, uita fruebatur: iustus morti subiectus est, idq? utiliter: posteaquàm enim deus pronunciarat sententiam aduersus Adam, Quocunque die comederis, morte morieris: non dedit morti potestatem illico reum inuadẽdi, ne mors aduersus genus nostrum eriperet uera certáque cõtagia. Etenim si transgressos protinus arripuisset, pœna fuisset irreparabilis, citraq? pœnitentiæ remedium. Sed ingressa est mors per iniustitiam, ut eiiceretur per iustitiã. Sublati sunt iusti, sed extincti nõ sunt: in memoria E sempiterna erit iustus. Sanguis iustorũ effusus est, sed deus eos qui traditi sunt tanquàm uiles & abiecti, filios appellat & tanquàm filios ulciscitur. Porrò quòd qui simpliciter ab inimicis occisi sunt, filij dei dicuntur ac tanquàm filij uindictam accipiũt, sermonem meum cõfirmat beatus Moses. Quid autem ait in cantico? Exultate gentes cũ populo eius, & adorent eum omnes filij dei, quoniam sanguine filiorum suorum ulciscetur. Si filij dei, quomodo occisi sunt ab inimicis? Vides quòd deus permittit iustos occidi, ad probationem pietatis: nec uiolatũ est uerbum, ut confirmaretur sensus? Lætamini cœli, quoniam sanguiné filiorum suorum ulciscetur. traditi sunt tanquàm alieni, & uindicantur tanquã filij. Exercitatio pietatis, est martyrium, hoc est testimoniũ euidẽs, & professum Et quomodo? Audi & considera, obsecro, demitte cogitationem ad sermonis profunditatẽ. In omni tribunali quid aliud martyri proponitur, quàm ut abneget deum? Ac dum aduersus hanc propositionem decertat, manifestam & irreprehensibilem arripit coronam martyrij. Super his uero sanctis, qui nũc occisi sunt, nõ F erat iudex iudicans, sed cõscientia. Cõplures enim interdum (neque enim cõdemno, sed humanas cogitationes excutio) transgressi sunt in cogitatione: ueluti si quis aliquando in afflictione dixit, ubi est deus cui seruiui, ubi est deus quem professus sum? ibi procella ac tempestas, ibi perichlitatur nauigiũ. Quòd si quis dum illis examinatur tempestatibus, denuò resipuit ac dixit, num hic mihi uita circumscripta est? Num expectaui bona terræ? An non expectabam regnum, an non expectaui resurrectionem mortuorum? An nõ magnificam angelorum uitam? An non uitam illam senij nesciam? Quid itaque me lædit mors, adferens bona æterna? Non perturbor temporarijs, quum expectem æterna. Qui hæc expendit in animo, deum habet suæ cogitationis iudicem, habet patronum, pium animũ, habet tribunal, metum habet testem conscientiam, quæ ipsi iustitiæ plectit coronam, & ante conscientiam deum cœlitus præmia distribuentem operarijs pietatis. Etenim qui uidet occulta, coronat in propatulo. Ora tu, inquit, patrem tuum in absconditо: & Matt.6. pater qui est in absconditо, reddet tibi. Ergo ne qui

Gorat in oculto coronatur, sed qui in occulto contorquet mentem ad confessionem, nõ coronatur? Martyrium fratres non euentu tantum æstimatur, sed etiam proposito. Non quũ martyr decollatur tum fit martyr, sed ex quo propositum ostẽdit profitendi martyr est, etiam si non patiatur quæ martyres solent. Et quis est, qui hæc suo comprobat testimonio? Beatus ille Paulus, qui quũ semel sit mortuus, tamẽ ostẽdit se quotidie mori. Quid enim, inquit, quotidie morior, per uestram gloriam', quam habeo in Christo? Quotidie morior. Quomodo moreris, q uiuis? moriebar proposito, sed seruatus sum gratia dei. Quantùm erat in hominibus potẽtibus, & in me, quatenus meipsum exposui, quotidie morior: quod autem ad gratiam attinet diuinam, tanquàm doctor, reseruatus sum ecclesiæ. Dispensat enim deus res ad utilitatem hominum. Et alios quidem tradit ut ostendatur probata fideliũ mens: alios rursus seruat, ut custodiat fermentum ecclesiis. Non sunt pollutæ uirgines, quòd proposi tum sit immaculatum, & animus immarcescibilis: & illud mihi considera frater, Virginitas citra controuersiam accipit coronas: utra uirginitas, quę est propositi, an quæ est necessitatis? An nescis, quòd innumeręq uirgines corporaq; impolluta decesserũt ex hac uita? An non multæ filiæ gentium abominabilium, & impiorum, tempus nuptiarum expectantes raptæ sunt? An non multi iuuenes corpore incontaminato, post coniugium & nuptias morti sunt traditi? Iuuenes, inquam, Ethnicorum filij, Iudæorum filij, impiorum hæreticorum filij, Abierũntque innumeri corporis uirginitatem habẽtes. An apud tribunal Christi, tali uirginitate prædite turbæ dantur coronæ? non dantur coronæ uirginitatis, fructum aufert necessitas. Quòd si nullus est necessitatis fructus, sed tota merces est propositi, numerus illę innumerabilis manet incoronatus, uirginitatem quidem habens, sed uirginitatis propositum non habens. Neque enim deus acceptum fert quod fit ex necessitate, sed quod ex proposito rectè fit. Si igitur illis innumeris uirginitas non imputetur ad uirginitatem, nec his quæ præter propositum inquinationis corruptæ sunt. Pollutum est corpus, sed animi templum non est pollutum: uiolatum est corpus, sed mens corrupta non est. Neqs igitur reiiciat multitudinem sanctorum in cõtumeliam & captiuitatem traditorum. Sæpenumero sanctorum est pro impijs pati. Seruator qui nihil peccauerat, pro peccatorib' traditur. Et Esaias clamat: homo in uia sua aberrauit, & dominus tradidit eũ pro peccatis nostris. Atque idem rursus, Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, & dominus tradidit illum pro peccatis nostris, & pro peccatis populi uenit ad mortẽ. Vides? Imitatores Christi sunt, qui pro iniustis patiuntur. Accidit autem fratres & alio modo, ut aliquantulum dilatem historiam, accidit ut etiam ex his qui occiduntur nonulli peccatis obnoxij sint: dominus autem per temporariam afflictionem diluit peccatũ, per corporũ plagas extinxit animæ uulnera. His mors imputatur pro supplicio: quin & ægrotatio pijs q peccarunt imputatur pro supplicio. Et quis est qui ista promittit? Paulus: neque enim oportet quicquã dicere sine testibus: solaque animi cogitatione. Nam siquid dicitur, absque scriptura, auditorum cogitatio claudicat, nunc annuens, nunc hæsitans, & interdum sermonem ut friuolum auersans, interdũ ut probabilem recipiens: uerùm ubi è scriptura diuinæ uocis prodiit testimonium, & loquentis sermonem, & audientis animum confirmat. Quis igitur sermo nobis attestabitur quod afflictiones & flagella hominibus illata imputantur ad peccatorum remissionem? Audi beatum Paulum loquentem de his qui indignè accedunt ad mensam mysticam. An ignoratis quòd qui edunt indignè, sibi edunt ac bibunt ad iudicium? Et quid continenter adiecit? propterea inter uos multi infirmi, propterea, quoniam indignè acceditis ad mensam, propter ea multi infirmi. Multi infirmi, & dormiunt multi: pro eo quod erat, moriũtur, tanquam mors etiam pro peccato adueniat. His protinus annectit: Si. n. nos ipsos iudicaremus, nequaquam iudicaremur à domino. ergo domini iudicium est, & morbus, & mors. Et quid mihi prodest post mortem? Quis fructus post obitum? Si nos ipsos iudicaremus, nequaquam iudicaremur. Cùm autem iudicamur, à domino corripimur, ne cum mundo condemnemur. Deus enim iustificauit, ne iustos simul cum impiis perdat, néue simul condemnet sanctos cũ prophanis, idque ualde conuenienter: non enim par est, ut qui deum adorat, simul puniatur cum eo: qui deũ afficit blasphemijs, eodem modo plectatur piè colens deúmque glorificans, quo blasphemãtes & despectui habentes ueritatem: propterea deus occultis & inuisibilibus modis uarię flagellat pios delinquentes, quò uidelicet nos puros exhibeat magno illi tribunali: ut quum hic corripuerit, illic imputet præmium. Denuò resumite sermonem apostolicæ intelligentiæ. Si nos ipsos iudicaremus, nequaquam iudicaremur. Cũ autem iudicamur, à domino corripimur, ne cũ mundo condemnemur. Huic dicto concordat & beatus Dauid: Beatus, inqt, homo, quemcũque corripueris domine, & de lege tua docueris eum, ut mitiges ei à diebus malis: qui. n. hic correptus fuerit, in requie erit, ac mitius experietur diuinum iudicium. Ne mireris, si primũ hic castigatum liberat in futuro seculo. Reperis enim in diuina scriptura certissimum argumentum, Sodomitarum, ac nihilo deterius habitatorum Gomorræ. Nihil illis magis impium, & tamen quoniã hic pœnas dederunt, mitius illos in iudicio tractãdos promittit dominus. Et tu Capernaum, quæ usque ad cœlum elata es, usque ad infernum detraheris: quoniam si in Sodomis factæ fuissent uirtutes quę factæ sunt in te, mansissent ad hunc usque diẽ: ueruntamen tolerabilius erit terræ Sodomorum, & terræ Gomorræ, in die iudicij, quàm uobis: proinde si Sodomitis tolerabilius iudiciũ reddit, quòd in hac uita puniti sunt. cogita quomodo pij q hic castigantur, futurum effugiunt iudicium. Quod iudicium nobis omnibus contingat effugere, & cum fiducia sisti ad tribunal Christi, cui gloria in secula, Amen.

Tandem desijt Ierin.

DIVI IOANNIS CHRYSOstomi explanatio in Psalmum, Dominus regnauit, exultet terra.

Ctus à uipera Paulus manu, spiritus sancti uirtutem quæ in se habitabat, his qui illic erant, etiã non dedita opera ostendit, usus uipera teste. Erat enim & ipsa non mendax testis, significans dei apostolum esse eum quem inuaserat. Vides sanctis & feras, quæ uocem non emittunt, testificari? Et uoce quidem carent, sed opere miraculum clamant. Atque non solùm sanctis feræ testificantur, sed & seruiunt. Sic & Ionæ, cetus triduò subiugalis fuit, & quò intus gubernans, non quò ipse uolebat, ducẽs. Sic corui Heliæ quotidie cibos ceu domino afferebant. Sic leones Danieli mansuescebant, & uiri sanctimoniam etiã non loquentes prędicabãt. Sic edax ignis in tribus pueris sanctum & diuinum ternarium reuerebatur, & tremebat. Suæ enim naturæ oblitus, tam nihil nocuit, ut etiam capillum læsioni ualde obnoxium nõ offenderit. At Christo meo testificabantur, & uenti, ac mare, qui cum discipulis suis in nauim ascendit, dormiuitq; in prora, & cùm stridentes ualida tempestate uenti mare è profundo cõmouerent, maréque ualde turbidum, fremebundo sonitu, & spumis niualibus, salsam his qui in naui erant minaretur mortem: nauis autem à fluctibus crebris, & à medijs furẽtium uentorum turbinibus circulo, uerteretur, & nauigantes futuræ mortis periculum plorarẽt, surrexit increpauitque mare ac uentos: factáque est magna & inexpectata tranquillitas, ita ut ij qui in naui miraculum uidebant, & à mari uentisque testimoniũ accipiebant, cum iuramento dicerent, Verè hic dei filius est. Quis pastor ita agnas suas placauit, ut Daniel efferos leones? Quis rex tam pernices Indos habet, ut Helias coruos? Quis discipulum ita absque murmure hospitalitatem exercere docuit, ut Ionas cetum in mari? Quorum armatorum exercitus, regem suum ita illęsum saluauit, & alienigenas ab impetu coercuit, ut Chaldaicus caminus Chaldæos ciues urbis exusserit, & Hebræos seruauit? Qui serui ita domino suo cum timore & tremore obtemperarunt? *Dominus regnauit, exultet terra, lętentur insulæ multæ.* Et quæ causa exultationis & lætitiæ? Nisi qd boni magnique factum esset, propheta nõ dixisset, Dominus regnauit. Christus. n. ubi regnauit, solutum est peccatum, diabolus confusus est, dæmones fugerũt, aculei mortis cõfracti sunt, paradisus olim Adæ clausus apertus est. Spinæ peccatorum nostrorum extirpatæ sunt: & tribuli quidẽ eradicati sunt, à triplici autem gratia caput meum coronatũ est. Soluta mea uetus maledictio. Iam ego non timeo. Terra es, & in terram reuerteris. In baptismate enim deposui terram, & cœlũ indui: & nunc audio, Cœlum es, & in cœlum ascendes. Dominus ergo regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Non iam sub terra iaceo, non iam in abstrusis, & silentibus, tenebrosisq; diaboli specubus & labyrinthis in inferno detineor. Meum est posthac nubes transcendere, & propter regnantem Christi gratiam, sursum in cęlum currere. Cuius rei testimonium nõ deest. Rapiemur in nubibus, inquit Paulus, in occursum domini, sicq; semper cũ domino erimus. Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Non iam Heua timet Adam opprobrantem, nam in maribus eius ruina reparata est. Non iam timeo serpẽtem aliorsum caput inclinantem, supérque uẽtrem euntem, ac calcaneum obseruantẽ. Non iam timeo ictum uirulentum: non enim sum ultrà terra, sed sal. Serpẽti enim dicit dominus maledicturus: Terram comedes iuxta dies uitę tuæ. Ante Christi aduentum terra eram, comedebar à serpente: ubi autem uenit dominus, in salem me mutauit. Discę dilecte, quomodo sal fit: ut cum didiceris quomodo fiat, teipsum in re illa agnoscas. Sal ex aqua fit & uẽto. Sal meritò appellauit nos dominus, quoniã ex aqua & spiritu regenerauit. Dominus igitur regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Quòd autem non omnes sed multæ. Multæ orthodoxorum ecclesiæ sunt: quæ autem expertes sunt rectę fidei, hæreticorum sunt ecclesiæ: quomodo lætificabũt regem Christum, quem tam uariis modis cõtumeliis afficiunt? siquidem uocare licet eorum conuenticula, ecclesias, & non potius uulpium cauernas. Sunt enim uulpes non imitatione naturę, sed uolũtatis. Itaq; si accedat dominum meum Christum Arius, Eunomius, uel Macedonius, & dicat illi: Sequar te quocunque ieris: apostitè etiam ipsi respondetur: Vulpes foueas habent, & uolatilia cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. De his dicit sapiens. Apprehendit nobis uulpeculas, quæ demoliuntur uineas. Vulpeculæ, sunt hęreticorum discipuli, qui scilicet ingressi in ecclesias nostras, fideles qui in uinea Christi ut botri se exhibent, falsa doctrina subuertunt. Corrumpunt enim bonos mores colloquia praua. Dominus regnauit, exulter terra, lętentur insulæ multę. Deinde quid sequitur? *Nubes & caligo in circuitu eius.* Nubes olim Hebræos ex Aegypto egredientes tegebat, radiosque Solis feruescentes obscurabat, illos autem suis splendoribus illustrabat. At si clariorem nubẽ uidere uis, ascende in montem cum Petro, Ioanne, & Iacobo, uidebisq; illic nubem lucidam, & uocẽ è nube uenientem: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Quid autem est nubes & caligo in circuitu eius? Aliud est nubes, aliud caligo. Nubes est tenuissimus aëris lucidi contextus, lucẽ aliquam de se emittens. Caligo uerò crassior est, & nebulosa obtenebratio. Quomodo igitur, Nubes & caligo in circuitu eius? Prius ponitur nubes, posteà caligo: ita in Christo primùm est diuinitas, posteà humanitas. Nubem dicendo, diuinam eius & luculentam deitatis pulchritudinem insinuat: caliginis autem nomine humanum significatur integumentum. Hac enim caligine deus sermo uiã suã occultauit. Audi & alio loco prophetam, dicẽtem: Carbones succensi sunt ab eo: &, inclinauit cœlos, & descẽdit, & caligo sub pedibus eius. Pedes dei dixit, ut uiam eius super terram significaret. Carbones succẽsi sunt ab eo, & inclinauit cœlos, & descẽdit, caligóque sub pedibus eius. Occultauit enim uiam suam tegumento carnis, ut ignota esset aduersariis uirtutibus multifaria suæ sapientiæ uia. Nam si cognouissent, dominum gloriæ utique non crucifixissent: sicut & propheta dicit: In mari uia eius, & semitę eius in aquis multis, & uestigia eius nõ cognoscentur. Et uestigia eius non cognoscentur; dicit propheta. Eunomius autem diuinitatis generationẽ inuestigare audet. Et inclinauit cœlos, & descendit, & caligo sub pepibus eius: & ascẽdit super Cherubim & uolauit, & uolauit sup alas uentorũ. Non quòd pennas habeat dominus, & uolet, dixit propheta: Volauit super alas uentorum. Alæ ergo uentorum quæ sunt? Vtique angeli. unde & alibi dicit: Qui facit angelos suos spũs, & ministros suos ignem ardentem. Porrò quod dixi caliginem crass-

Universidad de Deusto Biblioteca

G fiores tenebras, nequis me fabulari putet, & non rē
dicere ut est, testatur etiam hoc propheta ipse. Et
ascendit super Cherubim, & uolauit: uolauit super
alas uentorum, & posuit tenebras latibulum suū.
Quæris, quales tenebras posuit deus latibulū suū?
Planè corpus: quia tabernaculum corporis sui di-
cit tenebras. Id te sequens psalmi uersus doceat. Nā
postquàm dixit, Et posuit tenebras latibulum suū,
adiecit dicens, *In circuitu eius tabernaculum eius.* Vidi-
sti eius nubem cognouisti eius caliginem, & quid
sit caligo. Nunc solue celebrem, & difficilis solutio
nis interpretationem, quæ à multis quidem affer-
Psal.18.a. tur, à paucis autem rectè docetur. Dies diei eructat
uerbum, & nox nocti indicat scientiam. Et posuit
tenebras latibulum suum. Tenebras, dicit scriptura,
uocauit deus noctem. Nox eramus nos Gentes, no
ctem induit dominus. Nostrum etiam tabernacu-
Ioan. 8.b lum portauit. Dies diei eructat uerbum, pater filio,
secūdum quod lux est dies & dominus. Ego enim
sum lux mundi, aut: Dies diei eructat uerbum. Ap-
propia Iordani, & ibi uidebis, quomodo dies quæ
H superne, ei quæ in flumine stabat, eructat uerbum.
Mat. 3. d Dicit enim sic, Hic est filius meus dilectus, in quo
mihi cōplacui: sed ut ne putes, quòd propheta spi-
ritus sancti mentionem omiserit, cùm dixit, Dies
diei eructat uerbum, discite dilecte, quòd triadē cō-
fitetur. Dies diei eructat uerbum. Dies pater, dies
filius: uerbum quod in medio aere uolabat in spe-
cie columbę, spiritus sanctus. Testis est Paulus, qui
Ephe.6.d dicit: Gladiū spiritus sancti, quod est uerbum dei.
Dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat scie
tiam. Nubes enim & caligo in circuitu eius. Dies ip
se & nox: ipse enim deus & homo. Dies secundum
deitatem, & nox secundum humanitatem. Nam in
comparatione deitatis, nox est humanitas. & hoc
est quod ait, Posuit tenebras latibulum suum. Te-
nebras enim uocauit noctem. Nox nocti indicat
scientiam, Christus secundum humanitatem, no-
cti, omni terrę, hoc est omni humanitati annūciat
scientiam de patre & seipso, & spiritu sancto. Nam
ipsi gloria, & imperiū, & in secula seculorum. Amē.

I SERMO IOANNIS CHRY-
Ps.106.a *sostomi de confessione, super illud psal. Con-*
fitemini domino, quoniam bonus est.
Incerto interprete.

* Piritus sanctus medelam purgandi facino-
ris, & curam admissi delicti obtulit, dum
qualiter iram dei placaremus, ostendit. Nō
uult peccatoribus inferre uindictam, qui dare quæ
rit confitentibus ueniam. Non enim uult irasci, qui
præstruit: sanitati consulit, qui medicinam uulneri
bus suggerit: misereri cupit, qui reo salutis con-
silia & utilitatis remedia tribuit. Cæterum pu-
nire non uult, qui ad hoc præmonet, ne cogatur ul
cisci. Vult aboleri offensam, si qui offendit, damna-
uerit culpam: uult confessione iam uiuere eum, qui
præcepta contempserat periturus: ut cui peccatum
attulit mortem, & confessio afferat sanitatem. Con
fessio enim pœnitentiam monstrat: satisfactio ue-
niam sibi diuina pietate conciliat. Nec enim pote-
rit indulgentia tribui, nisi ira dei posit cōfessione
placari. O uenerāda pietas dei. Peccamus, & parcit:
delinquimus, & ignoscit: offendimus, & adhuc pla
catus existit. Vnde qualis erga iustos sit, monstrat:
dum talem se erga peccatores ostentat. Nec pecca-
tor iam poterit excusari, qui confessionem, per quā K
uenia nascitur, non properauit amplecti: quò pos-
sit reus gemino crimine detineri: dum primò legē
contempsit, ut delinqueret: & cōfessionis remedia
amplecti noluit, ut periret. Rape tu quisquis es pec-
cator remedia, qui peccando diuina contempsisti
præcepta. Confessio afferat salutem, cui contēptus
attulerat mortē. Viue remediis, qui moriturus fue
ras aliquando peccatis. Consilia amplectere ad sa-
lutem data. Hortamenta diuina prouidè ac liben-
ter admitte: peccatorum indulgentiam cōfessione
instanti mereare. Quid horres fateri, quod libenter
ac properè commisisti? Cur confunderis dicere,
quod non confusus es perpetrare? Cur uereris do-
mino indicare, quod ueritus non es ipso præsente
committere? aut nunquid eum putas admissa ne-
scire, nisi à nobis quæ cōmisimus, noscat? Aut igno
rare quæ fecimus, putas nisi nobis confitentibus
discat? Peius est confiteri nolle, quàm legem contē
nere. Peius est admissi pœnitētiam spernere, quàm
monita diuina despicere. Peius est dei offensam nō
satisfactione placare, quàm peccando dei bonita- L
tem offendere. Et quamuis peccandi causa grauior
uideatur, leuior tamen frequenter existit dum cō-
fessione absoluitur, aut contumacia debito mortis
expungitur. Deniq; Niniuitæ confitentur, & uiuūt:
Sodomitæ obdurantur, & pereunt: illos impendēs
supplicium prouocat confiteri. hos uicinus interi-
tus non confitendo efficit aboleri. Filii Israel, quo-
ties peccant, hostibus traduntur, quoties se peccas-
se fatentur, de eorum manibus liberātur. Ita enim
nullus unquàm peccato euasit: ut nullus confiten
do indulgentiam dei non mereatur. Doceant diui-
na monita, si exempla docere non possunt. Confi-
temini, inquit, domino: quoniam bonus est. Bonū
dominum hoc loco dicit: non iustum, quia qui bo
num ostendit, confiteri persuadet. Peccatorē enim
bonus absoluit, iustus condemnat. Bonus indul-
gentiam tribuit, iustus merita peccatorum expun-
git. Apud iudicem bonum, confessio mater est in-
dulgentię, apud iustum: pœnę debitum. Bonus cō
fitenti tribuit ueniam, iustus competentem infert M
pœnā. Vnde sic fit, ut qui confitendo, bonum sen
tire uoluerit, iustum sentiat reticendo: & quem cō-
fessio posset absoluere, eius contumaciam possit
seueritas iusti iudicis abolere. Quare consule tibi
peccator, dum licet: dum qui offensus est, suadet
dominus: ad miserandū dominus ipse paratus est,
Nam siqui contemptus est misereri noluisset: roga
res, ut uellet, cùm ipse misereri desideret. Qui offen
dit, rogando non desinat: liceat confiteri, cui pec-
care licuit: liceat petere ueniam, cui licuit contrahe
re culpam: indulgentiam postulet, qui mādata cō-
tempsit: ueniam optet, qui legis iussa despexit. Cō-
fessio reddat, quod peccatum detraxerat. Curet pœ
nitentia, quod delictorum macula sordidarat. Ser-
pētinum uirus, satisfactionis antidoto recuretur:
peccatorum uenena precum instantia depellātur:
ut dominum, quem nobis delicta fecerant
iracundum, reddant obsequia di-
gna placatum. Et qui à nobis
fuerat peccatis offen-
sus, confessione nobis
misericors redda
tur & pius.

A IN. CVIII. PSALMVM.

Deus laudem meam ne tacueris. Quia os peccato-
d ris & os dolosi super me apertum est. Locuti sunt
aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij
circumdederunt me, & expugnauerunt me gratis. Pro eo ut
me diligerent, detrahebant mihi ego autem orabam. Et po
suerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dile-
ctione mea. Constitue super eum peccatorem, & diabolus
stet à dextris eius. Cum iudicat, exeat condemnatus, et ora
tio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, & episcopa-
tum accipiat alter. Fiant filij eius orphani, & uxor eius ui-
dua. Nutantes transferantur filij eius & mendicent, & eij
ciantur de habitationibus suis. Scrutetur fœnerator omnem
substantiam eius, & diripiant alieni labores eius. Magna
hic nobis prudentia opus est. Verba enim, si consi
deretur sola prolatio, & quæ est ad manū auditio,
perturbāt multos eorum qui non attendunt. To-
tus enim psalmus plenus est execratione, & per eas
uniuersa peruasit oratio, eiusq; qui dicit feruētem
& ardentem iram indicat, quæ non contenta eū ul
cisci qui facit iniuriam, etiā in filios, patrem, & ma-
B trem extendit supplicium, & non una ei sufficit ca-
lamitas, sed etiam mala malis cōiungit. Vide enim
quot & quanta imprecetur, dicens. Cōstitue super
eum peccatorē, & diabolus stet à dextris eius. Hoc
est, sit obnoxius accusatoribus improbis homini
bus & insidiatoribus, nec eos possit superare. Hoc
enim sibi uult illud. Cum iudicatur, exeat condem
natus. Nec satis hoc duxit esse supplicij, sed cū hac
condemnatione orat ut etiam aliquis alius post il-
lum illius honorem susципiat, dicens. Et episcopa-
tum eius accipiat alter. Et ne hic quidem sistit, sed
etiam solum, qui erat ei relictus, portum obstruit,
rogans ut ne Dei quidem assequatur clementiam,
dū dicit, Et oratio eius fiat in peccatū. Quinetiam
rogat ut mortem subeat immaturā. Fiant, enim in-
quit, dies eius pauci. Atq; ne hic quidem sistit, licet
hæc sola dixisse sufficiebat. Ille uero etiam adiun-
git, quod quidem est animi ualde incēsi ac inflam-
mati, non uno aut altero contētum esse supplicio,
sed petere ut alia imponātur. Quæ autem deinceps
sequuntur, sunt his multo grauiora. Eorum enim
quos relinquit, orbitatem & uiduitatem precatur.
C Atqui necesse est hæc eueniant postquam ipse ex-
cesserit, & tamen inter cæteras execrationes ea con
sequenter statuit, ira feruens. Et nec in orbitate qui
dem sistit, sed etiam post tales calamitates ulterius
progreditur, mala eius amplificans, rogans ut qui
ex eo nati sunt, incertis uagentur sedibus. Nutātes,
inquit, transferantur filij eius, & mēdicent. Hoc est,
errantes & uagabundi ne necessarium quidem ali-
mentum habeant, nec cessent assiduè locum loco
mutare, agitati, pulsi per omnem terrā, & nusquam
inuenientes locum in quo consistant. Cum his au
tem, eis etiam imprecatur inopiā, eamq; extremam
& intolerabilem, ut nec auxilium quidem assequa
tur à cognatis, sed obeat ab externis & ignotis id
petens. Audi autem quomodo hoc significans adij
,, cit. Postquā. n. dixit, Transferātur filij eius & men-
,, dicent, subiūgit, Eijciātur de habitationibus suis.
,, Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, &
,, diripiāt alieni labores eius. Hoc est aliud genus ca
lamitatis, sua bona diripi, & fœneratorum insidias
perpeti, & omnibus modis probris & contumelijs
affici, & quod est lōgè grauius, in tantis malis ca-

rere defensore. Id autem precatur, dicens, Non sit il D
li adiutor. Mala. n. uel ipsa per se sunt intolerabilia.
Quando autem ne defensor quidē adest, sunt lon-
gè grauiora. *Nec sit illi adiutor, nec sit qui misereatur pu*
pillis eius. Papè quantæ iræ magnitudo, quādo nec
orbitatis quidem immaturitas misericordiam asse
quitur, non solum misericordiam, imò ei etiam ex-
tremum exitium affertur. *Fiant nati eius in interitum.*
In generatione una deleatur nomen eius. Vidisti oratio-
nem ira plenam, & quæ se non reprimit, & optat ut
ipsi uiuāt in uaria & multiplici atq; omnis adeo ge
neris miseria, & absque ulla nominis sui fama fun-
ditus intereant. Et perinde ac si non sufficiat filio-
rum calamitas, subiungit rursus. *In memoriam redeat*
iniquitas patrum eius, & peccatum matris eius non dele a
tur. Fiant contra dominum semper, & dispereat de terra
memoria eorum. Est. n. maximæ iracundiæ, ita minu-
tatim discerpere, quas generaliter dixit calamita-
tes, & eas assidue uersare. Postquam. n. dixit, in me-
moriam redeat iniqtas patrum eius, subiūxit, Non
deleatur. Atqui idem est, ira tamen effecit ut utrūq;
diceret. Quod autem nult dicere, hoc est. Interfice E
ipsum, occide, de medio tolle. Vidisti quot sint im-
precationes, sed si uis, ego eas rursus colligā. In ma-
los, inqt, homines incidat, accusetur, sit in eorum
potestate, condemnetur, mortem subeat immatu-
ram, honore priuetur, & nec in suos quidem, sed in
alienos eum translatum uideat, uxor eius pereat, &
filij eius paupertatem, orbitatem, & uitam mendi-
corum sustineant, condemnentur, expellantur un-
dique, nullum habeāt adiutorem, à Dei beneuolen
tia excidant, nullus sit eis portus nec refugium, de-
leatur nomen eius è terra, pereat inglorius, & pater
& mater luāt pœnas suorum peccatorum, perdan-
tur & funditus intereant. Anno ea quæ dicta sunt,
auditorem percellunt & obstupefaciunt? Nunquid
scire desideras quisnam est qui sic est condemna-
tus? Si. n. cum audimus hominem probris & male-
dictis affici, rogamus adstantes ut dicant quis sit
qui hæc audiat, multo magis cum prophetā sic im
precantem audimus, necesse habemus discere, idq;
cum metu & aio humili ac demisso, quis est quem
tam uehemens inuasit iracundia, quis est qui spiri- F
tum sanctum affecit tristitia, ut tot & tāta mala au
diret. Psalmum ergo si uideatur, dicamus ab initio
cum magna attētione. Nemo autem tumultuetur.
Narrabo enim quam potero accuratissimè & dili-
gentissimè. Non est enim paruum quod quæritur.
Sed unum quidem & primum, quanam de causa
cū is peccasset qui probris appetitur, filij eius cum
ipso puniuntur, & uxor, & parentes. Secundum au-
tem quis est qui execratur: Tertiū autem quomo-
do princeps Apostolorum ostendit hūc psalmum
dictum esse de Iuda, uel potius non totū psalmum,
sed partem psalmi. Scriptum est. n. inquit, in libro
psalmorum. Fiat habitatio eius deserta, & in taber- *Act. 1.*
naculis non sit qui inhabitet. Sed hoc nobis aliam
rursus præbet quæstionem, non enim scripta sunt
utraque in hoc psalmo, & ideo non dixit hūc psal-
mum, sed totum librum psalmorum. Illud. n. fiat
habitatio eius deserta est in alio psalmo, hoc uero,
Et episcopatum eius accipiat alter in hoc. Petrus ta *Psal. 68.*
men utrūque coegit in unum testimonium. Quod *Esa. 59.*
etiam ubique facit Paulus, ut quando dicit, Veniet *Roma. 11.*
ex Siō qui eripiet, & auertet impietates ex Iacob, &

Universidad de Deusto Biblioteca

G hoc eis ex me teſtamentum quando abſtulero pec cata eorum. Quid autem dixerit quiſpiam id quod dictum eſt, prophetiam, an imprecationẽ? Prophetiam ſub ſpecie imprecationis. Nam etiam alibi tale qd inueniemus: Quod Iacob quoque facit. Quoniam enim oportebat auditores iuuari ex ijs quæ alijs eueniebant, prophetias multas hoc modo figurant, ut uel ipſo modo prolationis augeatur metus in republica. Neque.n. perinde eſt ſi dicas, Hic hoc uel illud patietur, etſi id ut iratus & indignatus induxeris. Et quod hæc nõ temere pronũtiem, ex uerbis propheticis hoc nobis manifeſtum reddam. Iacob.n. cum eſſet moriturus. Venite, inquit filijs ſuis, & dicam quid euenturum ſit uobis in diebus nouiſsimis, & cum eſſet prophetaturus, ſtatim à principio tanquam ira quadam percitus, incipit prophetiam ab imprecatione, ſic dicens, Rubẽ primogenitus meus, durus ad ferendum, durus & contumax, effluxiſti ut aqua non creſcas, futurum eius exitium prædicens ſub ſpecie imprecationis. Ita rurſus quando bona dicit narrat ſub ſpecie precationis, dicens, Det tibi Deus de rore cœli, & de pingue dine terræ. Hoc aũt eſt prophetia. Quòd autẽ hoc nõ ſit humanę affectionis clarũ eſt. Nã in Chanaã quoq; pater eius hoc facit, dicens, Erit Chanaã ſeruus eius, ut ſcias quòd Deus præueniẽs eos q iniuria afficiuntur, eos q iniuriã faciunt pſequtur. Quinetiã Chriſtus quoque tali figura uſus eſt, ſub ſpecie prophetię magis reuocans, & lugentẽ imitans, & dicens. Væ tibi Chorazim, uæ tibi Bethſaida. Et rurſus, ut quando dicit, Hieruſalem, Hieruſalẽ, quę occidis Prophetas. De quo nam ergo dictus eſt pſalmus? Nonnulla de Iuda, ſpiritu per Dauid prophetante: reliqua autem de alijs. Hic.n. rurſus eſt prophetiæ modus. Sæpe autem inueniemus eum ita eſſe compoſitum, ut prooemia quidem in alium, reliqua autem dicãtur in alium. Vt autem hoc ipſum etiam aliunde uideas. Quando Iudæi ingreſsi ſunt in terram promiſsionis: Diuidẽs duodecim tribus in duodecim partes, iubetur Naue filius has qdem benedicere, illas uerò maledicere. Benedictio ergo & maledictio erant prophetiæ eorum quæ erant euentura. Dicebat enim. Maledictus tu in ciuitate, maledictus in agro, & innumerabiles eiuſmodi imprecationes tribus cõponentes, effecerunt longam orationem. Hoc hic etiã dici poteſt, ſub ſpecie execrationis compoſitam fuiſſe prophetiã, quę & quę Iudæ erant euentura annuntiat & prædicit, & poſt illum etiam aliud tractat argumẽtum, nempe aduerſus eos qui inſurrexerũt aduerſus ſacerdotium, ut ſciamus quantum ſit malũ in dei ſacerdotes inſurgere, dolos & iniquitate aduerſus eos uti. Quæ enim dicta ſunt, non aliud ſunt quàm doctrina eorum quæ ſunt euentura ijs qui propinquos iniuria afficiunt, qui inſurgũt cum dolo & deprauato animo in eũ qui nullam fecit iniuriã. Quod ſi ęquum cenſet, ut etiam filij puniantur, ne te conturbet, ò dilecte. Hic.n. dicit filios, eos q fuerunt ſocij ac participes eorum improbitatis. Scit enim ſcriptura appellare filios, & eos qui ſunt cognatione filij, & eos qui fuerunt ſocij aliquorum improbitatis, etiam ſi non ſint natura filij, ut quando dicit. Vos filij diaboli eſtis. Atqui non erant Iudæi natura diaboli filij. Quomodo enim eſſent filij eius qui eſt incorporeus, cum ipſi ſint carne circũdati? ſed ſocietate improbitatis attraxerũt ad ſe cognationem. Ita etiam eos eijcit à cognatione Abrahæ, dicens, Si eſſetis filij Abrahæ, opera Abrahæ faceretis. Quòd enim filius non punitur pro patre, nec pater pro filio, cuius eſt manifeſtum. Hoc enim oſtenditur in lege dictum eſſe, præterquã niſi ipſum referat, & tũc non pro filio, ſed pro ſua punitur ſocordia, ſicut Heli. Si autem uidetur, pſalmum proſequamur ab initio. Deus laudem meã ne tacueris. Alius autem interpres dicit, Deus laudationis meæ, ne obſurdueris. Alius, Ne ſilueris, hoc eſt, ne prætermiſeris punitionem, ſed pœnas ſume de ijs quæ facta ſunt. Tu es.n. glorioſus, magnus, & potens hæc corrigere. Quoniam os peccatoris, & os doloſi ſuper me apertum eſt. Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa. Et ſermonibus odij circundederunt me, & expugnauerunt me gratis. Pro eo ut me diligerent detrahebãt mihi, ego autem orabam. Vidiſti inſignem improbitatem. Vidiſti inſidiarum conſpirationem. Vidiſti ſtudium & præmeditationem. Hoc.n. Deum maxime irritat, quando cõſulto & præmeditato & dedita opera ab improbis mala fiunt. Aliud eſt enim cum quis deceptus & ſeductus labitur. Aliud cum quis uitium & improbitatem exercet, & aliud rurſus, quod eſt crimen maximum, quando ſe improbè gerunt in eum qui non eſt improbus. Dicendo enim, pro eo ut me diligerent detrahebant gratis, nihil aliud ſignificat, q̃ quòd in benefactorem, & eum qui dignus eſt amari, & bonam remunerationem conſequi, ſe omnino contra gerunt. Ego autem orabam. Vidiſti philoſophiam, uidiſti moderationem, uidiſti manſuetudinẽ, uidiſti animæ pietatem & religionem. Non armabar, inquit, nec contra eum aciem inſtruebam, ſed ad te cõfugiebam, tuum implorabã auxilium, tuam opem, arma tua potentiſsima, tuum inexpugnabile præſidium. Deinde cum de Iuda dixiſſet, quomodo ſeipſum condemnauit, quomodo ſe ſuffocauit, quomodo eius Apoſtolatus translatus eſt in alium, rurſus prius argumentum perſequitur. Nam hæc quoque eſt prophetiæ ſpecies, quod dicitur interrumpere, & aliquam hiſtoriam inijcere, & ubi eam recẽſuerit, rurſus ad priora reuerti. Obſcurata eſt enim prophetia propter ingratum Iudæorum animum. Significat ergo, ut iam dixi, aliquem, qui in ſacerdotiũ parauit inſidias poſt tẽpus reuerſionis à Babylone. Qui ſunt autem diligentiores, hoc ſciunt, ut qui hiſtoriam perlegerint. Ei ergo magna mala prædicit, nempe, ut ſit omnibus defenſoribus defectus, & rogãt ut omnis ei portus obſtruatur, & nullam aſſequatur humanitatem, clemẽtiam, nec ueniam. Hęc autem, ut antè dixi, & aſsiduè dicere non ceſſabo, uidentur quidem eſſe imprecatio, ſunt autem prophetia, quę oſtẽdit quomodo Deus irritatur, quando inſidiæ parantur ſacerdotio. Deinde ſigillatim perſequitur calamitates, & dicit. *Pro eo quòd non eſt recordatus facere miſericordiam.* Et *perſecutus eſt hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare.* Hoc eſt extremæ crudelitatis, hoc ſummę inhumanitatis, quando nõ ſolum inſidiatur quiſpiam, ſed ei inſidiatur, qui poteſt mouere ad clemẽtiam, & flectere ad cõmiſerationẽ. Qui eſt enim eiuſmodi, ad ferarum sæuitiam deductus eſt, imò uerò uel illis ſęuior effectus eſt. Feris enim feritas natura inſita eſt. Hic autem ratione ornatus, ſuam nobilitatem improbitati prodidit. Et illæ quidem cum ijs quæ ſunt eiuſdem generis, quandam amicitiam ſeruant & manſuetudinem. Hi autem ne communem quidem naturam ſunt reueriti, ſed cuius oportebat miſereri, quem ferre, & erigere, eum deturbarunt & euerterunt. Et *dilexit maledictionem, & ueniet ei. Et noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* Poſtquã multas calamitates ei imprecatus eſt, oſtendit deinceps nõ ipſum, ſed illum horum fuiſſe principiũ & cauſam, ut qui factis quidem ſuis Dei auxilium repulerit, diuiuam autem uindictam attraxerit. Et *induit maledictionem ſicut ueſtimentum ſuum, & intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſſibus eius.* Hic & plagæ uehemẽtiam, & ſupplicij ſtabilitatẽ oſtendit, ſignificãs mala omnibus hominibus è domo ſua & animi ſui ſententia proficiſci, qui factis quidem & actionibus bona quidem repellunt, in ſupplicia autẽ ſeipſos inijciunt. Fi*at ei ſicut ueſtimentum quo opitur & ſicut zona, qua ſemper præcingitur.* Hoc autem dicit, oſtendens iram Dei ineffabilem, quę eos qui ſunt eiuſmodi perſequetur. Quod autem dicit, eſt eiuſmodi. Mala eos ita tenebunt, ut ne ullã quidem mutationem habeant. In eis.n. firma manebunt, & ſtabilia. Deinde oſtendens quòd caſtigat improbitatem, & uitium corrigit, & quòd nõ in illum ſolum, ſed etiam in omnes, qui ſunt ijs quæ dicuntur obnoxij, hæc ſtatuetur ſentẽtia, ſubiunxit. *Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum, & qui loquuntur mala aduerſus animam meam.* Id eſt, Hæc eſt pœna, hoc eſt ſupplicium eorum qui mihi aduerſantur, qui inſidiãtur, qui bellum gerũt. Et qui loquuntur mala aduerſus animam meam. Ergo ẽt pro uerbis exigitur ratio, & pro eis ſumuntur pœnæ acerbiſsimæ. Abſolutà itaque de his oratione, ad Deum rurſus confugit pro eius impetrando auxilio. Neque enim ſiſtit in pœna eorum qui parant inſidias: ſed oſtendens, quòd qui malis afficiũtur, habent etiam Deum ultorem pro ijs quas accipiũt iniurijs, ipſiq; firmam ac ualidam aſſequuntur defenſionem, ſubiungit dicens. Et *tu domine fac mecum propter nomen tuum.* Vide gratum & pium animum, uide humilitatem. Quãuis enim ſatis iuſtã cauſam haberet petendi auxilij, quòd mala pateretur. Hoc enim poteſt uideri in multis locis ſcripturæ, quòd qui ab hominibus iniuſtè malis afficiuntur, liberè petendi à Deo auxilij iuſtam & honeſtam habent occaſionem. Ille autem prætermittens hoc dicere, confugit ad ſolam Dei clementiam, & dicit, Et tu Domine fac mecum propter nomen tuum, propemodum hoc dicẽs. Non quoniam ſum dignus, ſed propter teipſum, quoniam es clemẽs & miſericors. Et ideo ſubiũgit. *Quia ſuauis eſt miſericordia tua.* Homines.n. ſæpe non ſunt eiuſmodi, eo.n. ſæpe utuntur ad detrimentũ & exitium, ſed deus ſemp ad utilitatem. *Libera me quia egenus & pauper ſum ego. Et cor meum conturbatũ eſt intra me.* Vides eũ rurſus orare ut ſeruetur, non ut qui ſit dignus, nec iuſtus, ſed ut q ſit omnino euerſus, ut qui confectus, ut qui mala paſſus innumerabilia. Et *cor meum conturbatum eſt intra me.* Talis enim & tanta eſt uis calamitatũ, non corpus ſolum uexat, uerumetiam conturbat animum. *Sicut umbra cum declinat ablatus ſum. Et excuſſus ſum ſicut locuſtæ.* Genua mea infirmata ſunt à ieiunio. Dicit uehementes inſidias eorum qui illum iniuria affecerunt, & malignitatẽ ineffabilem, & rurſus ſtudium ac diligentiam quàm ipſe in eis adhibuit. *Genua mea infirmata ſunt à ieiunio. Et caro mea immutata eſt propter oleum.* Vides quænam arma comparat aduerſus inſidias, & eam qua in eum utebãtur malitiam. Et *ego factus ſum opprobrium illis. Viderunt me & mouerunt capita ſua.* Tales ſunt improborum animi, non modo non cedunt quando uident iuſtum eis opponentem pietatem ac religionẽ. ſed eis etiam probra ingerunt, eòſque ludificantur, & inſultant. Quid hic autem? Ad auxilium inexpugnabilem, ad opem confugit inſuperabilem, dicẽs. *Adiuua me Domine Deus meus, ſaluum me fac ſecundum miſericordiam tuam. Et ſciant quia manus tua hæc, & tu Domine feciſti eam.* Quid eſt manus tua hæc? Tuum auxilium. Tuum, inquit, præſidium. Nolo enim ſolummodo ſeruari: ſed illos etiam ſcire à quo ſeruatus ſum, ut ſit mihi duplex trophæum, duplex corona, ingens gloria. *Maledicẽt illi, & tu benedices. Qui inſurgunt in me confundantur. Seruus autem tuus lætabitur.* Docet hic auditorem quãdam philoſophiam. Oſtendit enim quòd etiamſi diris innumerabilib⁹ deuoueant, ſi Deus benedicat, nihil detrimenti ex eis accipietur, ſed in ipſos uertentur probra & ignominia. *Seruus autem tuus lætabitur in te.* Rectè dixit, In te, ſignificans illinc proficiſci lætitiam, unde bona ſuppeditantur. Reſtat ut nulla me poſsit pertur bare moleſtia, cum tua mihi maneat integra lætitia. *Induantur qui detrahunt mihi pudore. Et operiantur ſicut diploide confuſione ſua.* Vide quomodo rurſus rogat ut non ſolum tradantur ſupplicio, ſed etiã pudori & ignominiæ, ut id ſit eis doctrina correctionis, & argumentum mutationis in meliora. *Confitebor Domino nimis in ore meo. Et in medio multorum laudabo te. Quia aſtitit à dextris pauperis. Vt ſaluam faceret à perſequentibus animam meam.* Pro his omnib⁹, Deũ remuneratur hymnis, laude, gratiarũ actione. Præclara enim eius facta apud omnes annunciare, in medio theatro prædicare eo q̃ ab illo collata ſunt, hoc eſt ſacrificium, hoc oblatio. Dei beneficia habere perpetuo in memoria, eáque menti ſuæ imprimere, & ore prædicare, & facere ut eius beneficia à multis audiantur. Nam & qui beneficium acceperit, pro grato animo mercedem accipiet, & maius Dei in ſe auxilium attrahet, & qui audiunt, ex ijs q̃ alijs facta ſunt euadent meliores, & ad uirtutẽ perſequendam accipient maximum incitamentum ex beneficijs quæ ab aliis accepta ſunt.

IN CIX. PSAL.

Ixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis.

Exurgamus quæſo, & animum intendamus. Pſalmus enim differit de ualde magnis contemplationibus, nõ uni ſoli hæreſi, ſed uarijs & diuerſis obſiſtens. Nam & aduerſus Iudæos, & aduerſus Paulum Samoſatenum, & aduerſus Arrianos, & aduerſus Marcioniſtas, & aduerſus Manichæos, & aduerſus omnes, qui reſurrectioni nõ credunt, ſtruit aciem. Quoniã ergo contra tot aduerſarios inſtructa eſt acies, nobis quoque multis ocuſis opus eſt, ut quæ ſit luctandi ratio, & quomodo inuaduntur, exactè conſiderare poſsimus. In externis enim certaminibus, etſi aliqua eorum colluctãdi & concertandi ratio minimè animaduerſa fuerit, in ijs non lædetur ſpectator. Non enim doctrinæ ſed delectationis gratia illud theatrum eò coactum eſt. Hic autem niſi exactè cognoueris unde-

G nam aciem suam instruit, & unde nos eum aggredimur, non leue detrimentum senties. Ne hoc ergo tibi eueniat, mentem tuam excita, arrectæ & attentæ tibi sint aures. Iudæos primum inuadimus, aduersus illos aciem instruimus, ex his uerbis huius prophetæ auxilio utentes. Cùm nos enim dicamus hæc de Christo dicta esse, hæc quidem non admittunt, fingunt autem quædam alia. Quę ergo dicūt primum conuincamus, & tunc id quòd dicimus confirmabimus. Atque nunc quidem eos primum rogem⁹, quis est huius iusti Dominus. Dixit, enim inquit, Dominus domino meo sede à dextris meis. Non meminit enim hic unius personæ, sed unius q̄ cum una altera loquitur. Quemnam ergo dicunt esse eum qui dicit? De um. Qui autem audit, Abraham. Alij uerò Zorobabel, & alij alium. Vt ebrij, & nihil quod conueniat loquentes, imò uerò sicut q̄ in tenebris ambulant, & pulsant alter alterū. Quid ergo, dic mihi quæso, Est ne Zorobabel Dauid Dominus? Et quomodo fuerit hoc consentaneum? cū

H ipse pro magno honore Dauid appellatus sit. Porrò autem ea quæ consequuntur ostēdunt nihil hic dictum esse de Zorobabel, nec de Dauide. Nullus enim eorū honore Sacerdotali functus est. Hic autem dictum est de aliquo, qui nouum aliquod & admirabile Sacerdotium obijt. Tu es, enim inquit, Sacerdos in æternum secūdum ordinem Melchisedec. Sed nunc quod est presens explicemus. Dicunt enim adhuc alia quædam his uaniora, dicētes hæc dicta esse de populo. Sed neque populus fuit sacerdos: neque alia quæ dicta sunt ei possunt conuenire. Eo itaque tanquam inani prætermisso, et quod non opus habet probatione ut euertatur, aliud qd dicunt in medium adducamus. Quid ergo rursus dicunt alij? Quòd filius Abrahæ hęc dicit de domino suo. Et quid possit eo esse uanius? Quid. n. hic uult filius Abrahæ? Vbi autē sacerdos fuit eius Dominus, qui etiam ipse sacerdote Melchisedec usus est, & petijt ab eo benedictionem? Quomodo autē fuerit consentaneum dictum esse de Abraham, Ex utero ante Luciferum genui te? Quomodo autem

I uel Dauid, uel Zorobabel, uel populo hæc conuenerint? Naturam enim humanam superat quod dictum est. Illud autem, Sede à dextris meis, quamnā habuerit interpretationem, si personæ illæ positæ fuerint? nullam. Quomodo autem dixit Abrahæ, sede à dextris meis, qui uel Angelis assistere, duxit esse dignum honore maximo. Sed quidnam est quæ so quod pro sua dicunt sapientia? Et quomodo, in-

Deut. 6. quiūt, alium introducis dominum? cum apertè dicat scriptura, Dominus deus tuus dominus unus est, & eum solū coles, & præter ipsum non est deus. Cui itaque, dic quæso, hoc dictum est? Immemori & ingrato tuo animo hęc maxime dicta sunt, O Iudæę. Cur enim Abrahę nihil eiusmodi dictum est, non Isaac, non Iacob, non Mosi, sed tibi soli, postq̄ ex Aegypto egressus conflauisti uitulum. Quanam ergo de causa dic mihi? Quòd si ipse dubitas, à me causam edisce. Quoniam enim egressus uitulū con-

Exo. 32. flaueras, & Beelphegor fueras initiatus, & deorum

Nu. 25. populum admirabaris, nefariā illam deorum mul-

Psal. 115. titudinem inducens: morbum tuum reprimens, ad deos, q̄ non sunt, distinguendos, posuit illud, unus non ut tolleret unigenitum. Quanam enim de cau-

Gene. 2. sa statim in proœmijs dictum est. Faciamus homi-

K nem ad imaginem & similitudinem nostrā? Et rursus, Agedū descendamus, & confundamus linguas Gene. 1. eorum. Et rursus Dauid, Propterea unxit te Deus Psal. 44. deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Si autē Moses dicit, Dominus deus tuus dominus unus est: imbecillitas uestra fuit in causa. Et quid mirum si hoc in dogmatibus factum est, quando etiam in rebus, à perfectioribus ad minus perfecta deduxit deus orationem, se demittens ad nostram imbecil- Deut. 24 litatem. Quocirca & uxorem hanc quidem eiicere, illam uerò permisit introducere, cum non hanc legem tulisset ab initio, ciborum quoque magnum Matt. 19. fecit discrimen, licet contrarium dixisset ab initio, Leui. 11. Tanquā olera agri dedi uobis omnia. De loco quo Gene. 2. que multas leges sanxit, non permittens ubiq; pre Deut. 12. ces ad deum peragere, quāuis ne hoc quidem con- Gene. 12. stituisset ab initio. Quin etiam in Persarum regio- Exod. 3. ne Abrahæ uisus est, & in Palæstina, & ubique, & Mosi post hæc in solitudine. Quid ergo? Repugnāt ne sibiipsi scriptura? Absit. Sed omnia pro tempore administrat & dispensat ad utilitatem, uniuscuiusque generationis imbecillitatem corrigens. Et

L ideo tibi quidem dictum est. Dominus deus tuus dominus unus est. Quod autem habet etiam filiū, Esa. 9. 11. Prophetæ etiam in libris suis posuerunt, & neque 53. 63. ualde apertè dixerunt, ne tuam offenderent imbe- Hier. 31. cillitatem, nec celarunt, ut post hęc tibi concederet Danie. 2. resipiscere & ex propriis libris colligere decreta ue- &. 9. ritatis. Ita etiam maximè prophetas poterimus pro Oseæ. 11 phetas esse ostēdere, & ut fide dignum sit uetus te- Mich. 5. stamentum efficere, quando cum gentibus disserimus. Nam si hoc sustuleris, quomodo os gentibus obstrues? Quid enim dices? exitum ex Aegypto, & quæ de te prædicta sunt? Sed ea non ualde admittet. Si autem narraueris quæ de Christo dicta sunt in ueteri, & ostenderis rerum ueritatē testari euentum Prophetiæ, ne poterit quidem resistere. Si autē nostra reprehendas, ô Iudæe, quomodo uetus testamētum defendes? Siquis enim tibi dixerit, Quomodo sunt uera quæ scripsit Moses, quid dices? Quia eis credidimus. Multo magis ergo nostra uera sunt, nam nos quoque credidimus, & uos quidem estis

M una gens, nos autem uniuersus orbis terrarū, & uobis nō sic persua sit Moses, ut nobis Christus, & ue- Malac. 1. stra quidem cessarunt, nostra uero stant. At ex prę- Roma. 9. dictionibus. Sed sunt maiora quæ sunt apud nos. Ephe. 2. Nostra ergo si sustuleris, tuis umbram offundis. At Gen. pen. ex signis. Sed uos quidem Mosis nullum potestis si Hier. 31. gnum ostendere, fuit enim & transiit. Nos autem Dani. 9. Christi multa & diuersa quæ adhuc nunc fiunt, & Gal. 3. 4. prædictiones uel sole clariores. At ex legibus. Sed Heb. 10. nostra plus in se continent sapientiæ. Sed quid, prohibentibus Aegyptijs egressi estis. Sed longè maius est orbem terrarum bellantem superasse, quàm sos Aegyptios uicisse. Et hæc dico, non ut uetus cū nouo committam, absit. Sed ingratorum Iudæorū uolens os obstruere. Nam & hæc & illa ab eodem Hier. 31. deo & data & facta sunt. Sed illud uolo probare, He. 8. 10 quòd Iudæus sublatis de Christo prophetijs, euertit maximam partem prophetiarū, nec possit apertè ostendere nobilitatem ueteris, nisi nouū admiserit. Quod autem non de homine dicta sunt, & ex eo quòd dicitur, sede à dextris meis, & quòd nominatur Dominus æquè ac Dominus qui dicit, & qđ ex utero ante luciferū sit genitus, & ex eo quod sit

A sacerdos secundum ordinem Melchisedec, & ex eo quòd dicitur, Tecum principium tuum, ijs qui sapiunt clarum est. Quod si alius nobis rursus emergat Iudæus, Christiani personam suscipiēs, Paulus, inquam Samo satenus potest quidem etiam aduersus eum dici ex nouo: Sed ne uideamur relictis præsentibus ad aliam aciei partem transire, eum hinc quoque inuadamus. Quid is ergo dicit? Homo est, inquit, solummodo & ex quo ex Maria natus est, ex illo tempore tantum habet essentiam. Quid ergo, dic quæso dices, ad illud dictum, quod habet, Ex utero ante luciferū genui te? Oportet autē alia quæ ad Iudæos dicta sunt, etiam ad eos dicere, qui ab eo processerunt. Nec nos in causa sumus. Sed hi ipsi qui habēt cum eis magnam dogmatum cognitionem. Vnde etiā eisdem armis in eos utamur. Eos enim qui similiter bellum gerunt, oportet eisdem iaculis confodere. Quid sibi uult sedis societas? Hic enim ostenditur honoris æqualitas, quod satis est ad obstruendum os Arrij. Et ideo Christus quoq;

B Matt. 22. apud Iudæos dicentes Christum esse filium Dauid subiunxit, Quomodo ergo Dauid uocat eum dominum in spiritu? dicens, Dixit dominus domino meo sede à dextris meis. Paulus autem de humanitatis susceptione postea tractans, & eam apertius interpretans, & Marcioni, & Manichæo, & ijs omnib. Hebr. 25. 7. qui simili morbo laborant, certum uulnus infligit. Interpretatur enim cum ea qua par est prudentia, quomodo fuit sacerdos secūdum ordinem Melchi sedec. Nos autem rursus ad propositū reuertamur. Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Vidisti equalitatē honoris. Vbi enim est thronus, illic est signum regni. Vbi autem thronus unus, est eiusdem regni honoris equalitas. Quocirca Paulus

Hebr. 1. quoque dicebat, Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ad filium autem Thronus tuus deus in sæculum sæculi. Ita etiā Da-

Dan. 7. niel uidet uniuersam quidem creaturam assistentē & Angelos, & Archangelos, filium autem hominis uenientem in nubibus cœli, & peruenientem usq; ad antiquum dierum. Quòd si nonnulli offendan

C tur ex eo quòd sic dicamus, audiant eum sedere à dextris, & desinant offendi. Quemadmodum enim nos non dicimus eum esse patre maiorem: ita nec tu eum minorem & inferiorē dixeris. Id enim significat societas sessionis. *Donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Et quinam sunt inimici? Audi Paulum dicentem. Primitiæ Christus. Deinde qui

1. Cor. 15. sunt Christi, in aduentu eius, deinde finis. Oportet enim eum regnare quousque posuerit omnes inimicos suos sub pedibus suis. Vidisti propheticorū & Apostolicorum uerborum concentum & concordiam. Hic enim dicit, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorū, & Paulus, Quousq; posuerit omnes inimicos suos sub pedib⁹ suis. Sed neque illic illud donec, neque hic hoc, Quousque, sunt termini temporum. Quomodo enim steterit illud propheticum, quod dicit, Potestas eius potestas æterna, quæ non præteribit, & regnum eius regnum quod peribit in sæculum sæculi, si ad ea usq; tempora sit regnaturus? Vides non esse solummodo attendendas dictiones, sed esse ascendendū ad intelligētiam. Tu autem cum audis prophetam dicentem, Patrem ponere sub pedibus eius, ne ex eo conturberis. Neque enim hæc dicta sunt quòd sit

Dan. 2. imbecillus filius. Paulus enim ostendit filium ponere inimicos sub pedibus suis, dicens. Oportet. n. D 1. Co. 15. eū regnare quousque ponat inimicos suos sub pedibus suis Et rursus ei quoque uniuersum tribuit, dicens. Quando tradiderit regnū deo & patri, quādo deleuerit omnem potestatem & uirtutem. Hoc est, quando regnum rectè administrauerit, cessare faciet omnem potestatem. Hoc enim sibi uult illud catargesei, id est, otiosam reddet. Quòd autē dicit uniuersum eius esse, patrem ab ipso non separat, sicuti nec filiū à patre diuidit. Quæ enim sunt illius, sunt huius, & quæ huius, sunt illius. Et ideo dicit, Ioan. 17. Omnia mea tua sunt, & tua mea. Quando ergo audieris patrem subiecisse, ne existimes se uinctum esse filium ab eo præclaro facinore, & si intelligas filium subiecisse, ne dicas patrē esse ab eis alienum: Quæ enim pulchre ac præclare fiunt, sunt commu Ioan. 5. nia, quemadmodum & omnia opera communia. *Virgam uirtutis tuæ emittet dominus ex Sion.* Virgā uirtutis seu potestatis, uocat ipsam potestatem. Meminit autem Sion, quoniam quę præclare gesta sunt, E illinc sumpserunt initium. Illic enim legem dedit, illic fecit miracula, illic cœpta prædicatio per uniuersum orbē terræ diffusa est. Quod si uelis quod dictum est sumere anagogice, audi Paulum dicentem. Sed accessistis ad motem Sion & ciuitatē dei Heb. 12. uiuentis, Hierusalem cœlestem & ecclesiam primo genitorū. Virgā uirtutis emittet dominus ex Sion. Virga aliquando quidem castigat & beneficio affi cit, aliquando autem consolatur, & est signum regni. Et quòd sit utrunque, audi prophetam dicentē. Virga tua & baculus tuus ipsa me cōsolata sunt. Psal. 22. Et rursus, Reges eos in uirga ferrea, tanquā uasa fi- Psal. 2. guli confringes eos. Et Paulus, Quid uultis in uirga 1. Cor. 4. ueniam ad uos, an in charitate, & spiritu lenitatis? Vidisti quomodo sit uirga castigationis: Vide quomodo sit etiā regni. Dicit enim Esaias, Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et Dauid, thronus tuus deus in sæculum sęculi, uir Esa. 11. ga rectitudinis uirga regni tui. Virgā. n. hic uocauit Psal. 44. uirtutem, cum qua Discipuli orbem terræ obierūt, mores corrigentes, & à quodam alieno à ratione uitio deducentes ad hominum naturam rationis cōpotem. Euntes, inquit, docete omnes gētes. Habuit Matt. 28. etiam Moses uirgam, sed cum suscepit dei operatio Exod. 4. nem, per quam operabatur in omnibus. Et illa qui Exo. 14. dem diuisit fluuios. Hæc autem fregit impietatem totius orbis terræ. Neque uerò aberraueris, si crucē quoque domini uoces uirgam uirtutis. Hæc enim uirga mare & terram conuertit, & magna potestate repleuit. Cum hac uirga egressi Apostoli per uniuersum orbem terræ, omnia illa fecere. Hanc gestātes omnia perficiebant, sumpto principio à Hierusalem. *Et dominare in medio inimicorum tuorum.* Vide prophetiam ipso sole clariorem. Quid est autē, dominare in medio inimicorum tuorū? Pro eo quod est, In medijs gentibus, in medijs Iudæis. Ita enim plantatæ sunt ecclesiæ in medijs urbibus, ita uicerunt, & superiores euaserunt. Hoc est præclaræ uictoriæ argumentum, qđ in medijs hostibus altaria erexerint, quòd tanq̄ oues & agni essent in medio luporum. Hoc enim eos quoque mittens, dicebat. Ecce mitto uos tanquàm oues in medio luporum, Mat. 10. quòd non est quidem minus priore miraculo. Nō est enim minus, eos qui ouium locum obtinent, lu

Gpos uincere, quàm eos qui sunt in medijs intercepti, esse superiores. Quinetiam multo est maius eos qui erant numero duo decim, ad se uniuersum orbem terræ attraxisse. Et dominare in medio inimicorum tuorum: Non dixit, uince in medio inimicorum tuorum, sed, Dominare, ut ostenderet non eri gi trophæum fusis in acie hostibus, sed ex iussu significari dominum. Ita enim uincebant Apostoli Christum in se habentes, omnia facientes tanquã ex imperio, Vnde etiam erat eis omnis domus aperta, & qui credebant, erant quouis seruo obedientiores, facultates suas uendẽtes, & earum pretia ponentes ad pedes Apostolorum, & nec ad usum quidem suum audentes aliquid accipere, eósque adeò magnifaciebant ut ne se quidem eis auderent adiũ gere. Non solum autem habebant tãtum uirtũ in fidelibus, sed etiam i infidelib. Quodnam enim est, dic quæso, serui indicium? an non id facere quòd iubet eius Dominus? Quòd autem signum Dominí? An non ea i seruis perficere quæ uelit? Quinam ergo perfecerunt ea quæ uoluerunt in Regibus & Principibus? An non Apostoli? Manifestum est. Reges enim & Principes uolebant tenere orbem terrę in impietate. Iubebant. n. colere dæmones, contra aũt Apostoli, fiebat autem quòd uolebant. Quòd si mihi dicas carcerem, flagella, & tormenta, dicis mihi maiora dominia. Quomodo, & quanam ratione? Quòd quanuis hæc fierent, fiebat tamen nihilo secius quod uolebant. Non enim lege multorum Dominorũ, sed uirtute hoc sibi ascíuerũt dominium, quòd nullo externo indiget, sed dum omnium petitur insidijs, resplendet. Illos enim dominos serui paratis insidijs sępe de medio sustulerũt: quoniã erat impfectũ & ibecillimũ dominiũ, hoc autem non potuerunt extinguere, sed insidias molientes id longè clarius reddidere. Quis fuerit igitur dominus præclarior, is ne qui innumerabilib⁹ opus habet auxilijs ut seruos in officio contineat, an qui est liber ab ijs omnibus, & eos qui sunt sub suo dominio pro sua potestate tractat, & fert & agit? Clarum est hunc esse pręclariorem. Domini. n. qui hoc obtinent, multorum dominium, nisi leges habeant opitulantes, & eos iuuet quod in ciuitatibus habitant, sępe cum dominio uitã quoque amiserint. Paulus autem & in solitudinibus & ubique suum ostendebat dominium. Vis etiam uidere ipsum clariorem Regibus? Tulit leges per uniuersum orbem terræ, & Regum relictis legibus, illius scriptis obtemperabant. Et alioqui illi quidem in corpora: hi uerò in animum dominium obtinebant. Quis ita seruus domino, uel qui sub Regis ditione est, Regi cum tanta beneuolentia paruit, ut fideles Paulo tantum scribenti literas? Quis dixerit eorũ desiderium & uehementem pro eo æmulationem, cum uel ipsos oculos essent parati effodere? Quis tales unquàm seruos habuit? Quæ omnia Prophe-

Collos. 1.

Actо. 3.

Actо. 5.

H

Rom. 1.

I

Actо. 13. 14. 17. 18.

Galat. 4.

ta mente agitans, quomodo fideles quidem subiũ xerunt, erant autem terribiles infidelibus, eos per uim expellentes, & quomodo Christus p ipsos obtinebat imperium, non dixit solummodo kyrieue, hoc est, Dominare in medio inimicorum tuorum, sed, catakyrieue, hoc est, Dominatum obtine, uehemens & amplum dominium significans. Et hęc cũ uiderent hostes, nihil facere poterant, etsi leges secum haberent, lictores, & omnem potestatem, sed erant hi potentiores propter eum qui in ipsis habitabat. Hic per ipsos dominatum obtinuit. Non solum dominatus est, sed etiam acrem & uehementẽ in eos dominatum obtinuit. Propter eum enim q in eis habitabant, & ignem, & ferrum, & bestias, & omnia alia confidenter adibant. Ad omnia enim cum eis erat Christus, qui etiam tanquàm in alienis corporibus decertantes, & liberi ab omni molestia rerum ad uitam pertinentium, ita gaudebãt, & ita exiliebant, à Christi dominio occupati, non pecuniæ, nõ corpori, non uitæ prędenti parcentes. Et hæc quidem faciebant, qui aliquando fuerant hostes aduersarij, sed inuicta Dei potentia non solum eos liberauit ab inimicitijs, sed etiam in tantã deduxit seruitutem & necessitudinem. Quamobrẽ etsi dicatur pater, ponere inimicos sub pedibus suis, non ita dicitur sicut dixi, tanq̃ filio nihil agente. Vniuersum enim ab unigenito factũ est, sed ut, sicut prius dixi, Patrem & filium unum esse deum intelligas, seruata unicuique sua proprietate, & ne esse duos existimes ingenitos. Quòd enim quod factum est totum ab eo factum sit, considera ex ijs quæ iam facta sunt. Nec uerò quæ dicta sunt, humano tantum more intellige, magna enim sequeretur absurditas. Vt autem tu quoq; intelligas, audi ea quę sum dicturus. Ex hominibus alii quidem facti sunt amici, qui prius inimici fuerant. Alij uerò adhuc manent inimici. Cæterum quòd inimicos quidem ipse amicos fecerit, & Paulus significat, dicens. Quãdo tradiderit regnum Deo & patri, significat etiam seruator, ei apud crucem dicens. Ego te glorificaui in mũdo, opus perfeci quod dedisti mihi ut faciam. Subiicere autem inimicos fuit patris. Atqui illud quidem est hoc maius. Neq; enim sunt paria eos qui manent inimici punire, & eos q sunt inimici amicos efficere. Sed neque filius ideo minor est patre, nec propterea pater est minor filio. Vt autem scias quòd illa quoq; sunt filii, quemadmodum hæc patris, audi. Discedite à me maledicti in ignem ęternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius, & qui Angelos quidem mittit ut colligat ziz a nia, est unigenitus, & uidemus eum esse ubiq; qui punit diabolum. Hoc etiam ipsi dęmones confitẽtur dicentes. Venisti huc ante tẽpus torquere nos. Ipse est ergo qui eos est torturus. Vides quòd etiam si quę fiunt, dicantur à patre fieri, sunt tamen facta filii. Quòd autem filii quoq; facta sint patris, audi rursus eum dicentem. Nemo uenit ad me, nisi pater qui me misit, traxerit eum. Et rursus, Nemo potest uenire ad patrem, nisi per me. Nõ sunt ergo hæc humano more accipienda. Nam illud quoque, Inimicos tuos, ita est accipiendũ, non tanquàm eius solius inimicos significet. Qui enim non honorat filium, inquit, nec patrem honorat. Quare Iudæi nõ sunt eius tantum inimici, uerum etiam patris. Quo circa eis etiam attulit exitium, & ciuitatem eorum diruit & euertit funditus, etsi non statim post crucem, & longum eis tempus dedit ad pœnitentiam, si modo uellent resipiscere, & emisit Apostolos ut cum per ipsos eius didicissent potentiam, uel serò tandem conuerterentur. Cùm autem esset eorum morbus immedicabilis, eis colophonem malorũ imposuit, & ea quoque ratione eos rursus uocans ad pœnitentiam, ut cum à ueteri forma reipublicę exciderint, uel in ipsa rerum necessitate ad ueri-

K

Matt. 28.

Actо. 5.

L

Io. 1. 1 3

M

Mat. 8

Io. 6

Io. 14

Io. 5.

Matt. 23. 24

A tatem deducantur, cũ & eum quem probris & iniurijs affecerunt uideant ubiq; adorari, & sua omnia misere corruisse. Quando autem ne sic quidem meliores euaserint, tunc tandem ut quibus nihil super sit ueniæ, in immortale detrudentur suppliciũ. Cùm autem audis scabellum, ne putes eum dicere aliquid sensile, sed ipsam subiectionem. Quòd autem ei subiicit, clarum est ex eo quod subiungitur. Recte autẽ sic dicit. Quia enim est unus thronus, unum quoq; est scabellum. *Tecum principium in die uirtutis tuæ.* Quoniam dixit superius, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, nequis existimaret esse imbecillum filium, & opus habere operatione sicut & quempiam ex Apostolis, audi quomodo affert remedium huic suspitioni, dicẽs, Tecum principium in die uirtutis tuæ. Quid est, te cum principatus? In te, inquit, est principatus, qui nõ postea accesit, sed in te est perpetuò, quod etiã Esaias similiter significans dicebat. Cuius principatus eius super humerũ eius, hoc est, In ipso, in substantia eius, in natura eius. Quòd quidem nõ inest

Principiũ ἀρχὴ Principatus.

Esa. 9

B in regibus. Principatus enim eorum est in multitudine exercitus. Quod non erat in Apostolis. Nam ipsorum quoq; principatus fuit operatione eis importata extrinsecus. Ipse autem habuit principatũ in natura, in substantia, ut qui non eam acceperit posteaquàm fuit genitus, nec extrinsecus importatam aut aduentitiam possederit, sed ita sit genitus.

Io. 28.

Et ideo de regno quoque interrogat⁹ dicebat. Ego ad hoc natus sum, & ad hoc ueni. Tecum principatus in die potentiæ tuæ. Non hęc autem solum quę dicta sunt significat illud, Tecum principatus, sed etiam alia, utpote nõ esse eius principatum in alio, cum esse perpetuũ & immortalem. Homines enim is uel uiuentes sæpe deserit, et si non uiuentes, certè omnino mortuos, imò uerò, quod magis est, ne dũ uiuũt quidem est cum eis, sed, ut iam dixi, in exercitibus, & satellitibus ac corporis custodibus, in magna ui pecuniæ, mœnibus, & aliis omnibus. In Deo autem non modo non ita est, sed in ipso est, &

C perpetuo, & quemadmodum fieri nõ potest ut nõ sit eius substantia, ita ẽt ut non sit regnũ. In die potẽtiæ suę. Diẽ potẽtię potes dicere, & diẽ q iã fuit, & diem qui futurus est. In utroq; enim maxima ostẽditur potentia. An non tibi uidetur esse maximum potentiæ argumentum, quando per mortem mors deletur? quando portæ æneæ confringuntur, quãdo peccatum aboletur, quando maledictum solui tur, quando uetera omnia mala euertuntur, & alia noua bona introducuntur. Quid enim potest cum hac cõferri potẽtia, siue consideres miracula, siue pulcherrima facinora? Mortui excitabãtur, leprosi mũdabãtur, dęmones expellebantur, mare refręnabatur, peccata soluebantur, paralytici adstringebãtur, paradisus aperiebatur, petræ rumpebantur, uelum descindebatur, radii solis auertebãtur, & tenebræ uniuersum orbem terræ occupabant, corpora sanctorum qui dormierant excitabantur, latro in ueterem patriam reuertebatur, aspides cœli aperiebantur, quę conculcata fuerat natura supra cœlum cœli sustollebatur, & qd est his maius, in thro no sedebat regio, assistentibus ei Angelis & alijs potestatibus, omne uitium fugabatur, uirtus reducebatur, spiritus gratia dabatur, piscatores, publicani, & constructores tabernaculorum ora philoso-

Heb. 2.

Mat. 8. 11 14. Luc. 8 Hebr. 9 Mat. 27 σπουδ. Luc. 22

phis obstruebãt, oratorum linguam præpediebãt, dæmonum euertebant tyrannidem, gentilium altaria, templa, festa, & publici conuentus aboleban tur, nidor & fumus & impia sacrificia omnia p uim exigebantur, uates, præstigiatores, Aruspices, & uniuersa diaboli officina fugiebant, ecclesiæ ubique terrarum germinabant, chori uirginum consistebant, & Monachorum ordines, cum ciuitatibus de sertum quoque implebatur pietate iustorúmque & sanctorum uirorum stantes chori supernis Angelorum potestatibus in modulato concentu respodebant, & populi Martyrum, & cateruę confessorũ ubiq; terrarum plantabantur, uirtutis erat faustus cum facilitate successus, barbarorum gentes docebantur philosophiam, & qui erant uel feris immaniores, uel cũ ipsis Angelis in institutione uitę suæ contendebant, & quantum terræ sol respicit, tantũ uerbum peruasit post crucem & resurrectionem. Quæ omnia apud se cogitans propheta, dicebat, Tecum principatus in die uirtutis tuæ. Quòd si ue

D

E

lis futurum quoq; diem uidere, & scire quomodo ille etiam dies est eius potentię, cogita apud te quã tum sit uidere cœlum contrahi, & uniuersam natu ram quæ interiit resurgere, & nutu omnes adesse, diabolũ pudore suffundi, & dæmones demisso capite terram intueri, iustos coronari, unũquenq; da re rationẽ suorum delictorũ, & pro recte factis accipere præmium, esse alterius uitæ constitutionem, non enim amplius mors, morbus, & senium, non amplius paupertas, probra, & insidię, non amplius domicilia, & ciuitates, artes & nauigationes, non amplius uestium amictus, cibi & potus, tecta & cubilia, mensæ & candelabra, non amplius insidiæ, pugnæ, & iudicia, non amplius matrimonia, dolorésque pariendi, & partus, sed hæc omnia tanquã puluis iactatus euanescunt, & alius quidam præstantior uitæ status redditur, cum concedatur corpori ut sit ab interitu alienum, immortale, & magna sit potestate præditum. Quæ quidẽ Paulus significans, dicebat, Præterit figura mundi huius. Quòd si nõ adhibes fidem iis quæ dicta sunt, quoniam ea non uides præsentia, ex præsentibus sume argumẽtum de futuris. Peruade ratione uniuersum orbem terrę, terram, mare, Gręciam, Barbariam, terram habitabilem & inhabitabilẽ, urbes quæ sunt in terra, insulas quæ in mari, montes denique & nemora: & cum uideris ubique Christi relucere potẽtiam, omnesq; præstantissimum eius nomen prędicare, reputa apud te quòd qui tot & tanta potuit, is est etiam futura pollicitus. Quod si ex parte quoq; uelis argumentum sumere: cogita quanam de causa uniuersus orbis terræ concurrit ad uidendum se pulchrum quod caret corpore: quænam potestas trahit eos qui habitant in extremis finibus terræ, ut uideant ubi natus est, ubi sepultus est, ubi fuit, crucifixus. Considera quantæ sit potentiæ signum ipsa crux. Hæc enim crux antea erat mors execranda, mors opprobrij & ignominię plena mors oium turpissima. Sed ecce nunc ipsa uita euasit honorabilior, & coronis splendidior, & omnes eã in fronte circunferimus, non solum non erubescentes, sed ea etiam gloriantes, Non solum priuari, sed & qui sunt ipsi diademate redimiti, ea potius gestant quã diadema. Et merito quidem, est enim innumerabilibus diadematibus melior. Diadema enim ornat

F

1. Cor. 7

Deut. 21. Col. 1. 2.

Gal. 6

G caput. Crux autem munit mentem. Ea dæmones
Col. 2 ulciſcitur, ea tollit morbos animæ, ea eſt armatura inuicta, ea murus inexpugnabilis, ea eſt munimentum inſuperabile quæ non ſolum barbarorũ irruptiones & incurſiones hoſtiũ, ſed ipſorum etiã immanium dæmonum phalanges perrumpit. *In ſplendoribus ſanctorum.* Alius, In decore ſancto. Alius In gloria ſanctorum. Adhuc loquitur de die & præſenti & futuro. Splendorem autem hic dicit, ſanctorum pulchritudinem. Quid eſt enim Paulo ſplendidius? Quid Petro inſignius? qui uniuerſum orbem terrarum peruaſerunt, uel ſole clariores, pietatis ſemina deijcientes. Perinde enim acſi fuiſſent Angeli qui è cœlo deſcendiſſent, ad eos omnibus non dabatur aditus. Hoc oſtendens qui librum actuum compoſuit, dicebat, Nemo audebat ſe cõiungere eis.
Act. 5 etenim ipſorum ueſtes erãt plenæ magna gratia, &
Ibid. umbræ corporum magnam oſtendebant potentiã.
Act. 19. Quòd ſi hic tales erant, cogita mihi eo die quando ab interitu aliena corpora acceperint, quando immortalia, quando omnem qui uidetur ſplendorẽ
H ſuperantia, qui nam erunt ij, & qui fuerint eis ſimiles? Prophetæ & Apoſtoli, & iuſti & Martyres, & cõfeſſores, & omnes qui per optimam uitæ inſtitutionem in fide Chriſti fuere inſignes? Cogita mihi illos populos, lampades, radios, gloriã, decorem, lętitiam, feſtum celeberrimum. Quiſnam hæc explicabit? nulla quidem oratio, ſed ſola experiẽtia aperte docebit eos qui hoc ſpectaculo digni fuerint tãtum ſplendorem, perinde enim euenturũ exiſtimo acſi multi ſoles in cœlo fulſerint, uel ſi frequentia fulgura, uel potius quodcunque dixero, contendẽs oſtendere illam pulchritudinem, minimè potero dicere pro rei dignitate. Sunt enim hæc omnia exẽpla corporalia. Splendor autem, & quæ tunc illic futura eſt gloria, omnem eiuſmodi pulchritudinẽ longo interuallo ſuperabit. Non ſolum enim erunt
1. Cor. 15. ab interitu aliena, & immortalia corpora, ſed tunc etiam induentur gloria ineffabili. In ſplendoribus ſanctorum. Vt oſtendat eum non ſolum eſſe terribilem, oſtendit eius manſuetudinem & beneficentiam, dicens, In ſplendoribus ſanctorum. Et hoc eſt
I illius potentiæ, eos adeò claros reddere. Quod Pau
Phil. 3. lus quoque ſignificans, dicebat. Qui transformabit corpus humilitatis noſtræ ut ſimus cõformes corpori gloriæ ſuæ. Deinde quoniam rem dixerat magnam & ineffabilem, ſubiunxit. Secundum operationem qua poteſt omnia ſibi ſubijcere. Ne quę-
Pſal. 113. 134. ras inquit, quomodo & quanam ratione. Poteſt. n.
Sap. 12. quæcunque uult. Sed quare non dixit, In ſplendore ſanctorum, ſed, In ſplẽdoribus? Quia multa ſunt & diuerſa præmia. Alia eſt enim gloria ſolis, & alia
2. Cor. 15. gloria lunæ, & alia gloria ſtellarum. Stella enim â ſtella differt in gloria, ita erit, inquit, etiam reſurrectio mortuorum. Et Chriſtus. In domo patris mei
Io. 14. manſiones multæ ſunt. Et ideo ſplẽdor ille finem non habet, neque enim cedit nocti, nec locum dat tenebris, ſed cum ſit magnus & ineffabilis, & hunc qui uidetur longè ſuperans, habet etiam hoc maximum, quod finem non ſuſcipit. Quod quidem eſt ineffabilis regis poteſtatis quòd corpora quæ erãt interitui obnoxia, caduca & fragilia, in tantam potentiam & uirtutem deduxerit. Deinde quoniã magna quędam dixit, & magnarum rerum ſpe audito rem erexit, oſtendit hæc quoque iure fieri. quoniã qui hæc facit, talis eſt & tantus, qui eſt eiuſdem cũ K
patre ſubſtantiæ. Illud enim ſignificans, ſubiunxit. *Ex utero ante luciferum genui te.* Sed q quæ dicta ſunt ad ſuum ſenſum conuertunt, dicunt hæc dicta eſſe de generatione carnis. Quomodo ergo, dic quęſo, ante luciferum? Ita dixit noctem qua natus eſt, natus eſt enim ante diluculum. Sed hoc non eſt dicere quod quæritur, neque hoc dixit gratia hiſtoriæ, & alioqui ne poſſunt quidem oſtendere, quòd id quod docuerũt Euangeliſtę, hoc dixerunt prophętæ, q maxima ex parte obſcure loquũtur. Hic ergo illud, Ante luciferũ, non dicit, Ante ortum luciferi, ſed ante naturã, antequàm factus eſſet lucifer. Scit enim ſcriptura hæc diſtinguere, quando dicit ante naturam, & quando ante operationem, ut quãdo
Sap. 16. dicit. Oportet prœuenire matutinum ad tui gratiarum actionem, & ante ortum lucis te interpellare. Hic enim dicit matutinum. Non dixit enim, Ante Solem, ſed, Ante ortum. Nõ ante naturam, ante naturam enim ſolis nihil factum eſt, ſed, Ante ortum Solis, ut ſignificaret diluculum. Alicubi autẽ quando dicit de eius natura, non dicit, Ante ortum, ſed, L
Pſal. 71. Ante Solem, ut quando dicit. Et ante lunam gene-
Ibidem. rationis generationum. Et rurſus. Ante Solem permanet nomen eius. Quẽadmodum ergo aliud eſt, Ante Solem, & aliud, Ante ortum Solis: hoc. n. operationem Solis & mane ſignificat: illud uerò naturam: ita etiam hic, Si uoluiſſet ſignificare noctem, non dixiſſet, Ante luciferum, ſed, Ante ortum luciferi. Et alioqui Chriſtus quoque hũc Pſalmum accepit non de humanę carnis ſuſceptione, ſed de generatione per ſpiritum. Cùm enim dixiſſet Iudæis,
Matt. 22. Quid uobis uidetur de Chriſto, cuius eſt filius? Poſt quàm dixerunt, Dauid, ſubiunxit Pſalmum, dicẽs. Quomodo ergo dicit Dauid, Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis. Si ergo dominus eius eſt, Quomodo uos dicitis quod eſt ei filius? Quid eſt ergo quod dicitur? Veram & germanã hic oſtendit generationem. Quid ergo, eſt ſolum ante luciferum? Nequaquàm. Nam dicit etiam alibi. Ante lunam thronus eius, & non ſolum ante lunam, nam
Pſal. 71. Pſa. 89. de patre quoque dicit. Antequã montes fierent, &
M formaretur terra & orbis terrarum, & à ſęculo & in ſæculum tu es. Non à ſæculo ſolum, ſed etiam ante ſæculum, neque enim eſt uſque ad ſæculum, ſed in infinitum. Ne offendaris autem in dictionibus, ſed ſuſcipe intelligentiam quæ deo conueniat. Vide autem prophetæ ſapientiam. Cùm pſalmum exorſus eſt, non ſtatim dixit in principio, Ex utero ante luciferum genui te, Sed cum prius prędara eius facta oſtendiſſet, & ipſum per opera prædicaſſet, poſtea
Io. 10. ex domino eius dignitatem oſtendit. Ita etiam dicebat ipſe. Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere. Sin autem facio, etſi mihi non credatis, operibus credite, ut cum didiceris, quòd qui ſedet ad dexteram patris, qui dominus appellatur ut pater, qui ſecum habet principatum, qui talem efficit ſplendorem, qui inter gentes dominatum obtinet, ne conturberis ſi audieris eum eſſe filium etiã ante uniuerſam creaturam. Iure autem admirandus eſt propheta, quomodo illa quidem ex dei perſona, hæc uerò ex ſua perſona loquitur. Illud enim, ſede à dextris meis, & illud, Ex utero ante luciferum genui te, quæ eius ſuperabãt altitudinem, ipſum deũ introducit dicentem, alia autem ipſe refert. Vide au-

A tem quanta utitur proprietate dictionis. Suffeciſſet quidem dicere, Genui te: ſed propter eos qui humi ſerpunt, ut ueram & germanam oſtenderet generationem, huius quoque dictionis meminit, & quem admodum cum dicit manum, non dicit ut manũ ſuſpicemur, ſed ut intelligamus faciendi operis poteſtatem: ita etiam uteri meminit, ut ueram eſſe & germanam natiuitatẽ oſtendat. Deinde uolens cõponere prophetiam in figura Iudicis, ad eum uerba facit, quod quidem eſt uehementiſſimi amoris, & inſignis gaudij, & animæ quæ à diuino ſpiritu occupatur. *Iurauit dominus, & non pœnitebit eum. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec.* Vides quomodo ad id qd eſt humilius deduxit orationem, aliquando quidem de diuinitate, aliquando uerò de humanitate differens, quod etiã faciũt Euangeliſtę, ut utrinque conſeruetur dogmatum ac decretorum perfectio: Et quare dixit, ſecundum
Ge. 14. ordinem Melchiſedec? Et propter ſacramẽta, quòd
B ille quoque panem & uinum Abrahæ obtulerit: &
Hebr. 7. quòd hoc ſacerdotium ſit à lege liberum, & quòd neq; finẽ, ſicut dicit Paulus, nec principiũ habeat. Quod enim ille in umbra habuit, hoc reuera fuit in Ieſu, et quemadmodum nomina præceſſerunt, ſi cut Ieſus Chriſtus: ita hoc etiam. Neque ergo uidetur habere dierum principium, neque finem uitæ Melchiſedec, non quod non habeat: ſed quòd id
Io. 8. non ſit relatum in eius genealogiam. Ieſus autem
Hebr. ult. neque principium dierum, nec uitæ finem ha-
Io. 12. buit, non eo modo, ſed quòd nec in ipſo ſit omnino principium temporale, nec finis. Illud enim erat umbra: hoc ueritas. Quemadmodum ergo cũ Ieſum audis, non eum qui uerè eſt Ieſus ſuſpicaris, ſed nominis ſolam figuram ſuſcipis, & nihil ultra requiris: ita cum audis Melchiſedec, qui neque habet principium, nec finem, ne id quæras in rei ueritate, ſed tibi ſufficiat ſola appellatio, ueritatem autem in Chriſto ediſce. Iuſiurãdum autem quando audieris, ne putes eſſe iuſiurandum. Quemadmodum enim ira in deo ira nõ eſt, ſed eſt uis puniẽdi, & non perturbatio animi: ita etiam iuſiurandum.
C Deus enim non iurat, ſed id dicit, quod omnino futurum eſt. Poſtquàm ergo dixit ſplẽdorem ſanctorum, poſitos eſſe inimicos ſub pedibus eius, diem eius uirtutis: dicit deinceps præſentia. Vide autem quonam ordine utitur in oratione, durum auditorem molliens. Cùm prius enim terruiſſet loquendo de iudicio, & duritiẽ eius ac obſiſtẽtiã emolliiſſet, introducit ſermonem de præſentibus. Propterea talẽ talẽ adhibet miſtionẽ. Conſidera autem. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Hoc dicit de futuris. Deinde de præſentibus. Virgam uirtutis tuæ emittet dominus ex Sion. Dominare in medio inimicorum tuorum. Deinde futura. Tecum principatus in die uirtutis tuæ in ſplẽdoribus ſanctorum. Deinde rurſus præſentia, quæ non habẽt amplius punitionem, ſed beneficentiã. Tu es ſacerdos in æternum ſecũdum ordinem Melchiſedec. Hoc eſt enim peccati deletio, & cum deo reconciliatio. Deinde cum in eis quãtum uoluit in ſtitit, attingit rurſus humanitatem, ad id quod eſt humilius orationem conuertens & dicens *Dominus adextris tuis.* Atqui ſuperius dixeras eũ ſedere à dextris patris. Vides quomodo non temere utitur dictionibus. Quid eſt, Dominus adextris tuis? Quoniam humanitatis ſuſceptæ œconomiã attigit, ad D
carnem conuertit orationem, quæ auxilium ſuſcipit. Videtur enim angi, affligi, & ſudare, & ita ſudare ut guttæ ſanguinis defluant: & rurſus confirmari. Talis eſt. n. natura carnis. *Confringet in die iræ ſuæ Reges.* Non aberrauerit qui hoc dixerit dici de præſentibus qui inſurgunt aduerſus eccleſiam, & de ijs qui pro peccatis & maleficijs ſuis ſunt pœnas daturi. *Iudicabit in gentibus, implebit ruinas.* Quid eſt,
Io. 12 Iudicabit, in gentibus? Iudicabit, inquit, dęmones.
Ibid. Et quòd iudicauerit audi Chriſtum dicẽtem. Nũc eſt iudicium mundi huius. Et rurſus. Nũc princeps mundi huius eiicietur foras. Et alibi. Et ego quando exaltatus fuero, omnes traham ad meipſum. Quòd ſi uſus eſt dictione quæ paulo magis ad ſenſum pertinet, ne offendaris. Hoc eſt enim familiare ſcripturę. *Conquaſſabit capita in terra multorum.* Si hoc quidem uelis accipere anagogice, dixerit quiſpiam eum eſſe deiecturum faſtum & arrogantiam. Quòd ſi etiam ita accipias ut cadat ſub ſenſum, Iudaicã calamitatem, quos cum uehementia maxima euer E
tit fundit. *De torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput.* Hic oſtendit humilem ac uilem eius uiuendi rationem, quòd nullum faſtum aut tumorem præ ſe ferens, nullis ſtipatus ſatellitibus, nec ſenſili aliquo aut externo apparatu munitus, hæc fecerit, ſed tenuem uictum perſequens, & adeò tenuem ut extorrẽte biberet. Qualis enim erat ei mẽſa, talis fuit quoque potus. Meſa panes hordeacei, potus aqua de torrente. Venit enim hanc philoſophicam uiuẽ Matt. 14.
di rationem docturus, nempe uẽtri imperare, & faſtum auerſari. Deinde oſtendens quod ſit huius uitæ emolumentum, ſubiunxit, Propterea exaltabit caput. Humilitatis enim uitæq; auſterę hic eſt fructus. Hæc autem non dicta ſunt de diuinitate, ſed de carne quæ bibit ex torrente, quæ fuit exaltata: non modo enim nihil ei detrimenti attulit hæc tenuitas, ſed etiam ad ineffabilem euexit altitudinẽ. Et tu ergo, ò dilecte, qui hæc exempla habes tibi propoſita, uitam quidem, luxuriante faſtuq; & põpa extrinſecus repletam contemne, tenuem autem F
ac facilem & minimè exquiſitam perſequere, ſi uis eſſe clarus & magnus. Dominus enim tuus ideo uenit, ut hanc te uiam doceret. Quocirca propheta quoque, cũ prędara eius facta narrauit, hoc ipſum ſubiunxit, propè dicens. Cũ uictoriam & trophæa audieris, ne ſpa te uiſurũ arma, currus, & milites: eſt adeò humilis qui hæc facit, adeò frugi & abſtinẽs, ut ex torrente aquam bibat, & tamen qui eſt eiuſmodi, hæc omnia perficiet. Audiant ergo qui ſibi menſas apponũt Sybariticas, epulasq; & condimẽtorum omne genus excogitant, & uaria coquorum genera undique colligunt, nautáſque gubernatores & remiges diligunt ut externa quædam uini & unguentorum genera, & alias eiuſmodi delitias importent, & ſeipſos in ipſum barathrum præcipitẽt, & euadant omnium abiectiſsimi. Neque enim excelſum quid conſueuit facere quod pluribus indiget, nec humile quidquã cui pauca deſunt. Si uultis autem, effingamus utriuſque imaginem, & ſit quiſpiam qui habet multos ei undique ſuppeditãtes, nautas, & gubernatores, miniſtros & artifices, textores & phrygiones, bubulcos & paſtores, equiſones & muliones, & quæ ad cultum & uictum pertinent, in omnibus ei ſuppetant. Alter autem nihil

G eorum habeat, præterquàm solum panem & aquã & uestem unicam. Quis est in his excelsus? Quis ue rò humilis? An nõ clarum est, quòd qui unicã habet uestem? Is enim uel ipsum Regem poterit despi cere. Ille autem est seruus omnium qui hęc prębẽt, se demittens, blandiens, oẽs obseruans, timens ne siquis eum reliquerit, in rebus maxime necessarijs detrimentum accipiat. Nihil enim eque reddit seruum sicut multis egere, sicut etiam liberum re una tantum opus habere. Hoc ipsum uideri potest in brutis. Quid enim prodest asino multis sarcinis onusto, etsi eis fruatur millies? Quid autem nocet alij libero ab his omnibus, si necessarium alimentum suppetat? Et ideo Christus reddens suos discipulos magni & excelsi animi, qui erãt cum uniuersо orbe terraum locuturi, omnibus eos curis liberauit, alatos efficiens, quouisq; adamãte firmiores & constantiores reddens. Animæ enim nihil tãtas addit uires, ut ab eis esse liberum, nihil eam adeò eneruat & imbecillam efficit, ut eis constrictam teneri. Quemadmodum enim non potest dolor hic
H cito inueniri: ita nec illic uoluptas. Ille enim habet multos fœuos immanésque dominos & dominas. Hic autem nulli quidem seruit, omnibus autẽ imperat, radijs solis secure fruens, & aeris aura iucundè uescens, & qui ei molestiam exhibeat non habens, non eum uexat & agitat ira, non inuidia, non maleuolentia, non eũ curæ extabefaciũt, non ęmulationes, non uana gloria, non superbia, nõ aliqd aliud eiusmodi, sed sicut portus aliquis tranquillus, & liber à fluctibus, ita est affectus eius animus & iter in cœlum facile ingreditur, ut quẽ nulla res præsens remoretur. Vt ergo nos quoque hac securitate fruamur, & in præsenti uita tranquillitatem, & in peregrinatione facilitatẽ consequamur, hanc uitam persequamur, ut bona quoque æterna adipiscamur, quæ omnem rationem mẽtem & cogitationem superant. In Christo Iesu domino nostro. Cui gloria & potentia nunc & semper, Amen.

Esa. 64. *1. Cor. 2.*

IN CX PSALMVM.

Onfitebor tibi domine in toto corde meo. Quid
c est, In toto? Cum omni promptitudine & animi alacritate, attente & diligenter, liber
I ab omnibus curis earum rerum quę ad hanc uitã, pertinent, sublimísque & erectus, & expediens animam à uinculis corporis. In corde, non in uerbis tantum, nec in lingua & ore solummodo, sed cum mente & cogitatione. Ita etiam Moses legem ferens
Deut. 6. dicebat. Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota mente tua. Confessionem autem hic mihi uidetur dicere gratiarum actionem, lau-
Ps. 33. 61. 144. dabo, inquit, agam gratias. Totam enim uitam in hoc consumpsit, ab hoc exorditur, & in hoc desinit. Perpetuo enim fuit hoc eius munus, pro ijs quę & ipse & alij acceperãt beneficijs gratias agere. Deo enim nihil æquè ac hoc postulat, hoc est sacrificiũ, hoc oblatio, hoc est pij & grati animi signum, hoc uulnus infert diabolo, ex hoc coronabatur beatus Iob & prędicabatur, quòd cum tẽtationes essent illatæ innumerabiles, & uxor quoque eum supplãtaret, non auersus est, sed deo de oibus egit perpe-
Iob. 1. 9. 10. 12. tuo gratias, nõ solũ quãdo fuit diues, sed ẽt quãdo erat paup, nõ quãdo erat sanꝰ, sed ẽt quando caro scatebat ulcerib. nõ quãdo eis res oẽs ex aĩ sententia succedebant, sed etiam quãdo grauis illa tempestas in uniuersam eius domũ incubuit, & in ipsam quoq; E
naturã corporis. Hoc est enim grati in primis animi, in rebus aduersis & afflictionibus Deo ppetuo habere & agere gratias. Quod quidem ipse quoq; innuens, declarauit per ea quæ cõsequuntur. Quia enim multi homines, dum res quidem sunt lætæ, agunt gratias: siquid autem secus eueniat, afflictantur, sunt etiam qui quæ fiunt reprehendunt: ostendens id non fieri ex natura eorum quæ accidunt, sed ex deprauato & corrupto animo, subiunxit, dicens. *In consilio iustorum & congregatione magna opera Domini.* Hoc dixit, ostendens opus esse, & iudice & conuentu nõ corrupto ad iudicium, & clarum erit magna esse Dei opera, esse magno miraculo plena. Sunt enim uel per se magna, non ostendens autem esse magna, nisi rectum iudicem habeant. Nanque Sol quoq; per se clarus est & lucidus, & uniuersum orbem terrę illustrat: sed ijs quorum oculi laborãt non est talis. Atqui Sol non est in culpa, sed est uitium illorum imbecillitatis. Quando ergo uideris aliquem Dei opera accusantẽ, ne propter illius improbitatẽ Dei opera calũnieris, sed illius ignorantiæ maximum iudicium accipe ex Dei prouidẽtia. Quemadmodum enim qui Solem dicit tenebricosum, astrum non uituperauit, sed suæ ipsius cæcitatis argumẽtum protulit, & qui mel amarum nominat, nõ illius obscurat dulcedinem, sed de morbo quo laborat fert sententiam: ita etiam qui Dei opera reprehẽdit, & quemadmodum hic quidem nec eis, nec quæ de illis habetur existimationi quidq; detrimenti intulit: sed amentiam suam maximè arguit: Ita qui de Dei operibus rectum non habẽt iudicium, ne miracula quidem sciũt quæ facta sunt, quemadmodum siquis sit incorrupto & nõ depraua to animo, stupebit unumquodque eorum quæ uidẽtur esse grauia & difficilia. Quid enim eorum quæ fiunt non est admirabile? Si uelis autem, alijs prætermisis ueniamus ad ea quæ uidẽtur esse multis molesta & grauia, mortem, morbum, paupertatem, & quæcunq; sunt eiusmodi. Siquis enim fuerit recto corde, ea non difficiliter susciplet & mirabitur. Etsi enim mors ex peccato ingressa est, tanta tamen & tam insignis fuit Dei clementia, cura, & prouidentia, ut eam in nostri generis utilitatem conuerterit. Quid enim graue, dic quæso, habet mors? an non liberat à laboribus? an non à curis eripit? An nõ audis Iob eam laudantem, & dicentẽ? Mors homini requies, cuius uia est absconsa. An non ea uitium rescindit. Nã etsi malus fuerit, eo mortuo uitium resectum est. Qui enim mortuus est, inquit, iustificatus est à peccato, hoc est, peccatum nõ amplius adijcit, & si cum bonus sit excesserit, in tuto erit ei collocata omnis uirtus, & in certissimo thesauro qui eripi non potest recõdita. Quid uerò, dic quæso, uiuos an non modestiores reddit & temperatiores? Non uides quòd sępe diuites qui efferuntur, superbia intumescunt, & supercilia contrahũt, quando uiderint corpus iacere surdum & immobile, & filios in orbitate, uxorem in uiduitate, & amicos in mœrore, famulosq; atris uestibus indutos, & esse denique tristem ac lugubrem totius domus speciem: quomodo se reprimunt & colligũt, quàm humiles & abiecti fiunt, ut sunt cõtrito & afflicto animo? Etenim qui millies doctrinã sibi traditam audierant, nec ex ea quidquam lucri fecerant, ex il-

Rom. 5. M

Iob. 3.

Rom. 6.

A lo spectaculo repente philosophantur, q̃ sit uilis & caduca humana natura intelligentes, & quàm instabiles & imbecilla sit eorum potentia, & in alie-
Ecclesia. 41. nis calamitatibus præuidentes suas mutationes. Si enim quãuis sit mors, est tamẽ tantum rapinę, tantum auaritiæ, tanta aliena habendi & plura possidendi cupiditas, & non secus ac pisces, qui sunt potentiores, imbecilliores deuorãt: Si non esset mors, quo non processisset auaritia, aut quãdo conquiesceret? Si. n cũ sciant fore ut ijs q̃ rapuerint non fruan
Psal. 48. tur, sed uelint nolint ijs sint cessuri alijs, tanto sunt
1. Tim. 6. furore & rabie peiti: si ea tuto possiderẽt, quãdo extingueretur eorũ improba cupiditas? Quid uerò, martyrii coronæ nõ per mortẽ contexũtur? Quid uerò Paulus non innumerabilia erexit trophæa, dicẽs. Quotidie morior, per uestrã gloriationẽ. Nõ. n.
1. Cor. 15. mors mala est, sed mala est mors mala, & ideo dicit
Psal. 115. pretiosa est corã Domino mors sanctorũ eius. Ali-
Psal. 33. bi aũt, Mors peccatorũ mala. Hoc dico malũ, cum
B mala recedere cõscientia, & multis peccatorũ curis onustum & grauatum. Qui. n. purã habet cõscientiam, is currit ad prędmia, recedit ad coronam. Et ut scias quòd non rerum natura, sed mens hominum ipsa sibi creat tumultum & perturbationem, audi quomodo Paulus hoc inquirit, nunc quidem dicens. Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, inge-
2. Cor. 5. miscimus, adoptionem in filios expectãtes, redemptionem corporis nostri: nunc autẽ hoc ipsum ali
Phil. 2. bi significans. Sed etsi imolor propter sacrificium & ministerium fidei uestræ, gaudeo & congratulor uobis omnibus: Itidẽ & uos gaudete, & mihi congratulemini. Quòd si mors non modo non est grauis, sed etiam optanda ijs qui rectè uiuunt: multo magis paupertas & alia omnia. *Exquisita in omnes uoluntates eius.* Alius, Accurata. Hic mihi uidetur dicere de creaturis, prædicans Dei sapientiam. Superius autem dixit opera, etiãsi nos propter eos, qui sunt pusilli & abiecti animi, aliũ quoque sensum in his attigimus, prodigia, miracula, quę sæpe perfecit, hominum genus administrans. Quid est autẽ, Exquisita in omnes uoluntates eius? Accurata, inquit, sicut etiam alius dicit interpres, præparata, perfecta, absoluta, sufficientia ad eius faciendas uoluntates, quæ satis sunt ad eius testandam potentiam, quæ nec claudicãt, nec mãca sunt ad iussa eius peragenda, sicut etiam dicit alibi. Ignis, grãdo, nix, glacies,
Psal. 148 spiritus procellarum, quæ faciũt uerbum eius, hoc
Psal. 103. est, mandata eius. Ita etiam dicebat propheta. Fecit lunam in tempora. Sol cognouit occasum suũ, posuit tenebram, & facta est nox. Non solum ea peragunt ad quæ constituta sunt: sed etiam si iusserit
Exo. 14. contraria, hic quoque magna est obedientia. Iussit mari: & non solum non inundauit, quod est eius proprium officium, sed stratis suis fluctibus uel petra firmius & stabilius, traiecit populũ Iudæorum. Fornax non solum non ardebat, sed rorem etiam
Dani. 3. 6. 16. 1. 2. 3. Num. 16. præbebat sibilantem. Feræ non solum non deuorabant, sed etiam Danieli erant loco satellitum. Cetus non solum deuorauit, sed etiam saluum cõseruauit depositum. Terra non solum tulit, sed etiam mari uehementius inundauit, quando aperta est, & deuorauit Dathan, & obruit in synagoga Abirõ, & multa eiusmodi alia uideri possunt, quæ ab ijs quæ sunt, facilè & expeditè facta sunt, ut sciant qui ualde desipiunt, & naturam in Deos referũt, quòd res non aguntur naturæ tyrannide, sed Dei uoluntati omnia cedunt, & obtemperant. Ea enim est na
Iob. 9. 12. turæ opifex, & prout sibi uidetur, omnia quæcunq;
Psal. 113. *134.* sunt moderatur & componit, & nunc quidem immobiles eorum fines conseruans: nũc autem cum
Esa. 46. et Dan. 6 uoluerit, eos facile conuellens, & mutans in contrarium: Exquisita in omnes uoluntates eius. Ad prę-
D cepta eius, inqt, ad mandata eius nõ solum aũt ad precepta eius: sed ut ipse etiã cognoscatur ab hominibus, quę quidem est principalis eius uoluntas, & propter quam hæc maxime fecit. Quod itaque dicit propheta, est eiusmodi. Ijs qui attendunt & sapiunt, perfectissimam, apertissimam, & euidentissimam Dei cognitionem hominum menti afferunt. Ad hanc enim eius uoluntatem, ea ab initio ab ipso maximè cõstituta sunt, ut magnitudine, pulchritudine, positura, operatione, ministerio, & alijs om-
Sap. 13. nibus, animum spectatoris cõmoueret, mentemq;
Rom. 1. & intelligentiam excitaret ad opificem & præstantissimum artificem Deum inquirẽdum, & adorandum eũ qui illa fecerit, & ut uniuersum corpus to-
E tius creaturæ esset ei pro libris & literis. Non solum autem ad Dei cognitionem, sed etiam ad uitæ nostræ institutionem maximam afferunt doctrinam creaturæ. Nam & auarus postquam uiderit diẽ nocti cedentem, & Solem Lunæ, reuerebitur elementorum ordinem: & si sit potentior, res inferiorũ minimè concupiscet. Et adulter & incontinens, postquam uiderint mare furere, deinde refrẽnari & contineri à littoribus: insolentium aquarum reuerentes moderationem, poterunt celeriter comprimere intumescentem suam cupiditatem, & Christi metu tanquam fræno iniecto, ne ulterius progrediatur, impetum coercere, & impudici huius desiderij spumam omnem abstergere, & ad temperãtiam reducere. Iam uerò ad terram quoq; egressius poterit facilè philosophari de resurrectiõe, & quod de ea dicitur suscipere. Quando enim uiderit terrã excipere solidum frumenti granum, deinde prius dissoluere, & putrefacere, & multo melius parere: Quando uiderit uinã am hyeme folijs & pampinis, & botris nudatam, deinde aduentante uerè omnẽ suam
F recipere speciem: in corporibus plãtarum & seminum, quæ resurgunt postquam interierint, poterit de sua quoque carne philosophari. Rursus, autẽ diligentiam & laboris studium discet à formica. Ab ape autem honẽsti amorem, societatemq;, & inter se cõmunionem, sicut dicit prouerbium. Vade ad for-
Proue. 6. micam ò piger, & imitare uias eius, & sis illa sapientior. Cum enim illi non sit ager quem colat, nec habeat qui eam cogat, nec sit in potestate Domini, parat ęstate alimẽtum, & in tpe mesis magnum facit aceruũ. Vel uade ad apẽ, & disce quòd sit operaria,
Ecclesia. 11. cuius labores Reges & priuati ad sanitatẽ offerunt. Atqui licet sit imbecilla uiribus, ut quæ sapiẽtiam honorarit, prouecta est. Ipsa. n. apes rursus tecum aget, ne neqcquam pulchritudinem corporũ admireris, quando nõ adsit uirtus animæ: nec deformitatem uilipendas, quando fuerit pulchrè ornatus animus. Quod ipsum quoque significans, dice-
Ecclesia. 11. bat paroeniastes. Parua in uolucribus apes, & dulcedinum principium fructus eius. Cogita mihi uo
Matth. 6 lucres, & omnem philosophiã ex eis suscipies. Quo circa Christus quoque dicebat. Respicite uolucres cœli, quod nec serunt nec metũt, & pater uester cœ

G lestis eos alit. Si enim quæ sunt rationis exptia non sunt de alimentis solicita, quomodo te defendes, q ne tantum quidem ostendis rerum præsentiū contemptum, quantum aues? Quòd si uelis etiam ornatum despicere, docebūt te flores agri, ne in te ornando nimium studij & opę ponas. Quod ipsum quoque Christus significans, dicebat. Respicite lilia agri, quòd neque nent, neque laborant. Amē dico uobis, nec Solomon quidē induebatur ut unū ex his. Cogita quòd quantuncunque contenderis, erit penes fœnū uictoria, nec poteris cum illo concertare, & hanc à ratione alienam insaniam comprime. Multa quoque alia philosophiæ documenta, & ex brutis, & ex floribus, & ex seminibus capi possunt. *Confessio & magnificentia opus eius.* Hoc est, unumquodq; opus eius, neque enim hæc dicit de uno opere. Alius autem interpres dixit, Laus & dignitas operatio eius. Hic, confessio, hoc est, gratiarum actio & gloria. Vnumquodque enim eorum quæ uidentur, sufficit ut deducatur spectator ad hymnorum decantationem, ad laudem, ad glorificationem, non licet dicere, Quare hoc? sed tenebræ & dies, fames & abundantia, solitudo, & terra quæ est inhabitabilis, quæ est pinguis, & quæ sterilis, uita & mors, & quęcunque uidentur, ijs qui ea diligeater ediscunt, sufficiunt ad excitādos animos ad gratiarum actionem. Hoc per quendam prophe tam Deus significās, dicebat. Supplicia ponēs pro beneficio, euerti eos sicut euersa est Sodoma & Gomorra, percussi eos in inflammatione & in morbo regio. Et rursus per alium. Eduxi eos è terra Aegypti, & è domo seruitutis eos redemi, assumens supplicia in beneficium. Ita hæc etiam. Nam hęc quoque beneficio afficiunt, corrigunt, erudiunt, castigant, uitium resecant Homines enim, hæc quidem faciunt beneficio afficientes: Illa uerò odio habentes & auersantes. Deus autem omnia facit diligēs, quemadmodum beneficio afficiens posuit in paradiso, & beneficio afficiens eiecit è paradiso. Beneficio afficiens immisit inūdationem, & beneficio afficiens, in Sodoma illum ignem deorsum iaculatus est, & quidquid dixeris eorū quæ fiunt, unumquodque facit ad beneficium. Beneficio quoque afficiens gehennam minatus est, & quemadmodū patres non solum indulgentes filijs, sed etiam uerberantes, patres sunt: nec minus uerberātes quàm indulgentes. Ita etiam Deus. Quamobrem Paulus quoque dicebat. Quis est enim filius quem nō castigat pater? Et Solomon. Quem enim diligit dominus castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. *Iustitia eius manet in sæculum sæculi.* Hoc mihi uidetur hic dicere propter eos qui offenduntur ex rebus aduersis quæ præter spem eueniunt, propemodum eis suadens, & dicens, Ne conturberis si uideas homines per calumniam delatos, probris & contumelijs affectos, & mala indigne patiētes, manet enim incorruptum iudicium, manet pura & integra sententia, quæ pro meritis unicuique tribuit. Quod si eam nunc postules, uide ne in tęipsum primum sententiam proferas. Si enim in unoquoque peccato Deus esset illaturus supplicium, iam olim de medio sublatum esset humanum genus. Et qd opus est ut dicā hunc aut illum? Summo enim omnium, qui sunt inter homines, in mediū adducto, hoc conabor ostendere, & Paulum illum orbis terræ prędonem, qui in tertium cœlum raptus est, qui in paradisum fuit sublatus, qui fuit reuerendorū sacramentorū particeps, uas electionis, Christi pronubus, qui ostēdit Angelicam uitę institutionem, qui uirtutis studium adeò persecutus est. Si enim noluisset esse lenis & patiens, eúmque sustinere, sed quando peccabat, blasphemabat, & persequebatur protinus in eum iustam tulisset sententiam, iā olim præripuisset eum pœnitentiæ. Quocirca ipse quoque cū hęc sciret, dicebat. Gratiā habeo Christo q me confortauit, quòd me fidelem existimauit ponens in ministerio, qui prius eram blasphemus, & persecutor, & contumeliosus. Sed misericordiā cōsecutus sum ut in me primo ostenderet omnem patientiam, ad expresionem futurorum ad ei credendum in uitam æternam. Quid autem, Meretricē si punisset, quando esset conuersa? Quid uerò Publicanum Matthæum, si quo tempore Publicani officio fungebatur, ante mutationem pœnas ab eo exegisset, an non pœnitentię illum præripuisset? Ita ēt latronem. Ita Magos. Ita etiam unumquenque peccatorem Iram itaque sustinet & pro meritis retribu tionem, uocans homines ad pœnitentiam. Quod si à correctione alieni manserint, iustam omnino sustinebunt sententiam. Quocirca propheta & eos qui iniuria afficiuntur consolans, & eos qui iniuriā faciunt officij admonens, subiunxit illud, Iustitia eius manet in sæculum sæculi. Quod autem uult p hoc dicere, est eiusmodi. Nec tu q iniuria afficeris, desperes, si uitam finieris, fore ut ius tuū obtineas. Postquàm enim hinc excesseris, laborum remunerationē omnino accipies, nec tu rursus qui omnia rapis, in omnium bona inuadis, & omnia susq; dēque misces & confundis, confidas, si in pace uitam finieris. Postquā enim hinc excesseris, reddes rationem totius tuę improbitatis. Deus enim est semper manens, & manētem semper habens iustitiam, cui mors nihil rescindit de remuneratione laborū pro uirtute susceptorum, nec de irrogatione supplicio rum quæ debentur sceleri. *Memoriam fecit mirabilium suorum.* Quid est, Memoriam fecit mirabilium suorum? Nunquā, inqt, miracula facere intermisit. Hoc enim est, Fecit memoriam. Non cessauit, non destitit per omnem generationē facere miracula, & per res admirabiles excitare crasiores. Qui est enim excelso animo & philosophiæ dedito, non opus habebit signis. Beatiores enim sunt qui non uiderūt, & crediderent. Quoniam autem ipse non eorū tantummodo curā gerit, sed etiā crasiorum, in omni ferè generatione non cessat facere miracula. Satis q dem magnum est miraculum uniuersa eorum quę uidentur creatura. Sed tamen multorum socordiā excitās in medio hoc theatro & priuatim & publicè multa ostendit mirabilia, sicut inundationem, lingarum confusionem. Sodomorum cōflagrationem, quæ Abrahæ, quæ Isaac, quæ Iacob euenerūt, quæ in Aegypto facta sunt, quæ in exitu Iudæorum, quę in solitudine, quæ in Palæstina, quę in Babylone, quę post reditum, quę tempore Maccabęorum, quæ post Christi aduentum, quæ in ipso aduentu, quæ in diem hodiernum usque fiunt, ruina Hierosolymorum, ędificatio ecclesiæ, uerbū quod quo quouersum puadit, quòd per fluctus erigitur, per bella amplificatur, populi Martyrū, alia omnia. Multa autē uideri possunt & priuatim & in domo & in

A & in ciuitatibus fieri miracula. Sed quæ sunt generalia, & omnibus manifesta ac cognita, & quæ fiūt in unaquaque generatione, uideamus. Quot Iuliano imperante, qui omnes impietate superauit, dum oppugnaretur ecclesia, facta sūt? Quot Maximino? Quot ante illos Imperatores? Sed si uultis, ea etiam quæ in nostra generatione euenerunt, nempe cruces repente in uestimentis impressæ. Apollinis tem plum fulmine deiectū. Sancti martyris Babylæ in Daphne translatio, & aperta aduersus dæmonem uictoria. Imperatoriæ pecuniæ quæstoris inopinata mors & admirabilis. Ipsius imperatoris occisio, ipsius inquā Iuliani qui omnes impietate uicerat, & auūculi illius interitus, uermium fontes, alia innumerabilia, fames, siccitas & sterilitas, aquarū penuria, q̄ unà cū eo ciuitates iuasit, & alia ubiq; inumerabilia. Iā uerò ea quoq; q̄ in Palæstina tunc euenerunt cognouistis. Quando enim illud tēplum diuina sententia dirutum rursus ædificare uolebant Iudæi, ignis, qui è fundamentis exilijt, omnes abegit, & id testatur opus quod mansit imperfectum.

B *Misericors & miserator Dominus escam dedit timentibus se.* Postquàm annunciauit Dei beneficia, q̄ quæ per miracula, & per opera accepta sunt, subiungit curā quā nostri gerit, & in eo amplificat oratione, ostendens quòd qui tot & tanta fecit pro salute hominū, & eos omni ratione erudijt & erudit in Dei cognitione & summa philosophia, eorumq; uitam fouet & sustinet, nō hoc facit ex debito, quòd est maxima gratia, sed propter suam clementiam & misericordiam, nō ut qui ipsis egeat, sed propter solam bonitatem. Escam dedit timētibus ipsum. Qua de causa eos qui timent hic posuit? Neque enim eos solos nutrit. In Euangelio enim dicit, Qui solem suū oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Quomodo ergo dixit, Timētibus ipsum? Hic mihi uidetur dicere alimentum, nō corporis, sed animi, & ideo loquitur solum de timentibus. Id enim est eis asignatum. Quemadmodum enim nutritur corpus, ita nutritur anima. Quòd autem nutriatur, audi. Non in solo pane uiuet homo, sed in omni uerbo quod egreditur per os Dei. Hoc

C ergo dicit nutrimentum, quòd etiam dedit præcipue eis qui ipsum timēt, doctrinam per sermonem eruditionem, omnem philosophiam. *Memor erit in seculum testementi sui.* Rursus Iudæorum arrogantiā comprimens, & eorum fastum amputans: uel potius ostendens quod quæ bona consecuti sunt, ea non sunt consecuti propter sua merita, sed propter suam amicitiam in eorum parentes, & propter pacta conuenta quæ illis fecerat, dicit, Memor erit in seculum testamenti sui, quod præcepit etiā Moses eis intrantibus in terram promissionis dicere & cogitare. Si ædificaueris, inquit, urbes præclaras, & pecuniæ diuitias adipiscaris, ne dixeris, Propter meam iustitiā hęc facta sunt, sed propter pacta inita cum patribus tuis. Nihil est enim deterius arrogantia, & ideo omnimodo & ratione Deus eam assidue resecat. *Virtutem operum suorum annuntiauit populo suo. Vt det illis hæreditatem gentium.* A generalib⁹ transit ad singularia, ab ijs quæ facta sunt in orbe terrarum, ad ea quæ euenerunt Iudæis. Quanquā siquis ea diligenter consideraverit, ea quoque obtinent locum generalium. Quæ enim in illos facta sunt, documenta alijs præbuerunt, & bella, trophæa, & uictoriæ, fuerunt ijs qui attendunt instar D prædicationis. Non enim humano cōsilio, ex quo ea sequerentur, sed supra rationem ea eueniebant. Quanam enim rerum consequentia factum est ut eis tuba canentibus mœnia corruerent, & mulier ducens exercitum uinceret & superior euaderet, & paruus puellus iactu unius lapidis bella barbarica conficeret? Multa quoque alia incredibilia & opinione maiora eis eueniebant. Ita hostes uicerunt, ita resistentes fuderunt, ita Palæstina expulerunt. Quando ergo dicit uirtutem operum suorum annuntiauit populo suo, nihil aliud dicit quàm eum suam ostendisse potentiam, dum non tantum gentes eiiceret, sed eo modo eiiceret, quo maxime poterant cognoscere, etsi priora sufficiebant, eam fuisse plagam immissam in eos diuinitus, & eo ducente exercitum de hostium rebus decernebatur. Non enim per uerba tantum, sed etiam per facta eos docebat, per calceos, per uestes, per alimentum, per lucem diurnam & nocturnam, per nubem, per bella, per pacem, per trophæa, per agricultură, per pluuias, & omnia denique uocem emittebant dominum prædicantia, & excęcatam eorum mentē cōpungentia, nec ullum unquā tempus intermissum est, in quo non frequentia sua signa ostenderit. *Opera manuum eius ueritas & iudicium.* Postquàm de eius potentia disseruit, disserit etiam de iusto iudicio, quòd non solum potentiam ostēdit in iis quæ fecit, sed etiam multam iustitiam. Neque enim gentes solummodo expulit, quando uoluit Iudæos introducere, sed etiam iure expulit. Et ideo alibi quoque dicebat Moses. Nondum completa sunt peccata Amorræorum. Hæc autem non solum dici possunt de Iudæis, & ijs quæ illis euenerunt, sed rursus generalis est oratio. Quæcunque enim ab eo facta sunt, sunt ueritas & iudicium, hoc est iustitia. Scit autem sæpe scriptura ueritatem uocare clemētiam. Quod ergo dicit, est eiusmodi. Cum iustitia & clementiam omnia miscuit & temperauit. Si enim sola iuris ratione usus esset, omnia perijssent. Et ideo hic ipse quoque propheta alibi dicit, Ne ingrediaris in iudicium cum seruo tuo. Quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Et rursus Si iniquitates obseruaueris Domine, dominę quis sustinebit? Quæcunque ergo ab eo fiunt, his utrisque plena sunt. Nam siue summo tantum iure officium exigeret, omnia interirent. Siue sola uteretur clementia, complures redigerentur negligentiores. Quocirca salutem hominum uariās, ad eorum correctionem his utrisque usus est. *Fidelia omnia mandata eius.* Idem quod in multis locis hic quoque facit. A sapientia quæ est in multiplici ac uaria fabricatione, & ab eius procuratione ad eius leges trāsiens & illam partem prouidentiæ rursus tractans. Non solum enim quod talem & tantam creaturam condiderit, sed etiam quòd legem tulerit, hominū genus correxit. Et ideo in 18. psalmo cum utrasq; has partes diuisisset, incipiens quidem dixit, Cœli enarrāt gloriam Dei: Cum autem ad medium uenisset, & de creatione orationem absoluisset, subiunxit. Lex domini immaculata conuertens animas, mandatum domini lucidum illuminans oculos: Ita hic etiam postquā dixit de miraculis, & eius admirabilibus operibus, nunc aggreditur dicere de præceptis, sic dicens. Fidelia omnia mandata eius. *Confir-*

Gmata in seculum seculi. Facta in ueritate & æqtate. Nō nequicquām dixit, Omnia, sed tractans multiplex genus præceptorum, posuit hanc dictionem. Sunt enim pcepta creationis, quæ obseruat omnis creatura, sol & luna, dies & nox, & sydera, terræq; & naturæ cursus. Sunt etiam præcepta quę data sunt naturę ab initio, quando finxit hominem. De quibus
Rom.1. dicit Paulus. Quando enim gentes, quæ legem non habent, quę legis sunt natura faciunt, ij legem non
Rom.7. habentes sibiipsis sunt lex. Et rursus. Condelector
Exo.34. enim in lege dei secundum interiorem hominem.
Hebr.7 Sunt etiam præcepta quæ scripta sunt. Hæc omnia manserunt. Quod si sint etiam aliqua abrogata, nō in peius sed in melius redacta sunt. Illud enim, Non occides, non est abrogatum, sed est amplificatum, & illud, Non adulteraberis, non est sublatum,
Matth.5. sed maius effectum est. Et ideo dicebat Nō ueni solue re legem aut prophetas, sed adimplere. Qui.n. nō irascitur, multo magis à cæde abstinebit, & qui impudicis oculis non aspicit, longius ab adulterio habitat. Lex ergo hoc habet in primis eximium, nēpe immortalitatem & perpetuitatē, & lex creationis, & lex naturæ, & lex philosophiæ, & lex noui te-
Matt.24. stamēti. Et ideo dicit, Cœlū & terra transibūt, uerba autem mea non transibunt, ostendens eorū immobilitatem. Quæcunque enim uult Deus manere, ea manēt perpetuo, & nihil est quod ea moueat. *Facta in ueritate & æquitate.* Nihil est, inqt, in eis obliquum, nihil contortum, nihil obscurum, nihil ad gratiam ullam, aut odium, sed omnia ad bonum & utilitatem, non sicut leges hominum, quæ magna ex parte sunt momentaneę, & obscuræ, & quæ multum habent ex homine. Ex humanis enim perturbationibus multæ sæpe leges latæ sunt. Inimicum enim ulciscens, uel amico gratificari uolens, scripta ita concepta composuit. Sed non sunt leges diuinæ eiusmodi, sed manent sole clariores, quærentes utilitatem eorum quibus feruntur, deducentes eos ad uirtutem, & ad rerum ueritatē, non hæc falsa, diuitias, inquam, & potentiam (hęc.n. falsa sunt, quæ dei autem sunt, sunt ueritas) neque quomodo fiant ditiores, neque quomodo præsentia assequan
l tur, sed quomodo futuris frui possint, docentes. De
„ ueris & rectis rebus, & quæ nihil habēt peruersum
„ aut contortum, omnia dixerunt illæ leges. Fidelia omnia mandata eius. Quid, est Fidelia? firma, manentia. Etsi enim transiliantur, sequūtur supplicia, & ea minimè labefactantur, etsi homines ea transgrediantur, Deus tamen ea uindicat. Ne ergo dixeris hęc dicta esse minaciter aut hyperbolicè. Nemo legem ferens dicit tantum ut minetur, sed etiam ut castiget & corrigat. Si autem non ualde credas de futuris, faciant tibi fidem præterita. Quæ fuit itaque tempore Noe inundatio, & Sodomorum conflagratio, & Pharaonis exitium, & Iudæorum interitus, captiuitates, & bella, in minis ne tantum constiterunt, an deducta sunt ad rerum experientiam? Quòd si ea uerè facta sunt quæ erant in figura multo magis q̄ sunt in ueritate, quo maior fuit admissorum improbitas post tantam medicinam & correctionē. *Redemptionem misit populo suo.* Quòd ad historiam quidem attinet, dicit libertatem Iudæorum, sed si id accipiamus anagogicè, libertatē orbis terræ, quòd etiam significat quòd sequitur. *Mandauit in æternum testamentum suum.* Hic nouum

K dicit. Quonim enim meminit mādati & legis, ea autem non fuit obseruata, & iram effecit, dicit. Redēptionem misit populo suo, quemadmodum ipse quoque dicebat. Nō ueni ut iudicem mūdum, sed
Io.3. ut seruem mundum. Quoniam lex quę non fuerat
Rom.4. obseruata, puniebat: Lex enim inquit, iram operatur. Vbi enim non est lex, nec trāsgressio, & omnes
Rom.3. peccarunt, & egent gloria Dei. Iustificati gratis gratia ipsius. Propterea hic dixit, Redemptionē misit populo suo. Nec est tamē absolutè & solummodo redemptio, sed etiam post redemptionē lex est, ut uitæ institutionem ostendamus dignam gratiam. *Sanctum & terribile nomen eius.* Postquām cogitauit omnia prędicare eius curam ac prouidentiam, quā ostendit in ueteri, quam in nouo, quam in factis & operibus, quam per præcepta, quam per miracula ac prodigia: diuino spiritu afflatus, & eius admirās maiestatem, finit orationem in glorificatione, ei q hæc fecit laudem offerens. Sanctum & terribile nomen eius, plenum stupore, plenum admiratione. Quod si tale est eius nomen, quanto magis substātia? Quomodo autem est eius nomē sanctum & ter L
ribile. Pertimescunt & contremiscunt dæmones, id Matt.8.
morbi formidant & metuunt. Eo nomine usi Apostoli per uniuersum orbem terræ se præclare gesserunt. Eo Dauid armorum loco usus barbarum illū 1.Reg.17.
prostrauit. In eo res innumerabiles rectè & præclare gestæ sunt. In eo sacris initiamur mysteris. Consi derans ergo quot & quanta faciat hoc nomen miracula, quot beneficijs afficiat, & res apud se reputans, quæ omnem naturæ consequentiam & humanam rationem superāt, dicet, Sanctū & terribile no
men eius. Quòd si est sanctum, sancta quoque ora habere opus est ad eum laudandum, sancta, inquā, & pura. *Initium sapientiæ timor domini.* Quid est principium? fons, radix, fundamētum. Quoniam enim tot & tantā dixit de domino orbis terrę & tanta repletus est admiratione: hoc subiungit consequenter, ostendens deinceps, quòd qui eum timet, impletur omni sapientia, & prudens euadit. Deinde neqs existimaret sapientiam non procedere ultra cogni
M tionem, subiunxit. *Intellectus bonus omnibus facientibus eum.* Non sufficit enim, fides, nisi adsit etiam uitæ institutio fidei conueniens. Quomodo est autē initium sapientiæ timor domini? Ab omni uitio liberat, omnem uirtutem dirigit. Dicit autem sapientiam, non quæ in uerbis, sed quæ in rebus sita est. Nam externi quoque philosophi definierunt sapiē tiam diuinarum & humanarum rerū cognitionē. Hanc autem artem docet dei timor, improbitatem auferens, & uirtutem inserens, ut præsentia contemnantur efficiens, & in cœlum traducens. Quid est hac anima sapientius? Non quærit autem hic solū auditorem, sed etiam factorem. Intellectus autem bonus omnibus faciētibus eum. Hoc est, Iis qui faciunt sapientiam, & eā factis ostendunt, bonus est intellectus. Intellectus bonus, inquit, quoniam est Hierem.4.
etiam malus intellectus. Vt quando dicit. Sapientes sunt ut malè faciant, bonum autem facere non nouerunt. Ipse autem quærit eum intellectum, qui in uirtute situs est. *Laudatio eus manet in seculum seculi.* Quænā, dic q̄so, ea laus? Gratiarū actio, glorificatio, q̄ p opa facta est immortalis: & ante hęc ea eius substātię attributa est. Deus.n. est immortali & p se ualde laudabilis, laudabilis aūt est ēt quādo

A eius maiestatem apud te consideraueris & alia anima laudabilis quoque est propter opera, quando uideris eius sapientiam per ea quæ uidentur. Hæc autem dicit, adhortans ad gratiarum actionem, & ostendens nulla esse dignos uenia qui quæ fiunt ægre ferunt. Quando enim eius laudatio, gratiarū actio, & glorificatio est adeò aperta & manifesta, immobilisq; & firma ac stabilis, ut sit etiā immortalis & sine carens illi autem eam ignorantes, loquuntur cōtraria, nihil aliud quām ijs ea quæ sunt sole longe clariora contradicunt, & uolentes cæcutiunt. Non est enim ad tempus, ut eam ignorēt, nec obscura & non manifesta, sed clara, perpetua, & immortalis, semper manens, & finem nunquā habēs.

IN CXI. PSALMVM.

Eatus uir qui timet Dominum. Mihi uidetur
b huius psalmi procemium pulchre sequi finem præcedentis, & esse ueluti quoddā cor pus continuum & coniunctum. Illic enim dicit, Initium sapientiæ timor domini hic autē, Beatus uir qui timet Dominum, alijs uerbis, iisdem autem sen
B tentijs docens timorem domini. Illic enim eum dixit esse sapientem: hic uerò beatum. Hæc autem uera est beatitas, quemadmodum alia quidem omnia sunt uanitas, umbra, & tātummodo nomina, siue dicas diuitias, siue potētiam, siue corporis pulchritudinem: siue uim pecuniæ sunt enim similia folijs cadentibus, & umbris prætercurrentibus, & somnijs euolantibus. Hæc autem uera est beatitu-
Ps.1.2. do. Deinde quoniam dæmones quoque eum uerē tur & pertimescūt, ne putes hoc solum sufficere ad salutem, quod superius fecit hic quoque facit. Quē admodum enim cum illic dixisset, Initium sapientiæ timor domini, subiunxit, Intellectus autem bonus omnibus facientibus eum, conuenientia uitæ instituta dogmatibus adiungens: Ita hic etiam cū dixisset timorem, non illum solum dicit qui ex cognitione oritur, quem habent etiam dæmones, sed hoc etiam adiicit, dicens. *In mandatis eius uolet nimis.*
2.Cor.9. Hoc autem dixit, exigens exactam uitæ institutio-
Philip.1. nem, & animam amore sapientiæ præditam. Non
C dixit, Mandata eius faciet, sed, Volet, aliquid amplius requirens. Quidnam autem hoc est? Ea facere cum studio & animi alacritate, esse uehementes eorum amatores, itissa eorum persequi, amore ea non propter mercedem quæ est pro ipsis proposita, sed propter eum qui illa statuit, uirtutem cum uoluptate persequi, non propter metum gehennę, nec propter minas supplicij, nec propter promissionem regni, sed propter eū qui leges tulit. Quinetiā alibi ostendens uoluptatem quam capit ex præceptis domini. Quām dulcia sunt, inqt, gutturi meo eloquia tua supra mel & fauum ori meo. Hoc etiā requirit Paulus, ita dicens obscure & ænigmatice. Quemadmodum exhibuistis mēbra uestra seruia immunditiæ & iniustitiæ ad iniustitiam: ita exhibete membra uestra seruia iustitiæ ad sanctificationem. Hoc est, Cum quanto studio, cum quanta animi alacritate uitium sectabamini, etsi nullum esset præmium propositum, sed contra pœna & supplicium: cum tanta uirtutem sectemini. Et tamen hāc quoque mensūram dixit se exigere eis commoderatam. Hæc enim dicturus, ita dixit, Humanū dico propter infirmitatem carnis uestrę, ostendens oportere non minorem ostendere in uirtute cupiditatē quòd in uitio ostendimus. Id est autē quod dicit. D
Si non eandem uirtutem ostenderint, quanam excusatione utentur, aut quomodo uenia assequentur, qui ne cum eadem quidem cupiditate ad eam accedunt. Et ideo hic quoq; Propheta dixit, In mādatis eius uolet nimis. Qui eū enim metuit ut oportet, susćipit eius præcepta cum magna auiditate, & ideo amor in legislatorem facilem & gratam facit legem, etsi uideatur aliquā habere difficultatem. Nemo autem quod dico reprehendat, si tali exemplo usus sum. Nam Paulus quoq; eo usus est, sic dicens. Sicut exhibuistis membra uestra seruia immūditiæ, ita exhibere iustitiæ. Qui meretricis itaque amore captus est, etiamsi afficiatur probro & contumelia, etiamsi uerberetur, etiamsi se turpiter & indecore gerat, etiamsi expellatur à patria, etiamsi bonis paternis euertatur, etiamsi patris beneuolentia priuetur, etiamsi grauiora patiatur, ea fert iucundè & lubēter propter amorem impudicū. Quòd si illa cum uoluptate susćipiunt, qūo non multo magis Dei præcepta, quæ sunt salutaria, & gloriæ plena, &
E magnam nobis præbent philosophiam, & animā meliorem efficiunt, oportet cum magna uoluptate susćipere, & nihil esse difficile in eis existimare? Difficultatem enim non natura præceptorum, sed multorum solet socordia efficere. Itaque siquis ea cum studio & alacritate animi susćipiat, uidebit ea esse leuia & facilia. Quocirca dicebat Christus. Iugum Matt.11.
meum suaue est, & onus meum leue. Et ut scias ea hoc modo se habere, & multorum socordiam ea q̄ sunt facilia facere difficilia: studium autem ac diligentiam facillima ea quę sunt alioqui difficillima. Quando manna fruebantur Iudæi, id & ægrè ferebant & mortem exoptabāt. Paulus autem cum fame conflictans, gaudebat, & exiliebat. Et illi quidem dicebant. Anima nostra arida est in manna.
Num.11. Eduxisti nos ut interficeres, eo quòd nō essent mo numēta in Aegypto. Paulus autem, Gaudeo in passionibus meis, & suppleo ea quæ desunt afflictionibus Christi in carne mea. Quibusnā passionib⁹? Colos.1.
fame, siti, nuditate, & alijs omnibus. In mandatis eius uolet nimis. Quomodo autem hoc fiet? Si deū perfectè timeamus & amemus, si eiusdem uirtutis F
naturam consideremus. Ante alia enim præmia habet in seipsa remunerationem. Quando enim non fueris adulteratus: quando non cædem feceris, cogita quanta fueris uoluptate, non condemnatus à tua conscientia, tuos nequaquā dedecore afficies, puris omnes oculis intuens. Non est autem eiusmodi adulter, sed omnes metuit ac formidat, & uel ipsas umbras habet suspectas. Rursus auarus & inuidus eadem patietur. Qui est autem liber ab his, cōtrà se habebit. *Potens in terra erit semen eius.* Scit scriptura sæpe semen uocare, non id quod nascitur ex naturę consequētia, sed quod ex societate uirtutis.
Quocirca Paulus quoque interpretans illud, Tibi Rom.9.
dabo & semini tuo terram hanc, dicebat. Nō enim omnes qui sunt ex Israel, ij Israel. neque quia sunt sēmē Abrahæ, omnes filij, sed in Isaac uocabitur tibi semen. Et rursus. In semine tuo benedicētur omnes gentes. Quòd enim nō dictum sit de Iudæis, res ipsę indicāt. Qui sunt enim ipsi pleni maledictione, Galat.3.
quomodo fierint alij causæ benedictionis? sed dicit de ecclesia, quæ ex societate fidei eius semen esse dicitur? Tales sunt ergo qui sunt uirtute prędi-,

G & filij eorum qui deum timent. Potens erit in terra semen eius? Quare dixit, In terra? Vt ostenderet id esse etiam antequam hinc excedant, & antequàm bonorũ q̃ illic sunt faciant periculũ. Quẽadmodũ enim dixi anteà, uirtus in ipsa operatione habet remunerationẽ etiam ante p̃mia. Quòd.n.q talis est, habet semen potens, & qui est uirtutis p̃sidio munitus, sit omnium potentissimus, docuerunt Apostoli, ostenderunt Prophetæ. Similiter etiam dominus de his significans, dicit. Quicunque audit sermones meos, & facit eos, assimilabitur uiro prudenti, qui ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, uenerunt fluij, flauerũt uenti & irruerunt in domum illam, & non cecidit, erat enim fundata supra petram. Quot populorum insurrectiones, quot iræ tyrãnorum, quot enses, quot lanceæ, quot tela, quot fornaces, quot beluarum dentes, quot præcipitia, quot maria, quot insidiæ, quot calumniæ, quot machinationes fuerunt conciratæ aduersus Apostolos? nihil tamẽ eos prostrauit, sed fuerunt his omnibus excelsiores præteruolantes eorum arundines qui eis insidiabãtur, & ipsos insidiatores traducentes in suas partes. Nihil est enim uirtute potenti⁹, ea & petra est solidior, & adamante fortior, quemadmodum rursus uitio nihil est uilius, nihil imbecillius, etiãsi quis sit munitus infinita ui pecuniæ, & extrinsecus maximã habeat potentiam. Quòd si tantæ sunt eorum uires in terra, cogita quanta sit futura eorum in terra potẽtia. *Generatio rectorum benedicetur.* Vidisti eam resplendere, & innumerabiles habere prædicatores, laudatores & admiratores, sed non temere quos ibet, sed sapientes. Neque enim quisquàm ex hominibus qui sunt uiles, & abiecti, & humi serpũt, poterit eam intelligere. Sed ij maximè eam laudabunt, ij maximè admirabuntur & prædicabunt, qui non habent mentem peruersam, Considera ergo quanta sit possessio, nec quidem ut quæ nec Angelis quidem & Apostolis magnis & admirabilibus egeat: si tales enim esse oportet eos qui ipsam laudant, cogita & reputa qualem eam esse consentaneum est. *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Rursus à sensilibus transit ad ea quæ percipiuntur intelligentia. Scit enim scriptura eas appellare diuitias quæ sunt in bonis opibus, ut quando dicit, bona operari, diuitẽ esse in bonis operib. Hæ n. sunt uerę diuitię, alię sunt noie tantum, re autem ipsa carẽt. Quòd si has quoque dixerit quispiam diuitias ne sic quidem recedemus ab eo qd dicitur. Quid enim erat Apostolis uel in pecunijs ditius, ad quos omnia tanquam ex fontibus profluebant? Quicunque enim erant agrorum uel domorum possessores, uendentes assẽrebant, & ponebant pretium ante pedes Apostolorum. Vides opum magnificentiam. Omnia possidebant, ab eorum cura liberi, & ut qui essent eorũ potius œconomi quã domini. Qui enim habebant, habere desistentes, ea afferebant ad Apostolos: ipsi quidem uenundantes, & pecuniam comparantes, permittẽtes autem eius distributionem esse in illorum potestate. Quocirca Paulus quoque dicebat. Tanquam nihil habentes, & omnia possidẽtes. Est enim hoc admirabile quod qui tantas habebãt diuitias, erant facultatibus illis superiores, eos enim non tenuit obnoxios multitudo pecuniæ. Hæ sunt uel maximę diuitiæ, non egere diuitijs. *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Hic quod supererat non eget interpretatione. Habuerunt enim gloriã quæ à Deo proficiscitur. Ipsa autẽ sequebatur, ut dicit diuina scriptura, Quærite regnum dei, & hæc omnia adijcientur uobis. Quid enim illis splẽdidius? Quid magnificentius? Tanquã Angelos dei suscipiebant. Pecunias afferentes, ad eorum pedes ponebant, ijs denique qui capite diadema gestabant erant illustriores. Quis enim Rex unquã ingressus est cum tanta claritate & splendore, cum quanto ubique habebatur Paulus in admiratione, loquens, à morte liberans, morbos expellens, dæmones fugans & hęc atque huiusmodi uel solis uestibus efficiens. Hic terram cœlum fecit, & omnes ad uirtutem deduxit. Quòd si hæc in terra fecerunt, cogita quanta erit gloria eorũ in cœlis. Quid est autẽ, In domo eius? Cum ipso, inquit. Externæ autem diuitiæ non sunt cum eo qui habet illas, quandoquidem ne in tuto quidem sunt collocatæ: sed sunt in manibus calũniatorum, in manibus adulatorũ, in manibus principum, in manibus famulorum, & ideo eas ubiq; disseminat, non confidens uniuersas eas domi tenere: & ideo adhibentur custodiæ & custodes, et si hoc nihil iuuet, cum eæ possint omnia effugere. Iustitia eius manet in sæculum sæculi. Alius, Et miseri cordia eius manet in sæculum sęculi. Vel hic dicit uirtutem in genere, uel iustitiam quæ repugnat iniustitiæ. Vel quemadmodum dicit alius interpres, clementiam dicit & misericordiam. Talis est enim uis eleemosynæ, res est immortalis, aliena ab interitu, & quæ minime potest extingui. Atque humana quidem omnia conuelluntur, fructus autem eleemosynæ nunquam potest marcescere, nec ulla difficultate temporũ reprobari. Etsi enim corpus fuerit dissolutum, illa tamen non unà cum uita dissoluitur, sed ante illum excedit ei mansiones præparans. De quibus dicit Christus, In domo patris mei mansiones multę sunt. In hoc itaque res humanas superat, quòd sit perpetua & stabilis, quod qui dem nulla res habet earum quæ ad hanc uitã pertinent. Nam siue dixeris pulchritudinem, ea morbo flaccescit, & senio consumitur, siue potentiam, ea sæpe mutatur, siue diuitias, siue aliquid aliud eorum quę in uita p̃senti habẽtur clara & illustria: ea uel uiuos reliquerint, uel mortuos omnino nudos & destitutos dimiserint. Sed iustitiæ non est eiusmodi fructus, non enim tempore consumitur, non morte amputatur, sed tunc amplior & tutior redditur, quãdo ad portum illum qui nullis agitatur fluctibus adnauigauerit. *Exortum est in tenebris lumen rectis.* Describens beatitudinẽ eius qui timet deum, dicit etiam res quæ in præsenti eueniunt, ut quòd sunt immortales eius possessiones, quòd fruetur gloria, quòd erit omnibus superior, quòd eos qui fuerint ei similes, & eius filij euaserint uidebit inexpugnabiles, quòd in maxima rerum difficultate erit securissimus. Hoc enim sibi uult illud, Exortum est in tenebris lumen rectis. Ijs enim q sic sunt affecti, ijs qui rectè ingrediuntur, efficiet ut in medijs tenebris lux oriatur. Quid est, In tenebris? Et si sint in afflictione, in angustijs, tẽtatione & periculis (ea enim uocat tenebras) efficiet ut plurimũ eis adsit uoluptatis. Quòd etiã Paulus significans, dicebat. Nolo autem uos ignorare de afflictione, q̃ fuit nobis in Asia, quòd supra modum grauati sumus, ut

Matth. 7.

Aɛto. 2.3

1. Tim. 5.

2. Cor. 6.

Matth. 6.

Iob. 14.

Iob. 18.
Prou. 31.

Dan. 2.
Luc. 2.
Iob. 1.
1. Tim. 6.

2. Cor. 1.

A mus, ut etiam de uita dubitarem⁹. Vidisti tenebras, sed ipsi in nobis ipsis responsum uitæ habuimus, ne confideremus in nobis ipsis, sed in Deo qui suscitat nos mortuos, qui ex tantis mortibus liberauit nos. Vidisti quomodo sit exorta lux. Cõsidera hoc ipsum etiam in tribus pueris. Cùm enim expectarent fore ut exurerentur, purissimum rorem assecuti sunt. Idipsum etiam euenit in Daniele & alijs prophetis. Quòd si hæc uelis ità sumere ut ad aliam referantur anagogen, uidebis hoc orbi terrarum accidisse. Cùm enim tenebræ mare & terram occuparent, & error ubiq; esset diffusus, Sol iustitiæ ex imo exortus est. Quoniam enim homines cœlo relicto Deum in terris quærebant, ex eo loco eis apparuit, se ad eorum imbecillitatem demittens, ut ad altitudinem infinitam eueheret. *Misericors, & miserator, & iustus est dominus Deus.* Quoniam dixit eius iustitiã manere, & illo modo consolatus est: multi autem misericordes, & qui rectè hic uitam agunt, contraria hic experiuntur, affert aliam consolationem, dicens, Misericors, & miserator, & iustus est dominus.
„ Si est autem misericors, & eos qui peccant dignos
„ B uenia esse censet: multo magis eos qui se rectè gerunt nõ relinquet incoronatis postquã hinc excesserint. Sed etsi hic nõ reddat, omnino illic reddet. Deinde subiungit etiam. Iustus, significans quòd si iustus sit, ut est, reddet unicuiq; secundum merita, etiamsi hic non reddat, quòd est uel maximum argumentum futuræ resurrectionis. Quando.n. multi ex ijs, qui sunt uirtute p̃diti, cernuntur mala multa perpessi, & improbi impune & secure uiuere: ubi nam recipiet unusquisque pro meritis, si nõ sit futura resurrectio, & alia uita, iudiciũ, & remuneratio? Deinde quoniam iustitiæ mentionem faciens, terruit auditorem, ut qui sit redditurus rationem peccatorum:, cito affert medicamentum, dicens. *Iucundus homo qui miseretur & commodat. Disponet sermones suos in iudicio.* Vides quot præmia proponit homini clementi & misericordi quòd fructus eius manet perpetuo, quòd liberabitur à tentationibus, quòd Deum imitabitur: est enim Deus misericors, quòd peccata eius ei cõdonabuntur. Hoc enim sibi uult illud, Dispensabit sermones suos in iudicio. Hoc ẽ,
C patrocinium consequetur, non deerit ei defensio, non erit ei tunc cõdemnatio, cum eleemosyna defensionem ei pulchrè comparet. Alius autem interpres dixit, Dispensans res eius cum iudicio. Hoc est, Fruetur magna prosperitate, nihil ab eo suscipietur quòd sit absurdum & alienum, ut qui fuerit optimus dispensator. Qui enim est crudelis, & inhumanus, & misericordia non mouetur, est à uera dispẽsandi ratiõe alienus. Quid enim possit esse hoc grauius, quàm quãdo qui est aditurus periculum animę, pecunijs parcit, & illàm negligit? Quocirca xps quoque illum laudauit œconomum, qui quando erat uocãdus in periculum, de schedulis transegit, & de eo quòd debebatur rescidit. Qũo n.non est absurdum, ut qui in præsenti quidem uita sunt in periculo, omnia sua profundãt, ut periculum rediment: cum autem ueniant in periculum ne tradantur supplicio, non utantur eadem œconomia? Et ideo prudentem dispensatorem dicit misericordẽ, ut q multa paucis emat, pecunijs cœlum, uestę regnum, pane & poculo frigidæ, bona futura. Quid enim conferri potest cum hac dispensatione, quan

Ro. 12.

Ro. 2
2. Cor. 5

Luc. 16.

Matt. 25
Mat. 10.
Mar. 9.

do quis ea dans quæ pereunt, fluunt, & intereunt, D
ea quæ sunt futura, & quę sunt immobilia, accipit, & per ea in præsenti uita securitate fruitur? Et ideo dicit, Dispensabit sermones suos in iudicio. Vel, ut alius dicit interpres, Dispensans res suas cum iudicio. In quonam dicit iudicio, nisi in die futuro? Vel dicit quòd etiã in hac uita omnia sua optimè administrabit, nec erit in eis quidquàm cõfusum, sed oĩa erũt ordine collocata, oiaq; recta uia & consequentia procedent, nulla est in eis perturbatio, nullus strepitus aut tumultus, cũ eleemosyna reddat eis omnia plana, facilia, & expedita. Quod etiã reddens manifestius interpres, dixit, Dispensans res eiꝰ cum iudicio. Is est enim misericors, qui res suas cũ iudicio & consilio dispẽsat. Alius enim est inutilis, & à uera dispensandi ratione alienus. *Quia in æternum non commouebitur.* Quid potest conferri cũ hac dispensatione, quando quis talem uiam inuenerit, quæ eum liberat ab inopinatis casibus, & facit ut extra uitę fluctus sit in portu, & cũ sit homo, nihil humanum sustineat, uel sustineat quidem, sed nequaquam euertatur? Hoc est enim admirabile quã do non cedit tẽtationibus, nec ab eis prosternitur. E
Quid uerò, an non sunt moti & labefactati multi misericordes? Nequaquã. Nam etsi redacti sunt pauperes, & ad extremam deducti mendicitatem, & in ærumnas & calamitates inciderunt, minimè tamẽ euersi sunt, dum cogitarent ea quæ à se facta sunt, Dei beneuolentiam & præsidium ad se attrahẽtes, & ualidam aliquam & fortem anchoram, nẽpe bonam conscientiam, habentes. Non dixit itaque, Insi dijs non appetentur, sed, Non commouebuntur. Quod etiam dixit Christus de illo, qui ædificat supra petram. Non quòd non sit tempestatem passurus, sed quod etiam tempestatem sustinẽs minimè sit euertendus. Hoc est enim admirabile, non quando cessantibus tentationibus omnibus in tuto fuerit: sed quando maximis & frequentissimis machinis impetitus, perpetuo manet immobilis, nec unquam euerti potest. Neque enim fieri potest ut anima diues misericordia obruatur unquam à grauibus animi perturbationibus. *In memoria æterna erit iustus.* Vide ipsum non solum in tempore uitæ, sed etiam post mortẽ complures docere & instituere. F
Quomodo ergo dum uiuit patietur aliquid mali, quando etiam moriẽs est alijs magister trãquillitatis? Vt enim sciant uel qui sunt maxime increduli, fructum eius manere immortalem in cęlis, hic dat eius rei experientiam defosso enim corpore, memoria eius ubique circumfertur. Talis est uirtutis potẽtia, non cedit tempori, non marcescit longitudine temporis. Hoc autem fit propter salutem multorũ. Illi enim non habent opus laudatione hominum. Qui autem uiuunt in uitio, illis egent encomijs, ut ex laude eorum q̃ præclarè ab aliis gesta sunt, fiant uirtutis studiosiores, & aliquando liberentur à uitio. Vbi sunt ergo qui sepulchra sumptuosa ædificant, ædesq; magnificas excitant? Audiant quodnã sit monimentum perpetuum. Non lapidum extructio, nec murorum ambitus & turres, sed bonorũ operum ostensio. Hæc autem ponit propter eos q sunt ualde increduli, & futura non attẽdunt. Vt cũ à præsentibus & ijs quę apparent eos abduxerit, deducat ad futura, & alioqui ostendit quod uirtus, ut sæpe dixi, etiam ante illa præmia habet in seipsa re

Mat. 7

G munerationem. *Ab auditione mala non timebit.* Alius, Nuncium malum non timebit. Quemadmodũ nõ dixit superius eum non esse petendum insidijs, sed insidijs appetitum non esse commouẽdum: ita hic etiam non dicit eum non esse auditurum malũ nũcium: sed audientem minime formidaturum. Nam siue bellum uiderit aduentare: siue terræmotũ oppida diruere, siue latrones & murorum effossores omnia eripere: siue barbaros incursiones facere: siue morbum mortem minitari: siue iram iudicis: siue quodcunque aliud, minimè extimescet: suas. n. opes antea deposuit i loco tutissimo, & ex quo nõ possunt eripi, & imminente morte non modo non metuit, sed etiam festinat quam primum in ea loca concedere, ubi sunt eius merces. Vbi est enim thesaurus hominis, illic cor eius. Si enim mercatores, q domum multa onera præmiserunt, properant quotidie uidere suas diuitias: multo magis hic q in cœlis omnes suas facultates antea deposuit, uolet à rebus præsentibus auulsus ad futura festinare. Nihil ergo ei poterit timorẽ incutere. Paratũ cor eius spe

H rare in domino. Alius, Firmũ est cor eius, idẽ significans, & interpretans illud, Paratum. Quod autem dicit est eiusmodi. Nihil est quod eum labefaciat, & ut in res præsentes animũ affigat efficiat, sed totus quantus est ad deum extẽditur, & spem illam expectat, & in illa expectatione perpetuò defigitur, nec ab ulla re præsenti mollescit, abducitur, aut distrahitur. Tales enim sunt rerum solicitudines, mentẽ diuidunt, & cogitationem distrahunt. Necesse est autem rursus dicere illud Euangelicum. Vbi est thesaurus hominis, illic est etiam cor eius. *Confirmatum est cor eius, non commouebitur.* Vidisti eum qui ẽdificat supra petram. Quid enim potest timere qui est & nudus & accinctus, & nullam ulli prębet ansam. Quid potest timere, qui habet deum clementem & propitium? ita ut utrinq; sit tutus, & ex superno auxilio, & ex ea in qua hic inferius degit facilitate, nec quidquam poterit eum labefactare, non damnum pecuniæ, non probra, non calumniæ. Neque enim habet in quo lædatur, qui hinc in regionem cœli commigrauerit, ad quam sceleri & insidijs nullus patet aditus. Apertè enim sciatis oportet omnes insidias parari uel pecunijs, uel pro pecunijs, & omne hominum studium in his ponitur. *Donec despiciat inimicos suos.* Dæmones hic dicit inimicos. Quis est enim eius inimicus, nisi scelerati dæmones, & ipse diabolus? *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi.* Post quàm eleemosynæ, & commodandi, & miserẽdi meminit: sunt autem multæ mẽ suræ eleemosynę: hic enim dat minus: ille uerò amplius: uideamus quemnam dicit misericordem: eũ ne qui prębet ex abundantia, an eum qui suas facultates exhaurit & exinanit, certũ est quòd eum qui exinanit: eum qui re profusè ac largiter utitur. Quod etiam Paulus quærit, dicens. Qui seminat in benedictionibus, metet etiam in benedictionibus. Vide autem quomodo propheta optimè usus est dictionibus. Non enim dixit, Dedit, uel distribuit, sed, Dispersit, simul & eius qui prębet largitatem ostendens, & rem sementem nominans. Tales enim sunt qui seminant: Dispergunt quæ sunt reposita, & quæ sunt manifesta amittũt, ut futura accipiãt. Hoc est collectione melius. Ita enim dispergere melius est quam colligere. Dispergũtur pecuniæ, & colligitur iustitia. Dispergunturque non manent, ut K
acquirantur manentia. Hoc ipsum faciunt etiã Agricolę. Sed illi quidem propter incerta, est enim terra quæ suscipit. Tu autem in manu dei, unde fieri non potest ut perdas. Quando ergo uideris aurum *Mat.6*
esse pulchrum, & ueritus fueris id eiicere, ueniant, *Luc.12.*
tibite in mentẽ ij qui seminant, ij qui fœnerãtur, ij qui mercaturas exercent, qui a sumptu & impensis incipiunt, cum tamen sit incertus rerum quas tractant exitus, nam & fluctus, & terræ sinus, & debitorũ syngraphæ, & omnia sunt incerta. Sæpe enim in sorte damnum acceperunt fœneratores, cœlum autem timet agricola. Hic autem nihil horum metuit. Sed & de sorte & de fœnore potest esse securus, si hoc dicendum sit fœnus, & non sortè longè amplius. Sors enim est pecunia, fœnus autem regnum cœlorum. Vidisti naturam mutui, quod habet usuram sorte longè maiorem. Et hæc quidem in futu- *Mat.19*
ro, in præsenti autem magnam libertatem cõsequeris, eris remotus ab omnibus insidijs, calumniatorum & auarorum cupiditatem extingues, uiues securè toto uitæ tempore, ut quem nec angãt de tuis L
bonis solicitudines, & spe futurorum bonorum eri garis. *Cornu eius exaltabitur in gloria.* Quod est maximè expetendum hominibus, hoc ponit assiduè. Id autem est splendor & gloria, quæ & illic eos excipiet, & hic eis aderit abunde & largiter. Nemo est enim adeò clarus & insignis ut misericors. Et si uis accipe eos qui in curriculis & theatris temere sua consumunt. Duc in medium misericordem, & tũc uidebis quantus sit utriusque fructus, quomodo eum quidem omnes perpetuo laudant & admirantur, communem patrem & seruatorem existimantes. Illi autem cum illo solo die imperpetuo quodã & temerario impetu applauserint, postea criminantur ut crudelem & inhumanum, ut inanis gloriæ cupidum, ut intemperantiæ ministrum, & seruum improbitatis. Sed et si in conuentibus quandoque eiusmodi uerba fiunt, illorum quidem notantur sumptus, & reprehenduntur impensæ. Hos autem nemo est adeo impudens & sceleratus, qui etiamsi sit millies crudelis & inhumanus, nõ latidet & ad- M
miretur. Eiusmodi enim res est uirtus, ut etiam ab *Dan.5*
ijs qui illam non sequuntur laudetur, quemadmo- *Mar.6*
dum uitium ijs etiam qui ei sunt dediti sit exosum, *Ro.2*
& reprehensione plenum. Itaque illos quidem ne ij quidem qui accipiunt laudant, meretrices, inquã aurigæ, & saltatores, sed eis etiam insectãtur. Hunc autem non solum pauperes qui acceperunt, sed ij etiã ad quos nihil rediit ex liberalitate, omnes mirabuntur & amabunt. *Peccator uidebit, & irascetur,* *Eccl.15.*
dentibus suis fremet & tabescet. Talis res est uirtus, uitio grauis & molesta. Quemadmodum enim ignis *Mat.5*
accendit spinas, ita etiã benignitas & clementia ho- *Esa.6*
mines quantum uis feros irritat, ea enim illorum *Esa.6*
improbitatem reprehendit & accusat. Sed uide eũ, *Sap.2*
ne cum inuidia quidẽ extabescit, audire accusare, & clarum uirtutis aspectum intueri, sed mente quidem liquescere, & dentibus dolorem ostendere, nõ audere autem uerbum proferre, sed tantum angi & excruciari. Tale est enim uitium, etiamsi ad ipsa scę- *Gen.4.*
ptra ascẽderit, & iuxta eos steterit, quorum sunt ca- *Prou.28*
pita cincta diademate, est omnium abiectissimũ, & maximè formidolosum, & simile est alicui strepitui, ac tumultui, & mari insaniẽti, etiamsi sit ma-

Mat.6. commouebitur, φοβηθῆ timore afficietur.
Mat.7.
Ro.8
Apoc.21.
1
2.Cor.9.

A xima stipatum potentia, quemadmodũ uirtus cõtra: Nam licet ad extremam redacta sit inopiam, & sit in ipso carcere, est regibus splendidior, & magna fruitur securitate, & sedet in portu nullus agitato fluctibus, non modo nihil patiẽs ab improbis, sed uel ipso silentio potens ulcisci improbos, & de improbitate extremas pœnas exigens. Quid fuerit. n. *Gen.37.*
miserius homine qui uiuit in scelere, quãdo præter *Iob.5.*
id quod seruit pecunijs, aliorum etiam rectè factis *Prou.14.*
mordetur, & aliorum laudem sitam pœnam existimat, & ipse à seipso supplicium exigit, suam cõsciẽtiam lanians, & mẽtem excrucians, & seipsum in se carnificem exhibens. Vidisti excellentiam uirtutis & potentiam. Vidisti imbecillitatem uitij & miseriam. Sed non in hoc solo eius consistit calamitas, sed etiam in alijs pluribus. Quod ipsum quoque si gnificans, subiunxit, dicens. *Desiderium peccatorum*
B *peribit.* Quid est, desiderium peccatorum peribit? Nusquã, inquit, sistitur. Quoniam enim ea quæ derat sunt eiusmodi, fluxa & prætercurrentia, desiderium quoque res imitatur, ut quòd extinguatur, & pereat, & nullam radicẽ habeat. Quòd si est hic peccator in hoc statu, cogita quonam modo se habebit in futuro sæculo. Ne hęc ergo patiamur, hãc uiam fugiamus, illam autem eligamus, & perpetuò ingrediamur, quæ est tuta, quę est inexpugnabilis, quæ est plena uoluptatis, quę referta est gloria, quę cœlum nobis cõciliat, quę in omnia quæ Dei sunt nobis prębet beneuolentiam, quę facit ut philosophemur quæ tot et tanta in se bona continet, quan ta ne oratio quidem explicare poterit. Quæ detur omnibus nobis consequi. Gratia et misericordia.

IN PSALMVM. CXII.

Audate pueri dominum, laudate nomen domini.

1 In scripturis sæpe uerba fiunt de his laudationibus: non est enim quid leue, sed aliqd
Ps.49 sacrificium, et oblatio quæ Deo placet. Sacrificiũ,
Ps.68 inquit, laudis glorificabit me. Et rursus, Laudabo nomen dei mei cum cantico. Magnificabo ipsum in laudatione. Et placebit deo super uitulum nouũ cornua producentẽ & ungulas. Sacri quoque libri id sæpe præcipiunt, & qui seruãtur, pro magnis gra
C tiarum actionibus id offerunt. Et quãnam habet, inquit, hoc difficultatem? Cui non autem uel humilis & abiectæ conditionis homini id prestare, & deum laudare est facile? Si rem diligenter & exactè didiceris, uidebis & laborem qui in re inest, & lucrum, quod ex ea percipitur. Primum quidem hæc laus à iustis requiritur, & oportet uitam prius rectè instituentem, hymnos ita deo canere. Non est enim pulchra laus in ore peccatoris. Secundo, non uerbis solum sed etiam factis laudare oportet, & hanc laudem Deus maximè requirit, hanc gloriam. Luceat, enim inquit, lux uestra coram hominibus, ut uideant bona opera uestra, & glorificent patrem uestrum qui est in cœlis. Ita laudant Cherubim. Quocirca Propheta quoque cum illam mysticam audiisset melodiam, seipsum afflictat, & miserum ducit, dicens. Hei mihi quod homo sum impura habens labra, & habito in medio populi impura labra habentis. Et ideo cum præcipit laudes offerre, incipit a superioribus potestatibus, sic dicens.
Psal.148. Laudate Dominum de cœlis, laudate eum omnes angeli eius. Oportet itaque angelum fieri, & ita laudare. Ne ergo hanc laudem rem esse leuem existime

mus: sed ante os nostrũ uita nostra ipsum laudet. D
Ita quidem uel tacentes Deum laudare possumus. Ita etiam loquentes edemus modulationem uitæ conuenientem. Hoc autem nõ solum ex psalmo discere possumus, sed etiã quòd omnes ducit ad symphoniam, & chorum integrum & absolutum statuit. Non enim unum tãtum aut duos alloquitur, sed uniuersum populum. Et quemadmodum Christus nos deducens ad charitatem & cõcordiam, iubet ut in precibus fiat cõmuniter oratio, & ab uniuersa ecclesia, tanquam ab una persona, dicatur, Pa *Matth.6*
ter noster, & panem supersubstantialem da nobis, *Luc.4.*
&, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib. nostris. Et ne nos inducas in tẽtationẽ, sed libera nos à malo. Vbiq; utẽs plurali nomine, & præcipiens unicuique, etiamsi per se oret, pro cunctis fratribus offerre orationem. Ita etiam Propheta uocat omnes cõmuniter ad concentum orationis, & dicit, Laudate nomen Domini. Quid sibi uult hæc adiectio nois? Maximè qdẽ explicat affectionẽ dicẽtis: Significat autem etiam aliquid E
aliud. Quid nam? ut nomen eius per nos glorificetur, ut per nostram quoque uitam uideatur laudabile, est enim quidem tale. Vult autem hanc quoq; laudem per rectam nostræ uitæ institutionem illustrari, & ut scias ita esse, uide quæ consequũtur, subiũgit enim, *Sit nomen Domini benedictum. Ex hoc nunc*
& usque in sæculum. Quid dicis? Non erit benedictũ, nisi tu precatus sis? Vides eum nõ dicere de ea quæ illi adest benedictione, & est eius naturæ attributa, sed de ea quæ fit per homines. Paulus quoq; de ea scribens dicit, Glorificate uero Deum in corpo- *1. Cor. 6.*
re uestro, & in spiritu uestro. Ipse ergo est altus, & magnus, & laudabilis per seipsum, apud homines aute talis quoque efficitur, quando qui ei seruiũt, talem uitam ostenderint, ut quicunque eos uidẽt, laudibus & bonis uerbis Dominum prosequãtur. Hoc ipsum nos quoq; in precationibus iussit Dominus semper dicere, precãtes, sanctificetur nomen tuum. Hoc est, per nostram quoque uitam glorificetur. Quemadmodum enim dum malè uiuimus, cõtumelijs & probris afficitur: ita dum uirtutis cu- *Roma. 2.*
ram gerimus, gloria afficitur. Quod ergo dicit, est F
eiusmodi. Fac ut nos ppetuo rectè & ex uirtute ui- *Laco.2.*
uamus, ut sit nomen tuum benedictum. A *Solis ortu usque ad occasum eius laudabile.* Vides eum iã communem exordiri rempublicam, & aperire nobilitatẽ ecclesiæ. Non amplius enim in Palęstina solum, nec in Iudæa, sed est ubique terrarum nomen Domini. Quando autem hæc euenerunt, nisi quando nostra cœperũt efflorescere? Olim enim nõ solum nõ benedicebatur in Palæstina, sed etiam blasphemabatur & maledictis iceſſebatur propter Iudęos qui in ea habitabant. Propter uos, enim inquit, nomen meum blasphemabatur inter gentes. Nũc au- *Esa.52.*
tem ubique terrarum laudibus celebratur. Qd qui *Pars pri-*
dem alius quoque propheta significans, dicebat. *or. Esa.2.*
Apparebit Dominus, & perdet oẽs Deos gẽtium, & *46.*
adorabunt eum unusquisque in loco suo. Et rur- *Zech. 6*
sus alius, Et in nobis claudentur portæ, & non ac- *Zach.13.*
cendet ad altare meum donum. Quoniam ab or- *Miche. 1.*
tu Solis usque ad occasum nomẽ meum glorificatum est in gentibus, & in omni loco offertur suffi- *Posterior*
tus nomini meo & purum sacrificium. Vides quo- *pars. Psa.*
modo res Iudaicas contraxit, & repressit, & ubique *64. 102.*
Esa. 40.

terrarum ecclesiasticā uitę formā prædicauit. Qui enim hæc dicit propheta, fuit post reditum à Babylone. Et ideo hæc tunc prædixit, nec dicerent Iudęi eum dicere conclusionem illam & destitutionem quæ fuit in Babylone. Postquam enim illa cessassent, & ipsi ad priorem reuerti essent rēpublicam, ea dicit angelus, significans eorum destitutionem, quæ fuit tempore Vespasiani & Titi, postquā non erit deinceps mutatio illius solitudinis ac destitutionis. Illam enim consecutæ sunt res ecclesiæ. Et ideo dicit, Magnum nomen meum in gētibus, hęc est, benedictum, quod per bonam ipsorum uitam laudatur, quemadmodum hic quoque dicit, Benedictum nomē Domini. *Excelsus super omnes gentes dominus.* Vides rursus gentes eius cultum suscipere, & non unam tantum, aut duas, aut tres, sed quæcūq; sunt in orbe terrarum. Quid est hac prophetia clarius? Quomodo autem est excelsus sup omnes gentes? Quoniam eum magnificamus, non ei aliquam addentes altitudinem, Absit, sed dogmatibus, cultu, adoratione, & cæteris omnibus, non aliquid humile & abiectum de eo cogitātes, ut Iudæi, sed multo maiora & altiora. Talis est enim hæc nostra reipublicæ forma, quanto cœlum est terra altius, tanto hæc altior ueteri. Et ideo dicit, Excelsus sup omnes gentes Dominus. Etenim cum eum per cultum attollimus, illud quoque scimus hęc esse per quandam demissionem, & ad captum nostrum accommodationem. Quare etsi sint in nouo quàm in ueteri altiora, sunt tamen eius dignitate longè inferiora. Et ideo Paulus utriusq; cognitionis, & quę nūc est, & quæ tunc in futuro seculo futura est, differentiam ostendens, dicebat. Quando eram paruulus, sapiebā ut paruulus, cogitabā ut paruulus. Quando autem factus sum uir, euacuaui quæ erant paruuli. Et rursus, Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, & uidemus nunc quidem per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Per hæc enim ostendit hanc cognitionem ab illa tantū abesse, quantum puer à uiro qui puenit ad perfectam ætatem. *Et super cœlos gloria eius.* Quoniam dixit de laude & exaltatione quæ fit per rectam uitæ humanæ institutionem, & Deum ita extollere, ita laudare, ita magnificare exhortatus est, ad maiorem uirtutem incitans: Ostēdit ubinam hoc maximè fiat. Vbi nā ergo hoc fit: In cœlis. Illic enim est eius gloria. Angeli enim eum maximè glorificabunt, non ex sua natura solum, sed etiam ex obedientia hominū quibus ministrant, præcepta eius exactè perficientes. Et ideo dicit, Potētes uirtute, faciētes uerbum eius. Porrò autem in euangelijs quoque iusit Christus orare, & dicere. Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Hoc est, quemadmodum eum sanctificant angeli, ab omni quidem uitio liberati, uirtutem autem exactè persequentes: ita etiam nos digni habeamur q ipsum sanctificemus. Hoc ipsum hic quoque significans, subiunxit, Et super cœlos gloria eius. Non solū enim in terra uideris has creaturas quæ cernuntur, nec pulcherrimum ordinem qui est in cœlo, sed ascende à sensilibus ad ea quæ percipiuntur sola intelligentia, ad pulchritudinem illarum substantiarum, ad splendorem illius reipublicæ: & tunc scies quomodo est in cœlis gloria eius. *Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit?* An nō uidetur magnū esse quod dictum est? Sed quādo consideraueris de quonam id dictum sit, hoc longè erit eo inferius. Ita, sicuti dixi, non oportet in uerbis solis sistere, sed usq; ad sensum conscendere. Quomodo enim in cœlis habitat, qui cœlum & terram implet, qui ubiq; præsens est, qui dicit, Deus appropinquans, ego sum, & non Deus procul, Qui mensus est cœlum palmo, & terram pugillo, qui continet ambitum terrę? Sed quoniam loquebatur tunc cum Iudæis, propterea eo sermone usus est, paulatim erigens eorum cogitationem, & mentem sensim extollens & euehens. Non enim dixit solūmodo, Qui in altis habitat, & humilia respicit: sed cum prius dixisset, Quis sicut dominus Deus noster, illud subiunxit, ostendens quanam de causa illud secūdum dixerit, nēpe propter Iudaicam imbecillitatem simulachra stupentem, & Deos in locis & templis conclusos adorantem, & ideo inducit parumper comparationem, licet citra comparationem Deus oēs superem ineat: sed ad imbecillitatem auditorum, sicut dixi (neq; enim cessabo hoc assiduè dicere) componit oratio nem. Neque enim quærebat ut tūc diceret aliquid dignum eius gloria, sed ut quod diceret, ab eis capi posset. Et ideo paulatim eos sustollit, & tamē ne sic quidem permanet in humilitate, sed rursus aperit quasdam altiores intelligētias. Postquam enim dixit, Qui in altis habitat, & humilia respicit: rursus ad altiora orationem ectollens, dicit. *In Cœlo & in terra.* Ostendēs eum esse ubique & hic & illic. Non enim tanquā in cœlo inclusus, respicit eminus quę fiunt in terra, sed ubique præsens, & omnibus assistens. Vidisti quomodo paulatim mentem auditorum sustollit. Deinde cum auditorem à terra extulisset, & in cœlo collocasset: rursus procurās ut aliquid maius animo apprehenderet, uenit ad aliud eius potentiæ indicium, dicens. *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem.* Magnæ est enim, atque adeo ineffabilis potentiæ, parua extollere. Alicubi aūt contrarium quoque ponit alius, quòd magna quoque humiliat, sic dicens. Diuidens contritionem super fortitudinem, & miseriā supra munimentum adiungens. Hic quidem certè dictū est quòd pōt pusillos erigere. Est itaque generalis oratio. Quòd siquis hæc etiam uelit accipere anagogicè, uidebit hoc factum esse in gētibus, uidebit hoc euenisse in nobis tempore aduentus Christi. Quid enim erat nostra natura pauperius? eam tamen erexit & sustulit in cœlum cum nostris primitijs, & fecit considere in cœlis in throno patris. Et de stercore erigens pauperem. Vt collocet eum cum principibus populi sui. Stercus hic dicit uilitatē, & quæ ex ea fit repentinam mutationem, ostendens ei esse omnia facilia & expedita. Deinde transit aliud maius. Quodnam hoc? Quòd non solū potest res trāsferre, & humilibus dare authoritatem, sed ipsius ēt naturæ transmouere limites, & eam quæ est sterilis matrem efficere. Et ideo subiunxit. *Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.* Qđ quidem factum est in Anna, quod factū est in alijs innumerabilibus. Vidisti hymnum perfectum, uidisti hymnum completum. Dixit ea quæ erant facturā ut uniuersus orbis terræ se rectè gereret, quomodo erat cessaturus Iudaismus, quomodo noua ecclesiæ respublica erat lucē editura, quomodo erat ubique offerendum sacrificium. Deinde efficiēs ut uel

uel inuitum coegit seruos dimittere, & contendentes postea mari obruit, & ita suum populum liberauit. Quid est autem, Facta est Iudæa sanctificatio eius? Pro eo quod est, Populus ei seruiēs & eum colens, populus ei dedicatus, populus ei factus peculiaris. Sanctificatio autem propriè dicebatur, templum, adyta, sancta sanctorum, quemadmodum Zacharias quoque introducit aliquos rogantes, & dicentes. Ingressa est huc sanctificatio? an ieiunabimus? de redita arcæ & aliorū significans. Facta est Iudæa sanctificatio eius, erat enim antea regio impura & execranda, sed postquam accessit populus, facta est ciuitas sanctificatio eius: hoc est, Introducta est sanctificatio per obseruationem, per sacrificia, p cultum, aliosq; ritus & ceremonias. Israel potestas eius. Sub eius imperio, inquit. Atqui uniuersus orbis terræ eius imperio suberat, sed hi etiam, ex eo qđ eos habebat proprios & familiares, quando quidem & prophetias suscipiebant, & cum eis disserebat, & res eorum uariè administrabat. Quin etiam alio modo appellabatur eius populus. Illius enim nutu sæpe & ad bellum procedebant, & multa alia administrabant. Cùm eos enim à barbaricis manibus, tyrannide, & seruitute, & extremo periculo, & mente impia liberasset, Rex eorum factus est. Hoc ipsum etiam alibi suam causam agens, & ostendens se quæ sua erant primum ostēdisse, quæ illorum autem erant requirere, dicebat, Nunquid solitudo fui domui Israel, uel terra inculta? Quod autem dicit, est eiusmodi. Num fui uobis inutilis? num innumerabilia bona in uos contuli? num ipsam naturam mutaui? Non elementa ut uobis seruirent composui? Non dedi uobis uitam ab humanis laboribus liberam? Propterea dixit, Num solitudo fui domui Israel? Hoc est, Non fructus tuli innumerabiles? libertatem Aegypti, liberationem barbarorum, ostensionem miraculorum, uitam in deserto, hæreditatem Palæstinæ, subiugationem gentium, continua trophęa, frequentes uictorias, miracula incredibilia, continua prodigia, terræ fertilitatem, generis uestri incrementum, quæ uniuersum terrarum orbem peruadit gloriam, alia innumerabilia. Vidisti fructus Dei, & ideo subiunxit, Nunqd fui terra inculta? Hoc est, nō innumerabiles fructū? a me susceptistis? Non benedixi introitum & exitū uestrum? greges uestros & armenta uestra? panē uestrum, & aquam uestram? Non feci ut essetis omnibus inexpugnabiles? inuicti & terribiles? Non tanquam ex fontib. omnia uobis è cœlo & è terra manabant? Hoc enim maxime ostendit principem, qđ scilicet suorum curam gerat, eisq; prouideat ac prospiciat. Et ideo dicebat Christus. Pastor bonus, Nō dixit, honoratur & colitur, sed animam suā ponit pro ouibus suis. Hoc est principatus, hoc est pascendi scientia, sua negligere, & eorum quos regit curā gerere. Quod est enim medius, hoc est princeps, uel potius plus quam medicus. Medicus enim arte salutem comparat. Princeps autem etiam proprijs periculis. Quod etiam fecit Christus, pugnis cęsus, crucifixus, & alia innumerabilia perpessus. Quocirca dicebat Paulus, Etenim Christus non sibi, placuit. Sed quemadmodū scriptum est. Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Duo ergo, imò uerò tria, atque adeò innumerabilia hic ponit beneficia, quòd eripuerit à barbaris, quòd liberauerit

G ab aliena: quòd exemerit à seruitute quod laboribus & afflictionibus finem imposuerit, quòd innumerabilia fecerit miracula. Deinde quòd eos etiam esse uoluerit eius sanctificationẽ, & eius esse dicto obedientes. Nam hoc quoque non est paruum genus beneficij, referre eos innumerum eorum q sunt sub eius ditione. *Mare uidit, & fugit, & Iordanis cõuersus est retrorsum.* Vide orationem exaggeratã, & amplificatum beneficium Quid enim, inquit, dicendum est de barbaris & gentibus, quando cessit etiã creatura, & locum dedit, & conuersa est ad contrariã? respiciens ad Imperatorem, & cedẽs duci populi? Hæc enim oia tunc eueniebant populo Hebræorum, ut scirent quæ fiebant non fuisse humanæ cõsequentiæ. Sed omnia fuisse mirabilia effecta diuinæ & ineffabilis potentiæ. Vide autem emphasim dictionis, & quàm sit optimè posita. Non dixit. n. cessit, aut, substitit. Sed quid? Mare uidit, & fugit, recessius celeritatem fuga uolens ostendere, magnitudinem admirationis, & facilitatem dei operationis. Et nequis existimet hoc certo temporis ambitu aut fortuitu id accidisse, ab illo tempore nõ amplius factum est, sed semel quando Deus iusit, idq; uariè in diuersis personis. Insolens enim undarum impetus, ueluti animatus, & ratione præditus, Deo iubente hos quidem seruauit, illos uerò perdidit, & alijs quidem sepulchrum, alijs uerò fuit uehiculũ. Hoc ipsum etiam uideris in fornace Babylonico. Ignis enim, q temere & casu ferebatur, moderationem & certum ordinem ostendit, quãdo Deus præcepit, eos quidem qui erant intus conseruans: eos uerò, qui foris sedebant, inuadens & consumens. Iordanis cõuersus est retrorsum. Vidisti & in diuersis temporibus & in diuersis locis fieri miracula. Vt enim scirent dei potentiã ubique esse extensam, & loco non cõcludi: & in barbara regione & in solitudine, & ubique adfuit faciens miracula, & nũc quidem in mari, nunc autem in fluuijs, & tunc quidem cum regeret Moses, postea autem cum dux esset Iesus, & per miracula ubique transiit trahebantur, ut nullo sensu præditam mentem, durámque eorũ intelligentiam miraculis emollitam aptiorem redderet & magis ductilem ad suscipiendam dei cognitionem. *Montes exultauerũt ut arietes, et colles sicut agni ouium.* Hic nobis oritur non parua quæstio. Nõnulli enim dubitantes dicunt, priora quidem facta esse scimus. Historia enim tradidit & diuisum fuisse in exitu mare rubrum, & Iordanem fuisse retro conuersum quando arca tansijt exultasse autem montes & colles, hoc nusquam scriptum esse uidemus. Quid hoc ergo sibi uult? Volens propheta lætitiam & miraculorum magnitudinem hyperbolicè ostẽdere, uel ipsa inanimata inducit choros propemodum ducentia & exilientia, quæ quidem solent fieri ab ijs qui lætitia afficiuntur. Eò ergo spectat adiectio illius similitudinis, Tanquã arietes, & tanquã agni ouium. Illa enim animalia, quando lætantur, solent saltibus ostendere lætitiam. Quemadmodũ ergo alius dicit in calamitatibus uineam & uinum luxisse, non quod uitis lugeat. Quomodo enim luuti subijcere, etiam ipsa inanimata eum sensisse dicit hyperbolicè. Ita hic etiam inducit creaturam esse lætitiæ participem, ut ostenderet gaudij magnitudinem. Ita etiam solemus dicere quæ hic sunt lę-

H

Exo. 14
Dan. 3

Act. 17.

I

Exo. 14.
Ios. 3

Esa. 24.

K ta euasisse, quando uirum honoratum uiderimus accessisse. Implesti domum lętitia non de parietibloquentes, sed insigne gaudium ostendentes. *Quid est tibi mare quod fugisti, et Iordanis quòd conuersus es retrorsum. Montes exultastis ut arietes, & colles sicut agni ouium?* Per interrogationem profert orationem, & cum elemẽtis loquitur, eodem sensu quo eos dixit exilire. Quemadmodum enim ea dicebat, non eis sensum tribuens, sed, ut iam dixi, insignem lętitiam ostendens: & rerum gestarum magnitudinem: ita etiam eis affert interrogationem, non ut quæ respõdere possint, & sensum habeãt, sed ut quod dicitur efficiat apertius, & ostendat rem esse admirabilem & superare hominum opinionem. Tanquã autem res noua facta esset, & non ex consueta naturæ consequentia euenisset, subiungit interrogationem, & adijcit responsionem. Quamnam? *A facie domini mota est terra, à facie Dei Iacob.* Hic rursus dicit motum, perculsionem, admirationem, ut ostenderẽt rerum gestarum magnitudinem. Deinde ostendens quanta res sit unius uiri uirtus, ex serui nomine appellauit dominum. Quod quidem Paulus quoque dicit fuisse pro maximo honorem cõcessum illis sanctis, quoniam liberi erant ab omnibus quę ad hãc uitam pertinebant. Non solum enim ponit illũ honorem, sed etiã adijcit causam honoris. Vt auditorem doceret uiam per quam posset primum hũc locum obtinere. Quemnam? Vt ex seruorum nomine Deus uocetur. Quocirca dicebat, Propter quã causam non erubescit Deus, deus eorum uocari. Quomodo autem appellabatur Deus ipsorum dicens, Ego sum Deus Abrahæ, Deus Isaac, & Deus Iacob, Deinde ponẽs etiam superius causam talis uocationis, dixit. Et hi omnes mortui sunt nõ acceptis promissionibus, sed his procul uisis, cum & salutassent & confessi essent qđ peregrini sunt & hospites. Hæc est causa, & ideo subiunxit. Propter hãc causam nõ erubescit Deus uocari Deus eorum. Propter quamnam? Quoniam confessi sunt esse hospites & peregrini, & nihil habere commune cum præsentibus. Sed seiuncti ab ijs quæ ad hanc uitam pertinẽt, ita degebant in aliena. *Qui conuertit petram in stagnum aquarum, & rupem in fontes aquarum.* Quamnã quęso ueniam consequentur qui sunt duri, & nõ facile cedunt, cum & petra, & rupes quæ est dura & resistẽs, cedit iussui domini, homo autẽ qui est ratione ornatus, & omnibus mansuetior, illis euadit durior? Rupem enim hic dicit, quæ facile ferro non cedit, sed uix in uertice confringitur. Illa tamen in cõtrariam naturam reducta est, & fontes aquarum emisit. Naturæ enim opifex potest ipsos quoque transferre terminos, & quæ sunt contraria ostendere, qđ sæpenumero fecit in multis locis, ostendẽs se eum esse qui ex ijs quæ non sunt fecit omnia. Postquàm ergo dixit antiqua beneficia, miracula, prodigia, quomodo liberauit à barbarica seruitute, quomodo reduxit in libertatẽ, quomodo mutauit elementa, & omnia repleuit lætitia, & rogat etiã ut pro præsentibus ad eum portum cõfugiamus. Deinde quoniam illud quoque factum est non propter merita eorum qui afficiuntur beneficio, sed propter Dei benignitatem, & clementiam & nomen eius: quod quidem dixit ut non prophanetur nomen meum, sed sciant omnes per ea quæ facta sunt, eius uirtutem & potentiam, & hoc sit occasio & argumẽtum

Heb. 11
Exo. 3
Mat. 22

M

Exo. 17
Deu. 8
ἀκρότομος

A doctrinæ: hanc etiam nunc affert rationem, dicẽs, Etiamsi nos uita deficiat, nec habeamus ex nostris rectè factis fiduciam, fac propter nomen tuum, sicut dicebat Moses. Cui hic quoque dicens consentanea, ait. *Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Non propter nos, inquit, neque ut nos reddas clariores & magis insignes, sed ut ipse ubiq; tuã reddas manifestam potentiam. Etenim quemadmodum eius nomen gloria & honore afficitur, dũ ipse fert auxilium: ita rursus gloria quoq; afficitur, dum nos recte & ex uirtute uiuimus, & pręclaris institutis clari simus. Luceat, enim inquit, lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum q est in cœlis. Quẽadmodum ergo gloria & honore afficitur, ita contumelijs & maledictis incessitur, dum uitam in uitio transigimus. Hoc ipsum per prophetam quoq; significans, dicebat. Nomen meũ propter uos blasphematur iter gẽtes. Cum ergo nulla alia ratione possit eorum causam defendere, eò confugit, sicut etiam Moses. Sed non idem semper facit Deus, hominum salutis curam gerẽs. Si enim rhoc semper faceret, multi socordes fierent deteriores, quòd nihil mali paterentur maximum pignus habentes, nempe qui propter eius gloriam perpetuo seruarentur. Sed res non ita habet. Neq; enim deo sua gloria tanquã est curæ, quantæ salus hominum. Si enim homines eam contemnunt, multo magis deus, qui nullo nostrorum indiget, sed, sicut dixi, quoniã propheta partes defensoris suscipit, eos ab ijs ex quibus licet defendit, & conduplicatione utitur, dicens. Nõ nobis domine, non nobis, ostendens magnam indignitatem eorũ qui seruantur. *Sed nomini tuo da gloriam.* Nos enim sumus digni malis innumerabilib⁹: sed ne prophanetur nomen tuum. *Super misericordia & ueritate tua.* Alius, Propter misericordiam tuam. Vides eum hoc quoque planè scisse, quòd Deus id despiciens, Vnum solum sibi proponit, nempe ut corrigantur homines. Et ideo subiunxit, Ob misericordiam, & ueritatem tuam. Hoc est, Propter misericordiam tuam fer nobis auxilium, etsi non sit tibi curæ gloria hominum, sed propter misericordiam & ueritatem tuam. Potes enim potes etiam puniens gloriam accipere, & non solum miserens. Sed non sic, inquit, sed propter tuam misericordiam. Oportebat enim à nobis nomini tuo dari gloriam per bonam uitæ institutionem, sed quoniam hac in re officio nostro functi non sumus, fac id per tuam defensionem, clementiam, & misericordiam. *Ne quando dicant gentes. Vbi est Deus eorum?* Audio multos nunc quoque precando hæc dicentes, sed timeo ne nequicquàm dicant, Vbi est Deus eorum, quando multi rapiunt, & iniuriam faciunt, & admittunt scelera innumerabilia. *Deus autem noster in cœlo, quæcunque uoluit fecit.* Multorum hic errorem corrigit. Quoniam enim multi deum esse ignorant, talem eorum sententiam corrigens dicit, Deus autem noster in cœlo, quæcunque uoluit fecit. Si autem in cœlo: multo magis in terra. Quid est, in cœlo quæcunque uoluit fecit? Vel superiores, inquit, potestates, uel infinitos illos populos, uel præcepta, quæ cum facilitate peragũtur. Si autem in terra magna est confusio ordinisq; perturbatio, ne mireris. A uitio enim hominum, & eorum qui id persequuntur improbitate, non autem à dei imbecillitate oritur. Quòd enim sit fortis & potens, quæ in cœlo fiunt, id significant. Si autem non ita fiat in terra: qui seipsos reddunt indignos, in causa sunt. Porrò autem aliter quoque sumi potest quod dicitur, nempe quod propter dei patientiam multa sunt quæ nondum accipiunt iustam remunerationem. Quo fit ut iusti uincantur ab improbis, dum non uult benignus & clemens Deus de uniuscuiusque peccatis pœnas uestigio sumere. Nam si hoc faceret, sublatum esset iampridem nostrum genus. Hoc ergo hic dicit. Potens quidem est, & ualidus, et qui possit pœnas sumere, idque manifestum est ex ijs quæ in cœlis facta, sed hoc non facit, utens ubique lenitate & patientia, & attrahens ad pœnitentiam eos qui uitam transigunt in scelere. *Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non uidebunt. Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt. Manus habent & non palpabunt: pedes habent & non ambulabunt, non clamabunt in gutture suo. Similes eis fiant qui faciunt ea.* In psalmo centesimoquinto, eorum insaniam narrans, dixit, Filios, & filias suas sacrificarunt dæmonijs. In præsentia autem, stupiditatem, & ipsius sensus priuationem, quòd inanimis materijs affixi sunt. Omnia autem eorum membra persequitur, ea fusius iudificans. Deinde subiungẽs quoque dicit. *Similes eis fiant qui faciunt ea, et qui confidunt in eis.* Atqui uirtus est, Deo eẽ similem. hic autem est imprecatio. Cogita autem quales sint, cũ ut qs eis euadat similis sit summa imprecatio. Atque orationem quidem sic pulchrè figurauit, eos extremæ amẽtiæ insimulans, & esse ridiculos ostẽdens. Quomodo autem non est, dic quæso, ridiculum, uinctum teneri à statua quæ habet in se figuram summæ turpitudinis? Quis autem uelit nudã uidere mulierem? Dæmon autem nudæ quoque figuræ assidet. Et nunc quidem statuę sunt imagines fornicationis: nunc uerò insani in masculos amoris. Quid enim sibi uult aquila? Quid uerò Ganymedes? Quid Apollo, q uirginẽ persequitur? Quid aliæ execrandæ figuræ? Vbique libido, ubique lasciuia, nefariorum concubituum, & insanorũ amorum sunt ubiq; figuræ. Statuæ enim, & festa, & publici cõuentus, & initia ac mysteria, ut turpissimas res probant & conuincunt, ita sunt earundem monimenta & documẽta. Nec solum docentur res turpes, sed etiam hominum cædes ex eis ediscuntur. Vnde etiam auersantur dæmones. Nihil est enim aliud apud illos, quã libido, & impudicitia, & intẽperantes ebrietates, crudelitas, & inhumanitas, & cædes. Atque hinc uideri possunt constata esse festa. Cùm itaque simulachra nullo sensu prædita, & eorum qui illis confidunt amentiam esset ludificatus, ad Dei laudem conuertit orationem, dicens. *Domus Israel sperauit in domino, adiutor & defensor eorum est. Domus Aaron sperauit in domino. Adiutor eorum & protector eorum est. Qui timent dominũ, sperauerunt in domino. Adiutor eorum & protector eorum est.* Per hæc enim & Dei potentiam prædicat, & eius incomparabilem & super omnes excellentiam. Quæ enim Iudaico populo facta sunt in medium adducens, ostendit eius duplex, imo uerò triplex beneficium.

B

Mat. 5

Esa. 52.

Super misericordia.

ἕνεκεν ἐλέους, ob misericordiam.

C

D

Rom. 2.

E

Psal. 105

Psal. 95
Zach. 10

F

G Primum quidem quòd eos liberauerit à dæmonibus. Deinde quod seipsum manifestauerit. Tertio autem quòd eis suum præbuerit auxilium. Diuidit autem orationem in Israelem & genus sacerdotale, & eos qui ad eum accedunt ex gentibus. Non est.n. conferendus priuatus cum sacerdote, sed hic eum longè superat & ideo merito eam facit diuisionem. Maior enim est eis honor habitus. Deinde ostēdēs prouidentiam non esse rebus tantum Iudaicis conclusam, Proselytorum quoque meminit qui accedunt ex gentibus, auxilium & benedictionem factam in omnes esse dicens. *Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis. Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron. Benedixit iis qui timent dominum, pusillis cum maioribus.* Quid est, Benedixit. Impleuit, inquit,
Psal. 112. bonis innumerabilibus. Etenim homo quoq; Deū benedicit, ut quando dicit, Benedic anima mea do minum. Sed qui Deum benedicit, ipse lucratur: seipsum enim reddit clariorem, illi autem nihil largitur. Deus autem benedicens, nos reddit clariores: ipse autem nihil accipit. Deus enim nulla re in
H diget. Qua de re lucrum utrinq; nostrum est. Quomodo autem eos benedixit? Dedit eis panem ē cœlo, aquā pluit è petra, introitum eorum & exitum
Psal. 15. custodijt, armenta & greges eorum auxit, peculiarem populum nominauit, & regale sacerdotium, le
Act. 17. gem dedit, prophetas misit. Hæc etiam alibi prædi
Exo. 16 cans, dicit, Non fecit taliter omni nationi, & iudi
Exo. 17. cia sua non manifestauit eis. Et alius. Quænam gēs
Psal. 120 est adeò sapiens, cui appropinquat dominus Deus
Deut. 21. eius? Pusillis cū maioribus. Nullū, inqt, fuit genus cui
Exo. 29 defuerit benedictio, sed hęc oia ad oēs extēsa sunt.
Exo. 20 *Adyciat Dominus super uos, super uos & filios uestros.*
1. Reg. 17 Vidisti aliud genus benedictionis, nēpe ut crescat
2. Par. 24. genus. Et ideo alius contrarium pro supplicio affe-
Psal. 147. rens, dicit, Et diminuti sumus, & sumus pauci præ-
Deut. 4 ter omnes qui habitant terram. Hac benedictione
Hier. 42. fruebātur etiam cum essent in Aegypto, licet essent innumerabilia quæ prohibebāt, opera, afflictio & calamitas, eorum qui urgebāt crudelitas. Sed nihil eorum uerbum dei interrupit, sed eò processit benedictio, ut in ducentis annis fierent sexcenta mil-
I lia. Sed tunc quidem in his consistebat benedictio
Exod. 12. nunc autem in nouo, in multo melioribus. Et ideo
Eph. 1. dicit Paulus. Benedictus Deus qui benedixit nos in
Eph. 3. omni benedictione spiritali in cœlestibus in Chri sto. Et rursus. Ei autem qui potest omnia facere lōgè abundantius quàm petimus, uel cogitamus ei gloriam in ecclesia. Et ideo Prophetę quoque antiquitus quærentes beneficia, præbebant hanc bene
4. Reg. 4 dictionem. Helisseus enim eam quæ illum susćepit datione filij remuneratus est. In nouo autem non hęc, sed multo maiora. Itaque purpuraria non hæc
Act. 16. petebat ab Apostolis, sed quid? Si nō iudicastis me indignam domino, ingressi, inquit, manete apud me. Vides quantum interfit, & quęnam quidem pe tebant qui erant in ueteri, & quęnā qui in nouo. Et rursus Christus. Gaudete quia nomina uestra scri-
Luc. 10 pta sunt in cœlis. Et Paulus, Deus autem impleat
Rom. 15. gratia & spe in credendo, ut abundetis in spe, in uirtute spiritus sancti. Vidisti uim benedictionis, quæ bona largitur ineffabilia, & nihil habet terrenum.
Rom. 16. Et rursus Paulus, Deus autem cōteret Satanam sub
Deut. 28 pedibus nostris celeriter. Sed in ueteri, quando ho
Esai. 1. mines erant crassiores, ex sensilibus contexebatur benedictio, & multorum liberorum susćeptio existimabatur esse res maxima. Quoniam enim mors
K *Rom. 5.* ingressa erat ex peccato, Deus genus consolans, & ostendens eam non modò consumpturam, nec interitum allaturam, sed lōgè etiam plures quā antè
Gen. 2 futuros, inqt, Crescite, & multiplicamini. Postquā autem cognitum fuit mortem esse somnum, introductum est bonum uirginitatis. Et ideo dicebat Paulus, Volo autem omnes homines esse in continentia, sicut & meipsum. Et rursus. Bonum est ho-
1. Cor. 7 mini mulierem non tangere. Et rursus. Sunt Eunuchi, qui se castrarunt propter regnum cœlorū. Quā
Matt. 19 quā alioqui etiā in principio obscure significauit opus esse uirtute, non filiorum multitudine. Audi autem quomodo. Dicit enim quidam sapiens. Ne
Eccl. 16 desidera multitudinē filiorum inutilium, nisi sit timor Dei cum ipsis, neque attende eorum multitudinem. Melius est enim unus quàm mille, & mori sine filijs, quàm habere filios impios, & melior est unus faciens uoluntatem domini, quàm innumerabiles impij. Iudæi autem nullo planè sensu prædi
L ti, ad carnem semper aspirantes, & uirtutem negligentes, dicebant, Quid quærit Deus nisi semen? Eis ergo ostendens se hoc non quærere, eos millies perdidit cum uirtute carerent. *Benedicti uos à domino.* Rectè adiecit, domino. Sunt enim etiam qui benedicuntur apud homines, sed sunt res illorum humanæ. Hæc est autem maxima benedictio. Homines quidem benedicunt, hoc est, laudant & celebrant eos quorum magnæ sunt opes, gloria, & potentia. Sed hæc quidē benedictio est & fluxa & momentanea, quinetiam quando adest, nihil omnino affert lucri. Dei autem beneuolētia est perpetua, &
Psal. 32. in rebus maximis præbet utilitatem. *Qui fecit cœlū & terram.* Vidisti quanta sit uis benedictionis. Verba enim eius fiunt opera. Cœlum quidē certè uerbum eius effecit. Verbo, inquit, domini cœli firmati sunt. Illo uerbo te benedicit quod tanta potest. Cœlum cœli domino, terrā autem dedit filijs hominum. Quid dicis, Elegit sibi habitaculum in cœlo, & superioribus acceptis partibus, nobis quę hic sunt parauit? Absit. Nō ita habet, sed est oratio quę se demittit ad captum auditorum. Si enim ita habe
Hier. 23. ret, quomodo staret aliud quod à deo dicitur? Nū quid cœlum et terrā impleo, dicit dominus. Illud enim est huic contrarium, si id acceperimus prout uerborum quę se ad manum offert sonat prolatio, & non considerauerimus contemplationem quæ est in eis recōdita. Quid est ergo qd dicit, *Cœlum cœli Domino, terrā aūt dedit filijs hominū.* Vsus est oratiōe q̄ se demittit ad captū auditorū, nō deū cęlo includens. Neque.n. illud, Cœlum est sedes eius, & terra
Esaiæ. 66 scabellum pedum eius, quemadmodum nec illud, Cœlum & terram impleo, pro eius dignitate dictū est, sed idipsum quoque est dimissio ad captum auditoris. Ipse enim omnia continet, omnia fert, non egens loco, sed ipse omnia simul regēs & moderās, sed dicitur cœlum eius domus, quod sit locus purus à uitio. Quemadmodum ergo hic non est cœ-
Deut. 32. *Psal. 32.* lum locus ab eo delectus: ita nec quādo dicit, Statuit terminos gentium secundum numerum Angelorum dei, uel quòd elegit domum Iacob. Neque enim hic hoc dicit, Iudæos quidem esse eius, cæteros autem homines non itidem, sed esse eius prouidentia & opificio nudatos & priuatos. Est enim cō

A munis uniuersorū Deus. Hac autem oratione usus
Rom. 3. est ostendens suum in eos desiderium, quādoquidem uidebantur quomodocunq; alijs esse meliores. Quòd enim non eos solos elegerit, sed omniū curā gerat, ostendūt & quæ ante Mosen facta sunt,
Rom. 1. nō minus autem ostendunt & quæ eius tēpore fiebant, & quæ post eum fiunt in singulis. Solē enim,
Gene. 12. terram, mare, alia, omnia dedit omnibus communiter, legem naturæ omnibus inseruit. Abrahā, cū esset Persa, & amauit, & à sua regione traduxit. Nā & Aegyptios, eos qui habitabant in Chanaam per ipsum correxit. Et rursus per eius filium & nepotē multos ex uicinis meliores reddidit, quod quidem ad eum attinuit. Vbi autem Moses quoq; post hæc natus est, per ea q̄ Iudæis fiebant, deducebat Aegyptios ad dei cognitionem & eos qui erant in Palæstina, & post hæc rursus eos qui erant in Babylone. Ita etiam quando dicit, Cœlum cœli domino, hoc dicit, quòd propterea in illis requiescit, qa sunt ab omni uitio liberi. Quinetiam tu quoque, si non ter
B ræ affixus fueris, sed Angelus efficiaris, celeriter in cœlum & domum paternam cōscendes. Atq; adeò uel ante resurrectionem ex hoc iam loco migrasti, ésque iam authoritate & dignitate præditus. Quēadmodum enim multi eorum qui sunt in numerū magni senatus relati, et si ruri habitent, habent tamen dignitatem: ita si tu quoq; uolueris esse ciuis cœlestis, etiamsi hic habites, illa dignitate fruere. *Non mortui laudabunt te domine, neque omnes qui descēdunt in infernū. Sed nos qui uiuimus benedicimus domino ex hoc nunc & usque in seculum.* Mortuos dicit, nō eos qui uita functi sunt, sed eos qui mortui sunt in impietatibus, uel eos qui in peccatis suis emarcuerūt. Erat enim mortuus Abraham, Isaac, & Iacob: ita tamen uiuebant, ut illorum memoriam qui uiui erāt peragerent. Moses itaque orans pro populo, quem
Exo. 32 regebat, per eos deum placat, cum eos adhibuisset
Dan. 3. in precibus. Tres quoque pueri rogant ut propter eos seruentur, & ideo dicunt, Ne auferas misericordiam tuam à nobis, propter Abraham dilectum tuum, & propter Isaac seruum tuū, & Israel sanctū tuum. Si autem tanta erat eorum potentia, quomo
Matt. 8. do erant mortui? Et rursus Christus. Sine mortuos
C *1. Th. 4.* sepelire mortuos suos. Et ideo Paulus eos qui sunt mortui, non uocat mortuos, sed eos qui dormierunt, scribens. Nolo autem uos ignorare fratres de ijs qui dormierūt. Iustus enim, etli obierit, nō mortuus est, sed dormit. Dormit enim qui ad meliorē uitam est transmittendus. Qui autem ad immortalem mortem est abducendus, etiam uiuus uitam finijt, & est mortuus. Illi descendunt ad inferos: hi in cœlum ascendent, & erunt cum Christo. Et ideo Propheta non dixit absolutè, Qui uiuunt, Sed, Nos qui uiuimus, hoc de se dicens. Et Quare non dixit,
1. Th. 4. Qui uiuunt, sed adiecit, Nos qui uiuimus? Quoniā Paulus quoque sic dixit. Nos qui uiuimus, qui reliqui sumus, non prœueniemus in aduentum domini. Quemadmodum illic illud, Nos quod adiectū est, non sinit id quod dictum est dici de omnibus, sed de fidelibus, & ijs qui sunt uitæ institutis similes: ita etiam hic illud, Nos qui uiuimus, dicit eos q conuenienter Dauid in uirtute uitam agūt. Ex hoc
Nunc Nunc & usque in seculum. Vides etiam hoc quod subiungit id significare. Quid nam? Quòd id dicit de ijs qui uitam in uirtute transigunt. Nemo enim in hac uita uiuit æuum, sed ij soli qui perpetuò uitam agunt cum gloria. Nā peccatores quoq; uiuūt, sed in pœna & supplicio & stridore dentium. Hi au
D *Esa. 66* tem in claritate & splendore maximo, utpote quo-
Matt. 25. rum sit munus una cum incorporeis potestatibus offerre deo hymnos mysticos. Vt ergo nos quoque fruamur hoc gaudio, hanc uitam persequamur, ut ad illam quoque ueniamus hæreditatem, quā nec sermo explicare, neque mens cogitare, nec aliquid aliud potest indicare, sed ipsa sola experientia ostēdit eius beatitudinem. Quam detur nobis omnibus assequi benignitate & clemētia domini nostri Iesu Christi. Cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM. CXIIII.

Ilexi Quoniam exaudiet Dominus uocem orationis meæ. Et quisnam est, inquit, qui dum ex
d auditur non diligit? Multi homines, qui huius uitæ curis sunt dedicati. Nolunt enim audire ea quæ illis conferunt, sed rogant quidem ut ea eueniant quæ sunt sibi conducibilia: Deinde ubi
E euenerint, anguntur & tristitia afficiūtur. Ea enim sunt conducibilia, quæ Deus scit conducere, siue dixeris paupertatem, siue famem, siue morbū, siue quodcunque aliud eiusmodi. Quæ autem Deus ut conducibilia probauerit, & dederit, ea sunt utilia.
2. Cor. 12 Audi enim qd dicat Paulo, sufficit tibi gratia mea. Virtus enim mea in infirmitate pficitur. Hæc enim ei conferebant, persecutiones, afflictiones, & angustiæ. Qui etiam cum audiuisset ea cōferre, dicebat.
Ibidem. Quapropter placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in persecutionibus. Non est ergo quorum libet gaudere, quando Deus eos exaudierit, prębēs quæ sunt conducibilia. Multi quidem certè uolūt ea quæ sunt inutilia, & eis delectantur. Propheta autem non sic, sed quid? Dilexit quoniam exaudijt
Qui. ὅτι, Quoniā. eum Deus dans quæ sunt utilia. *Qui inclinauit aurem suam mihi.* Humanis rursus uerbis dei nutum ostendit. Porrò autem aliud quoq; per hoc uerbum obscurè significat. Dicit enim, Nō sum dignus q exaudiar, ipse tamen descendit ad me. *Et in diebus meis*
F *inuocabo.* Quid est, In diebus meis? Non quoniam, inquit, exauditus sum resiliam, & euadam negligētior: sed oibus dieb. uitæ meæ hoc munus obibo. *Circundederunt me dolores mortis. Et pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem & dolorem inueni, & nomē domini inuocaui.* Vidisti arma ualida, uidisti consolationem quæ soluit quæcunque sunt grauia. Vidisti animum inflammatum desiderio domini. Quod autem dicit, est eiusmodi. Suffecit mihi ad hoc ut liberer à malis quæ me circunstant, Deum inuocare. Quidnam est ergo in causa, quòd cum deum sępe inuocemus, minime tamen à malis liberamur? Quoniam nō inuocamus, ut oportet inuocare. Nā ut scias quòd paratus sit semper prębere, audi quid
Matth. 7 dicat in Euangelijs. Quis est ex uobis, à quo si petierit filius eius panem, num lapidem dabit ei, uel si petierit piscem, num serpentem dabit ei? Si autē uos, cum sitis mali, scitis bona dona dare filijs uestris: Quanto magis pater uester qui est in cœlis, dabit bona ab ipso petentibus? Vides quanta sit eius bonitas, cum nostra cum illa collata uideātur ipro bitas. Quoniā ergo talis est noster domin⁹, ad eam semp confugiamus, & dūmodo eū adiutorē inuocemus eū paratum inueniemus ad conseruandū. Si

G enim qui naufragium fecerunt, & in tabula uehuntur, eos qui procul sunt uocãtes, persuadent ut humanitate utantur: et si nihil inter eos commune intercedat, sed solum casus eorum misereantur? Quãto magis qui est benignus & clemẽs, & naturali bonitate utitur, eos eripiet qui grauib⁹ opprimuntur calamitatib. si mõ ad eũ cõfugere uoluerint, & eũ uerè ac sincerè inuocare humana spe relicta. Quando ergo in inopinatum aliquod malum incideris ne animum abiicias, sed tuum statim spiritum erigas, & confugias ad portum qui nullis agitatur fluctibus, & ad turrim nunquàm expugnabilem, nempe dei auxilium. Ideo enim permisit ut caderes, ut tu eum inuocares. Sed nonnulli tunc maximè deiiciuntur, cum contrà sit faciẽdum. Quoniam enim nos ualde amat, ideo permittit ut affligamur, ut ei perfectius coniungamur. Nam matres quoque solent, insolentes pueros diuersis personis per terrentes, cogere eos ut ad suum gremium confugiant, non eos quidem uolẽtes molestia afficere, sed hoc excogitantes ut ipsi eis assideant. Ita etiam Deus uo

H lens nos sibi coniungere, cũ sit amator uehemens, uel potius amatore quouis uehementior, permittit ut ad talem redigaris necessitatem, ut perpetuò uaces orationi, & eũ assiduè iuoces, & alijs relictis sis de eo solicit⁹. O *domine libera animam meam.* Alius, Rogo domine eripe aiam meã. Alius, O domine, salua aiam meã. Vidisti sapientẽ aiam, quo relictis oib⁹q̃ ad hanc uitam pertinẽt, unum tantum petit ut anima maneat illlæsa, & nihil patiatur eorum quæ illã lædant. Si enim bene habeat, reliqua omnia consequentur, quemadmodum si nõ habeat, nihil nos uiuat reliqua prosperitas, & ideo nihil nõ dicere &

Matt.10. facere oportet ut eam conseruemus. Hoc enim innuit, cum dicit, Estote prudentes sicut serpentes. Quemadmodum enim ille reliquum corpus proiicit ut caput conseruet, ita oportet te quoq; alia omnia dare pro salute animæ. Neque enim paupertas, nec morbus, nec quod uidetur esse caput omnium malorum mors, poterit eum qui ceciderit offendere, si illa conseruetur, quemadmodum nec ex uita aliquid commodi percipies, si ea perierit corruptá ue fuerit, & ideo cæteris relictis de ea uerba facit,

I rogátque ut non nimis acris ab ea exigatur ratio, & ab intolerabilibus liberetur supplicijs. *Misericors dominus & iustus, Et Deus noster miseretur.* Vides quomodo docet auditorem, ut neque desperet, neque

ἀνυπεύθυνον sit ignauior & negligentior. Hoc enim propè dicit nec desperes. est enim Deus misericors, nec sis nimium securus, est enim iustus, salutem utrinq; nobis procurans. Huius enim excindit socordiam: illius autem tollit desperationem. Deinde ostendẽs deum esse propensum ad clementiã, subiungit rursus dicens. Et deus noster miseretur. Rectè autem dixit, Deus noster, ut eum distinguat ab ijs quorũ paulo antè meminit. Sunt enim illorum partes occidere, de medio tollere, & bella implacabilia gerere. Huius autem, uti clementia, condonare, & assiduè à periculis eripere. Quæ quidem cum alijs maximè ostendunt illos esse dæmones & exitiosos: hunc autem curam gerere & prouidere, & uerè esse deum. *Custodiens paruulos dominus. Humiliatus sum, & liberauit me.* Hic mouet maximum genus eius prouidentiæ. Quoniam enim dixit, Misericors, & iustus, & miseretur, eius maximæ, & inefK fabilis clementiæ munus deinceps ostẽdit. Quòdnam? Id uidelicet quo utitur in infantes ac pueros. Nos enim habemus rationem, quæ nos docet hæc quidem uitare, illa uerò eligere, & mala quæ nos inuadunt propulsare, & quæ adsunt excutere, & uiribus ualemus, & artes scimus. Infantes autem ac pueri, quibus hæc omnia deficiunt, sunt perinde ac si non haberent qui eos regeret. Sed omnia peruadit dei prouidentia, quã nisi assiduè fruerentur, omnes periissent. Nam & serpens peremisset infantem inuolutum fascijs, & auis quę degit in ædibus, & multa alia quæ repunt ac serpunt in domibus, neque enim nutrix, nec mater, nec ullus alius sufficit ad eorum perfectam gerendam prouidentiam, nisi superno iuuentur auxilio. Nonnulli autem dicunt hoc dictum esse de fœtibus nondum in lucẽ editis. Humiliatus sum, & liberauit me. Non dixit, Nõ permisit ut inciderem in pericula, sed postquàm incidi, seruauit. Quoniam enim dixit generalem eius prouidentiam, ad suam quoque personã extendit orationem, sicut ex generalibus & ex singularibus solet ea confirmare. Ne ergo quæras uitã L omni ex parte securam, non est enim id tibi condu cibile. Si enim nõ erat conducibile Prophetis: multo magis tibi. Quòd autem non sit cõducibile, audi quid dicat. Bonum mihi quòd humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. Duplex hic est gratiarũ actio, quòd & in pericula incidere & quòd cum ceciderit, minimè dereliquerit. Est autem utrunque aliquo modo genus beneficij, nec est prius minus secundo, imò uerò si mirabile aliquid dicendum est, etiã maius. Hoc enim liberauit à periculis, illud uerò animam fecit magis sapientem. *Conuertere anima mea in requiem tuã. Quia dominus beneficit tibi Quia liberauit animam meam de morte. Oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Placebo domino in regione uiuorũ.* Historiæ quidem ratio dicit præclaram quandam liberationem requiem & libertatem. Siquis autem eam acceperit anagogicè, poterit ex hoc loco excessum uocare liberationem, eamq; appellare requiẽ. Est enim ab omnibus malis liberatio, nec est amplius incertitudini obnoxius, ut qui sit securitatẽ cõsecutus, qui cum bona spe hinc excesserit. Et si.n. M mors inuecta est ex peccato, ea tamẽ Deus usus est ad nostrum beneficium. Et ideo nõ fuit ea sola cõtentus, sed etiã uitam reddidit laboriosam, ut scias quòd nec prius quidem permisisset, nisi eius sapientia id ualde utile factum esset. Et ideo cum dixisset, *Gene.2.* Quo die comederis, morieris, non fuit pœna contentus, pœna enim erat, Terra es, & in cinerem reuerteris. Nunc autem aliud quoque adiicit, dicens. *Gene.3.* In sudore uultus tui uescẽris pane tuo. Spinas & tribulos germinabit tibi, in laboribus comedes ea. *Ibidem.* Et mulieri dixit, Multiplicãs multiplicabo ærũnas tuas, & gemitũ tuũ. In dolore paries filios. Neq;.n. illud satis erat ad eos castigandos. Multos itaque *Iudicũ.15* uidemus ea ratione euadere meliores. Mors enim *Psal.106* ubi aduenerit, alienat à sensu. Hæc autẽ uiuos meliores efficiunt. Quòd si uidetur res esse terribilis, id sit ex imbecillitate eorum qui sic affecti sunt. Quòd enim hic metus sit imbecillitatis, audi Paulum eam optantem, & de ea lætantem, ut quando dicit. Resolui & esse cũ Christo est multo melius. *Philip.1.* Et rursus, lætor & collætor cum uobis omnibus, itidẽ uos quoque lætemini, & collętemini mecum, *Philip.2.*

A de contrarijs autem dolentem. Nõ solum enim, inquit, sed ipsi etiam in nobis ipsis ingemiscimus, filiorum adoptionem expectantes, liberationẽ corporis nostri. Et rursus, Qui sumus in hoc taber- *2.Cor.5.* naculo, ingemiscimus grauati. Vidisti quãtum sit bo- *Ibidem.* num philosophia, quæ alijs uidentur esse digna lachrymis, ea huic uidentur esse optanda, & ea, propter quæ alij se iure putant lætari & uoluptate affici, is propter ea existimat esse merito ingemiscendum. An non est merito ingemiscendum, quòd simus in regione aliena, & in coloniam procul à patria positam amandati? An non est maximè lætandum quòd in tranquillum portum cum maxima celeritate cursum teneamus, & supernam ciuitatem recipiamus, à qua procul ausugit dolor, molestia, & gemitus? Et quid mea, inquit, refert qui sum peccator? Vides non esse mortem, quæ dolorem affert, sed malam conscientiam. Desine ergo pecccare, & erit tibi expetenda mors. Oculos meos à lachrymis. Merito ita dixit. Non est enim illic dolor, tristitia, nec luctus. Et pedes meos à lapsu. Hoc est ma-

,, B ius priore. Quomodo? quod nõ sumus solum liberati à dolore, sed ab insidijs, circunuentione atque *Matth.7* prostratione. Stat enim super petram qui cum rectè factis recessit, portum apprehendit impedimenta omnia in posterum sublata sunt, nusquam turba, nec tumultus. In trãquillo statu manet hic perpetuo postquam hinc excesserit. Placebo corã Do- *Esa.32.* mino in regione uiuorum. Alius, ante Dominum. *Ezec.34* Alius, ambulabo. Hoc etiã Paulus ostendit, dicens. *1.Thes.4* Et nos rapiemur in nubibus in occursum Domini in aerem, & ita semper cum Domino erimus. Rectè autem dixit, In regione uiuentium. Illa enim est uera uita, à morte libera, quæ habet bona pura & im- *1.Cor.15.* mista. Quando, enim inquit, deleuerit omnẽ prin- *Apoc.21.* cipatum, & omnem potestatem ac uirtutem, ultimus inimicus deletur mors. His autem deletis, ni- *1.Cor.2.* hil remanet triste ac initucundum, non cura, non solicitudo, non labor. Erunt itaq; omnia lætitia, omnia pax, omnia charitas, omnia tranquillitas, omnia delectatio, omnia uera & syncera, solida & stabilia. Nullus est enim illic eiusmodi lapsus, nõ ira,

C non tristitia, non amor pecuniæ, non corporũ desiderium, non paupertas, non diuitiæ, non infamia, non aliquid aliud eiusmodi. Hanc itaque nos uitam desideremus, & omnes actiones nostras eo dirigamus. Propterea enim iubemur etiam dicere in *Matth.6* precatione, Adueniat regnũ tuum, ut ad illũ diem semper respiciamus. Qui enim illo amore tenetur, & illorum bonorum spe alitur, nullis malis præsentibus obruitur, nullis quæ hic sunt ærumnis retardatur, sed quemadmodum qui ad regiam urbem contendũt, nullo quod in itinere se offerat retinentur, non pratis, non hortis, non fossis ac uoraginibus, non desertis ac solitudinibus, sed utrorunque nullam rationem ducentes, ad unum solum respiciunt, nempe ad patriam quæ est eos susceptura. Ita etiam qui quotidie illam sibi effingit & exprimit ciuitatem, & eius souet alitq; desiderium, nihil eorum quę sunt grauia graue existimabit, nec eorum quæ sunt iucunda & illustria, iucũdum & illustre. Quid autem dico, Non existimabit? imò ea ne uidebit quidẽ, ut qui alios habeat oculos, & tales quales declarat Paulus, dicens, Non considerantibus *1.Cor.4.* nobis quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur, temporalia, quæ autem non uiden D tur æterna. Vidisti quo uiam alia dictione ostenderit. Illa ergo amplectamur, ut ea etiam assequamur: & assecuti, uita ab omni interitu aliena fruamur. Quam detur omnibus nobis consequi gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi. Cui gloria & potentia nunc & semp & in secula seculorũ. Amen.

IN. CXV. PSALMVM.

Credidi propter quod locutus sum. Ego autẽ humiliatus sum nimis. Huius dicti beatus Pau-

C lus mentionem faciens, dicit. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, Cre- *2. Cor.4.* didi, propter quod locutus sum, & nos credimus, propter quod & loq̃mur. Necesse est ergo primum dicere, quomodo eo usus est Apostolus, & de quonam sermo esset ab eo institutus. Ita enim ex eo cognoscemus quid sibi uelit propheta. Quanquam alioqui hæc est optima docendi ratio, non orationis contextum circũcidere, nec parte accepta in ea immorari, sed ab alto incipere exordium narrationis. De quonam ergo differens Paulus meminit huius uocis propheticæ? De resurrectione, & futuro- E rum bonorum perceptione, quæ omnem rõnem, mentemq; & cogitationem superant. Quoniam ergo hæc omnem superabant orationem, nec ea explicare poterat: fide autem ad ea suscipienda opus est: ne conturbaretur Iudæus, & uana spe inflatum se fuisse deceptũ existimaret, Prophetico dicto corrigit eius imprudẽtiam, propemodum dicẽs. Non rem aliquam nouam requiro, fidem, sed uetus bonum. Atque sic quidem Paulus. Propheta aũt, cum ipse quoque esset prædicturus bona quædã euentura Iudæis quæ superabant humanam cõsequentiam, nequis posset eis fidẽ derogare, ita psalmum incepit, dicens, Credidi, propter qd & locutus sum. Quoniam enim perierant Hierosolyma, templũq; fuerat euersum & dirutum, & omnes captiui & uincti abducti fuerant in alienam regionem, barbari autem pro illis prædia eorũ possidebant, & uineas plantare, domos ædificare, & matrimonia contrahere iussi fuerant: hæc afferebant Iudæis desperationem, & deinceps apud se cogitabant. Si cum haberemus ciuitatem, arma, arces, pecuniam, & tantum rerum splendorem, templum, & altare, cultum & ceremonias, & aliam omnem reipub. institutionem, traditi, & in seruitutem atque captiuitatẽ abducti sumus: nũc cum in aliena regione degamus, & omnibus spoliati nudi & serui simus, quomodo poterimus nostram recipere patriam? Quoniã ergo multi ex imbecillioribus hæc reputantes cõturbabantur, & non attendebant prophetias qui dicebant reditum: propterea sic dixit, ex eo omnibus ostendens opus esse fide ad ea quæ dicuntur à Domino. Cum eis autem alij quoque aliter loquũtur, quemadmodum Esaias sic dicens. Respicite ad so- *Esa.51.* lidam petram ex qua excisi estis, & ad fossam lacus ex quo effossi estis. Et rursus. Respicite ad Abrahã patrem uestrum, & ad Sarrã quę uos peperit, quòd unus erat, & uocaui ipsum, & sanctificaui ipsum, & multiplicaui ipsum. Quod autem dicit, est eiusmodi. Nunquid erat Abraham barbarus, nunquid carebat liberis, & iam ætate processerat? Nunquid habebat uxorem, quæ & propter ætatẽ & propter naturam erat filijs procreãdis inutilis? An non erant res eius omnino desperatæ? Quid ergo? An non ex

G uno sine liberis & prouectæ ætatis impleui orbem terræ? Quid ergo conturbabimini? Si enim ex uno potui implere orbem terræ: multo magis ex uobis paucis implebo Hierosolyma. Et ideo dicit, Respicite ad solidam petrã, ex qua excisi estis. Abraham ita uocans. Et fossam lacus, ex quo efossi estis. Sarram ita nominans. Quemadmodum enim ex lacu aqua per se non scaturit: sed eam suscipit ex supernis pluuijs: ita etiam illa cum esset priuata facultate gignendi, à superis accepit illam aptitudinem, & *Gene.21.* *Hebr.11.* quemadmodum petra nũquam fructum tulit: ita nec ferre poterat Abraham: ego tamẽ uos illinc exsculpsi, & ex uno tot & tantas regiones impleui. Et *Exec.37.* ideo Ezechielem quoq; in campũ educit, & ostendit ei cumulum ossium, & prophetans ossa excitat, ostẽdens eis, & dicẽs, si possum excitare mortuos: multo magis uos qui uiuitis reducere. Illi quidem sic. Hic autem propheta quomodo? Credidi, propter quod locutus sum. Hoc est, fide opus est ad ea quæ promittuntur. Ego enim ea cogitãs, & animo reuoluens, fide introducta omnem expuli pertur- H bationem. Hoc est ergo quod dicit Paulus, quòd in his sensilibus, & quæ uidentur, bonis, fide opus est. Quòd si in sensilibus: multo magis in his quæ percipiuntur intelligentia, si enim ut suam ciuitatem se recuperaturos admitterent, eis fuit opus fide: multo magis nobis q cœlũ expectamus. Quando ergo est aliquid magnũ, & quod cogitationem & rationem superat, oportet eam assumere, & non *Hebr.11.* consequentia humana res examinare. Admirabilia enim Dei opera sunt his omnibus superiora. Oportet itaque ora rationibus obstruẽtes ad fidem accurrere, & Deum gloria afficere. Qui enim contendit rationibus res illius inuenire, nequaq; eum gloria afficit, ut qui rationum suarum humilitati uelit ineffabilia eius Oeconomiæ consilia subijcere. Et ideo de Abraham quoque loquens Paulus, quoniam non hoc fecit, sed suas rationes reprehẽdens, respexit ad potentiã eius qui est pollicitus, & ostendens eum hac ratione Deum maxime gloria affici- *Roma.4.* sẽ, dicit. In promissione enim Dei non hæsitauit incredulitate, sed ualidus factus est fide, dãs gloriam I Deo, & certo psuasus quod quod pollicitus est possit ẽt facere. Quid est autẽ, Habentes aũt eundẽ spi- *2.Cor.4.* ritum fidei, sicut scriptũ est, Credidi, propter quod locutus sum. Et nos credimus, propter quod & loquimur? Hic nobis magnum reuelat mysterium. Quod nam hoc? Quòd est eiusdẽ spiritus nouum & uetus testamẽtum, & idem spiritus, qui est in eo locutus, hic quoque locutus est, & quòd fides est omnium magistra, & absque ea ne loqui quidem quidquam possumus. Et nos, inquit, credimus, & ideo loquimur. Si eam enim sustuleris, ne os quidem aperire possumus. Quare autem non dixit, Habentes autem eandem fidem, sed, Habentes autem eundem spiritum fidei? Et ea quæ dicta sunt significãs, & ostendens opus esse suppeditatione spiritus ad conscendẽdum ad altitudinem fidei, & ulipẽdendam rationum imbecillitatem. Et ideo ipse quoq; alibi dicit. Vnicuique autem manifestatio spiritus *1.Cor.12.* datur ad utilitatem. Alij enim per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ, alij uerò fides, alij autem dona sanationum. Sed fortasse dixerit, quod etiam uerum est, quod aliam dicit fidem per quam fiebant miracula. Scio ego quoque aliam esse fidem, de qua Apostoli dicebant, Adijce nobis fidem: & aliam hanc, per quam fumus omnes fideles, signa quidem non facientes, sed habentes cognitionem pietatis. Atqui hic quoque est nobis opus auxilio spiritus. Etenim de quopiam scribit Lucas, qđ aperuit cor eius ut attenderet ea quæ dicebantur à Paulo. Et Christus. Nemo uenit ad me, nisi pater traxerit eũ. Si hoc ergo Dei est, quomodo peccant qui non credunt, cum nec spiritus opem ferat, nec pater trahat, nec in uiam deducat filius? De seipso enim dicit. Ego sum uia. Hoc autem dicit, ostendẽs se opus esse ad hoc ut adducantur ad patrẽ. Si ergo pater trahit, filius deducit, spiritus illuminat: quid peccãt qui neque tracti sunt, neque deducti, nec illuminati? Quoniam nõ præbent seipsos dignos ut eam suscipiant illuminationem. Vide ergo hoc euenisse Cornelio, neq; n. hoc ille domi apud se inuenit, sed eum Deus uocauit; quoniam ipse præoccupans seipsum dignum reddidit. Et ideo Paulus quoque de fide differens, dixit. Et hoc nõ ex uobis, Dei est donum, nec tamen te relinquit uacuum bonis actionibus. Etsi n. eius L est trahere & inducere: animam tamẽ requirit quæ morem gerat & facile pareat, & tunc suum adhibet auxilium. Quocirca alibi quoque dicit Paulus, secundum propositum uocatis, neque enim uirtus, nec salus nostra cogitur. Nam etsi maxima pars, atque adeò ferè totum eius sit, exiguum quid tamen *Ioã.3.* nobis reliquit, ut nõ sit à persona remota causa co- *1.Corin.3* ronæ. Et ideo cum dixisset Paulus, Habẽtes autem eundem spiritum fidei, hoc est, qui etiã locutus est in ueteri, subiũxit, Et nos credimus, propter quod & loqmur. Multo enim magis hic fide opus habemus q̃ illic, & propter naturam promissorum quæ sub uisum nõ cadunt, sed sola mente percipiũtur: & propter ordinem temporum, non enim in uita præsenti, sed in futuro erant præmia. Imo uerò erat etiã opus fide pro præsentibus, etenim ea ipsa quæ dabantur, fide opus habebant, etiam dum dabantur, nempe & sacramentorum cõmunio, & baptismi donum. Ita omnem rationem superat uis bonorũ. Si itaq; in crassissimis illis & sensibus fide erat opus, multo magis hic. Sed Apostolica quidem sen- M tentia conuenientem accepit interpretationẽ: tempus est autem ut redeamus ad propheticam, & dicamus quid dicit hic beatus. Quid ergo dicit? Credidi, propter qđ locutus sum. Atq nihil erat adhuc locutus, sed dicit id quod mẽte iam a se dictũ erat. Quid est autem quod iam dictum fuerat? Cum, inquit, calamitatem & Iudaicam illam tragœdiã animo agitassem, illumq; interitum ac excidium & extremam uastitatem, non desperaui fore ut res mutaretur in melius, imò uerò & speraui, & annunciaui, & locutus sum. Nam in prioribus psalmis multa de his disserui, locutus sum autem, & annuntiaui, à fide eruditus. Alius autem qui non est ab ea ualde eruditus, uide quomodo claudicet & perturbetur. Non enim dicit illum psalmũ de Dauid, nec ex persona propria: sed narrans eorum qui claudicãt, animi perturbationes, sic dixit, Quã bonus deus Israel *Psal.72.* ijs qui sunt recto corde. Mei autem penè moti sunt pedes, propemodum effusi sunt gressus mei. Nõ loquens de pedibus & gresibus, sed de rationib. claudicantibus. Causam autem subiungit, dicens, Quoniam Zelaui propter iniquos, hoc est uidens floretes barbaros,

A tes barbaros, deiectos autem & fractos Iudæos. Et quodnam genus dicit claudicationis? Et dixi, Frustra ergo iustificaui cor meum, & laui inter innocẽtes manus meas. Et quidnam me impulit ut hæc dicerem? Dicit. Quoniam ecce peccatores florẽtes in sæculo obtinuerunt diuitias. Deinde uide quomodo seipsum rursus colligit. Si dicebam, narrabo sic: hoc labor est, inquit, ante me. Donec ingressus fuerim in sanctuarium dei, & intelligam in extrema ipsorum. Quod autẽ dicit, est eiusmodi. Vexabar, affligebar in ratiocinationibus. Tale quid enim est ratiocinatio. Deinde cogitaui me facere rem laboriosam. De ijs enim inquirens, nihil potero certi scire, donec me in patriam recepero. Vide quãtum sit periculum res fidei pmittere humanis rationibus, & non fidei. Si ille enim fuisset firmus & constans in fide, non hæc fuisset locutus, non fuisset perturbatus, non cõmoti essent eius pedes, non essent propemodum effusi gressus eius. Sed non ita hic propheta, sed stans supra petram, non tumultuabatur, B neq; cõturbabatur, sed res Iudæorum uidens ita esse affectas, res autem barbarorum secus, de reditu clara uoce constantiq; & certa mente frequẽter prædicabat in multis psalmis, & ualde confidebat, nec uires barbarorum, nec uilitatem Iudæorum attendens, sed eius potentiã qui ea est pollicitus. Et ideo dicit, Credidi propter quod locutus sum. Ego autẽ humiliatus sum ualde. *Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mendax.* Alius, Et dixi animi anxius, Ois homo mentitur. Hic fidei splendor rursus ostenditur, quod ne magnitudo quidem calamitatis eum præ- *Rom.11.* cipitem dederit in desperationem. Eiusmodi enim *2.Cor.1* res est fides, est quædam sacra anchora, quę undiq; sustentat mentem quæ ei adhæret, & tunc maxime ostenditur, quando in maxima rerum difficultate, ei persuadet qui illa est præditus, ut bonã spem expectet, expulsa turba ratiocinationum. Quod ipse quoque significans, dicit, Ego autem afflictus sum nimis. Hoc est, ualde quidem afflictus sum, sed non desperaui, nec animum abiect. Deinde ostẽdens se non fuisse solummodo afflictum, sed grauissimè af- C flictum, subiunxit dicens. Ego autem dixi in excessu meo. Omnis homo mendax. Quid est, In excessu meo? In summa, inquit, calamitate, & ingenti malorum magnitudine. Tanta, enim in quit, me adorta est tentatio, ut excessum & grauem sopore in me *Gene.2* inijceret. Dicit enim hic Excessum, alienationem à sensu, quæ ex malis oritur. Nam de Adam quoque quando dicitur Deus immisisse in eum excessum, dicit quandam à sensu alienationem. Extasis enim seu excessus dicitur, extra se esse positum. Immissus autem erat excessus, ne sentiret cum auferretur, costa, nec ex ea re do orẽ caperet, ea ratione Deus suffurans sensum molestię, ne accepto dolore id factũ ægre ferret, immisit in eum excessum. Et rursus ali- *Acto.10.* bi. Cecidit, inquit, sup ipsos excessus. Significat autem grauem quendam soporem, & à sensu remotionem. Excessus autem id ubique significat. Fit autẽ uel deo id faciente, uel malorum magnitudine grauem soporem ac torporem afferente. Possunt enim utraque esse causa excessus & soporis. Hic ergo dicit excessum, magnitudinem malorum, quæ eũ occupauerũt. Quid est autem quod dicit, Omnis homo mẽdax? Nemo est ergo uerus? Quomodo ergo *Iob.1.* Iob descriptus est, Vir uerus, iustus, religiosus. Quid uerò dicemus de prophetis? Si illi enim mendaces, D & in ijs quæ dixerũt falsi sunt, omnia pereũt: Quid uerò Abraham? Quid iusti omnes? Vides quantum sit malum si dictio solum accipiatur, & non sensus considereretur? Quid est ergo quod dicit, Omnis ho- *Esau.40.* mo mendax? Id quod ipse dicit alibi. Homo uanitati similis factus est. Quod etiam alius propheta dicit. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Hoc est, res uilissima, præterfluens, similis umbræ, somnio, & alicui imagini. Et ut scias me non leui ac simplici coniectura adductum hæc dicere, Alius interpres dixit, Falsum, aut mendacium. *Psal.143.* Alius autem, Mentitur, aut fallitur. Alius Deficit. Hoc autem multum ab illo differt. Mẽtiri enim est uitij quod in animo situm est. Deficere autẽ, & præter fluere, & esse somnium, umbram, & florẽ significat naturæ uilitatem. Idem est enim quod id quod dixit alius, Ego sum terra & cinis, & alius, Quid superbit terra & cinis? Et rursus, Vt quando dicit hic propheta Quid est homo quod memor es eius, ubi que naturæ uilitatem, & eam nihil esse significans. *Gene.18.* *Eccl.10* *Psal.18* De segetibus enim dicimus, Ementitæ sunt segetes, E hoc est, spem nostram fefellerunt, nec ut sperabamus tulerunt. Et, Annus est ementitus, hoc rursus significantes. Quoniam ergo homo res est uilis atque adeò nihili, hac autẽ philosophia solemus uti maxime in calamitate, & quàm sit nihili natura considerare: ideo ipse quoque, cum esset animi anxius & uideret argui naturam, & quàm uilis esset & nihili omni ex parte ostẽdit, Omnis, inquit, homo mẽdax. Hoc est, Homo nihil est. Quocirca ipse quoque alibi dicebat. Veruntamen in imagine ambu- *Psa.38.* lat homo. *Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Vide quomodo ostendit magnum beneficium, non ex ijs solum quæ facta sunt, sed etiã ex eo quod facta sint in eũ qui esset eiusmodi, alijs quidem uerbis, sed eodem sensu narrans quæ sunt in psalmo. Quemadmodũ enim illic dicebat, Quid est homo quod memor eius, filius hominis qđ uisitas eum: ita hic etiam. Tunc ostenduntur duplicia esse beneficia, quãdo & natura magna sunt, & quãdo conferũtur in eum qui est nihili: quod quidem F beneficium & gratiã amplificat. Hoc ipsum uolens ostendere, dicit, Quid retribuam domino? significans, eum hominem qui est mendacium, qui est uilis atque adeò nihili, dignum tanta censuisse gratia „ De omnibus quæ retribuit mihi. Hoc est gratã animi, obire, & pro ijs quæ accepit beneficijs quærere benefactori aliquam referre gratiam, & cũ omnia exoluerit, putare se nihil dare. Quod cũ ex retributionis principio significasset, procedens significat se id exoluturum. Ostendit enim duplicem gratiarum actionem, & quòd ea det quæ potest, & quod cùm ea det, se nihil dignũ dare existimet. Quid est ergo quod est daturus? Audi eum dicentem. Subiũgit enim. *Calicem salutaris accipiam, & nomen domini invocabo.* Qui quod dictum est sumunt anagogicè, dicunt esse communionem sacramentorum. Nos autem historiam sequentes, dicimus eum hic dicere, libamina & sacrificia, & hymnos grattarum actionis. Erant enim antiquitus diuersa sacrificia. Erat enim sacrificium laudis, pro peccatis, pro salute, pacifica, & eiusmodi alia. Hoc est ergo quod dicit, Nõ possum quidem quod dignũ est persoluere, soluo autem quod possum. Offeram enim deo sacrificiũ

G gratiarum actionis, & salutis eum commonefaciã. *Vota mea domino reddam coràm omni populo suo*: Vota hic dicit promissa & pollicitationes. In his.n. erumnis ad deum confugiebat,& se debitorem ei constituebat,pollicẽs si ea mala effugeret,se exoluturũ esse sacrificiũ. Quoniã ergo, inqt, cessauit calamitas, Vota mea reddã domino corã oi populo. *Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius.* Alius, Honorata coram domino. Quænam est autem hæc consequẽtia,& quid habet quòd cum prioribus conueniat? Siquis id accuratè examinauerit, maximam inueniet. Quoniam enim dixerat, Quid retribuam domino pro omnibus quę retribuit mihi. Ostendens eius beneficia,ostendit nõ solum uitam, sed etiam mortem sanctorum Deo esse curæ,non eam solum quæ lege naturæ aduenit, sed etiam quæ eius uolũtate suscipitur. An non uides quid dicat Paulus. In carne autem manere magis necessariũ propter uos, & eo fretus,scio quòd manebo, & permanebo una uobiscum. Et quid miraris si mors, cum nec nonnullorum generatio naturæ lege peracta sit, quem admodũ generatio Isaac,& generatio Samuel. Quo circa nec eos quidem uocat filios carnis, sed filios promissionis. Ita etiam Moses nõ est simpliciter & absolutè mortuus,sed cum Deus iussisset. Neq; Ioànes,sed cum ipse permisisset. Atqui fuit merces meretricis,fuit tamen nihilo secius honorata. Hoc ipsum autem est admirabile, quòd uel sic mortuus habitus est in honore,quòd ipse etiam q eum interfecerat,ipsum timebat. Quòd autem timebat,audi Euangelistam quidnam dicat de Herode: Dicebat enim quòd ipse resurrexit à mortuis, & propterea uirtutes operatur in ipso. Vide quomodo etiam in Abel erat mors pretiosa & honorata. Vbi est Abel frater tuus? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Vide etiam in Lazaro,quomodo post eius mortem Angeli eum deducebant. Contemplare etiam ciuitates ad martyrum sepulchra concurrentes, & populos inflammatos eorum desiderio. Hoc est ergo quod dicit. Deus magnã curã gerit uel ipsius mortis sanctorũ. Neque enim quomodocũque nec fortuitu moriuntur, sed quando ipse id ex suæ dispensationis cõsilio permiserit. Et ideo dixit, In conspectu domini, hoc uolens ostendere. O *domine ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ*. Non dicit communem seruitutem, sed eam quæ oritur ex magno amore & affectione, magno incensus desiderio, quòd est corona maxima,& quous diademate præclarius. Quocirca Deus quoque id posuit pro maxima laude,dicẽs. Moses seruus meus mortuus est. Et filius ancillæ tuæ. Hoc est, A multis retro seculis à tempore maiorum meorũ dicatus sum tuæ seruituti. Quòd etiam Paulus posuit in Timotheo pro maximo ornamento, dicens, Recordationẽ habens fidei quæ est in te non ficta, q̃ habitauit primũ in A uia tua Loide,& matre tua Eunice. Persuasum autem habeo quòd & in te,& quòd ab infantia didicisti sacras literas. Et rursus de seipso. Hebræus ex Hebræis. Et rursus. Hebræi sunt,& ego. Israelitæ sunt,& ego. Proselytos enim antecedebant, quia suis maioribus tales erãt. Et ideo hic quoque dicit, Et filius ancillæ tuæ. *Dirupisti uincula mea.* Nõ dixit, Labefecisti,sed, Dirupisti, significans ea ita eẽ fracta ut essent inutilia. Vincula autem hic dicit, afflictiones, tẽtationes, pericula. Est enim bonũ uinculum, quo bonum est astringi, ut quando dicit, In uinculo dilectionis,&, Quòd est uinculum perfectionis. Est etiam uinculum huic contrarium, ut quando dicit, Catenis peccatorum suorum unusquisque astringitur. Id Christus quoque innuens, Abrahæ autem, inquiebat, filiam hanc à Satana ligatam non oportebat solui? Et Esaias de Christo. Dedi te in testamentum gentium dicentem, ijs qui sunt in uinculis, Egredimini. Hæc ergo uincula dirupit, non soluit. Hoc enim est illo amplius. Quòd siquis etiã uelit hæc sumere anagogicè, dicens hæc uincula peccatorum, & ea esse confracta ueteri homini, minime aberrauerit. Est aliud quoque uinculum pulcherrimum, quod Paulus semper circunsẽrẽs, dicebat, Paulus uinctus Iesu Christi. Et rursus, Pro quo etiam uinctus sum in catena. *Tibi sacrificabo hostiam laudis.* Vide quomodo superius & inferiꝰ & ubique exoluit eandem deo retributionem. Superius dicens, Calicem salutaris accipiam, & nomẽ domini inuocabo. Hic, Tibi sacrificabo hostiã laudis, hoc est, gratias agam, laudabo. *Et nomen domini inuocabo.* Vides quomodo est sacrificium laudis. *Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius. In atriis domus domini, in medio tui Hierusalem.* Hoc autẽ faciebat, non ut se ostentaret, nec ut gloriam captaret, sed omnes ad suam inuitãs imitationem,& uolens eos habere socios gratiarum actionis. Quod q dem faciunt omnes sancti, non homines solũ, sed etiam omnem creaturam, quãdo beneficij aliquid acceperint, uocantes ad laudis communionem. Nihil est enim quod deus maiore studio complectatur quàm esse gratum, non solum in rebus secũdis sed etiam aduersis. Hoc est pulcherrima hostia, hoc maxima oblatio. Ita Iob prædicabatur. Ita Paulus. Ita Iacob. Ita unusquisque iustorum, pium suum & gratum in deum animum maxime in temporũ difficultate ostendens. Id ipsum nos quoq; faciamus, & gratias perpetuo agere perseueremus, ut bona et æterna consequamur. Quæ detur nobis omnibus consequi gratia & benignitate domini nostris Iesu Christi. Cui gloria & potentia in sæcula sæculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOstomi explanatio in psalmum, *Credidi propter quod locutus sum &c.*

Arrant quod apiculæ leuibus pennis arborum & herbarum floribus insidient. latentemque in flosculis liquorculum innocua deprædatione auehũt, ut tandem dulcissimos mel lis fauos inde confectos, hominibus prestent: ita & ecclesiæ doctores, sup amœna uernantiaq; scriptu rarum uiridaria leui mentis ala residentes,& insitũ literæ,succum spiritus haurientes, soliciti sunt, ut dulcissimum mel fidei,auditorum cordibus placi dè instillent. Agè & nos apiculæ mores imitemur, spiritu Solis iustitiæ radijs feruido in florulentum psalmodiæ pratum prouolantes. Et quid dudum decãtatus nobis Psalmus dicebat, Credidi propter quod locutus sum? Quam uim habet hic sermo? Vt sitientibus uobis liquor sermonis temperetur, ac potabilis fiat, opæ repretium fuerit, pro nostra uiri li sensum spiritus melleum in profundo literæ iacẽtem elicere. Credidi propter qd locutus sum, More oratorum, qui persuasuri de re aliquà, antequã disserunt rem omne.n, expendunt certis coniecturis.

A Propheta nos docturus, prior ipse certior fit de substãtia dei, deq; spe in Christo hominibus reposita, & dicit: Credidi propter quod locutus sum. Nisi prior ipse credidisset, ac rem cõperisset, haud absq; periculo dicenda docere cœpisset. Proinde necessariò præmittit, dicens: Credidi propter quod locutus sum. Et quidnam illud, credidi? Credidi deum patrem esse Christi, non creatorem, non factorem: sed genitorem, déque hoc persuasus, Credidi propter quod locutus sum. Non inuestigaui curiosius de natura dei, quæ & qualis sit: sed credidi Christũ esse filium dei, ante secula ineffabiliter ex patre genitum. Vnde de hoc psuasus, credidi, propter quod locutus sum. At psalmum hunc uerè psallere non possunt Iudei, tametsi eum habeant. Non enim crediderunt deum patrem esse Christi, neque cognouerunt esse filium dei. Nam si cognouissent, utique dominum gloriæ non crucifixissent. Et Eunomiani ac Ariani, licèt hunc psalmum habeant, ipsum tamen uerè psallere non possunt. Non enim crediderunt deum esse genitorem Christi, sed conditorẽ & factorem: & iterum non crediderunt, Christum esse filium dei creaturam & facturam, dicẽtes: Qui autem Christum reprobãt, hi & patrem reprobãt. Nam iuxta scripturam, Siquis filium non habet, neque patrem habet. Credidi, propter quod locutus sum. Neque Macedoniani psalmum hunc (licèt eũ habeant) in ueritate psallere poterunt. Non enim crediderũt spiritum sanctum ex patre ineffabiliter procedentem esse deum. Porrò qui spiritum sanctũ non habent, neq; filium habẽt, & de hoc audi Paulum dicentem: Siquis spiritum Christi non habet, is non est eius. Itaque omnis qui rectè credit in patrem, & filium, & spiritum sanctum, is psallere uerè potest: Credidi, propter quod locutus sum. Videamus autem & sequentem uersum quid uelit. Postquam.n. dixit, Credidi propter quod locutus sum, *ego autem humiliatus sum nimis*. Qui hæc non intelligunt, uersum malè cohærere putant. Verùm si nos idem sentiremus de deo, quod Dauid, nullus esset ex nobis, qui non & ipse de se clamaret, Ego autem humiliatus sum nimis. Etenim quisquis indicibilẽ C dei maiestatem oculo cordis contemplatur, & cognoscit deum homine tantò sublimiorem, quantò cœlũ formica sublimius, nimirũ si stupescat intra se,& dicat, Ego autem humiliatus sum nimis. Vnde & Abrahã in cõparatiõe dei, terrã se eẽ ac cinerẽ nidebat,& dicebat: Ego aũt sum terra ac cinis. Cõtrà, supbi deum non cognoscũt, neq; semetipsos qd sint, sciunt. Quo pacto enim, qui non antea agnoscit opificem, agnoscet seipsum esse figmentũ? Quia enim nescitur dominus, nascitur superbia. Id quod attestatur scriptura, dicens: Initium superbiæ, est nescire deum. Desciuit enim à factore cor eius. Dauid non erat talis, sed sciens deum cor contritum & humiliatũ non despicere: humiliauit seipsum, ut exaltaretur. Omnis enim qui semetipsum exaltat, humiliabitur: q uerò seipsum humiliat, exaltabitur. Tantum enim bonum est humilitas, ut & dominus noster humiliarit semetipsum. Et ut in similitudinem suæ humilitatis nos adduceret, dixit: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Credidi propter quod locutus sum, ego aũt humiliatus sum nimis. *Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax*. Quomodo ergo Iob dicitur uir uerax? Hoc enim testimonium ei deus dat, dicens: Cõsideraſti seruum meũ D Iob, quomodo non sit similis ei super omnem terram, uir absq; reprehensione, iustus, uerax, abstinẽs se ab omni opere malo? Si autẽ uerax Iob scribitur, accedente ad hoc diuino testimonio, quomodo hoc Dauid de omnibus affirmat, Ego autem dixi in excessu meo, omnis homo mendax? Ad hunc dicimus, quòd Iob comparatus aliis hominibus uerax fuerit: sed ad deum collatus, mendax. Nullus.n. purus à macula, etiamsi ad unum tantum diem uixisset. Quòd si nullus absq; peccato, certum quòd neque mendacio caret: solus deus absque peccato est. Et quemadmodum hora uespertina quis stellã aliis comparatam, lucidam uocat, quam Sole fulgente lucidã nemo diceret, eo quòd excellens splẽdor Solis fulgorem stellæ obtegit: Ita & hominem ueracem ac bonum esse dicimus, quãdo eum cum aliis hominibus conferimus, cæterum quando eũ cũ deo cõparamus non est uerax. Omnis enim homo mendax. Iterum dilecti uersemus sermonem, ut in eo & aliorum sensuum gratiam relucentem inuenire ualeamus. Ego autem dixi in excessu meo, om E nis homo mendax. Beatus Dauid, amator uerbi à puero, tolerans,& amator laboris per adolescentiã, & in senecta amator sapientię erat. Proinde ut amator dei, cùm uellet oculo cordis deum contemplari, qualis esset, fierétque extra carnis desideria, post quàm mente, aerem, cœlúmque transijt, & ad angelicas uirtutes uolauit, ingressúsq; est ad purissimã & materiæ expertem dei speciem, uidit diuinitatis maiestatem, splendore & incomparabili decore fulgere,& ita ut nullus hominum, nullaq; diuina lingua magnitudinem dei sufficiat enarrare. Et propterea in tali ecstasi factus, re diligenter cognita, magna fiducia pronunciat, dicens: *Ego autem dixi in excessu meo, omnis homo mendax*. Agè denuò uersemus sermonis huius margaritam, splendoréque latentis spiritus mentem nostram illustremus. Scio enim & ego probos agricolas ex uno agro triplices fructus percipere. Itaq; imitemur & nos agricolas, & ligone spiritus fodiamus, iuxta prophetam, dicẽtem: Nocte cum corde meo loquebar, & scopebam spiritum meum. Viso itaque primo uersu, atque itẽ secundo, uideamus & tertium. Ego autem dixi, inquit, in excessu meo, omnis homo mendax. Vide precor, quomodo omnes homines, multa sibi de hac uita polliceantur, uolentes ædificare, plantare, educare pueros, inuadere eos qui se offendũt, quomodo iactent, se de inimicis ultionem sumpturos, eósque in carcerem missuros, uincturos, proscripturos, & alia quædam atrociora facturos, nec multo pòst, & fortè illa ipsa nocte, uel post duos trésue dies moriuntur, uidebisque liquidò, quomodo omnis homo mendax. Neque enim præstant, quod promisere: neque perficiunt, quod proponunt. Ecce ita omnis homo, qui hanc uitam amat, mendax est: qui uerò in uirtutibus illam transmittit, mẽdax non est, eo qd qui talis est, non sit homo, sed deus: non natura quidem, sed ob inhabitãtem in se gratiam. Quales erant Petrus & Paulus, qui Christum intra se loquentẽ habebant: hi enim non erant mẽdaces, sed ueraces: neque enim homines erant, sed habebant spiritum dei intra se loquẽtem. Non erãt illis curæ, uel opes, uel possessiones: aut quo pacto posideret, quibus dictum erat: Ne possideatis uel

Phili. 1.
Gen. 17. & 18.
1. Reg. 1.
Rom. 9.
Deut. 34
Mar. 6.
Matt. 14
Gene. 4.
Luc. 16.
Iosue 1.
2. Tim. 1.
2. Tim. 3.
Phil. 3.
2. Cor. 11.
Ose. 11.
Ephe. 4
Iob. 1. 2
2. Cor. 2
Eccle. 5.
Gene. 28
Psal. 115.
Col. 3
Prou. 5
Luc. 13.
Esa. 42
Esa. 49
Ephe. 3. & 4.
Ephe. 6
Act. 28
1. Co. 2. b
Ioã. 14. b
Rom. 8. b
Iob. 1. a
Gene. 18. d
Eccl. 10. b
Luc. 14. c
Mat. 11. d
Psa. 76. b
Ma. 10. b

Gaurum,uel argentum, uel æs in zonis uestris? Non minabantur inimicis uindictam: neque enim inimicos habebant,seruantes præceptum domini dicentis,Diligite inimicos uestros, & orate pro persequentibus uos. Neq; multos uitæ annos sibi promittebant,quorum unusquisque dicebat, Quotidie morior,etiam per gloriam uestram. De quo & Apostolum audi, dicentem: Quasi impostores,& ueraces,quasi morientes,& ecce uiuimus. Nam quãtum ad id quod foris apparet, quasi seductores sumus:uidemur enim homines esse:quantùm autem ad prædicationẽ,& cordis & uitæ, ueraces sumus. Et morientes,& ecce uiuimus. Quantùm enim ad uoluntatem nostram attinet, quotidie mori parati sumus:quãtùm autem ad fidem domini, uiuimus. Deinde postquàm dixit:Ego autem dixi in excessu meo,omnis homo mendax:subdit,*Quid retribuã domino,pro omnibus quæ retribuit mihi*? Animo aduertẽs prophetа,quæ nobis dona dominus ab initio largitus sit, & quanta sibi peculiariter deus concesserit, obstupescens dicit, Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Cœlum propter me expandit,fulgidis stellis illud ornauit. Propter me cœlo affixit Solem aureis splendentem fulgoribus.Propter me lunam fecit noctiuagam,ut obscura noctis illustret, nautisq; ac uiatoribus dux sit itinerum Propter me terram coagulauit,eamq; multi genis arboribus tam fructiferis,quam sterilibus ornauit,& impleuit herbis ac floribꝰ. Aquarum quæ pisces proferunt multitudines, in unam conclusit congregationem. Fontes aquarum salsarum & dulcium,ut è scatebris suis prorumperent ad sedandã hominum sitim præparauit. Ad omnia igitur bene ficia illa obstupescens propheta, dicit: Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Quin & prusundius & spiritualius quiddam intellexit propheta Dauid,considerans quãta beneficia hominibus in Christo erant danda, eaque tam certò prædicabat,quasi presentia essent dicens: Quid retribuam domino,pro omnibus q̃ retribuit mihi? E puluere enim de terra excepto formauit me: & cùm non essem,ut essem, prodire me fecit:imagine propria honestauit,angelorum gloria uestiuit, ob præuaricationem,morte dissolutum, ueniens iterum reformauit. Quid retribuam domino,pro omnibus quæ retribuit mihi? Draconẽ, serpentẽ mihi inimicum occidit, portas æneas mortis descẽdens in infernum confregit, & uectes ferreos contriuit. Quid retribuam domino,pro omnibus quæ retribuit mihi? Ex delicijs paradisi eiectum me reduxit: non mea iustitia, sed sua gratia. Cœli portas mihi aperuit,regnum cœlorum promisit. Scalam mihi à terra in cœlum,fidẽ mihi esse uoluit & erexit. Quid retribuam domino,pro omnibus quę retribuit mihi? Immo & his plura mihi præstitit. Propter me.n. sustinuit sputa & alapas. Propter me spineam coronam in capite suo portauit,fel aceto mistum bibit. Propter me multa passus est,ut & preparatam mihi mortis amaritudinẽ,malitiámq; exinaniret. Quid retribuã domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Igitur propheta cum disquisiuisset multa, cogitandoque circumlustrasset omnia, nullaque deo digna perfectaque occurreret retributio, unum animaduertit præclarius, nempe martyrij opus, & de hoc infert,dicens: *Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo*. Hoc loco,calix passionẽ Christi nobis declarat,qui orauit:Pater, si possibile est, trãseat à me calix iste. Habemus in scriptura & multos alios calices. Est quidam aureus calix Babylonis,è quo biberunt gentes, & inebriatæ sunt. Habet & Babylon suum calicem aureum, sed bonam potionem in calice non habet. Aureus calix Babylonis,erat nitor & elegantia uerborum Gentilis sapientiæ: quoniam intra se habebat letiferum poculum, idololatriæ dogma. At nos qui psallimus hic,non optamus hunc calicem,sed calicem patiẽtiæ,& certaminibus plenum, nomine domini obsignatum:quem qui bibit, spiritus sancti lætitia impletur, inque sanctorum martyrum choro constituitur. In Christo Iesu domino nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum,Amen.

Lucæ.6.d
1.Co.15.c
2.Co. 6.b
K
Ma.26.d

[Declarationem psalmi. cxvj. vide suprà hoc eodem tomo,in fine expositionis psal. xxij.

EIVSDEM IN CXVI. PSALMVM

Audate dominum omnes gẽtes, laudate eũ ẽs populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & ueritas domini manet in æternum. L

Cui uis clarum est hæc quæ dicta sunt esse prophetiam ecclesiæ credentium, & prædictionem prædicationis, quæ erat occupatura uniuersum orbẽ terræ.Neque enim unam,duas,aut tres solũmodo gentes,sed terram, & uniuersum mare uocat psalmus. Quod etiam euenit, quando Christi aduentus resplenduit.Deinde dicit etiam causam salutis, quòd nõ ex proprijs factis,nec ex uita,nec ex fiducia, sed ex sola dei clementia seruati sunt. Confirmata est, enim inquit, super nos misericordia eius. Hoc est, Coacta est & coaluit, firmáque ac solida facta est, & petra durior. Incrementum enim quotidie suscipit. Et ueritas eius manet in æternum. Tunc enim ueritas maximè resplenduit. Ideo autem sic dixit, quoniam q̃ erant ueteris,erant typus & figura. Hoc ipsum significãs quoque Euangelista,dicebat. Lex per Mosen data est:gratia & ueritas fuit per Iesum Christum.

Ephe.2
Ad tit.2
Io.1.

IN PSALMVM CXVII.

Confitemini domino quoniam bonus. Quoniam in sæculum misericordia eius. Dictum quidẽ psalmi,quod consueuit populus concinere,est hoc. Hic est dies quem fecit Dominus, exultemus, & lætemur in eo quod & multos excitat,& hoc maximè solet populus in illo spiritali & cœlesti conuẽtu decãtare.Nos autem, si uos uultis,à capite & ab initio totum psalmum persequamur,non à uersu q acclamatur, sed ab ipso exordio narrationẽ inchoantes. Versum enim patres nostri,ut qui esset sonorus,& sublime aliquod decretum contineret,populum resonare fanxerunt, quandoquidem totũ psalmum ignorabant, ut uel hinc perfectam doctrinã acciperent. Nobis autem necesse est eum totum persequi, et si quæ sunt in medio eius,maximã habeãt prophetiam. Hic enim dictum,est,lapidem quẽ reprobauerunt ædificãtes, hic factus est in caput anguli. Quod quidem Christus quoque dixit Iudæis, paulo quidem obscurius. Ira enim seruebant. Ipse autem eam nolebat accẽdere. Calamum enim contritum non conteret, & linum fumigans non extinguet,dixit tamẽ. Agredia.mur ergo psalmi procemium,sicuti iã diximus. Quod est ergo procemiũ? Confitemini domino, quod bonus,quod in sæculum misericord-

M
ΝΧΘ
Mat.21
Luc.20
Esa.42

Alum misericordia eius. Cùm mẽte agitasset prophetа orbis terræ beneficium, & benignitatem ac clementiam quam perpetuo ostendit dominus,uocat simul omnes ad agedas gratias, maximo capite bonorum eius in medio posito. *Dicat Israel quod bonus, quòd in sæculũ misericordia eius*. Quid dicis? Domus Israel, quę captiuitates perpessa est innumerabiles, quæ in Aegypto seruijt, quæ in orbis terrarum extrema abducta est,quæ in Palęstina mille tolerauit afflictiones? Certè,inquit. Ii enim sunt eius bonorum optimi testes, maioráque & ampliora acceperunt quàm alij. Quinetiam hoc ipsum quod pasi sunt,est argumentum magni beneficij. Siquis autẽ diligenter examinauerit, etiam pro Christi aduẽtu consentaneum est eos maximas agere gratias. Et si enim aduersa pasi sunt, id tamen non ab eo qui uenit, sed ab eorum improbitate & ingrati animi uitio profectũ est. Ipse enim ad eos uenit,& frequẽter dicebat. Nõ missus sum nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Et Discipulis. In uiam gentium ne abieritis,ite potius,ad oues quę perierũt domus Israel.Et Chananeæ Non est bonum accipere panẽ filiorum,& dare canibus. Omnia.n.agebat & procurabat pro illorũ salute.Quod si uisi sunt indigni beneficio, suis sceleribus imputent, & summo suo ingrati animi crimini. *Dicat domus Aaron quod bonus, quòd in sæculum misericordia eius*.Hic uocat sacerdotes separatim ad laudes canendas, ostendens quam sit excellens sacerdotium.Nam quo erant ij alijs maiores,eo maiorem à deo gloriam consecuti sunt, non solum quod ad sacerdotium attinet, sed etiã quod ad alia omnia.Etenim quando ignis demissus est, propter eos demissus est, & terra aperta est,& uirga germinauit, & alia innumerabilia propter ipsos, imò uerò pro ipsis,miracula facta sunt. *Dicant omnes qui timent Dominum, quòd bonus, quòd in sæculum misericordia eius*. Ii enim sunt qui maxime possunt uidere eius benignitatem & clementiam, & per omnia discere bonitatem. Quid est autem,In sęculum? Perpetuo,inquit,non interrupta,sed in omnibus & per omnia resplendens & se ostẽdens. Quòd si multi eam non cernunt,propter suarum rationũ imbecillitatem non cernũt. Nam ij etiam quorum ægri sunt oculi, ea maximè de causa solem non uident. Quemadmodum nec qui sani sunt,semp possunt eum oculis fixis intueri, propter summũ splendorem. Ita nec uniuersa Dei prouidentia perfectè sciri potest,quòd omnem humanam rationem lõgè superet illius prudentiæ & sapiẽtiæ magnitudo. Sunt etiam quædam affectiones, quæ stultis sæpe tenebras offundunt,& efficiũt ut eam omnino uidere nequeant. Primum qdem libido & amor uoluptatis. Quocirca ea etiam quæ sunt omnibus manifesta prætercurrunt. Cùm ijs secundum est ignorantia,& mentis peruersitas. Quomodo ergo non est absurdum,si uideas quidem patrem filium uerberantem,id probare,& laudare, & uel eo maxime nomine patrem existimare. Si Deus autem uelit de ijs quæ facta sunt pœnas sumere,indignari & ægre ferre? Quid autem possit esse hac peruersitate deterius,cum ea etiam quæ sunt inter se contraria ægre ferant, nunc quidem dolentes quòd supplicia non exigat:nunc autem quòd exigat? Quando enim uiderint aliquos rapientes, & in bona aliorum inuadentes,uolunt eos dare pœnas. Quando uerò seipsos peccantes, minimè,quòd quidem est depraũati & corrupti animi. Accedit his tertiũ,quòd nesciant quid sit bonum,quid sit malum,sed in rerum iudicio labantur,quòd malo delectentur,& sint propẽ si ad uitium. Quartum,quòd suorum peccatorum rationem non ineunt. Quintum,quòd uastum est & ineffabile id quod inter Deum & homines itercedit. Sextum, quòd nõ uult Deus omnia ubique ostendere, nempe quòd sufficiant quæ fiunt sigillatim.Non oportet ergo nimium contendere ut in omnibus discas Dei administrationem. De rebus.n. immensis contendimus, & quæ creatam omnẽ naturam longè superant. Eos autem qui eam uel aliqua ex parte sunt cogniturі,oportet esse liberos ab ijs quas iam diximus affectionibus, & eam uidebunt sole clarius, licet non omnem, & cum eam didicerint, pro uniuersa agent gratias. *De tribulatione inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine dominus*.Vidisti bonitatem & clementiam. Non dixit, Eram dignus. Non dixit, Mea rectè facta ostendi, sed,Inuocaui solum, & sufficit oratio mea ad tollẽdam calamitatem. Quod etiam dicit in Aegyptijs. Videns uidi afflictionem populi mei, & descẽdi ut eriperem eos. Nõ dixit, Vidi uirtutem populi mei, neque eius mutationem ad id quod est melius:sed, afflictionem,& eorum clamorẽ exaudij. Vides patrem benignum & misericordem,qui solum fert opem propter calamitates. Atqui nec apud homines quidem,qcunq; affligitur, dignus est qui seruetur. Cum multos itaque uidemus famulos flagris cædi,& excruciari,eos non dimittimus, cõsiderantes eorum peccatorũ magnitudinem. Deus autem ex sola afflictione dimisit: neque uerò ex afflictione tantummodo eripuit: sed magna etiam securitate impertijt. Exaudijt,inquit,me in latitudine. Quinetiam afflictio ideo fuit concessa, ut eos qui afliguntur meliores redderet & solertiores. *Dominus mihi adiutor,non timebo quid faciat mihi homo*. Vidisti mẽtis altitudinem,uidisti magnum spiritum, q ita supra humanam ascendit imbecillitatem,ut omnẽ naturam despiciat.Hæc non solum decãtemus, sed factis etiam ostendamus.Non dixit,Nil patiar:sed, Non timebo quid faciat mihi homo.Hoc est, Etiã si patiar,non timeo,idipsum dicens quòd Paulus. Si Deus pro nobis:quis contra nos? Atqui contra ipsos erãt innumerabiles, sed eos nihil offendebãt. Quomodo autem nõ fuerit animi ualde pusilli & abiecti,ut qui habent dominum propitium ac beneuolum,conseruos pertimescant? Sed hic non est eiusmodi,sed est omnibus eiusmodi timoribus omni ex parte superior.Hoc ipsum nos quoque facia mus:ne nos ipsos domini auxilio priuemus, quòd humana formidem. Hoc est enim eorum qui Dei auxiliũ cõtumelia afficiunt. Quocirca dicitur Ezechias passus eẽ q̃ passus est,quòd cũ sol resilijsset & retrocessisset gradꝰ quos descẽderat, & factũ eẽt signum quod posset omnes obstupefacere: eos qui uenerant ut hæc intelligerent,non ex ijs quæ diuinitus euenerant,sed ex rebus humanis uoluit perterrere,& adducere in admirationem,timens ne ab eis inuaderetur,& ideo eis thesauros ostendit, habens spem in thesauris. Quare Deus irritatus,Accipient,inquit,hæc oĩa.Hoc est, ea quibus cõfidis,in quibus tuam spem reponis.Israel quoque huius in simulatur, quòd pecunijs & equis confiderent.

Ἐπτάκτω ὁ οἶκος Ἰσραὴλ. Dicat domus Israel.
Matt.15 & 10
Mat. 15
Leuit.10
Num.16.
Num.17.
Eccl.5
Heb.7
Eph.4.
D
Pſ.81.
Eſa.44
Sap.2
Eſa.40.
Ro.11
E
Exo.3
F
Ro.8
Eſ.38.
4.Re.20 & 24

G Quocirca eos admonet Propheta, ut ijs quæ sunt
Ose.14. contraria deum placẽt,& dicant. Super equos non
ascendemus.Deus te honorat, & tu eum cotemnis.
Deus te honorat, suum tibi auxilium promittẽs:&
tu ad humanas spes confugis, & inanimæ materiæ,
nempe pecunijs,tuæ salutis spem committis. Non
quærit enim solum seruare, sed id etiam honeste fa
cere. Valde te amat,& ideo te ab omnibus abdu
cens,sibiipsi adiungit,& omnia amputans,ad seip
sum adducit,ijs q̃ facit propemodum dicens, In me
spem habe, & me ppetuo obserua & attende. *Domi
nus mihi adiutor,& ego despiciam inimicos.* Vides eũ nõ
ulciscentem,neq; pœnas sumentem, sed deo de suis
inimicis uindictam remittentem. *Bonũ est confidere
in domino quàm confidere in homine. Bonum est sperare in
domino quàm sperare in principibus.* Nõ hæc dicit p com
parationẽ,sed consueuit scriptura uti hac figura in
ijs ẽt quæ non admittunt cõparationẽ, propter im
becillitatẽ eorũ qui tunc audiũt. Non hoc ergo di
cit comparans,sed se ad illorum captum demittẽs.
Hiere.17. H Et ideo alius quoq; Propheta dixit, Maledictus om
nis qui spat in homine, nihil est enim ea spe debi
lius,est enim uel tela araneæ imbecillior,imò uerò
non est solum imbecilla, uerumetiam periculosa.
Sciunt autem qui sæpe in hominibus considerunt,
cum quibus simul sępe sunt deturbati. Spes autem
in deum nõ est solum ualida, uerumetiam tuta, ut
Rom.5. Cõfun- quæ nullam habeat mutationem. Et ideo Paulus
dit, quoque dicebat.Spes autem non confundit. Alius
κατα- uerò sapiens.Respicite,inquit, ad antiquas genera
σχύνει. tiones,& uidete quis sperauerit in dominum, & pu
pudo- dore affectus est.At ego,inquit,speraui, & sum pu
re afficit. dore affectus.Bona uerba quæso ô homo,ne diui
Eccle.2. næ scripturæ obloquaris. Nam si pudore affectus
es,ideo affectus es quòd nõ ut oportuit speraueris,
ex eo quòd cesseris,ex eo quod finem non expecta
ueris, ex eo quòd pusillo & angusto animo fueris.
Sed non ita facias, uerum quando uideris quę sunt
mala & difficilia imminere, ne animum demittas.
Ioe.3. Hoc enim uel maximè est sperare, quãdo in media
mala & grauia pericula fueris coniectus,tunc erigi.
I Quid barbaris illis,Nineuitis,inquã, erat miserius?
& tamen cum iam essent ipso laqueo irretiti, &
ruituram ciuitatem expectarent,ne sic quidem de
sperarunt, sed summam ostẽderunt pœnitentiam,
& effẽcerunt ut Deus rursus suam reuocaret senten
Ione.2. tiam. Vidisti quantæ sint spei uires. Quid uerò ipse
Propheta? An non cum esset in uentre cetus,& tẽ
pli & suæ Hierosolyma reuersionis meminerat? Et
tu ergo quanuis uel ad ipsam mortem deueneris,&
undiq; tibi maxima immineant pericula, ne despe
raueris. Potest enim Deus in rebus uel difficillimis
& impeditissimis exitum inuenire,& ideo dicit qui
Eccl.18. dam sapiens. A mane usque ad uesperam mutatio
τρίσκ- nes multæ, & in conspectu eius sunt omnia facilia.
τιν. Non uidisti præfectum in summa rerum copia fa
4.Reg.7. me enectum? Non uidisti uiduam in fame abundã
&.8. tem? Quãdo res in maximam inciderint inopiam,
tunc tu spera maxime. Tũc enim Deus maxime suã
ostendet potentiam,non a primordio, sed quando
res fuerint planè desperatæ ab hominibus. Hoc est
enim tempus diuini auxilii. Et ideo nec pueros eri
Daniel.3 puit a principio, sed postquàm fuerunt coniecti in
&.6. fornacem, nec Danielem,antequàm esset immissus,
sed septem post diebus. Ne attende rerum naturam
quæ precipites agunt in desperationem, sed dei po K
tentiam, quę q̃ sunt desperata adducit in bonã spẽ.
Hoc etiam ostendens Psalmographus,& quanta sit
dei potentiæ facilitas uolens monstrare, quòd sci
licet eos etiam qui in gratia mala inciderunt, pro
stratiq; & conculcati sunt, possit educere,& non tã
tum à principio,audi quid subiungat. *Omnes gentes
circumierunt me.* Vidisti periculum ineuitabile. Neq;
enim erat acie confligendum, neque stabant inimi
ci e regione, sed erat interceptus, & tanquã sagena
aliqua circundatus, & ueluti quibusdam retibus
comprehensus,nõ ab uno,duobus,aut tribus, sed
ab omnibus gentibus, sunt tamen hæc omnia uin
cula cõfracta à spe in deũ. *Et nomine domini ultus sum
eos. Circundantes circundederunt me, & nomine domini
ultus sum eos. Circundederũt me sicut apes fauum,& exar
serũt sicut ignis in spinis. Et nomine domini ultus sum eos.*
Vidisti quomodo describit ærumnarum magnitu
dinem.Non enim dixit solummodo, Circundede
rũt,sed,tanq̃ apes,& tanq̃ ignis in spinis. Per apes q̃
dẽ, prõptitudinẽ & animi alacritatẽ per spinas ue
rò irã intolerabilẽ & q̃ extingui non poterat, bilis L
ardorẽ significãs. Quis enim cohibuerit ignẽ qui
in spinas incidit?Eos tamen,inquit,adeò uehemen
ter & adeò celeriter accensos,cum me medium in
tercepissent,nõ solum effugi, sed etiam ultus sum.
Vide hoc ipsum fieri etiam in materia. Ignis enim Exod.3.
rubum urebat,& neque rubus comburebatur,nec
ille extinguebatur, sed utraque tamen tunc mane
bant simul conuersantia,nec se cõsumentia. Atqui
quid est rubo magis flaccidum & imbecillũ? Quid
uerò igne est ardentius? Admirabilis tamen Dei po
tentia,res faciens quæ opinionem superant,permi
sit ut utraque manerent. Huiusmodi quoque tunc
accidit miraculum. Tanquam ignis enim accurre
bant, tanquam apes cum magna animi alacritate
inuidebant,intus interceptum tenebant,nec aliqd
potuerunt facere. Arma enim inuicta,auxilium in
expugnabile Dei nomen omnes expulit. *Impulsus,
euersus sum ut caderem, & Dominus suscepit me.* Dixit
malorum magnitudinem, à multitudine, à figura,
à promptitudine & animi alacritate, ab ira eorum
qui inuadunt. Dicit etiam ab ijs quę ipse passus est. M
Ita,inquit,me mala adorta sunt, ut parum abfuerit
quin caderem & deturbarer. Impulsus enim,ita fui
euersus,ut essem etiam casurus, sed cum iam essem
super genua lapsurus,& inclinarer,& rerum huma
narum nulla esset spes relicta, tunc suum ostendit
auxilium. Hoc autem facit Deus, ne ullus eius sibi
gloriam uẽdicet. Hoc etiam in historia iudicum fe
cit in Gedeone. Propterea regnante quoq; Ezechia Iud.6.7.
erexit noctu trophæum. Si ille cum nihil ad uicto- 8.
riam, nihil ad bellum contulisset, superbus tamen 4.reg.18.
& arrogãs factus est,si prælio interfuisset, si caden
tes uidisset eos qui interficiebantur: an non hoc ei
multo magis accidisset? Quando ergo ab humana
spe res sunt desperatæ, suum tunc affert auxilium.
Hoc fecit in Goliad. Hoc etiam fecit in Apostolis. 1.reg.17.
Et ideo dicebat Paulus,sed ipsi in nobis ipsis iudi 2.Cor.1.
cium mortis habuimus,ut non cõsideremus in no
bis ipsis, sed in Deo qui excitat mortuos. *Fortitudo
mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.*
Quasi diceret, Fuit mihi ipse uirtus & auxilium.
Quid est autem quod dicit,laus mea? Gloria mea,
comendatio mea,decus meũ, meus splendor. Non

A solum enim liberat ã periculis, sed claros etiam fa
cit & illustres, & hoc ubique uideri potest, dari cũ
gloria salutem. Porrò autem aliud quoque per hoc
obscurè significatur. Quod nam hoc? Hoc est, in
quit, mihi perpetuum canticum, hoc est mihi uox
perpetua, hymnus qui de eo canitur, hoc est mihi
perpetuum munus,eum laudare. Audiant qui Sata
nicis canticis remollescunt & putrefiunt. Qd non
supplicium subibunt,quænam uerò eis poterit da
ri uenia,cum eo seruatorem perpetuo laudante il
li in illis perpetuo uolutentur? *Vox exultationis &
salutis in tabernaculis iustorum.* Quando res uniuersa
à Deo præclarè gesta fuerit: qui uictoria fruuntur,
gaudent,exultãt, duplici lętitia affecti, & quòd ser
Psal.36. uati sunt,& quòd per Deum seruati. Lætitia eis cau
Prou.21. sa est,is qui trophęum erexit. Deinde ostendens qd
Hiere.3. nam eum impulerit ad hoc ferẽdum auxiliũ, sub
,, iunxit. In tabernaculis iustorum. Non dixit, In do
mibus;sed, in tabernaculis, uolens ostendere non
diligẽter extructam, sed extemporalem habitatio
nem. Tale erat tabernaculum Abrahæ, quando re
B debat superatis Regibus magnã ex rebus gestis glo
Gen.14. riam consecutus. Tale erat Pauli tabernaculũ. Vn
Act.19. de reuertebatur superatis dæmonibus errorem de
medio tollens, & præclara referens facinora. *Dexte
ra Domini fecit uirtutem, dextera Domini exaltauit me.*
Vide occasionem exultationis. Idem enim nunc di
cit quod antea dicebat, ostendens hæc à Deo fuis
se gesta. Vides nõ solum in liberatione à malis, sed
etiam in acquisitione gloriæ & splendoris,cõsiste
re eius beneficium. Cum enim dixisset, dextera Do
mini fecit uirtutem,subiũxit, dextera Domini exal
tauit me, ut ostenderet gloriam quæ ad se peruene
rat. Exaltauit enim me,significat, me gloria affecit.
Non solum enim fecit potentes, sed etiam claros &
illustres. *Non moriar,sed uiuam, & narrabo opera Domi
ni.* Pericula quidem, inquit, mortem minabantur:
ego autem non moriar,sed uiuam. Hoc est, Tã ma
gna & admirabilia fecit Dominus, ut uel ab ipsa
morte eripuerit, etiã ante nouum, in periculis opi
nionem omnem superantibus resurrectionis ima
ginem præfigurans. Dedit enim nobis uel à princi
C pio ænigmata, quando Enoch transtulit, etsi cre
Genes.5. dis fieri non posse ut corpora resurgant, ex eo cre
de. Quomodo enim tanto tempore permãsit illud
corpus? Non sunt enim æqualia, domum quæ inte
rijt & est diruta excitare, & ueterem ac collabẽtem
tanto tempore conseruare. An non cõsideras eum
illum fecisse qui non erat? Multo magis ergo illum
suscitare & restituere poterit. Habes etiam aliã ima
4.Reg.2. ginem resurrectionis,nempe Helię raptum, qui nec
in hodiernum usque diẽ est mortuus. Oia sunt ex
pedita Deo & facilia. Non erit, inquit, impossibile
Lucæ.1. apud Deum omne uerbum. Et propheta,quęcunq;
Psal.113. uoluit fecit. Non uides fabri opera esse tibi difficili
a: sed tamen arti cedis. Deinde conserui quidẽ tui
arti concedis: à Domini autem sapientia rationem
exigis:& id quod fit,fide non admittis? Quãtę sunt
hæc inscientiæ. Non moriar, sed uiuam. Siquis id
quod dictum est uoluerit sumere anagogicè, non
errabit. Et si hoc enim de resurrectione dictũ est. Il
lud enim, Non moriar,est significantis mortẽ non
esse mortem: Alio tamen etiam modo intelligitur.
Ioan.12. Non moriar enim, inquit, altera morte, quã Chri
stus quoque significans,dicebat. Qui credit in me,
inquit,etiamsi mortuus fuerit, uiuet, & omnis qui D
uiuit & credit in me, nõ morietur. Et narrabo ope
ra Domini. Hoc est maximè uita,eũ laudare,& eius
miracula omnibus annũtiare. Quænam opera dic
quæso? Ea quæ est narraturus subiungens. *Castigãs
castigauit me Dominus, & morti non tradidit me.* Vidisti
quam admirabilia fecerit, uidisti quę ex eis capitur
utilitas. Non solum enim agit gratias quòd fuerit
liberatus,sed etiã quòd ceciderit maximum agno
scit beneficium,& dicit lucrum tentationis. quod
nã hoc? Castigans castigauit me,inquit, Dominus.
Hæc est utilitas periculorum,quòd eum meliorem
fecerint. Vidisti utrinque eius potentiam & cura
tionem, & quòd permiserit ut apprehenderetur à
malis,& quòd eum rursus liberauerit. Morti enim,
inquit,non tradidit me. Et rectè dixit alius inter
pres,Morti autẽ non tradidit me,ut ostenderet om
nia esse sita in eius potestate. Quamobrem dupli
cem lucri fecit salutem, nempe liberationem à ma
lis,& liberationem a uitio, quocirca dicebat Pau- Hebr.12.
lus scribens Hebræis. Si autem extra disciplinam
estis,adulterini ergo estis,& non filij. *Apite mihi por* E
tas iustitiæ,ingressus in eas confitebor Domino. Iis qui ca
stigantur portæ aperiuntur, ijs qui peccata depo
nunt. Qui disciplinam susćepit,potest confidenter
dicere, Apite mihi portas iustitię. Hoc dictũ enim
sumendum est anagogicè, & cœlorum portæ sunt
intelligendæ,quæ sunt clausæ improbis, quæ sunt
pulsandæ per uirtutem,per eleemosynam, per iusti
tiam. *Hæc est porta Domini, iusti intrabunt in eam.* Sunt Sap.16.
portæ mortis, sunt portæ interitus, sunt portæ ui- Matth.7.
tæ,sunt portæ arctæ & angustæ. Quoniã ergo sunt Luc.13.
multæ, dicit insigne ciuitatis Domini, subiungẽs,
Hæc est porta Domini. Illæ enim non sunt Domi
ni. Quodnam est autem eius insigne? Quod qui ca
stigantur,per eam ingrediuntur, qui opprimũtur.
Est enim arcta & angusta. Si autem est arcta,q sunt
afflicti & oppressi per eam ingredientur,quèadmo
dum quæ ducit ad interitum, lata est & spatiosa.
*Confitebor tibi, quoniam exaudisti me, & factus es mihi
in salutem.* Non dicit solũmodo exaudijsse, sed cum
prius castigasset & meliorẽ fecisset. Et ideo agit gra
tias, nõ solum quòd sit exauditus, sed etiam quod F
fuerit castigatus. Ideo enim fuit exauditus, & ubiq;
magnum est apud ipsum hoc genus gratiarũ actio
nis. Quemadmodum enim dixi, nec cessabo dice
re, hoc est maximum sacrificium & oblatio. *Lapi
dem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in ca
put anguli.* Quòd hoc de Christo dictũ sit, est cui
uis manifestũ. Ipse enim in Euangelijs adducit hãc
prophetiam,dicens. Nũquam legistis,lapidẽ quem Mat. 21.
reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput Luc. 10.
anguli? Si autem quod dictum est nõ uidetur pen
dere ex historia, sed media interrupta rerum conse
quentia ingressa esse prophetia,non est mirum,nec
nouum. Complures enim ita enuntiatæ sunt pro
phetiæ,quòd oporteret eas tunc temporis ita obte
gi,ut non etiam ipsi libri abolerẽtur. De eius enim
ortu prophetia uidetur quidem pendere ab histo- Esa.7.
ria,habere autẽ nihil cõmune cum illa utpote. Ec
ce uirgo in utero concipiet,& pariet filium,& uoca
bis nomẽ eius Emmanuel, quòd est interpretatũ,
nobiscum Deus. Lapidem quem reprobauerũt ædi
ficantes. Aedificantes hic dicit Iudæos, legis docto
res,scribas,pharisæos, quandoquidem reprobarũt

G ipſum,dicentes.Samaritanus es tu,& dæmoniū habes. Et rurſus, Hic non eſt ex Deo, ſed ſeducit turbam. Hic tamen reprobatus, adeò probus apparuit, ut fieret caput anguli.Non enim omnis lapis aptus eſt ad angulum, ſed qui eſt probiſsimus, & poteſt muros reuincire ex utroque latere. Quod ergo dicit Propheta,tale eſt. Qui eſt à Iudæis reprobatus, & pro nihilo habitus, apparuit adeo mirabilis, ut non ſolum contexeret ædificium, ſed duos etiã parietes coniungeret ac reuinciret, Iudæos ſcilicet, & eos qui credebant ex gentibus,quemadmodũ Paulus quoque dicit.Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit utraq; unum, & ſæpis ſoluit maceriam, inimicitias in carne ſua,legem mandatorum,quæ eſt in decretis,abolens, ut qui duo erant conſtrueret in unum hominẽ.Et rurſus ſuperædificati fundamẽto Apoſtolorum & Prophetarum,exiſtente angulari Chriſto Ieſu.Per hoc autẽ quod dictum eſt maximè accuſantur Iudæi, quòd cum ædificarent, aptum lapidem non dijudicarunt, ſed eum etiam ut reprobum reiecerunt,qui poterat tale ædificium contexere.Si uis autem ſcire qui nam ſint ij duo parietes, audi ipſum quoque Chriſtum dicentem. Alias ẽt oues habeo,quæ non ſunt de hoc ouili,& me illas quoque ducere oportet, & fiet unus paſtor,& unũ ouile.Hoc etiam multis retro ſeculis tanquam in figura factum eſt. Abraham enim fuit utrorumque Patriarcha,& eorum qui in præputio,& eorum qui erant in circunciſione, ſed illud quidem fuit in figura,hoc autem in ueritate. Hic factus eſt in caput anguli.Hoc eſt,utraſque gentes coniunxit. A *Domino factum eſt iſtud.* Quid eſt, A domino factum eſt iſtud?Nõ erat,inquit,humanum quod factum eſt, non erat unius ex multis. Non erat Angelorũ.Non erat Archangelorum,talem angulum componere. Nemo ergo hoc potuit,non iuſtus, non propheta', non angelus, non archangelus, ſed ſolius Dei erat hoc præclarum facinus, eſt enim eius proprium. Alius interpres dicit,Hoc factum eſt à Domino. Id eſt,Hoc eſt opus admirabile, & quod omnem ſuperat opinionem.Hoc ſcilicet opus anguli. *Et eſt admirabile in oculis noſtris.* Quis eſt admirabilis? Angulus ſcilicet,coitio duorum populorum ad pietatẽ. Ex Iudæis enim multæ crediderunt myriades. Quin etiam ipſi erant Apoſtoli ex Iudeis.Rectè autem dixit,in oculis noſtris. Quis enim non obſtupeſcat, quis non admiretur quod ubi crucifixus eſt Chriſtus,illic Chriſtus adoratur,& qui eum quidẽ crucifixerunt,ignominia: Qui uero adorant,gloria afficiuntur? Vniuerſum enim orbẽ terræ peruaſit uerbum, omnes ueritati coniungens. Eſt ergo admirabilis uel iis qui quomodocunque id conſiderãt: multo autem magis & longè euidentius eis qui credunt. Et ideo dixit, In oculis noſtris. *Hæc eſt dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Vocat hic diem,non Solis curſum,ſed præclara facinora quæ in eo geſta ſunt. Quemadmodum enim qui diem malum dicit,non dicit curſum Solis,ſed mala quæ in ipſo ſunt, ita etiam bonum diem uocat præclara facta quæ in eo fuerunt.Quod autem dicit,eſt eiuſmodi. Res p̃claras quæ in eo geſtæ ſunt Deus fecit, erat.n.illius ſolius manus efficere quæ facta ſunt. Quid enim poteſt cum hoc die conferri,in quo Dei cum hominibus facta eũ reconciliatio, & diuturnum bellum fuit diremptum, & terra cœlum euaſit, & homines terra indigni regno digni uiſi ſunt, & noſtræ naturæ primitiæ ſuper cœlos ſublatæ ſunt, & aptus eſt paradiſus, & ueterem patriam recepimus, & expũctum eſt maledictum, & ſublatum peccatum,& qui per legem puniti fuerant, ſine lege ſalutem conſecuti ſunt, & tota terra & mare ſuum agnouit dominũ, & alia facta ſunt innumerabilia,quæ nunc non poſſumus oratione perſequi. Quocirca cum hæc omnia mente agitaſſet propheta,omnia Deo aſcribit,oſtendẽs quæ geſta ſunt à Deo facta eſſe. Exultemus & lætemur in ea.Lætitiam hic dicit ſpiritalem, lætitiam mentis, lætitiã animi. Exultemus & lætemur in ea,quòd tanta nobis bona obtigerint: etenim ne hoc quidem eſt parua uirtus, gaudere bonis, exilire, gaudio affici, Dei beneficia cum uoluptate ſuſcipere. *O Domine ſaluum me fac. O Domine bene proſperare.* Quid eſt,O Domine ſaluum me fac. O Domine bene proſperare? Quoniam uidebat orbis terræ res ſecundas, rerúmque mutationem & in melius conuerſionem:iis qui eis fruuntur gratulans,dixit, O domine ſerua,O Domine dirige.Hoc eſt,Conſerua domine eos q fruuntur.Vt & impleantur, & grata lignos fructus oſtendant, redde eis uiam facilẽ, ut poſtquam aſſecuti fuerint, à talibus bonis non amplius excidant. *Benedictus qui uenit in nomine domini.* Noſtra enim non conſiſtunt in ijs tantum quæ facta ſunt, ſed procedũt ad alia maiora,reſurrectionem,regnum,hæreditatem cum Chriſto. Quæ oia uolens oſtendere,ſubiunxit, Benedictus qui uenit in nomine domini. Hoc etiã dixit Chriſtus Iudeis. Amen dico uobis.Non me uidebitis donec dixeritis,Benedictus qui uenit in nomine domini. Quoniam enim ſæpe obijciebant, & id ſuſq; dẽque miſcebant,quòd nõ ſit ex deo,quòd ſit dei hoſtis:dicit eis, Vos mihi feretis teſtimonium quòd nõ ſum dei hoſtis, quãdo uideritis uenientem in nubibus, & hanc emiſeritis uocem dicentes, Benedictus qui uenit in nomine domini, bonis uerbis & laude plenis ab omni defenſione ſeipſos excludentes. Eorũ enim quæ tunc fient euidentia efficit ut eam uocẽ emittent, ſimul & laudantes, & grauem in ſeipſos accuſationem inſtituentes. *Benediximus uobis de domo domini. Deus dominus & illuxit nobis.* Dicit omnem populum fidelẽ, qui in domo domini adeptus eſt benedictionem. Cernũtur enim ubique prophetæ beatos dicentes eos qui ſunt crediturí. Qua de cauſa benediximus, & unde nam beatitudo? Quoniã Deus apparuit nobis.Apparuit,enim inquit,gratia dei ſalutaris,erudiens nos ut abnegata impietate & mũdanis deſiderijs,modeſte,iuſte,& pie uiuamus. Et rurſus. Expectãtes beatam ſpem & apparitionẽ magni dei & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti. Incarnationem ergo hic admiratur propheta, quòd cùm Deus eſſet,& dominus,& illius ſubſtantiæ,apparere æquum duxerit.Dicit autem apparitionem, carnis humanæ ſuſceptionem,uirginalem ſcilicet uterum ſubijſſe,hominem factum eſſe,& uerſatum eſſe cum hominibus.Et ideo dixit, Benediximus uobis,quod tale donum ſitis cõſecuti. Hoc etiã Chriſtus ſignificans dicebat,Multi prophetæ & iuſti deſiderarunt uidere quæ uidetis, & non uiderunt, & audire quæ auditis,& non audierunt. *Cõſtituite diẽ ſolennem in condenſis uſque ad cornu altaris.* Alius,Alligate in celebri conuentu condenſa. Alius,Alligate feſtum

Ioan.8. Ioan.7. Ephes.2. Ibidem. Ioan.10. Roma.4. ΕΓΕΝΕΤΟ ΚΥΡΙΟΝ: *factus eſt iſte.ſ.angulus.* Pſal.18. Rom.10. 2.Cor.5. Romæ.5. ΘΑΥΜΑΣΤΗ, *ad mirabilis angulus, ſcilicet.* Ephes.2. Luc.23. Gala.3. Roma.7. & 8. Roma.3. Illuxit, ἐπε φανεν. apparuit. Tit.2 Ibid. Mat.23 Mat.13.

A feſtum diligẽtijs. A prophetia rurſus redijt ad hiſtoriam.Hoc eſt autem quod dicit,Feſtũ agite, frequẽtes conuenite.Quid eſt autem, Cõſtituite diem ſolennem in condenſis? Vt uult quidem unus interpres,Sacrificate ſplendidas hoſtias. Vt alius autem Coronis & rami(templum cingite.Hebraicum autẽ ita dicit. קשרו חג בעבותים ער קרנות המזבח Siue hoc ergo ſit,ſiue illud,Significat feſtum, & diẽ lætum,& celebrem conuentum. Ab ijs enim quæ percipiuntur intelligentia, orationem rurſus traduxit ad ſenſilia,& meminit illorum reditus. *Deus meus es tu,& confitebor tibi. Deus meus es tu, & exaltabo te. Confitebor tibi quoniam exaudiſti me & factus es mihi in ſalutem.* Hic oſtẽdit quòd etiã abſque beneficijs deo ſunt agendæ gratiæ, & eſt propter hoc ipſum gloria & honore afficiendus,propter maieſtatem,propter ſubſtãtiam,propter gloriam ineffabilem. Hoc enim ſignificat, poſtquã dixit beneficia quibus eſt affectus,ſic ſubiungẽs. Dicit enim.Etiam abſq; his agam gratias quod habeam dominũ, adeò altum, adeò magnum, & qui adeò nec uideri, nec comprehendi poteſt.Illud enim Exaltabo, ſignificat glorificabo. *Confitemini domino, quòd bonus, quòd in ſæculum miſericordia eius.* Non ſatis habet quòd ipſe hoc offert ſacrificium,ſed multos etiam uocat,& ſint ſocij & participes laudis & gratiarum actionis, & dei benignitatem prædicat & clementiam, eius largitatem & magnitudinem ubique celebrãs. Cũ hæc ergo nos quoq; uiderimus, permaneamus gratias perpetuo agentes benigno & clementi. Deo,& hoc ei offeramus ſacrificium,ut bona etiam futura conſequamur. Gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti. Cum quo patri gloria ſimul cum ſancto ſpiritu nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Leuit.1.6.

DE EO QVOD SCRIPTVM *eſt in ꝑſalmo.cxviij. Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo domine,ſecundum uerbum tuum, Homilia.*

Incerto interprete.

Enignitas dei,et domini noſtri Ieſu Chriſti
b bonitas luxit in nobis, ut tenebrę peccatorum noſtrorum lõgè eſſent à nobis. Quid
C enim benignius,quid ſanctius,quid clementius,ni
Ioã.10.b ſi ut animam ſuam poneret pro ouibus ſuis? nec.n. tantam bonitatem poſſumus enarrare, ut deus indueret carnem, uirtus fragilitatem, impaſsibilitas paſsionem:tota lętitia toleraret triſtitiam,ut uſque ad paſsionẽ crucis ueniret. Exprobrari, exalapari, ſpinis coronari,felle acetoque potari, cum iniuſtis deputari,flagellari, & omnia quæ pertulit pro nobis:unde pertulit, niſi de bonitate,quam ipſo datam agnoſcimus in nobis? Bonitatem feciſti cũ ſeruo tuo domine ſecundum uerbum tuum. Quã bonitatem infudit bonis, ut aliquãdo ex malis eſſent boni? Hęc eſt Chriſtianorum bonitas,ut malũ pro malo non reddant, cum omnibus pacem habeãt, non ſe uindicent,pro inimicis orent, benefaciãt ijs qui eos oderunt. Hæc eſt bonitas Chriſtianorum, quia & Chriſtus hoc fecit in capite, ſuo uoluit eſſe in membris ſuis. Quid caput noſtrum egerit,audite:Cùm malediceretur,no maledicebat:cùm iniuriam pateretur,non comminabatur. Tolerauit oẽs impios,ſuperbos,preſumptores,filios turpis mulieris:audiuit,dæmonium habes, in nomine Beelzebub eijcis dęmonia,ſeductor,blaſphemus. Audi &

Cret.2.d Mat.12.b

quando dictum eſt ab eo in hora paſsionis: Amodo uidebitis filium hominis aſcendentem in cœlũ & ſedentem in regno patris ſui,& dixerũt deo:Blaſphemat hic,quid adhuc egemus teſtibus? Seductorem dixerunt,quando,poſtquã crucifixus eſt,dixerunt ei,Dæmonium habes: quando eos docuit de regno dei,& increpauit duritiam cordis eorum,dixerunt ei, In Beelzebub principe dæmoniorum eijcis dæmonia:quando uiderũt uirtutes exire de eo & clamantes ſpiritus, atque dicentes: Scimus quia filius dei ſis, qd ueniſti ante tempus torquere nos? Iſta ergo bonitas fecit formam bonis,quæ bonitas radicem fixã habens,in conſcientia culmeſcit,frondeſcit,grãdeſcit, opacatur in uirtutibus, ut iam ſol per diem non urat, neque luna per noctem:umbraculum uirtutum habens anima contextum requieſcit à laboribus ſuis. Nec enim aliunde aſcendunt uirtutes,niſi à bonitate boni: & omnium bonorũ bona mater eſt charitas. Quid benignius,panẽ dare eſurienti,potum dare ſitiẽti, nudo frigora paſſo ueſtimentum ſubminiſtrare, egentem ſine tecto in domum inducere,peregrinum ſuſcipere, uiaticum proficiſcenti dare? Hæc bonitas bonos facit,perfectos conſtituit ciues uitæ æternæ. Colligit ſuos, ut ament ſe boni,habentes unam bonitatem matrem & amicam: & illa amat filios & amicos ſuos, & illi amant matrem,& amatam ſuam.Iſti ciues ſanctę ciuitatis,ubi nulla malitia, ſed tota concordia: ubi perfecta bonitas,& tota charitas: ubi iuſtitia & plena manſuetudo, ubi temperantia & prudentia regnant. Iſtæ uirtutes in membris Chriſti diuidũtur populis bonitatis. Dicamus & nunc, Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo,qui eſt populus eius, ſecũdum uerbum tuum. Quomodo cum illo uerbo tuo feciſti,ut carnem aſſumeret, & à carne inquinatus non eſſet:ita & nobis præſta domine deus,fac nos ſecũdum carnem ambulare, & non ſecundum carnem militare. Secundum uerbum tuum ſuauitatem feciſti. Quæ eſt ſuauitas, niſi dulcedo, ubi nulla eſt amaritudo? quæ eſt dulcedo, niſi illa dulcedo, quæ prædicatur ab omnibus dicentibus: Quàm dulcia faucibus meis eloquia,& uerba tua ſuper mel & fauum ori meo? Aequè propheta de ipſa dulcedine non tacens, qui ait alio in loco: Præceptum domini lucidum,illuminans oculos: Timor domini caſtus permanens in ſeculum ſeculi. Iudicia domini uera, iuſtificata in idipſum: deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum: Etenim ſeruus tuus cuſtodiet ea, in cuſtodiẽdo illa retributio multa. Et bonitas bonitatis. Bonum ac perfectum donatũ deſurſum eſt à patre luminum: nullus tamen nũc bonus eſſe poteſt, niſi q primò fuerat malus. Nullus bonitati ſuæ aſsignet quod habet, aut uendicet ſibi quaſi proprium quod à deo accepit. Quando fuit homo bonus, qui in iniquitatibus eſt conceptus? quãdo bonus, qui quum peccatum in hunc mundum intrauit,& per peccatum mors,& ita in omnes homines pertranſijt? Quando bonus, quibus graue iugũ ſuper filios Adæ à die exitus eorum uſque in diem ſepulturæ,quæ eſt mater omnium? quando bonus, cùm Apoſtolus bonum ſe dicere non auſus eſt, clamans,& gemens,& ſuſpirans, Miſer ergo homo, qs me liberabit de corpore mortis huius. Qui eſtis boni,aſsignate illud dono dei:& nolite illud uobis aſ;

Ibi.26.f. Ibidem. Ibid.8.d Pſ.118.n. Ibid.18.c Iaco.1.b. Rom.5.b Ibid.7.d

Universidad de Navarra Biblioteca

C sumere quod donatum est uobis,ne perdatis quod
1.Co.4.b habetis,& dicat uobis ueritas, Quid habetis quod non accepistis?& si accepistis,qd gloriamini quasi non acceperitis? Assignate ergo deo bonitatem, & dicite quod modò cantauimus, Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine, secundum uerbum tuum. Bona confessio seruitutis, si impleatur legitimè in timore,ut exultet cor cum secreto mœrore. Qui seruit imperatori,honorem habet magnum. Quẽ diligit imperator,potens est apud omnes homines. Videte cuius serui estis. Serui enim dicuntur à seruando. Si seruaueritis quod estis,serui boni eritis. Esto te ergo serui boni sub bono deo,quia bonitatẽ fecit nobiscum cum indignis,cum reis, cũ morti destinatis,cum tenebrosis,cum impijs fecit hanc bonitatem,donauit istam bonitatem. Nullus reus maneat ingratus,sibi assumendo quasi non acceperit: sed hanc bonitatem conseruate, charitatẽ dominã tenentes, in qua est uinculum perfectionis: ut hæc charitas perficiat in uobis, quæ adhuc desunt nobis,ut exultãs de uobis ecclesia ubiq; diffusa dicat
Psa. 136.c Imperfectum meum uiderunt oculi tui. Semper cla
Ephe. 5.b met de uobis, Filij lucis estis,ambulate dum lumẽ habetis in uobis,ne uos tenebræ comprehendant. Aliorum mors proficiat ad uestram salutem, ut ibi congregati agnoscatur character,illud militiæ uestræ,qd professi estis in eminenti loco eccliæ: ut cũ professio & uita uestra concordauerit sibi, efficia-
1.Pe.2.b. mini gens sancta, populus acquisitionis in domo illa uirtutis, de qua uates eius cecinit, dicens pro-
Psal.38.a phetica uoce, Beati qui habitant in domo tua domine,in sęcula sęculorum laudabunt te,

DE EO QVOD SCRIPTVM *est in psalmo.cxviij. In proximo es domine, et omnes uiæ tuæ ueritas. Ab initio cognoui de testimonijs tuis, quia in æternum fundasti ea, homilia, Incerto interprete.*

Eritatem prædicandam angustia oris humani non capit. Et quia silendum non est de tantæ magnitudinis ueritate, in quantum potest capere sensus, auribus uestris prædicamus,non quanta est ipsa ueritas,sed quantum de illa dici potest.Hęc ueritas ab initio fuit fundata,est, & erit. Quia uerè ideo dicitur fundata,quòd in cordibus sanctorũ inhæsit,in fundo cordis ibi radicata ẽ, ibi cũlmescit, frõdescit fructificat,pficietúrq;. Cũ ista ergo pdicamus, sancta corda ædificamus, proficientia docemus, initiatis cordibus eam ostẽdimus, prodest omnibus: in nostra prædicatione pulsat aures humanas, ut in corde faciat mãsionẽ. Hæc ueritas,tres sunt syllabæ,& septem literæ:quia in septima die requieuit deus ab operibus suis quæ fecit. Et quia in ipsa ueritate requiescit deus,ideo requieuit ab omnibus operibus suis. Cùm in nobis illã uidet firmatã, radicatã dilatatã:cũ nominam⁹ illam, requiescimus in illa:cùm loquitur de illa,delectamus illam:cum prædicamus illam, descendit ad memoriam nostram ut ibi faciat mansionem. Hæc ergo ueritas impugnat falsitatẽ, repellit aduersitatem,uana non admittit, temporalia & caduca odit:& qa est ueritas,semper est ueritas. Redeamus ad id quod proposuimus, cõtexẽtes uersus hymni, quem modò cantauimus. Diximus,In proximo es domine, & omnes uitæ tuæ ueritas. Verè propè es illis,qui ita uiuunt, ut semper audiantur. Qui in lõginquo fuerit,audiri nõ potest:q propè fuerit, sine dilatione auditur. Propè & non longè sunt cordà, K
quæ non sibi, sed deo uiuunt:quæ non carni, sed animæ:quę non sęculo,sed creatori. Isti propè sunt ad aures dei,in tantum,ut alio loco non taceret iisdẽ propheta,dicens, Propè est dominus omnibus
Psa. 144 d. inuocantibus eum in ueritate. Videte quia ueritas ubiq; noiatur, & nusq; tacetur. Et sciatis quã locupletata sint corda,q propè sunt deo, audite in alio loco qd dixerit:Propè es domine,& oẽs uię tuę ueritas. Si ergo ille facit uoluntatẽ nostram,qd edit ipsam uoluntatem bonam, quomodo non debet humanum cor auerti à uanitate, & facere ueritatem? Veritas ubique fulget. Sequitur, Voluntatem timẽtium se faciet. Videte quàm dulcis est,quàm amandus,quàm benignus,quã summum bonum,ut uoluntatem timentium se faciat. In tãta promissione, quæ pigritia non erigatur, quæ somnolentia non excitetur, qui cor frigidum habens non calefiat, q anima tepida non inflammetur? Videte quid audistis. Voluntatem timentium se faciet. Voluntatem faciet,quia à domino præparatur uoluntas. Propè L
est ergo,& in proximo est dominus. Geminũ & in his ostendit intellectum. Et aduentum ipsius qui propè est,& ijs qui inuocant eum in ueritate. Nunquam est longè ab eis, qui legitimi sunt eius cultores,qui ita colunt deum,ut colantur ab eo,qa deus agricola est. Colet corda nostra, tollẽs spinas & tribulos, quæ mala seminauit primi hominis labes. Culta corda colunt, deum, reddentes illi fructum ueritatis & sanctitatis. Propè es domine,& omnes uiæ tuæ ueritas. Quæ sunt uiæ eius? quomodo dictum est, Vniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas? Viscera misericordiæ qui non amiserit, ueritatem non amittit:qui egenum sine tecto in domum suam dixerit,nudum uestierit,esurienti panem fregerit,sitienti potum dederit,prodiet quasi lux iustitia eius. Ecce uiæ domini quomodo non amittũt ueritatem,quia ueritas iustitiam creat, & misericordia de ueritate descendit. Veritas ergo ubique mater est santitatis, nusquàm offendit, nusquã errat, non deuiat,non declinat, rectum cor præparat:qa propè est dominus iis,qui recto sunt corde. Videte M
quomodo proximus est dominus, & qbus est proximus. Quibus? Seruientibus sibi,qui à ueritate nõ recedunt. In proximo est dominus, & oẽs uiæ eius ueritas:sequitur dicẽs, Ab initio cognoui de testimonijs tuis. Vbique ueritas prędicatur. Prædicatur ueritas,cùm dicitur, In principio fecit deus cœlum & terram. Falsum esse non potest, quia terra erat in *Gene.1.a*
uisibilis & incompositа,& spiritus dei ferebatur super aquas. Et dixit dominus, Fiat lux. Et facta est *Ibidem.*
lux. Et uidit deus lucem,quia bona est, & uocauit deus lucem,diem,& tenebras noctem. Ista quæ dicta sunt. Sed quia ipsa ueritas aliquẽ significabat, istum qui in proximo est,qui uenturus erat in mũdo, trahens post se amatores suos inhærentes sibi, *Ioã.14.a*
illum q dixit,Ego sum uia, ueritas, & uita:ideo ab initio cognouit de testimonijs, quia iam in principio Christus prædicabatur, qui dixit Iudæis, cùm interrogatus ab eis fuisset, Dic nobis aliquid de te- *Ioan.8.d*
metipso:respondit,dicens, Principiũ qui & loquor uobis. In isto principio ueritas intelligebatur. Gratias tibi domine,quia tria ista præstitisti nobis nosse quæ ignorabamus. Veritatem, quia falsitatem tenebamus: uiam quam nesciebamus, per quam ami-

A bulãremus:uitam,qa morti inhæseramus, & mors nobis propinata erat ab illo homine, cui dictũ est, morte morieris. Mortuis uitam donauit, mendaci-
Gene. 2.c bus ueritatem præstitit, errantibus uiam ostendit. Nam hoc est quod dixit,Declinasti semitas nostras
Psa. 43.c de uia tua:id est,adueniens uia tua, ut ipsa iter esset proficiscentium, quæ singulares portat, duplices non fert. Arcta enim & angusta uia ipsa est, quę du-
Mat.7.b. cit ad uitam æternam:lata uerò & spatiosa quæ ducit ad mortem,& multi sunt qui intrant per eã. Declinemus ab ista, conuertamur ad illam unicam & singularem uiam,q̃ ducit usque ad pręsentiam dei, usque ad requiem, usque ad lucem immensam, usq; ad chorum angelorum,usque ad illum quẽ nullus homo uidit,sed in futuro uideri potest. Dicamus ergo quę dicta sunt, & redeamus ad uerticulum quẽ dimisimus. Ab initio cognoui de testimonijs tuis, quoniam in æternum fundasti ea. Quam fundauit in æternum,nisi ipsam ueritatem? Quæ est ista ueritas,nisi Christus,qui finem non habet, cui ultra mors non dominabitur, qui uenturus est iudicare
B uiuos & mortuos, qui ueturus est separare hœdos ab agnis? Quia ipsa ueritas est, quæ ducit usque ad secretariũ iudicis. Ibi aduocatus & iudex testis est Christus nec falli habet, nec fallere. Nullus uitam suam uilem habeat, nullus uanitatibus inhæreat.
Ibid. 6.c Non potest duobus dominis seruiri. Ille seruit duobus dominis,q die it ad ecclesiã, die ad spectacula. Iste duas tunicas habet,longè est à tunica illa, quæ diuidi non potest,longè est à ueste nuptiali: quia illa est uestis nuptialis,quę non habet maculam. Nã qui die pergit ad ecclesiam, die ad spectacula, maculosam portat tunicam. Nullus seruus cum macula stans ad mensam domini sui non proiicitur, & uerberibus maceratur. Habete tunicam mundam, sicuti accepistis de baptismo. Nullus eam maculet moribus suis, nullus prauitate cordis scindat tantam pulchritudinem uestis. Talem accepistis uestem in baptismo, qualem habuerunt angeli qui seruabant dominũ in sepulchro: sicut nix ita erat uestis eorum. Et uos munus gratiæ tale accepistis, seruate quod accepistis. Qui polluit uestem istam,
C lachrymis lauet, à malis separet, confessionem deo celebret, & correcta uita iam non redeat ad uomi-
2.Co. 6.c tum sicut canis. Quæ societas luci ad tenebras, aut quæ pars fideli cum infideli, quæ autem consonantia Christi ad Belial? Non debetis filij ecclesiæ depraui in uanitatibus spectaculorum. Ecclesia fœtorem uestrum non portat, nõ potest inquinari de ingressu uestro, gemit ad deum, quia tales uidet filios suos. Quotidie contremiscit, ne irascatur deus, & pereatis de uia iusta. Vel ipsa signa agnoscite, qa æreum factum est cœlum,& terra ferrea. Iracundiã dei ipsa elementa loquuntur. Filij hominũ quousq;
Psal. 4.a graues corde, ut quid diligitis uanitatem in spectaculis,& quæritis mẽdacium in histrionibus? Scitote quoniam admirabilem fecit dominus omnium animam non recedentẽ de ecclesia. Exauditur anima dum clamat ad deum, dum non recedit à deo.
Apoc. 3.c Nolite esse tepidi,ne euomamini ex corde dei. Dixit ipse per prophetam,quia neque frigidus, neque calidus es,atq; utinam uel frigidus esses, aut calidus: sed quia nec frigidus,neque calidus,euomam te ex ore meo. Nostrum officium implemus,qui de ueritate uera loquimur. Vos si ingressi estis ad stationẽ medici, ut uulnera curetis, dolete uulnera uestra. D
Medicamentis impositis,putredines purgentur: crescat sanitas,ut uidens correctionem uestram, gaudeat ecclesia de filijs suis. quia ubi abundauit pec-
Rom. 5.d catum,superabundauit & gratia.

IN CXVIIII. PSALMVM, *Canticum graduum. Alius,Canticum ascensionum.*

D *ominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.* Aliorum quidem psalmorum unusquisque propriam habet inscriptionẽ. Hic autem multis simul cõiunctis una imposita est appellatio,Canticum graduum,uel,ut alius dixit interpres,Ascensionem. Nonnulli autem eos etiã gradus appellant. Et quanam de causa,inquit,ita sunt appellati? Si historiam quidem spectes, quoniã loquuntur de reditu ex Babylone,& captiuitatis quę illic fuit mentionem faciunt. Sed si eos sumas anagogicè,quòd ad uiam uirtutis deducunt. Quid ani enim eos ita acceperunt. Nam uia quæ eò deducit, est aſsimilis gradibus,uirum uirtute & sapiẽtia prędito paulatim euehens & sustollens,& eum in ip E
so cœlo statuens. Alij autem dicunt per hæc significari scalam Iacob, quæ ipsi ostensa est ad cœlũ usque pertinens. Ita enim gradibus & scalis subiectis, loca ad quæ non patet aditus,& quæ sunt excelsiora,adiri possunt. Quoniam autem eos qui ascendunt, postquàm in altũ euecti fuerint,caligare necesse est: propterea non eos solum qui ascendunt, sed eos etiam qui ad ipsum cacumen peruenerunt, accepta cautione confirmari oportet. Vna est autẽ cautio ac securitas,quando non quantum ascendimus respexerimus, & ita superbæ & elatæ mentis euaserimus: sed quantum restat ascendendum cons-
Phil. 4.c picati fuerimus. Quod etiam Paulus significãs,dicebat,Eorum quæ retro sunt obliuiscentes, ad anteriora autem extẽdentes. Et est hæc quidem ratio anagoges. Nos autem deinceps si uideatur, ueniamus ad historiam, & uideamus eos qui fuerunt liberati à captiuitate. Quomodo igitur à captiuitate liberati fuerũt? Desiderio Hierosolymorum. Quod quidem nisi eis adfuisset, ex Dei gratia nihil lucrifeciſſent, sed in perpetua seruitute dies suos obiis- F
sent. Quos nos etiam imitemur. Idipsum enim nobis euenier,nisi amore cœlestium,& desiderio cœ- *Gal.4*
lestis Hierusalem teneamur, non autem in præsen- *Heb.12*
tem uitam perpetuo defigamur, in cœno curarum ad uictum pertinentium perpetuo uolutati: nõ poterimus patriam recipere. Ad dominum cum tribularer clamaui,& exaudiuit me. Vidisti lucrum afflictionis, & promptitudinem clementiæ. Lucrum afflictionis, quòd eos ad puras preces fundendas ad duxerit. Clementię autem promptitudinem, quòd uocãtibus eos statim annuerit. Quòd etiam prius fecit ijs qui erant in Aegypto. Et ideo dicit, Videns *Exo.3*
uidi afflictionem populi mei,& gemitũ eorum audij,& descendi ut eos eriperem. Et tu ergo ò dilecte, quando es in afflictione, ne desperes, nec labores indulgentia,sed tunc temporis maximè excitare. Sunt enim tũc preces puriores, & maior est Dei in te beneuolentia, & perpetuo ita uiuas ut sit tibi uita laboriosa, sciens quòd omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu,persecutionem patientur:&, *2. Tim.3.*
quòd per multas afflictiones oportet nos itrare in *Act.4*
regnum Dei. Ne mollem ergo uitam & dissolutam

G dilexeris, nec uia iſtâ uelis ingredi: ea enim non du
Matt. 10. cit in cœlum: ſed arcta & anguſta. Si uelis autem pu
16. enire ad ſupernas manſiones: fugias uoluptates,
Mar. 8 externam uitę pompam ac ſpeciē conculces: opes,
Luc. 9. 14 gloriam, & potentiam negligas: paupertatem autē,
& uitæ contritionem, confeſsionémque & lachry-
marum fontem teneas, & omnia quæ poſſunt con-
ciliare ſalutem perſequaris. Ea enim & tutioré red-
dunt eum qui poſsidet, & preces reddunt ſubli-
miores. Si teipſum ita comparaueris, & Deum cum
hac mente uocaueris, te omnino exaudiet. Et ideo
dixit Propheta, Dum affligerer, clamaui, & exaudi
uit me, ut diſcas paulatim coſcendere, leuéſque, &,
ut ita dicā, alatas precationes facere, ne angaris nec
4. Reg. 4 afflicteris in afflictionibus, ſed utilitatem ex eis pci
pias. Si enim Heliſæus, cum eſſet homo, non permi
ſit ut diſcipulus uenientem ad ſe mulierem extru-
deret, dicens, Dimitte eam, quia mœrore eſt affecta
anima eius, nihil aliud uolens ex eo oſtendere, niſi
quod excuſationem & defenſionem maximam, ha
bet afflictio: multo magis Deus eos non repellet, q
H cum triſti & anxia anima ad eum accedūt. Et ideo
Chriſtus quoq; eos beatos pronunciat qui lugent,
Mat. 5 & miſeros qui rident. Quocirca beatitudines quo-
incipiens, hinc exorſus eſt. Beati qui lugent. Si uis
ergo hos gradus aſcendere, quod eſt in uita molle,
eneruatum, & diſſolutum reſęca, & laborioſa uiuē-
di ratione teipſum aſtringe & cōtine. A terrenis ne-
gotijs abſtine. Hic eſt primus aſcenſus. Non poteſt
enim fieri, non poteſt, ut ſimul & ſcalam conſcen-
das, & in terra hæreas. Videas quanta ſit cœli alitu-
do, noſti breuitatem temporis, ſcis quàm ſit incer-
Eccl. 9 tus exitus. Ne cunctēris ergo, nec differas, ſed hanc
Matt. 24 peregrinationem magna ui aggredere, ut uno die
et Mar. 13 duos, tres, decem & uiginti gradus conſcendas.
Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua
doloſa. Vides hic quoque lucere præceptū illud Euā
Luc. 22 gelicum, Orate ne intretis in tentationem. Nulla. n.
eſt ò dilecte, grauior tentatio quàm in doloſum ho
minem incidere. Is enim eſt uel quauis fera truculē
Mat. 7 tior. Ea enim id qđ eſt eſſe cernitur. Hic autem ob-
tento uelo manſuetudinis & probitatis ſæpe uirus
I occultat, ut nec facile poſsint deprehendi inſidiæ,
& in barathrū nulla adhibita cautione incidatur.
Quapropter ubique à Deo hoc aſsiduè poſtulat ut
liberetur à talibus inſidiatoribus. Si autem fugien-
di ſunt fraudulenti & malitioſi: multo magis dece-
ptores, & qui mala dogmata ac decreta proferunt.
Maximè autem iniqua ea labia eſſe dixeris, quæ in
uirtute lędunt, & ad uitium abducunt. Et ideo hic
propheta rogat ut liberetur anima: eò enim tela di
rigit. *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguā*
doloſam? Alius, Quid prębebit tibi aut quid adijciet
lingua doloſa? Alius, Quid dederit tibi & quid tibi
adiecerit lingua inuaſionis? Nihil ergo aliud oſten
dit quod dictum eſt, niſi hoc magnam eſſe impro-
bitatem & tetrum genus uitij. Quocirca uides etiā
Prophetam iraſcētem, commotumq;, & dicentem.
Quid detur tibi aut qd apponatur tibi ad linguā
doloſam? Quod autem dicit eſt eiuſmodi. Quod-
nam hoc uitio dignum iueniatur ſupplicium? Qđ
Eſa. 1 etiam Iudęis dicebat Eſaias. Quid adhuc peritiami
ni adijcientes iniquitatem? Hoc etiā ipſe dicit, Quid
detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam do
loſam? Vel hoc ergo dicit, uel quod hoc ipſum etiā
eſt ſupplicium, & antequā des pœnas de teipſo pœ K
nas ſumis, ex teipſo uitium pariens. Maximum. n. Pro. 14
ſupplicium animę eſt uitium, etiam antequā punia Ro. 1
tur. Quodnam ergo dignum ſupplicium ei qui ta- Ephe. 4
lis eſt fuerit conſtitutum? Hic quidem nullum, ſed
plaga, quæ à Deo infertur. Homo enim non poterit
dignas pœnas ſumere. Nam omnem cruciatum ſu-
perat improbitas. Deus autem illi plagam inſtiget.
Et ideo hoc ipſum oſtendens, mox ſubiunxit. *Sagit*
tæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs. Sagittas
hic rurſus appellat ſupplicia. Alius autem interpres
dixit, Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus, in
lecti formam conſtratis. Et alius, Cum carbonibus
iuniperinis, nominum translatione augēs metum
ſupplicij. Nam & illud, In lecti formam conſtratis,
& hoc, Iuniperinis, eūdem habet ſenſum. Illic enim
oſtendit multitudinem, hic autem qualitatē & ue-
hemētiam ſupplicij. Quod quidē ſeptuaginta quo
que ſignificantes, Cū carbonibus deſolatorijs edi
derunt, hoc eſt, qui deſerta faciunt, & conſumunt.
Ex materijs enim quæ ſunt apud nos terribiles, Dei
ſupplicia effingunt & exprimunt ſcripturæ, ſagittas
& ignem ea uocātes. Hic autem mihi uidetur ſigni-
ficare barbaros. Et ideo alius quoq; interpres hoc
ſignificans, dicebat, libera animam meam à labio
doloſo. Talia enim ſunt eorum uerba, tales doli, &
tales inſidiæ, plenæ fraude & maximo ſcelere. Hei
mihi quòd incolatus meus prolongatus eſt. Habitaui cū ha
bitantibus Cedar. Alius, Hei mihi quod incolatū pro
traxi. Alius, Hei mihi quod aduena fui in prolonga
tione. Hi quidem hoc modo lamentantur de capti
uitate Babylonica. Paulus autem de ea quę hic lō-
gius trahitur mora, dicens. Etenim dum ſumus in
hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati. Nec id ſo-
lum, ſed etiam habentes primitias ſpiritus, & ipſi in
nobis ipſis ingemiſcimus. Eſt enim præſens uita in 2. Cor. 5
colatus. Et quid dico, Incolatus, cum res ſit uel in-
colatu inferior. Vnde Chriſtus etiam ipſam uoca-
uit uiam, dicens. Anguſta eſt porta, & arcta uia quę
ducit ad uitam. Hoc enim eſt doctrina optima atq; Mat. 7
adeò prima, ſcire nos eſſe inquilinos in uita præſen
ti. Quocirca ueteres quoq; id confitebātur: & ideo
habiti ſunt uel in maxima admiratione. Hoc etiam M
Paulus ſignificans ſcribendo dicebat. Propter hāc Heb. 11.
cauſam non erubeſcit Deus eorum uocari. Quam-
nam cauſam dic mihi? Quia cōfeſsi ſunt eſſe hoſpi-
tes & peregrinos. Hoc eſt radix & fundamentū oīs
uirtutis. Qui enim rerum quæ hic ſunt eſt hoſpes,
erit rerum ſupernarum ciuis. Qui eorum quæ hic
ſunt eſt hoſpes, non lubenter uerſabitur in præſen-
tibus, non domus, non pecuniæ, non alimenti, nec
alius eiuſmodi curam geret, ſed quemadmodum q
in aliena uerſantur, nihil non agunt & procurāt ut
patriæ ſuæ reſtituantur, & quotidie urgent & feſti-
nant ut eam quæ eos tulit uideant. Ita etiam q amo
re futurorum tenetur, nec rebus præſentibus aduer
ſis animum demittet: nec ſecundis efferet, ſed utra-
que prętercurret tanquā qui uiam ingreditur. Quo
circa iubemur etiam dicere in oratione, Adueniat Mat. 6.
regnum tuum, ut illius diei deſiderium & cupidita
tem animo noſtro uerſantes, & ipſum præ oculis
habentes, ne uideamus quidem præſentia. Si enim Luc. 11.
Iudæi Hieroſolyma deſiderantes, etiam poſtquam
liberati ſunt, deflent præterita: quænā dabitur no-
bis uenia, quænam relinquetur defenſio, ſi non ſa

A pernæ Hieruſalem teneamur uehementi deſiderio?
Vide ergo quomodo hi quoque lamentātur quod
cum illis uerſentur, Habitaui, dicentes cum taber-
naculis Cedar. Multum incola fuit anima mea. Hic
enim non ſolum deſient quod in aliena habitent,
ſed etiam cum barbaris uerſentur. Quod quidē alij
quoque faciebant prophetæ, de præſenti uita lamē
Mich. 7 tantes, & dicētes. Hei mihi quod perijt pius à terra,
& qui rectè agat non eſt in hominibus, & etiā hic
ipſe, dicens, Serua me domine, quoniam defecit ſan
ctus. Neque enim hæc uita eſt eo tantum laborio-
ſa quod plurimā habet uanitatem & curas impor-
tunas, ſed quod etiam multus ſit malorum prouē-
tus. Nihil eſt autem grauius & moleſtius quam quę
eſt cum huiuſmodi hominibus congreſsio. Neque
enim fumus & uapor ita ſolet grauare oculos, ut
improborum conſuetudo animum triſtitia afficit.
Non uides dominum quoque noſtrū Ieſum Chri-
Mat. 17 ſtum oſtendere quàm ſit moleſta eiuſmodi conſue
tudo? Quando enim dicit, Quouſque ero uobiſcū,
Quouſque feram uos, id dicit, hoc obſcurè ſignifi-
B cans. Habitaui cum tabernaculis Cedar. Eſt barba
rorum, cum ijs, in quos imperium obtinuerunt, in-
ſtar ferarum agere, ut qui tentorijs & tugurijs utan-
tur, & ad immanitatem ferarum ſint redacti. Sed
his multo ſunt efferatiores, raptores, auari, & qui
impudicè ac libidinoſè & in delitijs uitam tanſi-
gunt. *Multum incola fuit anima mea.* Atqui non multū
Hier. 25. 29 fuerunt enim ſolum 70 anni. Sed nō appellat mul
tum propter multitudinem, ſed propter rerum diſ-
ficultatem. Etſi enim ſit exiguum, uidetur eſſe mul
tum ijs qui affliguntur. Ita etiam nos oportet affici
& quauis hic paucis annis uixerimus, eos tamen
multos eſſe putare propter futurorum deſiderium.
Hæc dico, nequaquā uitam præſentē accuſans: ab-
ſit ea eſt enim opus dei ſed ad futurorum amorem
uos excitans, & ne in rebus præſentibus lubenter
uerſemini, nec corpori affixi ſitis, nec ita afficiami-
ni ut nonnulli è uulgo puſilli & abiecti animi, qui
etſi per multos annos uixerint, eos paucos eſſe di-
1. Cor. 2 cunt. Quibus quid eſſe poteſt à ratione alienius?
Quid uerò craſsius, ſi cœlo propoſito, & ijs bonis
C quæ ſunt in cœlis, quæ nec oculus uidit, nec auris
audiuit, ore hiante umbras ſtupent, nec uolunt ui
tæ præſentis euripum traijcere, in perpetuis fluctu-
bus, tempeſtatibus, & naufragijs uolutati. At nō ſic
Phil. 1 Paulus: ſed feſtinabat & urgebat, & unū ſolum eū
retinebat, nempe ſalus hominum. *Cum his Qui oderunt*
pacem eram pacificus, cum loquebar illis, impugnabāt
me gratis. Vidiſti quomodo oſtendit quam graue
ſit illic uerſari. Non enim dixit, Cum ijs qui non ha
bent pacem, ſed, Cum ijs qui odio habent pacem,
erā pacificus. Vidiſti cōmodū afflictionis, uidiſti
fructū captiuitatis. Sed nūc qs noſtrū hoc poterit
dicere? Rectè enim nobiſcum agetur, ſi cum pacifi
cis ſimus pacifici. Hic autem etiam cum ijs qui pa-
cem oderant erat pacificus. Quomodo ergo nos
quoque in hac re rectè geremus? Si tanquàm inqui
lini hic uerſemur (Rurſus enim deduco orationē
ad ipſum argumētum) Si ut hoſpites, ſi nullo eorū
quæ ſunt, præſentia retardati. Nihil enim æquè pu-
gnæ & belli cauſa eſt, ut amor præſentiū, ut uel glo
riæ, uel pecuniæ, uel deliciarum cupiditas. Quādo
hos omnes funes præcideris, & animam nullo ho-
rum retineri uideris, tunc uidebis undenam bellū
ducat principium, & undenam ſit uirtutis iaciedū D
fundamentum. Propterea iubet etiam oues eſſe in- Mat. 10
ter lupos. Ne dicas, Hæc & illa paſſus ſum, & ideo
euaſi ſæuus & efferatus. Etiamſi, inquit, paſſus fue-
ris innumerabilia, mane ouis, & ita lupos ſuperabis.
Hic eſt improbus & profligatus, ſed habes tātas ui-
res, ut uel malis ſuperior euadas. Quid eſt oue man
ſuetius? Quid uerò lupo agreſtius? Ille tamē ab hac
ſuperabitur. Id autem oſtenſum eſt in Apoſtolis. Ni
hil eſt enim manſuetudine potentius, nihil lenita-
te ualidius ac firmius. Quocirca Chriſtus quoque
iubet oues eſſe inter lupos. Deinde poſtquàm ſic di Mat. 10.
xit, tanquàm non ſufficeret hæc manſuetudo, ouis
inquàm, ei quem uult ſe oſtendere diſcipulum, ali- Ibid.
quid aliud adiicit. Eſtote, inquit, ſimplices ſicut co
lumbæ, duorum manſuetorum & ſimplicium ani-
malium miſcens manſuetudinem. Ne mihi dixeris,
eſt improbus, nec ferre poſſum tūc enim maximè
oſtēdeda ē māſuetudo, quādo res nobis fuerit cū
fęuis & agreſtibus hominibus, quando cum ijs q
ſunt ab humanitate & manſuetudine lōgè alieniſ-
ſimi, tunc eius uirtus oſtenditur, tunc eius munus E
& officium fructúſque clare oſtenditur. Cum lo-
quebar illis, impugnabant me gratis. Alius autem
interpres dicit, Et quia loquebar ipſis, bellabant,
uel hoc ſignificans, Cum ijs qui oderāt pacem erā
pacificus, uel, Quoniam ipſis loquebar, ipſi me op-
pugnabant. Quod autem dicit, tale eſt. In ipſo tem-
pore collocutionis, quando maximè, inquit, oſten
debam charitatem, quando uerba in primis amica
emittebam, tunc efferebantur, tunc dolos & frau-
des ſtruebant, ego tamen propriam oſtendebā uir-
tutē, licet ij ita affecti eſſent. Ita etiam nos oportet
affici, nempe licet nos eos amātes pulſent & feriāt,
licet nobis inſidientur, nos noſtra oſtendere, illius
parabolæ memores, quæ iubet nos eſſe tanquàm
oues & columbas in medio luporū, ut & illos me-
liores reddamus, & ipſi bona cœleſtia conſequa-
mur. Quæ detur nobis omnibus conſequi gratia
& benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti. Cui glo-
ria in ſęcula ſęculorum, Amen

IN CXX PSALMVM.

Canticum graduum. Alius, Can-
tus in aſcenſiones.

Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxiliū
meum mihi. Alius, Leuo oculos meos in mō
tes, unde ueniet auxilium meum. Vide rur-
ſus animam, quæ malis implicata nequit ſe expedi
re, & inuenire exitum, & uult aſſequi ſolatium, ad
deum reſpiciens ab his tentationum cōmodis rur-
ſus erigi & excitari, & ad ſupernum auxilium inuo
candum moueri, & ab omnibus quæ ad hanc uitā
pertinent abduci. Si enim Iudæi qui ſunt craſsi, &
terræ affixi, ab afflictione captiuitatis adeò boni
euadebant, & ad cœlum ita reſpiciebant: multo iu
ſtius eſt ut nos hoc faciamus in noſtris calamitati
bus, & ad deum confugiamus, à qbus longè maior
quàm ab illis perfectio requiritur. Illi enim tūc erāt
in medijs hoſtibus, & neque ciuitatem habebant,
nec murum, nec arcem, nec humanum auxilium,
nec pecuniam, neque aliquid aliud eiuſmodi, ſed
captiui & ſerui uerſabantur ſimul inter dominos
& hoſtes. Calamitatum autem magnitudine op-
preſsi, ad inuictam manum cōfugiebant, & ab hu-
manis deſerti præſidijs, ex ea ipſa deſertione conſe-

rebant se ad philosophiã. Et ideo dicebant. Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxiliũ mihi. Quæ ab hoib. cõferri possunt, oia defecerũt, oia perierũt, oia procul recesserũt. Vna, inqt, sal⁹ deinceps relicta est, quæ scilicet affertur à domino. *Auxilium meum à domino qui fecit cœlum & terram.* Vidisti eos deum ubique quærere, è terra, è montibus, è solitudinibus eum ubique uisione apprehendere. Vidisti eorum mentem fieri excelsiorem, & summam Dei prouidentiam ab eis ubique prædicari. Neque enim nequicquam hoc adiecit, Qui fecit cœlum & terram, sed hoc obscurè ratiocinans, & dicens. Si fecit cœlum & terram, potest etiam in aliena regione opem ferre, & ubiq; etiam in barbaria, manũ adiutricem præbere, & qui è patria expulsi sunt conservare. Si enim hęc elementa uerbo solum produxit, multo magis nos poterit liberare à barbaris. Vides quomodo philosophantur, qui uel minus habent sensus quam lapides, dum in aliena regione uersan tur, non amplius enim templi, sed cœli & terræ me minerunt. Vides quomodo mundi fabricationem, Deique sapientiam, & prouidentiã prædicant. Qui enim antea ligno dicebant, Deus meus es tu, & lapidi, Tu me genuisti, nunc uniuersi orbis terræ opifi cem agnoscunt. Auxilium meum à domino. Non ab hominibus, nec ab equis, non à pecunijs, nec à socijs, nõ ab arcibus, nec propugnaculis. Auxilium nostrum à domino. Hoc auxilium est inuictum & inexpugnabile. Non solum autem inexpugnabile, sed etiam expeditum & facile. Neque enim longè est proficiscendum, non est blandiendum ianitoribus, non sunt consumendæ pecuniæ, non legationes mittendę, sed potest quis domi manens hoc ad se auxilium attrahere si tantum seipsum se iungens à rebus humanis, illi spei adhęreat, & alta respiciat, acresq; & perspicaces oculos habeat. Propterea. n. hoc solum animal Deus rectum creauit, & oculos illi in alto locauit, docens, qđ à sensilibus oportet in altum respicere. Solum in hoc animal est ita formatum: reliqua autẽ animalia prona sunt, & terrã deorsum aspiciũt, Hic autem in cœlum est erectus, ut quæ illic sunt consideret, & in illis philosophetur, & illa apprehendat, & oculos animæ acres habeat. Quocirca dicebat quoque quidam sapiẽs. Sapientis oculi in capite eius. Hoc est, liberatus est ab omnibus inferioribus, per cœlum uagatur, & contemplatur sublimia. *Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te.* Vides quantam à nobis exigit diligentiam id qđ dicitur. Quia enim auxilij meminerunt, & supernam opem inuocant, adhortatur & consulit, hoc propemodum dicens. Si uelis id assequi, quæ tua quoque sunt conferas. Quid est autem quod consulit? Audi. Nõ des in cõmotionem pedem tuum: hoc est, ne diuertaris, ne offendaris: & tunc habebis Deum manum prębentem, nec te derelinquentem, nec dimittentem. A nobis itaque proficiscuntur principia, & id situm est in nostra potestate. Cum ergo id in nostra potestate situm sit, quãdo uolumus aliquid assequi, oportet nos quoque nostra conferre, quæ sunt parua qdem & uilia, sunt tamen conferenda. Ita enim uult Deus, non otiosos, nec dormitantes, non supinos, nec stertentes, sed operantes, & studium ac diligentiam adhibẽtes seruare. Et ideo undecima quoque hora conduxit. Et quidnam tanti momenti erant hora undecima facturi? Id scilicet ut operatio esset eis occasio & causa coronarum. Et ideo dicit, Non des in commotionem pedem tuum, neque dormitabit qui custodit te. Si tua præbueris, quæ sunt illius quoque sequentur. Ex hoc id quoque ostenditur, quòd etiamsi nostra afferamus, sic tamen eius quoq; egemus auxilio, ut in tuto simus, ut maneamus firmi & immobiles. Quis est autem qui pedẽ dat in cõmotionem? Qui res fluxas & caducas aggreditur, & quorum basis minimè firma est, cuiusmodi est amor pecuniæ, cuiusmodi est desiderium earum rerum quæ ad hanc uitam pertinẽt, & ideo frequenter subuertuntur & decidunt, & de reb⁹ maximis periculum sæpe creant ijs qui illa possident. Illa enim nunquam sunt firma ac stabilia: nunquã sunt immobilia, sed semper mutantur, transferuntur, & magis quã fluctus perturbãtur, & quauis arena imbecilliora sunt & magis perfluunt. *Ecce non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel.* Si te, inquit, ita cõparaueris, nõ dormitabit, neq; dormiet. Hoc est, Non derelinquet, non sinet, non dimittet nudum, & destertum. Hoc autem uolẽs significare, non abs te posuit illud, Qui custodit Israel. Hoc est autem quod dicit. Si hoc est eius perpetuũ munus, ut tot retro antè actis seculis, & à tuis maioribus te in tuto collocet, à suo non discedet officio, & id qđ consueuit facere non deseret, nisi tu dederis in cõmotionem pedem tuum, neque uero solum non deseret, sed te etiam cum magna securitate defendet. Et ideo subiungit, dicens. *Dominus custodiet te, Dominus protectio tua super manũ dexteram tuã.* Alius, iuxta manum dexteram tuam. Erit, inquit, defensor tuus, adiutor, auxiliator. Vides quomodo hic quoque te uult in opere exerceri. A metaphora autem eorum qui stant in acie, stabit ad manũ tuam dexteram, ut sis inexpugnabilis, ut gnauus ac strenuus, ut ualens & potens, ut trophæum erigas, ut referas uictoriam. Quoniam autem ea est maximè, per quam omnia agimus, non solum tibi assisset, & tibi opem feret, sed etiam proteget, & rursus per ea quæ sunt apud nos, Dei auxilium exprimit. & omnibus numeris absolutam custodiam, & maximè propinquum auxilium, per dexteram & protectionem ostendit. *Per diem Sol non uret te, neque Luna per noctem.* Vbinam aũt hoc factum est? Quando egressi sunt ex Aegypto, & degebãt in solitudine. Hic autem dicit magnam securitatem. Est autem uerisimile, eos etiam cum tunc redirent, eiusmodi etiam aliquod miraculum fuisse consecutos aliquo alio modo. Volens ergo largè & copiosè ostendere eius prouidentiam, quòd non solũ liberat à malis, imò ne ea quidem sinit perpeti quæ solent accidere hominibus: hoc subiunxit. Est enim eius auxilij liberalis & effusa suppeditatio, & quæ uerbis exprimi non potest benignitas, quæ non pro modo nostræ necessitatis suum præbet auxilium, sed remunerationibus nostra quoque postulata supat. *Dominus custodiet te ab omni malo. Custodiet animam tuam Dominus.* Qui enim ne hæc quidem parua sinit tibi afferre molestiam, sed eousque extendit suam curam & prouidentiã, multo magis efficiet ut ab alijs expugnari nequeas. Quidquid enim inuadit molesti & asperi, cedit Dei nutui. Quæ quidem non insunt in hominibus. Nam etsi sæpe ab hoc malo liberauerit, ab alio non potuit, uel si potuit quidem, noluit. Sed si Dei manus ualida est & omnipotens, quodcũque inuaserit profligare poterit, & te liberare ab omnibus. *Dominus custodiet introitum tuum & exitum tuum ex hoc nunc & usque in sæculum.* Alius interpres dicit, Accessum tuum. Vidisti eius perpetuum auxilium ubique adesse, introeunti, exeunti. Quid potest cum hac charitate conferri? Quid cum hac humanitate? Hic quidem certè omnem uitam significat. In his enim uita uniuersa cõsistit, nempe in ingressu & exitu Et id uolens aptius significare, subiunxit, Ab hoc nunc & usque in sæculum. Nõ uno, inquit, aut duobus, aut tribus, aut decẽ, aut uiginti aut cẽtum diebus, sed perpetuo. Quod quidẽ non inest hominibus, sed multæ sunt rerum mutationes frequentes, traductiones, & continuè uicissitudines. Hodie amicus, cras inimicus. Hodie fert opẽ, cras uerò te deserit. Sæpe autem non solum deserit, sed etiam oppugnat, & insidiatur quouis hoste grauius, sed quæ Dei sunt, manent immobilia, perpetua, immortalia, stabilia, fine carentia. Vt ea ergo assequamur, nostra quoque afferamus, ut magna securitate fruamur, & bona futura adipiscamur. In Christo Iesu Domino nostro. Cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

IN. CXXI. PSAL.

Eetatus sum in ijs quæ dicta sunt mihi, In domum Domini ibimus. At nunc multi uerbum ægrè ferunt, & siquis quidẽ ad equorũ curricula, uel ad theatra iniquitatis ascendẽs, uocauerit, multi concurrunt, sed si ad domum orationis, pauci sunt qui non cunctentur. At non sic Iudæi, quo quid posit esse grauius, quando illis negligentiores cernuntur Christiani? Vndenam aũt factum est ut ij essent tales? Rursus dico. A captiuitate facti sunt meliores. Hinc ij qui anteà nauseabant, & templum quidem, & diuinorum eloquiorum audi tionem dimittebant, seipsos autem mõtibus & syluis & collibus & plurimæ impietati dedicabãt, ab illius cultus desiderio cessarunt, & ad hanc promissionem incenduntur, eriguntur, consistunt, & animo lætantur. Quoniam enim fame & siti laborauerant, non fame panis & siti aquæ, sed audiendi uerbi Domini: hoc supplicio castigati, cum maiori desiderio ea requirunt à quibus exciderant. Ita etiam uel ipsum solum amplectebantur, dicentes, Complacuerunt seruis tuis lapides eius, & terræ eius miserebuntur. Et rursus. Quando ueniã & apparebo ante faciẽ Dei? Et rursus, Recordabor tui de terra Iordanis & Hermonim à monte modico. Et rursus. Hæc memini & effudi super me animam meam. Quidnam autem, dic mihi, meministi? Quòd transibo in loco tabernaculi admirabilis. Hoc est, quãdo transibam choreas magnos conuẽtus, & illum Dei cultum ac ceremonias. *Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem.* Alius, Lætatus sum cum dixissent mihi, In domum Domini uenimus. Steterunt pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Vidisti insignem uoluptatem, perinde ac si rebus ipsis frueretur, uel ad ipsa uerba gaudebant, magno desiderio amplectentes orationis domum & ciuitatem. Ita Deus semper facere consueuit. Quando enim bona habentes non sentimus, eijcit ea è nostris manibus, ut id quod efficere non potuit usus fructus, efficiat priuatio, quod ipsis etiam usu uenit, amplectentibus ciuitatẽ, templum amplectẽtibus, quòd patriam recepissent magnas gratias agentibus. *Hierusalem quæ ædificatur ut ciuitas.* Alius, Aedificatã ut ciuitatem. Vel ergo ex septuaginta sententia hoc sibi uult, quòd ædificabitur Hierusalem ut ciuitas, eo quod dicitur, significante tempus quod præcessit ædificationem, uel, ut uult alius interpres, Recepimus Hierusalẽ quæ ædificata est ut ciuitas. Quia enim tunc erat maxima solitudo ciuitatis, erãtque tunc euersa & diruta, disturbatis arcibus & disiectis mœnibus, & ueteris patriæ solum manebãt reliquiæ, cum reuersi essent & uidissent solitudinem, antiquã prosperitatem reuocabant in memoriam, & eius narrabunt encomia, referentes, quòd quæ erat clara & illustris, & habebat frequentem ecclesiam, & principes, & Reges, & Pontifices, eratq; pulcherrima & longè ornatissima, ad tam turpẽ & deformem speciẽ redacta sit. Quòd autem ita sit, audi quæ sequuntur. Hierusalem quæ ædificatur ut ciuitas. Tunc enim nondum erat ciuitas. Clarũ est autem etiam ex eo quod subiungit. *Cuius participatio eius in idipsum.* Dicit enim eius frequentia, tuta, & constipata ædificia, & nihil in ea fuisse desertũ, sed omni ex parte densam, perfectam, coactam & coagmentatam fuisse ante captiuitatẽ. Et ideo quidam interpres dicit, hoc significans, Habens continentiam. Deinde aliud quoque dicit eius encomium. *Illuc enim ascenderunt tribus tribus Domini, testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.* Hoc. n. maxime ornabatur ciuitas, non tã propter magnitudinem & ædificia, quam quòd omnes illic congregabantur, seu senatus haberetur seu concio, seu de re aliqua deliberaretur. Quoniam enim illic erat templum, & omnes illic peragebantur ritus & ceremoniæ, & illinc erãt sacerdotes, & leuitæ, basilicę, adyta, & uestibula, & sacrificia, & altare, & festa, celebresq; conuentus, preces, & auditiones, &, ut semel dicam, illic cõsistebat tota forma reipublicę: oportebat illic tribus maximè ter in anno colligi, in festis publicis & solẽnibus, in paschate, pẽtecoste, & scenopegia, seu festo tabernaculorum. Neque enim licebat alibi. Dicens ergo eius encomium, dicit. Illuc enim ascenderunt tribus. Et alius, Illuc ascenderunt sceptra. Nõ dixit autem solũmodo tribus, sed tribus Domini. Omnes tribus erãt Domini, nec tamen eis ideo licebat hæc in suia patria peragere, sed eo honore affecta erat metropolis, quæ omnes cogebat & attrahebat ad seipsam. Hoc autem fiebat ut id eis esset causa Dei cognitionis, ne si quoquo uersus uagarentur, occasio sumeretur uiaq; munire tur ad cultum simulachrorum. Et ideo illic sacrificare, illic orare, illic conuenire, diesq; festos iussit peragere, loci angustijs aberrãtem eorum mẽtem, & ad impietatem tendentem coercens, refrænans, & reprimens. Quod quidem ipse quoque significans, dicebat. Tribus Domini, testimonium Israel. Quid est, testimonium Israel? Testimonium maximum, argumentum, probatio Dei prouidentiæ, ut nulla relinquatur excusatio ijs qui desciscunt, qui resiliunt, & ad simulachra confugiunt. Eius. n. pro uidentiæ, potentiæ, sapientiq; hoc erat argumẽtum maximum. Illic enim legebatur lex, quæ rerũ olim præclare gestarum & ueteris historiæ continebat narrationem. Illic etiam ad caritatem constringebantur dum inter se haberent cõsuetudinem. Quæ enim celebrabantur festa, ut inter se congrederen-

Sap. 9 Ioa. 15.
Hier. 2.
Psal. 144 Esa. 51. 55 & Hier. 12.
Philip. 4
Mat. 20
Eccl. 2 Non det, μὴ δῶσις, ne des neq; dormitet, οὐ νυσ́ξει, non dormitabit.
Ephes. 4.
Iob. 13.
Psal. 109. Hebr. 1.
In ijs quæ dicta sũt mihi, ἐπὶ τοῖς εἰρημέ νοις. Propter eos qui dixerunt.
3. reg. 14. 20. 4. reg. 17. Esa. 65. Ose. 4.
Amor. 8.
Psal. 101.
Psal. 41.
Ibidem.
Ibidem.
Exo. 37. 2. Para. 8
Deute. 12
Deut. 31.

tur causa erat, & maior metus, & uiuida pietas, & alia bona innumerabilia ex eo proficiscebantur quòd simul in ciuitate conuenirent. Ad confitendum nomini Domini. Hoc est, ad gratias agendas, ad colendum, orandum, offerendum, sacrificandum, quæ ipsos deduxerunt ad pietatem, & accurata eorum reipublicæ disciplinam effecere tutiorem. *Quia illic sederũt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid.* Ecce dicit etiam aliam ciuitati excellẽtiam. Quænam ea est? quod illic est regia. Hoc enim sibi uult illud, quoniam sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid. Alius, domus Dauid. Illic enim duplex erat principatus, & sacerdotum, & regum, uno uinculo coniũctus, cum ueluti quadam duplici corona & diademate ornaretur ciuitas per hæc omnia. Illic iudices, ad quos quæ multorũ captum superabant, referebantur. Siqua enim lata esset sententia in alijs ciuitatibus, de qua dubitaretur, ut euenit in appellationibus, ad iudicum qui erant Hierosolymis cognitionem sententiam refere
H bant. Illic autem accipiebatur solutio. Sed erãt qui dem antiqua huiusmodi. Quæ autem nunc sunt, sunt his multo grauiora, est enim summa solitudo, ruina, euersio, conflagratio, paucæ domorum reliquiæ, tristis & miserabilis species, & quæ solum habet monimentum & obscura quædã uestigia prioris felicitatis. Quocirca non concludit orationem rebus miseris & tristibus, sed ad lætiorũ spem eos reducit, dicens. *Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem.* Quid est, Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem? Pro eo quod est, petite & postulate. Alius autem dicit, Amplectimini, aut salutate Hierusalem. Hoc est, Rogate ut ea redeat in pristinam prosperitatem, ut liberetur à bellis frequentibus, ut deinceps securitate fruatur. Vel hoc ergo dicit, uel prædicit. Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem, Hoc est, Pax ei succedet. Et *abundantia diligentibus te.* Alius, Quiescent. Alius, Iucunditate afficiantur, qui te diligunt. Hic est magna copia prosperitatis, quando nõ in ea solum bona consistunt, sed etiam qui eam diligũt ijs
I fruuntur. Quod quidem in prioribus temporibus secus fiebat. Qui eam enim odio habebant, & oppugnabant, *ij* plurimum poterant, & erant alijs clariores, & cum facilitate trophæa erigebant. At nunc ij qui te diligunt, in magna erunt securitate. συμπε φαγμέ νος. Qui tecum, inquit, ijsdẽ tenentur munimentis. Eos autem dicit qui uel erant eorum fauturi partibus, uel etiam ipsos ciues *Fiat pax in uirtute tua.* Alius, In propugnaculo tuo. Alius, in ambitu tuo. Quid est in uirtute tua? In substantia tua. In ijs quæ in te habitant, in prosperitate tua. Quoniam enim bellum res est exitiosa, idq; eam perdidit, ei pacẽ precatur. *Et abundantia in turribus tuis.* Alius, in regijs tuis, alius, iucunditas, alius, quies. Nõ solum enim prædicit futuram à malis liberationem, sed etiam innumerabilium bonorum accessionem, pacem, abundantiam, fertilitatem. Quid enim iuuat pax, quando in paupertate, fame, & mẽdicitate uiuunt? Quid autem iuuat abundantia, quando bellum ingruit? Et ideo eis utraque hæc bona prædicit, fore ut & eis adsit abundantia, & ea securè fruantur propter pacem, *Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te.* Vel uicinos dicit, qui eorum casu lætati fuerũt, & optat ut fiat pax, ut illi quoq; deprimantur & cognoscant Dei potentiam. Vel fratres eos dicit, qui ciuitatem inhabitant. Propter fratres ergo K
meos & proximos meos rogo ut fiat pax, ut uix tãdem respirent cum calamitatibus facti sunt meliores. *Propter domum Domini Dei nostri quæsiui bona tibi.* Quoniam dixit, Propter fratres meos & proximos meos, ostendens se hoc non precari propter illorum meritum, sed ut illos maiori beneficio afficeret, subiunxit. Propter domum Dei nostri. Hoc est, propter gloriam eius opto pacẽ, ut eius cultus rursus redeat, & doctrina augeatur. Alij enim tempore captiuitatis nati sunt. Alij uerò fuerunt testes & descensus & reditus. Dei autem cultu peracto hęc omnia discebant à senioribus, felicitatem. s. eorum, & prosperitatem, & quòd cum tot rebus secundis uteretur, exciderint. Vides quomodo eorum reprimit arrogantiam, ne existimẽt se bona recepisse: ut qui satis pœnarum dederint, sed sciant quòd propter Dei gloriam in suam patriam reuersi sunt, & cũ dicerint, maneant cum summa securitate, nec peccantes eadẽ rursus experiantur. Hęc ergo nos quoque cum sciamus, maximè quidem operam adhi- L
beamus ne labamur, sed si in peccata quãdoq; incidimus, studeamus celeriter resurgere, & non in priora recidere, ne ea audiamus quæ fuerunt dicta paralytico. Ecce sanus factus es, noli amplius pec- Ioan. 5.
care, nequid deterius tibi contingat. Propterea. n. sic dixit, & bonos docens ut uirtutem securè conseruent, & qui liberantur à peacatis, in optima mutatione maneant, ut omnes cõmuniter bona cœlestia consequantur. Quibus detur nobis omnibus frui, gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi. Cui gloria & potẽtia in secula seculorũ. Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM *est in psalmo. cxxj. Fiat pax domine in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis,* Homilia. Incerto interprete.

Ominus noster Iesus Christus, qui uoluit
d ostendere uiam recentem, per quam & in qua incederemus sine cessatione: ostendit & doctrinam salutis, in qua perueniremus ex captiuitate peccatorum ad plenitudinem uirtutum. Audite fratres dilectissimi primam beatitudinem in M
octo beatitudinibus, quas dominus commemorauit in sancto euangelio, hanc posuit dicens, Beati pacifici, quia filij dei uocabuntur. Et uenit in articulo passionis suæ, quam hæreditariam misit toti mundo, dicens: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Nam modò hoc cantauim⁹ ex uerbo prophetico, dicẽs, Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turrib⁹ tuis. Propter fratres meos, & proximos meos loquebar pacem de te. Ista pax multipliciter intelligitur. Est & pax malorum. Sed pax nostra ita nobis concordat, cõquadrat, ita undique lucet, ut totum concordet, splendorem possideat, totam claritatẽ obtineat. Audite quæ est pax nostra Christus est, qui tollit parietem inimicitiarum, qui erat inter nos & deum, & recõciliauit nos patri. Quia ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unũ. Ephe. 2.
Ecce radix pacis nostrę. Exinde surgit, ut pacem habeamus cum omnibus hominibus. Sustineamus inquietos, arguamus superbos, corrigamus elatos, toleremus infirmos: cùm ista fiunt, fœcundatur in nobis pax. Surgit alia pax, ut nõ litiget caro nostra contra animam nostram. Subdantur omnes uoluptates & stimuli carnis: quæ militant contra nos, &

A posident membra fragilia. Exagitant habitatorẽ, Gala. 5. c
qui est spiritus noster. Spiritus concupiscit aduersus carnem, caro aduersus spiritum. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut non ea quæ uolumus, faciamus. Videtis quanta est discordia cum spiritu & Ibidem.
carne? Cũ ergo ista subdita fuerit spiritui, tunc erit pax. Nam audite illum, qui bellum gerebat in corpore suo, quomodo sine uerecundia exclamat, dicens (cùm iam præterita diceret, & miserias carnis Rom. 7. d
non taceret) Infœlix homo, qs me liberabit de cor- Ibidem. c
pore mortis huius? Præmiserat enim, & dixerat, Scimus enim, quia lex spiritualis est, ego carnalis sum, uenundatus sub peccato: quod enim operor, ignoro: non enim quod uolo, hoc facio. Si autem quod nolo hoc ago, consentio legi, quoniam bona est. Nunc autem iam non ego operor illud, sed qd habitat in me peccatum. Scio enim, quia nõ habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum: nam uelle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Igitur legem mihi uolenti facere bonum, quia ma- Rom. 7. d
lum mihi adiacet. Condelector enim legi dei secũ- B
dum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ, & captiuantem me sub lege peccati, quæ est in mẽbris meis. Et, ut dixi, redit in se, & ad se, & uidet fœneam carnem casibus plenam, caducam, minus stabilem, & exclamat rugiens à gemitu cordis, dicẽs: Infœlix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Et confugit ad illam singularem misericordiam, dicens: Gratia dei per dominum nostrũ Ibidem.
Iesum Christum. De ista ergo pace quam uidebat propheta, sano cordis oculo dicebat, Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis. Tunc res gradibus interioribus ordinatæ sunt, nec possunt ascendi usque ad summum, nisi gradatim. Tunc ergo erit abundantia uirtutum in nobis, si transierimus uitia, & saltus fecerimus à malis, & gradibus ascenderimus ad uirtutes, ut scala illa uirtutũ perducat nos usque ad abundantiam turris, id est plenitudinẽ uirtutis (anabathmos, bathmos, enim dicitur gradus.) Gradus faciebat, quando in uirtutibus tripudiabat Dauid, in uictoria triumphabat,
C de uiribus suis non præsumebat, & totum qd erat, deo assignabat. Nam uicit homo iracundiam per mansuetudinem, primum gradum ascendit. Recõciliatus est fratri propter pacẽ: humiliauit se, ne inuisceata mente deo munera offerat cũ inimicitia fratris. Quartum gradum ascendit, qui uicit tenacitatem ex dispensatione pauperum permanens in largitate. Per pietatem quintum gradum ascendit. Qui malum pro malo non reddit malis, sextum gradũ ascendit. Qui orat pro inimicis, septimum gradum ascendit. Qui paratus est amittere substantiam secuLuc. 8. c.
li ex amore dei, octauum gradum ascẽdit. Qui obtinet charitatem, in caput turris peruenit. Ista est ergo abundantia, de qua dicebat propheta, sicut & modò cantauimus, Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis. Sequitur, *Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te.* Qui sunt fratres nostri, nisi quos demonstrauit ipse saluator, cũ mater eius & fratres ante ianuam starent, & nunciatũ ei fuisset, Ecce mater tua, & fratres tui stant foris, qrentes te uidere? Et ne uideretur ab aduersarijs carnem magis proximam sibi amare, quã susceperat: non ex indigentia, sed ex uoluntate ait dicenti sibi,

Et quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et ex D
tendens manum in discipulos, dixit, Hi sunt mater Mat. 7. c.
mea, & fratres mei. Et qui fecerit uoluntatem patris mei, qui in cœlis est, ille mihi frater, soror, & mater est. Ergo pp istos fratres nostros, & propinquos nostros nõ carnis propinquos, nõ fratres seminis istius corpis: sed illos fratres, q uolũtatẽ dei faciunt, q uitã studẽt habere purgatã, q displicẽt sibi, & placẽt deo. Propter istos fratres, & pp istos propinquos loquimur pacem, & quærimus bona à deo. Sic enim sequitur, propter fratres meos, & proximos meos loquebar pacẽ de te. Ergo iste dominus noster Iesus Christus, qui est caput nostrum, de credentibus si- Col. 1. c
bi dicebat, & sibi inhærentibus. Et nos possumus dicere in charitate Christi de seruis dei pudicis, sanctis, & immaculatis, qui sunt fratres nostri, si tamẽ uiuamus sicuti uixerunt, uel sequamur uestigia eorum, qui ita uiuunt, ut audeamus dicere fratres de bonis, qui sumus mali. Sed in nomine Christi non desperamus nos quotidie in melius proficere, & esse boni, qui aliquãdo fuimus mali, & dicere cũ bo- E
nis, Propter fratres meos & propinquos meos loqbar pacem de te. Ecce modò loquimur pacem de deo, ut superius significauit pacem illam multiplicẽ, syluosam & spaciosam, quo se omnis homo tranquillus tollit, & ab æstu istius seculi sub umbra opaca & condensa requiescit. Ibi enim sub umbra eius cùm requieuerimus, & fuerimus, & mansserimus, loquemur pacẽ de deo. Vbi pax est, tempestas nulla est, obscuritas nulla est, nox nulla, tenebræ nullæ. Hæc est pax clara, modesta, simplex, idonea, fundata. Ergo fratres tenete pacem, possidete charitatem, permaneat uobiscum pax ista. Sed nunc dat se amicis suis, qui omnes delectationes, uoluptates, cupiditates, aduersitates uincunt, calcant, ascendũt, perueniunt. Si agnouistis expositos uersiculos, quos modò propitio deo pro salute nostra cantauimus, eritis imitatores: & non tantùm doctores, sed facto- 1. Co. 11. a
res. Dicamus quod ait Apostolus, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi: qa sancta imitatio quã bona, ut usque ad societatẽ Christi perueniat. Fiat ergo in nobis pax in uirtute eius, nõ in uiribus nostris, ut iam non litigent duo in corpore nostro, id F
est caro & spiritus: sed subdatur caro spiritui, ut in agone contendentes, ab omnibus erroribus abstineamus, ut iam sequamur ad palmam supernæ uocationis dei, præterita obliti, in ea quæ antè extenti, & occurrat nobis iam non certantibus, sed uictoribus brauium illud æternitatis, corona immortalitatis, quàm præparabit deus metuentibus se, Amẽ

EIVSDEM IN CXXII. PSALMVM

D *te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis.* Vi-
a des semper respicere lucrum captiuitatis.

Qui enim erant semper affixi rebus ad hãc uitam pertinentibus, Assyrijs & Aegyptijs confidebant, murorumq; ambitibus & propugnaculis, & pecuniæ: ex illis omnibus prorumpentes, confugiunt ad manum inexpugnabilem, & ab illa spe pẽdent, erectúmque & excelsum habent animum, & à terra templique cura liberati, quoniam templum eorũ euertit, è cœlo Deum deinceps inuocant. Dicitur autem Deus in templo habitare, non ut qui loco includatur: Absit: Ipse enim implet omnia, sed Act. 17
ut qui magis requiescat in illis potestatibus. Nam Hier. 13
in hominibus quoque inhabitare dicitur. Inhabi- Luc. 26

G tabo enim,inquit,in ipsis,& inambulabo. Cùm ergo essent in regione barbarorum, non exigua dogmata ac decreta didicerunt,nempe & seiungi ab omnibus quę ad hanc uitam pertinent,& apertè scire quòd Deus ubiq; inuocatus facile annuit. Quoniam enim nouæ reipublicæ radius erat deinceps exoriturus, incipit Propheta ea quæ subuertenda erant iam antè labefacere, locorum & figurarū ob seruationem paulatim dissoluens. *Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. Sicut oculi ancillæ in manib. dominæ suæ:Ita oculi nostri ad dominū Deū nostrū,donec misereatur nostri.* Vide hic rursus igentē pietatem.Non enim paululum solum sperant,sed assiduè affixi,& ad id unum intenti.Et ideo hoc exemplum in medium adduxerunt, hoc ipsum quoque significantes quod nō sit eis aliunde spes opis aut auxilij,nec ad aliquid aliud respiciunt.Ancilla.n.& famulus,& uictus & uestitus & totius denique suæ uitę spē & rōnē ī eo habet sitā si respiciat ad dominos,nec recedit,sed donec accepit pmanet, & si accepit,agit gratias.Hoc aūt ppetuò est eorū officiū.

H Hoc ergo uolens significare,quòd & ad ipsum perpetuò respiciunt,& hoc assiduè faciunt, & nullam habent spem aliam,& quòd toti pendent ab expectatione illius auxilij, & quòd quæ sua sunt illius, ancillæ & famulorum meminit. Vide quomodo q prius rogati ut ad Deum currerent, cunctabantur, nauseabant,ac renuebant,calamitate adeò meliores euaserint, ut nolint ab eo recedere, sed permaneant,& seruiant,& dona eius postulēt. Donec miseretur nostri.Non dixit,Donec nos remuneretur, nec donec reddat mercedem:sed, Donec misereatur.Et tu ergo,ò homo,assiduè permaneas,siue acceperis,siue non acceperis,& si non acceperis, permaneas,& accipies. Si enim sæuum illum principē flexit uiduæ perseuerantia: quænam tibi dabitur uenia,qui tam cito resilis,negligis, & torpescis?Nō uides quomodo ancillæ pendent à dominabus,ut nec mens nec oculus extra uagetur permittētes. Tu quoque fac itidem.Deum solum sequere, & omnibus alijs relictis illi adhære, & quæ utiliter petis omino accipies. *Miserere nostri domine,miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione. Multum repleta est anima nostra.* Vidisti contritum animum.Rogant ut seruentur per misericordiā, & quòd multū pœnarum dederant,& eadem propemodum, quę pueri dicebant in Assyria,Diminuti sumus præter omnes gentes super terram, in suis precibus dicentes. Extremam sustinuimus tragœdiam,à patria excidimus & libertate.Barbarorū serui fuimus,perpetuis contumelijs & probris affecti, siti & fame & afflictione confecti sumus, sputis appetiti & conculcati,totum tempus cōsumpsimus.Propter hæc remitte nobis & miserere. Quid est autem.Multum repleta est anima nostra?Ipsi quoque,inquit,anima nostra eneruata fuit & dissoluta,quoniam magnitudine malorū conficiebatur. Fieri enim potest ut multi quidem grauia patiantur, ea autem ferant fortiter.At nos,inquit,hoc quoque perdidimus.Afflicti enim angimur,& uexamur. Quoniam enim honoribus non ut oportuit usi sunt,eos Deus contrarijs corrigit. Eum autem hoc ubique facientem cernere possumus.Ita etiam Adam, quoniā Paradisi habitatione nō ē re sua usus est,eū eiectione correxit, & mulierem, quæ,quod honore facta eēt æqualis, deterior euaserat, seruitute & subiectione meliorē reddidit.Iam uerò hos quoque Iudæos, qui libertate,& nimia sua regione securitate deteriores euaserant,resilierant, & à recta uitæ ratione recesserāt, corrigit contrarijs. Ij supplicantes ut consequerentur misericordiam,Deo dicunt,Multum repleta est anima nostra. *Opprobrium abundantibus & despectio superbis.* Alius, Multis satiata est anima nostra obloquentib.uilipēdētib⁹,supbis. Alius, Afflictione elatorū.Alius,uilipensione eorū q bonis affluūt. Hi q dem eandem retinent sententiam. Suam enim affli ctionem tragicè amplificant,dum dicunt, Satiata est anima nostra uilipendentibus. Septuaginta autem aliud dicunt, nempè quòd hæc ad illos tradu cenda sint, & futurum sit ut ea eis eueniant quæ fecerint, fastidiumq; & tumida eorum arrogantia in suum caput redeat. Quod etiam sæpe potest uideri euenire.Hoc enim Deus sæpe solet facere,eos qui in tumescunt reprimens,& glorioſos elatosq; deijciēs, ut liberentur à uia quæ ducit ad uitium. Nihil est enim superbia deterius. Propterea sunt afflictiones tentationes,corpus mortale, & multi rerum casus, propterea morbi & ægritudines, ut fræna innumerabilia injciantur animæ, quæ facile erigitur,& in tumorem extollitur.Ne ergo cōturberis, ò dilecte, dum tētaris,sed memor prophetæ qui dicit, Bonū est mihi domine quòd humiliasti me, ut discam iustificationes tuas,pro medicamēto suscipe calamitatem,& utere ut oportet tentationibus, & poteris maiorem laudē consequi,qua nobis omnibus contingat dignos haberi,gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi.Cui gloria & potentia in sęcula sæculorum, Amen.

HOMILIA IN PSAL. CXXII.

Incerto interprete.

D *te leuaui oculos meos,qui habitas in cælo.* Prosunt nonnunqam supplicia, & tribulationū sarcinis animi sępius corriguntur. Ecce enim Iudei,qui semper habebant oculos infixos in terra,qui humilia cogitabant, qui Aegyptiorum,& Assyriorum confidebant auxilio,qui murorū propugnaculis tegebantur, qui cumulo fulgentis auri tumebāt,post captiuitatem suam,post ruinam patriæ omnibus priuati delicijs, ad inuictam dexteram confugerunt, & terrenis cogitationibus spretis excelsa postulabant,& euerso templo ad cœlum oculos eleuauerunt, & de cœlo dei misericordiam flagitabant,& de deo subsidium suæ captiuitatis implorabant. Et nemo miretur quòd deus dicitur in cœlis habitare:non enim tanquam conclusus est alio loco, nec aliquibus limitibus occupatus, sed cœlestibus potestatibus requiescens.Nam & in hominibus habitare dicitur,sicut ait : Inhabitabo in uobis, & inambulabo in uobis. Igitur isti apud Barbaros multarum sectarum imbuti ratione, ualuerunt scire, quòd ubique deus subuenit inuocatus,& eam propheta nouam cōuersationem,id est, ecclesiæ iam radiare perspicit, & locorum observationem sensim,& figuratim imitandā esse testatur. *Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum,& sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ:ita oculi nostri ad dominum deum nostrum,donec misereatur nobis.* Perspice stabilem reuerentiam,incommotam fidem, nō paruo tempore sese rogaturos pollicentur, sed perē ni deprecatione seruaturos ostēdunt:& ideo se ser-

A uulis compararunt, quibus omnis spes in dominorum cura consistit,nec aliunde prælidiū est. Quippe cùm sine dominorum solicitudine alimoniam sibi præparari, uestimenta suppeditari, omnemq; commoditatis curam non deesse confidūt. Et hæc à domino donec receperint,non recedunt : & cùm acceperint,gratias confitentur,& hæc perpetuò gerunt. Dauid igitur demonstrare festinans, quòd à deo solo solatium postulant,& quòd perpetuò deprecantur, & quod nulla spe nisi dei misericordia consolantur,& quòd sua bona tanquam seruorum peculia ipsi debentur:posuit serui & ancillæ personam,& qui anteà inuitabantur ad deum, & nimio elati fastidio,non obtemperare curabant, sola calamitate corriguntur,& captiuitate mutātur, & seabeo nunquam recessuros pollicentur,donec eis misericordiam mereantur.Donec,inquit,misereatur nobis.Non dixit,donec mercedem reddat, aut donec uicē restituat:sed, donec misereatur nobis. Et nos ergo cōtinua deprecatione debemus insistere, etsi acceperimus,etsi non acceperimus, tamen non recedamus.Nam cùm hoc facis,incūctanter accipies. B
Luc.18.a Nam si illius impij iudicis agrestem mentem unius uiduæ assidua uerba flexerunt: tu quam ueniā poteris promereri, si ad fundendas preces aliquo fueris fastidio superatus?inspice famulos dominorum uestigijs inhærentes, & in ipsorum nutu solicita observatione pendētes,hos imitare,hos sequere.Obsequiū domino,quod debes, exolue, & seruitio tuo eum placare festina, & omnia prętermittens illius præcepta conserua, & facilè poteris sentire quæ poscis. *Miserere nobis domine, miserere nobis:quoniā multū repleti sumus despectione. Multū repleta est anima nostra.* Vidisti mentem dolore contritam, saluari se miseri cordia deprecatur,& ingenti se mole supplicij laborare proclamat. Sicut & Daniel ait:Quoniam diminuti sumus ultra omnes gentes super terram. Hoc & Iudæi clamabant, Omnes terminos calamitatis excessimus,amisimus patriam,perdidimus libertatem,seruitutis iniuria subiugamur,captiuitatis uincula sentimus,barbarorum tenemur obsequio, cōtempti uiuimus, suspecti anhelamus,fame conterimur,sitis rabie laceramur, omne tempus tormentis exemptum est:ideo subueni, miserere , multum repleta est anima nostra.Et ipsa,inquit, anima iam desecit calamitatum continuatione tantarum. Et multi quidem tolerabiliter patiuntur aduersa, nos autem etiam solatium sufferentiæ amisimus, lugemus,lachrymamur,lamentatione conterimur. Et quoniam datis sibi honoribus non sunt usi competēter,sed largitatis beneficijs abusi uiuerunt,cōtrariis corriguntur.Et hoc deus ubique facit. Sic & Adā, cū paradisum utiliter habitare noluisset,pulsum è paradiso emendauit,& coniugem pari honore gloriatā, posteā seruitute deterioratam, utilem, meliorémque constituit.Sic & Iudæos libertate superbos,delicijs fastidiosos, iugo reddidit seruitutis: ut captiuitati dediti,& iniurijs traditi corrigantur. *Opprobrium exprobrantium, & despectio superbis.* Hoc frequēter admittitur, hoc quotidie comprobatur. Semper superba cogitantes, repentina humilitate obruūtur.Nihil enim superbia detestabilius, nihil arrogantia crudelius reperitur. Propter hanc tentatiōes,pp hāc dolores,pp hāc gemitus,pp hāc mortale corpus est, pp hanc cordibus solicitudines ingeruntur, ut anima undique tormentis obsessa, & D crebris effrenata supplicijs, superbię cacumina derelinquat. Non ergo sufficit,si aduenientе forsitan aliqua tentatione terreamur, cùm scimus hanc esse pro nobis:sed prophetę uerba teneamus,qui dicit: Bonum mihi domine,quòd humiliasti me,ut discerem iustificationes tuas. Calamitatē pro remedio, & uulnus pro medela sentiamus. Et tentationem prodesse noscamus,ut refici quieti possimus,p dominum nostrum Iesum Christum,uiuentem,& regnantem,cum patre & spiritu sancto, in sæcula sæculorum, Amen. *Psa.118.*

IN PSALMVM CXXIII.

Isi quia dominus erat in nobis. Quod sæpe dixi,hoc quoque nunc dico, nec cessabo dicere,magnum esse fructum captiuitatis, & ad philosophiā deducere posse eos qui attendunt. Ecce enim, qui ad simulachra currebant, & deum contemnebant,& in impietatem impegerant,quid discunt nunc post captiuitatem? & quomodo salutem suam deo ascribunt? Quinetiam propheta,tanquā choragus optimus,eadem eis iubet frequenter E dicere. Postquam ergo primus dixit,illis quoq; prę cipit ut magister discipulis,dicere. *Dicat Israel, nisi quia Dominus erat in nobis, Dū exurgerēt homines in nos, forte uiuos deglutissent nos.* Erant enim inermes, nudi, captiui,& serui,& nuper à malis liberati, & urbem habebant immunitam,imò uerò ne ciuitatem quidem,& post reditum erant prędæ omnibus expositi,sed fuit eis Deus pro muro & arce. Hoc ipsū nos quoque dicamus.Nisi quia dominus erat in nobis, utique uiuos deglutisset nos.Quid enim non fecisset noster inimicus Diabolus,nisi Dominus fuisset in nobis? Audi quid Christus dicat Simoni. Simō, *Luc.22* Simon, quoties petijt te satanas cribrare sicut triticum,& ego orauì pro te ne deficiat fides tua. Est.n. *1.Pet.5.* improba belua & insatiabilis, & nisi assiduè refræ naretur,subuertisset & confudisset omnia. Si enim *Iob.1.2.* cum in beatum Iob pusillū quid ei fuit permissum *& 3.* eius domum euertit funditus, eius corpus multauit,facultates corpuit,filios obruit, ut è carne uermes scaturirent effecit,uxorem in eū incitauit, amicos,inimicos, famulos,ut probris eum insectarentur induxit:si non innumerabilibus frenis retardaretur:quomodo nō omnes perderet? Quocirca hic quoque dicit,Nisi qa Dominus erat in nobis. Erāt enim admodum pauci & contempti,& eos reuertētes multi adoriebantur. Porro autem in hoc quoq; ostendebatur Dei sapientia, quòd non repente & uno simul tempore daret eis securitatē, sed sensim ac paulatim. Hoc autem faciebat,eos cōseruans in Dei cognitione, & quæ ex captiuitate ad eos redierat correctionem non sinens prætersluere. Quia,n. liberatio à malis solet homines efficere socordiores in ipsa etiam donatione bonorum permittit ut ipsi assiduè tententur: ut sint eis tētationes perpetuū philosophiæ exercitium. Et ideo nec homines sem *Ro.5.* per dimittit in calamitatibus, ne deficiant : nec in *Iac.1.* quiete & rerum prosperitate, ne fiant socordiores. *Exo.32* Sed mutationibus ac uicissitudinibus eorum salu *Iudit.4.* tem uariat.Viuos deglutissent nos. Vides quomo- *2.Cor.1* do ostendit quā sint fieri & immanes,qui eos inua *1.Cor.11.* dunt.Hi enim homines uel ferarum immanitatem, *2.Cor.12.* ostendunt;imò uerò eis magis sæuiunt in illos qui sunt eiusdem generis.Fera enim cum semel inuase-

Grit,ab ira desiſtit,& recedit.Homines autem,cũ sæpe res ceſſerit aliter quam putabant, sæpe inuadũt, uel ipſas carnes gustare cupientes. Eiusmodi res est ira,rationis expers,adeo feruet & ebullit animi perturbatio. Quomodo ergo hæc extinguetur ægritudo? Si res nostras animo reputemus. Si mortem cõsideremus,& eos qui quotidie recedũt. Si nostram naturam contemplemur,quod scilicet sumus terra & cinis. Si autem pulchritudo aspectus animo tuo adhuc imponit, uade ad monimenta & thecas tuorum parentum,& uide quomodo sunt positi, & in puluerem ac terram resoluti, & magnã ex eo capies occasionem ut teipſum reprimas. Neq; uerò quod dico,nimis esse graue insimulaueris. Quemadmodum enim qui febre laborant, postquã à morbo liberati fuerint,puro aere indigẽt:Ita etiam quos animi perturbationes ad insaniam adigunt, si ad monimenta accesserint, tanquã qui in prædium saluberrimum peruenerint, multas expellent ægritudines. Sufficit enim uel solus urnæ aspectus ad eũ deprimendum qui est ualde insolẽs. Ab his deinceps transmitte tuam cogitationem ad futurum illum diem terribilem, ad habendas de te quæstiones,& H reddendas rationes, ad supplicia quæ nullum habẽt omnino solatium,ubi nemo te defendet,& his omnibus ueluti quibusdam carminibus seda tuas
Heb. 10. animi perturbationes. Considera autem etiam ex hominibus eos qui in uita præsenti ex diuitijs redacti sunt in paupertatem, ex gloria in ignominiã et si uelis irasci, non ei q est tibi genere coiunctus, sed malo tuo dæmoni irascere. Illi nunquàm recõcilieris. Illic iram tuam impẽde & consume, in illũ tende laqueum,nunquam cesses aduersus eum bellum gerere. *Cum iraſceretur furor eorum in nos,forſitan aqua abſorbuiſſet nos.* Torrentem *pertranſiuit anima noſtra, forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.* Torrentem & aquam hic dicit ineffabilem iram inimicorũ. Est enim aqua quæ effusè magna ui & magno impetu fertur,& quodcũque ei occurrit secum trahit. Non solum autẽ hic dicit irruptionem malorum, uerumetiam transitum. Ne animũ ergo abijciamus quando nos mala inuaserint. Tor
I rens est cuiusmodi cunque sit, est nubes quæ prætercurrit. Quidquid molesti dixeris, id habet finẽ. Quidquid graue & asperum dixeris,id quoq; omnino habet extremum. Si enim finem non haberent, natura non sufficeret. At complures, inquit, secum trahit. At id non fit propter eius uiolẽtiam,sed propter eos q sunt ignaui & pusilli animi,& facile prosternũtur. Ne ergo attrahamus,sed ea quę sunt eius grauissima inuadamus,loca eius consideremus,sacram anchoram apprehendamus, ut nullum patiamur naufragium. Torrens enim est ad tempus terribilis,& rursum supra modum deprimitur. Aqua
φάραγξ absorbuisset nos. Alius, Tunc aq̃ inũdauissent nos q̃ tanq̃ gurges ptransiissent aiam nostrã. Vtiq; transisset anima nostra aquam intolerabilẽ. Alius, tũc transiissent super animam nostram,tãquam aquæ, superbi. Vidisti quantum sit Dei auxilium:quomodo in tot malis non siuerit eos obrui. Ideo enim si-
Ro. 5 nit mala crescere, nõ ut nos obruant, sed ut magis
Iac. 1. probatos efficiant, & suæ potentiæ maiorem præbeat demonstrationem. Superbos autem hic dicit hostes, qui quouis torrente,& quauis aqua intolerabili uehementius irruentes, nihil ipsos læserunt.

Forsitan, ἄρα utique.

In causa est autem Dei auxilium,auxilium quod,su K perari non potest. Et ideo cum ipse dixisset liberationem à malis,dicit eum etiam qui liberauit, idq; cum summa eius laude. *Benedictus dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.* Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium. Vidisti quomodo suam ostendit imbecillitatem, & illorũ potentiam. Illi enim tanquàm feræ & leones eos inuadebant, parati uel eorum uesci carnibus, armati & animo & uiribus. Hi uerò erant quouis passere imbecilliores. Tunc.n. Dei miracula maxime ostẽduntur,quando qui sunt imbecilli,superant potentiores. Nec eo solũ erãt insidiæ intolerabiles, quòd illi quidem erant potentes & terribiles, ira pleni,& uel eorum carnibus uesci parati: Hi autem imbecilli,& pauci,& ad inuadendum faciles: sed etiã quòd erant in medijs malis intercepti, & undique cincti difficultatibus, haberent undique bella eos circunstantia: sed qui est maxima potestate præditus, & potest undique conseruare, etiam postquàm pericula & mala circũsederint,nos, inquit, liberauit cũ L magna facilitate. Quod quidem uolens ostendere, sic dixit. *Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantium. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.* Deinde ostendens etiam quomodo,subiunxit. *Adiutorium noſtrum eſt in nomine domini, qui fecit cœlum & terram.* Vidisti præfecti uirtutem. Vidi potentiã. Ipsa etiam insidiarum adminicula sustulit. Hoc etiã anagogicè acceperit quispiam de diabolo,& de genere hominum. Ostedit enim quomodo eum profligauerit,& eius sustulerit insidias. Hoc enim factũ Luc. 10 est ex quo dixit discipulis, Ambulate super serpentes & scorpios,& super omnem potestatem inimici. Non est enim amplius apertum bellum, nec ex æquo instructa acies. Sed ille quidem iacet pronus & procumbens: tu autem stas erectus, ex alto eum feriens. Ille quidem eneruatus: tu uerò robustus & ualidus. Qui fit ergo ut sæpe uincat? Hoc fit ex nO- M stra ignauia,ex socordia eorum qui dormiũt. Si ue Iac. 4 lis itaque resistere, non audet tecum instructa acie confligere. Quod si uincit dormientem: id non illius potentiæ,sed tuæ tribuendum est negligentię. Quis enim dormientem non uicerit,etsi sit omniũ imbecillimus? Alligatus est fortis,impedimenta eius Mat 12. omnia direpta sunt, fracta est potentia,ruptum est Psa. 9 ac dirutum eius habitaculũ, rhomphęæ eius defecerunt. Quid uis his amplius? Qua de causa eum times? Cur uereris? Iussus es conculcare eum qui est eneruatus: Quamobrem dic quæso contremiscis? Cur cunctaris ac dubitas? An nõ cogitas qualis sit qui tibi fert auxilium? Nõ solum enim hostis tuus factus est imbecillior: sed etiam tuum maius est auRo. 8 xilium. Cõpressa est carnis exultatio, peccati ablata est sarcina,gratiam spiritus accepisti, quæ habet uim unctionis. Imbecillum enim legis, in quo erat imbecillum per carnem, Deus missò suo filio in similitudine carnis peccati,& de peccato condemnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis qui non secundum carnem ambulamus. Carnem fecit tibi morigeram, arma tibi donauit, thoracem iustitiæ, cingulum ueritatis, robur salutis, clypeum fidei, gladium spiritus, arram dedit, Ephe. 6 corpore suo te nutrit, sanguinem suum tibi bibendum porrigit, crucem tibi tanquàm lanceam in manus tradidit, lanceam quæ nunquam flectitur, illã Ephe. 5. Io. 6

alligauit,

Alligauit,humi proiecit. Non habes itaque quo te deinceps defendas si uincaris,& si profligeris, non est tibi danda uenia. Habes enim innumerabilia uictoriæ adminicula. Laqueus contritus est, inquit, & nos liberati sumus. Auxiliũ nostrum in nomine domini qui fecit cœlum & terram. Vides qualẽ habes Imperatorem, qualem Regem,eũ qui est uniuersi opifex, eum qui solo uerbo tot corpora produxit,tantam molem, tantam magnitudinem. Ne animum demittas, fortè animo resiltas,Nihil uetat quominus trophæum pulcherrimum erigas. Hæc ergo cum sciamus,ô dilecti,sobrij simus,cõtendamus,ne dormiamus, sed cum arma absterserimus, animique promptitudinem & alacritatem confirmauerimus,hostem assiduè inuadamus,ut cũ præclaram uictoriam retulerimus, cum magna gloria regnum cœlorum consequamur. Quod nobis detur assequi, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi. Cui gloria & potentia in sæcula sæculorum, Amen.

IN CXXIIII PSALMVM.

B *Vi confidunt in domino, ſicut mons Sion.* Cur nõ q dixit absolute,sicut mons, sed illius montis meminit? Docens nos non debere animum deijcere in calamitatibus, nec ab eis pessundari,sed à spe in deum pendentes, omnia ferre fortiter,& bella,& pugnas,& tumultus. Quoniã enim hic mons qui fuerat quandoque desertus,& nudatus habitatoribꝰ, ad priorem redierat prosperitatẽ ueteri statu recepto, cum incolæ redijssent,& miracula rursus ostenderentur: ita etiam uir fortis & generosus,licet ab innumerabilibus inuadatur calamitatibus,minimè euertetur. Ne ergo quæras uitã,
2. Cor. 12. ab omnibus negotijs,periculis,& afflictionibus remotam, sed quã minimè inuoluunt & deprimunt pericula. Ars enim non eodem modo ostenditur si quis in portu sedeat, & si quis undosum mare transmittat. Ille enim,ignauus,mollis, & eneruatus redditur. Hic autẽ, qui multas rupes marinas, multas cautes & scopulos,multos uentorũ impetus,& alia maris picula sustinuit,& in his omnibus excelluit, animum suum firmiorem & robustiorẽ reddidit.
C Heb. 10 Non ideo deductus es in hanc uitam ut sis otiosus, nec ut sis uilis & abiectus, nec ut tibi nihil aduersi eueniat, sed ut grauia passus euadas clarior. Ne otiosam ac remissam uoluptatibusq; & delitijs plenam uitam quæramus. Non est enim uiri fortis sed potius uermis. hoc desiderium eius potius qui est ra-
Mat. 6. 26 tionis expers, quã eius qui est ratione præditus. Sed ora quidem maxime ut non intres in tentationem. Quod si in eam quandoque incideris, ne egre feras nec conturberis, sed fac omnia ut euadas clarior & illustrior. Non uides fortes milites, quomodo eos uocante tuba, trophæa respiciunt, uictorias, coronas, maiores qui se præclarè gesserunt? Et tu ergo cum tuba spiritalis personat, surge & euade leone
Exo. 14 animosior, siue sit ignis, siue ferrum, ingredere. Sci-
Dan. 3 unt uel ipsa elementa eos qui sunt tam magni animi reuereri. Sciunt etiã feræ eos qui sunt adeò fortes pertimescere. Quauis eos fames, quauis ipsa
Dan. 6 natura irritet & efferet, omniũ obliuiscuntur, quãdo iustum uiderint: iramq; suam cohibẽt. His ergo armis muniaris, & ignem non timebis, licet uideris flammam in cœlos ascendentem. Habes fortem & generosum ducem, qui solo nutu potest quæcunq;

mala sunt & grauia tollere. Illius sunt omnia, cœ- D lum,terra,mare,feræ,& ignis, est ei facillimum oia Iudith. 9 uel tranſferre,uel ut consistant efficere. Vndenam Act. 17 ergo dic mihi metus tuus oritur? Non aliunde certè quàm ex tua ignauia & socordia. Non est mors omnium malorum colophon? Atqui ea ipsa quoq; est naturæ debitum. Cur nõ procuras ut id possis soluere? Si enim ea uia necesse est ingredi, cur non cum mercatura? Sed post tormenta, quæ non tem- Heb. 9 porariam, sed dolorem præbent uoluptate maiorem. Quod si hæc tibi uidentur esse grauia, cõsidera eos qui absque ulla mercede longa tabe exedũtur, qui fame perpetua uexantur, qui immedicabilibus & longis morbis laborant, propter quos sæpe mortem optarunt, multi etiam in enses irruerũt, multi uitam laqueo finierunt. Cœlum autem tibi est propositum, & bona quæ sunt in cœlis: & non uereris ac perhorresris esse mollis & ignauus, idque cum talem habeas adiutorẽ? An non audis prophetam dicentẽ? Qui confidunt in domino, sicut mons Sion. Montem enim dixit spem in deum immutabilem, firmam & constantem, inuincibilem et inex- E pugnabilem. Quemadmodum enim etiamsi quis innumerabiles adhibeat machinas, montem nec conuellere nec labefactare poterit: ita etiam qui eũ aggreditur qui spem in deum collocauit, reuertetur domum uacuis manibus. Monte enim longè est Ro. 8. tutior spes in deum. *Non commouebitur in æternum qui* Heb. 8 *habitat in Hierusalem* Alius interpres dicit. Est immutabilis in æternum qui habitat Hierusalem. Quid ergo? Non commoti, inquit, sunt? tres pueri, et Da- Dan. 3. et niel? Abiit. Nam à patria quidem exciderunt, captiuitatem sustinuerunt: sed nullo tamen rpe cõmoti sunt, sed cũ essent in tanta rerũ perturbatione, et tãta fluctuum multitudine, perinde ac si petræ insisterent, et in tranquillo portu starent, nihil graue aut asperum senserunt. Commotionem autem ne uoces rerum casus. Non est enim hoc commotio, sed animæ interitus & uirtutem amisisse, quod quidem non euenit in periculis, ijs qui sunt sobrij & sapientes, imò uerò tutius & firmius suam possident philosophiam, clariorésque & illustriores euadunt F Quod si uis etiam anagogicè sumere illud, Non cõmouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem, describe, tibi adeptionem hereditatis supernę Me- Apoc. 21 tropolis. Qui enim illam receperũt, sunt ab omnibus omnino casibus liberi, non sunt illic quæ eos prosternant ac supplantent, non cupiditas, nec uoluptates, nec peccati obsessiones, non dolor,& molestia,& pericula, hæc omnia longè aberunt. *Hierusalem montes habet in circuitu eius, & dominus in circuitu populi ſui. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.* Per hæc quidem, dicit adesse auxilium ciuitati ex eius situ: sed non permittit ut ei cõfidat, sed eam ad inexpugnabile erigit auxilium, nempe deum. Et si enim, inquit, eam montes muniant, illa tamen protectione indiget. Id enim eam reddit inexpugnabilem. Quo circa alius quoque dicit interpres, Dominus autem circa populum suum. Hoc est, Ne confidite altitudini motium. Quod enim eam facit inexpugnabilẽ, hoc est, *Quia non relinquet dominus uirgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum.* Dicit iustam quandam causam dei auxilij, ut illi possint confidere. Quænam autẽ ea est? Nõ permiserit, inquit, bona iustorum esse in manibus peccatorũ. Hoc autem dixit, simul & hoc

G agens ut considerent de dei auxilio, & persuadens ut in uirtute psisterent si uelint frui perpetuo illius auxilio, & bona sua habere in sua potestate. Per hęc enim ostendit & acquisitionem & securam eorum possessionem in libero mētis suę arbitrio esse sitā. Virgam autem peccatorum hic uocat regnum hostium, Quod autem dicit, est eiusmodi, nó sinet ut teneat hęreditatem iustorum. Et si enim hoc fecit ad tempus, id fecit pro correctione, castigatione, & admonitione. *Vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.* Alius, Propterea non extendunt iusti ad iniquitatē manus suas. Propter quidnā? Propter id qđ dictum est, qđ defendet, qđ tuebitur, qđ hostes propulsabit, eósq; repellet ab eorū possessionibus. Quasi diceret. Castigati tentatione, & bonorū supeditatione effecti meliores, perseuerabunt in uirtute, & utrinque eruditi uitium non attingent. Vni uersum ergo propterea factum est, ut anima eorum reddatur melior, & rebus quidem aduersis corrigatur, bonis autem datis fiat promptior & alacrior.

H *Benefac domine bonis & rectis corde. Declinantes autem in obligationes adducet dominus cū operantibus iniquitatem.* Vides ubique duci à nobis initium, & bona cō sequēdi, & sustinendæ pœnę. Quāuis autē à nobis sumatur principium, sic tamen Dei quoque benignitatis plurima lux affulget, profusa enim quadā & redundanti copia nos uincit remunerationibus, & in peccatis quidem commoderatū imponit supplicium, in rectè autem factis longè maiori remuneratione utitur. Rectos autē hic uocat, simplices, non fictos, qui nihil habent adumbratum nec simulatum. Tale enim est quod rectum est, qđ Deus ubique maximè requirit. Talis est etiam uirtus, nē pe plana & expedita. Quemadmodum ergo improbitas est quid peruersum, uarium, & quod non habet exitum, & id potest uideri ex rebus ipsis. Nam qui uult mentiri, & fraudes consarcinare, cogita apud te quot & quanta aggreditur, quanta opus habet uarietate, & quibusnam fictis orationibus, quanto artificio, & quanta dicendi facultate. Qui autem dicit ueritatem, non labore, nō difficultate, I non simulatione, non arte, aut machinatione, aut ullo alio eiusmodi indiget, cū ea ipsa per sē luceat. Quemadmodum enim deformia quidem corpora multis artificijs & integumentis indigent q̄ naturæ deformitatem contegant: Quæ autem natura pulchra sunt, ipsa per se, et sii nhil extrinsecus aduenerit, resplendent. Ita etiam in ueritate & mēdacio, in uirtute & uitio inuenire possumus. Vnde clarum est quòd etiam ante supplicium uitiū supplicium infligit, & ante remunerationem uirtus remuneratur. Quemadmodum enim illa habet in se ipsa p̄mia etiam ante coronas: Ita etiā hoc pœnam in se cōtinet antequàm puniatur. Quid enim possit esse peccato grauius, quod ad pœnam attinet. Quocirca Paulus quoque eorum mentionem faciens qui meretriciam artem exercent, & florem ætatis prostituunt, & naturæ leges euertunt, dixit hoc esse maximum supplicium etiam antequā puniatur. Masculi enim, inquit, in masculis turpitudinem operantes, & mercedē quam oportuit erroris sui in se recipiētes. Mercedem peccati sui, intemperātiam & ipsum actum uocans. *Pax super Israel.* Precatione concluſit orationem. Tales enim sunt sanctorum animæ. Cū adhortatione & consilio adiiciunt orationem, auditoribus maximum introducentes auxilium. Pacem autem hic dicit, non hanc solam sensilem, sed eam etiam quæ est hac excelsior, & dicit undenam enascitur, & orat ut hæc anima cum seipsa non agitet seditionem, perturbationum animi bellum inferens. Hanc nos quoque pacem quæramus, ut promissa bona possimus assequi, Gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi. Cui gloria & potētia in sæcula sæculorum, Amen.

Psal.76 Mat.19 Ro. 8

1. Par.29 Mat.10.

Ro. 1.

K Phil.4.

M Esa. 66 Ro.15 Apoc.19.

IN CXXV PSALMVM.

N conuertendo dominus captiuitatem Sion facti sumus sicut consolati. Alius interpres dicit, Quando conuerterit dominus captiuitatē erimus consolati. Nomen captiuitatis est quidē in prolatione simplex, habet autem multas intelligētias. Est enim & bona captiuitas, ut quando dicit Paulus captiuum rēdigentes omnem intellectum 2.Cor.10 in Christum. Est & mala ut quādo dicit, Captiuas 2.Tim.3 abducentes mulierculas oneratas peccatis. Est quę in mente uersatur, ut de qua dicit, Prædicare captiuis remissionem. Est quæ sub sensum cadit, ut quæ Esa.61. fit ab hostibus. Est autem prior grauior. Qui enim L ceperunt aliquos iure belli, captis sæpe parcunt, & si aut aquari, aut lignari, aut equos pascere iusserint, animam minimè læserint. Qui peccati autem Io.8. captiuus factus est, habet sæuum & barbarum do Ro.6 minum, qui cogit eum facere res turpissimas & maximè probrosas. Non parcere enim nec misereri nouit hæc uitij tyrannis. Audi itaque quomodo cum miserum & infelicem Iudam accepisset captiuum, minimè ei pepercerit, sed sacrilegū & proditorem fecerit, deinde postquàm scelus perpetrasset, eum Mat.27 in theatrum Iudæorum, produxerit, & maleficium reuelauerit, & ne sic quidem permiserit ut perciperet fructum pœnitentiæ, sed ante pœnitentiam deduxerit ad laqueum. Est enim sæuus tyrannus, qui Act.1. iubet quæ sunt improba, & eos qui obediunt ignominia afficit. Quocirca uos rogo summo studio fugiamus eius dominium, & cum eo bellemus, nec ei unquàm recōciliemur, & liberati in libertate pmaneamus. Si hi enim à barbaris liberati cōsolatio nem, acceperunt multo magis oportet nos à pecca to liberatos gaudere, & exultare, & hanc lætitiam conseruare immortalem, non autem eam perturba re ac confundere, eadem mala rursus aggredientes. Facti sumus tanquàm consolati. Hoc alij quidem interpretes dicunt, Tanquàm somniantes. Hebręus autem נחמים ceholemim. Quid est autem, Consolati? Impleti, inqt, sumus quiete, lætitia, uoluptate. *Tunc repletum est gaudio os nostrū, & lingua nostra exultatione. Tūc dicēt inter gētes, Magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiscum.* Ad meliorem mutationem non parum confert lætari propter liberationem à captiuitate Et quis, inquies, nō Exo.18 propterea lætatur? Patres eorum, quando liberati sunt ab Aegypto, & ab illa seruitute traducti sunt in libertatē per summū ingrati animi uitium in bonis ipsis murmurabant, indignabantur, ægrè ferebant, tristes manebant. At non nos, inquit, sed gaudemus & exultemus. Iam uerò causam quoq; gaudij afferunt. Non solum, inquit, gaudemus propter liberationem à malis, sed etiam quòd ex eo omnes cognoscent quam nostri Deus curam gerat. Tunc, enim inquit, dicent inter gentes, Magnificabit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus face-

A re nobiscum. Non temere adiicitur hæc conduplicatio, sed ut ostenderent magnam quam ceperant lætitiam. Alterum enim uerbum est gentium: Alterum uerò ipsorum. Vide autem, Non dixerunt. Seruauit nos, nec liberauit nos, sed, Magnificauit, rem opinione maiorem & miraculo plenā per hæc uolentes ostendere. Vides, quòd, quemadmodum dicebam, per hanc gentem docebatur uniuersus orbis terræ, dum & abducerentur, & rursus reducerē tur. Ipse enim reditus fuit loco præconis. Eorum enim fama ubique perualebat, Dei in eos benignitatem manifestam omnibus efficiens, quòd scilicet erant magna & re uera omni opinione maiora quę Esd.6 in eos facta erant miracula. Ipse enim Cyrus, q eos tenebat, ipsos dimisit, cum nullus eum rogasset, sed Deus mentem illius mollisset, nec solum eos dimisit, sed etiā affecit donis & muneribus. *Facti sumus* Χειμαρ ῥους. torrentes in plurali *lætantes. Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro.* Quomodo dixit in principio psalmi, B In conuertendo dominus captiuitatem: Hic autem dicit, Conuerte, tanquàm de re futura loquens. Maximè enim nos ad hoc inducit alius interpres, qui dixit, non, In conuertendo, sed, Quando conuerterit, quoniam res tunc principium caperet, & nō tota gesta sit in principio, multæ enim fuerunt transmigrationes, fuit enim prima, secūda, & tertia. Hoc ergo possumus dicere, uel quòd orat ut sit integra & absoluta liberatio. Multi enim Iudæi uolebant remanere in regione barbarorum, & ideo uehemēter desiderans hoc fieri, Conuerte, inquit, captiuitatem nostram, sicut torrētes in austro, hoc est, cū magno impetu, cum magna uehemētia nos urgēs ac protrudens. Quocirca alius quoq; interpres hoc ipsum significans, dicebat, ut fluēta, Alius, ut aquæ ductus. Alius, ut emissiones. *Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.* Hoc de Iudæis quidem dictum est, potest autem in multis quoque alijs locum habere. Virtus enim res est eiusmodi, ut quæ magnas habeat laborum remunerationes, & oportet nos prius laborare & affligi, & tūc animi remissionem & otium quærere. Hoc etiam potest uideri euenire in ijs quæ ad hanc uitam pertinēt. Quocir- C ca ipse quoque ad hæc deduxit orationem, ad sementem, inquàm, & messem. Quemadmodum enim qui seminat, & labore, & afflictione, & sudoribus, & hyeme indiget: ita etiam qui uirtutem persequitur. Nihil enim æquè est ad otium iutile ut homo. Mat.7 Et ideo uocauit Deus arctam & angustam uiā quæ ducit ad uirtutem. Imò uerò non solum uirtutem, sed ea etiā q̄ ad hanc uitā ptinent, effecit laboriosa, Gen.3 atque adeò lōge amplius. Nam & q seminat, & qui ędificat, & uiator, & lignator, & opifex, & denique qūlibet homo, si est aliquid commodi percepturus, & labore & afflictione opus habet, & quemadmodum semina opus habēt imbribus, ita nos etiā lachrymis, & quemadmodum terra opus habet ut arētur & proscindatur: ita anima fidelis pro ligone indiget tentationibus & afflictionibus, ne producat malas herbas, ut eius molliatur durities, ne nimium efferatur & exiliat. Nam terra quoque nisi diligēter colatur, nihil boni producit. Hoc est ergo quod dicit Propheta, non esse solum lætādum propter reditum, sed etiam propter captiuitatē, & pro utrisque deo esse agendas gratias. Illud enim est sementis: hoc uerò messis. Quemadmodum ergo, in

quit, qui seminant laborantes, redditus postea percipiunt: ita etiam uos quādo receſsistis qdem, imitati estis eos qui seminant, afflicti, pulsati, uexati, hyemem, tempestatē, bellum, nimbos, gelu & glaciem ferentes, lachrymas effundentes. Quod enim sunt imbres seminibus, hoc lachrymæ sunt ijs qui affliguntur. Sed ecce, inquit, accepistis eorum laborum remunerationem. Quando ergo dicit, *Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes autem uenient in exultatione, portantes manipulos suos, non dicit de frumento, sed de rebus, docens auditorem.* non angi & mœrere in afflictionibus. Quemadmodum enim qui seminat, mœrore non afficitur, licet sint multa grauia, respiciens ad lætas & luxuriātes segetes: ita etiam eum qui affligitur, non oportet angi & excruciari, etiamsi sint per multa molesta, ut qui messem expectet, & copiosum prouentum, qui ex afflictione oritur, consideret. Hoc nos quo que considerātes, & pro afflictione & pro otio ac quiete agamus Domino gratias. Etsi enim sunt diuersa quæ fiunt, unum tamen habent singula finē propositum, sicut sementis & messis, afflictionesq; for- E ti & generoso aio feramus & cum gratiarum actione, otium autem & res secundas cum Dei gloriæ celebratione, ut futura etiam bona cōsequamur, gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi. Cui gloria & potentia in secula seculorum. Amen.

D

IN. CXXVI. PSAL.

Isi Dominus ædificauerit domum, in uanum laborauerunt, qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam.

Vanum est nobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis. Hic psalmus dictus est de statu rerū, qui fuit post reditum. Quoniam enim à captiuitate liberati, & à barbara regione reuersi, dirutam à se inuen- 2.Esd.5.6 tam ciuitatem, & mœnia cum turribus humi disie &.7. cta, conabantur excitare: multi autem eos undiq; adorientes prohibebant, Iudęorum felicitati inuidentes, & prosperos eorum successus metuētes, deinde autem in his faciendis tempus conterebatur, & tantum contritum est temporis, ut in ædificando templo plusquam quadraginta anni consumpti sint, quod Iudæi quoque declarantes dicebāt, quadraginta & sex annis ædificatum est templum Ioan.2. hoc, non dicentes de priore ædificatione, quæ à So F lomone facta est, sed de ea quæ facta est postquam liberati sunt à Persis. Quoniam ergo multum tempus conterebatur, in ciuitate, templo, & mœnibus extruendis, docens eos Propheta ad Deum confugere, hæc persequitur, ostendens omnia frustra & nequicquam fieri, nisi ad se diuinum auxilium attraxerint. Non solum enim ut liberentur à captiuitate, sed etiam ut liberati mœnia excitent, fieri non potest absque diuino auxilio. Et quid dico de muris excitandis & urbe ædificanda? ne eam quidem perfectam & absolutam poterit quis custodire, si illud ei non adsit auxilium. Hæc autem dicebat, eis omni ratione suadens ut rursus ad Dei auxiliū confugerent, ne otio & rebus secundis fierent negligentiores. Propterea enim nec simul & aceruatim dedit eis bona omnia, sed sensim & paulatim, ne perceleri liberatione à malis ad improbitatem pristinam recurrerent. Quinetiam dum bona daret eos sæpe admonebat, per irruptionem hostium eorum socordiam excitās. Quod ergo hic dicitur genera-

Gliter dictum est: ex hoc autem argumẽto cepit principium. Oportet enim id adaptare omnibus, nõ ut ipsi socordes simus, & supini iaceamus, sed ut nostra afferentes Dei arbitrio omnia permittamus, à spe illius in omnibus perpetuo pendentes. Quemadmodum enim fieri nõ potest, ut nisi Deus opem ferat, res ad finem perducantur: ita si Deus opem ferat, simus autem negligentes & otiosi, finem haud poterimus assequi. Vanum est uobis ante lucẽ surgere. Surgite postquam sederitis. Alius, tardantibus ad sedendum. Alius, differentibus sedere. Quod autem dicit, est eiusmodi. Etiamsi uigiletis, etiãsi mane excitemini, etiamsi sero eatis cubitũ, omne tempus in labore & afflictione consumentes, nisi auxilium eius a sequamini, peribunt humana omnia, & ex eo studio ac diligentia nulla redibit utilitas. *Qui manducatis panem doloris.* Hoc dicit, ostendens eos uitã degere laboriosam dum armati ædificãt. Altera enim manu canistrum aut lapidem ferebãt, & alia gladium, ad ædificandum & bellandum seipsos comparantes, & unà cum clypeis ferentes sili ces. Quoniam enim erat immunita ciuitas & nuda ta, subitos autem & inopinatos hostium impetus fore singulis horis suspicarentur, armati muros ædificabant, & enses, clypei, & gladij aderant, & procul erant quidam speculatores, qui incertã eorum irruptionem significarent, & tuba canerẽt si quos procul aduentantes uiderent. Sed etsi hæc, inquit, faciatis & panem dõloris comedatis, omnia, inqt, frustra & nequicquam facietis, nisi attraxerit is supernum auxilium. Quòd si illi ut urbem & muros excitarent tanto opus habebant superno auxilio: multo magis nos, qui uiam quæ ducit in cœlũ, ingredimur. *Cum dederit dilectis suis somnum. Ecce hæreditas Domini, filij.* Cuiusmodi est hæc consequentia? Pulchra profecto, & ualde cohærẽs prioribus. Hoc est enim quod dicit. Si Deus opem non ferat, omnia pereunt, quando autem fert, tunc iucundus est somnus, tunc est otium, & uita à periculis libera, & securitate plena. Quando eos qui inuadunt propulsarit, non solum tunc ædificabunt ciuitatem, nec eã solũmodo custodiẽt, sed multo ẽt maiora accipient, erũt. n. patres multorũ filiorũ, & pulchra eis augebitur soboles. *Merces fructus uentris.* Quid hoc est? Mercedẽ, inqt, accipiẽt numerosam sobolẽ. Etsi enim hoc sit opus naturæ, quando tamẽ Deus fert opem, ea felicius procedit. Nam ipsa quoque indiget superno auxilio, eruntq; Hierosolyma populo frequentia. Non in his autem solum consistet eorum felicitas, nempe in ædificatione, in custodia, in sobole, sed his etiam alia accedent. Et ostendens quænam hęc sunt, subiungit, dicens. *Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum.* Alius, alligatorum. Quod autem dicit, est eiusmodi. Non erunt solum tuti intra mœnia & in urbe munita, nec erit eis tantummodo numerosa soboles, sed erunt etiam terribiles hostibus, & terribiles ut sagittæ. Non dixit autem absolutè, Sagittæ, sed, sagittæ in manu potentum. Non sunt enim sagittæ ipsæ per se terribiles, sed tunc quando tenentur à potenti, mortem minitantes ijs qui adoriuntur. Ita ergo erunt hi terribiles. Quinam hi? Filij excussorum. Hoc est, eorũ qui erant quandoque imbecilli, qui uincti & alligati. Priores enim res aduersas eis frequenter in memoriam redigit in tempore felicitatis, ut mentẽ eorum omni ex parte corrigat, & per ea quæ passi sunt, & à quibus sunt liberati, & per ea quæ consequẽtur. *Beatus uir qui impleuit desiderium suum ex ipsis, non confundetur cum loquentur cum inimicis suis in porta.* Alius, Beatus qui implebit pharetram suam ex ipsis. Hoc est, hoc quoque eis aderit, robur corpis, terror qui non poterit sustineri pulchra & numerosa proles, urbis securitas, pulchritudo, uictoria & trophęa in bellis. Quocirca eos quoque beatos existimat, qui sunt consecuturi hanc felicitatem. Erunt enim, inquit, armati. Sed non in his tantum cõsistit eorum beatitudo, uerumetiam in eo quòd non afficiẽtur pudore. Non confundentur, enim inquit, quando loquẽtur inimicis suis in porta. Quidnam est hoc? Maximum trophæum, maximus splendor, iucunditas summa & felicitas. Neque enim eis exprobrabitur, quòd Deus curam eorum non gesserit, uel quòd Deum habuerint imbecillum, uel quòd potentem quidem, uerũ suis peccatis depulerint eius prouidẽtiam, sed in omnibus clari & gloria pleni, propter ciuitatem, propter muros, propter custodiam, propter liberos, propter arma, propter potentiam, non se tegent præ pudore uidentes inimicos, sed eis acerrimè occurrent, gloriantes, sibi placentes, magnos sumentes spiritus, & in omnibus ornati & instructi, cum Deus apertè ostendat se eorũ susceptisse patrocinium. Summa enim bonorum, & felicitatis hæc est, coronis esse deinceps ornatum & instructum Dei auxilio. Et ea de causa hic finit orationem, docens omnes ante omnia hunc ornatum quærere, & eo gloriari. Eum ergo nos quoque persequamur, ut digni habeamur qui bona æterna assequamur. Gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia in sęcula sæculorum. Amen.

IN. CXXVII. PSAL.

Eati omnes qui timent Dominum. Vide quomodo ab eo incipit in quo desijt. Quemadmodũ enim illic eos beatos propterea censuit, quòd pudore minimè afficerentur, quòd Deum haberent adiutorem, & stantem a suis partibus. Ita hic etiam ab eo orditur, dicens, Beati omnes qui timẽt dominum. Et rursus sumpto ab illis principio loquitur generaliter. Rectè autem dixit, omnes, significans, quòd siue sit seruus, siue dominus, siue pauper, siue mancus ac mutilus corpore, ac denique quicunque sit, nihil eorum uetat quominus habeat hanc quam ipse dicit beatitudinem. Alius enim qui falsò beatus dicitur, ut qui sit fictus & simulatus, & quem multi beatum existimant, multa concurrentia uix tandem talem faciunt, & nisi oia concurrerint, non fuerit quis beatus apud homines, ut uerbi gratia dico. Siquis sit diues, hoc ei non sufficit ad beatitudinem, sed oportet etiam adesse sanitatem. Si enim sit quidem diues, corpore uerò mutilus: claudicat eius beatitudo, & est miserior pauperibus. Multi certè ditites cum morbis conflictantes, pauperes qui compita mendicantes obeunt felices esse dicunt, & se miseros esse ducunt cum decies mille talẽtis. Rursus si sit quidem sano corpore & diues, gloria autem & honore careat, est aliud rursus impedimentum. Sunt enim nonnulli qui plurimum quidem possident pecuniæ, sunt q; corpore integro & inoffenso: sed ab ijs qui principatũ obtinent, & magistratum gerunt grauissima patiuntur,

patiũtur, & in militiam trahuntur. Eo enim quòd nullius sunt honoris participes, existimant se esse omnium miserrimos, ut qui ijs pareant quibus sæpe habent seruos locupletiores. Rursus si adsit quidem gloria, diuitiæ, & sanitas, non adsit autem securitas, utpote quod innumerabiles ei insidiẽtur, inuideant, malè uelint, oderint, accusent, calũnientur, is erit omnium miserrimus, uitam agens leporis, & umbras habens suspectas, omniáque horrẽs & pertimescens. Quòd si ab ijs etiam liber sit, ametur autẽ ab omnibus, & ei omnia succedant ex animi sententia, nẽpe gloria, diuitiæ, securitas, honor, quod fieri non potest, nempe ut hæc omnia simul concurrãt, & tamẽ ita esse fingamus, licet ergo hęc omnia affluant, & nihil sit quod ea distrahat, aut interrumpat, sed & populi beneuolentia, & gloriæ magnitudo, & pecuniæ abundantia, & corporis sanitas, & omnis securitas, & à nullo posse uinci, in eo concurrant: improba sæpe & peruersa muliere sibi coniuncta, etiadit ijs omnibus miserior qui carent his omnibus. Quòd si ei uxor bona & ex animi sententia euenerit, si malos habeat filios, eum esse omnibus miseriorem necesse est. Quòd si nullos habeat, lugere & lamentari. Denique quæcũq; humana aspexerit quispiam, multa uidebit præcipitia. Et quid alia persequi opus est? Improbus sæpe famulus omnia euertit & confundit, & nihil est adeò incertum & lubricum, ut in ijs gloriari, & de ijs se iactare. At non est eiusmodi is qui Deum timet, sed ab his fluctibus liberatus, sedet in portu & in tranquillitate, ueram & certam fruens beatitudinem. Et ideo illis omnibus præteritis propheta hunc solum beatum iudicat. Illa enim beatitudo nunquam planè constiterit, nisi omnia concurrerint, imò uerò etiam si concurrerint, tunc labefactatur ab ijs ipsis quæ illam pariunt. Nam & diuitiæ perniciem attulerũt, & uxor formosa sæpe causa fuit interitus, & famuli prodiderunt, & filij fuere parricidæ, &, ut iam dixi, multa habet undiq; incerta & ualde lubrica. Hic autem etiamsi omnia contraria consluant, non modo nihil lædunt hãc beatitudinem, sed eam firmiorem reddunt & constantiorem. Nã etsi sit paupertas, etsi ignominia, & mutilatio corporis, & uxor improba, & scelerati filij, et quodcunque aliud dixeris, hoc nihil deprimit nec labefactat hanc beatitudinem. Neque enim suum ex illis habet ortum, ut ex eis conuulsis labefactetur, sed habet radicem à superis. Quocirca manet inexpugnabilis. Atque adeò, si uelitis eum in ipsis rebus ostendamus et pertractemus. Nõ erat Ioseph seruus, nõ externus, nõ extorris à sua ciuitate et patria, non seruus Barbarorum, prius quidem Saracenorum, postea autem eis immaniorum Aegyptiorum? An non existimabatur adulter? non accusabatur? non calumnijs et fictis criminibus impetebatur? non habitabat in carcere? non uinctus tenebatur? Et quid horum eũ lęsit? Imò uerò per hæc erat in primis beatus. Hoc est enim, sicut iam dixi, admirabile, quòd non solum hinc nihil læditur beatitudo, sed etiam præclarior redditur et illustrior. Si nihil enim illi eorum accidisset, non fuisset adeò beatus. Vis etiam eos dicam qui uitio acrius perstiterunt, deinde repente mutati sunt, et omne illud uitium exuerunt? Quid fuit latrone miserius? sed repente euasit omnium beatissimus. Atqui mille cæ-

des fecerat, nam et erat crucis supplicio damnatus, et ad mortem ducebatur, omnes eum accusabant, totum tempus erat consumptum, & uita transacta fuerat in scelere, sed quoniã exiguo tẽpore xp̃m ita ut oportet timuit, beatus factus est. Ita etiam Mere trix, licet sui corporis formam pretio uenundaret, & exposita esset omnium contumeliæ, & ideo esset omnium miserrima: beata extitit quãdo deum ut oportet timuit. Nullum est enim malum quod nõ extinguat Dei metus. Ita quemadmodum ignis, qđcunque ferrum ceperit contortũ, uel rubigine confectum, id clarum reddit ac pulchrum, ferruginem abstergens, & quod in eo erat peruersum & inflexum perfectissimè corrigit: Ita enim dei metus uel exiguo tempore facit omnia, & eos qui ab ipso tacti sunt nulla re humana frangi sinit. Non erat imbecillus Timotheus? Non morbis & afflictio nib. perpetuo uexabatur? Quid ergo fuit illo beatius? Quid uerò, dic qtæso, Iob? An nõ redactus erat ad pãupertatem? non ad orbitatem? non ad corporis grauissima ulcera? non probris, cõtumelijs & iniurijs appetebatur? non fame & malis omnibus humanis cruciabatur? Is tamen fuit omnium beatissimus. Non solum enim nihil horum eum fregit ac prostrauit, sed etiam firmiorem fecit & solidiorẽ. Quinetiam cum illis omnibus uxor eum premebat, probris infectans, & tamen per hęc omnia euasit clarus & conspicuus. Hæc ergo omnia considerans propheta, dicebat, Beati, inquit, omnes qui timent dominum. *Qui ambulant in uijs eius.* Ne enim existimares sufficere timorẽ, adiecit illud, Qui ambulant in uijs eius. Multi enim fidem quidem perfectã habẽtes, uitam aũt flagitiosam, oim fuere miserrimi. Ne ergo id quod dicit, uideretur ex eo relicti, subiunxit, Qui ambulant in uijs eius. Quænam autem sunt uiæ eius, nisi uita quæ ex uirtute instituitur? Per eam enim potest in cœlum ascendi, & illa ciuitas apprehendi, & ipse deus uideri, quatenus potest ab homine aspici. Eius autem uiæ dicuntur quoniam per eas potest in cœlum ueniri. Nõ dixit, uia, sed, uiæ, ostendens eas esse multas & diuersas. Propterea enim multas uias munijt, ut earum multitudine facilem nobis faceret ingressum. Ex hominibus enim alij sunt uirginitate illustres. Alij uerò se honeste ac decorè gerunt in matrimonio. Alij ornantur uiduitate, & hi quidem se omnibus exuerunt: illi uerò dimidio, & hi quidẽ per uiam rectã ingrediuntur: illi uerò per pœnitentiã, & ideo multas tibi uias munijt, ut facilè ingrediaris. Non potuisti, post lauacrum seruare corpus mundum, at per pœnitentiam id potes emundare. Potes per pecunias, per eleemosynam. At non habes pecunias? Sed Potes uisitare ægrotum, potes accedere ad eũ qui est in uinculis, dare poculum frigidę, & sub eodem tecto hospitem excipere, præbere duos obolos, sicut uidua, ingemiscere propter eos q affligun tur. Nam hoc quoque est eleemosyna. At es undiq; destitutus, & omnino pauper, & corpore adeò imbecillo, ut ne possis quidẽ ingredi, hæc omnia fer magno & excelso animo, deo agens gratias, & magnam mercedem accipies. Nam in hoc quoque se pulchre gessit Lazarus. Neque enim ulli suis subuenit pecunijs. Qui enim id fecisset, cui uel necessariũ deerat alimentũ? Nõ ingressus est carcerẽ. Quomodo enim qui nec erigi nec se sustinere poterat? Non

G inuisit ægrotum. Quomodo enim, qui linguis canum erat expositus? Et tamē etiam absque his præmium uirtutis arripuit, eo quòd omnia tulerit forti & generoso animo, eo qđ cū uideret dđē crudelē & inhumanū hominē in honore haberi, & uitā agere in delitijs, seipsum autem uersari in tantis malis, ne uerbum quidem indecorū protulerit. Et ideo in sinus Abrahæ receptus est q mortuo nihilo erat melius affect⁹, sed planè erat iners et inutilis, inutilis in diuitis uestibulo proiectus, & cū Patriarcha qui tot & tantas res præclare gesserat, coronabatur & uictor renunciabatur, & sinu illius fruebatur, q nec eleemosynā fecerat, nec ei cui iniuria fiebat manum præbuerat, non hospites exceperat, nec aliqd aliud ostendere poterat, sed tantum in omnibus deo gratias egerat, & præclaram patientiæ coronā retulerat. Magna enim res est gratiarū actio, & philosophia quæ tot & tantis malis exercetur, idque factum est longè omnium maximum. Vnde etiam
Iob 2. Iob coronatus est, & dicebat Diabolus. Pellē pro
pelle, & omnia quæ homo habet dabit pro anima
H sua, sed immitte manum tuam, & tange carnē eius. Non est enim parum dolore affectā refrænare animam ad hoc ut nihil peccet. Hoc est cum martyrio conferendum, hoc est bonorum colophon. Et tu ergo, ô dilecte, cùm te sæpe uel morbus, uel febres, uel dolores inuadunt, cogente te cruciatu dicere aliquid blasphemum, si te retinueris, & deum gloria & honore affeceris, eādem mercedem accipies. Quanam enim de causa dic mihi quæso blasphemas? Ideò ne euadit tibi dolor leuior? Quanquàm etsi maxime dolor fieret hac ratione leuior, ne sic quidem oporteret animæ salutem prodere, ineundo rationem consolandi corporis. Nunc autē non modo leuatur dolor, sed etiam grauior redditur. Nam cum uidet diabolus se potuisse te ad blasphemiam adducere, fornaci ignē magis subijcit, & dolorem incendit, ut eius desiderium impleas. Maxime ergo, sicut dixi, etiamsi leuaretur, non oporteret hoc facere. Quando autem nihil lucrifacis, quid
Ephe. 5. attinet te ipsum occidere? At non potes tacere? Deo
1. Thes. 5 ergo age gratias. Deum ergo gloria & honore affi-
I ce, qui te probat in fornace. Pro blasphemia ex ore
tuo prodeat dei gloria. Ita & magna est merces, &
Iob. 2 uulnus efficitur leuius. Ita etiam beatus ille loquēs dicebat. Dominus dedit, Dominus abstulit. Sit nomen domini benedictum. Et rursus, si bona ex manu domini accepimus, mala nō sustinebimus? Sed mihi, inquit, nō dedit opes. Minus est ergo uulnus. Non sunt enim conferenda, his nudari opibus, & cum earum nunquā periculū feceris, uiuere in inopia. Si enim aliorum mala uidentes, & cum suis ērūnis conferentes, multi pauperes eorum collatione sua esse grauiora existimant: quādo se non cū alijs sed cum seipsis comparant, cogita tāto esse grauiorem dolorem quanto efficit experientia ut sit mahabuisse liberos, quām eis orbari cū ipsos habueris. Non sunt enim similia, nō accepisse, & postquā acceperis, eis esse priuatum. Fer ergo forti & generoso animo quæ accidunt. Hoc enim est tibi martyrium. Non enim eum qui sacrificare iubetur nō sacrificare, sed potius dilaniari & excarnificari quā hoc facere, solum facit martyrium: sed etiam cū dolor impellit ad blasphemandum, tolerāter potius
K ferre laborem statuere, & nihil turpe & inhonestū dicere, facit martyrem. Iob enim non ideo fuit coronatus, quòd sacrificare iussus non sacrificauerit, sed quòd dolores & calamitates forti animo perpessus sit. Quinetiam Paulus propterea uictor renunciatus est, propter flagella, propter afflictiones, pro Mat. 5 Iac. 5 Ro. 8 pter alia quæ sustinuit cum gratiarum actione. *Labores manuum tuarum manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Quanam de causa conduplicat beatitudinem? Manuum χαρᾶσ σοῦ Quoniam nouit eius magnitudinē: in rei uisione fructuū contemplanda iucundè immoratur. Et quidnam tuorum dixit illud Bene? *Vxor tua sicut uitis abundans in lateribus domus tuæ.* Alius, In penetralibus. Alius, In fœmoribus. *Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum.* Quid dicis? Hæc est beatitudo, hoc lucrum. Domesticæ copiæ, & suis frui laboribus, multitudo liberorum & fertilitas uxoris? Non hoc quidem, sed hoc ex redundanti quadam copia accedit. Quærite enim, in 1. Cor. 2 quit, regnum dei, & cætera adijcientur uobis. Quoniam ergo loquebatur cum ijs qui erant adhuc imL becilliores, tanquam paruos puellos inducit ex re Luc. 12. bus sensilibus. Neque uerò mireris. Si enim Paulus hoc facit tempore tantæ philosophiæ, cū eis q̄ adhuc humi respiciebant ex his differens: multo magis Propheta. Hoc aūt facit Paulus tum alibi. Quādo enim de uirginitate differit, nihil dicit de eis q̄ illis sunt euentura, sed ponit tantum liberationem à molestijs matrimonij, tum etiam quando loquitur de honore in parentes, eodem modo usus est, ita dicens. Quod est primum mandatum in promis 1. Cor. 7 sionibus. Quod est autem mandatum? Honora pa Ephe. 6 trem tuum & matrem, & eris longæuus super terrā. Quinetiam quando scribit de ostendenda in inimicos philosophia, sensile rursus præmium propo nit, dicens. Hoc enim faciens, carbones ignis cōgeres super caput eius. Christus autem nō sic. Neque Ro. 12 enim cum imbecillis loquitur. Sed in uirginitate q Mat. 19 dem proponit regnum. In amādis autem inimicis, Mat. 5 quod erunt dei similes, quantum possunt homines esse dei similes. Quemadmodū etiam in ueteri ubi in ducebantur per sensilia, uidebimus eos qui sciūt M philosophari induci à maioribus. Id autem Paulus Heb. 11 significans, dicebat. Iuxta fidem defuncti sunt oēs isti non acceptis promissionibus, sed eis procul uisis & salutatis. Non est ergo hæc sola merces eorum qui deum timent, frui rebus suis uxor & liberi, reique domesticæ prosperitas, sed hęc quidem sunt ex superabundantia, & instar cuiusdam additamenti. Principalia autem sunt, primum quidē, hoc ipsum, deum timere, quod in seipso continet remuneratio nem. Deinde arcana illa quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascenderunt. L. Cor. 2 *Benedicat tibi Dominus ex Sion, & uideas bona Hierusalem.* Alius, Et uide in bonis Hierusalem. Bona dicit, ciuitatem, diuitias, decorem, honores, prosperitatē, fertilitatem, securitatem, pacem. *Omnibus diebus uitæ tuæ.* Pulchrè etiam usus est adiectione dierum. Erat enim hoc signum maximum quòd hæc à deo darē tur, & eius prouidentiæ argumentum, quod nihil humanum paterentur, nec corruerēt, & nec ullam sustinerent mutationem, nisi quando indignatus ea intercidisset. *Et uideas filios filiorum.* Atqui multi, inquit, deum timentes sine liberis semper fuere. Et quid hoc sibi uult? Neque enim nos propter presen

A tia exuimus, sed principaliter quidem ut deo placeremus. Deinde etiam propter spes futuras. Atq; tūc quidem hæc erant præmia, nunc autem cœlum, & bona quæ sunt in cœlis. Quod si cum deum time-
Luc. 4. 5. res, non habuisti filios, quí scis nunqd dederit alia
Dan. 5 hac felicitate maiora? Neque enim omnes uno modo beneficio afficit sed uarie, cum sit diues. Quot fuerūt q cū filios haberent, iudicarūt eos felices, q
1. Mac. 9. nō haberēt? quot q diuitias posidebāt pauperib⁹
Luc. 16. miserius ex hac uita excessere? Quot q gloriā concu
Act. 12 pierant, ea tanquam ense aliquo confossi sunt, &
Iob. 21 grauissima quęque sustinuerūt? Ne quęras tibi exhi
Eccl. 8 beri negotia, nec à Deo eorum quæ facit rationem exposcas: sed feras omnia forti & generoso animo & cum gratiarū actione, imò uerò nulli rerum præsentium animum tuum affigas. Propterea enim talem iussus es facere orationem in qua unum solum petis postulatum sensile, & nihil amplius. Quā quām hoc quoque rursus mensura fit spiritale. Alia enim omnia, de cœlis & de regno quod illic est, de perfecta uitæ institutione, & de liberatione à pec-
Mat. 6. catis nobis dicuntur. De sensilibus autem unam iu
B bemur dicere dictionem. Quænam autē ea est? Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie, & nihil aliud. Quoniam enim ad aliā deinceps uocamur patriam, & ad maiorem uitā ascripti sumus, oportet etiam nostra postulata esse ei conueniētia. Hæc autem etiam si euenerint, oportet ea administrare cum summa diligentia. *Pax super Israel* Hæc est oratio de communi. Hoc enim maximè desiderant, ut q sint longo bello afflicti & exhausti. Quid enim eos alia iuuant, si pax non adsit? Quod ergo
Iob 34 est bonorum quæ tunc erant præcipuum, & eorū
2. Cor. 13 securitatem, nempe pacem, pollicetur, eamque per-
et 1. Thes petuam, quod est maximè opus dei prouidentiæ,
sal. 5 dare scilicet, & non sinere ut intercidat. Quoniam enim rerum humanarum natura fluxa est & non permanens: ostendens hæc non temere ad eos deuenire, sed à superno auxilio & à nutu diuino procedere, dixit, Omnibus diebus, & pacem permanētem est pollicitus. Atque hoc quidē factū est, quod ad Deum attinet. Quod si fuit interrupta, hoc quo
Ion. 3. que accidit ex illorum improbitate. Quemadmo-
Hiere. 18 dum enim quando aliquibus supplicia minatur,
C ijs qui per pœnitentiam iram discutiunt, cohibe-
Ezec. 33 tur supplicium: ita etiamsi bona promittat, uisi autem fuerint indigni qui promissa erant consecuturi, reuocatur promissum. Quod ad eum ergo spectat omnibus diebus: est eam pollicitus: sua autē improbitate donum interruperunt. Hæc autem dico, ut neque eo mināte desperemus, nec rursus bona promittente torpescamus, sed studio & in uita instituenda diligentia promissa ad opus prouocemus. Nisi enim ita faciamus, non sufficit ad conser
Mat. 19 nandos nos sola promissio. Nam Iudæ quoque pollicitus est eum esse sessurum super thronum cū undecim discipulis: nec tamen sedit. In causa autem non fuit ille qui promisit, sed is qui promisso indignus usus est. Et nos ergo cū habeamus regni promissum, ne simus ignaui ac desides, sed nostra quoque afferam⁹, ut possim⁹ bona æterna cōsequi. Gratia & benignitate domini nostri Iesu Xpi Cui gloria & potētia nūc & semp & i scła sæculorū. Amen.

IN PSALMVM CXXVIII.

Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat

nunc Israel. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, D
etenim non potuerunt mihi. Alius interpres dicit. Sed non potuerunt me. Hic quoque psalmus cohæret præcedenti. Quoniam enim interrumpebatur ædificatio, nec opus deducebatur ad finem, eos in bonā spem adducens, ne desperarent, ex prę teritis iubet eos de futuris esse bono animo, & docet eos dicere hęc uerba. Etenim cum sæpe eos inuasissent, nequaquàm potuerunt superare, nec integram uictoriam reportarunt. Et tamē captiuos, inquit, ceperunt, & in terram alienam traduxerūt, & multa bella uicerunt, & tunc quidē maximè nō ex propria uirtute, sed ex Iudęorum peccato superarunt. Quanquàm alioqui nec ad finem quidem usque permanere uictores, neque enim poterunt genus omnino delere, uel ciuitatem omnino euertere, aut gentem funditus perdere, sed cum paulisp Deo concedente uicissent, rursus uincebātur. Quo modo autem uincebantur? Ad priorem felicitatē Iudæis reuertentibus. Quòd quidem significans alius interpres dixit, Sed non prævaluerunt super me. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.* Quid hoc est. Nō temere, E inquit, & fortuito insidiabantur, sed multa moliebantur & machinabantur, dolos struentes, & clanculum inuadentes. Illud enim, supra dorsum meū, uel fraudem, & exulceratam malitiā significat: uel, per uim & cum magna uehemētia. Hoc est, Aggressi sunt meam potentiam confringere. Alius autem pro, fabricati sunt, dixit, Arauerunt, ut ostenderent quòd in parādis iusto insidijs opus faciebāt. Prolongauerunt iniquitatem suam. Quid est qđ dicit? Ostendit eos non solum cum magno impetu inuasisse, sed etiam cum magnis insidijs, ut qui multū temporis ea in re consumerent, & insidiari suum opus esse ducerent, & in eo assiduè persisterēt. Sed id nihil eis profuit, non propter nostras uires, sed propter Dei potentiam. Quocirca ostendens eum qui erigit trophæum, & parit uictoriā, subiunxit:
Dominus iustus concidit ceruices peccatorum. Alius autē, pro Ceruices, dixit funes, significās insidias, insultus, machinationes. Rectè autem dixit, Non dissoluit, sed, Concidit: ut magis ostenderet eum id fecis- Nec. 4.
se, reddentem eorum consilia penitus inutilia. Cū
F enim inciperet rursus cōdi ciuitas, multi undiqua
que inuadebant inuidia ex tabescentes, nec id semel tantum aut bis, sed sæpenumero fecerunt. Hoc ipsum etiam usuuenit in ecclesia. Cùm enim inciperet enasci, omnes eā assidue inuadebant. In principio quidem Reges, populi, & Tyranni, postea autem insidiæ Hæreticorum, & maximum & uarium ac multiplex bellum undique suscitabatur: sed tamen non prævaluit: sed fusi quidem sunt & profli Mat. 16
gati hostes: floret autem & uiget ecclesia. *Cōfundantur, & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.* Alius, Subuertantur retrorsum Fiant sicut fœnum tectorū, quod priusquā euellatur exaruit. Dē quo »
non impleuit manum suā qui metit. Alius, Pugnū. »
Et sinum suum qui manipulos colligit. Et non di- »
xerunt qui præteribant, Benedictio domini super »
uos. Benedixim⁹ uobis in nomine domini. Adhortationem precatione concludit, ex narratione præteritorum, & ex oratione, ad confidendum adducens, & iniustam belli causam ostendens. Ex inuidia enim & odio bellum susceperе. Et ideo dicit,

G Erubescant & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion. Nō solum, inquit, uicti sunt; sed turpiter & ridiculosē. Deinde cum dixisset, Fiant sicut fœnum tectorum, persistit in similitudine, nō eos tātum fœno comparans, sed fœno quod est supra domos, quāquā id quoque quod est in campis celeriter diffluit: uolens tamē ostēdere quàm essent nūles & abiecti aduersarij, eos comparat fœno qd est super domos: ut utrinque ostendat quā sint fragiles et caduci, nēpe et ex fœni natura, et ex natura loci. Tales, inqt, sunt insultē aduersariorū, q nō habent radicem, nec fundamentum, qui aliquātisper quidem uidentur florere, postea autem arguūtur, et ex seipsis excidunt. Talis est prosperitas eorum qui uiuūt in scelere. Talis iucūditas rerum quæ ad hanc uitam pertinēt. Simul enim et cernitur et interit, ut quæ nec habeat fundamentū aliquod, nec potentiam. Et ideo nō est eis adhibēdus animus, sed considerando quā sint fluxæ et caducæ, desiderandæ sunt res æternæ, immortales, immobiles, et in quas nulla cadit mutatio. Quas detur nobis om
H nibus consequi, Gratia et benignitate domini nostri Iesu Christi. Cum quo patri gloria simul cum sancto spiritu, in sæcula sæculorum, Amen.

Iob 14 20. 21 Esa. 24

IN PSAL. CXXIX.

E profundis clamaui ad te domine, domine exaudi uocem meam. Quid est, De profundis? Nō dixit solummodo, Ex ore, neque solummodo ex lingua, nam errante etiam mente uerba funduntur, sed ex corde profundissimo, cum magno studio, et magna animi alacritate, ex ipsis mentis penetralibus. Tales sunt enim animi eorum q affliguntur, uniuersum cor secum commouent, Deum inuocantes cum magna compunctione. Et ideo ēt audiuntur. Tales enim preces magnam habent potentiam, ut quæ neque subuertantur, neque concutiantur, etsi eas diabolus magno impetu inuadat. Quemadmodum enim arbor ualida, quæ in multam profunditatem terræ agit radices, eiusq; sinus deuincit et astringit, cuiuis uentorum impetui resistit: Quæ in terræ autem summa superficie sita est, si quælibet parua aura incubuerit, labefactatur, et
I radicitus' euulsa iacet super terram: Ita etiam pces, quę ab imo quidem ascendunt, et egerunt radices in profundo, etiamsi innumerabiles uenerint cogitationes, etiamsi istructa tota diaboli acies, firmæ manent et stabiles, et minimè euertuntur. Quæ autem ex ore et labijs procedunt, et non ab imo ascēdunt, ne possunt quidem ad Deum ascendere, propter eius qui accedit socordiam. Eum enim qui talis est, seu fuerit aliqs strepitus, is ipsum euerterit, si ue tumultus, ab oratione abduxerit, et os quidem resonat, cor uerò est inane, et sola ac deserta cogitatio. At sancti non sic orabant, sed cum summo studio et maxima uehemētia, ut etiam totum corpus inflecteret. Beatus itaque Helias orans, primum quidem quæsiuit solitudinem: deinde cū posuisset caput inter genua, & seipsum cum magno ardore incēderet, ita fundebat preces. Si uis autem eum etiā uidere rectum stantem in oratione, uide eum rursus extēsum in cœlum, & ita extensum ut etiā ignē è cœlo deijceret. Ita etiam quando uoluit suscitare filium uiduæ, cum totum seipsum expandisset, cōfecit eam resurrectionem: non interrumpens, neq; oscitans sicut nos, sed animi in orando alacritate incensus. Quid autē dico Heliam & sanctos illos? Vidi sæpe mulieres propter uirum peregrinātem & infantem ægrotantem ita de profundis orantes, & tantos fontes lachrymarum emittentes, ut tandem uoti sui essent compotes. Si autem mulieres ita inflammantur in orationib⁹ pro uiro & infante: quæ nam uiro uenia dabitur, qui pro anima morte affecta mollis est & languidus? Hinc itaq; fit quòd eū sæpe oremus, rursus inanes reuertamur. Audi quomodo Anna orabat de profundis, cuiusmodi fontes lachrymarum emittebat, quomodo per orationem euehebatur sublime. Qui enim ita precatur, etiam antequàm consequatur qd postulat, ex oratione magna bona percipit, omnes animi pturbationes reprimens, iram sedans, inuidiam expellēs, cupiditatem extinguens, rerum ad uitam pertinentium amorem diminuens & exiccans, animum in magnam tranquillitatem redigens, in ipsum deinceps cœlum ascēdens. Quemadmodum. n. pluuia, quæ in duram terrā decidit, uel ignis ferrum, mollit: ita uitijs induratū animum talis oratio & igne uehementius & plusquàm pluuia mollit & humectat. Est enim ánima tenera & ad fingendū facilis. Sed qd ūstri aquę sępe usuenit, ut glacie cōcrescat, ita etiam nostræ accidit animæ, ut à peccato & socordia indurescat & lapidescat. Magno ergo nobis calore opus est, ut quod durum est emolliat. Hoc autem maximè efficit oratio. Quando ergo orationem aggrederis, ne hoc solum quæras ut qd petis accipias, sed etiam ut in ipsa oratione animam tuā meliorem efficias. Nam hoc quoque est munus orationis. Qui ita orat fit ijs quæ ad hanc uitam pertinent superior mēte extollitur, leuem reddit cogitationem, nulla perturbatione animi impeditur. De profundis clamaui domine. Duo hic ponit, & illud, De profundis, & hoc clamauisse, clamorem nō dicens tonum uocis, sed affectionem animi. Domine exaudi uocem meam. Hic duo discimus, nempe quod à deo absolute impetrare non possumus, nisi nostra quoque adfuerint. Quocirca prius dixit, De profundis clamaui, & tunc exaudi. Deinde quòd oratio intensa & uehemens, ut plena lachrymis cō punctionis, magnas habet uires ad hoc ut deo persuadeat, ut ijs quæ dicuntur annuat. Tanquā enim magnum & præclarum quid feciſſet, & partes suas implesset, ita subiūxit. Domine exaudi uocē meā. *Fiant aures tuæ intendentes in uocem deprecationis meæ.* Aures dicit, audiendi facultatem, & uocem, nō intensionem spiritus, nec clamorem significans, sed intēsam affectionem. *Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit?* Neqs dicat, Sum peccator, & plenus malis innumerabilibus, non possum accedere, & orare, & deum inuocare, hanc tollens excusationē, Si iniquitates obseruaueris, inquit, Domine, domine quis sustinebit? Illud enim quis, hic nullus est. Neque enim fieri potest ut si rerum à sē gestarū summo iure ab ullo exigatur ratio, posiō unquàm misericordiam & clementiam consequi. Hæc autem dicimus, non impellentes animos in socordiam, sed eos consolantes qui cadunt in desperationem. Quis enim gloriabitur se mundum habere cor? aut quis confidenter dicet se esse purū à peccatis? Et quid dico alios? Nam etiamsi Paulū in medium adduxero', & eorum quæ fecit rationē summo iure poposcero, ne poterit quidam sustine

K Gal. 1 Act. 9 1. Tim. 1 Act. 9 3. Reg. 17 1. Reg. 1 Tob 3 Iudith 13 M Pro. 20

A re. Quid enim poterit dicere? Prophetas legit, ut q legis patriæ esset diligens æmulator, signa uidit quæ fiebant, & tamen manebat pśecutor, nec prius destitit quàm admirabilem illam uisionem susceperit, & uocem audiuit terribilem. Antea autem māsit omnia susp deę permiscens & cōfundens. Illis tamen omnibus prætermissis, Deus & uocauit, & magna gratia dignum censuit. Quid uero summū illum Petrum, non post innumerabilia signa & miracula, tantamq; admonitionem & exhortationem arguit in grauissimū illum lapsum cecidisse? Illud tamen prætermisit, & Apostolorum eum primum constituit. Et ideo dixit. Simon, Simon, Ecce expetiuit Satanas cribrare te, tanquàm triticum. Ego autem oraui pro te ne deficiat fides tua. Porro autem post hæc quoque si non cum misericordia & clementia ueniat ad iudicandum, sed rationē summo iure exigat, inueniet omnes reos & obnoxios.
1. Cor. 4. Quocirca Paulus quoque dicebat. Nihil mihi conscius sum, sed nō in hoc iustificatus sum. Si iniquitates obseruaueris domine, domine. Cōduplicatio
B est, non temere nec abs re, sed admirantis & stupēntis insignem eius clementiam, & infinitam maiestatem, & uastum pelagus eius bonitatis. Quis sustinebit? Non dixit, Quis effugiet, Sed, Quis sustinebit? significans quòd nec stare quidem poterit. *Quia apud te propiptiatio est.* Quid est, apud te propitiatio
Dan. 9 est? Non in nostris, inquit, rectè factis, sed in tua bonitate licet effugere supplicium. ut iudicium enim effugiamus, in tua clementia situm est. Quòd si eā non fuerimus assecuti, nostra nō sufficiunt ad nos ab ira futura eripiendos. Hoc etiam per Prophetā
Esa. 43. significās, dicebat. Ego sum q deleo peccata tua. Id est, Hoc est meum, meæ bonitatis, meæ clementiæ. Nam quæ tua sunt, non sufficiunt unquàm ut te liberent à supplicio. Et rursus, Ego uos sustineo. *Pro-*
Esa. 50 Eccl. 8 *pter legem tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in uerbo eius, sperauit anima mea in domino.* Alius, Propter nomen tuum. Alius, Vt cognoscatur uerbum tuū. Quod aūt dicit, est eiusmodi. Propter clementiam tuam, pp nomē tuū, pp legē tuā expectaui salutem. Nā si ad mea respexissem, iam olim desperas
C sem, olim omnem fiduciam abiecissem, nunc autē legem tuam & uerbum tuum attendens', bonā spē cōcipio. Quod nam uerbū? Verbū clementiæ. Ipse
Esa. 55. enim est qui dicit, Quantum distat cœlum à terra,
Ps. 102. tantū distant consilia mea à consilio uestro, & uię meæ à uijs uestris. Et rursus. Secūdum altitudinem
Ps. 102. cœli à terra confirmauit dominus misericordiam suam super timentes ipsum. Et rursus. Quantum distat oriens ab occasu, procul remouit à nobis iniquitates nostras. Hoc est, Non eos tantum seruaui qui se rectè gesserunt, sed peperci etiam peccatoribus, & inter delicta tua meam defensionem & quā tui curam gero ostendi. Alius, Vt sis terribilis expectaui dominum, terribilis cui? Inimicis insidiatoribus, ijs qui nihil malè uolunt. Quid est, Propter nomen tuum? Quanuis, inqt, ego sim peccator, & plenus malis innumerabilibus, sciebam tamen, ne nomen tuum prophanaretur, fore ut nos pereūtes minime despiceres. Quod ipse quoq; dixit in Ezechiele. Non propter uos ego facio, sed propter nomen meum, ut non pro prophanetur inter gentes. Hoc est, Nos quidē non sumus digni qui seruemur, neq; ex rebus à nobis gestis ulla bona spe ducimur, sed expectamus fore ut conseruemur propter nomen D tuū, eaq; nobis recta est spes salutis. Alius, Propter metum sustinui dominum. Alius, Propter legē māsi dominum, Sustinuit anima mea in uerbo tuo. Alius. Expectauit anima mea uerbum eius. Alius, Sustinuit anima mea, & uerbū eius expectaui. Hoc est, Ex promissis & frequentibus pollicitationibus de benignitate eius & clementia sumptam sacram ieci anchoram, nec de mea salute spem abieci. *A custodia matutina usque ad noctem. Speret Israel in domino.* Tota uita, inquit, hoc est, omni die ac nocte. Nihil Ps. 21. 30 est enim ad salutem præstabilius, quàm perpetuò Eccl. 2 aspicere, & ab illa spe pendere, licet innumerabilia Esa. 40. accidant, quæ nos impellāt in desperationem. Hic est murus infractus, inuicta munitio turris inexpugnabilis. Etsi ergo res minentur mortem, periculū, & interitum: ne desistas sperare in deū, & expectare eius salutē. Omnia sunt illi facilia & expedita, & Eccl. 10. uel in rebus difficillimis & impeditissimis exitum Luc. 1 inuenies. Ne expecta ergo fore ut solum tibi adsit auxilium, si res secunde affluant, sed tunc maximè quando sunt fluctus maximi, & uehemens tempe- E stas, & extremum imminet periculum. Tunc enim maximè Deus suā ostendit potentiā. Hoc est ergo, quod dicit. Oportet in deum perpetuo sperare, toto uitæ tempore. *Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel ab omnibus iniquitatibus eius.* Quid est, Apud dominum est misericordia? Fons & thesaurus, inquit, illic est clementiæ perpetuò scaturiens. Vbi autem est misericordia, illic est etiam redemptio, nec solum redemptio, uerum etiam multa ac copiosa, & immensum pelagus clementiæ. Et si ergo sumus à peccatis proditi, non oportet concidere, nec desperare. Vbi enim est misericordia & clementia, & non exigitur nimis acris & summo iure delictorum ratio, Iudice, propter magnā misericordiam, & multam ad clementiā propēsionem, multa prætercurrente. Huiusmodi enim est Deus, nēpe Ps. 24. 99 ad assiduè miserendum & ignoscendum propēsus 144. et procliuis. Et ipse redimet Israel ab omnibus ini- Esa. 54. quitatibus eius. Si ergo ita est, et ubique diffusa est Io. 2 eius clementiæ magnitudo, clarum est eum esse po F pulum suum seruaturum, et liberaturum non solū à supplicio, sed etiam à peccatis. Hęc ergo cum sciamus, perseueremus rogare, et orare. et nunquàm desistamus, siue acceperimus, siue non. Si enim dare Sap. 12 situm est in eius potestate, in eius etiam potestate situm est quando uult dare, tempus autem nouit optimè. Maneamus ergo rogantes, supplicantes, cōfidentes eius misericordię et clementię, nec unquā de nostra salute desperemus, sed nostra afferamus, et ille pro se nobis nunquàm deerit, quandoquidē est inenarrabilis apud eum misericordia, et infinita clementia. Quam detur nobis omnibus assequi gratia et misericordia domini nostri Iesu Christi. Cui gloria et potentia in sęcula sęculorum Amē.

EIVSDEM IN CXXX PSALMVM.

Omine non est exaltatum cor meum, neque elati
d *sunt oculi mei.* Alius, Neq; sublimes facti sunt.
Neque ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus super me. Alius, In magnitudinibus. Alius, In magnificentijs, nec me exuperantibus. Quid hoc est? Paulus dicit stultum esse seipsum laudare, etiāsi sit necesse, et ideo subiunxit, dicēs. Fui insipiens gloriās, 2. Cor. 12.

Guos me coegistis. Quomodo hoc ergo ignorauit. Propheta, et nunc gloriatur, non apud duos, aut tres, aut decem, sed apud uniuersum orbem terræ? Gloriatur autē dicens, Sum humilis, et moderatus, et mirandum in modū simplex. Hoc enim sibi uult illud, Ablactatus super matrem suam. Quare ergo hoc facit? Quoniam res quidem non est omnino prohibita, imo uerò nonnunquam est necessaria, atque adeò nonnunquàm incidit, ut non si gloriemur, sed si non gloriemur, simus insipientes. Quocirca Paulus quoque dicit, Qui gloriatur, in domino glorietur. Qui enim in cruce non gloriatur, est omnium insipientissimus. Qui non in fide gloriatur, et habet in ea fiduciam, is omnino peribit. Et ideo audacter dicebat Paulus. Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Et rursus. Ne glorietur diues in diuitijs suis, neque sapiens in sapientia sua, sed in hoc glorietur qđ intelligat et cognoscat dominum. Quomodo est ergo malū gloriari? Si id faciamus ut Pharisæus. Et quare, inqt, dicit Paul⁹, Fui insipiēs, gloriās uos me coegistis? Quoniā narrabat præclara uitæ suæ instituta et facinora, quæ non oportebat narrare, nisi necesse esset. Alibi autem dicit, Si uoluero gloriari, nō ero insipiens, ueritatem enim dicam. Qui ueritatē ergo dicit cum tēpus postulat, nō est insipiens. Nō est ergo insipiens Propheta q gloriatur. Vera enim dixit. Sed quænam causa eum induxit ut hæc diceret? Vt doceret auditores, ne, postquàm liberati sunt à malis, reuertantur ad pristinam amentiam et insolētiam, nec à uinculo liberati resiliant, et in aliam captiuitatis necessitatem incidant. Quapropter dum sua narrat, auditorem corrigit, Non dicit autem, Exaltatus quidem sum: perturbationem autem animi continui. Sed quid? Non est exaltatum cor meum. Hoc est, Non tetigit animum meum uitium. Mens enim erat ueluti quidam portus nullis fluctibus agitatus, eius morbi undas minimè susciens, qui est causa oium malorum, et radix extremæ iniquitatis. Quid est quod dicit, Domine non est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei? Non contraxi, inquit supercilia, neque erexi ceruicem. A fonte enim interno perturbationis animi morbus scaturiens, interno tumori conforme corpus effingit. Neque ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus super me. Quid est, In magnis? In hominibus, inquit, tumidis, diuitibus, arrogantibus, superbis. Vidisti quanta sit humilitas. Non solum erat ipse à morbo alienus, sed eos etiam qui erant tumidi fugiebat, et à talibus resiliebat cœtibus, propter magnum quod in arrogantiam cōceperat odium. Quoniam enim insenso erat in eam animo non solum ab ea resiliebat, nec permittebat ut in prædiū animæ esset ei ullus aditus, sed eo etiam qui illam sectabantur longissimo interuallo fugiebat, ut ab eis nihil detrimenti caperet. Neque uerò inter parua rectè facta ducendū est, fugere arrogantes, odio habere tumidos et insolentes, eosque abhorrere et auersari, est maximè uirtutis securitas, humilitatis maximæ custodia. Neq; in mirabilibus super me. Alius, Neque in me exuperantibus. *Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meā. Sicut ablactatus est super matrem suam: Ita retributio in animā meam.* Alius, Ita retribuetur animæ meæ. Dictum est per hyperbaton, utpote, Si non humiliter sentiebam, sicut ablactatum super matrem suam, sed exaltaui cor meum, ita retribuatur animæ meæ. Quod autem dicit, est eiusmodi non solum fui liber a uitio arrogantia inquàm, nec solū ab ijs qui illa prēditi sunt, alienus, uerumetiam contrariam ei uirtutem supra modum suscepi, nempe humilitatem, moderationem, contritionem. Illud ipsum Christus quoque iussit suis discipulis, dicens. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut puelli, non ingrediemini in regnū cœlorum. Talis, inquit, fuit mea humilitas, qualis infantis qui pendet ab ubere matris. Quēadmodū enim ille adhæret matri, continetur, est omnis arrogantiæ purus, uiuit in innocentia summa & simplicitate: Ita ego etiam in deum me gerebam, ei perpetuo adhærens. Ablactati autem non absre meminit: sed uolens ostendere afflictionem, angustiam, dolorem, malorum magnitudinem. Quemadmodum ergo puellus, qui nuper ab ubere auulsus est, ne sic quidem à matre recedit, sed flens gemens, lugens ęgrè ferens & se afflictans, parenti semp adhęret, nec ab ea recedit: Ita ego quoque, inquit, cum essem in afflictione, angustijs, & multis calamitatibus, Deo semper adhæsi. Si autem ita non fui retribuatur, inquit, super animam meam hoc est, Dem ultimum supplicium. *Speret Israel in domino ex hoc nunc & usque in sæculum.* Vides quemadmodum dixi in principio, quod in ijs quidem quæ ad fidē & decreta pertinent, etsi nulla causa sit, oportet assiduè gloriari, & qui non gloriatur perijt. In rectè autem factis, cum tempus postulat, nō est recusandum gloriari. Quodnam est autem tempus? Multa & uaria. Quorum unum est, Docendi auditorem. Quod hic quoque sciens, & ostendens se sua rectè facta ideo dicere, ut auditorem ad sui imitationem attrahant, subiunxit, dicens. Speret Israel in domino, ex hoc nunc & usque in sæculum. Siue, inquit, calamitates, siue ægritudines, siue bella, & captiuitates, siue quodcunque aliud graue & inopinatum malum circunsederit, spem in Deum & expectationem illam tene firmiter, & omnino bonus erit tibi finis & exitus, Deo scilicet hanc tuam bonam spem remunerante à malis tibi data liberatione. In Christo Iesu domino nostro. Cui gloria & potētia in sæcula sæculorum, Amen.

1. Cor. 1 — Gal. 6 — Hiere. 9 — Mat. 18 — 2. Cor. 12 — Eccl. 10 — ὡς τὸ ὑπερβολικῶς λαχτισμένον. — *sicut ablactatum.* Ita retributio. ὅμοιον ἀποδόσεως. — Ita retribuetur. Mat. 18.

EIVSDEM IN CXXXI PSALMVM.

Emento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Alicubi quidem, uolunt solum conseruari ex memoria maiorum. Hic autem, & benefacta dicunt, & quod est omnium bonorum causa, moderationem, humilitatem, māsuetudinē. Propter quod in maxima quoque admiratione habebatur Moses. Erat, inquit, mitissimus omnium hominum qui erant super terram. Sed nonnulli Hæretici eius uitæ institutum, & id quod dictum est reprehendentes, dicunt, Quid dicis? Erat ille mitissimus, qui inuasit Aegyptium, & eum interfecit? qui Iudæos impleuit sanguine & bellis intestinis? qui iussit ut consanguinei cognatos occiderent? q precibus ut terra dehisceret effecit, & è superis fulmen deorsum uibrauit? & illos quidē obruit, hos uerò exusit? Si hic mitis, quis sæuus & iracūdus? Desine, neque superuacanea loquere. Quòd enim erat mitis, & omnium hominum mitissimus, & dico, neque unquàm cessabo dicere, et si uultis, non aliunde quàm ex ijs quæ dicta sunt, conabor ostendere eius mansuetudinem. Atq poteram dicere quę de sorore ab eo deo dicta sunt, supplicationē, qua pro populo usus est, omnia uerba illa Apostolica, & cœlo digna, moderationem, cum quā loquebatur cum populo. Poterant hæc dici, & his alia longè plura enumerari, sed si uultis, his prætermissis, ex his ipsis quæ antè dicta sunt ab inimicis, ostendamus eum fuisse omnium hominum mitissimū, ex quibus eum, sæuum, immanem & iracundum quidam esse existimant. Quomodo ergo ostendemus? Si prius distinxerimus ac definierimus quid sit mansuetudo. Quid est ergo māsuetudo, & quid atrocitas? Neq; enim ferire, est absolutè atrocitatis, neque parcere, mansuetudinis. Sed mitis ille est, qui ferre potest quæ in seipsum peccata sunt, qui alijs factam iniuriam propulsat, & eis fert opem, & est uehemens ultor eorum qui probra ingerunt. Qui autem non est eiusmodi, sed est hebes, deses, & somnolentus, & mortuo nihilo melius affectus, nō est mitis nec māsuetus. Despicere eos quibus fit iniuria, non dolere uicem eorum qui iniuria afficiuntur, nec ijs irasci qui probris & cōtumelijs afficiūt, non est uirtutis, sed uitij, non est māsuetudinis, sed ignauiæ. Quare hoc ipsum ostendit eius mansuetudinem, quod erat adeò ardens ut prosiliret cum uideret alios iniuria affici, pro iusto iram non ualēs cohibere, at quando ipse malo aliquo affectus est, nec ulc⁹est, nec pena sumpsit, nec à philosophię istituto unq̄ recesit. Si aūt fuisset adeo sæuus & iracūdus: qui pro alijs adeò inflammabatur & excandescebat, nūquàm animum induxisset ut pro ijs quæ ad seipsum pertinebant quiesceret, sed tunc magis irritatus fuisset & efferatus. Scitis enim nos ægrius ferre nostra quàm aliena. Ille autem, cum alij quidem malè patiebantur, non minus quā illi ipsi cui malè fiebat ulciscebantur: delicta autem quę in ipsum admissa fuerant cum maximā prætermittebat tolerantia, in utroque extremo consistens, illo quidem, se esse malis infestum, hoc uerò se esse lenem & patientem ostendens. Sed dic quæso, quid eū facere oportuit? num despicere quæ inferebatur iniuriam, & malum qđ pertinebat ad populum? Sed id non erat eius qui regebat populum, nec patientis alicuius & mitis, sed desidis & ignaui. Tu autē medicum quidem non reprehendis, qui putredinem totum corpus permeantem sectione reprimit. Illū autem dicis esse atrocissimum, qui morbum longè putredine grauiorem per totum populum permanantem ictu paulo grauiori uoluerit coercere. Atq hæc sunt iudicis non satis considerati. Tanti.n.populi præfectum, & qui ducebat gentem adeò asperam, duram, & intractabilem, oportebat statim à principio reprimere, & in ipso uestibulo rescindere, ne malum longius serperet. At obruit, inquit, Dathan & Abiron. Quid dicis? Oportebat ne despicere sacerdotium, conculcari, & Dei leges euerti, & id quod omnia continet perfringi ac dissolui, dico autem dignitatem sacerdotij, & omnibus adyta patefacere, & ex eorum cōtemptu permittere ut liceret uolentib⁹ sacrosanctos conculcare ambitus, & omnia susq; déque agere et miscere? Atqui ea non erāt mansuetudinis, sed inhumanitatis et crudelitatis, despicere tantū qđ crescebat malum, & dum ducētis parceret, perdere tot millia. Dic enim mihi quęso, quando iussit genere propinquos occidere, qđ eum facere oportuit, cum Deus irasceretur, crescebat impietas, cum nihil esset quod eos posset ab ira eripere: pmittere ne ut plaga cœlestis in omnes tribus descenderet, & uniuersō generi interitum afferret, & cum supplicio negligere peccatum immedicabile: an pœna & cæde paucorum corporum, & peccatum de medio tollere, & iram retardare, Deniq̄ reddere propitium ijs qui talia admiserant? Si ita examinaris, quæ à iusto facta sunt, ex eo maximè uidebis eum fuisse mitissimum. Sed hæc ex ijs quæ dicta sunt finentes studiosis rescensere, ne ea q̄ obiter afferūtur sint maiora ijs quę sunt proposita ad id quod est nobis propositū reuertamur. Quid erat autē propositū? Meméto domine Dauid, & oīs mansuetudinis eius. *Sicut iurauit domino: uotum uouit deo Iacob.* Cùm proposuisset dicere de mansuetudine, ijs prętermissis quę Sauli fecerat, quæ fratribus, quæ Ionathæ, lenitate & patientia qua usus erat in militem qui eum aspergebat mille probris ac male dictis, & his longè plurib⁹, ad aliud caput deducit orationem quod maximum in se zelum & ardorē continet. Quare ergo hoc facit? Duabus de causis, una quidē, quoniam Deus eo maximè delectatur. Super quem enim, inquit, respiciam, nisi super mansuetum & quietum, & trementem uerba mea. Alia uerò, quoniam hoc erat quod maxime urgebat, nē pe tēpli constructio, & ciuitatis ędificatio, & antiq̄ status reipublicæ redditio, ad hoc maximè dirigit orationem, & illud quidem prætermittit ut quod sit manifestum & in confesso, cognita autem erat omnibus eius mansuetudo. Id autem, quod maxime opus habebat ad suum institutum, id in medium adducit. Quid enim desiderabat? Videre templum excitatum, uteresq; ritus & ceremonias restitutas. Quoniam ergo Dauid erat ea re maxime insignis, tanquā illius studij & animi remunerationem, petit à deo templi ædificationem, & dicit, Meméto domine Dauid, & omnis māsuetudinis eius. Sicut iurauit domino, uotum uouit Deo Iacob. *Si introiero in tabernaculum domus meæ. Si ascendero in lectum strati mei. Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis. Donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob.* Et quid hoc ad te? Quoniam, inquit, ab eo genus duxi, & quoniam cum tibi fuisset acceptū eius studium & diligentia, dixisti te eius genus & regnū erecturum: propterea hæc pacta conuenta nunc à te exigimus. Non dixit autem, Donec ædificauero, hoc enim non fuerat ei permissum, sed, Donec inuenero locum domino, & tabernaculum. Deinde eū quidem qui est ædificaturus præterit, eum uerò q̄ est pollicitus in medium adducit, ut scias quātum bonum sit rectus animus, & quomodo Deus semp consueuerit recto animi instituto & bonæ uoluntati mercedem constituere, & ideo eius potius meminit, quoniam ipse est potius qui ædificauit, quā filius. Hic enim pollicitus est: ille uerò iussus est. Vide autem maximam eius animi alacritatem. Non solum dicit se non ingressurum domum, nec lectū ascensurum, sed ne ea quidem quæ erant naturalis necessitatis securè desumpturum, donec inuenerit locum & tabernaculum deo Iacob. Quorum contraria eis à deo obijciebantur, dicente. Vos quidem habitatis in domibus laqueatis, domus autē mea est deserta. Donec inuenero locum domino, taber

Num. 12. Exo. 32. — 1. Re. 16. 1. Reg. 17 2. Reg. 18 — Esa. 66 — Mat. 5 Ps. 131 Esa. 65. Amos. 1 1. Par. 17. 22. 28 — 2. Cor. 18 — Agg. 1 κοίλοις θμοις

Universidad de Deusto Biblioteca

Gnaculum deo Iacob? Vide hic rursus studiũ & animi solicitudinem. Rex dicit. Donec inuenero locũ domino, & tabernaculum deo. Rex, inquam, qui in omnes dominatum obtinebat. Nolebat enim solũ modo extruere, sed etiam in loco aptissimo & domino ualde conuenienti, & opus ei erat inquisitione, tanta erat animi uigilantia. 1. Re. 5. 6. 7. *Ecce audiuimus eam in Ephrata. Inuenimus eam in campis syluæ.* Narrat nunc uetera, ostendens arcam anteà longo tempore errasse, locum loco mutãtem, & ideo dicit, Ecce audiuimus eam in Ephrata. Hoc est, Ea narrauerũt nobis patres nostri, hæc ex auditione accepimus, quod cum tunc quoque ubique oberraret, in agris & campis postea collocata est. Hoc ipsum nũc quoque fiat. Ephrata hic dicit tribum Iuda, ad quam post longam circuitionem deducta est. εἰσελθὼμεθα introea mus. *Introibimus in tabernaculum eius. Adorabimus in locum ubi steterunt pedes eius.* Vidisti quàm crasso dicendi modo usus est, propter stuporem eorum qui audiebant, dicẽs dei tabernaculum, & pedes, & locum, ubi stabant pedes eius. Hæc autem omnia dicit locũ arcæ, quoniam ex eo loco edebantur horribiles, de rebus quæ ad Iudæos pertinebant, quæ erant dubia & obscura soluentes, & futura prædicentes. προσκυνησωμεν adore mus. *Surge domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.* Alius, Fortitudinis tuæ. Alius, Potentiæ tuæ. Vtraque autem uera, illinc enim tradebatur sanctitas: & quæ erant ei imposita literæ, erant & sanctitatis effectrices, & roboris. Pulchrè ergo sic dixit. Magnã enim deus per eam, potentiã ostendit semel, & bis, & sæpenumero, ut quãdo capta est ab Azotijs, quã do simulachra deiecit, quando eos qui ceperant p cussit, quando ea reddita ut plaga cessaret effecit, & per alia quę illic fecit, suam ostẽdit potentiã. Quid est autem, Surge in requiem tuã? Fac, inquit, Vt nos desistamus errare, & arca circunferri, & ea tandem aliquando quiescat. *Sacerdotes tui induentur iustitia.* Alius, uestiantur. Alius, Induãtur, qđ qdẽ est apertius. Est. n. precantis, non prædicentis, & petentis possessionem uirtutis. Iustitiam autem hic dicit ritus & ceremonias, sacerdotiũ, cultum, sacrificium, oblationes, & cũ his perfectam uitę institutionem. Exo. 29. Exc. 44. quoniam ea est maxime requirenda à sacerdotibus. *Et sancti tui exultabunt.* Vbi hæc scilicet facta fuerint. Vide eum non quærere ædificationem ciuitatis, non rerum uenalium abundantiam, non aliarum rerum prosperitatẽ, sed templi decorem, & arcæ requiem, sacerdotum plenã perfectionem, ritus ac ceremonias, cultum, sacerdotium. Deinde quoniam hæc petierunt, ipsi autem fuerũt multis peccatis obnoxij, ad parentem rursus confugit, dicens. *Propter Dauid seruum tuum.* Quid est, Propter Dauid seruum tuum? Nõ propter, inquit, illius tantum uirtutem, nec quòd tantum studium posuit ad hoc ut templum excitaret, sed etiam propterea quòd id es ei pollicitus. Propter Dauid seruũ tuũ, Ne auertas faciem Christi tui. Cuiusnam, inquit, Eius qui unctus est, populumq; regit, & ei præest. Non frustrabitur eum. *Iurauit Dominus Dauid ueritatem, & non frustrabitur eum. De fructu uentris tui ponam super sedem tuam.* Postquã Dauid meminit, & uirtutis uiri, & studij quod in templum contulerat, & uetera narrauit, & ut in priori uitæ instituto appareret rogauit, id quod est maximum caput adducit, legẽs Dei promissa. Quenam autem ea sunt? De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Sed promissa non facta sunt purè & absolutè, sed cum ei accedente quadam conditione. Quæ nam autem erat ea cõditio? Audi, subiungit enim. *Si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc quæ docebo ipsos, & filij eorum in æternum sedebunt super thronum tuum.* Cum his uerbis concepta promissa Deus feciſſet, eis tradidit chirographum: Illi autem rursus dixerunt, oia quæcunque dixit Dominus faciemus & audiemus. Deinde quoniam uidebat unã partem esse pacta conuenta transgressam, deducit orationem ad locum, consolationem undique excitans, & dicens. *Quoniam elegit Dominus Sion, Elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in sæculum sæculi. Hic habitabo, quoniam elegi eam.* Hoc est, Non homo locum elegit, sed Deus ipsum sua sententia constituit se ad eorũ imbecillitatem demittens. Hoc est ergo quod dicit, quem elegisti, quem tua sententia costituisti, quem aptum esse censuisti, ne permittas ut collabatur & intereat. Hęc enim dixisti, sic habitabo. Sed hęc dicebat cum illis pactis conuentis. Quibusnam? Si custodierint filij tui testamentum meum. *Viduam eius benedicens benedicam. Pauperes eius saturabo panibus.* Alius, Cibum eius, dicit uenationem, rerũ uenalium abundantiam, anni fertilitatem, & precatur ut hęc omnia eis tanquam à fontibus affluant. Talis enim erat olim Iudæorum reipublicę status, ut eis omnia tãquam à fontibus affluerent, nec sentirent ullas naturales necessitates, siquando Deum haberent propitium, nulla enim erat apud eos penuria, non pestis, nec mors immatura, nec aliquid eorum quæ solent euenire hominibus, sed eis omnia tanquam ex fontibus effluebãt, Dei scilicet manu corrigente humanarum rerum imbecillitatem. Hoc ergo his dicit. Pollicitus es te esse benedicturum eius uenationem, hoc est se præbiturũ rerum necessariarum copiam cum multa securitate, pauperes eius saturabo panibus. *Sacerdotes eius induam salutari, & sancti eius exultatione exultabunt. Illic producam cornu Dauid: Paraui lucernam Christo meo. Inimicos eius induam confusione. Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.* Vide undiq; cõflatã & constitutã prosperitatẽ, ex eo quòd rebus necessarijs non egeant, ex eo quòd in tuto sunt sacerdotes, ex eo quòd populus sit in lætitia, ex eo quòd Rex sit fortis & potẽs. Hic. n. dicit lucernam, uel regem, uel defensionem, uel salutem, uel lucẽ. Cum his aũt dicit maximũ genus prosperitatis. Quodnam id est? Abscondi inimicos, & nullum esse qui his bonis possit aliquid detrimenti afferre. Non dixit autem absolutè interitum, sed pudorem ac confusionem, uolẽs eos se uiuos abscondere & latebras quærere, & per ea quæ patiuntur testari quãta sit uis & felicitas huic genti. Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Hoc est, super populum. Pro eo autem quod est, sanctificatio, alius dixit, Cornu. Alius, Eius ẽgregatio. Alius, Eius ẽgregatum. Quid est ergo qđ dictum est? Mihi uidetur hic dicere, prosperitatem, securitatem, uires, regnum quæ ei ẽgregati ab initio. Hæc, inquit, manebunt florentia, pullulantia, non flaccida, neque decidentia, sed hæc oia erunt, si maneat ea quæ prius dicta est cõditio. Quenam autem ea est? si custodierint filij tui testamentum meum. Solæ enim Dei promissiones nobis bona non præbẽt, nisi nos quoque faciamus quę in nostra

K nõ infirmabit aut irritam faciet ea. Exo. 24. L Viduam, ἔκφυλον, uenationem. Interpres aũt uidetur legisse, χήραν, Leui. 26. Deut. 28. Esa. 1. M Montem ὄρη, montes. 3. reg. 12.

A stra potestate sita sunt, nec oportet ea attendentes esse supinos ac remissos. Multa enim quæ promisit, bona Deus non facit, si qui promissa susceperunt, inueniantur indigni, quemadmodum & mala quę minatus est non educit in opus, si ij qui eum irritarunt, postea mutantur, & iram expellunt. Hæc cum nos quoque sciamus, non simus propter promissa socordes, ne corruamus, nec propter minas desperemus, sed mutemur. Ita enim poterimus nos quoq; futura bona consequi, Gratia & misericordia Domini nostri Iesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen. Hie. 7. 18 41. Exc. 33.

IN PSALMVM. CXXXII.

Cce quam bonum & quam iucundum hab itare fratres in unum. Alius, Ecce quàm bonum & quam pulchrum. Multæ quidem res sunt pulchræ & honestæ, sed carẽt delectatione, quemadmodum aliæ sunt quidem rursus iucundæ, sed deest eis honestum. Non facilè autem contingit ut utraque conueniant. Sed in hoc quod dictum est hæc utraque concurrunt, & uoluptas, & honestas maxima. Hoc enim in primis habet charitas, quòd cum utilitate sit eadem facillima atque iucundissima. Eam ergo hic quoque laudat. Non dixit enim absolute habitationem, neque una contineri domuncula, sed in unum habitare, hoc est, cum concordia & dilectione. Hoc enim facit unam esse animam. Deinde postquam dixit honestum & iucundum, reddens quod dicitur clarius, per exẽpla rem exprimit, & corpales ponit similitudines, quæ possint auditoris oculis eam melius subijcere. Vide autem quænam sunt similitudines. *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Quod descendit in oram uestimenti eius.* Hic enim cũ esset Pontifex, ungebatur hoc unguento, & undique distillabat, erat autem ualde gratus, iucundus, & amabilis ijs qui eum uidebant, propter hanc unctionem. Quemadmodum ergo ille, inquit, unctus hoc unguẽto, est hoc habitu decorus, ultu lætus, & multa repletus fragrantia, gratiãq; præbet uidentibus oculis: ita etiam hoc pulchrum est, & quemadmodũ illud spectaculum non solũ est uisu pulchrum, sed etiam delectat oculos: Ita etiam hoc affert uoluptatem animæ. *Sicut Ros Hermon qui descendit in montem Sion.* Adduxit etiam aliam similitudinem, quæ multã habet iucunditatem, & spectatori præbet delectationem. Hæc autem non absque re posuit: sed quoniam ante captiuitatẽ decem tribus & duæ erant dispersæ, ac diuisæ, & id fuit causa multæ iniquitatis, eosq; ad seditiones, contentiones, & bella impulit: nec hæc fierent, suadet & consulit ne populus amplius distrahatur, sed simul habitet & sit conuinctus, & uni administratori & regi pareat, & charitas ab initio ad finem usque diffluat tãquam ros omnes perua dens. Comparat autem charitatem unguẽto & rori. Per illud quidem, suauitatem odoris, per hunc uerò, quietem & delectationẽ uiuus uolens ostendere. *Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem.* Vbinam? In tali habitatione, in tali concordia, in tali contubernio. Hoc est enim benedictio, quemadmodum contrarium est maledictio. Quocirca hoc quoque laudat, quispiã, dicens. Amicitia fratrum, & cõcordia proximorum, & uir & mulier secum consentiẽtes. Et alius uires eius significans, dicit. Si duo dormierint, & calor erit ipsis, & funiculus triplex non facile rumpetur. Nam & uoluptatem hic ostendit, & uires, nempe quòd quiescentibus magna erit uoluptas, & magnę erũt uires operantibus. Et rursus, frater à fratre adiutus est tanquam urbs ualida. Porrò aũt Christus quoque dicit, Vbi fuerint duo, aut tres cõgregati in nomine meo, illic sum in medio eorum. Iam uerò ipsa quoque hoc natura exigit. Quocirca Deus quoque cum hominem fingeret, dicebat. Non est bonũ hominem esse solum, & cum faceret hoc animal, mulierem, inquam, propter necessitatem eam uiro colligauit, mille modis nos inter nos coniungens. *Et uitam usque in sæculum.* Hoc pulchrè adiecit. Vbi. n. est dilectio, illic est copiosum à Deo auxilium, magnaq; securitas. Ea est mater bonorum, ea est fons & radix. Ea est bellorum exitium, contentionis meritus. Quocirca id significans, subiũxit, & uitam usque in sæculum. Quemadmodum enim seditio & contentio mortem parit, eamq; immaturam: ita etiam dilectio & consensio, pacem & concordiam. Vbi autem est pax & cõcordia, uita est tutissima & longè securissima. Et quid opus est dicere præsentia? Ea enim nobis cœlum largitur & bona ineffabilia, & est regina uirtutum. Hæc ergo cum sciamus, eam diligenter persequamur, ut & præsentibus bonis fruamur & futuris. Quæ detur nobis omnibus assequi, gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi. Cum quo patri gloria simul cum sancto spiritu in sæcula sæculorum, Amen. Ephes. 5. Phil. 2. Exo. 29. Eccle. 25. Deut. 28. D θερμη, Eccles. 4. Prou. 18. Mat. 18 Gen. 2. Rom. 13. Galat. 5. E Ioh. 14. 2. Cor. 13.

IN CXXXIII. PSAL.

Cce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini. Qui statis in domo Domini. Psalmos de gradibus hic absoluit, oratione pulchro fine conclusa, laude scilicet & benedictione. Vult autem esse Dei seruos, nõ solum in decretis & dogmatibus, sed etiam in accurata uitæ institutione. Et ideo adiecit, Qui statis in domo Domini. *In atrijs domus Dei nostri.* Eum enim qui est impurus & prophanus, nefas est sacrosanctos ambitus conscendere. Quamobrem si quis dignus est qui conscendat, is quoq; dignus est qui benedicat. Domus. n. Dei est cœlo similis, & quemadmodum ex aduersarijs potestatibus nullam fas est illuc ascendere: ita nec in domum Dei. Considera ò homo quantã dignitatem assequeris, & cum tuipse quoque tẽplum factus sis, quanta à te iure sit præstanda puritas. Quomodo autem præstiteris puritatem? si omnem malam cogitationẽ expuleris, si feceris ut ad mentis prædium diabolicis actionibus nullus pateat aditus, si tãquam in sanctis adytis perpetuo tuum animum exornes. Si enim in templo Iudaico non licet omnibus quẽuis locum ingredi: sed erãt multa & uaria discrimina, & erat hic quidẽ locus præstitutus proselytis. Ille uerò Iudæis, qui fuerant ab initio. Alius autem sacerdotibus, alius uerò Pontifici soli, idq; non semper, sed semel in anno: cogita apud te quanta tibi sanctitate opus sit, qui signa multo maiora acceperis quàm quæ sancta sanctorum tunc acceperint. Neque enim Cherubim, sed ipsorum Cherubim Dominum habes inhabitantem, neque urnam, & mannã, & tabulas lapideas, & uirgam Aaron, sed corpus & sanguinem Dominicum, et spiritum pro litera, et gratiam quæ superat humanam cogitationem, et donum inenarra- 1. Co. 3. 6. 2. Cor. 6. 2. Par. 23 Heb. 9. Heb. 9. 1. Cor. 11. 2. Cor. 3. Ioh. 1.

G bile. Quo autem maioribus signis ac symbolis et magis uenerandis sacramentis dignatus es, eo maior est à te præstãda sanctitas, et eo eris maiori obnoxius supplicio, si quæ iussa sunt transilieris. *In noctibus extollite manus uestras in sancta*. Alius, sanctè. Alius, sacrosanctè, *Et benedicite Domino*. Cur dicit, In noctibus extollite manus uestras? Docẽs nos non eam totam in somno consumere, et ostendens puriores tũc esse preces, quando et mens est leuior, et nobis est plus otij. Quòd si i nocte oportet ad sancta accedere: considera quãnam consequetur ueniam, qui ne domi quidẽ illo tempore preces fundit. Propheta quidem te è lecto excitat, et deducit in templum, iubẽs totam illic noctem agere. At tu ne domi quidem manẽs, hoc facis. Pulchrè autem dixit, sanctè, docens esse orandum absq; malis cogitationibus, absque odio et maleuolentia, absque auaritia, absque ullo alio eiusmodi peccato, quod affert animæ exitium. Et benedicite Domino. Hoc est enim maximè perfecta benedictio, quando uerborum et uitæ fuerit numerosus concentus, et per opera Deũ gloria et honore afficeris, ut uult Euangelium. Quidnam dicens? Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, et glorificent patrem uestrum qui est in cœlis. *Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram.* Hoc est, Si hæc feceris, consequẽris quoque Dei benedictionem, si pernoctes, si sanctè ores, si sis dignus stare in domo Domini, si teipsum templum aptum præbueris. Postquam ergo ea quę oportuit exhortatione usus est, precatione concludit orationem. Hoc est enim optimi doctoris, et consilio auditorem dirigere, et precibus cõfirmare robustumq; reddere. Quid sibi uult per hoc qd dicit, Ex Sion? Erat eis nomen desiderabile, sacriq; omnes ritus et sacrosanctæ ceremoniæ illic peragebantur, et ideo precatur ut recuperent priorem statum reipublicę, illosq; sacros ritus et sacra illa peragant, et cõsequantur benedictionem. Deinde eos sustollens ad altiora dogmata, et Deum ubiq; esse docens, iussisse autem templum ædificari propter illorum imbecillitatem, et oportere eum undique inuocare, subiunxit, Qui fecit cœlum et terram. Sed illi quidẽ eum tunc illic inuocabant. Nos autem in omni loco, in omni agro, in domo, in foro, in solitudine, in naui, & in diuersorio, & ubicunque fuerimus. A loco.n. non prohibentur preces, modo sint mores, qui precibus conueniant. Postquã ergo in hac re nos rectè gesserimus, deum ubique inuocemus, & aderit, nosque contrectabit, & quæcunque sunt nobis difficilia, facilia reddet & expedita, & nos bonis futuris dignabitur. Quæ detur nobis omnibus consequi, Gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi. Cui gloria & potentia nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Psal. 76.118 Act. 16. Esa. 1. Zec. 3. Mat. 5. 2. Par. 6. 7 Psal. 64 Deut. 12. 16. Mal. 1 1. Tim. 2.

IN PSALMVM CXXXIIII.

Audate nomen domini, Laudate serui dominum.
Qui statis in domo domini, in atrijs domini Dei nostri. Laudate dominum, quoniã bonus est. Ad hoc rursus hortatur sacrificiũ, quod fit per laudes. Hoc est enim deo sacrificium & oblatio. Et ideo alibi quoque dicit, Laudabo nomẽ dei mei cum cantico, magnificabo eum in laudatione, & placebit deo super uitulum nouum cornua àproducentem & ungulas. Loci autem & atriorum assiduè memi-

nit, eos loco affigens, & non sinens resilire, quãdoquidem in principio quoque ipsum ideo iussit extruere, ut omnis impietatis & simulachrorũ interitus causa esset, quod omnes in unum locum cogerentur, & non libere & effuse uagarẽtur, nec nemora, fontes, montes, & colles usurparent & conuerterent in occasionem impietatis, illic sacrificantes & libantes in excelsis. Quocirca eum quoque morte damnat qui extra templum sacrificat, dicens. Qui nõ obtulerit i tabernaculo & sacrificauerit, sanguis ei imputabitur. Ea de causa eos undiquaque illuc in unum locum cogit, ut audientes, se modestè & temperatè gerant, à falsáque & erronea cogitatione abstineant. Iubet autem eos canere, psallere, & laudare, quod quæ deo fiebant, laudes, erant eis occasio pietatis, dum continerẽt ueters narrationes, ea nempe quæ in Aegypto, quæ in solitudine, quæ in terra promissionis facta sunt, quomodo lex lata sit quæ gesta sunt in monte sina, & quænam bella cõfecerunt, simúlque uno & eodem tempore & Deus laudate afficiebatur, & qui canebant, argumẽtum doctrinæ capiebant, quæ & uitam eorum componebat, & ad perfecta dogmata deducebat. Laudate dominum, quoniam bonus. Alius, Quoniam benignus est. Quod est ijs qui audiunt maxime expetẽdum, hoc ponit assiduè, humanitatem, misericordiam, benignitatem. *Psallite nomini eius quoniam suaue est.* Hoc dicit, ostendens rem ipsam habere quandam uel per se uoluptatem una cum utilitate. Principale enim eius lucrum est, ad deum hymnos dicere, animam expurgare, cogitationem in altum extollere, uera & accurata dogmata discere, de presẽtibus & futuris philosophari. Habet autem cũ his per melodiam, & multam uoluptatem, & consolationem aliquam & recreationem, & facit eum qui canit grauem & uenerandum. Quod autem tales efficit, clarum est ex eo quod alter quidem interpretatur, decorum: Alter uerò, Suaue. Ambo autem uera dicunt. Nam licet sit millies petulans is qui canit dum psalmum reueretur, sopit tyrannidem sue petulantiæ, licet sit oppressus malis innumerabilibus, & ab ægritudine animi occupetur, dũ demulcetur à uoluptate, leuat animum, extollit cogitationem, & mentem sublime euehit. *Quoniam Iacob elegit sibi Dominus: Israel in possessionem sibi.* Non dicit beneficia quę sunt eis cum alijs communia, sed quod est eorum proprium & eximium. Quodnam autẽ erat hoc? Quòd Dominus populum eum elegit, & sibi dedicauit, & prẽter alios peculiarem quandam in eos ostendit beneuolentiã. Id autem faciunt ubi que prophetæ, ex beneficijs in se collatis permulta quæ ab eis dicuntur componentes. Quid est autẽ, In possessionẽ sibi? Inopes in facultates. Etsi enim sit populus exiguus, eum tamen tanquam diuitias elegit, non paucitatem, sed uirtutem attendens, ad quam eos uolens deducere, eligit eo scilicet, quod alij homines non tantas ei opes parent quantas hic populus, quum hoc etiam fuit & ex eius qui illum elegit beneuolentia, & ex eorum institutione. Scit enim Paulus quoque appellare diuitias salutem hominum, ut quando dicit. Idem enim Dominus, qui est diues in omnes, & super omnes qui inuocãt ipsum. Vides quomodo ostendit dei in eos beneuolentiam, prouidentiam, curam, affectionem, cũ eos uocauerit possessionem. Per hæc utraque ergo ostẽ

1. Reg. 19 Exo. 19 Deu. 7. 26 Ro. 10

A dit eximiam in eos prouidẽtiam & quòd elegerit, & quod in suam possessionem. Vidisti quomodo ostenderit eius humanitatem, & ideo incipiens dixit, Laudate dominum, Quia bonus est Dominus. *Quia ego cognoui quòd magnus est Dominus.* Ecce aliũ affert laudandi causam. Dic mihi autem rogo. Tu nosti, alij uerò non norunt? Norunt quidem, sed non ita ut ego. Est enim ualde sanctorum, & eorũ qui plurimum ascenderunt, accuratius eius cognoscere maiestate, non quidem quænam sit uniuersa (hoc enim fieri nõ potest) sed alijs apertius. *Et Deus noster præ omnibus Dijs.* Ecce, inquit, qui dicit magnũ esse dominũ, & se id nouisse, procedẽs, ei quod dixerat detrahit, & eum confert cum alijs, et per comparationem ei excellentiam tribuit. Nequaquàm. Sed tunc loquebatur, habens rationem eorum qui audiebant paulatim eos ad id deducens. Neque enim hoc admodum magnum eum ostendit, quod dicatur esse maior, et magnus præ illis. Sed, sicut dixi, moderatur orationem humilitate auditorum, eos paulatim sustollens. Bene enim tũc cum eis agebat, & ad perfecta dogmata deducebat. Laudate

B tur, quòd hæc audiuissent et persuasa haberẽt. Qđ enim omnes citra ullam comparationem superat, ostendit per ea quæ sequuntur, afferens maximum argumentum eius potentiæ, et ostendens se priora dixisse propter imbecillitatem auditorum, et ideo quando tantum enuntiat, parua dicit. Quando autem confirmat et demonstrat, et eius maiestatis affert probationem, magna dicit. Quid ergo postea adducit, quod sit eo dignum, et quod sit dei tantũ? Vide, subiungit enim. *Omnia quæcunque uoluit Dominus fecit in cœlo & in terra. In mari & in omnibus abyssis.* Vidisti potentiam cui nihil omnino deest. Vidisti fontem uitæ. Vidisti uires inexpugnabiles. Vidisti excellentiam omnino incomparabilem. Vidisti potestatem quæ nullo modo prohibetur. Vidisti ei omnia expedita et facilia. Omnia quæcũque uoluit fecit. Dic ubinam? In cœlo et in terra. Hoc est, Non hic solum, sed etiam in cœlo. Non in cœlo solum, sed etiam in terra. Non solum in terra, sed etiã in mari et in omnibus abyssis. Per abyssum enim dicit quæ sunt infra terram, quemadmodum dicẽdo, In cœlo, ea quę sunt super cœlos. Vnde cum tot et tanta sint, uoluntas eius nequaquã impeditur, sed omnia peruadit, et quod est admirabile, is q ea fecit, non negocio ullo nec labore, non iussu, sed uoluntate fecit, Solum enim uoluit, et opus statim cõsecutum est. Vidisti quomodo ostenderit quam facilia, explicata, ac copiosa fuerint eius opera, et quomodo eius potestas prohiberi non poterat. Deinde mittens dicere de cœlo & terra, et mari, affert eaq̃ sunt in eis, sed nec omnia quidem quæ sunt in eis, sed cũ prætermisisset ea quæ sunt in cœlo, etsi sint admirabiliora, dicit ea quæ sunt circa cœlum. Qua de re? Quoniam illa quidem etsi magna essent, erãt tamen multis ignota. Hæc autem licet minora, cernebantur, et omnes habebant spectatores. Quoniã ergo uerba faciebat apud homines, qui non adeò fide ducuntur ad ea cogitanda quæ non apparent, sicut ex ijs quæ apparent ueluti manu deducuntur ab ijs incipit texere orationem, et doctrinam incipit, quod alijs faciendum suadet hoc ipsum faciẽs. Quodnam hoc? Deum ex eius operibus laudare, et bonis eum uerbis prosequi, unumquodque eorũ quę fiunt discendo, et pro unoquoque gloria et honore Deum afficiendo. Quoniam enim ad Deum laudandum adhortans, assiduè dicebat, Laudate serui dominum. Laudate nomen Domini, ostendit etiam quomodo laudare oportet, persequendo uniuersum corpus creaturæ, & admirãdo sapientiam, prouidentiam, potẽtiam, curationem. Hinc discimus non esse hoc solum nostrum mare, sed multa & diuersa, & infinita maria. Dixit enim, In maribus, & omnibus abysis. Caspium enim, & indicum, & rubrum, sunt ab hoc utiq; disuncta, & oceanus qui ambit extrinsecus. *Educens nubes ab extremo terræ.* Alius, Sustollens. Alius, Attrahẽs ab extremis finib⁹. Alius, A finibus. Hoc etiam in Iob dictum est. Alligans aquam in nubibus eius. Et Solomon. Continens aquam in uestimento. Hic autem non hoc, sed aliud mirabile. Quidnam? Quòd aer cùm crassior fuerit, sursum fertur & transmittitur, & ascendit id quod graue est, uia contraria ingrediens. Porrò autẽ est admirabile qđ aqua in eo cõtineatur. Sed multo admirabili⁹ quòd in eo quòd leue est contenta feratur, & adhuc admirabilius, quòd quæ ab illo aere continetur, postquàm è nube effluxerit, ab aere qui sequitur non amplius cõtinetur, sed undique diffluit, & in terram defertur. Atqui si ea contineretur natura, oporteret eam etiã contineri in aere. Quemadmodum enim siquis pmisisset utrem in aere aqua pleno, deinde ferretur ab aere: ferretur etiam aqua quæ intus continetur, si effluxisset ab utre: ita consentaneũ esset hic quoque fieri. Sed quoniam sunt admirabilia, & superãt opinionem quæ fiunt, supra consequentiam, & supra rationem omnem fiunt hęc omnia. Quod.n. in nubis aere continetur, non continetur in aere qui consequitur. Vidisti rẽ admirabilem, & nescio quo modo, quòd cæteris uidetur esse minus, id cum posuit, fecit ut sit admirabile. Deinde ostendit etiam aliud admirabile, dicens, Ab extremo terræ. Nõ solum enim ascendunt, sed etiam uadunt, nec ubi apparuerunt, illic emittunt pluuiam, sed cum multa sæpe loca prætercurrerint, alibi imbres pariunt, ciuitatibus & gentibus præteritis. Non est ergo hoc solum mirabile quòd sustollũtur, sed etiam quod incedunt tanquàm in tabulatis, ferentes tantã molem aquarum. *Fulgura in pluuiam fecit.* Vide rursus aliud mirabile, & diuersas naturas conuenientes. Neque enim fulgure est quicquàm magis igneum: neque aquis est aliquid frigidius, eę tamen miscentur, nec confunduntur, neque contemperantur, sed unaquæque conseruat suos fines. Manens.n. ignis in aqua, & aqua in igne, neque hic illam exiccauit, nec illa eum extinxit. Atq fulgur est igne solari acutior, & splendidior, & eo magis secat, ac diuidit. Id testatur uisus, qui cum radijs solis assiduè congreditur: illius autem impetum ne tantillum quidem ferre potest. Et sol quidem per totum diem cœlum percurrit. Illud autem minimo momento temporis uniuersum orbem terræ. Quẽadmodum Christus quoque testatur, dicens. Quemadmodum fulgur proficiscitur ab oriẽte, & apparet usque ad occidentem. *Qui producit uentos de thesauris suis.* Hęc est rursus alia naturæ species, quæ nobis non paruum usum exhibet, sed tantum, ut uitæ nostræ plurimũ conferat, & exhausta & labore confecta corpora recreet ac refrigeret, & aerem efficiat leniorem. Hoc est enim munus uentorum, aerem suscitare ac uen

C Esa. 46. 50 Dan. 4 Ro. 9. Ephe. 1. Iac. 1.

Iob 11. Ro. 11. 1. Tim. 6

ἐν τοῖς θαλάσσαις, In maribus.

Iob. 26. Eccl. 43

Mat. 24

Gtilare,ut non,si sit immobilis, corrumpatur & intereat,fructus maturare,corpora nutrire. Quid uerò dixerit quispiam usus eorum in nauigatione: tẽpora quibus certo & cõstituto ordine oriuntur, et sibi inter se uicissim cedunt, in mari choreas ducẽtes,et nautas transportantes? Hic enim transmisit: ille uero excepit,& contrarias uias ingrediuntur,et ministrant, et pugna eorum est rursus uitæ nostræ utilis. Alia innumerabilia dici possent uentorũ munera.Hæc tamen omnia propheta prætermittẽs, et auditori colligenda relinquens, eorum fabricationis facilitatem ostẽdit.Nam quod dixit, Ex thesauris suis, non hoc significat, aliquos esse uentorum thesauros,sed eius qui imperat facilitatem indicat, et quàm sit creatura prõpta et expedita. Quemadmodum enim q habet in thesauro, securè omnia, et quãdo uult, profert:Ita etiam uniuersi opifex fecit facile,et naturæ tradidit. Vidi quanta sit etiam aere differẽtia, quẽadmodum sunt in aqua et igne multæ mutationes. Aquarum enim aliæ sunt fontanæ,aliæ uerò marinæ,aliæ autem aeriæ, aliæ quæ sunt in nubibus,aliæ uerò cœlestes, aliæ quæ sunt H supra cœlos,aliæ quæ sunt subterraneę. Et in igne, hic quidẽ est in Sole, ille uerò in luna,alius in fulgure, alius in aere, alius qui sit ex lignis, qui est apud nos,& is qui est in lucernis. Alius qui ex terra, est enim sæpe eiusmodi ignis, q è terra editur sicut fontes aquarum, alius qui sit ex collisis lapidibus, alius qui est in comis arborum quæ ipsæ quoque colliduntur.Alius autem in fulminibus. Ita etiam in aere, hic quidem est crasior q est circa nos: ille uero subtilior: qui est autem superior,rursus magis igneus. Porrò autem uẽtorum quoque sunt multę, differentię, hic quidem subtilior:ille uerò crasior, alius qdẽ frigidior:ali⁹ uerò siccior,alius qdẽ humidior:ali⁹ uero calidior. Aer ant & nubes, hęc quidẽ tardior:Illa uerò progreditur celeri⁹, inde ac si eẽt eques:illa etiam in nubibus & uẽtis, hę quidẽ sunt similes urnis & uasis aquarijs,ut quę aliquando q-dem sunt plenæ aquis:aliquãdo uerò ferantur inanes.Aliæ uerò sunt flabello similes. Tu autem hæc eorumq; diuersitatem & uarietatem cõsiderans,ad mirare opificem. *Qui percussit primogenita Aegypti ab*
I *homine usque ad pecus?* Postquam dixit generalia, & ostendit Dei prouidentiam in uniuersum orbem terræ,per fulgura,per uentos,per aerem,per nubes, per pluuias,& eorum nugas arguit, qui dicunt prouidẽtiam usque ad nubes pertinere,accedit ad singularia, nempe ad ea quæ sigillatim priuatimq; Iudæis facta sunt. Quod enim terra,& cœlum,& uniuersa quæ uidentur Dei benignitatem sentiant, ex ijs quæ dicta sunt ostẽdit.Vt autem memori & grato animo Iudęos efficeret, narrat etiam singularia, ostendens quòd qui est uniuersorum Deus, & qui omnium curam gerit,eis quædam propria beneficia largitus est. Quanquam quæ in illos quoque fiebãt, erãt rursus generalia. Quod ipsi enim electi essent ex alijs, id faciebat ut illos æmularentur.
Ro. 11 Quod Paulus quoque significans,dicit. Eodem dicto salus gentibus,ut eos æmularentur. Quemadmodum enim Pater, cum filij ab eo abscedũt, unũ ex eis sumit, & considere facit supra sua genua. Nõ hoc autem facit propter illũ,sed multo magis propter alios,ut eo honore morsi, ad patrem accurrãt, eandem indulgentiam sensuri:Ita etiam Deus fecit Iudæis.Eis enim non super genua, sed sup brachia, K
ut dicit Propheta, & super dorsum adsumptis & re- Ose.11.
ceptis, quæ sunt eis expetenda largitur, templum, sacrificia, & quæ maximè & cum maiore cura quæ rebant,in bello auxilia,uictorias, trophæa, rerum terrenarum copiã,& fructum fertilitatem, eis illos instruens & adornans, & alios ad æmulationem ad ducens.Sed quoniam euasuri erant improbi, si eis perpetuo blãdiretur, eos quoque per supplicia moderatur & componit. Magna est enim Dei sapiẽtia, & in rebus difficillimis & impeditissimis uiam exitumq; inuenit. Vide autem Prophetæ prudentiam, qui à generalibus ad hæc deduxit orationem, neq; enim stultus existimaret Dei prouidentiã non uersari in singularibus: Quãdo uenit ad generalia, tũc hæc quoque attingit,dicens, Qui percussit primogenita Aegypti. An non uobis uidetur hæc magis facta esse propter Iudæos? Si igitur ostendero hæc quoque facta esse propter alios, quid dicent qui dicunt Dei prouidentiam ad uniuersa minime pertinere? Quomodo ergo potest hoc ostendi? Maxime quidem sufficit à Deo enũtiata sententia, quæ hoc E
significat,& dicit,ut ostendam in te potentiã meã, L
& ut annunties nomen meum in uniuersa terra. Vi- Exo.9
disti mortem illam fuisse Euangelium,& plagam il- Ro. 9.
lam diuinitus immissam fuisse prædicationem, ut quæ ubique peruaderet,& Dei potentiam prædicaret. Vniuersi ergo orbis terrarum curam gerit, etiã quando res Iudæorum administrat. Atqui potentiam suam olim quoq; manifestam reddidit, ut in Ioseph,ut in Abraham, sed nunc tamen apertius. Gen.18
Quomodo? Tunc quidem per beneficium: nunc autem per plagam,nec intermittit, ut iam sæpe dixi,assiduè & in unaquaq; generatione seipsum ostẽ- Gen.40
dere,& manifestum reddere, non id autem semper Exo.11.
facit eodẽ modo,sed uarie & diuersis modis. Tunc Exo.7
quidem per uxorem Abrahæ, cum naturalem parturitionem mancam fecisset & mutilam. Postea autem per famem & copiosum rerum omniũ prouentum.Post hæc uerò per plagas frequentissimas. Quoniam ergo condemnabant deum imbecillitatis,ipsi & primogenitos exulterunt, & fluuiũ cruẽtarunt.Porrò autem eo ipso tempore uires quoque suas ei ostẽdit per quædam paulo obscuriora. Ob- M
stetrices enim Aegyptiorum, cum crudelia illa iussa contempsissent,& sęuum Regis decretum circũ- Exo.1.
scripsissent, magnus fuit earum prouentus. Vtraq; autem hæc erant Dei prouidentiæ, scilicet quòd & mulieres maiorem uirtutem ostenderint, quàm ij quorum erat caput redimitum diademate,& quòd eas remunerata sit,& in magnam multitudinẽ eas propagauerit.Illud enim, Bene fecit obstetricibus. Hoc est,Extensa est earum cognatio, etenim per ea ipsa beneficia quæ in Iudæos contulerunt,remunerationem à Deo acceperunt. Quoniam ergo non occidebant infantes, numerosam prolem eis Deus largitus est. Sed quoniam pergebant esse stupidi & omni sensu priuati, acriorem eis plagam inflixit,& dicit quidem uniuersis orbis terræ, didicerunt autem etiam Aegyptij, sed illi quidem ex auditu. Hi autem in ijs malis quæ sibiipsis euenerunt, & uisu & rei experientia Dei potestatem uiderunt. Etenim ideo eis prædixit, ne uideretur esse plaga mortis q fortuito aliquo casu euenisset. Quod itaq; alicubi dictum est de Seruatore, hoc hic quoq; dicere possumus.

A sumus.Quidnam? Dominare in medio inimicorũ
Ps. 109 tuorum.Non enim eis in solitudinem eductis, nec in aliquo alio loco, sed in ipsa ciuitate plagã itulit.
Exo.9 Vide autem in ipsa etiam plaga clementiam. Cepit priⁿ à pecoribⁿ, & tunc ad homines processit. Quis ergo non admiretur potentiã, & quomodo omnia in uno temporis momento simul attulit, lenitatẽ ac moderationem,& sapientiam ineffabilem. Neq; enim hanc primam plagam inflixit, eos uolens per alias corrigere, nec quando inflixit, non prædictã
Exo.5 inflixit. Quamobrẽ? Vt eos uerbis castigaret,& ne deuenirent ad rerum experientiam, nec rursus quoniam non correcti fuerunt, permisit ut esset plaga dubia.Nequis enim existimaret fortuitu aut morbum aut pestem incidisse,uide quot fiunt. Primũ
Exo. omnes in una nocte.Secundo omnia primogenita.
Exo.11. Si enim fuisset pestis, non sola tetigisset primogenita,secundis uerò pepercisset,sed omnes citra ullum discrimen peruasisset.Tertio si fuisset pestis, nõ abstinuisset omnino à Iudæis,& solos tetigisset Aegy-
B ptios,sed ea multo magis corpora confecisset, quæ labore & miseria & tot & tantis malis confecta fuerant, quæ paupertate & fame iampridem adeò exhausta erant, non Regum, & eorum qui erant authoritate & dignitate prediti, qui liberè & securè uiuebant, quibus omnia quæ ad cultum & ad uitæ admiculum pertinent abundè suppetebant. Si fuisset pestis,non repente & acertatim uenisset,sed antequàm ingruisset, aliqua indicasset principia.
Exo. 14. Nunc autem hæc simul fiunt,ut Aegyptorũ arguatur uecordia,etenim post hanc plagam, & postquã aperte didicissent esse plagã diuinitus immissam, persecuti sunt Iudæos qui recesserant, quod est signum maximæ eorum uecordię,& Dei maxima defensio.Quoniã enim erant signa cessatura, ea eiusmodi signi exitu concluſit, quo ea quæ ante facta sunt defendit apud eos qui uolunt attendere.Neqs enim diceret,Cur puniuntur omnes, cum Rex Iudæos detineret & peccaret? per hoc ultimũ soluit hãc dubitationem.Quomodo per ultimum? Quoniam quãdo percussa sunt eorum primogenita,uel
C inuito Rege Iudæos expulerunt.Quare etiam si uoluissent ab initio,potuissent esse eo superiores.Non igitur Regem ideo non uicerunt,quòd nõ possent, Sed quod nollent. Quinetiam ea quæ postea consecuta est, persecutio crimen eorum amplificat. Hoc
1.Reg.14 etiam euenit in Saul.Quando enim eius filium eri-
1.Reg.22 pere oportebat, omnes cõmuniter assentantes Regem licet se iniquè gessisset eripuerunt. Quãdo autem uolebat occidere tot sacerdotes, ne uocẽ quidem emiserunt,nec eos defenderunt.Quòd si tunc habebant naturam quæ pro eis faceret: hic etiam habebant iusti naturam. Erant enim sacerdotes,& erat cædes nefaria,quæ ex ira non ex recto iudicio oriebatur. Sed huius rei causa erat socordia, & qd sacerdotum uicem non ualde dolebant. Vide ergo in quæ mala postea inciderint.Illius enim negligẽtię non leues pœnas dederunt.Quando ergo factũ fuerit aliquid nefarium, nemo sit iners & ignauus, sed igne ardentior, nec minus doleat quã ij quibus fit iniuria,& ita plurima mala sistentur. Ab homine usque ad pecus. Cur autem etiam pecora? Quoniam propter hominem facta sunt, ea quoque punit propter hominem,ut augeat timorem, ut intensiorem reddat calamitatem, ut ostendat plagam es-

se diuinitus inuisam, & bellum procedere de cœ- D
lis.*Emisit signa & prodigia in medio tui Aegypte,In Pharaonem & in omnes seruos eius.* Quid est,In medio tui? Ps. 73
Vel locum dicit,uel idem est quod apertè & manifeste. Illud enim, In medio ubique idem significat quod aperte,ut quando dicit alicubi.Fecit salutem in medio terræ. Est enim medium manifestum oibus.Emisit signa & prodigia in medio tui Aegypte. Iure autem optimo, ea enim fiebant ad correctionem,& ad eos ostendendos qui erant lucri facturi. Non temere enim eueniebant,sed cum maxima ad mirabilitate. Quare et eo quod feriebant,& eo qđ admirabiliter, duplicem afferebant utilitatem. In „
Pharaonem & in omnes seruos eius.Vidisti potentiam ineffabilem, quomodo cum omnes simul essent,de eis sumptum est supplicium, & illi quidem patiebantur:alij uerò lucrabantur. Quomodo autem dicit, In omnibus seruis eius Atqui non habebant omnes primogenita. Sed dicit de alijs signis, & dum in Aegypto quidem hi ferirentur,lucrũ faciebant Iudæi.Dum autem in solitudine beneficio E
Iudæi afficerentur,alij iuuabantur,& plagas quidẽ inflixit hostibus,hos uerò affecit beneficijs,p utraque omnes iuuans. Et cur non hos quoque beneficio afficit? Quoniã soliti sunt plures homines,per- Iudi. 3.4
cussi,potius,quã beneficio affecti, Deum agnoscere.Quod enim nollet eos punire, uide eum assiduè Dan.4. Act. 1
differentem et plagas sustinentem, & per utraque ostendentem potentiam suam & clemẽtiam. Atqui sufficeret post unam,secundam,& tertiam,tanquã qui morbo immedicabili laborarent, eos omnino perdere,sed noluit,sed & quanquã futura præsciret & quòd nec quinta,nec sexta, nec decima meliores fierent,non desistit facere quæ sua sunt. Vnde maximè eius potestatem, curam,sapientiam & bonitatem admirari æquum est. Potentiam,quòd percussit. Curam quod sustinuit.Sapientiam, quòd cum sciret futura,quæ sua erant fecit,quòd ipsum quoq; est maximę clementiæ, quòd incipit à minoribus, Exon.7
quod ab ijs quæ non sunt prædita ratione. Progre- Exo.11.
diens autem ipsum quoque Regem attigit,quod et maximè fecit ut prædicarentur q eueniebant. Quæ F
enim priuato alicui accidunt, latere etiam consentaneum est. Quando autem uir est insignis qui plagam accipit, nihil uetat quominus res ubique audiatur.Postquàm autem dixit causam cur pulsauit, dicit etiam plagas.Sed neque eas sæpe recensẽt, neque sigillatim persequitur: sed cum eas uno uerbo significasset, prætercurrit dicendo. Emisit signa & prodigia in medio tui Aegypte. Deinde educit rursus populum ex Aegypto in desertum, ostendens se non esse deum tantum alicuius partis,nec in unam solam regionem dominatum obtinere, sed in uniuersum orbem terræ. Quocirca subiunxit dicens. Psal. 71
Qui percussit reges multos,& occidit reges fortes. Per to- 102.
ta uiam pignora dans suæ potentiæ, & in ipsis do- Ro.10
cendis per res ipsas deducens. Per bella enim prio- 1. Tim. 6
ra quoque docuit,quòd non natura aeris,non potentia elementorũ,nec aliquid aliud eiusmodi, sed Imperatoria manus quæ eos ducebat pro eis bellũ gerebat,& utrunque per utrunque ostendit, per ea quæ facta sunt in Aegypto, ea quæ in solitudine facta sunt & per ea quæ facta sunt in solitudine, ea q in Aegypto facta sunt. Quãdo enim ipsi absque armis acie & prælio inimicos profligabant eis apertè

Gostendebant quòd non opus habens elementis ea aduersus illos mouit, sed uarijs & diuersis modis uolens suam ostendere potentiam, ijs quæ sunt ad ea usus est. *Seon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan*. Non persequitur urbes, neque in singulis insistendo paulatim narrat prælia: sed rursus magno animo prætercurrit innumerabiles cateruas miraculorum. Cum enim posset immorari, & tragœdiã illam amplificare, non hoc facit, sed cum maxima se offerret multitudo & abundantia eorum quæ insigniter & præclare à deo gesta sunt, ea omnia prætercurrendo prosequitur. Atqui illi quidem erãt armati, & urbes munitas habitabant, & rei militaris & instruendæ aciei erant periti. Hi uerò exules, & bellandi ignari, à longa seruitute & diuturna tyrannide liberati, fame & egestate comsumpti, omnibus ad accipiendam iniuriam expositi. Sed erant oium potentissimi pp manũ q eos ducebat ac regebat. Erat ẽt bellũ iustũ. Neq; n. eos inuasissent, nisi illi eis causam, dedissent, & uiã eis interclusissent,

H qd est extremę inhumanitatis, & Idumæos nõ siuit
Deut. 23. ad bellum accedere. Ne enim silentio confidentes, post hæc rursus inuaderent, sed scirẽt cum quibusnam qdem bellare, à quibus uerò abstinere oporet ret, hoc facit in solitudine, per res ipsas legem eis cõstituens, quomodo oporteret uti eis qui illis occurrerent. Et *omnia regna Chanaan*. Vidisti ex his doceri uniuersum orbem terræ. Quemadmodum n. ignis spinas, ita ij omnes inuaserunt, nec poterat quisquã eos sustinere. Audi ergo quid dicat Balaam, q non à prophetis, nõ à Mose didicerat, sed à rebus ipsis.
Num. 23. Hæc est gens quę elingit omnem terrã. Vidisti proprie dictam metaphoram. Non dixit, Quæ bellum gerit, Quæ fundit & euertit, sed quæ elingit, uolẽs ostendere quàm facile ab eis pariatur uictoria, & quomodo citra sanguinẽ ab eis trophæa erigãtur, & sola eorum incursione inimici profligentur. Nõ opus, inquit, habent instructa acie, nec ut prælium committatur, sed tantum inuadere satis est, & omnia eis cędunt. Non solum enim ut lege belli & instructa acie uincerent effecit, ne quis ea quæ fiebant eis attribueret, sed elementa orbis terræ in

I eos commouebat, & ideo animos eorum primum
Ios. 10. deijciebat & perturbabat, & cadens grãdo multos
Io. 2. et 6. perdidit, & sol stetit, & bellum longius protraxit, & multa eiusmodi admirabilia facta sunt, & tubarũ sonitus uel igne uehementius in turres irruens, muros diruit. Hoc autem utrisque fuit utile. Nam & illi discebant bellum non geri ab hominibus, & hi docebantur, ut ad Deum respicerent, nec unquã de rebus gestis se iactarent magnósue spiritus sumerẽt, sed se honestè & moderatè gererent. Hoc ẽnim modo uicisse maius eis ornamentum afferebat quã uicisse, ut quod eos magnificos ac splendidos redderet, & modestiã doceret. Magnificos qdem ac splendidos, quòd talem haberent Imperatorem. Modestiam autẽ rursus docebat, quòd præclaris suis factis minimè intumescerent. *Et dedit terram eorum hæreditatem. Hæreditatem Israel populo suo*. Hoc quoque est maximum miraculum, quod non solum expellerent, sed terram etiam occupare possent, & urbes distribuere, qđ eis quoque magnam præbebat uoluptatem, magnum ornamentum, magnam lętitiã. Id autem dei quoque est potentiæ. Non enim parua res est occupasse regionem hostium, sed ad hoc
Dan. 2. quoque magno dei auxilio opus est. *Domine nomen* K
tuum in æternum, & memoriale tuum in generationem et generationem. Alius, Recordatio tui. Hic interrumpit orationis continentiam glorificatione, quod solẽt sancti facere. Postquã enim de dei miraculis aliqd dicere incipientes, instammati fuerint, nõ prius ad finem perueniunt, quàm pro ijs quę dicta sunt deũ gloria affecerint, & laudibus prosecuti fuerint, & ita suum desiderium impleuerint? Quod etiã Paulus ubique quidem facit: maximè autem in proœmijs epistolarum, ut quãdo dicit ecclesijs Galatię.
Gal. 1. Gratia uobis & pax à deo Patre nostro & domino Iesu Christo, qui dedit seipsum pro peccatis nostris secundum uoluntatem dei & patris nostri. Cui gloria in sęcula sæculorum, Amen. Et in epistola ad
Rom. 10. Romanos. Quorum adoptio, & gloria, & cultus, & legislatio. Quorum Patres, & ex quibus cultus & promisio. Quorum Patres, & ex quibus Christus
1. Tim. 1 secundum carnem. Qui est in omnibus benedictus Deus in sæculum. Et rursus alibi. Regi sæculorum, immortali, inuisibili, soli sapienti deo honor & glo L
ria in sæcula sæculorum. Amen: Ita etiam hic propheta, cum mente agitasset uniuersam dei prouidẽtiam, plagam in Aegypto, uaria & diuersa beneficia quæ in solitudine ab illo in Iudæos collata sunt, q pro illis aduersus hostes facta sunt: ab eius ineffabili benignitate inflammatus, emisit glorificationẽ, dicens, Domine nomen tuum in ęternum, domine memoriale tuum à generatione in generationem. Hoc est. Gloria tua est perpetua. Nihil enim ei affert
Iob. 22. Eccl. 18. ullum detrimentum, nihil eam interrumpit, sed est
Psa. 109. semper, & manet immutabilis, & à conuersione omnino aliena, florens ac uigens. Quid est autem, Memoriale tuum in generationem & generationẽ? Tui, inquit, memoria non desinit, & finem non habet. *Quia iudicabit Dominus populũ suũ, & in seruis suis deprecabitur*. Vel utraque hæc dici possunt de populo quod de eo pœnas sumet, & postea cessabit, & ipsos recreabit, uel diuisim, Consolationem quidem accipiet, de populo. Iudicabit autem, De hostibus. Hoc est. Illos qdem recreabit. Hoc. n. sibi uult illud, Cõsolationẽ accipiet. Iudicabit aũt hostes, hoc est, De ipsis pœnas sumet. Deide quoniã nõ poterat dicere uitę eorũ rectè facta, ad eorũ cãm tuẽdã noie. seruorum utitur. Cum autem dixit, Consolationẽ accipiet, ostendit reconciliationẽ esse illius clemẽtiæ, non autem ex illorum meritis. Vbi enim consolatio, uenia opus est. Vbi autem opus est uenia, nõ sunt rectè factorum merita, sed est occasio & tempus clementiæ. Quoniã ergo dixit superius, Memoriale tuum in generationem et generationem, Soli autem ex alijs gentibus ipsi tunc Deum sibi adscribebant, per hoc, tale quid significat, & dicit, Salus populi ostendit tuam apud multos gloriam. Quæ enim natura ei inest gloria, etsi nullus eum colat & obseruet, perpetuo manet, & nec minui, nec dissolui, nec immutari potest. Quæ est autem eius apud multos laudatio, à nostra etiam salute ostendetur, cum nos ciuitatem, sacra, & templum receperim⁹, & pristinæ reipublicę restituti fuerim⁹. *Simulacra gentium argentum & aurum, Opera manuum hominum*. Quoniam in principio dixerat, Dominus autem noster præ omnibus dijs, & uisus est per cõparationem introducere quandam excellentiã, pp imbecillitatem eorum qui audiebãt: uide quomo

Deprecatur. παρακλήσεως accipiet. M

Rom. 3.

A do hoc uerbis amplificat. Postquã enim à Dei potentia initiũ duxisset, & dixisset quæ in cœlo sunt, quæ in terra, quæ in abysis, q̃ Iudæis, quæ in propria, quæ in aliena, quæ in hostibus, quæ in gentibus facta sunt. Deinde eius benignitatem reuocasset in memoriam, bonitatem, clementiam, curationem, sapientiam, & potẽtiam, & Deum esse uniuersorum, & uniuersi orbis terræ curam gerere ostendisset: irridet deinceps & ludificatur idolicorum Deorum imbecillitatẽ, & statim ab ipsa natura cõtemptim sermone usus est: imo uerò ipsum nomen ad eorum reprehensionem adducit. Idolum enim
Esa. 41. aut simulachrum nihil est aliud quã quid imbecil
1. Cor. 8. lum et abiectum, et nomen summæ infirmitatis. Quocirca hinc incipit, dicẽs. Simulachra gentium argẽtum et aurum. Primum, quòd simulacrum. Secundum, quòd inanima & surda materia. tertium, quòd hoc ipso quòd sunt simulacra, nõ solum, ex seipsis habent paruitatem, et imbecillitatem, suntq; utilia et abiecta, sed etiam ex hominibus. Quocirca subiũxit ẽt, Opa manũ hoium, qđ qdẽ est maxima
B reprehensio eorũ q illa colũt, nępe qđ cũ ipsi sint in cã ut ea sint, in eis tamẽ suę spẽ salutis collocẽt. *Os habent, & non loquentur. Oculos habent, & non uidebunt. Aures habent, & non audient. Neque enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui faciũt ea, & qui confidunt in eis*. Os, inqt, habent, & nõ loquentur. Vidisti quomodo auget irrisionem, & fraudem coarguit? Quoniam enim ea sæpe mouent dæmones, fictionem & simulatum actum eorum detegit, ostendens non esse spiritum in ore ipsorum. Et quænam
Sap. 14. est causa, quòd malus dæmon absque illis nihil fa-
3. Re. 15. cit, nec loquitur? Quoniam stupri, adulterijs, & in-
4. Re. 23. numerabilium uitiorum columnę, sunt horum simulacrorum figuræ: docens eos qui seducuntur, per ipsum statuarum aspectum eas res imitari, quarum figurę sunt statuæ: eis assidet, ea mouẽs, & decipiens. Deinde rursus alio ludificationis genere ea aggreditur. Similes illis fiant qui faciũt ea. Considera apud te quales dij sint, quibus fieri similes dira est imprecatio. Nostra autem non ita habent. Extremus enim uirtutis finis est, & qđ facit uel ad summum bonorum fastigium pertingere, Dei esse similes, quantum nobis conceditur. Apud illos autem,
C inquit, & cultus est, & Dij tales, ut eis esse similes lo
Esa. 44. cum teneat pessimæ imprecationis. His ergo, nępe
Baruc. 6. quòd sint materia inanima, & quòd fiant ab eis q illa colunt, & quod sint simulacra informia, & qđ iaceant nullo sensu prędita, adiecit pro dira esse imprecatione ut quis eis euadat similis. Per hæc enim omnia ostẽditur summus error. Postquã ergo ostẽdit eorum imbecillitatem, errorem, dæmonum improbitatem, eorum qui illa faciunt inscientiam, ab his cito liberatus, cõcludit orationem glorificatione, non amplius narrans ea quæ Deus fecit, ut qui ea iam satis demonstrarit, sed pro omnibus q̃ sunt in confessõ laudem exigens ab ijs qui fruũtur eius beneficio. Et ideo uocat omnes ad glorificationẽ, sic dicens. *Domus Israel benedicite domino. Domus Aarõ benedicite domino. Dominus leui benedicite domino. Qui timetis dominum, benedicite domino. Benedictus dominus ex Sion qui habitat in Hierusalem*. Cur ergo non omnes simul uocat, sed in ordines diuidens, ut scias esse magnam differẽtiam benedictionis. Aliter enim sacerdos. Aliter leuita. Aliter laicus, aliter frequens populus benedicit. Dicere autẽ Benedicite, est eius D
qui ostendit beatam illam naturam & ab interitu alienam. Benedicite enim, inqt, quòd liberati estis ab aduersarijs, quòd digni habiti estis q talem deũ adoraretis, quòd ueritatẽ agnouistis. Est enim ipse Iob. 22.
quoque benedictus, in natura habens benedictio- Eccl. 18.
nem, nec laude aliorum indigens, ueruntamẽ uos quoque benedicite, non quòd ei aliquid ex eo accedat, sed quòd ipsi magnum fructum ex ea re percipiatis. Et si enim est natura benedictus, ut certè est, Esa. 1.
uult tamen etiam à nobis benedici. Porrò autem Siõ rursus meminit, & Hierusalem. Quoniam enim illic erat constituta eorum respublica, & illic fundatus erat eorum cultus, & ex eo loco docebantur & instituebantur: uult ea loca ueneranda ac magnifica reddere ipso Dei cognomine, ut cum essent ueneranda, maius illorum esset in ea studium, & cùm esset maius studium, ad ea magis attrahentur, attracti autem, in Dei cultum magis defigerentur. Defixi autem, ad maiorem uirtutẽ deducerentur, propter quam omnia facta sunt. Sed tunc quidem erãt Hierusalem & Sion. Hodie autem cœli, & quæ sunt in E
cœlis. In eo ergo nos simus quæso defixi, ut futura etiam bona consequamur. Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

IN CXXXV PSALMVM.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in
c *sæculum misericordia eius*. Postquam dixit superius de Dei in homines beneficentia, de eius quoque misericordiæ quantitate disserit, non eam metiens, nec enim id fieri potest, Sed per infinitum uolens ostendere eius magnitudinem, & inuitat omnes ad glorificationem, dicẽs, Confitemini domino. Hoc est, Gratias agite, laudate ipsum. Quoniam in sæculum misericordia eius. Quid est, In sæculum? Non aliquando quidem, inquit, beneficio afficit: aliquando uerò recedit, neque aliquãdo quidem miseretur, aliquãdo uerò desinit, quod euenit in hominibus, quos & prohibet animi perturbatio, distrahit fractus & abiectus animus, impedit fauor & obsequium, nec permittunt uarij casus rerum⁹ circunstantiæ. At Deus non est eiusmo F
di, sed perpetuo miseretur, nec unquã desinit hoc Psal. 83.
facere, etiamsi hoc faciat uarijs & diuersis modis. 118. 144.
Semper ergo miseretur, nec unquam cessat benefi- Esa. 54.
cio homines afficere. Deinde postquàm dixit eum misereri perpetuò, ostendit etiam argumenta miseri cordiæ, & quòd eius misericordia semper maneat, ex ijs quæ uidentur ea afferens, & quoniã eos deducebat ad pietatem ueram⁹ religionem, uide quomodo eum rursus cofert cum dijs gentilium, ad captum auditorem eodem modo se demittens. Quid enim dicit, *Confitemini deo deorũ*. Singulis subiungens, *Quoniam in sæculum misericordia eius. Confitemini domino dominorũ, quoniã in æternum misericordia eius*. In præcedenti quidem Psalm. dicebat eum esse præ omnibus dijs. Hic autem adhuc amplius, eum esse illorum herum & dominum, siue idolorum dicas, siue dæmonum. Etsi enim offenderint dæmones, sintq; probro & ignominia notati, serui tamẽ Ephe. 1.
sunt, & se ei submittunt. Propterea ergo, inquit, Psal. 2.
confitemini, quod habetis deum omnium supremum, cui nullus est similis, qui herus est omni- Exo. 3.
um & dominus. Atqui dicitur etiam Deus eorum

Universidad de Deusto Biblioteca

G q illi placet, ut quãdo dicit, Ego sum Deus Abrahã Deus, Isaac, & Deus Iacob: Quomodo ergo hic dicit, dæmonum. Sed illud aliter, & hoc aliter. Illic. n. ut ostendat familiaritatem & coniunctionẽ, & magnum suum in eius amorem. Hic autem, ut suam significet excellentiam. *Qui facit mirabilia magna solus, Quoniam in sæculum misericordia eius.* Postquam ostendit eum esse deorum herum & dominum, id deinceps probat enuntiatione, & quod dictum est confirmat, ex potentia eum rursus prædicans. Non dixit autem, Qui fecit, sed, Qui facit, ostendens eum assiduè beneficio, afficere, résque admirabiles & q̃ opinione sunt maiores facere. Hæc autem duo ponit quæ sunt in eo eximia, & quod facit, & quòd solus facit, atque adeò tria & quatuor, nempe quòd facit, & quòd miracula, & quòd magna miracula, & quòd solus facit. Hæc autem dicta sunt non ut vilipenderetur filius, sed ut inter eum & dæmones ostenderetur discrimen & distinctio. Et quænam sunt hæc miracula? Videamus magna illa quæ solus facit. Atqui in principio non loquebatur de potentia, sed de benignitate & clementia. Confitemini, enim inquit, Domino, quoniã bonus: Quomodo ergo accidit ut nunc loquatur de potẽtia? Quoniam hæc miracula non solum sunt potentiæ, sed etiam benignitatis & clementiæ. Quænam autem sunt miracula ostendens, subiungit, dicens. *Qui fecit cœlos in intellectu. Qui firmauit terram super aquas.* Alius, Qui constipauit terram in aquis. *Qui fecit luminaria magna solus. Solem in potestatem diei, lunam & stellas in potestatem noctis.* Hęc et si eius potentiam & sapientiam indicant, attamen eius quoque benignitatem ostendunt. Quod enim sunt adeò magna, pulchra, & sufficientia, uires eius & sapientiam prædicant. Quod ea autem propter nos & usum nostrum facta sunt benignitatem & perpetuam bonitatem. Vides quomodo sit in æternum eius misericordia. Non enim ad decem & uiginti tantum annos hæc fecit, neque ad centum, ducenta, & millia, sed ea per oẽm uitam nostrã produxit. Et ideo hoc significans, in uno quoque uersu subiungit, *Quoniam in sæculum misericordia eius*. & quod
I est admirandum, ea fecit quidem, & cum facta essent dedit ab initio, sed postquam homo transgressus est, ne sic quidem eũ expulit, sed ea quæ eis dederat cum non peccassent, reliquit ea etiam fruenda post peccatum, nec prohibuit quominus post illud peccatũ eis uti frui possent. Neq; uerò unum cœlum solum fecit, sed etiam alterum, uel ab exordio ostendens nos ab eo non relinquendos in terra, sed fore ut nos hinc trãsferremur. Si enim nõ esset nos illuc translaturus, cur productum esset cœlum? neque enim est hoc illi elementum utile, nulla re enim indiget, sed cũ uelit nos illuc è terra traducere, præparauit habitacula. Quamobrem cum hæc sciret Propheta, unicuique uersui subiungit, In sæculum misericordia eius, admirans eius benignitatem. Qui firmauit terram super aquas. Vide hic
" quoque rursus benignitatem. Postquam enim fac-
" ti sumus mortales, & eò redacti sumus ut multis egeremus: ne sic quidem nos reliquit, sed hic quoque interim nobis congruum dedit habitaculum, & tot tantisq; suæ benignitatis clarissimis indicijs terram refersit, ut ne uerbis quidem ea possint explicari. Propheta ergo cũ incidisset in abyssum horum beneficiorum, & uidisset quoddã uastum & K
immensum pelagus, exilijt alta uoce clamans, & dicens. Quàm magnificata sunt opera tua Domine. Omnia in sapientia fecisti. Porrò autem si quis uideris Solem & lunam & temporum ordinem, rursus uidebit uniuersam eius benignitatẽ. Neq; enim parum ad uitæ decus & ornamẽtum, imò uerò ad ipsam uitam hæc nobis elementa conferũt, ut quæ nutriant fructusq; maturent, sine quibus uiui non potest, tempora nobis ostendant, horas exprimãt, dies & noctis cursus distinguant, per terram & mare uiatores deducant, innumerabiles alios usus præbeant. Vidisti quomodo sit in æternum misericordia eius, & quomodo in uno quoq; uersu iure hoc subiungit propheta. Alius autem interpres illud in potestatem diei, dixit, Vt dominetur diei. Alius, in potestatẽ noctis, dixit, i potestatẽ in nocte. *Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum. Qui eduxit Israel de medio eorum.* Assiduè uersat miraculum quod in Aegypto factum est, propter immemorem & ingratum eorum animum, & quòd cum ea semp audirent, eorum obliuiscerentur. Non est autem hoc L
quoque paruum signum misericordiæ, hoc enim liberauit illos à seruitute, & posteris fuit occasio dei cognitionis. Aliud autem hic quoque significat. Quidnam? Quòd etiam post fugam illam eius fuit potentiæ liberare eos à seruitute, cum eos terrore concussisset, & mari obruisset. Hæc autem di- *Exo.12.*
cit, neqs paulo inconsideratior putaret, quòd dum iubet eis accipere aurum & uasa argentea, hæc propter imbecillitatem iusserit. Nam hoc fecit uolens omni ratione esse terribilis hostibus, & ostendere quòd & ui & authoritate põt omnia facere, eosq; fallere & decipere. Nam quæ apertè fecit, non ideo fecit tãquam nõ posset decipere, neq; cum decepit, id ideo fecit quòd non posset apertè capere, sed in utraque parte suam ostendẽs potentiam. Nã quòd hoc quoque magnum metũ attulerit alienigenis, audi quid postea dicant uates Azotiorum. Hic est *1.reg.5.*
Deus fortis qui percussit Aegyptum, & quando illusit eos, tunc ipsos eduxit. Vides eos propter hoc ipsum contremiscere, propter furtum, propter fraudem, quòd eos circunscripserit. *Qui diuisit mare ru-* M
brum in diuisiones. Alius, In sectiões. Alius, in segmenta. Nonnulli dicunt non fuisse unam uiam, sed pro numero tribuum fuisse aquam scissam, ut multę essent traiectiones. Hæc autem omnia etsi magnam ostendebant potentiam, terribilemq; & magnum eum esse indicabant, multam tamen quoque in sẽ habebant benignitatem, non solũ in eos quorum gratia ea fiebant, sed si uelimus attendere, etiam in aduersarios, non enim eos temerè & nequicq̃ mari obruit, sed quòd post tot facta miracula in aquis adhuc suam ostenderẽt audaciam. Oportebat autem eos, etiamsi essent supra omnes homines nullo sensu præditi, cum & præcedentia, & præsentia, & quæ erant præ oculis considerassẽt, eius potentiam mirari & adorare, & ab importuna contẽtione cessare. Illi autem cum uiderent uniuersam creaturam pro eius arbitrio mutari ac transformari, & cum eis belligerari, ne sic quidem à furore destiterunt, sed etiam cum uiderent illud miraculũ quòd omnem superabat opinionem, aliena illa & noua uia ingredi ausi sunt. Quocirca mare illis sepulchrum efficitur. Non erat enim opus naturæ quod
fiebat,

Act.17.

A fiebat, sed plagæ diuinitus immissæ, & ideo breui momento temporis fiebant contraria, & nõ scindebatur tantum in unam partem, sed pro numero tribuum. In unoquoque autem signo meminit misericordiæ. hoc enim Deo maximæ curę erat, quandoquidem per elementa fiebant miracula, ne quæ fiebant, existimarentur esse alicuius naturalis consequentię, sed superni auxilij quòd omnem opinionem superãtia efficit miracula. Quod etiam in mari accidit. idq; apertè ostensum est non ex eo quòd post illud non amplius factum sit. Quæ aũt naturaliter fiunt, sunt frequentia, et certo ac constituto tempore solent fieri. *Et eduxit Israel per medium eius. Quoniam in sæculum misericordia eius*. Vides quomodo in unoquoque uersu iure subiungit illud, in sæculum misericordia eius. Hæc enim omnia ostendunt eius curationem. Etsi enim quæ facta sunt finem ceperunt, eorum tamen memoriæ præbuerũt posteris magnam ansam Dei cognitionis. Memoriæ enim mandata, & transmissa ad posteros, dedu
B cebant ad magnam philosophiam. Quanquã alio qui non illud solum factum est, et Dei cessauit curatio, neq; in rebus solũ Aegyptiacis substitit eius benignitas, sed unumquodque tempus habet ampla et latè diffusa eius inenarrabilis benignitatis indicia. Quæ quidem ille admirãs, assiduè subiun
" git illud, quoniam in sæculum misericordia eius.
" Rectè autem adiecit illud, Et eduxit Israel per medium eius. Nam hoc quoque est Dei potentię. Non sufficiebat enim efficere ut mare retrocederet, et facilem eis transitum præberet: nam hoc ipsum eos magis stupefecit, et terruit, et audere prohibuit, quòd omnium superaret opinionem, timorem incutiens: sed Dei fuit potentiæ, postquam mare retrocessisset eis animum addere, et persuadere ut nonam illam uiam et alienam ingrederentur. Nã cum in utraque sectione in sublimem uerticem erectæ essent aquæ, generoso et excelso animo opus erat, ut non timerent traijcere, nec suspicarentur maria in summum uerticem utrinque sublata nõ esse eos inuasura, & uniuersum exercitum obrutura. *Et ex-*
cussit Pharaonem, & uirtutem eius in mari rubro. Volẽs
C significare facilitatem eius demersionis, hac dictione usus est. Tu autem considera quomodo cũ potentia & ira patientiam quoque ostenderit, ut qui eos non prius de medio sustulerit, licet essent adeò impudentes & contentiosi, q̃ ipsi lubẽtes & uolentes seipsos præcipitarunt, non abs re autem exercitus quoque punitur: sed quoniam fuerunt peccatorum participes & persecutionis, sunt etiam pœnæ & supplicij participes. *Qui traduxit populum suum per*
desertum, quoniam in sæculum misericordia eius. Hoc nõ est minus quã per mare traducer e. Etsi enim subeerat terra sieca, quæ castra sustinere poterat: erant tamen multa alia quæ eis afferebant molestiã, sufficiebant enim omnia ad ea consumenda, & morti crudelissimæ tradẽda. nam & fames, & squallor, & sitis, & radius quàm par esset calidior imminẽs, & ferarum multitudo, & necessariorum omnium penuria: scis autem quot rebus homo indiget. Illis tamen omnibus nudati, & non tectum habentes, non alimenta, non indumenta sufficientia, nõ cal ceamenta, non aliquid aliud eiusmodi, tanquã in mediis urbibus choreas agentes, ita per omnem illam solitudinem incedebant. Tu autem mihi con-
sidera, quot miracula præterijt quæ in solitudine D
facta sunt, & quot annorum administrationẽ. duorum autem tantum miraculorum meminit, quę in
illis Regibus facta sunt. Mittens enim de illa noua *Exo.16.*
mensa dicere, de tecto admirabili, de lampade quę *Exo.13.*
nunquam non apparuit, de uestium perpetuitate, *Deut. 29.*
de calceis qui non conterebantur, de fontibus qui *Exo.17.*
manarunt è rupibus, & de alijs nouis & admirabilibus, per quæ iter suum fecit eis facilè, duorum solum meminit, quomodo Reges barbarorum sustulit, & quomodo trophæum erexit, ut uictoriam eis largitus est, auditori reliqua accuratè colligẽda relinquens, & ideo dicit. *Qui percussit Reges magnos, &* *Num. 21.*
occidit Reges fortes, Seon Regem Amorrhæorum, & Og
Regem Basan. & unicuique eorum subiungit. *Quoniam in sæculum misericordia eius*. Ostendens quòd etiamsi ab hostibus ut hostes exciperentur, nullus tamen eos uincebat. Qua de re? Quoniam eius benignitate fruebantur assiduè. Hoc enim significat perpetuo dicẽs, *Quoniam in sæculum misericordia eius*. *Et dedit terram eorum ad hæreditatem. Hæreditatem Is-*
rael seruo suo. Duplex est beneficium & hostes uince E
re, & rerum illarũ esse dominos. Hoc enim erat magnæ potentiæ, non solum eiicere eos qui habitabant, sed etiam posse occupare & retinere alienam regionem. Deinde hoc rursus apertius ostendens, quòd non ex meritis fuere horum Domini, sed ex Dei bonitate, subiũxit. *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri.* significans non in rectè factis, nõ in prosperitate, sed in humilitate nostra. Quod autem dicit, est eiusmodi. Suffecit calamitas ad ipsum flectendum, & quod nos affligeremur. Nam & ab initio quando eos liberauit ab Aegypto, non dixit, Videns uidi mutationem eorum in melius, sed, uidẽs uidi afflictionem populi mei in Aegypto. *Et rede-* *Exo.3.*
mit nos ab inimicis nostris. Ne paulatim enumeret bella, irruptiones, uictorias, trophæa, cum rursus uno uerbo rectè factorum seriem esset pśecutus, & quæ in Iudęos sigillatim facta sunt prętermisisset, ad generalem eius uenit prouidentiam, dicens. *Qui dat*
escam omni carni. Alius, qui dat panem. Non ergo terræ, nec aquæ, nec aeris, nec radij, nec alicuius alius sunt procreationes fructuum, sed eius est uniuer- F
sum. Vide autem hic quoque nõ solum potẽtiam, sed benignitatem etiam ineffabilem. Quod enim *Matt.5.*
dicit Christus, solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, hoc ipse quoque hic significauit, dicens, Qui dat escã omni carni. Hoc est, nõ iustis solum, nec ijs qui sẽ rectè gerunt, sed peccatoribus, & impijs, & omni humanæ naturæ, quod etiam maxime prædicat eius dominium. Vidisti psalmum ideo maximè esse compo- *Gen.1.*
situm, ut nos deducat ad Dei cognitionem, & ideo in principio incepit à generalibus, & in eis desijt. Superius quidem dicens solem & lunam fulgura & pluuias, quæ nõ fiunt in parte orbis, in fine autem desinens in cõmuni omnium nutrimento. Deinde postquam ex eis confirmauit generalem prouidentiam, subiunxit. *Confitemini Deo cœli, quoniam in sæcu-*
lum misericordia eius. Ex his enim illud quoque clarum est quòd ipse est infernorum omniũ & super- *Sap.6.12*
norum Dominus, eiusq; cura & prouidentia ubiq; *Mat.6.*
diffusa est. Pro omnibus ergo illi offeramus gratiarum actionem, pro communib⁹, pro priuatis, pro bonitate, pro benignitate, pro potentia, pro cura-

G tione,& hoc aſsiduè faciamus, ſicut etiã iubet hoc Pſalmographus,dicens. *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius.* Hoc eſt n. ſacrificium, hoc, oblatio, hoc ipſum nobis reddit maximè propitium, & facit ut fruamur illius bene uolentia. Quam detur nobis omnibus aſſequi gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti. Cui gloria et potentia in ſæcula ſeculorum, Amen.

IN PSAL. CXXXVI.

V per *flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus dum recordaremur tui Sion.* Magnum eſt his uiris ſuæ ciuitatis deſiderium, magna reditus cupiditas. Quandiu enim bona habebant in manibus, erant ſemper inſolentes, probraq; et iniurias inferre non deſiſtebant, ſed poſtquam ab illis ſunt exturbati, tunc maximo eorum deſiderio affecti ſunt, propterea enim eos expulit, ut excitaret in ijs maius deſiderium. Id autẽ ſolet ſæpe Deus facere. Quando enim dum in ſummis ſumus delicijs et maxima bonorum affluẽtia, non ſentimus: facit ut eis careamus, ut priuatione eorum caſtigati, eis rurſus uti frui quæramus. Sed quanã de cauſa ſedebant ad flumina? Vt qui eſſent captiui, et regionis hoſtium finibus circunſcripti, extra muros et urbes habitabant. *In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra.* Alius, citharas noſtras. Alius, lyras. Et quanam de cauſa tulerunt organa ſua cum in captiuitatem recederẽt, qui eis minimè erãt uſuri? Hoc quoq; fuerat à Deo prouiſum, ut uel in aliena regione haberent monimenta prioris reipublicæ, magisq; morderentur & ægrius ferrent, dum religionis & Dei cultus illa ſigna uiderent. *Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, uerba cantionum. Et qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion.* Non parum hinc lucrifaciebant quòd eis barbari inſtarent, & cantica eorum audire cuperent. Vide autem quantam hinc correctionem ceperunt ex captiuitate. Qui enim à chorea ſe ſeiunxerant, & à religione ſua ac Dei cultu reſilierant, & legem omni ratione conculcauerant, ſe in aliena tã gnauiter geſſerunt, ut uel urgentibus, & minantibus barbaris, & undique circunſiſtentibus & audire cupientibus, ne eorum quidem deſiderio ſic gratificarentur, ſed legem præferrent, eámque diligenter conſeruarent. Illud autem, Qui abduxerunt alius dixit, Qui nobis inſultabant, propemodum hoc dicens, Qui anteà in nos inuehebantur, & in nos inſurgebant, tempore adeò lenes, mites, & mãſueti facti ſunt, ut uellent etiam noſtra audire cantica. Iis tamen non conceſſerunt. Vidiſti quonam modo reddit fortes afflictio, quomodo facit compunctos, quomodo mentem conterit. Flebant. n. & legem obſeruabant, & qui cum prophetæ lachrymarentur, ridebant, ludificabantur, & ſubſannabant: hi nunc nemine eos admonente ad lachrymas conuertebantur, & flebant. Ex eo etiam plurimum commodi percipiebant hoſtes. Videbant. n. eos non premi captiuitate, nec ſeruitutem deflere, nec quod in aliena regione habitarent: ſed quòd à ſuo dei cultu excidiſſent. Et ideo adiecit, Dum recordaremur tui Sion. Neque enim leuiter tantũ lugent, ſed ueluti quoddam perpetuum lugendi munus obeunt. Quocirca dixit in principio, Sedimus & fleuimus, ſignificans ſe ideo conſediſſe ut cierẽt fletus & eiulatus. Sed cur eis non permittebantur canere in aliena? Quoniam non oportebat aures prophanas audire illa arcana. *Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena?* Hoc eſt, Non licet nobis canere. Etſi enim à patria excidimus, legem tamen perpetuo ſeruamus idque diligẽtiſsime. Quare etſi in corpora dominium obtineatis, animum tamen nõ ſuperabitis. Vidiſti animam ab afflictione eſſe deductam ad ſtudium ſapientiæ, erumnisq; & calamitatibus eſſe ſuperiorem. *Si oblitus fuero tui Hieruſalẽ, obliuioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis ſi non meminero tui.* Vide hic quoq; magnam mutationem. Qui enim ſingulis diebus audiebant fore ut ex ciuitate exterminarentur, & non curabant, nunc dira ſibi imprecantur ſi eius ſunt obliti. Quid eſt autem, Obliuiſcatur mei dextera? Vires, inquit, meæ mei obliuiſcantur, & mutis euadam propter malorum magnitudinẽ, ſi nõ meminero tui. *Si non propoſuero Hieruſalem in principio lætitiæ meæ.* Quid eſt, Si non propoſuero Hieruſalem? Nõ ſolum, inquit, tui meminero in alijs, ſed etiam in hymnis & in canticis. Illud autem, Propoſuero, hoc eſt, In cantici proœmio ac præludio, poſuero, loquentes uerbum eorum qui ualde deſiderant, imò uerò eorum qui eius magno amore tenẽtur & inflammantur. Audiamus hæc omnes, & diſcamus. Etenim quemadmodum ij cum ab ea exciderunt, tunc quærunt: ita etiam multis ex nobis eueniet, cùm in illo die à Hieruſalem cœleſti excidemus. Sed hi quidem cum excidiſſent, ſpem habebant reditus, nobis autem excidentibus nulla reliqua ſpes eſt reuerſionis. Vermis enim eorũ non morietur, inquit, & ignis eorum non extinguetur. Et ideo oportet nos noſtra diligentius attendere, & in præſenti uita ſic nos gerere ut non ſimus captiui, nec alieni ac remoti ab illa metropoli. *Memor eſto Domine filiorum Edom in die Hieruſalem. Qui dicũt, Exinanite, exinanite uſque ad fundamentum in ea.* Alius, Filijs Edom. Hoc quoque uerbũ eſt eorum qui inflammantur deſiderio ciuitatis. Hoc eſt autem qd dicunt. Pœnas de eis ſume, quibus non ſufficiebat quòd capta eſſet ciuitas, nec ſatiati erant eius euerſione, ſed inſtabãt, & dicebant, Effodite donec fuerit in ea fundamentum, cupiebant enim ne baſes quidẽ manere ciuitatis, ſed uel ipſa eius fundamenta conuelli: Hi autem erant Arabes, qui unà cũ Babylonijs Iudæos inuaſerant. Quorum frequenter meminit propheta, & eos ualde reprehendit, quòd cùm intercederet inter eos cognatio, hoſtibus fuere acerbiores. *Filia Babylonis miſera.* Alius, Depopulãda. Alius, Diripienda. Hic oſtendens dei uires, non in liberatione à malis, ſed in parãdis ijs inſidijs qui illos oppugnarunt, prædicit propheta mala quæ erant euentura Babyloni, & uocat eam miſerã propter mala quæ illam erant circũſeſſura, in hoc quoque docens Iudæos, & oſtendens dei potiẽtiam eſſe per totum orbem terræ porrectam. *Beatus qui retribuet tibi retributionem tuã quã retribuiſti nobis.* Alius Quam ante feciſti nobis. *Beatus qui tenebit et allidet parvulos tuos ad petram.* Hæc etſi ira plena ſunt, uehementique pœna, & ſupplicio: ſunt tamen uerba perturbationis animi captiuorum, qui magnam aliquam pœnam, alienúmque & admirabile ſupplicium poſtulant. Prophetæ enim multa ſæpe loquũtur, non tanquã ſua ipſorum, ſed aliorum affectiones narrantes, & in medium afferẽtes. Si eius enim

A quæris ſententiam, audies dicentem, Si reddidi retribuentibus mihi mala, & uel modum, qui à lege erat ei datus, ſuperantem. Quando autẽ narrat perturbationes animi aliorum, deſcribit iram & dolorem, quod etiam nunc fecit, Iudæorum cupiditatẽ in medium adducens, quorum ira uel ad infantiæ uſque ætatem procedebat. Nouum autem non ita ſe habet, ſed inimicos noſtros & paſcere, & eis cibũ dare iubemur, & orare pro eis qui nos maledictis impetunt. Hoc autem facimus propter legem quæ eſt nobis cõſtituta. Quenã aũt ea eſt. Niſi abũdauerit, inq̃t, iuſtitia ueſtra plꝰ quã ſcribarũ & Phariſæorũ, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ. Magnũ ergo ſtudiũ adhibeamus: & totã eã abundè obſeruemus, ut qui deinceps in terra tanquàm in cœlo habitemus, & cum Angelis choros ducamus. Ita enim futura quoque bona conſequemur: Quæ detur nobis omnibus aſſequi gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti. Cui gloria & potentia in ſæcula ſæculorum, Amen.

IN PSAL. CXXXVII.

O *nfitebor tibi domine in toto corde meo.* De hoc
B c ſæpe uobiſcum diſſeruimus. Quocirca eo prætermiſſo, ueniamus ad id quod eſt proximum. Quid hoc ſibi uult. *In conſpectu angelorum pſallam tibi?* Quod quidem alius dixit interpres, Liberè Deus cantã te. Alius, Coràm dijs modulabor tibi. Si ergo dicat angelos q ſunt in cœlis, eſt id qd dicitur eiuſmodi. Conabor canere cum angelis, & cum eis contendere, & choreas ducere cum ſupernis poteſtatibus. Etſi enim natura differam, animi tamen promptitudine, ut cum eis ſtare poſsim decertabo. Sin autẽ accipiamus quod dictum eſt ex aliorum interpretatione, uidetur mihi dicere de ſacerdotibꝰ, id qd de dijs dicitur. Solet enim ſcriptura ſacerdotem uocare et angelum & Deum: nunc quidem dicens, dijs non maledices: &, Principi populi tui non maledices. Nunc autem, labra ſacerdotum cuſtodient iudicium, & ex ore eius exquirent iuſtitiam, quoniam eſt angelus domini omnipotẽtis. Si liceat ergo hoc ita accipere, illud oportet intelligere. Cum ſacerdotibꝰ, ipſis preſentibus, cum eo quo par eſt ordine, conſequar, & canã tibi, *Quoniam audiuiſti uerba oris mei.* Vidiſti magnam gratiarum actionem, uidiſti ſummam attentionem, non quemadmodum nonnulli molles & diſſoluti, qui antequàm qdem accipiant, ſunt uehementes. Poſtquàm autem acceperint, elangueſcunt. Sed hic qui dem & antequàm acceperit urget, & poſtquàm acceperit, perſtat agens aſsiduè gratias. Hinc oſtendi tur eũ puras & optimas preces fudiſſe, ex eo quòd à Deo ſit auditus. Hoc enim maximè ut audiamur efficit, quando preces ei gratæ fuerint. Vnde etiam eſt in noſtra poteſtate ut audiamur. Quando enim ea petimus quæ à Deo dari par eſt, quando prompto & alacri animo, quãdo nos præbemus dignos qui accipiamus, audit uocatus, & implet quod petitur. *Adorabo ad templum ſanctum tuum.* Non eſt hoc quoque parua uirtus poſſe templum aſcendere, & aſcendentem cum pura adorare conſcientia. Non enim flectere genua, nec igredi, eſt id qd quæritur, ſed cum acri mente & intento animo, non corpore ſolum ſed mẽte etiam intus eſſe, quemadmodum nec parua eſt dignitas, uniuerſorũ Deum ut decet adorare. Si enim in Regibus hoc pro honore duci

omnia uerba oris tui. Vide quàm sit pij & grati animi. Non satis habet si solus agat gratias, sed etiam oēs, qui dominatum obtinent, uocat ad societatē gratiarum actionis, & ipsos etiam qui gestāt diadema ta. Etsi enim magna sit, inquit, eorum potentia, oēs tibi tamen debent gratias agere pro ijs etiam quæ alijs facta sunt. Quocirca hoc quoque significans, subiunxit, Audierunt omnia uerba oris tui. Si ergo gratias agant, plurimum hinc fructum capient, et magnum lucrum facient. Omnia. n. tua dona sunt omnibus in medio proposita, ut qui uolūt possint esse eorum participes, et ea percipere. Nullam ergo tantam utilitatem poterit ei regnum afferre, quantū tua uerba audire. Hoc est ei securitas, hoc uires, hoc ornamentum, hoc decus, hoc est imperij lætitia et potentia. *Et cantent in uijs domini quòd magna est gloria domini.* Alius, Et cantent uias domini. Si ergo dicat in uijs tuis, hoc est quod dicit, In legib⁹ tuis, In iussis tuis. Si autem uias tuas, præclara, inqt, hęc tua facta dicant, laudent, celebrent ac prædicent. Hoc enim sibi uult illud, Cātent, quoniam magna est gloria domini. Hoc est, Omnibus aperta, omnibus manifesta, omnibus euidens, parata ad omniū beneficia, omnes habens sibi gratię nomine obnoxios. *Quoniam excelsus Dominus & humilia respicit.* Altus, inquit, natura, altus substantia. Sed hoc quidē paulo magis tropicè & figuratè nūc dictum est, ut se ad Iudaicum captum accommodaret. Quod autem sequitur, id corrigit, & uel humilem auditorē ad magnam intelligentiam erigit, Quid hoc autem est, Et *alta à longè cognoscit?* Hic enim de præscientia agitur, quod est potentiæ dei maximè proprium, & ideo in prophetis sæpe loquens, hinc in eos inuehitur qui tenentur errore simulacrorum. Alius, Et qd elatum est à longè discernit. Quoniam enim dixit, Excelsus Dominus, & humilia respicit, subiunxit, Et alta à longe cognoscit, significans eum alta non solummodo cognoscere, sed etiam ex magno interuallo, hoc est, priusquàm eueniant, priusquàm perficiantur, priusquā, in opus exeant. *Si ambulauero in medio tribulationis, uiuificabis me.* Non dixit, Tribulationem expelles, sed in ipsis malis manentem uiuificabis me. Hoc est, Etiamsi in maxima pericula incidero, poteris me conseruare, quod est admirabile & maius omnium opinione, ut cum undique hostes & mala circunstent, in tuto collocetur qui ab eis circunsidetur. *Et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam.* Alius, Aduersus spiritus inimicorum meorum extendes. Vidisti maximā esse potentiam in utrisque partibus. Nam & me, inquit, q in maximis uersor malis conseruare poteris, & illos furore rabiéque percitos, & ignem spirantes, deijcere & cōprimere. *Et saluum me fecit dextera tua.* Alius, Et saluum me faciet dextera tua, hoc est, potentia tua, uirtus tua. Deo enim sunt expeditæ uiæ oēs & rationes, & pōt uel ex reb. desperatis ad salutē ducere. *Dominus retribuet pro me.* Alius, Efficiet, Alius Perficiet. Hoc est, Vlciscetur inimicos. Nō dixit aūt, Vlciscetur, sed, Retribuet, ostēdēs qd ēt si sim reus debendi, ipse exoluet & satis faciet, est enim benignus & clemens. Pot estautem hoc etiam dici de ijs quæ à Christo pro nobis facta sunt. Ipse enim pro nobis retribuit. *Domine misericordia tua in sæculum. Opera manuum tuarum ne despicias.* Duas affert rationes cur debeat assequi eius clementiam. Vnam qui dem quòd ipse sit bonus & misericors, & assiduè misericors, ut nunquā interrumpatur, nec desinat, nec cedat eius clemētia. Alteram autem, quòd ipse sit effector & opifex. Sed quemadmodum ex ijs cō seruari uolumus: ita etiam misericordia dignū qd ostendamus. Miserebor, enim inquit, cuius miserebor. Non enim indiscriminatim eum subit misericordia, sed ipse etiam aliquam diudicationem & distinctionem adhibet. Si id enim faceret indiscrimi natim nemo unquam puniretur. Quocirca non solum faciamus ea quæ oportet, ut misericordiam cō sequamur, sed etiam propterea quòd à Deo facti sumus. Eum autem qui à Deo creatus est, & tantum habuit effectorem & Regem, oportet se ita gerere ut eius cura & prouidentia se non esse indignum ostendat. Si hæc faciamus, bona futura consequemur, Gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, Cui gloria & potentia in scla sæculorū, Amen.

IN PSALMVM CXXXVIII.

In finem uictoriæ effectori.

Omine probasti me, & cognouisti me. Quid dicis? Nouit Deus postquàm probauit: antequàm probauit autem non nouit? Absit. Quomodo enim, q omnia nouit anteq̄ fierent? Sed illud probasti me, significat, Me perfectè nouisti. Quemadmodum enim Apostolus, quādo dicit eū corda scrutari, nō ignorationem sed perfectam cognitionem significans hoc dicit: Ita etiam hic cum dicit, Probasti, euidentissimam significat cognitionem, hoc est, Tu me pfectè nosti. *Tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam.* Per sessionem & resurrectionem, omnē uitam significat: In his enim tota uita nostra consistit, actiones, operationes ingressus & exitus. Deinde quoniā dixit in principio Probasti me, nequis paulo inconsideratior putaret eum nosse exprobatione, uel ex rerum experientia, propterea quòd dixit, Tu cognouisti sessionem & resurrectionem meam, uide quomodo id corrigit per id quod subiungit, dicens, *Tu intellexisti cogitationes meas à longe.* Per hoc. n. significat eū nō nosse per probationem, neq; opus habere ut probet, sed sua præsciendi facultate scire omnia. Qui enim nouit cogitationes q̄ in mente sunt positæ, non opus habet ut probet per opera. Quanquam alioqui nō solum eas nouit dum in mēte uersantur, sed etiam priusquam uersari incipiant, nec solum antequàm uersari incipiant, sed etiam longo antè tempore. Et ideo hęc uolens significare, subiunxit illud, Intellexisti cogitationes meas de lōgè. Si autem nouit, inducit eam quæ per opera fit probationem? Non ut ipse hoc discat, sed ut qui ea sustinēt eos probatos efficiat. Cognouerat enim Iob ante experientiam, & ideo id testabatur dicēs, Homo iustus, uerus, pi⁹. Sed induxit experientiam, ut & illum redderet fortiorē, & diaboli redargueret improbitatē, & alios eius exemplo meliores redderet. Et quid miraris si hoc fecerit in Iob, cum ipsum faciat etiam in peccatoribus? Apertè enim sciebat Nineuitas non esse dignos qui perirent, sed per pœnitentiam eos meliores futuros, inducit tamen etiam per res experientiam, & ubique multa præbet argumenta euidentissima suæ curę & prouidentię, non contentus sua cognitione. Quamobrem dicebat quoque unigenitus. Si non facio opera patris mei, ne mihi credite. Si autem facio, et si mihi non credatis, operibus cre

dite. Quia enim permulti qui sunt crassioris ingenij, & nullo ferè sensu præditi, multa dicunt huiusmodi, nēpe quòd hunc elegit, & hūc dilexit, & illū odio habuit: & propterea hic quidē malus, ille uerò bonus euasit, ex reb⁹ ipsis persuadet, uniuscuiusque horum sententiam corrigens, & in medium adducens probationem per opera, & pronunciat quidem etiam antequàm res eueniāt hunc utrutte prędictum, ut eius præsciendi facultatem intelligant, adiungit autem etiam probationē quæ fit per opera, nequis dicat paulo inconsideratior eū talem esse propter prescientiam. Porrò autem uide quomodo Paulus hoc significat, dicens, Cùm enim nondum nati fuissent, nec aliquid boni aut mali fecissent, ut Dei secundum electionem propositum maneret, non ex operibus, sed ex uocante, dictum est ei, Quod maior seruiet minori. Neque enim factorum exitus est expectandus, sed etiam ante ea, nouit ipse eum qui malus & qui non talis est futurus. *Semitam meam & funiculum meū inuestigasti. Et omnes uias meas prænidisti.* Quemadmodum sessionem & resurrectionem facta dicit ex consuetudine: etenim nos quoque sæpe dicimus, Hic nouit quomodo sedet, & quomodo surgit, testantes eius perfectā notitiam: Ita hic etiam semitam & funiculū dicit uniuersam eius uitam. Et ideo subiūgit, Et omnes uias meas prænidisti. Porrò autem illud, Inuestigasti, nō est eius qui quærit, nec eius qui scrutatur, sed eius q nouit perfectè. Hoc autem ostendens, subiūxit, prænidisti: hoc est, Antequàm fierent nosti omnia facta, bona, & mala. *Quod non est sermo in lingua mea.* Alius, Contradictio. Hoc est maximum uirtutis indicium, hoc est summa bonorum, hoc est qd Christus maximè requirit, dicens. Nisi conuertamini & efficiamini sicut puelli, non ingrediemini in regnū cœlorum, simplicitatem, & innocentiam, & ab omni dolo & simulatione remotionem significans. Quocirca priuatos atque adeò idiotas elegit, & dixit, Cōfiteor tibi pater quòd occultasti hęc à sapiētibus & intelligentib⁹, & reuelasti ea paruulis. Vide autem. Nō dixit, Quòd susceperi, & eieci dolum, sed, quòd non fuit unquàm, neque linguam meam suscepit hic morbus, nec ei uitio ullus unquàm fuit ad me aditus. *Ecce domine tu cognouisti omnia, nouissima & antiqua.* Non cogitationes solum, inquit, nosti, nec actiones, nec uias meas, sed omnia quæ fuerunt & futura sunt. *Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.* A præsciendi facultate transijt ad creādi potestatem, & rursus à creandi potestate ad prēsciendi facultatem. Non solum enim nos fecit, cùm non essemus, sed etiam iam factos obtinet imperium. Hæc utraque de Christo Paulus testatur, dicens. Multifariam multis q̄ modis Deus olim locutus cum patribus in prophetis, in extremis diebus locutus est nobiscum in filio, quem posuit hęredē omnium. Deinde subiungens dicit etiam opificiū. Per quem fecit etiam sæcula. Et cum de eius substātia disseruisset, & dixisset, Qui cum sit splendor gloriæ & character substantiæ eius, ostendit etiā eius præsciendi facultatem, dicens, Et ferens omnia uerbo potestatis suæ. Et ad Colossenses scribens hæc eadem rursus dixit, Quoniam in eo creata sunt omnia quæ sunt in celis et q̄ in terra, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum et in ipso creata sunt, et ipse est ante omnia. Hæc sunt creandi potestatis. Deinde facultatem præsciendi significans, subiungit, Et omnia in ipso consistunt. Vtraque hæc rursus Ioānes quoque ostendens, dicebat. Omnia per ipsum facta, et sine ipso factum est nihil. Hoc dixit significās creationem. Deinde prouidētiam. Vita erat, et uita erat lux hominum. Hoc etiam Propheta hic significās, dicit, Tu formasti me. Hoc est opificij. Dixit etiā id quod est prouidentiæ, Posuisti super me manū tuā. Quid est, Posuisti? Regis, cōtines, componis, et portas. Quod ipsum quoque Paulus significans, dixit. In ipso et uiuimus, et mouemur, et sumus. Non solum enim in eo quòd geniti sumus, sed etiam in eo qd sumus et manemus, potētia eius op⁹ habemus. *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & nō potero ad eam.* Alius superat me. Pro eo autem quod est, Confortata est, Alius, Super elata est Quod aūt dicit, est eiusmodi. Et tua fruor prouidētia, et quāuis sciam te omnia præscire, et me ex ijs quæ non erant feciſſe, perfectam tamen et manifestam non possum habere tui cognitionem, sed admirabilis facta est, hoc est, superauit: exaltata est super me, ualidior facta est quàm ut mea possit ratione cōprehendi, adeò est admirabilis, adeò magna. Quid igitur si est quidem admirabilis et magna, potest autem cōprehendi? Nequaquàm. Propterea enim subiunxit, Non potero ad eam, ne hoc dicas. Quando autem dicit cognitionem, non hoc dicit, Ignoro deum, sed perfectam et undique absolutam et manifestam eius non habeo notitiam. Quod quidem dicit etiam Paulus. Nam eum quidem esse scimus: quid sit autem substantia, nescimus. Credere enim oportet accedentem ad Deum quòd est. Non dixit, quid sit substantia, hoc enim nulli est cognitum. Quod sit benignus et clemens nouimus, quòd sit humanus, quod bonus, quantitatem uerò ignoramus. Sed hic his omnibus prætermissis, proponit aliud quod uidetur esse facilius, et hoc quoque se dicit ignorare. Non solum, inquit, non dico quid nam sit substantia, neque quantum sit bonus: hæc enim non posse comprehēdi est in confesso, sed ēt quō sit ubiq̄, nō possū dicere: sed hoc quoq; supat nostrā comprehensionē. Quocirca cū dixisset, Mirabilis facta est scientia tua ex me, subiunxit. *Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam. Si ascendero in cœlum, tu illic es. Si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris.* Ali⁹, Mansero. *Etenim illic manus tua deducet me. Et tenebit me dextera tua.* Spiritum & faciem dicit deum ipsum. Hoc est, Quo à te proficiscar? Omnia imples omnibus ades, non per partes, sed omnibus simul totus, & postquā dixit quæ sunt supernè, & quę infernè longitudinem, latitudinem, profunditatem: eum ubique adesse significat. Non dixit autē, Quocunq; abiero, sequeris me, & me retinebis, sed, Quocūque abiero, tu illic es, hoc est, Illic te inuenio me præuenientem, & ideo dicit, Mirabilis facta est scięntia tua ex me. Si eam non perfectè nosti, dicit quispiam: quomodo nosti eam esse admirabilem? Propter hoc ipsum noui eam esse admirabilem, quod meam superat rationem. Nam radium quoque solarem non possumus apertè cognoscere: & tamen propter hoc ipsum eum maxime admiramur. Ita ēt de dei cognitione, neque eam omnino ignoramus eum. n. esse scimus, & quòd est benignus, clemens,

Matt. 7 Mar. 11. Luc. 11.
Deu. 32 Iab. 11. 22
Gen. 18 1. Reg. 1 17. 4. Reg. 19 Ro. 4.
Esa. 53.
Ret. 4 4.
Hiere. 1 Dan. 13
Esa. 49 The. 3
Ro. 9
Dan. 13 Ro. 8. 1. Cor. 2
Iob. 2
Ion. 3
Ioa. 10.
Ad Ro. 9
Sermo, λόγος dolus.
Mat. 18
Mat. 11
Heb. 4.
Heb. 1
Col. 1.
Act. 17.
1. Cor. 13 2. Cor. 5
Iob. 12 1. Tim. 1. 6
Heb. 11. 1. Cor. 2
1. Tim. 1

bonus, & misericors, & quòd est ubiq; Quid sit autem substantia, uel quanta sint quæ dicta sunt, uel quomodo sit ubique, hoc ignoramus. Postquã ita quę dixit quibusnã ex rebus admirabilis facta est scientia tua ex me, & prædicauit eius pſciendi creãdi, & prouidenti facultatem, subſtantiãmque, quæ nec comprehẽdi nec explicari potest: aliam rursus refert potestatem, quæ ipsa quoque magna dubitatione plena est, si ratione quæratur. Nam ipsa quoque comprehendi nõ potest. Quænam ergo ea est? Etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Hoc est, Potes efficere ut homines qui in magna & grauia mala inciderint, grauibus illis malis minime illaqueentur & implicẽtur. Hoc itaque interpretans, subiunxit. *Et dixi forsitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis. Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur. Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* Postq; dixit superius ea quæ enumerauit, & unà cum illis quod non solum adest ubique, sed etiam quod deducit, defendit, & munit: subiungit deinceps, in eo quoque ostẽdens quid admirabile, non solum qđ munit & protegit, sed etiam quod supra rerum naturam. Cùm enim dixisset, Deducet me manus tua & tenebit dextera tua: subiunxit, Et dixi, forsitã tenebræ conculcabunt me. Alius, Si dixero, forsitan tegent me. Alius, Operient me. Tenebræ hic significant afflictionem. Quod autem dicit, est eiusmodi. Circunsessus sum à malis, & dixi mihi ipsi, Superabunt me mala. Hoc enim sibi uult illud, Tenebræ me conculcabunt. Alius dicit, Et nox illuminatio in delitijs meis. Alius, Nox lucida circa me. Quid hoc est? Ego hæc quidem dixi, inquit, ex rerum natura reputans, sæpe autem mala mutata sunt in bona, imò uerò, quod est maius, mala nõ mutata sunt in bona, sed malis manentibus magnam sensi benignitatem. Nõ dixit enim, Nox deleta est, sed, Nox fuit lucida. Hoc est, Nox manens nox, mala scilicet & calamitates (ea enim noctis nomine significat) non potuerunt me cõculcare, sed fuit lux in nocte, hoc est, mei extit defensio. Contraria enim in contrarijs & fiunt & apparent quando uult Deus. An non uidisti & fornacem ardentem, & rorem sibilãtem, & neque illum extingui, nec hunc exiccari, & grandinem simul & flammam. Vndenam ergo, dic mihi, hoc factum est? Quomodo autem factum est uolo scire. Imò uerò nec uolo quidem scire modũ, neque enim potest fieri, sed factum credo, eum autem qui fecit adoro. Plurima enim eius facta sunt occulta & arcana. Non uidisti quòd cum dies esset, perinde ac in tenebris palpabant Aegyptij: & cùm omnia occuparent tenebræ, uidebant Israelitæ: & cum essent rursus in principio tenebrarum, lux eis illuxit in medio. Naturę enim rerum semper est Dominus qui fecit, non ut producat quę non sunt, sed ut mutet, non ut mutet solum, sed ut manentia in natura aliter apparere efficiat. Quia tenebrę nõ obscurabuntur à te. Alius, Apud te. Et Nox sicut dies illuminabitur. Alius, Sed & nox ut dies apparebit. Sicut tenebrę eius, ita & lux eius. Alius, Similes sunt tenebræ, & lux eius. Rectè dixit, Apud te, significãs si uolueris, tenebræ non erunt tenebræ, sed lucem ostendent. Et ideo subiunxit, Nox sicut dies illuminabitur, reddens quod præcedit apertius, et ostendit, quòd quæ sunt diei, nox ostẽdet non secus ac ea quæ sunt eius propria. Quando enim Deus uoluerit, operatio elementorum traducitur in contraria, adeò, inquàm, perfectè contraria, quàm sunt propria q̃ ab initio attributa fuerant. Si tu.n. uolueris, ita erit nox, et ita habebit lucẽ sibi attributam, quẽadmodũ tenebras. Quocirca hoc quoq; significãs, subinxit, Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Hęc de elementis qdẽ propriè dicta sunt, metaphoricè autem etiam de rebus. Ex quibus ostenditur posse deum tantam afferre requiem ac recreationẽ ijs qui in afflictiones incidunt, quantam habent ij qui utuntur rebus secundis, ut pote qui curam gerat afflictionis. Hoc est enim incredibile, & maius opinione, quod etiam in Ioseph accidit. Neq; enim tam felix fuisset eius successus, nec tantum esset honorem consecutus in paterna domo habitans, quãtum uenundatus, & in domo barbarica educatus, per ipsos enim insidiatores ei cõtexebatur diadema, & comparabatur purpura, & ab infamiæ occasione honoris & regni ei causa processit. Vidisti quomodo interpretati sumus illud, Nox sicut dies illuminabitur: ad hoc autem, Sicut tenebræ eius, ita lumen eius, idipsum dicere necesse est. Sicut illę ita etiam hic erit, nõ uisione, sed domino tuo mutante rerum naturas. *Quia tu possedisti renes meos domine: suscepisti me de utero matris me.* Et quænã est hęc consequentia cum eis quæ dicta sunt? Magna quidem certè, & quæ ualde cohæret. Quoniam enim dixit de tanta eius potentia, ostendit deinceps eũ uti hac potestate ad utilitatem & beneficium hominum. Nequis enim insipiẽs diceret. Et quid hęc ad me, si est magnus, & potens, & præsciendi facultate præditus? Ostende si quid ex eo lucri facimus, subiunxit, Tu possedisti renes meos, à parte dicens totum hominem. Non est autem hoc parum quid ad partem laudis prouidentię, esse Dei possessionẽ. Qui enim possidet, curã gerit & prouidet. Quocirca hoc quoque significans, adiicit deinceps quod sequtur, dicens. Suscepisti me de utero matris meæ. Hoc est, Perpetuo me muniisti: mihi prouidisti, mei curam gessisti ac tutũ reddidisti, ab ineũte ętate, ab ipsis fasciis: & quæ dixi docuisti rebus ipsis. *Confitebor tibi quòd terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis.* Quid hoc est? Finxisti me, inquit, sed nescio quomodo finxeris. Prouides, sed non possum simul omnem comprehendere ratione prouidentiam. Vbique es, sed ne hoc quidem scio. Nosti futura, & præterita, & arcana mentis hominum. Sed nec hoc possum ratione comprehendere. Mutas enim rerum naturas, & facis ut manentes ostendant contraria, & ita rursus cõtraria educis, perinde ac si essent propria, & eius naturæ attributa. Cum itaque hæc omnia collegisset, & diuino esset spiritu afflatus, magna uoce clamauit, dicẽs, Confitebor tibi quòd terribiliter magnificatus es, hoc est, admirabilis apparuisti & es admirabilis. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis. Et quid de te, inquit, dico, cum quę à te fiant magnum habeant miraculũ? Deinde mittens omnia persequi, ei propria sui notitia sufficit, dicens. Et anima mea cognoscet nimis. Non cognoscit solummodo sed ualde & intensè cognoscit. Si autem cognoscit, quomodo dixit antea, Mirabilis facta est scientia tua à me, confortata est, non potero ad eam? Maximè nam illud quidem certè de eo

Ge. 19. 20 1. R. 19. 22 Esa. 38. Act. 12.

Dan. 3

Exod. 10

Exod. 13.

1. Reg. 16 2. Par. 6 Hieret. 17

dictum est, hoc uerò de opibus. Quòd si hoc quoque de ipso dictum est, illud dixerimus. Nouit eũ esse admirabilem, magnum, excelsum: Quid sit autem substantia (eadem enim rursus dicam) & quonammodo sit eius maiestas & magnificentia, & qnam sit modus eorum quæ dicta sunt, ignorat, sed ea ipsa ignoratio est argumentũ cognitionis, etiãsi sit mirabile quod dictum est. Nam mare quoque quantum sit ignoramus, & tamen propter hoc ipsum mare maxime nouimus, quòd eius modũ nesciamus. Siquis autem dicat se nosse eius quantitatem, is est qui id ignorat maximè. Professio itaque cognitionis arguit in scientiam, & est ignoratio, q̃ fert testimonium de nostra scientia. *Non est occultum os meum quod feci sti in occulto. Et substantia mea in inferioribus terræ.* Loquitur rursus de eius cognitione, & ostendit eum hæc scire omnia. Vel ergo dicit eum omnia nosse arcana, uel aliqd aliud significat, nẽpe formationem & creationem, nempe ne cum fingere quidem me ignorasti, sed omnia sciebas cum hæc paulatim natura contexeret, & in arcano oneraretur, & tanquàm in infimis terrę partibus. Sunt tamen tibi, inquit, omnia nuda & aperta. Alius autem interpres sic dixit, Non reuelata sunt ossa mea, quibus factus sum in occulto. Alius, Nõ latuit fortitudo mea qua factus sum in occulto, uariegatus sum ut m infimis terrę. Alius, Non latuit te potẽtia mea seu ossa mea, quòd factus sum in occulto, efficțus sum in infimis terrę. Omnes ergo dicũt eadẽ, nempe, Dum fingerer, me pfectè sigillatũ nouisti, & unumquodque membrum & eius incrementũ sciuisti. Quod dicit Christus, Vestri autem capilli capitis numerati sunt. Simul autem & prouidentiã & scietiã ostendit quod dicitur. *Imperfectum meum uiderunt oculi tui.* Vel idem rursus dicit, nempe me scilicet informem nosti. Alius enim sic dixit, Informatum me uiderunt oculi tui. Vel de ipsis actionibus, nẽpe, Quod nondũ factũ erat uiderũt oculi tui. Et *in libro tuo omnes scribentur. Dies formabuntur, et nemo in eis.* Est obscurũ quod dictum est, sed oportet id uenari ex consequentia & ex alio interprete. Quod enim dicit tale est, ei quod præcesit conueniens. Quid autem præcesit? Informem me uiderunt oculi tui: hoc est, cum nondum ullam figurã suscepissem, cum adhuc fingerer, cum adhuc contexerer, me æque apertè uiderunt ac eum qui est figura præditus & absolutus, & nullo die indiget ad suam perfectionem. Et ut scias hoc ita esse, audi interpretationem alterius. Informem me præuiderũt oculi tui, cũ omnib. quæ in libro tuo scripta sunt, quæ sunt effingenda nullo die deficiente. Cum illis, inquit, me uidisti qui fingũtur in diebus eorũ, quibus nullus dies defuit. Hæc autẽ dicit, non tanquàm scit liber superius, nec tanquàm ulla scripta sint, sed perfectam cognitionem per librum significans, quemadmodum quando dicit, Audiuit dominꝰ, & scripsit in libro. Et rursus, Libri aperti sunt. *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus.* Alius, Pretiosi fuerunt familiares tui. Non est hoc parua uirtus, Dei amicos honore afficere. Curam, inquit, mei gessisti, me cùm nõ essem produxisti, me regis & contines: ego autem hãc reddo remunerationẽ, amicos tuos honorans. *Nimis confortatus est principatus eorum.* Hoc est, Ipsi ualidi & potẽtes facti sunt. Alius dicit, Multiplicia sunt capita eorum, qđ quidem est clarius, subiungit enim. *Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur.* Ego quidem ipsos honoro: tu autem multos facis, atque adeò plures arena. Non solum autem multos, sed etiã fortes ac ualidos. Hoc.n. sibi uult illud, Validi facti sunt. Duplicem autem dicit prosperitatem, multitudinis scilicet & roboris. *Exurrexi, & adhuc sum tecum. Excitabor & ero semper tecum.* Non est hoc paruum signum uirtutis, in rebus secundis uirtutem perpetuo conseruare. Multi, inquit, cum res ei secundæ euenissent obliti sunt. At non ego, inquit, sed etiã cum exurrexi, hoc est, cùm sum liberatus à malis, semp ero tecum. *Si occideris Deus peccatores.* Non hoc dicit, Si occideris, tunc ero tecum: sed illud quidem etiã absq; hoc promisit. Petit autẽ hoc fieri, non ut deleat hominum substantiam, sed ut eos mutet à peccato in iustitiam. Non dixit enim, Si homines occidas, sed peccatores. Alius autem pro eo quod est, Peccatores, dixit, Transgressorem, dicẽs de hoctibus simulacra adorantibus. *Viri sanguinum declinate à me.* Viros sanguinum dicit sicarios, homicidas, & qui cędelætantur. Non est autem hic paruus gradus ad incrementum uirtutis, fugere & resilire ab eiusmodi hominum congressionibus. Deinde subiungitur etiam causa. *Qui dicitis in cogitatione*, Alius, Qui aduersus te dixerũt cogitationem. Alius, Quoniam exacerbauerunt te in malo consilio. Vide eũ non quærere quod suum est, sed propter deo factã iniuriam resilire, & fugere illorum cõsuetudinem. Hoc enim Iudæis fuit causa interitus, quòd uersarẽtur cum improbis. Quocirca legem quoque acceperunt, & lege separabantur ab eis, & iubebãtur eorum uitare cõiugia, & cum tunc exiissent ab Aegypto, quadraginta annis per se fuerunt in solitudine. Quocirca lex appellabatur sæpes, quòd eos undiq; circundaret, & eorum consuetudinem cum malis coerceret, erant enim eorum mores captu ac circũscriptu faciles, & mutabiles. *Accipiant in uanitate ciuitates suas.* Alius, Vanè elati sunt aduersarij tui. Alius Inimici tui. Propterea fugit & resilit, quòd aduersus Dei gloriam elati sunt, quòd se inique gesserũt quòd uerba blasphema locuti sunt. *Nónne qui oderunt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebã? Perfectò odio oderum illos. Inimici facti sunt mihi.* Ita etiã Deus pollicitus est se hostibus hostem futurum, & aduersarijs futurum aduersarium. Hæc enim sunt maxime signa amicitiæ. Ipse itaque Deo per utrũq; uicẽ reddit. Superius.n. dixit, Mihi autem ualde honorati sunt amici tui Deus. Hic autem, Eos q te oderunt odi, & illic supra modũ, & hic quoq; supra modum. Nõ solum enim dicit, Oderam, sed etiam, Tabescebam. *Proba me Deus, & scito cor meum. Interroga et cognosce semitas meas. Et uide si uia iniquitatis in me est & deduc me in uia æterna.* Atqui dixit in principio, Probasti me, & cognouisti me. Tu cognouisti sessionem & resurrectionem meam. Intellexisti cogitationes meas de longe. Semitam meam & funiculum meum inuestigasti. Et omnes uias meas præuidisti. Tu cognouisti omnia nouissima & antiqua: Quomodo ergo hic dicit, tanquàm nondum probatus, Proba me? Vides quomodo utitur humanis dictionibus, non ut in ea humilitate maneamus, sed ut cũ Deo dignã cogitationẽ p oĩa collegerimus, ad altas cõscẽdamus intelligẽtias. Petit.n. ut probetur & examinetur, nõ ut eiꝰ cor cognoscat

Luc. 12.

Apo. 20. Dan. 7.

ὡὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου ἀπ' σοῦ. nõ est occultatum os meum à te. Iob. 42. Heb. 4.

ἡμέρας πλασθήσονται. Die implentur.

ἐκραταιώθη σφόδρα ἄρχοντες, ualidi facti

Elij sunt principatus eorũ.

ὅτι ἐρίσσευσε ἐς ἐμὲ λογισμούς, *quoniam contradictiones estis in cogitationibus.* Deut. 7. Exod. 16 Matt. 14. & Deut. 19.

λύπη σονται accipiẽt. Deu. 7. 12 Iudicũ. 4

qui oīa nouit ēt antequā gignantur, Sed ut nos cognoscamus, qui ex rerum exitu discimus. Hoc n. sibi uult hic illud, proba me. Et uide si uia iniquitatis in me est. Et deduc me in uia æterna. Quæ nam est autem uia æterna, nisi spiritalis, & quæ ducit in cœlum, & cuius non est finis? Alia enim sunt caduca & momentanea, & uita præsenti concluduntur. Quocirca omnibus prætermissis illam quærit quę est immortalis, quæ est interminata, quæ ad finem nō peruenit. Quomodo autem deducetur quis ad illam? Si Dei auxilio fruatur, & ea quæ sua sunt conferat, uirtutem persequens, philosophiæ deditus, & rebus quæ ad hanc uitam pertinent excelsior effectus. Quæ enim illius uiæ sunt, non sunt fluxa & momentanea. Virtus enim habet fructus qui perpetuo florent & nunquam flaccescunt, & bona immortalia, à fine & ab interitu omnino aliena. Quæ detur nobis omnibus consequi gratia & misericordia Domini nostri Iesu Christi. Cui gloria & potentia nunc & semper & in sæcula sæculorum, Amen.

Eccles. 2.

IN PSALMVM. CXXXIX.

Ripe me Domine ab homine malo. A uiro iniquo eripe me. Vbi nunc sunt qui dicunt, Quare sunt feræ? quare scorpij? quare uiperæ? Ecce enim inuentum est animal, quod maiorē ostendit improbitatem, non ex natura, sed sponte & ex libera animi uoluntate. Quocirca propheta quoq; illis omnibus prætermissis, rogat ut ab eo liberetur. Quid ergo, dic mihi quæso, quoniā is talis est, nō oportuit gigni homines? Sed extremæ est amentiæ hoc dicere, nihil enim est qd lædat hominē nisi solum peccatum, eo autem sublato, omnia sunt facilia, explicata, ac tranquilla, quemadmodum si id adsit, sunt omnia scopuli, tempestates, & naufragia, nemo autem nos condemnet, si dicamus uitiosum hominem esse ferā improbiorem, ea enim etsi naturalem nō habet mansuetudinē, potest tamen facilè decipi, & id quod est esse cernitur. Homo autem qui scelus meditatur, & multis se personis induit, longè difficilius obseruatur & cauetur quam fera, ut qui ouis pellem sæpe præ se ferat, lupum autem intus occultet, & ideo multi, dum non cauent, in eiusmodi hominum laqueos incidūt. Quoniam ergo non facile obseruari ac deprehendi possunt eiusmodi bestię: Propheta ad preces conuertitur, & Dei implorat auxilium, ut à talibus liberetur insidijs. Eiusmodi enim homines sæpe subit diabolus, & ita ferit. Multa ergo sunt quæ tendunt undique insidias. Nam & homo sceleratus hoc facit, & sæuus Dæmon bellum gerit, & intoleranda tentatio molestiam exhibet. Quocirca iubemur orantes dicere, Ne nos inducas in tentationē, sed libera nos à malo. Variæ sunt pugnæ, & acies multiplices, & oportet esse paratos ad omnia? Quemadmodum enim qui ad mare est accessurus, & aquarū uiolentarum impetum, & uim imanium uentorum, & nubium concursum, rupesq; & scopulos marinos, beluarum irruptionem, & piratarum incursionem, & famem & sitim, & stationem non satis tutam nauibus, nautarum contentionem, uiatici inopiam, & quæcunque sunt eiusmodi, debet considerare ac prospicere, & aduersus ea omnia aciem instruere: Ita etiam qui uenit in eripū uitæ præsentis, & aduersus corporis affectiōes, & aduersus morbos animi, & aduersus hominum insidias, & aduersus inimicorum insurrectiones, & aduersus fictorū amicorum fraudes, & aduersus paupertatem, & aduersus tormenta, & aduersus contumelias, & dæmonum phalanges, par est ut se præparet, si quidem sit in urbem regiam peruēturus, & mercibus onustus in portum appulsurus. Atq; hic quidem uocat malum hominem: quando autem loquitur de diabolo, absolutè dicit malum. Quanam de causa? Quoniā ipse est pater improbitatis, & ideo dicitur malus per excellētiam, & pro proprio sufficit nomen adiectiuum propter insigne uitium, quod quidem non est ingeneratum natura, sed ei accesit. Quòd si etiam scire uelis unde sit deductum nomen improbitatis, magnum quoque hinc fructum percipies. Improbitas enim græcè dicta est ponería, ab eo quòd ponon, hoc est laborem & ærumnam possessori afferat. Quocirca quidam sapiēs hoc significans, dicit. Si sis malus, solus exantlabis mala. Sin bonus, tibi ipsi atque tuis proximis. Et quomodo, dicet quispiam, malus solus mala exantlat? Atqui multos probris & cōtumelijs afficit, sed neminem lædit qui non sit mollis, ignauus, et iners. Et si uelis, malo homine dimisso, ipsum malū dæmonem in medium adducamus. Dic mihi autē, an non omnem suam effudit improbitatem? Nunquid autem læsit Iob? An non illum quidem reddidit clariorem, ut autē esset grauior suus lapsus effecit? Quid uerò Cain, an non solus mala exantlauit? Non, inquit, sed etiam Abel. Quomodo & quanam ratione, qui celeriter transmissus est in portum nullis fluctibus agitatum? Sed hoc est maximum genus beneficij, quòd cum re à se rectè gesta obijt, quòd in cōmuni naturæ debito suum gesit negotiū. Nam quod erat alijs cōmune, & accidebat ex necessitate, hoc ei cum ampla merce accidit. Hoc non erat malum sustinere, sed clariorem capiti coronam imponere. Quid uerò Ioseph læserunt fratres? non ipsi soli mala exantlarunt? At fuit, inquit, seruus. Quid tum? Ego uerò dico eum fuisse Dominū. Sed non est hoc quod quæritur, an fuerit seruus, et in uinculis, sed an ex eo damnum ullum acceperit. Contrarium enim inuenimus, nempe quòd plurima lucri fecerit, ut qui sit apud Deum plurimam fiduciam consecutus, et per ea quæ esse uidebantur contraria, præsentem acceperit prosperitatem. Ne timeamus improbos, sed eorum misereamur. Tūc enim iure quidem erant timendi, cum nondum secta esset alia uia quæ ducit ad philosophiam: nunc autem nō amplius, cum deinceps cœli nobis pateāt, & homines angeli effecti sint. Nam et bestia 'quæ cum magno impetu irruit in hastæ aciem, uidetur quidem eum ulcisci qui tenet hastam, uerum sibi-ipsi granius uulnus infligit: et qui aduersus stimulum calces impingit, itidem pedes sibi cruētat. Talis est uirtus, stimulus, et gladius acutus, 'omnes autem improbi, sunt deteriores, et rationis magis' expertes quam bestiæ. Quādo ergo bonos inuadūt, seipsos grauius confodiunt, illis quidem sæpe in pecunia, nonnunquam etiam in corpore damnum afferentes: seipsos autem in anima, quod quidem est uerè damnum, lædētes. Si igitur in propria nos uirtute læderet damnum pecuniæ, non iussisset Paulus ut iniuria afficeremur, nō autem faceremus iniuriam. si malum esset iniuria affici, nō qui est bonorum legislator, mala iussisset. Verum enimuero quanuis

Ephes. 6.
Matth. 6.
Luc. 11.
Iob. 15.
Esa. 57.
Mat. 25.
Gene. 37.
& 40.
Gen. 3. 1.
Iob. 3.
Iob. 1.
Iob. 2.
Gen. 4.
1. Cor. 6.
Matth. 5.
Luc. 6.

quāuis res ita se habeant, non oportet malis insultare, nec in eos impetū facere, sed eorum uitare consuetudinem, sed si inuadant, forti et generoso animo eos excipe. Propterea enim iubemur orare ne intremus in tētationem. Quocirca ipse quoq; cum dixisset. Eripe me Domine ab hoie malo, subiunxit, A uiro iniquo eripe me, ponens rursus generale nomen uitij. Non solum enim eum qui in pecunia, sed eum etiā qui est in omnibus alijs iniustus, hic dicit. Rogat autem ut liberetur, nec fiat ut ille est. Non petit autem absolutè, nisi cum sua prius contulerit. Et ideo in fine prioris psalmi, cum eos fugisset, & eorum consuetudinē, petit hic Dei auxilium. Illic enim quæ sua erant cōtulerat, dicens, Viri sanguinum declinate à me qui dicitis in cogitatione. Hic autem rogat Deum ut liberetur ab eorum improbitate. Non enim paruum aut leue quid est ad securitatem, libertatem, & omnem uoluptatem, liberari à tali hominū cœtu, & quàm longissimè ab improborum consuetudine uersari: imo uerò magna est felicitas. *Qui cogitauerunt iniquitatem in corde.* *Quotidie constituebant prælia.* Vidisti quomodo sint feræ, quæ neque obseruari, neque uitari possunt, ut qui mala in animo machinentur, & celent in arcanis insidias. Cogitauerūt, inquit, in corde. Hoc est, non extrà protulerunt, sed intus agitabant & uersabant scelus parturientes, &, quod est omnium grauissimum, non aliqua temeritate inducti, nec peruersi, sed omnem operam & studium in eam rem conferētes. Hoc enim sibi uult illud, Cogitauerūt, nempe omni studio & maxima animi alacritate. Tota die constituebant prælia. Per hæc, omnē uitam significat. Bella autem significata, non ea quæ structa acie, nec quæ armis geruntur, sed quæ paratis insidijs, quæ & in foro & domi gerūt homines, nō thorace induti, nec clypeo protecti, sed prō omnibus armis improbitate utentes, & uerba uel telis acerbiora omittentes. Improbitatis autem eorum est hoc maximum, quòd non solum sunt dolosi, ficti, & simulatores, nec quòd ad bella & prælia parati, sed etiam quòd per totam uitam, nec tetri huius belli ullæ sunt induciæ. Atqui si uolebant belligerari, aliam iustam belli gerendi causam habebant. Aduersus enim peccata decertare, & contra diabolum aciem instruere oportebat, & pugnare contra morbos animæ, & enses in dæmones acuere. Hi autem illam aciem ne aspiciūt quidem, sed tela inter se mutuo iaculantur. *Acuerunt linguas suas sicut serpentes. Venenum aspidum sub labijs eorum.* Vidisti quā sit uile & ignobile uitium, facit ex hominibus bestias, aspides, & serpentes, & linguam illam quæ diserendi potestate prædita est, ad istam feritatem deducit. Id autem cuius eos superius insimulauit, id quoque eis nunc obijcit. Venenum aspidum sub labijs eorum, inquit, semper, hoc est, assidue. Quemadmodum ergo superius dixit, tota die constituebant prælia: ita hic etiam, Acuerunt linguas suas sicut serpentes, uenenum aspidum sub labijs eorum semper. Hoc enim ubique significat Diapsalma. Diapsalma autem Hebraicè dictum est סלה, selah, quod est, semper. Atqui uitium uel exiguo tempore res est grauis & molesta. Quado autem id assiduè persequuntur, nec eos ulla eius capit satietas: quænam eis uenia dari potest, & quænam erit eorū defensio? *Custodi me Domine de manu peccatoris. Et ab hominibus iniquis eripe me.* *Qui cogitauerunt supplantare gressus meos. Absconderunt superbi laqueum mihi. Et funes extenderunt in laqueum pedibus meis. Iuxta iter scandala posuerūt mihi.* Nihil est iniquius ijs qui uitium perse quuntur, qui ante alios suis ipsorum animis faciūt iniuriam. Cū enim ipsi sint authores offensionis, cum efficiant ut Dei glorię detrahatur ab insipientibus, cum non exoluant quæ debent, sed qui cōrpus & animam à benigno & clementi Deo acceperint, sunt agendæ gratiæ immemores, & qui tātum ornamentum & bonū acceperint, benefactori suo contraria rependunt, quid his fuerit iniustius, quid uerò ingratius? & quod est maius, & omne scelus superat, alios quoque proprijs & cōtumelijs conantur afficere. Cogitauerunt, enim inquit, supplantare gressus meos. Quòd si quod cogitabāt minimè fuit effectum, id quoque sumæ Dei clementię ascribendum est. Ipse enim scelerata eorum cōsilia confregit. Vide autem quàm meditatum erat scelus, & quanto studio paratæ insidiæ. Occultarunt enim, & extenderunt, idq; iuxta iter, ut & propter longitudinem, & quòd latereēt, & quòd propè tenderet, caperent, & in suam potestatem redigerent. Fuerūt enim sceleris artifices, dum laqueos undique extenderent, hoc unum sibi faciendū statuentes, ut eum perderent. Vis uidere quomodo funes expādat diabolus? Vide rursus id quod Iob accidit. Quid enim illis latius? quid longius? quid uerò propinquius? cum non solum in cognatis & amicis, nec in uxore tantum, sed in ipso eius corpore laqueum tetenderit. *Dixi Domino, Deus meus es tu. Exaudi Domine uocem deprecationis meæ, Domine, Domine, uirtus salutis meæ.* Alius, potētia salutis meæ. Postquam dixit bellum & insidias, & ostendit mala esse intolerabilia: confugit deinceps ad inexpugnabile auxilium è cœlo adiutorem implorans, qui hæc potest frangere et profligare. Hoc est argumentum generosi animi, hoc est signum mentis, quæ tenetur studio sapientiæ, cum hæc circunstiterint, non confugere ad humanum auxilium, nec ad mortales cogitationes, sed in cœlum respicere, et Deū qui ubique præsens est inuocare, non autem conturbari, animoue consternari. Vide autem quomodo ut eo dignum fuit uerba contexit. Non dixit enim, in hac et in illa re me rectè gessi, nec hanc feci iustitiam. Sed qd? Deus meus es tu, maximam causam afferens cur petat auxilium, quòd confugiat ad dominum, opificem, et Regem. Exaudi Domine uocē deprecationis meæ. Domine, Domine uirtus salutis meæ. Dixit uirtus, seu potentia salutis, ostendēs esse etiam potentiam pœnæ et supplicij. Sed præbuisti, inquit, mihi uirtutem salutis. Potes enim et bene facere, et de medio tollere: sed ad meam salutē tua semper potentia usus es. Vide autem desideriū dicentis. Per conduplicationem enim, et quòd adiecit, salutis meæ, ostendit magnam affectionem. *Obumbrasti super caput meum in die belli.* Vidisti gratum animum priora in memoriam reuocat, quod eum scilicet in ruto collocauerit. Hoc enim sibi uult illud, Obūbrasti. Vide autem quomodo ostendat ij facile et nullo negotio Deus ferat auxilium. Nō enim dixit, antè, sed, in ipso, inquit, die, quādo mala imminebāt, quando erat instructa acies, quando uersabatur in maximis periculis, tunc me in tuto collocasti, neque enim aut apparatu aut exhortatiōe ulla Deus

Iob. 1.
Iob. 5.
Esa. 8.
Iob. 2.
Psal. 4.
Iob. 5.
Coloss. 3.
Hebr. 12.
1. Pet. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

G indiget, ut qui sciat quæ sunt præsentia, futura, et præterita,& q omnia potest, & semper adest,& præsto est ad ferendum auxilium. Deinde ostendés in signem uictoriam,& summam securitatem,non dixit,Seruasti me.Sed quid?Obumbrasti. Hoc est,ut ne minimam quidem molestiam sustinerem effecisti, ac ne æstus quidem, sed me in tanta securitate & una cum securitate in tanta iucunditate & animi quiete collocasti, ut nec ullus quidem calor mihi molestiam exhiberet, sed in umbra iucundè & sua uiter agerem,liber scilicet ac remotus à malis ac calamitatibus. Quocirca subiunxit illud, Obumbrasti, ea ratione etiam significans quã promptum & expeditum sit dei auxilium,nempe per umbræ nomen,perinde ac si diceret. Sufficit si tantum adsis, & omnia fracta & prostigata fuerunt. *Non tradas me Domine à desiderio meo peccatori.* Alius, Ne des Domine,desideria iniusti. Quod autem dicit, est eiusmodi. Ne concedas ei desiderium suum contra me, id est. Quæ aduersus me desiderat,ne permittas ut ipse impleat. Non dixit autem, Quæ desiderat,sed, A
H desiderio meo,uolens tale quid significare. Ne tantillum quidem concesseris eorũ quæ desiderat. Tales enim sunt improbi, cum maxima cupiditate in proximum moliuntur insidias, quemadmodũ diabolus quoque,de quo dicit, Circuit tanquam leo rugiens,quærens quem deuoret. Ita Iob cupidè aggressus est. Ita etiam de Petro inuadendo consultabat & ideo dicebat. Quoties expetiuit te satanas cribrare ut triticum. Vidisti quantam habuerit cupiditatem. Sunt etiam homines, qui inuidia adducti, & qđ malis lætentur, illius uitium imitãtur. Quos quidem miseros appellat scriptura, dicens, Væ qui lætamini malis,qui delectamini conuersatione improborum. Idq; profectò meritò, hoc est enim praui & corrupti animi. Si enim dolendum,ingemiscẽdum,deflendum est propter eos qui pereũt: quam consequentur ueniam, aut qua utentur defensione qui tantum abest ut eorum misereantur, ut etiam gaudeant? An non uidisti quòd ipse quoque Christus,cum esset puniturus, deflet pereuntem Hierusalem? Non uides etiam Paulum propter aliorum
I interitum gementem & lugentem? Sed sunt nõnulli adeò corrupti & deprauati, ut suorum malorum solatium alienas ærumnas existiment. *Cogitauerunt contra me,ne derelinquas me, ne forte exaltentur semper.* Hoc enim sibi uult, Diapsalma. Alius,Ne eueniat, ne forte exaltentur. Hoc est scelerati & corrupti animi, quando & cõsilio & otio & meditatione opus est ad uitium. Non sufficiunt enim quæ repente fiunt,non satis sunt ad nos perdendos quę temere & inconsideratè fiunt,sed & consilio & tẽpore & consideratione tibi opus est ad uitium? Quanam ergo uteris defensione,cum studium & diligentiam adhibes ut uitium exerceas, cum pro malis faciendis consultas,& socios adscisci? Sed uide eius humilitatem:Non dixit enim,Ne derelinquas me, quoniã sum dignus. Ne me derelinquas propter uitæ uirtutem. Sed quid,Ne forte exaltentur. Hoc est,Ne fiant arrogantiores, & ne in maiorem erigantur insolentiam propter meam derelictionem. *Caput circuitus eorum,labor labiorum ipsorum operiat eos.* Alius,Exacerbatio eorum qui me circundant. Labor labiorũ ipsorum operiat ipsos. Circuitum hic dicit conuentũ consessum,improbam officinam, scelesta consilia. Quod autem dicit est eiusmodi. Ipsa scelerata consilia,& caput ac summa improbi & deprauati animi, ipsa eos obruerit & perdiderit. Labor labiorum ipsorum. Laborem hic uocat improbitatem. Res est enim eiusmodi improbitas, affert ei qui illud possidet exitium, & ut obruatur efficit. Hoc in Dauid accidit. Expectabant enim fore ut in mala grauissima incideret. Ille uerò euasit clarior. Certè,inquit, sed ostende quomodo proprio consilio cõfossi perierunt,& dic ubi hoc euenerit. In fratribus Ioseph. Cum enim uellent eum seruum facere ac perdere, ipsi extremum periculum adierunt. At qui & in seruitutem,& in mortem,quid in eis fuit,detrusus est. Et Absalon,cum inuasisset tyrãnidem,& uellet patrem perdere,ipse per eam captus est. *Cadẽt super eos carbones ignis. In ignem deijcies ipsos.* Quod dicit est eiusmodi. Sufficit quidem uel ipsum uitium ad eos perdendos qui ipsum complectuntur. Sed cum eo iram quoque diuinitus immissam sustinebũt. Carbones autem ignis, & ignem hic dicit, supplicium quòd à superis immittitur. Sæpe autem in ipso quoque igne immissum est,sicut fuit in Dathan, Core, & Abiron,& in ijs qui circundederunt fornacẽ babylonicum. *In miserijs,& non subsistent.* Alius, Cadẽt in foueas,ne resurgant. Alius,Propere,& non resurrexerint. Ex unius quidem interpretis sententia tale est quod dicitur. Ita eos perdiderunt ut non amplius resurgerent. Ex alius uerò, Cum magna celeritate. Hoc enim sibi uult illud,Propere. *Vir linguosus non dirigetur in terra.* Postquam dixit de ira dei,ostẽdit rursus ipsum per se uitium sufficere ut eos perdat qui id habent. Non est autem hoc quoque parum genus improbitatis, esse nimis insolentem, & linguam non posse cohibere. Linguosum enim hic dicit hominem petulantem,nugatorem,maledicũ, qui latrat assiduè, qui cane nihilo est melius affectus. Dic qualis est eius fructꝰ. Nõ dirigetur,inqt,in terra. Alius,Nõ stabilietur. Deijcietur, pibit. Hic est fructus maledici,est oib. hostis,oibꝰ molestus,grauis,& acerbꝰ. Quẽadmodũ ergo q est mitis,patiẽs, & lenis,& scit tacere,tutus est,gratꝰ & iucũdus omnibus: Ita q talis est, uitã agit lubricã & ualde periculosam, undiq; innumerabiles inimicos ad se accersens & attrahens,& ante alios suam animam cõturbans, non sinẽs eam quiescere, sed etiam nullo ei molestiam exhibente, innumerabiles tumultus & bella intus excitans. *Virum iniustum mala capient in interitu.* Ita etiam dicit alius sapiẽs. Iniquitates uirum uenãtur. Vide rursus uitium sufficere ad eum perdendum qui id habet. Sed qua de causa posuit nomẽ uenationis? Vt uideas id esse ineuitabile: ut, etsi cũ iniustè te geras nõ statim incidas, non ideo sis bono & fidenti animo. Talis enim est uenatio: non semp,nec protinus assequitur. Sed tamen quãuis in uenatione non capiantur feræ, ne sic quidẽ tutæ sunt, licet laqueis nondum sint implicatæ: Ita etiam ne confidat anima quę iniustè facit, etsi nõdum capta sit. Quandoque enim capietur. Si uis,n. in tuto esse, cessa hæc agere, & magna fruẽris securitate. Cur autem dixit,Ad interitum? Quoniã multi capiũtur ad salutem: ut qui ab Apostolis, ut qui à sanctis uiris. At non mali,quando eos uenatur uitium: sed ad perniciem & interitum. Et cur nõ euestigio uitium consequitur supplicium? Propter dominj clementiam. Si enim uellet de unoquoque eo

A rum qui peccant protinus supplicium sumere,maxima ex parte sublatum esset humanum genus. *Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis, & uindictam pauperum. Veruntamen iusti confitebuntur nomini tui. Et habitabunt recti cum uultu tuo.* Aliꝰ, Apud uultũ tuũ. Pro habitabunt autem, alius dicit, permanebunt, & alius,sedebunt:& pro cognoui,scio. Quoniã dixit,uenabuntur, & peribũt,nec ostendit statim imminere suppliciũ: nequis crassior ideo redderetur negligentior,subiunxit illud, Cognoui:ostendens id omnino futurũ. Qui enim iniuria affecti sunt, non manebunt inulti. Pauperes autem hic non intelligit absolutè pauperes,sed eos q sunt ualde humiles,qui sunt contriti. Hæc autem dicit,& eos qui iniuria afficiuntur consolans, & eos qui faciũt iniuriam corrigens & admonens: ut nec illi propter moram desperent: nec hi propter dilationem reddantur socordiores. Dilatio enim ducit ad pœnitẽtiam,eum autem qui perseuerat punit grauius,idq; B meritò. Quare? Quòd cum in se tantam bonitatẽ senserint,nequaquam meliores euaserint. Cogita quanta sit Dei clementia,quando eos qui sunt sibi dedicati mala pati permittit, nec de eo qui malum facit pœnas sumit, uolẽs eum meliorem facere pœnitentia. Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo. Quid est quod dicit? Quo dcũque,inquit,euenerit, illi agenti gratias, seu uiderint humiles probris & iniurijs affectos, seu malos elatos, non exigent rationem cur illa fiant. Hoc est enim uel maximè iustorum, perpetuò & in omnibus gratias age-
Ephe.5. re. Et habitabunt recti cũ uultu tuo. Hoc est, Tuũ
1.Thes.5 assecuti auxilium, & de te cum suis animis cogitantes, semp tecum uersantes, à te nunquàm recedẽt. Quòd si fiat, nihil unquàm eis ægrè fuerit, nec de eis quæ accident unquàm quæretur. Hoc est enim animi immobilis,hoc firmæ mentis ac stabilis,nõ poscere à domino eorum quæ fiunt rationẽ. Quo-
Ro. 9 circa dicebat Paulus. Verùtamen ò homo, tu quis es qui respondeas Deo. Nunquid dicit figmentum figulo, Cur me feci sti sic? Hoc modo nos perpetuò quoque simus grato & memori animo, pro omnibus deo gratias agentes. Quoniam ei gloria,& gra-
C tiarum actio,& adoratio, nunc & semper & in infinita sæcula sæculorum, Amen.

IN PSALMVM CXL.

Omine clamaui ad te, exaudi me. Intende uocimeæ cum clamauero ad te. Huius quidem psalmi uerba omnes,ut semel dicam, sciunt,& d per omnem ætatem perpetuò canunt, quis sit autẽ sensus eorum quæ dicta sunt nesciũt. Quod quidẽ non est parua reprehensione dignum, quòd q quotidie canunt,& ore uerba proferunt, non quærunt uim sententiarum quæ in his uerbis sitæ sunt, sed si uiderit quidem quispiam aquam puram & limpidam, non se tenuerit quin ad eam accedat, tangat, & bibat,& qui in pratũ assiduè ingreditur, nisi collectis prius aliquot floribus recedere minimè sustinuerit. Vos autem qui ab ineunte ętate ad extremã usque senectutem hunc psalmum meditamini, nihil aliud quàm uerba perpetuò tenetis, & abscondo thesauro assidetis,& obsignatam crumenam circumfertis, & nec à curiositate quidem incitatus est quispiam ut disceret quid est quod dicitur,nõ quę sint,non scrutatus est. Quanquàm nec illud quidẽ dici potest,qđ cũ esset psalmus aptus,oẽs inuitauit ad somnũ, nec sciuit ut q̃reretur qđ erat ad manũ. D Est enim obscurus, & qui sufficit ad eum excitandum qui non nimis profunde dormit,imò uerò eũ etiam qui dormit. Quid enim est illud,Ne declines cor meum in uerba malitiæ? Quid uerò, Corripiet „ me iustus in misericordia,& increpabit me? Quod autem consequitur,dic quæso,an non est quibusli bet tenebris tenebricosius? Quoniã adhuc & ora- „ tio mea in beneplacitis eorũ. Absorpti sunt iudicti „ petræ iudices eorum. Quanuis tamen tot sint obscura, ueluti quoddam canticum, ea multi leuiter prætercurrunt,sed ne dum in reprehensione nimiũ immoramur,molesta euadat oratio, age ad ea quæ dicta sunt perscrutanda ueniamus. Sed diligenter attendite, neque enim puto fuisse temere decretum à patribus ut hic psalmus diceretur quotidie, nec id quidem propter id quod in eo dicitur, *Eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum.* Nã idipsum Ps. 54 quoque in alijs psalmis dicitur quemadmodum il Ps. 73. le qui dicit. Vespere & mane & meridie narrabo,& Ps 29. annũciabo. Et rursus, Tuus est dies,& tua est nox. Et rursus,Vespere demorabitur fletus, & in matuti E no exultatio,& multi possunt inueniri psalmi, qui uespertino tempori conueniant. Non ergo propterea hunc psalmum decreuerunt patres:sed tanquã salutare aliquod pharmacum, & peccatorum piaculum,ut is diceretur constituerunt, ut quæcũque sordes aut maculæ fuerint à nobis toto die susceptæ,dum uel in foro, uel domi, uel in quocunque alio loco uersamur, eas cum ad uesperum peruenerimus,per spiritale hoc carmẽ abstergamus. Est n. medicamentum quod delet hæc omnia. Talis est etiam psalmus matutinus, nihil enim uetat illius quoque breuiter meminisse? Accendit enim in deũ desiderium,& animum excitat, & postquàm ualde inflammauit, & magna repleuit lętitia & charitate, ita permittit accedere. Videamus autem undenam incipiat,& quid nos doceat. Deus Deus meus ad te Ps. 62 de mane uigilo. Sitiuit te anima mea. Vides quomodo ostendit uerbum inflammati animi. Vbi est autem amor Dei,omnia mala recedunt,ubi est Dei memoria, illic est peccatorum obliuio, & malorũ interitus. Sic in sancto apparui tibi,ut uiderem uir- F tutem tuam & gloriam tuam. Quid est, sic? Cum hoc,inquit,desiderio,cum hac dilectione,ut uideã tuam gloriam,quæ potest ubique uideri. Sed ne eo qui est præ manibus relicto, alium obiter introducamus, transmisso auditore ad ea quæ de illo dicta sunt, ad ea quæ sunt nobis propolita accedamus. Quid hic ergo dicit? Domine clamaui ad te,exaudi me. Quid dicis? Quoniam clamasti uis exaudiri, & „ eam affers iustam causam cur exaudiaris? Is ergo q magna & uehementi uoce intensaq; prædiri sunt opus est. Sed hoc fuerit à ratione alienum. Quid. n. peccauit,qui est parua & exili uoce,tardeq; & impe ditioris linguæ? Nõne talis erat Moses, & omnibus Exod 4 magis exaudiebatur? Non Iudæi clamabant plus- Exo. 17 quã omnes,sed Deus eorum precibus non annuit? 32. Magna enim & exili uoce esse præditum sunt naturæ commoda. Ea autem non faciunt ut uel audiamur,uel non audiamur,ut quæ nec digna sint quę uel laudentur uel uituperentur. Multa enim naturę commoda adsunt etiam sceleratis. An nõ erat pul- 2.Re.14. cher & formosus Absalon, & usque ad capillos ca- 4. Reg.2 pitis porrigebatur eius corporis species? Quid au-

Gtem,an nõ erat caluus Heliseus, ut etiam rideretur
à pueris? Sed nec illum quidquam uiuit forma, nec
hunc læsit deformitas. Et quid dico eum qui est to
tus & exili uoce, tardioris q & impeditioris linguę,
Exo.14. cùm uel tacens audiretur Moses, & Anna minimè
1.Reg.1 loquens. Iudæos alloquens Deus dicebat. Si multi-
Esa.1. plicetis orationem, non exaudiam uos: Cur hic ergo
dicit, Clamaui ad te, exaudi me? Clamorem hic
dicit internum clamorem, quem cor inflammatũ
peperit, & cõtritus animus, quo cum clamaret Mo-
ses, exaudiebatur. Quemadmodum ergo qui cla-
mat, omnes uires suas haurit & exinanit: ita etiam
qui corde clamat, totam mentem suam conuertit.
Talem ergo clamorem Deus requirit, qui non sinat
oscitare, & eum qui canit ad alia diuertere. Non so-
lum autem quærit talem clamorem, sed etiam ut ip
se oretur. Sunt enim multi qui stant quidẽ, ad Deũ
autem non clamant, sed labra quidem ad Deum
clamant, & nomen Dei circunferunt: mens autem
nihil sentit eorum quæ dicuntur. Qui ita se gerit,
Esa.29. H non clamat, et si maximè uociferetur. Qui ita se ge
Mat.15 rit, Deum non orat, etsi maxime uideatur orare. At
Exo.14 non ita Moses, sed clamabat, & exaudiebatur, &
ideo ei à Deo dicitur, Cur ad me clamas? Non solũ
autem clamans, sed etiam tacẽs impetrauit quæ uo
luit, ut qui se dignum præbuisset ut à Deo exaudi-
retur. Quòd si uis etiam uidere peccatores intensè
& uehementer orantes, magnáque uoce clamantes,
& impetrantes, uide meretricem, quæ clamat
silentio, uide publicanum qui à sola oratione fuit
Luc.7 iustificatus. Hic quoque tali clamore utitur, & ideo
Mat.18 dicit, Domine clamaui ad te, exaudi me, & ideo ro-
gat ut audiatur. Cum clamauero ad te. Vide etiam
aliam uirtutẽ orationis. Non enim rogat ideo exau
diri, quòd magno & uehemẽti studio oret, sed etiã
ex eo quòd talem offerat orationem, ut digna sit
oculis illis in quos nunquàm cadit somnus. Quæ-
nam autem ea est? Quando quis non malè precа-
tur inimicis, quando non orat pro diuitijs & facul-
tatibus, quando non pro potentia & gloria, neque
pro ulla re fluxa & caduca: sed pro illis immortali-
Mat.6 bus, & quæ nunquàm intereunt. Quærite, enim in-
I quit, regnum Dei, & hæc omnia adijcientur uobis.
Cum clamauero ad te. Vides quomodo uult nos
quoque cum magno studio & claritate animi eum
uocare, etenim diabolus tunc maximè insidiatur.
Mat.17 Quoniam enim sunt maxima arma preces, & licet
Mar.9 simus peccatores, infamiáq; & ignominia notati,
si tamen perfectè, & Dei legibus diligenter seruatis,
oremus, magna efficimus: tunc nos conatur impel
lere in socordiam, & dimouere nostram cogitatio-
nem: ut faciat nos absque ullo fructu recedere ab
oratione. Quocirca oportet nos, cum hæc sciamus
aduersus eum nostrum communire studium & di
ligentiam, & inimicis nostris nunquàm malè pre-
Act.4 cari, sed Apostolos imitari. Illi enim cùm pasi es-
sent mala innumerabilia, & in carcerem coniecti
essent, & in extremum adducti periculum, ad ora-
tionem confugiebant, dicẽtes. Respice super minas
ipsorum. Et quid postea? Num, Confringe ipsos, uel
occide dicebant, ut multi sæpe dicunt imprecan-
tes? Nequaquam, sed quid? Et da seruis tuis cum fi-
ducia loqui uerbum tuum. Quomodo & quanam
ratione? In occidendis ijs qui insidiantur? In ijs de-
lendis & ad internecionem usque de medio tollẽ-
dis? Minimè. Sed quomodo? In signis & prodigijs K
faciendis per sanctum filium tuum Iesum. Vidisti
orationem plenam philosophia, & quæ post tot &
tanta mala non petit ut supplicium sumatur de ini
micis. Sed hi quidem sic uiuentes & spirantes. Ste-
phanus autem, cum præsentis uitæ cursus esset ei in
terrumpendus, non solum nihil mali eis petiit, sed
eos etiam qui lapidabant, & eum interimebant, stu
det per suam orationem eripere ab ira quæ erat in
eos uentura propter hoc peccatum, et dicit, Ne sta-
tuas eis hoc peccatum. Quamnam ergo ueniam Act.7
consequentur, et qua defensione utentur qui suis
inimicis malè precantur? Quomodo autem exau- Mat.5
diri poterit ea oratio, quãdo repugnat Dei legibus? Ro.12
Nihil ergo tale dicamus, non solum enim non est
malè precandum inimicis, sed ira etiam in eos con
cepta est auferenda, et ideo dicit, Volo uiros orare 1.Tim.2
in omni loco, tollentes manus sanctas sine ira et di
sceptatione. Hoc est, Si sit tibi inimicus, extingue
iram, et ita accede ad dominum, et non solum ad-
uersus eum ore nihil dixeris, sed etiam expurges ui
rus tui animi. Si talis sit tua oratio, et uehemẽti stu
dio Deum inuocaueris, etiam priusquàm orationẽ L
perfeceris, exaudieris. Hoc ipse quoque petit, dicẽs.
Intende uoci orationis meæ, cum clamauero ad te. Etenim Esa.58.
ipsius Dei promissio est quæ dicit. Adhuc loquẽte
te dicam, Ego ad sum. *Dirigatur oratio mea sicut incen
sum in conspectu tuo.* Alius, Statuatur oratio mea si-
cut incensum corã te. Alius, Præparetur. *Eleuatio ma
nuum mearum sacrificium uespertinum.* Alius, Donum
uesperæ. Alius, Oblatio uespertina. Quid nos uo-
lẽs docere Propheta loqtur de sacrificio uesptino?
Erant olim duo altaria, unum quidem æneum. Al-
terum uerò aureum, et illud quidem erat publicũ, 2.Par.8
omnibus ferè totius populi hostiis expositũ, Hoc 3.Re.6.7
autem sit um erat in adytis, et intra uelum. Atque 2.Par.4
adeò, ut quæ à nobis dicantur sint clariora, cone- 2.Reg.8.
mur potius ab ipso initio ducere orationem. Fuit 1.Par.5
olim apud Iudæos templum, longum quidem qua Exo.26.
draginta cubitos: latum uerò uiginti. Huius longi- 36.
tudinis decem intus ablati intercipiebantur cubi- Nu 16
tis, et quod erat interceptum, uocabatur sancta san Leu.16.
ctorum, quod erat autem extrà sancta, tantum. Au M
ro autem omnia collucebant. Nonnulli uerò dixe- Heb.9
rũt supremam quoque illam trabem fuisse aureã. Exo.30
Huc solus pontifex semel in amo ingrediebatur. Il- Leu.16.
lic et arca sita erat, et Cherubim. Illic etiam stabat
altare aureũ, quo afferebatur thuribulum, ad nihil
aliud paratum quàm ad solum incensum seu suffi-
tum. Hoc autem fiebat semel in anno. In externo
ergo templo erat altare æneum, in quo quotidie
offerebatur agnus, et comburebatur. Hoc appella-
batur uespertinum sacrificium, erat. n. etiam matu
tinum, et bis in die oportebat altare accendi, præ-
ter alias hostias quæ offerebantur à populo. Hoc
enim erat iussum et lege statutum sacerdotibus,
ut ex se et ex domo sua, quãdo nullus offerret, unũ
matutinum, et unum uespertinum agnũ sacrifica-
rẽt et cõbureretur, et illud qdem appellatur sacrificiũ
matutinũ: hoc uerò uespertinũ. Hoc autẽ iusserat
Deus fieri, significãs p id qd fiebat, eũ assiduè cole-
re opotere, & cũ dies incipit, & cũ desinit. Hoc ergo
sacrificium fuit semp acceptũ, & eiusmodi hostia.
Quod autem fiebat pro peccatis, aliquãdo quidẽ
erat acceptum, aliquando uerò non acceptũ, utpo-
te quòd

Ate quòd hoc uel illud esset, pro ut erant affecti ad
uirtutem aut uitium qui illud offerebãt. Quod au-
tem non offerebatur pro aliorum peccatis, sed erat
lex sacrificij et modus colendi, erat omnino acce-
ptũ. Hic ergo rogat, ut sit eius oratio, ut illud sacri-
ficium, quod nulla polluebatur offerentis macula,
sicut illud incensum sanctum & purum. Propterea
autem quòd rogat, docet nos ut orationes nostræ
sint puræ & odoriferæ. talis enim est iustitia: quem
admodum peccatum est fœtidum. Quocirca tetrũ
Psal.37 eius odorem significans, dicebat. Quoniam iniqui
tates meæ supergressæ sunt caput meum, tanquam
onus graue grauatę sunt sup me. Putruerunt & cor
ruptæ sunt cicatrices meæ. Quemadmodum ergo
suffitus per se est bonus & bene olens, tunc autem
maximè bonum odorem emittit' quando igni ac-
cesserit: ita etiam oratio uel per se quidẽ bona est:
est autem melior & fragrãtior, quando offertur cũ
1.Cor.4. ardenti & feruenti animo, quando anima efficitur
Col.3. thuribulum, et ignem uehementem accendit. Neq;
enim imponebatur incensum aut suffitus, nisi esset
B prius accensa craticula, aut nisi arderẽt carbones.
Hoc ipsum fac tu quoq; in mẽte tua, accende prius
ipsam promptitudine et animi alacritate, et tũc im
pone orationem. Precatur ergo ut oratio quidem
sua fiat sicut incensum, eleuatio autem manuum,
sicut sacrificium uespertinum. Sunt enim ambo ac
cepta. Quomodo autem hoc fiet? Si utraq; sint mũ
da, si utraq; nulli sint reprehensioni uitióue obno-
xia, et lingua et manus, hæ quidem ab auaritia et
rapina expurgatæ: Illa uerò à malis uerbis libera.
Quemadmodum enim oportet thuribulum nihil
habere immundum, sed solum ignem & suffitum:
ita etiam linguam nullum oportet uerbum profer
re quod sit ulla macula aut labe respersum, sed san
ctitatem & laudem. Ita ẽt oportet manus esse thuri
bulum. Sit ergo os tuum thuribulum. Vide autem
ne id fimo impleas. Tales enim sunt qui loquũtur
Ephe.4 uerba turpia & immunda. Cur autem nõ dixit ma
Col.3.4 tutinum, sed uespertinum? Mihi quidem uidetur di
ctum esse indiscriminatim. Si enim dixisset matuti
num, curiosus interrogasset, cur non dixit uesperti
C num. Siquis autem uelit audire non nimis curioſẽ:
dicẽdum est matutinum quidem expectare uesper
tinum, cum uespertinum autem peractum fuerit, si
nitum est sacrificium, & nõ est utique amplius im-
perfectus diei cultus, sed est completus, & finem ac
cepit. Sed quid sibi uult manuum in oratione ele-
Esa.1. uatio? Quoniam & multis sceleribus inseruiunt, ut
Psal.25 percussionibus, cædibus, rapinis, auaritiæ, et alte-
rius bonorum cupiditati. Propter hoc ipsum ergo
eas iubemur tendere, ut orationis ministerium, sit
eis uitij uinculum, et ab improbitate liberatio. Vt
quando es rapturus, uel in bona aliorũ inuasurus,
aut alium uerberaturus, in memoriam reuocans fo
re ut eas ad deum mittas te defensuras, et illud spiri
tale sacrificium per eas emittas, ne eas ignominia &
pudore afficias, & malę operationis ministerio eis
Dan.4 fiduciam auferas. Purga ergo eas eleemosyna, cle-
mentia, subueniendo ijs q indigent, et ita eas ea die
ad orationem. Si enim non permittis ut eæ tollan-
tur illotæ ad orationem: multò magis non æquũ
est ut eas peccatis inquines. Si quod minus est uere
ris: multo magis pertimesce quod maius est. Illotis
enim orare manibus non est adeò absurdum, sed
innumerabilibus peccatorum sordibus inquina- D
tas offerre, hoc irã affert maximã. Hoc ipsum et in
ore et in lingua cogitemus, et ea sceleri inuia cõser-
uantes, ita offeramus orationem. Siquis enim q ha
bet uas aureum, eo ad uilem usum uti nunquàm in
animum induxerit propter pretium materiæ: mul-
to magis cum auro et margaritis habeamus oro lõ
gè pretiosiora, non par est ut ea polluamus uerbis
turpibus et impudicis, maledictisque, et contume- Ro.13.
lijs. Non in altari æneo nec aureo offers suffitũ, sed 1.Cor.6
in eo quod est pretiosius, nempe i templo spiritali.
Illi enim est inanima materia: In te autem Deus ha-
bitat, et es membrum et corpus Christi. *Pone domi-
ne custodiam ori meo.* Cum rogasset dominũ ut eius
audiretur oratio, & ad eam daretur aditus, uide qd
nam primum affert postulatum, & quamnam sup-
plicationem. Nõ dixit enim, Da mihi pecunias. Da
mihi honores qui sunt apud homines. Da mihi ui-
ctoriam aduersus inimicos. Da mihi liberos. Nihil
horum, sed hæc omnia sinens humi iacere, ea petit
quæ à deo dari digna sunt. Quid igitur? Non opor-
tet, inquit, petere senilia? Oportet quidem, sed mo E
derate, quemadmodum Iacob dicẽs. Si dederit mi- Gen.28
hi Dominus panem ad uescendum, & uestem ad in
duendum, quemadmodum Christus iusit orare,
dicentes. Panem nostrum supersubstantialẽ da no- Mat.6
bis hodie, ante omnia, spiritalia. Quod ipse quoq;
facit dicens. Pone domine custodiam ori meo. Vi-
disti prudentiam, uidisti sapientiam, & undenã po
stulationẽ incipiat? Ab eo quod est eorum quę re-
ctè & ex uirtute fiunt maximum, & est omniũ ma-
lorum causa si negligatur, quemadmodum bono-
rum, si in eo cura ac studium ponatur. Mala enim Esa.3.
innumerabilia parit linguæ facilitas ac leuitas, quẽ
admodum rursus bona, cautio & securitas. Quem-
admodum ergo nihil, iunat domus, non urbs, non
mœnia, non portę, nõ ostia, nisi sint qui ea custo-
diant, & sciant quando oportet ea quidem claude-
re, quãdo uerò aperire. Ita etiam oris & linguę nul-
la est utilitas, nisi sit ratio, cui scienter accuratè ac
circunspectè ea claudere & aperire permissum sit,
& sciat quæ sint efferenda, quæ uerò retinenda. Nõ F
tot, inquit, gladio quot lingua ceciderunt, & Chri- Eccl.28
stus. Non quę intrant per os, coinquinant hominẽ, Mat.15.
sed quæ ex ore exeunt. Et rursus alius, Fac ori tuo Mar.7.
portam & uectem. Hic autem quoniam nouit rem Eccl.28
esse ualde difficilem, addit & preces, & deum uocat
ad ferendum auxilium. Imò uerò ille quoque hoc
ipsum significat, ut quando dicit, Quis dederit la- Eccl.22
bijs meis fignaculum callidum? Oportet enim no-
stra quoq; conferre, & ideo hoc instar præcepti po-
suit, dicens. Fac portam & uectem. Est etiam dei in
uocãdum auxilium, ut nostrum quoque studium
in opus exeat. Os ergo nostrum perpetuò custodia
mus, ei rationem tanquam clauem adhibentes. Nõ
ut perpetuo claudatur: sed ut cõuenienti tempore
reseretur. Nonnunquam enim silentium est loque-
la utilius, quemadmodum loquela quoque silẽtio.
Et ideo dicebat ille sapientissimus. Tempus tacen- Eccl.3
di, & tempus loquendi. Si enim oporteret ora per-
petuò patere, non factæ essent portæ. Si autem per-
petuò clausa esse, non esset opus custodia. Quod n.
clausum est cur qs custodierit? Sed propterea sunt
portæ & custodia, ut faciamus singula tempore cõ
uenienti. Alius autem dicit, lancem & stateram fac Eccl.22

G linguæ tuæ, maiorem exigens diligentiam, ut non
solum uerba quæ oportet efferamus, sed etiam cũ
ea qua par est cautione & accurata consideratione
ea ueluti ponderantes & diligenter expendentes. Si
enim hoc facimus in auro & materia quæ interit,
hoc multo magis faciendum est in uerbis, ut nihil
desit, nec redundet. Quocirca dicit etiam quispiã.
Ecclꝭ.4 Verbum ne prohibueris in tempore salutis. Vidisti
Ibid. tempus exitus. Alius autem dicens tempus silentij,
Eccl.20 inqt. Si est tibi sermo, responde. Sin minus, esto ma
Ibid. nus tua super os tuũ. Et rursus, Qui abundat in ser
Eccl.19. mone, odio habebitur. Et, Melior est homo qui ce
Ibi. lat stultitiam suam, quàm homo qui occultat sapiẽ
Eccl.32. tiam suam. Audiuisti sermonem: moriatur in te, cõ
fide, non te rũpet. Et rursus. A facie uerbum pariet
stultus, ut à facie infantis puerpera. Deinde etiã de
modo. Loquere adolescentule, si opus sit tibi, uix
bis. Si interrogatus fueris, in breuem summam pau
cis multa redige. Magna. n. animaduersione opus
est, ut linguæ potestate caute & securè utaris. Et
Eccl.20 ideo rursus dixit. Est reprehensio, & non est tempe-
H stiua, & est tacens aliquis, q inuenitur sapiens. Non
solum enim oportet tacere & loquĩ opportune, sed
etiam cũ magna gratia. Quocirca dicebat Paulus.
Col.4 Sermo uester sit semper in gratia sale conditus, ut
Ἀρτύ- sciatis quomodo oportet uos in unoquoque respõ
του dere. Cogita apud te hoc esse membrum, per quod
cum deo colloquimur. Hoc est membrũ, per quod
in primis reuerendum summa ueneratione dignũ
sacrificium suscipimus. Sciũt fideles quod dicitur,
& ideo oportet id esse liberum ab omni accusatio-
ne, maledicto, uerbo obscœno, & calũnia, & si nos
aliqua lasciua & impudica cogitatio urgeat, ea in-
tus est suffocanda, nec permittendum ut in uerba
exeat, & si pusillus & demissus animus facit ut loq
non adeas sed apud te murmures, ea quoque radix
est exiccanda. Tuta sit porta oportet, & perfecta cu
stodia, nec permittendum est ut intus mala consi-
lia pariantur, et si pariuntur, ea sunt intus suffocan
da, & est radix eorum exiccanda. Hanc habuit Iob
I custodiam, & ideo nullum uerbum inconcinnum
Iob.1.2 aut absurdum protulit, sed maxima quidem ex par
te tacuit, quando autem eum loqui cũ uxore opor
tuit, l cutus est uerba sapientiæ plena. Tum demũ
enim solum loquendum est, quando quæ dicũtur
Mat.12 plus prosunt quàm silentium. Quocirca Christus
Ephe.4 quoque dicebat. Omne uerbum otiosum quod lo
cuti fuerint homines, dabunt pro eo rationem. Et
Paulus, Sermo obscœnus ex ore uestro nõ prodeat
Quomodo autem fuerit tuta hæc ianua, & accura-
Eccl.9 ta custodia, audi alium dicentem. Omnis narratio
tua sit in lege altissimi. Si enim didiceris nihil loq
superuacaneum, sed diuinarum scripturarum nar-
ratione mentem & os tuum perpetuo munias: erit
custodia quouis adamãte tutior. Per os enim mul-
tæ sunt uię interitus, ut quando quis obscœna uer
ba loquitur, quando uerbis scurrilibus utitur quã
do uanam præ se fert gloriam, quando se magni-
ficè iactat & gloriatur, ut Pharisæus, qui quoniam
ori suo fores non obdidit, paucis uerbis quæcun-
Mat. 18 que erant intus effusa sunt. Quocira quemadmo-
dum qui in domo, cum nullæ essent fores, qui po-
situs erat intus thesaurum conseruare non potuit,
Esa.14 repente pauper factus est. Considera mihi quoque
alium, q propter magnifica sua uerba similiter pe-
rijt. Dixit enim. Super astra cœli ponã sedem meã. K
Iudæi autem, propterea quòd proximi malis lætã- Ps.105.
tur, nunc quidem audiunt. Propterea quòd dixisti, Exe.36
Euge, euge, factus est ut reliquæ gentes Israel, nunc Iob 21
autem probris incessuntur, Propterea quòd mur- Ps.143.
murant, et dicũt, Omnis qui facit malum bonum Hier.12.
coram Domino, ipse quoque in eis complacuit. Et Abac.1.
nos alienos beatos ducimus, et ædificantur qui fa-
ciunt scelera. Non ecce hæc scripta sunt in libro?
Alij propter murmurationem ut dicit Paulus. Neq; 1.Cor.11.
murmuremur sicut nonnulli eorum murmurarũt,
et perierunt ab exterminatore. Et quando murmu Exo.17
rarunt? Quando dicebant, Eduxisti nos ut occide-
res in deserto, quasi non essent monimẽta in Aegy
pto. Alij propter ludum, quemadmodum dicit. Co Exo.32
mederunt et biberunt, et surrexerunt ad ludendũ. Mat.3
Alij propter maledicta. Omnis enim qui dicit fra-
tri suo, Stulte, reus erit iudicio, et his longè plures
propter alia perierunt, cum non custodiissent ora
sua. Quòd si uis uidere nonnullos etiam perire ex Στάσει
intempestiuo silentio, ego tibi ostendam. Si enim, λης
inquit, populo non annunciaueris, ille quidem mo L
rietur pcto suo, sanguinẽ aũt eius è manu tua requ- Exe.3
ram. Alius, quòd nullo habito discrimine loqtur
cum aliqbus, et quæ sibi credita sunt effundit. No-
lite, inquit, dare sancta canibus, nec proiicite mar- Mat.7
garitas uestras ante porcos. Alius propter risum, et
ideo dicit. Væ uobis qui ridetis, quoniam flebitis. Luc.6
Vidisti quomodo os perdit. Vide etiam cõtrà quo Mat.18
modo os conseruat. Vidi Pharisæũ per ipsum pereũ
tem. Vide publicanum per ipsum conseruatum. Vi 1.Reg.17
disti glorioſum ac magniloquum barbarum pœ-
nas dantem. Vide iustum moderatè loquentem et
dicentem, Ego sum terra & cinis. Vidisti eum qui le- Gen.18
tatur & insultat reprehẽdi & puniri. Vide eum qui
miseretur seruari. Da, inquit, signũ super uultus eo- Exe.9
rum qui lugent et mœrore afficiuntur. Quocirca Ro.12.
Paulus quoque dicebat, Gaudere cũ gaudentibus,
& flere cum flentibus. Si nihil, inquit, aliud potes,
non parum, inquit, ei qui dolore afficitur confe-
res, si unà cũ eo eius uicem doleas. Vidisti eum qui
ridebat fletui esse traditum. Vide eum qui luget as-
secutum esse consolationem. Beati enim qui lugẽt, M
inquit, quoniam ipsi consolationẽ accipient. Vidi-
sti eos qui murmurant punitos. Vide eos q gratias
agunt seruatos. Benedictus es Domine, & laudabi- Dan.3
le nomen tuum, quoniam iustus es in omnibus q
fecisti nobis Et paulopost. Omnia quæcunque in-
duxisti nobis, iusto iudicio fecisti. Illi dicebãt. Om Ps.143.
nis qui facit malum, bonum coràm domino. Hi cõ Hier.12
trà. Mundus oculus tuus ut non uideat mala. Illi Abac.1.
beatos ducebant alienos quoniam ædificantur fa
cientes scelera. Hic eos quibus Deus fert opem. Bea
tus, inquit, populus, cuius dominus Deus eius. Et
rursus. Noli æmulari in malignãtibus, nec eos bea- P s.32.36
tos iudica qui faciunt iniquitatem. Vidisti sanctos
alios adhortantes, & ipsos manentes immobiles in Gene.28.
tentationibus. Audi itaque Iacob dicentem. Si de-
derit mihi dominus panẽ ad uescendum, & uestem
ad induendum. Et Abraham. Non accipiam à te Gene.14.
ex filo usque ad corrigiam calceamenti. Porrò autẽ Ge.22.22
quando stuprum erat uxori inferendum, & fame
premeretur, nihil graue aut absurdum locutus est.
Et quando dixit filius, Pater ecce ligna & ignem,
ubi ouis? uide cum quanta mansuetudine & sapiẽ

A tia respondet, & dicit. Prouidebit sibiipsi, inquit,
ouem Deus ò fili, nec à natura, nec à commiseratio
ne conuersus ad uerba filij quæ solus soli faciebat,
quando consentaneum erat desiderium uehementius accẽdi. Nequis enim dicat, quòd propter alios
uerecundia motus non fleuit, ab eo separatus, & cũ
esset solus, ostendit, summam philosophiam. Vidi-
sti eos qui propter risum puniti fuerunt. Vide eos
qui per fletus & ieiunia seruantur. Nineuitas men-
Ion.3. te agitans. Vidisti eos qui propter maledicta dant
Num.24 pœnas. Vide eos qui propter laudationem merce-
dem accipiunt. Qui te benedicit, benedictus: & q
Luc.6 te execratur maledictus. Benedicite ijs qui uos per
sequuntur, orate pro ijs qui uobis insultant, ut sitis
similes patris uestri qui est in cœlis. Vides quòd ne
que oporteat omnino esse clausum, neq; apertum
ad omnia, sed scire uniuscuiusque tempus. Hæc au-
tem cum sciret Propheta, dixit, Pone domine custo
diam ori meo. Et *ostium circunstantiæ labijs meis*. Quę-
nam autem fuerit custodia, nisi cogitatio quæ ur-
get terribiliter, habens præ manibus ignẽ eos ustu
B rum qui ore temere usi fuerint. Eum adhibe ianito
rem & custodem intentantem minas cõscientiæ, &
hanc portam nunquàm intempestiue aperies, sed
tempestiuè, & propter lucrum, & bona innumera-
Eccl. 7. bilia. Quocirca dixit quispiam. Memento nouissi-
ma, & in æternum non peccabis. Vidisti quomodo
hic quoque hanc præficit cogitationem. Ego uerò
ipsam etiam feci terribiliorem, non solum propter
finem sed etiam post finem, cum dixi eum habere
præ manibus. Si hoc ita sit, nihil mali parietur in
Matt.12. animo. Cùm eo alium quoq; ei appone, qui dicat,
Omnis uerbi otiosi reddes rationem in die iudicij.
Gene. 3. Cogita quòd mors quoque ex eo ingressa est. Nisi
enim mulier locuta esset cum serpẽte ut locuta est,
nisi uerba dixisset quæ ei minimè conueniebant,
damnum non accepisset, uiro non dedisset, ille nõ
comedisset Hæc autem dico, non in os & linguam
culpam conferens. Absit, sed importunum eorũ
usum, qui ex rationis negligentia oritur. Est etiam
alia uia interitus, quæ ex ore proficiscitur, quando
Matt.26. sunt turpia & immunda oscula, quando ficta, ac
C fraudulenta. Eis quoque impone custodiam. Tale
Marc.14. erat Iudæ osculum, dolo plenum. Sed nõ tale Pauli
osculum, quo iusit se inuicem osculari, dicens. Sa-
2.Cor.13. lutate uos inuicem in osculo sancto, quemadmo-
1.Re. 20. dum nec Dauid qđ Ionathæ præbet osculum, sed
sanctum, & honestum, & syncera dilectione plenũ,
cuiusmodi etiam fuit eorum qui in Pauli collũ ce-
Actor.20. ciderunt, & eum amplexi osculabantur. Et ideo di-
cit: Pone domine custodiam ori meo, & ostium,
non absolutè autem ostium, sed ostium circunstã-
tiæ addidit. Vt uniuersum contineat, & muniat. Iã
uerò est etiam aliud genus exitij per linguam, nẽpe
dicere, Cur hoc ita est? Quocirca Paulꝰ eos carpes,
Ad Ro.9. qui hæc inconsideratè loquuntur, dicit. Veruntа-
men, ò homo, tu quis es qui respondeas Deo? Non
oportet autem os solum obstruere, sed mẽtem etiã
Eccl. 23. ante os? Quocirca dicebat etiam quispiam. Quis
dabit in cogitatione mea flagella, ut in ignorantiis
meis non parcant. Quocirca Christus quoque in-
tus tollit ipsas malas cogitationes, dicens. Qui aspe
Matth.5. xit mulierem ad concupiscendum, iam mœchatus
est. Vides quomodo non sinit pullulare, nec initiũ
Ibidem. sumere, non cupiditatem, nec iram. Qui irascitur
enim, inquit, fratri suo, reus erit gehennæ ignis. Nõ D
parum quoque conducit ad securitatem, non mul
tum loq, & ideo dicit. In multiloquio non effugies Prou. 10.
peccatum. Parcens autem labijs, eris intelligẽs. *Non
Declines cor meum in uerba malitiæ*. Ad excusandas ex-
cusationes in peccatis. Alius, Ne diuerteris cor meũ
in sermones malos, ad cogitandum scelerata cogi-
tationes. Cur autem usus est ordine contrario? &
cum de ore prius esset locutus, tunc uenit ad cor.
Non tenere nec absque re hoc facit. Quemadmodũ
enim in captiuis qui uolunt aufugere, qui eius rei
curam gerunt, primum hoc agunt, ut portas carce-
ris præoccupent, & ad hoc omnes studium suum
conferunt, et si hoc factum fuerit, quod restat po-
terit facile rectè geri. Ita etiam hic quoque id facit
in hoc loco, & per ea quæ suadet hoc propè dicit.
Sint clausæ ianuæ, & malæ cogitationes citò expu
gnabuntur. Quocirca nec ab initio quidem permit
tit ut foras egrediantur, & malã conuellit radicem,
dicens. Non declines cor meum. Hoc est, Ne permit
tas ut declinet, ne sinas ut diuertat ad malas cogi- E
tationes. Illinc enim est fons uirtutis & uitii, nempe
à corde. Hoc autem significans, sic dixit, non quòd
Deus declinet. Absit. Quænam sunt autem uerba
improbitatis? Multa & diuersa. Nam & quę insidias
construunt, quæ Deum criminantur, quę uirtutem
auersantur, quæ uitium sectantur, quæ de prauis
dogmatibus & scelerata uita lubenter audiuntur,
& cætera huiusmodi, sunt uerba improbitatis, &
ex magna improbitate procedunt. Quemadmodũ
autem sunt cogitata & uerba improbitatis, ita sunt
etiam uerba uitæ. Et ideo Christo dicebant disci-
puli Verba uitæ æternę habes & ad quem ibimus? Io. 6
Dicuntur autem uerba uitæ quæ uitam præbent.
Dicuntur etiam uerba salutis, quæ salutem acqui-
runt. Quocirca dicit quidam sapiens. Ne prohibeas Eccl. 4.
sermonem in tempore salutis. Verba improbitatis
ea etiam sunt quæ faciunt dicentes improbos. Quẽ
admodum enim est aer pestilens, & q morbos pro
creat: ita etiam uerba. Quod autem facit ille in cor
pore, id ea faciunt animæ quæ illa suscipit. Orat er
go hic quoque subiunxit, & dicit. Ne sinas ut cor F
meum uerba huiusmodi suscipiat, ne permittas ut
illuc inclinetur. Vidisti quomodo ostendit liberũ
animi arbitrium, & nãturam in se nõ habere uitiũ,
sed à socordia inclinatã id suscipere. *Ad excusandas* Eccl. 32.
excusationes in peccatis. Hæc est uia præcipua interi-
tus, quando uel ipsa q̃ peccauit aia, excusso timore,
excogitat excusationes & ptextus quosdã ad igna-
uiam, uel ẽt quando, cũ quispiã adulterauit, uolẽs
alius eius compunctionem excutere, dicit. Nun-
quid tu causa es? causa est cupiditas. Malum est
quidem peccare. Hoc autem facit grauius, negare
postquàm peccaueris. Hæc sunt arma diaboli po-
tissima. Hoc etiam in primis nostris parentibꝰ usu-
uenit. Cùm enim oporteret Adam peccata confite Gene. 3.
ri: Ille in Euam confert culpam, & illa rursus in dia
bolum. Cùm oporteret dicere, peccauimus, illi nõ
solum non confitentur, sed etiam defensionem cõ
parant. Cùm enim sciret diabolus peccati confes-
sionem esse peccati solutionem, persuadet animæ
ut sit egregiè impudens. At tu, ò dilecte, quãdo pec
caueris, dic peccaui, nihil est hac defensione iustiꝰ. 1.Reg.12.
Ita Deum reddis propitium: ita etiam facis ut tar- 24.
dius in ea rursus incidas. Sed quando quæris præ-

G textus qui non sunt, & animam uis metu liberare,
Luc.18. reddes eam promptiorem ut rursus eisdem implicetur: Deumq; magis irritabis. Nulli enim peccatori deest impudens prætextus. Homicida culpā confert in iram, & fur in paupertatem, & adulter in cupiditatem, & alius in principem. Sed hi quidē sunt prætextus qui nihil habent rationis, nec se ullo iure possunt defendere. Illa enim non faciunt peccata, sed ipsi eorum qui peccant animi: Ita autem esse ostendam ex ijs quæ sunt proxima & illis cohæren
Eccl.23. tia. Quādo enim uidetur homo alius, qui & uitam agit in paupertate, & tenetur cupiditate, & necessitati naturæ est obnoxius, hæc non peccare: quanā poterunt uti defensione? Et ideo pulchrè sic dixit quidam sapiens. Quis dederit in mente mea flagel la, ut in ignorantijs meis non parcant? Vide Dauid nullam excusationem afferentem quādo peccauit,
2. Reg.12 sed dicentem, Peccaui domino. Atqui potuisset dicere, Cur nudabatur mulier? Cur lauabatur ante meos oculos? Sed sciebat has esse friuolas excusationes, & quæ nihil haberent rationis, & ideo ue-
H nit ad apertam sui defensionem, nempe ut diceret,
1. Reg.24 Peccaui. At Saul non ita, sed cū de uentriloqua seu Phytonissa reprehenderetur, dicebat. Coarctor, & alienigenæ pugnant contra me. Ideo autem graue dedit supplicium. Cùm enim deberet dicere, Pecca ui, & me iniquè gessi, ille quidem hoc nō dixit, sed obibat à ratione alienas quærēs excusationes. *Cum hominibus operantibus iniquitatem.* Hoc subiūxit, ostē dens eē illorum maximè afferre excusationes, & se impudenter gerere, & ideo hoc assiduè instar uirtu tis proponit, fugere tales cœtus, atque adeò totum
Ps.1. librū ab eo incipit. Beatus uir qui non abijt in cōsilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Propterea autem ipsum inuenis in peccatis culpam lubenter agnoscere. Quando ergo numerauit populum, dicebat,
2. Re.24. Ego peccaui: & ego pastor malè feci. Non dixit, Quid tum si numerauī? sed seipsum condemnat, & idgo ueniā assequitur. Nihil enim Deum æquè reddit propitium, ac sua peccata confiteri. Hoc autem fiet si fugiantur eorum cœtus, qui metum peccato
I rum soluunt, & ad socordiā impellūt. Et ideo Paulus & Hieremias de eo multa uerba faciunt, & iubent utrique fugere malorū, & eorum q sunt adeò
Hier. 51 Iob.31 Ps.25. 1. Cor.5 ignaui, consuetudinem. Porrò autem Iob quoque hoc refert in numerum uirtutis, dicens, Si ambulaui cum irrisoribus. Hic autem ostēdit se cum ijs ne sedisse quidem, dicens. Non sedi cum concilio uani tatis. Quocirca Paulus quoque non sinit uersi cū improbis, imo nec ullam cum eis habere consuetu
2. The.4 dinem, dicens. Siquis autē non obedit sermoni no stro, eum signate, et non conuersemini cum eo. *Et non communicabo cum electis eorum.* Alius, Neque unà comedam dulcia eorum. Alius, Non congregabor in delitijs eorum. Hic dicit illud Apostolicū, fugiē das esse delitias illorum et conuiuia, ubi maximè crescit peccatū, ubi maior est libertas et securitas. Non est autem hoc paruum signum uirtutis: non parua uia correctionis, eiusmodi fugere conuiuia, et tales cœtus, et neque reuereri amicitiam, neque uentri seruientes robur constātiam animi dissolue re. Ita dum multi reuererentur amicitiam, in ebrietatis fluctus deuoluti sunt, ita capti sunt à fornicatione, & ignem uoluptatis accēderunt, dum secuti sunt conuiuia, quæ sunt theatra habentia multum K iniquitatis. Hoc ipse quoque ostēdit se feciſſe, ut ne eiusmodi quidem mensæ esset particeps. *Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Alius, Misereatur mei iustus misericordiæ, & increpet. Hoc quoq; est non paruum genus uirtutis cum priore, non fugere reprehensiones & increpationes quæ fiunt à iustis. Quod autem dicit, est eiusmodi. Eorum quidē qui ad gratiam loquūtur propter damnum, cœtus nunquam fuerim particeps, eos autē elegerim qui sunt acres & uehementes, & corrigunt, qui redargu unt, q pctā apiunt, q reprehendūt. Hoc est. n. maximè misericordię & clementiæ, mederi uulneribꝰ. Oleū aūt pctōris nō impinguet caput meū. Vidisti aiam uirtute istructā, & in ea exercitatā, q̄ fert qdē lubē ter iustorū reprehēsiones: q̄ aūt ab iniqs ul' ad gratiā repellit & reiicit. Quamobrem? Quoniam illi quidem uel miserentes sæpe exitium attulerunt: Hi au tem acriter insectantes & increpantes correxerunt. & cum horum quidē reprehensione coniuncta est misericordia, cum illorum aūt misericordia mors. L
Prou. 27. Et ideo dixit quispiam esse fideliora amicorū uulnera, quàm uoluntaria oscula inimicorum. Considera autem quomodo hic significat illud apostolicum redargue, increpa, exhortare. Talis est enim
2. Tim. 4 sanctorum reprehensio. Ita etiam faciunt medici, non solum secant, sed etiā alligant. Quocirca Christus quoque efficiens ut grata esset & accepta reprehensio, non sinit reprehensionem ab initio publicari, dicens. Vade & reprehende ipsum inter te & ipsum solum. Ita etiam faciebat Paulus ostendens re
Mat. 18. prehensionem cum misericordia, nunc quidem dicens, O insensati Galatæ, nunc autem. Filioli mei,
Galat. 3. & 4. quos iterum parturio.. Oportet enim eū qui reprehendit multa excogitare ut accepta sit & grata eius reprehensio, & magna sapientia opus est ei qui adhibuerit tale medicamentum, ac maiore quidem sapientia opus est ei qui reprehendit q̄ ei qui corpus scindit. Quomodo? Quoniā illic quidem aliud est quod scindit, & aliud quod dolore suscipit. Hic autem eadem est quæ scindit, & quę dolore afficitur. Oleum aūt peccatoris non impinguet caput meū, „
M quid hoc est? Ille, inquit, non quærit utilitatem auditoris, sed suam, ut uideatur suauis, iucundus, & amicus. Hic autem ante suam gratiam cōsiderat illius utilitatem. Vnde ēt hac rone inter se maximè
Num. 16 differunt. Si autem uel miserētes sunt auersandi improbi: quando sunt admittendi? nunquā. Quamobrem etiamsi præbeat pecunias, etiamsi delitias promittat & honores, eum repelle & fuge. Iustū autem etiamsi te uerbis ludificetur, etiamsi te increpet & insectetur, sequere. Ille enim est qui te diligit. *Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorū.* Alius, Adhuc.n. & oratio mea intra uitia ipsorum. Alius, in improbitatibus ipsorum. Hæc quidem petijt: illa uerò præbet à seipso, & hinc ostendit non oportere eos solum cōsidere orationi inertes & supinos dormientes, sed oportere etiam sua conferre. Quid hic autem ex se præbet? Non oues, boues, & pecunias, sed morum moderationem, & quod mirandum in modum eorum fugiat improbitatem. Non solum, inquit, illorum fugiam gratiam, nec eligam horum reprehensionem, sed etiam stabo aduersus eorum cupiditates, tantum abest ut eligam eorum misericordiam.

A cordiam. Hoc enim sibi uult illud, in beneplacitis
ἐχόμε- eorum, hoc est, aduersus eorum cupiditates. *Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum.* Alius, auellentur in
νοι πε- manu petræ. Ostendit hic q̄ sit peccatum expugna
τρας, tu facile, & q̄ præceps uitium. Ipsi, inquit, principes,
iuxta petram. qui omnia ageb ant & ferebant, perierunt. Non di-
ἐκτιλ- xit autem, perierunt, sed absorpti sunt, significans
νονται. eos ita perisse ut nullum sit reliquum eorum uestiPsal. 36. gium, quod etiam dicit de impio, Transijt, & ecce, non erat, quæsiui ipsum, & non est inuentus locus eius. Quid est, iuxta? Propè. Quod autem dicit, est eiusmodi. Quemadmodum petra aliqua, quæ mari est obruta, non apparuerit: ita etiam demersæ illorum felicitates deinceps non amplius apparent, cum funditus interierint. Vel hoc ergo dicit, delePotuerūt κ.τ.λ. ὑγιῆ σαν, iucunda fuerunt. tum esse funditus eorum nomen & gloriam, uel id significat esse potens, robustum & ualidum. Illud enim significat, auellentur in manu petræ. *Audient uerba mea, quoniam potuerunt.* Alius, quoniā munita sunt satellitibus. Alius, quoniam speciosa fuerunt. Hoc est, scient per rerum experientiam exhortationis & cōsilij mei iucūditatem. Et quomodo?
B Reprehensio iustorum hunc producit fructum', &
Sap.3. eorum disciplina magnam affert uoluptatem. Ta-
2. Cor.4. lis est enim uirtus. Habet quidem breuis temporis laborem, perpetuam autem lætitiam. *Sicut crassitudo terræ erupta est super terram. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum.* Alius, quēadmodum agricola quando frangit terram: ita dissipata sunt ossa nostra in ore inferni. Alius, perinde ac ei qui cōfringit ac dissecat terram, Dissipata sunt ossa nostra in inferno. Alius, ut qui colit & fodit terram, dissipata sunt ossa nostra iuxta infernum. Postquā dixit uerba sua habere plurimum uoluptatis, dicit etiā ueteres calamitates. Quāuis, inquit, extrema passi sumus, & tanquam prosciſſa, arata, & fossa terra dispersi sumus omnes & perimus, & ad ipsas mortis portas deuenimus: ita tamen affecti malumus reprehensionem & correctionem iustorum, quàm misericordiam peccatorum, etenim quodcunq; acciderit, à tua spe pēdemus, neque quidquam nobis eueniet, quod possit efficere quominus ad te respiciamus.
C Vnde etiam subiunxit, dicens. *Quia ad te Domine Domine oculi mei. In te speraui, non auferas animam meam.* Etsi, inquit, innumerabiles irruant calamitates, licet bella, prælia, mortes, & portæ inferi, à sacra ancora non recedimus, sed firmam tui auxilij spem te
Heb.6. nemus, armisque & acie dimissis, speramus fore ut hinc, nempe à tuo auxilio liberemur. In te speraui, non auferas animam meam. Alius, ne euacues. Hoc est, ne sinas me abire re infecta. *Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem.* Non hic dicit tantum insidias, sed quæ clam fiunt, & occultæ sunt, quæ sunt & obseruatu & deprehensu difficiles, & ad quas cauēdas superno maximè auxilio opus est. Precatione autem ideo concluſit orationem, à qua exordium sumpserat in ea desinens, hæc quidem à se conferri ostendēs spem in Deum, perpetuò ad Deum respicere malorū cœtus fugere, odio habere improbas eorum cupiditates. A Deo autem opem & auxilium, & iis quæ sunt toleratu difficillima reddere superiorem. Ita.n. uirtus contexitur, dum & nostrum studium adhibetur, & Deus nobis opitulatur. *Cadent in retiaculo eius pedes. Singulariter sum ego donec transeam.* In cuiusmodi cadent retiaculum? Dei. Hoc est, uincentur, capien- D
tur. Tenentur enim iusti, ut corrigantur, & excitetur eorum philosophia. Peccatores autem ut quorum sit morbus immedicabilis, usque ad pœnam & supplicium detinentur. Singulariter sum ego, do „
nec transeam. Alius, simul ego sum donec trāseam. Hoc est, compactus, coniūctus, non dispersus, uel ex septuaginta sententia, liberatus à malis, purus ab illorum congressione, & tanquam solus habitans, quod quidem est maximū genus uirtutis. Nō uno autem aut duobus tribúsue diebus hoc facit, sed per totam uitam. Hoc est murus, hoc propugnaculum, hoc uirtutis incrementum, malos fugere, coactum & constipatum apud se consistere toto uitæ tempore, & ab iis qui corrumpunt seiunctum habitare. Solitudo enim non facit esse solum, sed mēs quæ tenetur amore & studio sapientiæ. Ita etiā qui habitant in medijs urbibus, foris, & strepitibus, poterunt esse singulares homines, dum corruptos cœtus fugiant, & se iustorum concilijs adiungant. Hæc est uia secura. Qui ergo est ad alios corrigēdos idoneus, cum ijs uersetur qui sunt susceпturi medici- E
nam, & reddat meliores. Qui est autē imbecillior, fugiat improbos, ut ab illis damnum nō accipiat. Ita & præsentem uitam tutē aget, & securè, & bona futura consequetur. Quæ detur nobis omnibus consequi, gratia & clementia Domini nostri Iesu Christi. Cui gloria & potentia in sæcula sæculorum, Amen.

IN. CXLI. PSALMVM.

Oce mea ad Dominum clamaui. Voce mea ad Do
u *minum deprecatus sum.* Vides quomodo ubique hoc facit, & hinc ducit exordium. Bis autem hic dicit, uoce & uoce. Hoc autem nō abs re facit, sed ut hæc duo nos doceat per conduplicationem, & summā animi alacritatē, & intensam mentem. Præterea autem suam oportere esse uocē. Non enim omnes uoce clamant, nec ad Deum, nec propria. Oportet autē hæc omnia concurrere. Qui clamat aduersus inimicos, non edit uocem hominis, sed feræ & serpentis. Qui est negligens, & nō audit quæ dicit, non clamat ad Deum, sed nequicquam ac temere loquitur. Qui mentem non excitat, etsi F
ualde uociferetur, hic rursus non clamat. Voce.n. ut iam sæpe dixi, non significat spiritus tonum, sed mentem intentam. At hic nō sic, sed hæc tria simul colligit, & ostendit se & uoce clamare, & ad Deum, & uoce propria, & ideo bis dicit, uoce mea & uoce mea. *Effundo in conspectu eius orationem meam. Et tribulationem meam ante ipsum pronuncio.* Vidisti animum Pronūcio ἀπαγγελῶ, annuntiabo. liberum ab omnibus quę ad hanc uitam pertinēt. neque enim confugit ad homines, nec ab eis petijt auxilium, sed opem quæ exgugnari non potest rogauit à superis. Deinde intensam & uehementē animi promptitudinem, quam intus habuit abscōsam, ostendit per hæc uerba. Effundo, inquit, abundē ac copiosē. Hinc etiā discimus afflictiones non Hier. 17. parum cōferre ad philosophiam. Hic est fructus afflictiois. Nemo ergo ipsum fugiat. Duo enim habet hęc cōmoda. Vnum quidem quòd facit studiosiores, & attentiores. Alterum autem, quòd ea quoq; iusta est causa cur audiamur. Et ideo non dixit ipse, iustitiam meā, nec mea rectè facta, sed meam afflictionem, nempe quòd ea non paruum afferat patrocinium. Quocirca Esaias, Adhortamini, inquit, Esa. 40.

G populum meum sacerdotes, loquimini ad cor Hierusalem, quoniam susceпit de manu Domini dupli
1.Cor. 5 cia peccata eius. Et Paulus. Tradidi hũc hominem Satanæ ad interitum carnis, ut spiritus sit saluus. Et
1. Cor. 1. ad Corinthios scribẽs, dicebat. Propterea multi in uobis infirmi sunt & imbecilli, & dormiunt multi. Si enim nos ipsos iudicaremus, nõ iudicaremur.
Iudicati autem à Domino castigamur, ne cũ mundo condemnemur. Porrò autẽ diuiti dicebat Abra
Lucæ.16. ham. Recepisti bona tua in uita tua, & Lazarus mala sua, & nunc hic quidem consolationem accipit,
tũ uerò cruciaris. Iam uerò Dauid quoque cum ei
2.reg.16. malediceret Semei, dicebat. Sine eum mihi maledicere, quoniam Deus ei mandauit, ut uideret meam humilitatem. Et in scripturis ubique inueniemus, quòd qui afflictiones ferunt grato & patienti animo, non solum multa peccata delent, sed etiã non
Deute.4. paruam apud Deum fiduciam & loquendi libertatem obtinent. *In deficiendo ex me spiritum meum. Et tu*
Psa.17.33. Esa.9. *cognouisti semitas meas.* Quando qui sunt in primis
Ose. 6. pusilli & abiecti animi, cõcidunt, & multi etiã mala uerba loquuntur: is tunc maximè philosophatur, ut qui studij magistram habeat afflictionem.
H Quando ergo uideris quempiam ex afflictione desperantem, aut uerbum aliquod acerbum proloquentem, ne in causa esse existimes afflictionẽ, sed pusillum & abiectum eius qui loquitur animũ. Afflictionis enim natura solet efficere cõtraria, attention em, animi contritionem, intentam mentẽ, pie-
Roma. 5. tatis incrementum. Quocirca dicebat Paulus. Afflictio patientiam operatur, patientia probationem.
Exod.15. Si autem Iudæi afflicti murmurabant, nõ afflictio
16.17. & Nume.16 nis, sed illorum amentiæ erant uerba murmuratio nis. Sancti enim cum afliguntur, euadunt clariores, & sapientiæ studio magis dediti. Quocirca ipse
Psal.118. quoque dicebat. Bonum mihi Domine quòd humi-
2.Cor. 12 liasti me, ut discam iustificationes tuas. Et Paulus. Et propter ingentem magnitudinem reuelationum ne nimis extolleremur, datus est mihi stimulus carni, angelus Satanæ, qui me colaphizet. Pro
eo ter Dominum rogaui, & dixit mihi. Sufficit tibi
I gratia mea, uirtus enim in infirmitate perficitur. Et ideo mihi placeo in afflictionibus, in infirmitatibus, in persecutionibus. Quando enim infirmor, tunc potens sum. Vides eum magis excitari in afflictione, & ad Deum confugere, & ei uehementer adhærere in ipso profundo malorum. (Hoc enim si
» bi uult illud, In deficiendo ex me spiritum meum)
& tunc diligentiorem & meliorem effici. Illud autem, Et tu cognouisti semitas meas, Alius interpres
» dixit, Tu enim scis. *In uia hac qua ambulabam absconderunt laqueum mihi. Considerabam ad dexteram, & uidebam. Et non erat qui cognosceret me.* Hic ostendit ingẽtem calamitatẽ, & mala amplificata, & hostium insidias, quomodo propius accesserunt, uolentes eum prosternere, & quod est omniũ difficillimum,
non modo nulli erant socij aut adiutores, sed ne
Esa.63. Hiere. 2. eum quidem agnoscebant. Hoc est maxima solitudo, summa alienatio, est enim paucorum adesse in
Matt.26. calamitatibus, & opem ferre & maximè quãdo calamitates minantur pericula. Sed hoc non modo eum non læsit, sed etiam ualde iuuit, utpote quod eũ Deo familiarẽ fecerit. Et tu ergo, ò dilecte, quando uideris mala crescere, ne concidas, nec animum abiicias, sed sis gnauior & uigilantior. Deus enim ideo permittit ea oriri, ut tuã excutiat socordiam, K
ut te dormitantem excitet. Tunc enim excinduntur omnia superuacanea, tunc omnia quæ ad hãc nostram uitam pertinent expirant, tunc in oratione euadit diligentior, tunc ad eleemosynam & ad uentris despicientiam fit alacrior, & unumquodq; animi uitium facilè superatur, fugatũ ab afflictione. Neq; enim ab initio ut nos puniret, implicauit nos laboribus et ægritudinibus, etiãsi ita pronunciarit ut supplicij loco haberet: sed ut nos castigaret, et meliores redderet. Si enim cum et dolor im-
Psa. 114. Eccles. 2 mineat, & uita sit laboriosa, adeò inualescit uitiũ: Iob.5. Si nihil esset horum, quò tandem non processisset? Ose.4.
Et quid miraris si ita est in animo, cum etiã in corporibus sit bonum afflictio, et supra modum luxuriare, et delicijs perfundi carnẽ, sit ualde noxium?
et alioqui dum undique ponuntur insidiæ, id homines reddit cautos & circunspectos, et si attenderimus, nihil damni accipimus. Et ideo dicit quis-
Eccl.9 piam, Agnosce quòd transis in medio laqueorum, & supra ciuitatũ pinnas ambulas, & hic, In uia hac qua ambulabam absconderunt laqueũ mihi. Quòd
L siquis hæc etiam sumpserit anagogicè, uidebit hoc ipsum facientem diabolum, & non procul sed propè occultantem insidias. Quocirca magna nobis
1. Pet.5 cautione & uigilantia opus est. Occultat. n. laqueũ in eleemosyna, nempe uanam gloriã, in ieiunio arrogantiam, & in alijs alia, in ipsis uijs in quibus ambulamus, quod est longè difficillimum. *Perijt fuga à me.* Vide rursus aliam malorum accessionẽ. Ostedit enim non solum esse in uijs laqueos, nec ullum fuisse qui opẽ ferret & agnosceret, sed nec quod reliquum quidem est ad euasionem, ut fuga saluti suæ cõsulat, id sibi esse promptum et expeditum. Ita in
medijs malis interceptus fuerat: nec effugi poterat calamitas, & tamen ne sic quidem desperabat. Et *non est qui requirat animam meam.* Hoc est, Qui defendat, Qui opem ferat. Quid hic ergo? Nunquid cum in tanta uersaretur inopia, & tanta premeretur rerum difficultate, desperauit salutem? Nequaquam, sed ad deum statim confugit, & dicit. *Clamaui ad te domine, dixi, tu es spes mea, portio mea in terra uiuentium.*
Vides cautionem animi & uigilantiam. Mala eũ mi- M
nimè obruerunt, sed magis erexerunt & extulerũt, & cum in summa esset inopia & rerum omniũ diffi cultate, agnouit manum inuictã & uires omnipotentes, & in rebus impeditis facilem euadẽdi rationem. Dixi, tu es spes mea. Reprobata sunt, inqt, humana omnia, & tempestas adeò est omni auxilio superior, ut nulla arte possit uitari naufragium, & tamen etiamsi hæc omnia desperata sunt apud homines, omnésque defessi & malis exhausti simus: tibi tamen omnia sunt facilia. Vnde etiam in te sperantes minimè elanguescimus. Portio mea es in ter- Iob 42.
ra uiuentium. Hoc est, Totus thesaurus meus, diuiti- Sap.12
æ meę, omnia ipse es. In terra uiuentium. Terram Eccl.8
uiuentium hic uocat suam patriam. Captiuitatem 2.Cor.1
enim babylonicam inferos & mortem sæpe uocat.
Deinde quoniam cùm in aliena, quidem esset regione, non solitus peragebatur cultus, illic autem oia sacra & omnes implebantur ceremoniæ: Propterea dicit, Portio mea es in terra, uiuẽtium. Semper mei curam gessisti, inquit, & me tibi familiarem fecisti in terra, & magna mihi tecum interceſit, coniunctio. *Intẽde ad deprecationem meã, quia humiliatus sum*

A *nimis.* Vides quomodo id quod superius dixit, hoc etiam ponit hic pro sui defensione, Quòd humilia tus sit, inquam, quod peccatorum supra modũ pœnas dederit. Hoc autem, Nimis, non est eorum quæ facta sunt reprehensionis,, sed eius qui patitur doloris & imbecillitatis. Si enim quid peccata mereãtur respexeris, non est nimia deiectio ac humiliatio. Sin autem eius qui fert, imbecillitãtem, nimia est & supra modum. Deus enim nunquàm pœnas
Ps.144 sumit quas merentur peccata. Quòd si ijs qui patiũ
Aba.3 tur uidetur esse intolerabilis, id non ex eorum quę
Iac.2. fiunt natura proficiscitur, sed ex imbecillitate eorũ qui illa sustinent. *Libera me à persequentibus me. Quia confortati sunt super me.* Ecce rursus alia causa, nempe iniustæ eorum qui illum incessunt insidię, & quod ipse sit ualde imbecillus. *Educ de custodia animã meã, Ad confitendum nomini tuo.* Confiteri hic ponitur pro eo quod est, Gratias agere. Hoc est autem quod dicit, libera me à malis. Per custodiam enim, seu car-
» cerem, significat summas calamitates. Ad confiten
dum nomini tuo. Hoc quoque est non paruum, ut
B qui rebus utuntur secundis, acceptorum beneficio rum minimè obliuiscantur. Multi enim homines in afflictionibus quidem sunt diligentiores, in re-
Pro.1. bus autem prosperis & otio socordiores. Alij rursus
Exe 16 in quiete & rebus secundis sunt negligentes, & in
1.Re. ul. rebus aduersis, de se desperant, & fiunt supiniores.
Hiere. 8. Sed hic, in utraque horum temporum differentia,
18. manet semper eandem cautionem adhibens ac cõseruans, neque enim afflictio ut is animo concideret effecit, sed ad orationem potius & supplicationem eum adduxit, nec rerum prosperarum successus & otium eum supinum reddidit, sed tũc etiam paratus est ad gratiarum actionem. *Me expectabunt iusti, donec retribuas mihi.* Alius, Coronabunt iusti, quando me beneficio affeceris. Quid hoc est? Hoc quoque iustis proderit. Illi enim gaudebunt, lætitia afficientur, exultabunt, cùm me uiderint liberatum à malis. Tales enim sunt sanctorum animæ, & eorum cum quibus malè agitur miserentur, nec ijs inuident quibus res secundæ euenerint, sed & gaudent & lætantur, ijs qui beneficio affecti sunt gratulantur. Quod ẽt iusit Paulus Gaudete inquiens
C cum gaudentibus, & flete cum flentibus. Non est
Ro.12 autem hæc parua uirtus. Multi enim iacentibus læ tabundi insultãt, & se erigentibus inuident, ex crudelitate & summa inhumanitate utraque has perturbationes animi parientes. At nõ sic iusti, sed ab utroque hoc uitio liberati, cum sint misericordes & clementes, has uirtutes possident. Quemadmodum ergo illis ex crudelitate utraque eueniunt, ita his propter humanitatem & clementiam, quòd & eorum qui dolent commisereantur, & cum ijs cum quibus bene agitur collætentur. Cur autem dixit, Donec retribuas mihi. Alius quidem dicit, Quãdo mihi beneferis. Alij uerò, Quando retribues & remuneraberis me. Atqui superius dixit afflictionem & humiliationem, non præclara facinora nec ex re ctè factis fiduciam. Quanam autem de causa petit remunerationem? Pro diebus humiliationis. Nõ est enim pusillum hoc rectè factum, ferre afflictionem cum gratiarum actione, & ideo uocat retribu-
Mat.6. tionem, eam quæ illa sequitur remunerationẽ. Nec
26 nos ergo animi angamur in afflictionibus. Sed oremus ne intremus in tentationem, quæ autem euerint excipiamus. Ita enim & quæ habemus pecca D
ta deponimus, & siqua est in nobis iustitia, eã clariorem reddimus. Id autem Iob ostendit, qui tunc magis claruit. Hoc bonum est etiam in corporib⁹. Hoc non solum est in hominibus, sed etiam in brutis. Non in brutis solum, sed etiã in plantis. Et ideo ne uitibus quidem permittunt Agricolæ comas ni mis luxuriare, nec in alijs arboribus, sed ne nimiũ crescant falce probibent, omnes earum uires in radices conuertẽtes, ne eæ in folijs cõsumptę fructus inanes & inutiles producãt. Quod quidem euenit etiã in hominibus. Studio enim in ea quæ sunt superflua consumpto, imbecillior fit animus ad ferẽ dum fructum pietatis maturum & perfectum. Hoc etiam uideri potest in aquis. Quæ enim consistit, & non meat, est noxia, sed quæ mouetur, exhauritur, & per tubos & aquæ ductus transmittitur, non solum est salubris, sed & uisu, & tactu, & potu est iucundior. Sæpe etiam uicit naturã afflictio. Quod enim uictum ac flaccidũ, & deorsum fertur, si prematur, sursum erigitur. Quod etiam accidit in ho-
minibus. Qui enim facile ferũt afflictiones, reddũ E
tur excelsiores, etiamsi sint ualde abiecti, terreni, & humiles, & ex ijs magna commoda accipiunt. Hæc ergo cum sciamus, cũ gratiarum actione feramus mala quę in nos immittuntur, ut & illa nobis fiant faciliora, & bona futura consequamur. Quæ detur nobis omnibus consequi gratia et clementia domini nostri Iesu Christi. Cui gloria & potẽtia in sæ cula sæculorum, Amen.

IN PSAL. CXLII.

Omine exaudi orationem meam. Est quidẽ ora προσευχὴ.
d tio, & precatio quę fit per uerba, & est etiã oratio &
promissum seu uotum. Quocirca suadet uotum.
etiam quidam sapiens, dicens, Ne iteraueris uerbũ Eccl.7
in oratione tua. Non autem hortatur & suadet, ut Ro.12
non eadem bis dicamus cũ Deum rogamus & pre- 1.Thess.5
camur: Absit. Iubemur enim perseuerare in oratio Eccl.5
nibus, sed ne differamus, quando Deo aliquid fuerimus polliciti, sed id soluere properemus. Et ideo dicit alibi Ne differas reddere uotum. Futurum n.
est incertum. Vel enim morbus, uel quæ pęrter opi
nionem accidunt, negotia prohibuerint. Quòd si F
etiam mors aduenies te interruperit, nõ dabitur tibi uenia. Orationem autem hic dicit precationẽ & supplicationem. Et ideo subiunxit, hoc ipsum significans. *Auribus percipe obsecrationem meam in ueritate tua.* Alius, In fide tua. Ali⁹, In stabilitate tua. Hoc est, Annue petitioni, & fac ut ea effectum consequatur, tua ueritate confirmans, utere tua potentia ad ea implenda quæ peto. Sed uideamus cuiusmodi sit postulatio. Apud homines, quando quis offert supplicationem, hoc cõsiderant qui eam suscipiũt, et si sit iustum & legitimum, auditur. Sed apud homines quidem, pro honoribus, dignitatibus, & pecunijs & supplicatio. Sæpe etiã ut prohibeatur iniuria. Alij autem ea petunt quæ sunt maiora quàm ut fieri possint à iudicibus. Nos autem supplicam⁹ pro peccatorum condonatione, & tũc uenimus ad supplicationem, quando iudex qui est intus nõ remiserit, conscientia, inquã, nostra, quę nos urget ac uexat, neque enim in eius potestate situm est remittere, & quẽadmodũ ad Impatorẽ nemo pro ueste discissa, nec pro decẽ obolis ereptis audet accedere: Ita etiam tu, atque adeo longè amplius, caue ne

Gad Deum accedas pro rebus uilibus, cõtemptis, & nihili, ut uerbi gratia, siquis in pecunia tibi fecerit iniuriam, aut siquis te affecerit contumelia. Sed in ijs in quibus diabolus te iniuria afficit, cùm supernо maximè auxilio opus est. At non habes qui tui curam gerat, & tuam supplicationem offerat? Cùm rex procedit, eum alloquere, & quære tempus opportunum. Quando ergo procedit rex? Semper & perpetuo. Quando est autem tempus opportunũ? Quando tu uolueris. Quando ut dignus sis teipm præparaueris. Iubebantur quidem Iudæi in ualle subsistere, cum Deo apparerent, & albas uestes induere, & cum uxore rem non habere. Tu autẽ animam emunda pro uestibus, & cum moderatione, mansuetudine, & summa quiete accede, et ad Regẽ proficiscere, et si uis uerè quod petis impetrare, nõ eget multis sumptibus peregrinatio, accipe uirtutẽ uiaticum. Et ubinã agit hic rex? Propè eos qui corde sunt contrito. Illa uia ingredere. Propè est dominus oĩb9q ipm inuocãt in ueritate, illic eũ iuenies. Illic eum alloquêris. Est propè eos q panẽ frãgunt esurientibus, et faciunt eleemosynam. Si hac ueneris, inuenies eum paratum, annuentem tuæ petitioni. Te enim adhuc loquente, dicam, Ecce adsum, nec opus erit intercessore, sed p te ipsum quod petis assequêris. *Exaudi me in tua iustitia.* Quid facis ô homo? Procedens dicturus es, Ne intres in iudiciũ cum seruo tuo, Quia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis uiuens, & hic rogas ut, sicut iustum est, exaudiaris? Quid est ergo quod dicitur? Iustitiam hic dicit, clementiam, & in multis scripturæ locis uideri pot accipi iustitia pro clemẽtia, idq; iure profecto. Apud hoies. n. iustitia priuata est misericordia. Apud deũ aũt non itidẽ, sed iustitię quoq; admixta est, misericordia, & tanta, ut ipsa etiam iustitia uocetur clementia. Atque considera quidem in inundatione quanta fuerit misericordia, quanta rursus iustitia. Etsi enim pœnas dederunt qui tũc peccabant, non tamen dederunt quas meruerant. Ne mihi enim molem aquarum respexeris, neq; dierum multitudinem quibus fuit diluuij naufragiũ, neque orbem terræ qui tũc erat abyssus. Quid hoc enim refert eorũ qui perierunt? Hæc enim possunt quidem timorem incutere, ijs autem qui mortui sunt nullum supplicium afferunt. Quomodo enim punirentur qui quæ fiunt non sentiunt? quorũ etiã breui temporis momento fuit interitus, breuemq; & leuissimam mortem passi sunt, & igne & ense & laqueo & tormẽtis faciliorem, & longè minus molestam. Quare speciem potius supplicij, quàm experientiam habebant quæ fiebant. Qui itaq; toto uitæ tempore ad extremam usque senectutem talia commiserant, breuissimo temporis momento pœnas dederunt, siquidem naturę debitum uocandũ sit supplicium. Vidisti quanta sit clementia. Vis etiã eam aliunde uidere? Non eam statim intulit, sed & semel & bis & sæpe eam prędixit. Per arcam enim eos allocutus est: Illi uerò ne sic quidem cesserunt, etsi non opus erat ut ulla denuntiatio fieret improbitati. Sed neque eos natura docuit, sed tãquã porci, imò uerò quibusdã porcis obscœniores, cũ & seiter se corrũperẽt, & naturæ leges funditus cõuellissent, & nec ulli suasioni, nec cõsilio paruissent, nec ex iusti uicinitate, aliquid cõmodi cepissent, breui solum temporis momẽto pœnas dederunt uel potius ab interitu erepti & à pœna liberati sunt. Ea. n. facere, multo est grauius quàm aquis breui. Hoc ne est ergo dic mihi supplicium, eos q uitijs erant corrupti, & sceleratè ac nefariè inter se cõiugebantur, & alter alterum dedecore afficiebant & afficiebatur, ab eiusmodi exitio liberare? Deinde medicum quidem, qui membra putrida resecat, nõ dicemus punire corpus, sed tãquàm benignum & humanũ admittemus: Dei autem benignitatem & clemẽtiã non multo magis admirabimur, qui suos ea ratione castigat? Eum quidem perpetuo oportet admiri & gloria afficere: sed hoc nomine nunquam desistamus eius stupere curam ac prouidentiam: nec eum cessemus ea de causa laudare, quòd & breuẽ sectionem adhibuerit, & serpens malum resciderit, & medicinam quæ nullum dolorem afferat admouerit. Ne te ergo hoc conturbet quòd omnes repẽte & uno tẽpore obruti sunt. Quid enim refert ansic, an paulatim? Quid eum q excesserit iuuat, quod per se & solus, aut lædit, quòd cum omnibus excesserit? Exaudi me in tua iustitia. Hoc est, In benignitate & clemẽtia. Quòd enim id significet, subiũxit. *Et non intres in iudicium cum seruo tuo.* Hoc etiam petit Iob, q erat uir iustus, & uerax, & abstinens ab omni re mala, dicens. Vtinam esset qui discerneret & argueret inter utrũque. Cum Deus autem apparuit, Manum apponam ori meo, licet Deus prouocaret & diceret. Non, sed accinge tanquã uir lubos tuos. Hoc etiam Iudæis exprobrat, dicens. Quod inuenerunt patres uestri in me delictũ, & principes uestri in me se miquè gesserunt? Hoc autem facit, non uolens grauiorem in eos reddere sententiam, sed uolens eos eò adducere ut sua peccata sentirẽt, eaq; confiterentur, & nunc eis daret ueniam, ut sic beneficii nossent magnitudinem. Et ideo dicit, Dic tu prior tuas iniquitates. Non, ut condemneris, sed ut iustificeris. Ea de causa nec ipse eas dicit, sed illum ad eas dicendas comparat. Si enim uellet punire, ipse eum accusasset. Nunc autem quoniam uult misereri, cedit ei qui peccauit, ut ipse grati & memoris animi coronam accipiat, & per confessionem misericordiam attrahat. Quid potest cum hac conferri clementia? Nihil. Dic, inquit, & nihil quæro amplius, cõfitere, & mihi sufficit. Dic, & totum fero ac ceptum. Ne intres in iudicium cũ seruo tuo. Multi sunt qui in hoc se rectè gerũt ex eo quòd sit Deus iudicaturus. Qui enim pio sunt & grato animo, hoc antè norunt. Qui secus, ex eo quòd Prophetæ dicunt assiduè. Iudicium domino ad populum suũ, & cum Israel disseret. Et rursus, Audite uoraginẽs, & fundamenta terræ. Et, Audi cœlum, & auribus percipe terra. Ex eo ergo quòd ipse assidue dicatur iudicare, etiam qui paulo minus sensus habebant, se in eo rectè gerebant. Etenim dicebant nonnulli Iudæi. Quare ieiunauimus, & non aspexisti? & Quicunque facit malum bonum corã domino, & ædificantur qui faciũt scelera, & beatos ducimus alienos, &, non est recta uia domini. Porro autem beatus quoque Iob, postquam in illam tentationem incidit, non eo animo, nec ea dixit quæ Iudæi. Absit. Dixit tamen. Vnam esset intercessor, & qui discerneret & argueret inter utrunque, & timor eius ne me conturbaret. Et ideo dicit ei. Interrogabo ego te, tu uerò mihi respondebis. Deinde quoniam obstupefactus fuerat, & dixerat. Cur ego adhuc iudicor

Exo. 19

Psal. 50.

H

Esa. 58

Ibid.

Ge. 7. et 8

I

Gen. 6

K

Esa. 43.

M

Mich. 6

Esa. 1.

Esa. 58

Iob. 21

Hier. 12.

Ezec. 18.

Iob. 23. 38

Iob. 42

A dum corrigor, & arguo dominum? Et rursus, Auditione quidem auris te prius audiui, nunc autẽ etiã oculi te uiderunt. Quocirca me ipsum uilipendi, & liquefactus sum, existimaui autem meipsum terrã & cinerem. Ponam manum super os meũ, dixit ei. Ne, sed accingere tanquam uir lumbos tuos, propemodum eius uerba in memoriam redigens, & dicens, Quoniam mecum uoluisti iudicio contendere, ecce adsum disceptaturus. Vidisti Dei clementiã ineffabilem. Vidisti bonitatem infinitam. Et ideo tres quoque pueri dicebãt, Peccauimus, iniquè egimus, nos iniustè gessimus. Quoniam enim multi homines sensus planè expertes peccata sua in Deũ conferunt, hoc procurante & machinante diabolo, hanc consuetudinem Deus euellens radicitus, dicit se cum eis iudicio contendere. Tale quid etiã peccauit Protoplastus, qui primus, inquã, creatus est, Adam, & ideo dicebat. Mulier quam dedisti mecum, ea mihi dedit, & comedi. Iudæi quoque multa eiusmodi peccabant. *Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.* Quid de me dico, & hoc & illo, inquit. Non est homo super terram, qui si de ijs in iudicio contendat quæ illi a te pcepta sunt, possit iustificari. Ita est apud te plenissima & redundãtissima uictoria. *Quia persecutus est inimicus animam meam.* Potest quidẽ hoc intelligi & de Saule, q erat tunc inimicus, & eum persequebatur. Potest etiam dici per anagogen, inimicus diabolus. Ille enim nõ cessat eos qui Dei sunt persequi, Quomodo ergo liberabimur ab eiꝰ persecutione? Si locum inuenerimus, in quem non potest ingredi. Et quisnam est hic locus? Quis alius quàm cœlum? Quomodo autem potest in cœlum ascendi? Audi Paulum dicentem, & ostendentem, quo d etiam in carne implicati possumus illic uersari. Quę sursum sunt cogitate, ubi est Christus in dextera Dei sedẽs. Et rursus. Nostra autem conuersatio est in cœlis. *Humiliauit in terra uitam meam* Multa significat nomen humilitatis. Est enim & uirtutis humilitas, ut quãdo dicit. Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. Est & humilitas quæ procedit ex calamitatibus. Est & quæ proficiscitur ex peccatis. Hic autem eam significat, quæ oritur ex tentationibus. Quocirca subiũxit, hoc ostendens. Humiliauit in terra uitam meã. Est etiam humilitas, quæ procedit ex superbia. Vt quando dicit. Qui se exaltat, humiliabitur. Est etiã alia humilitas, quæ proficiscitur ab insatiabili cupiditate. Quid est enim abiectius & humilius ijs, qui seipsos infodiunt in diuitijs, potentia, & gloria? Ii enim sunt duabus rationibus humiles, & qd humi serpant ac trahantur: & quòd ea magna existiment, quemadmodum parui pueri pilas, talos, & huiusmodi ludicra magnificiunt. At hoc nõ est signum quod ea magna sint, sed quòd qui ea admirantur, mentem habeant imperfectam & humilẽ. Sed illud quidem est ętatis & naturę defectus: hoc uerò est culpa uoluntatis. Cùm enim sit uir, & perfectæ ac maturæ ætatis, mensas, luxum, & delicias res putat esse magnas. Quo qd esse potest abiectius et humilius? Atq multi eo esse magni et excelsi animi existimant. Sed hi sunt illis longè humiliores. Rursus ergo discamus quæ sit uera altitudo, et qd uilitatem & humilitatem efficiat. Nihil enim æquè facit excelsum, ac ea despicere. Nunc ergo Propheta dicit humilitatem, quæ oritur ex calamitatibus. *Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi.* Duplicẽ dicit calamitatem, & quòd in obscuris, & quòd tanquàm mortuos sæculi, per utraque significãs eam quæ tunc erat captiuitatem. Quoniam enim etiam qui est in obscuro potest aliquid agere accensa cãdela, uolens ostendere insignem malorum magnitudinem, addito mortuorum nomine auxit tragœdiam. Tales sunt qui in peccatis uiuunt. Ita. n. sunt tanquàm mortui in tenebris, licet ergo lampades circunferant innumerabiles: licet ad Solem respiciant: licet ex uestibus & alio uitæ cultu alacres & læti uideantur, nihilo meliori, imò uerò deteriori sunt conditione, quàm qui sunt mortui, & agũt in tenebris, quatenus illa quidẽ res est naturalis, hoc uerò est culpa uoluntatis. Tenebrę quoq; sunt eę quæ futuræ sunt. De quibus dicit, Tollite eum, & mittite in tenebras exteriores. Sunt etiam uitij tenebræ. Sedentes, inquit, in tenebris, & umbra mortis. Et Paulus, Non sumus filij tenebrarum. Et rursus. Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Et ideo quemadmodum q uersantur in tenebris, nesciunt rerum naturam: ita etiam qui sunt in peccatis, sunt occęcati, & ea quæ apparent non discernunt, sed ad umbras tanquàm ad res ueras currunt, diuitias, & delitias, & potẽtiã persequentes, nec amicos, nec inimicos nouerunt, inimicis quidem tanquàm amicis fidentes, cũ amicis uerò, tanquam cum hostibus, confligentes. Nõ uides pauperes quotidie clamantes, & eiulantes, a nemine tamen audiri? Quare non audiunt? Quoniam collocauit eos diabolus in obscuris sicut mortuos sæculi. Quod enim sunt alijs tenebræ & mortis affectio, hoc est eis inhumanitas. Est eorũ qui sedent in tenebris, non uidere mala quæ inuadunt. Hoc etiam eis accidit, qui non uident quę iuxta eos fitæ sunt calamitates, & in uoragines, fossasque, et præcipitia deturbantur. Est eorũ qui sedent in tenebris, turpia securè audere admittere, Hoc ẽt faciunt qui nequiter uiuunt, tanquam qui sedent in tenebris, et perinde acsi nemo homo sit, qui quę fiunt respiciat, omnia tam securè perpetrant, in medijs urbibus, tanquam in solitudine, scelera cõmittentes. Qui sedẽt in tenebris, sunt in perpetuo metu. Ita hic etiam Nullus enim raptor et anarus est à metu alienus, quantuncunque se insolenter iactitet, et extrinsecus lætantis speciem præ se ferat. Talis est enim natura animi sibi malè conscij. Et erãt hi quidem antea omni uenia priuati. Sed nunc magis, quòd cum sol iustitię illuxerit, adhuc sedent in tenebris. Et quomodo cum illuxit sol, sedent in tenebris? Propter suorum oculorum imbecillitatem. Cùm enim se in antris, cloacis, et uoraginibus uitij infoderint, non possunt intueri radium. *Et anxiatus est super me spiritus meus. In me turbatũ est cor meũ.* Alius, Et circumagebatur in me anima mea. Ostendit rursus summam afflictionem per animi perturbationem. Quid est autem, In me? Ne alijs quidem poteram efferre, et consolationem ab eis accipere. Tales sunt animi improborum. Nunquã non conturbantur, non solum dum sunt præsentia, sed etiã dum expectantur mala. Nunquam est eis ulla tranquillitas, nulla animi securitas. Sed perturbantur magis quàm ullum pelagus, non nox, non dies eis concedit ut sedetur tempestas, sed undiquaque uexantur, et si nullus sit qui eis molestiam exhibeat,

Iob. 39. 40.

Dan. 3

I. Tim. 1

Hier. 2.

Gen. 3

B

I. Reg. 18. 23. 24

I. Pet. 5.

Col. 3.

Philip. 3.

Ps. 50

2. Reg. 8.

C

Iudic. 6

Ps. 105

Luc. 14. 18

Eccl. 13. 19.

Mat. 19

Mar. 10

D

Mat. 22

Esa. 9.

1. Thes. 5.

Ro. 1

Sap. 2

E

Ps. 142

Iob 24.

F

Χυρίε μου

Esa. 57.

G bellum inteſtinum, et quod ſecũ cohabitat, habentes, nec ijs quæ iam acceperunt fruuntur, eorũ quæ nondum aduenerunt ſolicitudine lacerati, laniati, de omnium negocijs ſoliciti, de bonis omniũ curioſe ſcrutantes, animo agitantes, quomodo hinc q dem perſuadebunt: illum uerò terrebunt, aliũ blãdis uerbis allicient, alium uerò cogent, alium autẽ obſeruabunt, calumnias, emptiones, uenditiones, teſtamenta, fideiuſſiones, uſuras, ſortes, & horũ malorum quiſquilias & fæces apud ſe uerſantes, & quãdo eis omnia affluunt, tunc maximè perturbãtur. Vide diuitem illũ, qui tunc maximè turbatur, quãto eius ager fuit fertiliſſimus, dubitãtque, & eſt animi perplexus, & dicit. Quid faciam? Diruam horrea mea, & ædificabo maiora. Pauperi autem nihil tale accidit. *Memor fui dierum antiquorum.* Meditatus ſum in omnibus operibus tuis. Non eſt hæc parua conſolatio, priora noſſe & præſentia. Quoniam enim, ut ſemel dicam, ijſdem legibus Deus & ea quæ nũc ſunt, & quæ prius fuerunt, adminiſtrat: maxima eſt ad præſentia conſolatio, memoria præteritorum. Et ideo in alio quoque pſalmo dicit. Nũ in ſecula repellet Dominus, aut in finem miſericordiam ſuã reſcindet? Et alius. Reſpicite ad antiquas generationes, & uidete qs ſperauerit in Domino, & derelict? eſt. Et Paulus. Hæc autem omnia in figura euenieb̃ãt illis, ſcripta ſunt autem ad admonitionem noſtram, ad quos fines ſæculorum deuenerunt. Non aliena autem ſolum, ſed etiã noſtra ſæpe in memoriam reuocantes, lucrifacimus. Hoc autem oſtendit Apoſtolus, dicens. Recordamini priorum dierum, in quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum. Et à contrario. Quemnam fructum tunc habuiſtis in iis, in quibus nũc erubeſcitis? Et alius ſapiens. Recordare nouiſsima tua, & in ęternũ non peccabis. Hoc enim etſi eſt futurum, à præterito tamen ducit initium, nempe mors communis. Hoc etiã facit Paulus ex præteritis & futuris, & quãdo conſolari, & quando corrigere oportet. Nolo, inquit, uos ignorare fratres, quòd patres noſtri oẽs ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes eandem eſcam ſpiritalem comederunt. Sed non in pluribus eorum complacuit deo. Aliquãdo autem à futuris. Qui pœnas dabunt, æternum exitium à facie Domini. Et rurſus Peruenit autẽ in eos ira in finem. Dies enim indicabit quod in fine reuelatur. Et rurſus. Propterea. n. uenit ira in filios inobedientiæ. Sed hæc quidem, quando oportet corrigere. Quando autem conſolari, ab utriſque conſolatur. A præteritis quidẽ ſic, dicens. Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et rurſus. Deus miſericordiarum, & pater omnis conſolationis. Et rurſus. Qui conſolatur nos in omni afflictione, per cõſolationem quam à deo accipimus. A futuris autem. Non ſunt condignę paſsiones huius temporis ad gloriam quæ eſt reuelanda in nobis. Quocirca hic quoque dicit. *Memor fui dierum antiquorum. Meditatus ſum in omnibus operibus tuis.* Non dixit tantum, Memor fui, ſed, Meditatus ſum. Hoc eſt, Magnã operam & diligentiã adhibui in ijs apud me reuoluendis quæ antiquis euenerũt. Ex ſcripturarum enim cognitione adeſt nobis magna conſolatio & philoſophia. Et ideo dixit Paulus, Per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpẽ habemus. Et rurſus. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, eſt utilis ad doctrinam, ad reprehenſionem, ad correctionem. Hic ergo hinc accepit conſolationem, cum eſſet in tanta afflictione & perturbatione: quod uetera apud ſe reuolueret, & quæ à deo uariè ſunt geſta & adminiſtrata in memoriam reuocaret. Dicit itaque alius, Et meditatus ſum omnes actiones tuas. *In factis manuum tuarum meditabar.* Alius, Opera manuũ tuarum meditabar. Per hæc oſtendit, quod dũ hęc faceret, magnam accipiebat conſolationem, & Deo euaderet familiarior. Et ideo hoc oſtendens, ſubiũxit, *Expandi manus meas ad te.* Non dixit, Extendi, ſed Expandi, oſtendens magnam cordis affectionem, quod propemodũ è corpore properat exilire, & ad ipſum excurrere. A memoria rerum præclariſimè geſtarum ueluti diuino quodã furore afflatus, cũ & omnem benignitatem reputaſſem, & ex calamitatibus perfectam diſciplinam, & quæ à malis ereptionẽ ſecuta eſt libertatẽ, ad te rurſus cõfugi *Anima mea ſicut terra ſine aqua.* Alius, Tanquam terra ſitiens ad te ſemper. Hoc eſt enim Diapſalma. In reb' inquit, aduerſis & ſecundis, & in omni temporum uarietate oſtendi ſemper æquale ſtudium. Quid eſt autem, Sicut terra ſine aqua tibi? Sicut terra ſitiens aquam deſiderat: ita ego eſſe tibi aſsiduè propinquus. Hoc autem deſiderium magis auxit moles afflictionum, & ideo Deus eas permiſit creſcere, magnam ſuam oſtendens prouidentiam. Non ſolum enim fecit creaturas, ſed etiam factarum curam gerit, & hominum, & aliorum omnium. Hoc itaque ſciens Paulus, dicebat. In ipſo enim uiuimus, & mouemur, & ſumus. Et rurſus. In ipſo conſtant omnia. Et rurſus. Omnia ad te reſpectant ut des illis cibũ in tempore opportuno. Cum dederis tu ipſis, colligent. Cùm tu autem manum tuã aperueris, omnia implebũtur bonitate. Cùm tu uerò manum tuam auerteris, turbabũtur. Et rurſus, Qui reſpicit ſuper terram, & facit eam tremere Et Eſaias. Qui cõtinet gyrum terræ. Et de uirtute. Niſi Dominus, inqt, ędificauerit domum, in uanum laborauerunt qui ędificant. Et rurſus. Qui habitare facis ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Et ideo terrã quatit, & montes tangens facit ut fument. Suum oſtendens dominium. Solem autem obſcurat, & facit deficere, per hoc indicans ſe eſſe opificem. Porrò autẽ in ſcripturis quoque uides ſolem retrocedentem, & lunam rurſus cum eo ſtãtem, et multa alia miracula. Quando enim eius cognitio nõdum extenſa fuerat, hęc fiebant: nunc autem non eſt amplius opus hac doctrina, cũ res ipſæ clament et oſtendant dominum. Vidiſti in Aegypto tenebras, & mutationẽ elementorum. Siqui autem dicant defectum euenisse naturaliter, non autem dei iuſſu: dicant quomodo factus ſit eo tempore quo cruci eſt affixus. Non enim tempore tunc præſtituto, ſed quãdo minimè erat conſentaneum, & curſui naturali nequaquã conueniens, tunc accidit, cũ eſſet ſcilicet quartadecima luna & plenilunium. Defectus autem nõ ſic fiunt. Sed non poterunt. Quare manifeſtum eſt quòd ſicut alia, ita etiam defectus omnes fiunt iuſſu opificis. *Velociter exaudi me, defecit ſpiritus meus.* Quid dicis? Vrges medicum ad curationẽ? Nequaquam. Sed hic quoque mos eſt animarum quæ afliguntur, quemadmodum & hominum laborantium accerſere medicos, etiamſi tempus non poſtulet: & liberationem celeriter prouidere. Quocirca

A ipſe quoque cauſam adijciens, dicebat. Defecit ſpiritus meus. Atqui Deus qui poteſt excitare à mortuis multo magis ante mortem. Sed, quemadmodũ dixi, hinc deprehẽditur naturæ imbecillitas. Sciebat enim omnia ei eſſe facilia: ſed ferre non poteſt mala quæ intenduntur. *Ne auertas faciem tuam à me, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.* Alius, Ne abſconderis faciem tuam. Et undenam fit auerſio? Ipſe Deus dicit per Eſaiam An nõ potens eſt manus mea? Sed peccata ueſtra diuidunt inter me & uos. Quãdo ergo mali qd fecerimus, auertitur. Mundus eſt enim, inquit, oculus tuus, ut non uideat mala, & reſpicere ſuper malos non poteris. Et ideo auerſatur etiã arrogantes. Dicit itaq; Sup quẽ reſpiciã, niſi ſup mã ſuetũ & quietũ, & trementẽ uerba mea? Perſequamur ergo hãc uirtutẽ, ut eius faciẽ attrahamus: ne in uitij barathrũ incidamus denſis occupantibus tenebris? Poſsũt ẽt q ceciderũt iterũ aſcẽdere. Oportet ergo eos q cadũt nõ manere intus iacẽtes. Lacus autem in quo ſunt ſeuæ beſtiæ, & qui eſt plenus tenebris eſt natura peccati. Scripturarum ergo rudentes demittamus, & uoluntatem alligemus, etſi ceciderimus, uelociter reſurgemus. Quomodo autem incipiemus iter ingredi? Si cum ceciderimus nõ cõtemnamus, nec deſperemus, ſed hęc prophetica carmina nobis canamus. Nunquid cadens non reſurgit? Et rurſus. Hodie ſi uocem eius audieritis, ne obduretis corda ueſtra ſicut in tentatione, & his cogitationibus uinctos nos attrahamus. *Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam. Quoniam in te ſperaui.* Alius, Auditam fac mihi à matutino miſericordiam tuam. Id eſt, celeriter. Vidiſti afflictum & perturbatam animam. Vult audire ante experiẽtiam, ut ſpe erigatur & expectatione. Hoc eſt autem qd dicit. Fac me ſurgere à peccato. Deinde adiicit etiã rationem, dicens. Quia in te ſperaui. Deus enim nihil æquè requirit, ac eum ſemper intueri, & ab eo ppetuò pendere. *Notam fac mihi uiam in qua ambulem. Quia ad te leuaui animam meam.* Quid dicis? Cum & natura habeat legem ab initio à Deo impoſitam, & Moſaicæ leges eam renouent, quid tibi uis, rurſus dicens. Notam fac mihi domine uiam in qua ambulẽ. Vel hoc ergo dici poteſt. Quoniã cõſcientia mea obruta eſt à uitio: rogo ut ea renouetur. Vel hic dicit uiam, multa eorum quæ ignorãtur ab hominibus, quemadmodum Paulus quoque oſtẽdit, dicens. Quid enim orabimus ſicut oportet neſcimus. Si autem Paulus hoc ignorat poſt tantam cognitionem, quid miraris ſi hic quoque ignoret? Vide autem quòd nihil ſenſile hic quærit, ſed uiam q̃ ad Deum deducit, & quæ è domo præbet initium. Nõ dixit enim abſolutè, Notam fac mihi uiam quę ad te ducit. Sed quid? Quia ad te leuaui animam meam. Hoc eſt, A te pendeo, te intueor, te unum reſpicio. Iis enim Deus maximam ſui præbet notitiã. Quamobrem dicebat de Iudæis, rogatus cur eis loqueretur in parabolis, Quoniam uidentes non uident, & audientes non audiunt. Illud autem, leuaui ſignificat, Ad te traduxi & tranſtuli animã meã. *Eripe me de inimicis meis Domine ad te confugi.* Vide ubique afferri cauſas ab eo qui rogat. Ne auertas, inquit, faciem tuam à me. Quoniam in te ſperaui. Notam fac mihi uiam tuam. Quoniã ad te leuaui animam meã. Eripe me de inimicis meis quoniã ad te confugi. *Doce me facere uoluntatem tuã, quia Deus meus es tu.* Non dixit, abſolutè, Doce me uolũtatem tuã, ſed, Doce me facere uoluntatem tuam. Hoc eſt, Ad ipſa facta me deduc. Supna enim ope & cœlesti doctrina opus eſt, ut ingrediamur uia q̃ ducit ad uirtutem, non nobis in otio degentibus, ſed quæ ſunt noſtra conferentibus. Quia Deus meus es tu. Vides ſpiritales eius petitiones. Non enim de pecunijs, potentia, & gloria, ſed ut Dei faciat uoluntatẽ, in eius petitione agitur, quod quidem eſt omnium bonorum theſaurus, & opes quæ nunquam deficiunt, principiũ & radix felicitatis, & medium, & finis. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Vides quomodo diſcimus, quomodo docemur uiam perficere, nempe per ſpiritum ſanctũ. Et ideo dicebat Paulus. Nobis autem Deus reuelauit per ſpiritum ſuum. In terram rectam. Si dictionem quidem ſpectes, dicit ſuam patriam. Si accipiatur autem anagogicè, uiam quæ ducit ad uirtutem. Alius autem dicit, Per terram planam. Nihil eſt enim uirtute leuius ac planius, quæ eſt à turba & tumultu libera. *Propter nomen tuum uiuificabis me domine.* Vides eum rurſus ad deum confugere, non autem in uita ſua collocare fiduciam. *In æquitate tua educes è tribulatione animam meam.* Alius, In miſericordia tua. Vides quomodo uerum ſit quod ſuperius dicebã, quod iuſtitiam ſæpe uocat clementiam. Educes de tribulatione animam meam. Orate enim, inquit, ne intretis in tentationem. *Et in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.* Non quoniam ego ſum dignus, inquit, ſed propter tuam clementiam libera me ab ijs qui in me bellum gerũt, libera me ab ijs qui mihi inſidiantur. Da ut ab afflictione aliquantum reſpirem. *Et perdes omnes qui tribulant animam meã. Quoniam ego ſeruus tuus.* Vide hic rurſus adiectã cauſam. Neque enim poſſumus purè & abſolutè noſtra poſtulata conſequi, ſed oportet nos ita præparare ut ſimus digni qui poſtulata cõſequamur, & quæ noſtra ſunt cõferre, & ita accedere. Non ſufficit enim ſola natura orationis. Nam Iudęi quoque orabant, & audiebant. Si multiplicaueritis preces, non exaudiam uos. Et quid miraris ſi Iudæi non exaudiebãtur, cum etiam Hieremias pro eis orans, reprehenditur, & ſemel & bis audit. Ne ora pro hoc populo quoniam non exaudiam te. Et quid miraris ſi Hieremias non exauditur? Etiamſi Noe, inquit, etiamſi Iob ſteterint, filios & filias ſuas non eripient. Hæc ergo cùm ſciamus, non ſolum oremus, ſed cum precibus quoque nos ita comparemus, ut ſimus digni qui accipiamus, ut & præſentia & bona futura conſequamur. Quæ detur nobis omnibus cõſequi gratia & clementia domini noſtri Ieſu Chriſti. Cui gloria & potentia in ſæcula ſæculorum, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN *eundem pſalmum. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine, quoniam non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens.* Homilia. Incerto interprete.

Vdicia domini ſicut abyſſus multa. Altitudinem, & profunditatem, & latitudinẽ in dei cogitatione quicunque attingere uoluerit, antè deficit quàm proficit. Nam quis illi cõſiliarius fuit? aut quis illi primò dedit, & retribuetur ei? aut quis nouit mentem domini? Ergo quia abſcondita ſunt à nobis pro nobis, quia ideo abſconduntur, ut deſiderentur: dicam' deo, ſicuti modo cantauimus, Ne intres in iudicium cũ ſeruo tuo

domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Quis castũ se gloriatur habere cor, aut mundum esse à peccatis? Hic modò eriguntur peccatores, & dicunt, Ecce Apostolus dixit, qa nemo hominum potest castum se dicere habere cor. Audi, & quod audis intellige. Noli ad tuũ sensum, uel ad tua facta deducere testimonia recta. Quod dixit, Quis castum se gloriatur? Non dixit non esse castum cor, sed non gloriari de casto corde. Et mũdum à peccatis omnino hominem esse non posse, hoc possum acquiescere, quia sunt leuia peccata, p quam leuia, ut oratione quotidiana purgentur. Et si fortè etiã ipsa purgentur, ne in illis ueterascam°, saltem illa de præteritis, de ætatis, puerilitatis, pubertatis, adolescentiæ, quis se dicit esse mundum à peccatis. Ergo quia de præteritis seu per ignorãtiã, seu per ætatem infelicem, callidam, inordinatam, cæcam offendit deum: Nemo ergo glorietur mundum se esse à peccatis, etsi proficiens elongauerit à peccatis. Ergo mens Christiana cùm proficit in id quod propositum, maximè secundum Deum nõ debet gloriari, & tamen gloriari, non in se, sed in domino. Nã sic dixit Apostolus: Qui gloriatur, in domino glorietur. Ergo de meritis suis nihil asignare sibi decet, nisi peccata, quæ sunt propria nostra: cæterum uirtutes & actio purgata, cœlitus datur hominibus. Donatur à Deo, Quia omne donum optimum, & lumen perfectum desursum est descẽdens à patre luminum. Ergo dicamus, Ne intres in iudicium cum seruo tuo domine, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuẽs. In uita ista tentationis uidemus, quod nolumus: audimus, qđ nolumus: loquimur quomodo nolumus, ambulamus ubi nolumus: totum ad qđ nolumus, uenim°. Sed tamen in id quod nolumus, cum uictoria perueniamus ad quod nolumus. Pugnandum est ergo in omnibus malis suggestionibus, luctandum est cum desideriis: negãdæ sunt carni uoluptates suæ, ut seipsa subdat homini interiori, id est animæ, ut sit pax in domicilio cordis. Et iam fratres excutite pigritiam, feruete in spiritu sancto. Inflammamini ut in luce ambuletis, ne tenebræ uos comprehendãt. Nolite gloriari in uobismetipsis, reddite debita: Quæ sunt ista debita? Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Hoc ergo debetis debitum reddere: Estote quod non fuistis, habete charitatem, inserite mansuetudinem: cæteræ uirtutes subsequantur, ut sit mens uestra librata & mensurata. Qui carni uiuunt, deo placere non possunt. Qui plus diligunt carnem suam, quàm creatorem carnis suæ, malè uiuunt. Viuite cum Deo, ambulate cum Deo, obtemperate Deo. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, nequãdo irascatur dominus, & pereatis de uia iusta. Quanta est uita nostra infelix, miserra, quæ quotidie ad non esse tendit, maximè quia dies exitus nostri occultatus est à nobis: nõ est omnium nasci, crescere, & senescere. Sed ideo occultatur dies nostri, ut uiuamus cauti, soliciti. Ne subitò occurrat mors incerta, & præoccupent peccata, & perueniatur ad pœnam, tempus est curationis, tempus est correptionis, & recipiendæ salutis. Nullus se deat nõ curatus, nullus remaneat uulneratº. Si dolent facinora, currite ad medicũ: si agnoscitis quæ fecistis, celebrate confessionem. Erubescite de præteritis, ut dicatur uobis ab Apostolo, Quem enim fructum tunc habuistis, in quibus nunc erubescitis? Finis peccatorum mors. Nos uerò in nomine Christi liberati à peccato, serui autem facti deo, habemus fuctum nostrum in sanctificatione, finẽ uerò uitam æternam. Beata uita, quæ sic uiuit, ut talem limitẽ inueniat, talem portum acquirat, talem ciuitatis ingrediatur portam, ut ibi iam non peregrinus, sed ciuis gaudeat. Ibi iam non pugnæ præcedunt, & prælia, & bella, sed tantummodo uictoria, cùm palma recipitur. Hæc ciuitas tũc dabitur, quãdo dicetur bonis, sanctis, pijs, immaculatis, castis, Intrate i gaudium domini uestri. Vox ista, pro missio ista, cùm prædicatur, non uilescat, non tepescat infidelibus. Quomodo panis quotidie in oculis nouus efficitur esurientibus, sic promissiones dei nouæ sint audientibus. Dicite ergo, Ne intres in iudicium cum seruo tu domine, quia non iustificabitur in cõspectu tuo oĩs uiuẽs, Magna humilitas, magna sapiẽtia, magna prudentia, ut sciat uiuens sic se posse uiuere, ut sibi sit accusatus, & deo excusatus. Quia iust° i primordio sermonis, sui accusator existit: cũ uenerit aduersari°, cõfũdetur. Accusate uos de præteritis facinoribus uestris, ligitimè confitemini deo: & iam nolite peccare, neqd uobis aliud contingat deterius. Cùm uobis prædico, me compungo: cùm uos compungo, et meipsum agnosco, quia homines sumus exigui et nulli. Nõ possumus gloriari in isto quod quærimus adhuc esse: nec possumus exaltari, ne perdamus quod uidemur esse: Quia superbis deus resistit, humilibus autem dat gratiam.

IN PSAL. CXLIII.

Enedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & manus meas ad bellũ. Quid dicis? Deus ne docet bellare, pugnare, & acie confligere? Maximè quidem non peccauerit qĩ piam, qui quæ in his paratur uictoriam ei adscribit. Hoc.n. sibi uult illud, qui docet manus meas. Hoc est, qui facit ut uincam hostes, ut trophæum erigam. Quando enim prostrauit Goliath, ille fuit causa uictoriæ, & quando multa bella rectè gessit, & trophæa erexit, & aliquot urbes hostium uicepit, is fuit in causa ut uinceret. Et ideo canens dicebat, Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Mosis quoque tempore multa fecit eiusmodi. Verum enimuerò aliud quoq; bellum hoc gratius, ubi nobis maximè supno auxilio opus ẽ, qd geritur cõtra potestates aduersarias. Quod autem nos contra eas bellum geramus, audi Paulũ dicentem. Non est nobis lucta aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus principes tenebrarum mũdi huius, & eo grauius, quòd ex alia natura est earũ exercitus, & quæ sub aspectum non cadit, & quòd non de rebus paruis agitur, sed de salute & interitu. Nõ possunt hic uideri homines qui occiduntur, non potest prescIri nec locus, nec tempus, non aliqd aliud eiusmodi. Nam & domi, & in foro, & ludentes & in ocio nos inuadunt hæ phalanges. Quare oportet nos esse perpetuo munitos. Bellum enim nullã nouit dilationem, nec ullas inducias, non habet nec legatos, nec feriales, nec aliquid eiusmodi, bellum enim non indicitur, & ideo oportet se maximè undiquaq; munire, & conuenienti alimento ualidum firmumq; reddere. Huius autem belli cõmeatus, & horum militum arma sunt diuinarum scripturarum auditio. Ea qui non fruitur, fame perit. Dabo enim eis, inquit, non famem panis, nec sitim aquę, sed famem audiẽdi uerbi Domini. Hic igitur, sicut & in bellis ciuilibus, supno auxilio opus est. Non seruatur enim, inquit, Rex per multam potentiam, & gigas non seruabitur in multitudine uirium suarum. Fallax equus ad salutem, in multitudine uirium suarum non seruabitur. Multi itaque hostes sæpe fuderunt ac fugarunt, cum prius preces precessissent, & aduersariorum phalãges perrupissent. *Misericordia mea, & refugium meum, susceptor meus, & liberator meus.* Vides eum rursus rogare ut seruetur à clementia. Imò uerò hic etiam aliquid aliud significat. Per hoc enim id ostẽdit, & dicit. Ne essem quidem ipsa dignus misericordia, nisi ipse annuisset. Ipse est ergo, inquit, mea misericordia. Eã enim ex factis meis non sum consecutus. Nam etsi est misericordia, non omnibus tamen indiscriminatim accidit. Miserebor, enim inquit, cuius misertus fuero, & miserabor quem fuero miseratus. Oportet ergo, si misericordiam sumus consecuturi, eius clementiæ occasionem è domo nostra proferre. Hic autem dicit se etiã hoc ipsum, quòd sit misericordiã consecutus, ei accepto ferre. Vidisti contritum animum, uidisti mentem memorem & gratam, & quomodo benigno & clemẽti Deo uniuersum adscribit. *Susceptor meus, & liberator meus. Protector meus, & in ipso speraui.* Spem in ipsum assiduè uersat & circumagit, docens omnes nullis malis obrui, sed uel in medijs ærumnis eum semper intueri, & ab eo pendere, nec unquam desperare, animoue cõcidere. Ipse est enim susceptor & liberator meus. Vnde etsi non in ipsis malorũ principijs me susciPiat, defendat, & liberet, oportet bono eũ animo. Si ipse enim est susceptor ac defensor, omnino liberabit à malis. Tũc enim maximè spes est, quando ijs quæ uidentur nos deturbantibus in desperationem, ea efficit ut de futuro bene spemus. *Qui subdit populum meum sub me.* Sic rectè dixit. Nam hic quoq; supno auxilio opus est, ut qui ditioni subiecti sunt acquiescant, & nec seditionem agitent, nec insurgant. Non solum ergo in subiungendis inimicis, sed etiam in suis subijciendis & in officio continendis superno nobis auxilio opus est. Nam hoc quoque magnum est suos bene regere, nec minus est quàm suos inimicos uincere. Multi quidem certè sæpenumero trophæa in bellis erexerunt: in pace autem cæsi sunt, cum eorum quibus præerunt habenas non rectè possent moderari. Non ergo in regni potestate situm est ut castra subijciantur, sed in Dei auxilio. Quemadmodum autem ab eo procedunt uictoriæ de hostibus: ita etiã suorum obedientia. *Domine quid est homo quòd innotuisti ei, aut filius hominis, quòd reputas eum?* Alius, quid homo, & cognoscis ipsum? Alius, quòd cognoscis ipsum. Magnum ergo quempiam esse oportet, qui est Deũ cogniturus, uel potius qui est ab ipso cognoscendus, non eum autem solum, sed etiam illũ, cui Deus uoluerit se inotescere. Et ideo optimè dixerũt septuaginta illud. *Innotuisti ei.* Ostendẽtes nos non eũ inuenisse, sed ipsum nobis fuisse inuentum. Nõ dixit enim, Quid est homo qui te cognouisti, sed, quid est homo, quòd cognitus es ab ipso. Et ideo Paulus hoc susq; deq; assiduè uersat, dicens. Tunc autem agnoscã sicut et agnitus sum. Porrò autem ipse quoque Christus. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Iam uerò alibi quoque Paulus. Siquis autem diligit Deum, is cognitus est ab eo. Et ideo assiduè seipsum susq; deq; dicit uocatum, ostendens se non accesisse, sed prius uocatum fuisse. Ita etiam dicit alibi. Persequor autem, si etiam comprehendam, propter quod & comprehensus sum. Non dixit, comprehendi, sed, comprehensus sum. Quomodo autem dicit hic, Quid est homo? Atqui alius dicit. Magna res, homo, & pretiosa res uir misericors. Et alius, Ad imaginem Dei fecit ipsum. Sortitus est enim totius creaturæ præfecturam. Sunt aũt nonnulli, quibus ne dignus quidem erat mundus. Sed illa quidẽ de uirtute, et quando homines sunt eam ostẽsuri. Hoc autem, quid est homo, dictum est de natura. Atq; natura quoque magna est? Magna quidem, sed si uideris cognitionem, qua digna fuit habita, longè est hac inferior. Audiãt hæretici se hoc furore esse percitos, dum sui modum excedunt. Extrema enim laborant inscientia, dum dicunt se ea scire quæ sunt eis superiora. Potest enim esse ignoratio in cognitione, et in ignoratione cognitio. Et si uis, hoc ipsum agitemus in rebus sensilibus. Dic mihi enim, si quis dicat se posse mare metiri, et scire quot habeat cyathos: an non est hic maximè qui ignorat quid sit mare? Qui autẽ dicit se nescire, sed asserit numerum eius esse infinitum: is est qui maximè cognouit quid sit mare. Quid siquis de Deo dixerit, Deũ uidi, & meis oculis apprehẽdi, an non est is qui maximè Deum non nouit, qui eũ qui sub aspectum non cadit dicit esse aspectabilẽ, & in additamento cognitionis eam quoq; quæ haberi potest eripit? Siquis autem dixerit eũ sub uisum non cadere, & neminem eum uidere posse, is est qui scit maximè. Quid autem siquis dixerit eum comprehendi non posse, alius uerò comprehendi: an non est hic quidem qui ignorat, ille uerò qui nouit? An non uides Paulum quoque hac uia ingredi, & dicere. Ex pte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Considera quot & quãta facta sunt, ut discEremus, non quæ sit Dei substantia, sed quòd sit Deus. Hoc ergo Paulus quoque dicit. Credere enim oportet, inquit, accedentem ad Deum, quòd est. Eum uniuersa prædicat creatura. Ex magnitudine, enim inq;, & pulchritudine creaturarum conuenienter considerator opifex. Ipsa hominis constitutio, honores qui à Deo dati sunt, supplicia, beneficia, uaria in eo regendo consilia, quæ prædicta sunt per prophetas, diuersa miracula. Post hæc uenit ipse unigenitus, & admirabilem illam & stupẽdam peregit oeconomiam, & tamen sunt nonnulli, qui quod manifestum est nondum didicerunt, & tu dicis te posse propria ratione comprehendere quidnam is sit substantia? Deum ergo, inquit, ignoras? Absit, sed eum quidem esse scio, scio esse clemẽtem, bonum, & misericordem, prouidentem & omnium curam gerentem, & quæcunque alia dixerunt scripturæ: Quidnam sit autem substantia nõ noui. Adã quoque putauit se posse plus inuenire, persuasus à diabolo, & id etiam quod habuit perdidit. Quòd his quoq; euenit, dum ducũtur humanis rationibus, & non audiunt Dominum dare sapientiam, & a facie eius scientiam, & intelligentiam. Non audiunt

G Paulum dicentem, per ſpiritum reuelauit nobis, & rationes expellentem. Rationes, inquit, deponentes, & omnem altitudinem quæ erigitur aduerſus ſcientiam Dei Et alius ſapiens. Rationes hominum timidæ, & labiles inuentiones eorum. Quid eſt homo quòd innotuiſti ei? Mẽte agita infinitam illam magnitudinem. Imò uerò ne cum eam quidem dico, loquor pro Dei dignitate, ſed neſcio quomodo loquar. Neque enim ſi magnitudinem in Deo dicamus, propriè loquimur. Sed quoniam non poſſumus aliter loqui, ijs uerbis quibus licuit uſus ſum. Nam cum eum quoque uoco altiſſimum, nõ eum loco circunſcribo: ſed eius naturæ altitudinem & maieſtatem, quæ ubique diffuſa eſt, & omnia peruadit, oſtendo. Et ideo dicit, quid eſt homo, quòd innotuiſti ei? Propterea enim eum quoque fecit humilẽ, & magna ei largitus eſt, ne extolleretur, cum ut ſe moderatè gerat magnam neceſsitatem afferat naturæ uilitas. *Aut filius hominis quòd reputas eum?* Vidiſti quanta ſit Dei naturæ maieſtas. *Homo uanitati ſimilis factus eſt.* Alius autem interpres, Vanitati, dixit, uapori. Nihil autem ſignificat illud, uanitati, q̃ eum eſſe caduc um, momẽtaneum, & interitui obnoxium. In hoc loco tractatur de corpore. Et ideo dicebat Abraham. Ego autem terra & cinis. Eſaias autẽ, omnis caro fœnum, & gloria eius quaſi flos fœni. Quid eſt autem, Vanitati ſimilis factus eſt? Nihil, inquit. Rerum enim humanarum nihil eſt firmum, nec ſtabile, ſed omnia tranſeunt & prętercurrunt. *Dies eius ſicut umbra prætereũt.* Hoc eſt. Ne quando quidem adſunt, ullam uim habent, ſed celeriter auolant. Id autem cõſidera in rebus ipſis, eos apud te cogitans qui ſunt authoritate præditi, qui magiſtratus gerunt, qui in carcerem conijciũt, & flagris cædunt. Quid ij enim ab umbra differunt, non ſolum tempore mortis, ſed etiam ante mortẽ? Quando enim magiſtratus depoſuerint, illa omnia omnino pereunt, & procul recedunt. Res autem ueræ ſunt poſtquam hinc exceſſerimus, uerè tunc redditur ratio, uera erunt ſupplicia, & bona ſimiliter, & iudex eſt qui minimè falli poteſt. Quæ autem hic fiunt, ſunt ſimilia pueris ludentibus. Qui enim hodie iudicat, die craſtino iudicatur, denſæq; & frequentes ſunt rerum mutationes, & inæquales tranſitus. *Domine inclina cœlos tuos, & deſcende. Tange montes, & fumigabunt.* Alius, cum inclinaſti cœlos tuos, et deſcendiſti, et tetigiſti montes, fumigauerunt. Et quæ nam eſt hæc uerborum conſequẽtia? Magna certè, et q̃ ualde cohæret prioribus. Quoniã enim de uilitate humana locutus eſt, et oſtendit q̃ ſit natura nihili: hic rurſus refrænata ac reprimit tumidorum arrogantiam, per ea quæ ſubiunxit hoc propemodum dicẽs. Oportebat quidem ipſos ex ſeipſis perſpicere naturę uilitatem, et non ſibi placere, magnoſq; ſpiritus ſumere, ſed quoniam nolũt, ex tuis factis oſtende ad quãtam humilitatem res eorum redierint. Domine inclina cœlos tuos, et deſcende. Hoc dicit, non quòd Deus deſcẽdat. Quomodo. n. deſcenderet qui ubique præſens eſt? ſed, ut per huiſmodi humanas dictiones, craſſiores auditores exterreat, de his humano more loquitur. Nam contrectatio, etſi magnum quid eſſe uidetur, multo certè eſt Dei dignitate inferius. Non opus. n. habet Deus contrectatione, ut mõtes ſuffumiget, imo uerò nec nutu quidẽ, ſed conſilio tantum et uolũtate. Poſtquam ergo dixit de uilitate hominis, dicit etiã de Dei potentia, quoad eius poteſt fieri ab hoſte. Nam hæc quoque longè abſunt ab illa maieſtate. *Fulgura coruſcationem, & diſſipabis eos, emitte ſagittas tuas, & conturbabis eos.* Fulgur hic et ſagittas, nõ dicit hoc fulgur, nec has ſagittas, ſed ita uocat ſupplicia, ex ijs quæ iam nota ſunt perſuadens contemptori, et ei qui eſt piger ac negligens, tremere, reuereri, et ſe inclinare ac ſubmittere. Si enim fulgur ferri nõ poteſt, licet minimè mittatur ad ſupplicium: ſi ſuã puniendi poteſtatem uoluerit mouere, quis eam ſuſtinebit? Dei autem ſagittæ ſunt peſtes, et fames, et fulgura, et multiplicia ſuppliciorum genera. *Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis. Et de manu filiorum alienorum.* Nõ ſolum enim ad puniendum, ſed etiam ad conſeruandum parata eſt Dei potentia. Manum autem hic uocat opem, auxilium. Et ideo non dixit, Extende, ſed emitte, hoc ſignificans. Quòd ſi etiam alicubi dicit, Extende, idem rurſus ſignificat. Aquas autem, inſolentem hoſtium irruptionem, et confuſam, et quæ magno impetu fertur. Quòd enim de aquis non loquatur, oſtendit quod ſubiungitur. De manu. enim inquit, filiorum alienorum. Alienos autem filios mihi uidetur hic dicere, eos qui à ueritate ſunt alieni. Quemadmodum enim fideles, neceſsitudine coniunctos exiſtimamus et fratres: ita etiam alienos, infideles, et hac maximè ratione, alienum, à nobis neceſsitudine coniuncto diſcernimus. Is enim mihi eſt propinquus et neceſsitudine coniũctus, qui eundem ſibi quem ego patrem aſcribit, et eſt eiuſdem menſæ particeps, potius q̃ is qui eſt mihi genere proximus, eſt. n. hæc pfectior lex cognationis, quẽadmodũ ẽt q̃ ex cõtrarijs fit alienatio, eſt apertior & euidentior ea q̃ fit ex genere. Ne hoc ergo reſpexeris, quòd ſub eodẽ cœlo ſumus, & in eodẽ orbe terrarũ habitamus. Aliã. n. communionẽ q̃ro, q̃ cœlo ſuperat. Illic noſtra eſt cõuerſatio & uita. Vita enim noſtra, inq̃t, abſconſa eſt cũ xpo in deo. Neq; enim terrã habitamus, ſed cõmigrauimus in ſupnã metropolim. Aliã uerã lucẽ habemus, aliã patriã, & ciues alios & cognatos. Et ideo dicebat Paulus. Nõ eſtis uti hoſpites & inqlini, ſed cõciues ſanctorũ. Quo ergo dixit xps ſamaritanũ eſſe proximũ, etſi multũ inter eos eſſet iteriectũ interuallũ? At nõ eſt ſi ſpectetur naturę ratio. Quãdo ergo beneficio affi cere oportuerit, ſi ois hõ tibi propinquus? Quando aũt de ueritate agetur, agnoſce q̃ſnã ſit propinquus & quiſnã alienus. Etiãſi habeas fratrẽ eodẽ patre & eadẽ matre natũ, & in lege ueritatis tecũ non cõicauerit, ſit tibi quouis Scytha barbarior. Siue aũt ſit Scytha, ſiue Sauromata, dogmata aũt plenè & pfectè ſciuerit, & id qđ tu crediderit, eo q eodẽ utero eſt editus ſit tibi propinqor & magis neceſſarius, & ea rõne barbarũ ab eo q nõ eſt eiuſmodi diſcernamus, nõ ex lingua, nec ex genere, ſed ex aĩa & mẽtis ſnia. Ita. n. maximè hõ eſt, quãdo plenè & pfectè tenet dogmata, & uitã agit q̃ ſapientiæ ſtudio conueniat. Sed uideam⁹ demceps qũo hos deſcripſit alienos propheta quoq;, dicens. *Quorũ os locutũ eſt uanitatẽ, & dextera eorum dextera iniquitatis.* Vidiſti quoſnã dicat alienos, eos q uiuũt in ſcelere, eos q amãt iniquitatẽ, eos q ſtulta loquũtur, eos q nihil dicũt utile. Agnoſce ergo alienos. Ab ore, à factis. Quẽadmodũ xps quoq; dicit. A fructibus eorũ cognoſce-

A tis eos. Sicut. n. in caſtris multa dãtur ſigna & ſymbola, ut ſiquãdo noctu ꝑliari contigerit, uel ſubla tus puluis ut nox uideatur effecerit, uel aliqua alia cõfuſio & pturbatio euenerit, ne ſociũ ſuũ aſpiciat tanq̃ hoſtẽ, & hoſtẽ tanq̃ ſociũ: Ita ẽt ſigna dat nobis hic propheta: p q̃ poteris diſcernere propinquũ & alienũ, utpote ex ijs q̃ loqtur. Quorũ os locutum eſt uanitatẽ, & dextera eorũ dextera iniqtatis. Nũc eſt. n. bellũ, & pugna, & ꝑlium noctурnũ crudeliſsimum. Dæmonib⁹ ferientibus, deſiderijs inſidiantibus, & rationib. inſurgentibus. Sunt ẽt inter eos q̃ ſunt myſterijs initiat ſua ſigna & ſymbola, & ſi dubitantes ſcire uolumus an qs ſit prophanus, an myſterijs initiatus, ea rogãtes, diſcamus. Dextera eorũ dextera iniquitatis. Quid igitur poſsit hoc eſſe grauius, quãdo q̃ data eſt nobis ad auxiliũ, eã ad inſidias conuertimus? Ideo. n. habemus dexteras, ut & nobis ipſis & alijs iniuria affectis opẽ ferамus, ut ſcelera de medio tollam⁹, ut ijs qbus uis & damnũ affertur, ſimus portus & refugiũ. Qũo ergo eis uenia dabitur, q his armis utũtur nõ ad ſalutẽ, ſed ad

B aliorũ pernicię? *Deus canticũ nouũ cantabo tibi.* Quænã eſt hæc cõſequẽtia? Maxima quoq; hic eſt. Quoniã. n. dixit, Emitte manũ tuã, & Eripe me, & diſperge ipſos: profitetur ſe quoq; ei daturũ remunerationẽ auxilij, ex qua nihil qdẽ cõmodi accipiat cui datur, ſed q̃ ei q̃ illã offert plurimũ affert emolumẽti. Quænã aũt ea eſt? Deus, canticũ nouũ cantabo tibi. Si aũt hoc eſt paruũ, collatũ cũ magnitudine beneficij: atq; dedit id qđ habuit. Nã nos quoq; à pauperibus, & q nihil poſsidẽt, nihil aliud requimus, q̃ laudẽ, & gratũ aĩum, & accepti memorẽ beneficij. Sed nos qdem, ut euadamus clariores: deus aũt, nõ quoniã opus habet, ſed ut eos q canunt efficiat clariores, & ea ratione eos rurſus beneficio afficiat. *In pſalterio decachordo pſallã tibi.* Hoc eſt, Agam tibi gratias. Sed tunc qdem erant inſtrumenta, p q̃ cantica emittebant, nũc aut pro inſtrumẽtis poſſumus uti corpore. Poſſumus. n. p oculos canere, non aũt per linguã tantũ, & p manus, & p pedes, & p aures. Quãdo. n. unumquodq; eorũ ea facit q̃ deo gloriã & honorẽ afferunt, utpote quãdo oculus non impudicè reſpexerit, quãdo manus nõ ad rapinã ſed ad eleemoſynã ſe extenderint. Quãdo ad pſalmos & auditiones ſpiritales ſuſcipiendas aures paratæ fuerint, quãdo pedes ad eccliã cucurrerit, quãdo cor nõ dolos ſtruit, ſed charitatẽ ſectatet, fiũt pſalteriũ & citharа mẽbra corporis, & canũt nouũ cãticũ, nõ uerbis ſolis, ſed ẽt reb⁹ ipſis. *Qui das ſalutẽ regibus.* Neq; n. caſtra, & multitudo militũ, nec ſatellites, cuſtodeſque corpis, ſed dei auxiliũ cõſueuit ſeruare. *Qui redimis Dauid ſeruũ tuũ.* Nõ dixit aũt, Qui redemiſti, ſed, Qui redimis: oſtẽdens ꝑpetuã ei⁹ prouidentiã. Deinde rurſus petit ea q̃ prius petierat, aſsiduè rogãs & ſupplicãs ut liberetur ab iprobis hoibus, ſic dicẽs. *De gladio maligno eripe me. Et erue me de manu filiorum alienorũ. Quorũ os locutũ eſt uanitatẽ. Et dextera eorũ dextera iniquitatis. Quorũ filij ſicut nouellæ plantationes in iuuẽtute ſua.* Deſcribit hic proſperitates mũdanas & diuitias, & ponit id qđ eſt primũ, habere filios florẽtes & iuuenilr exultãtes, eosq; utriuſq; ſexus, ſubiũxit ergo. *Filiæ eorũ cõpoſitæ, Circũornatæ ut ſimilitudo tẽpli.* Vnà cũ iuuẽtute multũ luxũ oſtẽdit, & uittas earũ, & mundũ muliebrẽ deſcribit, q̃ qdẽ oriũtur ex magna proſperitate. Deinde qđ uidetur eſſe ſcdm, fortaſſe aũt nũc eſt primũ, diuitias rurſus deſcribit, dicẽs. *Prõptuaria eorũ plena, Eructãtia ex hoc in illud.* Quid eſt, Eructãtia ex hoc i illud? Angusta. Prõptuaria, inqt, nõ poſſunt cape diuitias. *Oues eorũ fœtoſæ abũdantes in egreſſibus ſuis, boues eorum craſſæ.* Hæc quoq; nõ uidebatur eſſe parua felicitas. Apud antiquos. n. in his conſiſtebãt diuitię, in armentis, gregib⁹, & ſeminibus, priusq̃ inuẽta eſſet q̃ nũc eſt inertia & mollities. *Nõ eſt ruina maceriæ, neq; trãſitus.* Hoc eſt, In agris colẽdis magna adhibebatur cura, diligẽtia, & ſtudiũ, cũ fruct⁹ luxuriarẽt, ſępes ſtarẽt, uinea undiq; eſſet conſita & munita. *Neq; clamor in plateis eorũ.* Ali⁹, In atrijs eorũ. Aliud genus proſperitatis, qđ nõ accidit oibus diuitijs, nepe pax, tranqllitas, & ſecuritas, nullus q̃ paret inſidias, nullus qui bellũ gerat, ſed nec tumultus ullus, nec pturbatio. *Beatũ dixerunt populũ, cui hæc ſunt. Beatus populus, cuius dominus Deus eius.* Vidiſti uiri uirtutẽ. Poſtq̃ oẽm uirtutẽ adduxit, & eã uerbis ꝓſecut⁹ eſt, & deinde uulgi de ea re ſentẽtiã attulit, ex his nihil ei humani accidit, nec eos eſſe beatos exiſtimat q̃ hęc poſsidẽt, ſed his oibus ꝓtermiſsis, ad uerũ theſaurũ ſuã extedit beatitudinẽ. Alij inqt, eos q hęc habent beatos eſſe dixerũt: Ego aũt beatũ exiſtimo populũ, cuius eſt domin⁹ deus ei⁹: hoc uno oſtẽdens oẽm felicitatẽ, oẽs bonorũ copias, oẽs opes. Illa. n. ꝓterfluũt & ꝓtereũt, hęc uerò beatitudo manet ꝑpetuo, cũ proouib⁹, & filijs, & bobus, & ſępi, & uinea, dei ſit beatitudo futura & diuitię, & ſecuritas, & murus inexpugnabilis. Cũ ea ergo auditis, nullo eorũ ꝓturbemini: ſed umbras ꝓtercurrẽtes, ueritatẽ apprehẽdite. Prius. n. dixit hoiem aſsimilatum eẽ uanitati, & dies ei⁹ tanq̃ umbrã ꝓterire. Si uideris ergo aliquos his oibus affluẽtes in ſcelere uitã agere: ẽt ſi uniuerſus terrarũ orbis eos beatos iudicet, tu eos eſſe infelices & miſeros exiſtima. Eos aũt qui ſe deo dedicarũt, felices & beatos reputa. Nos aũt oẽs eas ſemp diuitias q̃ramus, & hãc beatitudinẽ. Vt & pſentia bõa et futura cõſequamur. Gratia et miſericordia domini noſtri Ieſu xpi. Cui glia et potentia in ſæcula ſæculorum. Amen.

IN PSAL. CXLIIII.

Xaltabo te Deus meus Rex. Et benedicã nomini tuo in ſæculum, & in ſæculũ ſæculi. Hic pſal. eſt diligẽtiſſimè attẽdẽdus. Hic eſt. n. q̃ habet hæc uerba, q̃ q̃ ſunt myſterijs initiati aſsiduè cõcinũt. Oculi oium in te ſperãt: et tu das cibũ eorũ in tpe opportuno. Qui. n. filius factus eſt, et mẽſa ſpiritali fruitur, merito patrem gloria et honore affecerit. Filius. n. inqt, glorificat patrẽ, et ſeruus dominũ ſuum timebit. Factus es filius, et mẽſa ſpiritali frueris, comedẽs carnẽ & ſanguinẽ eius qui te regenerauit: refergratiã pro tãto beneficio, & eũ q̃ hæc ꝓbuit gloria & honore affice, & uerba legens, cõpone mentẽ ad ea q̃ dicuntur, & cũ dicis, Exaltabo te deus meus rex meus, oſtende magnã familiaritatẽ & coniunctionẽ, ut de te ẽt dicat deus, ſicut & de Abrahã, Iſaac, & Iacob. Ego ſũm deus Abrahã, deus Iſaac, & deus Iacob. Si dicas enim deus meus & rex meus, & non dicas tantũ, ſed hanc ẽt oſtendas charitatẽ: ipſe quoq; hæc de te dicet, Seruus meus & famulus meus, quod etiam de Moſe dictũ eſt. Et benedicam nomini tuo in ſæculum & in ſæculum ſæculi. Vidiſti quo oſtendit uitæ futuræ prooemia. Benedictionem autem hic oſtẽdit, non q̃ ſit p uerba,

Sap 9.

2. Cor. 10

Gene. 18.
Eſa. 40.

Eccleſ. 3.

Ephe. 6
1. Pet. 5
Ro. 7.
Gal. 6

Iob. 22
Act. 17.

1. Cor. 10

Col. 3.

Ephe. 2
Luc. 10

Mat. 7

Exo. 3
Ioſ. 1

Mal. 1

Eſa. 40
1. Pet. 1.
Eccl. 31
Luc. 1

G sed quę per res ipſas. Ita ergo exaltatur deus. Ita be-
Mat. 6 nedicitur. Ita ēt iubemur dicere in precatione, Sanctificetur nomen tuū, hoc eſt, glorificetur. *Per ſingulos dies benedicā tibi, & laudabo nomen tuū in ſeculū, & in ſeculū ſeculi.* Alius, In æuū ppetuo. Hoc eſt in primis pij animi, à rebus q̄ ad uictū ptinent liberatū ſe hymnis & laudib. dedicare. Turpe.n. fuerit ut hō q eſt cōpos rationis, & oibus q̄ uidentur pſtantior ſit creatura in Dei laudibus inferior, non ſolū autē turpe, uerū ēt abſurdū. Quo aūt non abſurdū? ſiqdē ipſa quotidie atq; adeò ſingulis horis emittit domino glorificationē. Cœli. n. inqt, enarrant gl'riam
Pſ. 18 Dei, & opa manuū eius annūciat firmamentū. Dies diei eructat uerbū, & nox nocti indicat ſciētiā. Sol, & luna, & uari⁹ aſtrorū chorus, & pulcherrim⁹ ordo cæterorū oium, ſuū pdicat opificē. Qui eſt ergo his oibus pſtantior, ſi hoc nō faciat, ſed ēt ſua uita deū q eū creauit maledictis impetat, quo erit is dignus ulla uenia aut quānā poterit afferre ſui defenſionē, cū q ideò factus eſt ut deo placeat, & regnū futurū
Col. 1. 1. Theſ. 2 cōſequatur, eius qdē nullā ducat rationē, ſed curis
H eorū q̄ ad hanc uitā ptinent, rebuſq; mundanis ſe implicet. At hic non talis, ſed p totā uitā offert deo laudes, non ſolū uerbis, ſed rebus ipſis. Deo. n. multa debemus, quòd & cū nō eſſemus fecerit, & qđ ta-
Gen. 1 les creauerit, quòd factos regit & continet, & quòd
Sap. 6. 12 quotidie tā priuatim quā cōiter prouidet, noſtriq;
Mat. 6 curā gerit, idq; clā & apertè, nobiſq; & ſcientibus & neſcientibus. Quid. n. dixerit qſpiā, ea q̄ ſub aſpectū cadunt, q̄ pp nos fecit, qđ ipſa nobis pbent miniſteriū, corporis cōpoſitionē, aiæ nobilitatē, quotidia nā eius œconomiā & adminiſtrationme, per miracula, per leges, per ſupplicia, uariā, & q̄ cōprehendi non pōt eius prouidentiā, bonorū oium ſummā,
Ro. 8. qđ ne filio qdē ſuo pepercit pp nos, q̄ iā data ſunt per baptiſmū, p ſacramenta, q̄ danda ſunt bona illa ineffabilia, regnū, reſurrectionē, hęreditatē plenā oi beatitudinē. Siqs. n. unūquodq; eorū enumeret, & incidet in ineffabile pelagus beneficiorū, & uide bit quot noibus ſit deo obnoxius. Non ſolū aūt pp hæc, ſed ēt pp maieſtatē eius gl'iæ, pp ſubſtantiā ab oi interitu aliena. Nam ēt pp eā debetur ei à nobis
I gloria & benedictio, & ppetua gratiarū actio, cultus & miniſteriū. Hoc ipſum ergo Propheta quoq; ſignificans, dicebat. *Magnus dominus, & laudabilis nimis. Et magnitudinis eius non eſt finis.* Quoniā. n. dixit, Benedicā & laudabo, oſtēdit eū non egere noſtris laudibus, nec benedictionibus, nec eius gl'iæ aliqd
1. Tim. 6. accedere à laudibus eorū q ministrāt. Eius. n. ſubſtantia, q̄ eſt ab interitu aliena, & nullius indiga, nullo eget alio. Qui autē ipſum laudāt, ipſi euadūt clariores. Non ſolū aūt pp hoc, ſed etiā pp excellentē eius gloriā, debetur ei à nobis laudatio, & ideo hoc ſignificans, dixit, Magnus dominus, & laudabilis nimis. Hoc eſt, Nul'ius indigens. Quid eſt, laudabilis? Dignus q laudibus, encomijs, & hymnis celebretur. Non eſt aūt ſolū laudabilis, ſed ualde laudabilis, & ideo hoc adiecit. Cū aūt q̄ ſit laudabilis uerbis non poſſet exprimere, ſubiunxit. Et magnitudinis eius nō eſt finis. Quod qdē alius interpres dixit, Inuentio. Quod aūt dicit, eſt eiuſmodi. Quoniā magnū habes dominū, ſis quoq; tu excelſus, & te explica à rebus q̄ ad hanc uitā ptinent. Sume ſpiritus q ſuperent pſentiū rerū humilitatē, non ut ſis elato aio & inſoles, ſed magno & excelſo aio. Aliud enim eſt arrogantia aut inſolentia, & aliud magni- K
tudo aī. Eſt. n. arrogans, q pp res paruas ſe iactat & gl'iatur, & cōſeruos deſpicit. Alto uerò eſt aio, q mē te eſt humilis, & pſentis uitæ umbras nihil eſſe exiſtimat. Vbi nunc ſunt q dicūt ſe deū ita noſſe, ſicut ipſe ſeipſum nouit? Audiant Prophetā dicentē, Magnitudinis eius non eſt finis, & erubeſcant. *Generatio & generatio laudabit opera tua.* Quod facere conſueuit hic quoq; facit. Quando. n. laudarit eius magnitudinē, & gloriā: uenit etiā ad eius oſtendenda opa. Hoc ipſum hic quoq; facit, & dicit. Generatio & generatio laudabit opera tua, oſtendens magnitudinē eius ex operibus. Hoc eſt. Non uno ſolū tpe facta ſunt & præterierūt, neq; in duobus aut tribus annis, ſed per uniuerſum pſens ſeculum extenduntur, ita ut unaquæq; generatio eius opera contēpletur. Hoc eſt. n. Generatio & generatio. Et q̄ eſt, inqt, & q̄ ſequitur, & quæ poſt illā futura eſt, & q̄ rurſus poſt eā, & unaquæq; earū q̄ ſequūtur, & rurſus creatura hoc omni tpe ſimiliter extenditur, nēpe cœlū, terra, mare, aer, lacus, fontes, fluuij, ſemina, plantæ, herbæ, & q̄ ex eis capiuntur beneficia, naturæ curſus qui nūquā interrūpitur, imbres, & temporū uici- L
ſitudines conſtanti & certo ordine aſsiduè procedentes, nox, dies, ſol, luna, aſtra, alia oia, & q̄ pter hęc quotidie fiunt & priuatim & cōiter ad corrigēdum & beneficio afficiendū uniuerſum genus hominū, q̄ aſsiduè ludæis eueniebāt, miracula, ſigna, prouidentia in frugum prouentibus, prouidentia in uictoria aduerſus hoſtes, prouidentia quę eſt in aliis oibus, qualia fuerunt in aduentu Chriſti, qualia tpe Apoſtolorū, qualia tpe perſecutionū, q̄ quidē fuerunt antiquis longè plura & maiora, qualia etiā noſtra hae generatione. Nullū eſt. n. tps, quod etiam pter hæc cōmunia non ferat ſignū eius prouidentiæ. *Et potentiam tuam pronuntiabant.* Et per beneficia, inqt, & ſupplicia. Nō ceſſat. n. omni ratione deus omni tpe noſtrę naturę proſpicere, *Magnificentiā gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur. Et mirabilia tua narrabunt.* Alius, Pulchritudinē laudis tuæ, & uerba mirabilium tuorū narrabo. Poſtq̄ dixit potentiā, oſtēdit etiā eam potentiā eſſe inſignē & eximiam. Neq; enim leuiter & temere neq; qualiacū q̄ fecit, ſed om- M
nia tā admirabilia & tam incredbilia ppetuo fecit, pluſquā capere poſſet humana natura opans, ut q̄ fiant ſint plena miraculo & gl'ia. Conſidera ergo q in Aegypto, q̄ in Palæſtina facta ſunt, tpe Abrahæ, Iſaac & Ioſeph. Rurſus q̄ in Aegyto tpe Moſis, q̄ in ſolitudine, q̄ poſt exitū. Rurſus q̄ in captiuitate, q̄ ſub Nabuchodonoſor, q̄ in fornace, q̄ in leonibus, quæ in reditu, q̄ in Prophetis. Hæc. n. oia prædicabant eius qui fecit uirtutē, gloriā, maieſtatē, afferē tia magnum ſtuporē & admirationē. *Et uirtutē terribilium tuorum dicent. Et magnitudinē tuam narrabunt.* Per hæc oſtendit eſſe pfectā eius potentiā, et ad benefaciendū, et ad puniendum, et oia q̄ enumerata ſunt utrunq; complecti. Hoc aūt poteſt uideri non ſolū in ijs q̄ tunc euenerunt, ſed etiā in creaturis, et utriuſq; beneficij multa eſſe inſtrumenta, utpote rerum qdē terribiliū, fulgura, tonitrua, fulmina, turbines, peſtes, niues, grandinem, gelu, incendia, inundationes, porrò autē in reptilibus dracones, ſcorpios, ſerpentes. In uolucribus aūt, locuſtam, cyniphem, et in ijs q̄ ſunt abiecta et uilia, cynomyiā, eruca, q̄ ipſa quoq; ſunt prouidentiæ, ut q̄ hoies cōuer- ἐρυσί-
tant, à βην.

A tant, à ſocordia liberent, à profundo ſomno excitent, à ueterno ad uigilantiā traducāt. Non ſolū autem in his, ſed etiā in contrarijs eſt uirtus eius perfecta. Et ideo cū nos hæc uellet docere, poſtq̄ dixit, Virtutē terribiliū tuorū dicent, ſubiunxit. *Memoriā abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt.* Alius, Bonitatis. *Et iuſtitia tua exultabunt.* Quod alius dixit interpres, Et miſericordias tuas laudabunt. Nos aūt quemad modū terribilia enumerauimus: ita etiā neceſſe eſt dicamus eorū contraria, utpote in ijs q̄ uidētur, et quæ circa nos ſunt, annuas tēporū uiciſsitudines, dies, hortos, prata, flores uarios, aquā dulcē et potabilem, cōmoda q̄ capiuntur ex imbribus, terrę partus, uarios flores, diuerſas arbores, ſuaues uentos, ſolarem radium, lunarem lampadem, uariuma ſtrorum chorum, quietam et tranquillam noctem. Et in brutis, oues, et boues, et capras, et in feris, capreas, ceruos, lepores, et alia plurima, et in uolucribus, aues canoras. Quin etiā in ipſis opibus uideri
B poteſt non ſolū puniens, ſed longè etiā amplius beneficio afficiens quā puniens. Et illa quidē facit terroris gratia, et ſi ea aliquando re uera intentauerit, id facit pp eos q ſunt adeò ſenſus expertes, ut metu non corrigantur. In his aūt eſt muuificus et ſplēdidus, hisq; reipſa afficit non ſolū dignos ſed etiā indignos. Varians ergo noſtrā ſalutē, aliquando quidem hæc: aliquando uerò illa facit, et hæc qdē ſæ-
Mat. 10. Luc. 13 pius quā illa, quoniā hæc ſola uult. Propterea. n. gehennā minatus eſt, non ut eā infligeret, ſed ne infligeret, et illam qdē parauit diabolo. Ite, enim inqt, in ignē, q paratus eſt diabolo: Regnū aūt hoibus, oſtendens ſe nolle hominē intrudere in gehēnam.
Mat. 25 *Miſericors & miſerator dominus, patiens & multū miſericors. Suauis dominus uniuerſis. Et miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Vides Prophetam immorari in his melioribus, et prolixiori uti oratione, Nouit. n. dei opes in his maxime conſiſtere. Neq; n. licuiſſet cōſeruari, niſi magna fuiſſet eius clementia, nō licuiſ-
Eſa. 43. ſet manere niſi ei⁹ magnā eſſem⁹ expti bonitatē. Et ideo dicebat ipe. Ego ſum q deleo iniqtates tuas. Et in tuis peccatis te defendi. Miſerator et miſericors
C Dominus. Vide quō oſtendit ineffabilē eius clemētiā. Non ſolum. n. miſeretur eorū q peccant: Sed ēt aliud oſtendit non paruū genus clementię, nempe lenitatē & patientiā, ut ueniāt ad pniam, et cū eius clementia, à ſuo quoq; cōſeruentur ſtudio et diligētia, et ex ſuis factis fiduciā habeant. Non eſt aūt ſolū modo miſericors, ſed ēt multū miſericors, oſtendens hanc multitudinē non poſſe menſura cōprehendi, ſed oēm ſuperare rationē. Sed tamen p ea q̄ deinceps cōſequūtur, quoad eius fieri potuit, oſtēdit, cū ſubiunxit, et dixit. Suauis Dominus uniuerſis. Et miſerationes eius ſuper oia opera eius. Quid eſt, Vniuerſis? Etiā peccatoribus, inqt, & ijs q̄ uiuūt ſcelerate. Non ſolū. n. iuſti, nec ij q̄ ſe rectè et ex uirtute gerunt, et q̄ ducūtur pnia: ſed ēt oēs, p ea q̄ patiuntur, eius miſericordiā pdicant et bonitatē. Et ſi quis me roget, cuinā fuit bonus, dicā. Non Abel ſo-
Ge. 4. & 8. lī, ſed ēt Cain. Non ſoli Noe et eius liberis, ſed ijs ēt quos illa inundatio obruit. Quæcunq; n. facit, procedunt à miſericordia et clementia. Et ut ſcias quō ſit in oēs bonus et clemens, illud hinc conſidera. Quāte fuit q̄ſo benignitatis illū fratricidā, et q cædē eiuſmodi fecerat, et q dei leges conculcauerat, tradere ſupplicio, qđ admonitio eſt potius quā pœ-
na? ut et p longitudinē tpis illū expiaret à peccato D
qđ cōmiſerat, & alios doceret & caſtigaret p ea q̄ il le patiebatur. Quantæ erat, q̄ſo, benignitatis, eos q grauiſsima et nefanda quęq; ppetrabāt tpe diluuii, et nec minis, nec rationibus, nec ullo alio correcti fuerant, à ſcelere cohibere, & cōi naturæ debito uti pro medicamento, et leuiſsimum mortis genus, nē pe per aquā, infligere? Illud aūt, Vniuerſis, nō in his ſolū cernitur, ſed ēt in oibus q̄ uidentur, in aialib⁹, in brutis. Quinetiā ſiqs ad ipſos Angelos aſcēderit, et Archangelos, uidebit plurimum benignitatis, et multas miſericordias: Qđ ipſe quoq; animaduertens, ſubiunxit. *Confiteantur tibi domine Omnia opera tua. Et ſancti tui benedicant tibi.* Hoc eſt, Gratias tibi agant, laudes emittant, et q̄bus ſermonis decus datū eſt, et q̄ uocē non habent. Etenim unumquodq; eorū, q̄ uoce carent, ita factū eſt, ut p ſuā naturā be
Dan. 3. nedictionē emittant, et quanuis muta ſint, p hoies q ea uident, et ijs fruūtur. Et illa qdem p ſuā ſubſtātiam. Hoies aūt et per uitæ ſuæ inſtitutionē, et per actionē. Et ideo id ſignificat per hoc qđ ſubiūgit, E
dicens. Sancti tui benedicant tibi. Sanctos aūt hic uocat, q dei iuſſa implent, ad quos peccatis & ſcelęribus nullus datur aditus. *Gloriam regni tui dicent.* Quid eſt, Gloriā dicēt? Quòd nulla re indigeas, qđ ſis benignus et clemēs, quòd cū ijs q̄bus pes nulla ex parte egeas, tantā oſtendas in eos prouidentiā, quòd ad tuā lucē accedi nequeat, quòd ſit ſubſtantia tua ineffabilis, et q̄ comphendi nequeat. *Et potē* Iob. 11
tiam tuā loquentur. Hoc eſt, uires canent inſuperabi- 1. Tim. 6
les. Nō quòd tibi opus ſit his hymnis et laudibus: Col. 3.
Sed et pp ipſos q dicūt, et ut et alios doceant, et laudum faciant participes. *Vt notā faciant filijs hominum potentiā tuam. Et gloriā magnificētiæ regni tui.* Per hoc oſtēdit eū laudes ad mittere, ut alij eius cognoſcāt potentiā. Magna eſt ergo potentia, magna gl'ia, magnum decus atq; adeò ineffabile, qđ non ſolū oēm
Eſa. 64 ſuperat rationē, ſed ēt uincit oēm mentē. Sed cū tā 1. Cor. 2
tum ſit et tā ineffabile, opus habet ijs q id doceant pp multorū ignorantiā. Nā ſol quoq; eſt ſydus longè clariſimū, et tamen q oculis laborant, eius lucē
F non uident. Ita ēt dei prouidentia eſt qdē quouis ſole clarior, ſed q̄bus peruerſa eſt ratio, et q̄bus obſtructæ ſunt aures magna diligentia opus habent, ut mens eorū apiatur. De his ergo doctrina eſt eorū auribus ppetuo infundenda. Deinde quoniā dixit regni gloriā et magnificentiā, et cū non ſatis eā explicaſſet, pterijt: rurſus repetit, et quantū ei concedit, dicit qđ ſit gloria, ſubiungens. *Regnum tuum,* Dan. 3.
regnum omnium ſæculorum. Non pſentiū, inqt, ſolum, Luc. 1
ſed eorū ēt q ueniunt, eſt. n. interminatū, et infinitum, et qđ ſolū habet æternitatē. *Et dominatio tua in oēm generationē & generationē.* Ex hoc uide eā nullū habere finē. Per uniuerſum orbē terræ, per oia ſęcula, per oia tpa eſt extenſa. *Fidelis Dominus in omnibus uerbis ſuis. Et ſanctus in omnibus operibus ſuis.* Poſtquā dixit regnū eſſe infinitū, ſtabile, firmū, & immobile, dicit ēt q̄ ſint eius uerba firma & illabefactabilia. Illud. n. Fidelis, eſt firmus & uerus. Si eſt autē fidelis, erunt oio q̄ ab eo dicta ſunt. Quemadmodū aūt eius regnum eſt immobile, & ſine caret: ita etiā eius uerba ſunt firma & ſtabilia. Neq; ergo illud unquā interrumpitur: nec hęc unquā excidunt. Si aūt non excidunt, oportet ipſas res oino conſeq. Quòd ſi ēt alſcubi dixit aliqd qđ nō factum eſt, id ipſum

Hier. 18.

Q quoq; eius ueritatē indicat. Finem.n.loquar sup gētes & regna ut diruā & eradicē, & si pniam egerint de uitio, ego quoq; agā pniam de ijs q̄ locutus sum ut facerē eis. Et de bonis similiter. Bona dicerā, in quit, etsi mutati fuerint, ego quoq; mutabo ea q̄ dicta sunt. Et sanctus in oibus opibus suis. Quid est sanctus? Rectus, purus, mundus, ab omni reprehensione alienus, q̄ nullā ulli oino p̄bet ansam. *Alleuat dominus oēs qui corruunt. Et erigit oēs elisos.* Postq̄ de rego dixit, id esse infinitū, de uerbis, ea esse uera, de factis, ea non posse rephendi, et de gloria et de magnificentia, dicit rursus de clementia, id quoq; esse maximā regni sui gloriā, quòd non stantes solū cōtineat, sed ijs ēt q̄ sunt casuri non pmittat ut id accidat, & q̄ iacēt erigat, & qđ est magis admirabile nō huic aut illi, sed oib⁹ id faciat, seu sint serui, seu pares, seu obscuri seu insignes. Est.n. omniū Dominus, et nec eos q̄ iacent p̄tercurrit, nec eos q̄ labant despicit. Hoc fecit cōiter in uniuersa natura, hoc ēt facit in unoquoq;. Quod si q̄ ex ijs q̄ iacent nō surgunt, nō in causa est q̄ uult erigere, sed q̄ nolūt surgere. Nā Iudā quoq;, cū cecidisset, uoluit erigere, et ut surgeret nihil nō fecit, sed ille noluit. Dauid certè, cū cecidisset, erexit, & firmum ualidumq; reddidit. Petrū, cū esset casurus, retinuit. Audi aūt quō. Simon, Simon, inqt, ecce expetiuit uos satanas cribrare tanq̄ triticū, & ego rogaui pro te, ne deficeret fides tua. Deinde dicit aliud quoq; genus beneficij. Est.n. uaria & multiplex eius cura & prouidentia. *Oculi omniū in te sperant domine. Et tu das escam illorū in tempore opportuno.* Vidisti quō ostenderit eum esse bonū oibus, & miserationes eius esse super oia opera eius, quemadmodū dictū est in Euangelijs, Qui solem suū oriri facit sup malos & bonos, et pluit super iustos & iniustos. Hoc hic ēt hoc in loco significat, cū dicit. *Et tu das escam illorū in tempore opportuno.* Neque.n. imbres, terra, & aer, sed eius iussus solet fructus producere. Illud autem, In tpe opportuno, hoc significat. Oia sunt certis definita tporibus, & diuersis uicissitudinibus oia producuntur. Hoc.n. maximè ostendit eius sapientiā, quòd nō oia simul & eodē tpe, sed p totum annū alimenta diuidat, ut & qesçat Agricola, & q̄ gignuntur non intereant. Illud ergo, In tpe opportuno, uel id significat qđ antè diximus, fuisse singula dispertita tporibus. Vel eū dare cibū ijs q̄ indigēt & laborāt inopia. Et quō dixit, inqes, Oculi oium in te sperant? Atqui multi sunt q̄ dicunt ea q̄ sunt esse casu, ut ij q̄ sunt impij. Dicit hic ipsius rei naturā, quemadmodū ēt alibi, quando dicit. Pullis coruorū inuocantib. ipsum, ēt si sint animantia rationis exptia. Et rursus. Catuli leonū rugientes ut rapiant & q̄rant à deo escā sibi. Atqui hi quoq; sunt à ratione alieni, nec ipsi q̄runt. Sed hic quoq; dicit rei naturā, nec ex illorū animi instituto, sed ex eorū q̄ fiunt natura hoc dicendū est. *Aperis tu manū tuam, & imples omne animal benedictione.* Manū dicit operationē, & suppeditatricē facultatē, p oia te docens, ut scias nō i elemētis sed in dei prouidētia esse sitas fructuū generatiōes. Vel ēt ostēdēs facilitatē, dicit illud, Apis tu manum tuā. Quoniā n.q tūc erāt, principali cā relicta, adorabāt aerē, & solē, et existimabāt ea eē illa q̄ fructū⁹ p̄bebāt: extollēs eos ad supnū principiū, et eorū authorē & dominum, hæc frequenter adducit, ostendens ex illius manu oia ex illius cura & pruidentia bona fluere. Bona aūt uoluntate implere hic dicit, quoniā implet unū quodq; aīal uolūtate ei placēte. Nō enim dat absolutè alimentū, sed prout est unicuiq; utile, pro uniuscuiusq; desiderio, quantū ad eū explēdū satis est. Hoc ē aūt qđ dicit, Et brutis, & hoibus, atq; adeò oib⁹ das, ut est unicuiq; gratū, ut est cordi unicuiq;, nec das solū, sed ēt iples ita ut nihil desit. *Iustus dominus in omnibus uijs suis. Et sanctus in omnibus operibus suis.* Vias hic dicit ei⁹ œconomiam, prouidentiam, curationē, per quā oia finxit ac constituit. Oia, inqt, opa eius sunt encomia plena miraculis, q̄ nemini p̄bent ullā ansam reprehēdendi, ēt si nōnulli furiāt, & rabie agitētur. Opera ergo eius talia sunt natura, ut fulgeāt, ut resplendeāt, ut eius q̄ fecit curā, prouidentiā, clementiā, iustitiā, sanctitatē annunciēt. *Propè est dominus omnibus inuocantib. eum, omnibus inuocantibus eum in ueritate.* Ecce ēt aliā prouidentiæ partē, q̄ est caput bonorū. Postq̄ n. dixit q̄ sunt cōia, & q̄ data sunt ēt infidelibus, utpote alimēta & imbres: dicit ēt q̄ priuatim fidelib⁹ data sunt. Quænam aūt ea sunt? Propè eos esse. Hoc est, defendere, curā gerere, amplius eis prouidere, esse eis beneuolū, benignū & propitiū, & bona eis magis reuelare. *Voluntatē timentiū se faciet Et deprecationem eorū exaudiet, & saluos faciet eos.* Atq, dicit qspiā, uolebat Paulus angelū satanæ ab eo recedere, hoc est, tētationes, afflictiones, insidias, & nō fecit. Imo uerò fecit. Postq̄ n. cognouit se petere minimè conducibilia, ut rursus uellet & uehemēter uellet à dei procedebat officio. Et ideo dicebat. Mihi placeo i infirmitatib⁹, in afflictionibus, in pſecutionib⁹. Si aūt prius uolebat cōtraria, uolebat pp insciētiā. Postq̄ aūt deū hoc uelle didicit, ipse deinceps lubēter acqescit. Neq;.n. alia est dei uolūtas, & alia eorū q̄ ipm timēt, & si ipsi quoq; aliqua uolūt ut hoies, postea corrigūtur. *Custodit dominus oēs diligentes se. Et oēs peccatores disperdet.* Hæc quoque est nō parua pars prouidētiæ, conseruare, munire ac protegere, suā p̄bere prouidētiā. Pctores aūt dicit eos q̄ laborāt morbo imedicabili, eos q̄ nolūt corrigi. Quod si ēt aliquos eorū q̄ ipm diligūt sinit in mortē incidere, hæ quoq; sunt partes custodiētis. Quod in Abel quoq; accidit. Etsi.n. eorū corpora interierint, aio tamē clariores euaserūt recipiēt aūt ēt corpora interitui nō obnoxia. Postq̄ ergo dixit species eius prouidentiæ, quantū ab eo dici poterant, cōes, priuatas, & q̄ sunt sanctorū p̄cipuę, eorū q̄ labāt curā, eorū q̄ iacēt prouidentiā, patientiā, pctorum correctionē, sanctorū custodiā, laude rursus concludit orationē, & uniuersum orbē terrę uocat ad laudis cōmunionē. *Laudationē domini loquetur os meū. Et benedicat omnis caro nomini sancto eius in sæculum & in sæculum sæculi.* Vides quō ex bona affectione non eos solos uocat q̄ beneficio afficiūtur, sed eos ēt q̄ puniuntur, nā hoc quoq; est eius prouidentiæ. Nō homines solum, sed etiam bruta, & elementa, & omnia insensilia, omnia enim eius bonitate plena sunt. Nec nos ergo intermittamus eum & uerbis & factis assiduè laudare, qui est adeò bonus, adeò benignus, & clemens, & ubique suam extendit beneficentiam. Vt & bona præsentia & futura cōsequamur, Gratia & clementia domini nostri Iesu Christi. Cui gloria & potentia in sæcula sæculorum. Amen.

Vnosχίσει. firmat, sustentat.

Act. 10 Gal. 3 Ro. 11

Mat. 26 Luc. 22 Io. 13 2. Re. 12 Luc. 22

Mat. 5

Benedictione εὐλογία bona uoluntate.

Ps. 146. Ps. 103

Gen. 4. M 1. Cor. 15.

IN CXLV. PSAL.

Auda anima mea dominum. Laudabo dominum in uita mea. Psallam deo meo quandiu fuero. Vnde desijt, illic rursus incipit, nempe à laudatione. Hoc.n. non parū expurgat aium. Laudē autē dicit, ut dico assiduè, q̄ fit factis. Quod ēt dicit xps, Luceat lux uestra corā hominibus, ut uideāt bona uestra opera, & glorificent Patrē uestrū q̄ est in cœlis. Et rursus Paulus. Glorificate deū in corpore uestro et in spiritu uestro, & quēadmodū dixit in p̄cedenti psalmo, Quotidie laudabo te: ita hic ēt, Psallam deo meo quandiu fuero. Deinde cū uellet rursus habere hoies eius laudis socios, incidit in narrationē eius benignitatis & clementiæ, desiderio incensus et inflammatus, uniuersum orbē terrę pcurrens oēs hoies in suū chorū cogēs. Hoc est.n. maxima laus, maxima dei gloria, quādo multos requirit futuros eius salutis participes. *Nolite confidere in principibus, in filijs hominum, in quibus non est salus.* Alius; Qui non potest seruare. Audiāt hoc consiliū & hāc admonitionē, q̄ fixis oculis & ore hianti intuētur, admirantes p̄fecturas humanas & magistratus, qui sunt corrupti, & in quos mox cadit interitus. Quid est autē, In qbus non est salus? Ne propria qdē salus est in eorū potestate, nec se possunt defendere. Si.n. mors aduenerit, iacebunt magis muti quā lapides. Hoc.n. est qđ infert, dicens. *Exibit spiritus eius, & reuertetur in terrā suam. In illa die peribunt oēs cogitationes eius.* Alius, Proposita eius. Qđ aūt dicit, est eiusmodi. Qui seipsum non potest defendere, qūo eripiet alios? Nihil est.n. æquè infirmū & imbecillū, ut ea spes. Id aūt ostēdit ipsa rerū natura. Et ideo Paulus de spe in deū disseres, dicebat. Spes aūt pudore nō afficit. At nō ita se habēt res humanæ, sed sunt umbra imbecilliores. Ne mihi.n. dixeris, Est princeps. Princeps.n. nō est quolibet hoie plebeio superior, est.n. eidē incertitudini obnoxi⁹, atq; adeò siqd dicēdū est admirabile, propter hoc ipm maximè nō est fidendū, quòd sit princeps: sunt.n. sūmopere lubrici & periculosi hi principatus, etsi nullus ei casus accidat, est ad irā procliuis, & potestate i ingrati animi crimine & beneficiorum obliuione abuti tur, ut rationē non redditurus eorum q̄ accepit ab initio, & si gratus fuerit & memor beneficij, eò facilior esse poterit eius casus q̄ priuatorū, quò est pluribus & maiorib⁹ insidijs obnoxius, & eo facilè⁹ capi et expugnari poterit, quo plures habet insidiatores. Quid.n. sibi uolūt satellites, & corporis custodes? Quid uerò multa p̄fidia? Quomodo ergo, qui in ciuitate quæ bonis legibus et institutis regitur, non est de corpore securus, sed in ea uersatur, tanquàm in medijs hostibus: cui tot ostenduntur certamina & pericula, alios seruare poterit? Qui cum sit pax, timet ijs acerbius q̄ in bello uersantur, qūo poterit aliū in tuto collocare, & liberare à periculis? Multis certè q̄ poterāt p se securè uiuere, hoc exitij causā fuit qđ talibus cōsiderint, & cū illi cecidissēt, hi quoq; unà sunt deturbati. Multis autē custodes fuere proditores. His tamen oibus ptermissis, quoniā multi euaserunt, id ponit Propheta de quo dubitari non potest, nempe mortē. Et si.n. omnia tibi rectè successerint, etsi sit, inquit, beneuolus, gratoq; & memori aio, & sit gratiā relaturus, in medijs promissis uita finita, te in uana spe dimisit, ppea quòd uita ad exequendū promissum non suffecerit. Quā do ergo ne uita qdē ei sufficit ad implendū promissum, sed ante euentum uita eius interrumpitur, ad imbecillū & inualidū confugis auxiliū. An nescitis hoc multis accidisse, & cū cecidisset adiutor, defensore nudatos, ex eo fuisse magis deiectos & afflictos? Quanquā qd dico eorū promissa euanescere & interire, cū me ipse qdē eorū dominus & author maneat? Reuertetur.n. inqt, in terrā suā. Si ille autē perijt, multo magis hæc quoq;. Et ideo subiunxit, Peribunt in die illa oēs cogitationes eius, ostendēs non solū promissa non esse effectū sortitura, sed eū ēt q̄ promittit periturū. Quid ergo deinceps facit? postq̄ à spe humana abduxit, ostēdit deinceps tutū portū, & arcē inexpugnabilē, & consulit, hic est.n. optimus modus suasionis, abducere ab imbecillis & ad ualida deducere, q̄ uana sunt destruere, & q̄ uera stabilire, refellere q̄ decipiunt, & q̄ iuuant probare. *Beatus cuius deus Iacob adiutor eius. Spes eius in domino deo ipsius.* Vidisti copiā consilij & adhortationis. Quando autē dicit beatitudinē, dicit oia bona, & ostēdit spei securitatē. Postq̄ ergo beatū dixit eū q̄ sperat in ipsum, dicit deinceps potentiā adiutoris, ostēdens illū qdē esse hominē, hūc uerò deū illū qdē interire, hunc uerò permanere, non eū aūt solū, sed ēt eius opera. Et ideo sic subiunxit, *Qui fecit cœlū & terrā mare & omnia quæ in eis sunt.* Quòd si eius sunt opa perennia, multo magis ipse est & perēnis & potens. Quòd aūt talis sit, ostendunt ea q̄ ab eoq; facta sunt eius uires. Quid tū aūt si est & perēnis & potens, nō uult aūt? Multi.n. stulti hæc dicūt. Sed uide quō hanc quoq; aufert suspitionē, Cū.n. dixisset, Qui fecit cœlū & terrā, mare, & oia q̄ in eis sunt, subiunxit. *Qui custodit ueritatē in sæculū. Facit iudicium iniuriā patientibus.* Quod autē dicit, est eiusmodi. Hoc est eius munus, hoc est ei familiare, hoc est maxime dei propriū, non despicere eos quibus fit iniuria, non eos cōtemptim p̄terire qui aut probri aut dāni ali qd accipiunt, manū p̄bere ijs qbus tenduntur insidiæ idq; in ppetuū. Et ideo dixit, In sæculū, hoc significans. Non hoc autē solū, sed id etiā quod deinceps sequitur. *Qui dat escā esurientibus. Dominus soluit cōpeditos dominus illuminat cæcos.* Alius, Sapientes reddit. *Dominus erigit elisos. Dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas pupillū et uiduā suscipiet: Et uiā peccatorū disperdet.* Vidisti quō ostēderit eius prouidentiā esse per oia extēsam, & eius esse partes, expedire à calamitatibus, fami afferre remediū, liberare à uinculis. Sed hæc qdē possunt etiā aliqua ex parte hoies. Quæ aūt deinceps sequuntur, non itidē. Quod.n. in natura est mutilū & manū corrigit, eos q̄ ceciderunt erigit, inqt, eos qui uirtute clari sunt laudat, eos q̄ non habent defensores conseruat, eos qui orbitatē ac uiduitatē ægre ferunt consolatur & recreat. Deinde quoniā dixit, Diligit iustos, ostēdit eū multis opē tulisse pp solā calamitatem. Quos.n. nutrit, nutrit eo qđ esuriant, quod qdē nō est uirtutis, & eos q̄ uincti sunt soluit pp uincula. Sed neq; hoc est uirtutis, sed calamitatis. Quin etiā illuminat cæcos pp cæcitatē. Neq; hoc autē est rectè factorū, uerū calamitatis. Ita ēt ēe aduenā pupillū, & uiduā. Quòd si eos adiuuat q̄ sunt in calamitatibus: multo magis eos q̄ student uirtuti. Cū ergo & posit, & uelit, & sint apud eū oia perennia & ppetua, & uirtutē suscipiat, & misereatur pp cala

Mat. 5

Ro. 5

Esa. 61

Gmitates: cur nō dimittis eū qui perit, eū q est imbecillus, qui est interitui & morti obnoxius, & confugis ad eū q est fortis & inexpugnabilis, qui non exprobrat calamitates sed eis affert remediū, qui oia quæ uult potest? Considera aūt extremū quā accurate dixerit. Non dixit.n. Disperdet peccatores, sed uiā ipsorū, hoc est, eorū actionē. Non.n. auersatur naturā, sed odio habet uitiū. *Regnabit dominus i sæcula, Deus tuus Sion in generationē & generationem.* Si autem regnat perpetuo, & in æternū pmanet, minime est dubitandū, sed & si hic non dederit remunerationē, ea seruat ad maiora. Nec ergo conturbemur in tentationibus, si non euestigio sequatur solutio: sed domino pmittamus tps solutionis, nec siquid boni fecerimus, statim petamus remunerationem, sed eius uolūtatē rursus itidē expectemus. Quādo enim differt, remuneratur uberius & plenius, & in oibus gratias agamus, & eū laudare pergamus. Ita enim & psentem uitā agemus securissime, & consequemur bona ineffabilia. Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi. Cui gloria & potentia H cū principij expte eius patre & uiuifico spiritu, nūc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

Mat. 11. Sap. 12. Luc. 1 Sap. 14 Ro. 1

IN PSALMVM CXLVI.

Audate dominū, quoniā bonus est psalmus. Superius qdē in centesimo quadragesimo quā to psalmo dixit. Magnus dominus et laudabilis ualde, et multa illic de gloria disseruit. Hic au tē ostendit, quòd ipsum etiā laudare, bonum sit, et psalmus sit causa bonorū innumerabiliū. Mentem enim à terra abducit, aiumq; erigit et in altum euehit, leuesq; et sublimes efficit. Et ideo dicit Paulus. Canentes et psallentes in cordibus uestris. *Domino deo nostro iucunda decoráq; sit laudatio.* Alius, Alleluia, quoniā bonū est cāticū deo. Quid est, Deo nostro iucunda sit laudatio? Sit, inqt, accepta. Non satis est enim tantūmodo canere, ut sit deo iucunda laudatio. Sed opus est et uita, et precatione et accurata attentione canentis. Mihi autē uidetur hic psalmus ef se reuersionis. Ostēdit aūt id per hoc qđ subiūgit, dicens. *Aedificans Hierusalē dominus. Dispersiones Israel congregabit.* Etsi.n. eos dimisit Cyrus, non ex illius sententia, sed ex dei ope totū hoc profectū est. Alius autē interpres, pro eo qđ est, Aedificans, dixit, Aedificabit. Dispersiones uero, expulsos. Quanā de causa? Quoniā non oēs simul reducti sunt, sed post reuersionē paulatim coacti sunt. *Qui sanat contritos corde, Et alligat contritiones eorum.* Alius, Confracta ipso rursus calamitatē, et dei consuetudinē. Est.n. eius munus, et hoc est eius propriū, eos q sunt deiecti et afflicti consolari. Quemadmodum quando dicit Paulus, Qui uiuificat mortuos. Et rursus, Qui uocat quæ non sunt tanquàm quæ sunt, dicens proprium eius munus, ita hic etiam, Qui sanat contrisimus, quoniā opus eius sumus, actionē suā & paradet. Ita et Paulus. Sed qui consolatur humiles, nos consolatus est. Et rursus. Qui dat ijs qui sunt pusillo & abiecto aio patientiā. Quin etiā hic ipse quoque Propheta alibi. Cor contritum & humiliatum Deus nō despiciet. Quādo ergo uolueris cōsolationem assequi, redde teipsum humilē, aium tuū contere. Hoc ergo dixit de eius uoluntate, benignitate, & clemētia, eius. S. esse munus, illos cōsolari qui sunt K in calamitatibus: Quod aūt sequitur, de potentia. *Qui numerat multitudinem stellarum.* Hoc est, q nouit. Quoniā n. agebatur de dispersa multitudine, & quæ tunc nusq; apparebat, iure hoc exēplū in medium adduxit. per hoc ostēdens eū posse uel dispsos cōgere. Contritos.n. solet erigere & cōsolari, & inumerabilē astrorum multitudinē nouit apprime, ergo nos quoq;, quos pollicitus est eis futuros æquales, plenissimè reducet. *Et omnibus eis nomina uocans.* Ali⁹, Oibus noia uocans. Alius, oēs eos nominatim uocabit. Existimo hoc dictū esse de Israelitis, & idem dicere prophetam, quod Esaias quoq; postea. Ne timeas Israel, ex speculis terræ uocaui te, & dixi. Filius meus es. Quid est, oēs eos noiatim uocabit? Null⁹, inqt, eorū peribit, sed quēadmodū qui noiatim uocatrita et ipse oēs perfectè reducet. *Magnus Dominus noster, & magna uirtus eius.* Quoniā rem dixit maximā, quòd tot hoium millia p uniuersum orbē terræ dispsa sit cōgregaturus, deinceps disserit de eius potētia, & Iudæos q ualde conturbabātur ut credērēt inducēs. *Et sapientiæ eius non est numerus.* Ne quære ergo qūo & quanā ratione, est.n. eius magnitudo infinita. Quocirca dixit ēt, magnitudinis eius nō est numerus. Sed quēadmodū infinita est magnitudo, ita ēt sapiētia. Et ideo cū dixisset, Magnus Dominus noster, subiūxit. Et sapientiæ eius nō est numer⁹. Quin etiā admirabilis est eius scia, & iō dicebat. Mirabilis facta est scia tua à me. Potens facta est, non potero ad eā. Et sunt eius iudicia rursus inscrutabilia, & iō dicebat. Iudicia tua abyssus multa. Cū sit ergo magnus, potēs, & sapiēs, ne nimis curiosē inqras, qūo hæc erunt. *Suscipiens mansuetos Dominus, humilians autem peccatores usque ad terrā.* Ne dicerent aliq insipientes, quid ad nos si pfectè nouit astra oia? dicit ēt curā quam gerit hoium. Nō dixit aūt, opem ferēs māsuetis Dominus: sed qđ est multo maius, suscipiens, tanq; de amanti patre loquēs. Quid est aūt, suscipiens? Recreās, ferens, baiulās. Vidisti rursus perfectā in utroq; eorū potentiā, nempe & in extollendis humilibus, & in deijciēdis deprimendisq; arrogātibus. Non solū autē humiliat, sed ēt summopere humiliat. Hoc.n. sibi uult illud, usque ad terrā. *Præcinite Domino in confessione.* Alius, Enumerate. Postq; dixit pclara eius facta, rursus eos ad hymnū uocat, dicēs. Præcinite Domino in confessione. Hoc est, in gratiarū actione, cū magno studio ac diligentia. *Psallite Deo nostro in cithara.* Alius, per lyram. *Qui operit cœlum nubibus. Et parat terræ pluuiam.* Ne quis aūt planè sensus exps dicat, Et qđ ad me cœlestia? subiūxit statim id qđ opus est hominibus, ostendens per id qđ subiūgit, cur cœlū operiat nubibus. Propter te, inqt, ut tibi paret pluuiā. Pluuia aūt pp te, ut tibi fœnū producat. Vide aūt sapientiā. Dicit bona generalia q dedit oibus, ex redundāti copia ora eorū obstruens. Si.n. in infideli bus fuit adeò munificus, ut uel nubes cogeret, & pluuiā moueret, & terrā excitaret: multo magis uobis qui appellatis estis populus eius peculiaris. *Qui producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hoium.* Vide prouidentię amplitudinē, quando nō solum in agris, & cultis pdijs, sed ēt in montibus lautā dat mensam, nēpe alimentū iumentorū quæ ab hominibus seruiēdū facta sunt. Et ideo subiūgit. *Qui dat iumentis escam ipsorum. Et pullis coruorum inuocantibus*

Ecclī. 15 1. Cor. 14 & Mat. 15.

Ephe. 5

Ro. 4. Ibid.

2. Cor. 7. 2. Cor. 1. Philip. 1. Psal. 50.

L

Psa. 144.

"

Psal. 138.

Psal. 35.

Deute. 7. 14. 26.

A *eum.* Aliā rursus dicit munificentiam, ut qui nō solū iumentis, quæ inseruiunt hoibus, dat escā ipsorum, sed ēt alijs brutis. Et pullis.n. inqt, coruorū inuocantibus eū. Si aūt brutis, & brutis agrestib⁹, & quæ hoibus minimè inseruiūt, tāta adhibetur prouidētia: quanto magis hoibus & hoibus, qui eum hymnis & laudibus celebrāt, quos ēt propterea uocauit populū peculiarem, & sui portionē? Deinde quoniā erāt imbecilli, & inermes, & nudati oibus: ne ex eo conturbarētur: uide qūo hanc quoq; eorum corrigit imbecillitatē, dicens. *Non in fortitudine equi uoluntatem habebit. Neque in tibijs uiri bene placitum erit ei. Bene placitum est Domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.* Alius, Qui expectant misericordiam eius. Si hęc, inquit, habeatis, timetū. S. & perfectā in eum spem, attralietis eius beneuolentiā, & cū attraxeritis, ijs qui equos & arma habēt eritis potētiores. Vnū est ergo qđ qritur, ut non ægrē feratis, neq; pturbemini, sed expectetis eius misericordiā. In hoc.n. spes maximè consistit, ut etsi nō statim accperimus, minimè despemus, nec aium abijciamus. Rectè aūt dixit, In misericordia eius. Neq;.n. habebant in factis suis fiduciā. Sed tamē, inquit, & si uos facta destituerint, spetis aūt in eius misericordia, assequemini prouidentiam & eius auxiliū quæ detur nobis oibus conseq? Gratia & clemētia Domini nostri iesū Christi. Cui gloria & potentia in sæcula sæculorum, Amen.

ἐμφοβουμένοις, In timentibus, ἐπὶ καὶ ἔλεος. misericordia.

B

IN. CXLVII. PSAL.

Auda Hierusalem Dominum. Lauda Deum tuum Sion. Non ad ciuitatē, sed ad eos qui in illa habitant dirigit orationē, qđ per totum libru facit, hoc quoq; hic faciēs. Assiduè aūt horta tur & cōsulit, ut gratiarū actionē Deo pro beneficijs offerāt, & neq; in ædificijs, nec in ualidis propugnaculis, sed in Dei prouidētia fiduciā habeāt. Hoc ueluti prius iacto & cōfirmato fundamēto, subiūgit, & dicit. *Quoniam cōfortauit seras portarum tuarum. Benedixit filijs tuis in te.* Quid hoc est? In tuto collocauit, fecit inexpugnabilē. Benedixit filijs tuis. Hoc est, fecit crescere in magnā multitudinē. Hoc unū est genus beneficij. Alterū uerò est illud, In te. Hoc C est aūt qđ dicit. Non diuisos, nec dispsos, sed in te cōgregatos fecit crescere. Deinde aliud quoq; ostendens prouidētiæ genus, dicit. *Qui posuit fines tuos pacem.* Fieri.n. pōt ut & in tuto sint, & multi sint, & tamen bello uexētur. Sed ab his quoq; insidijs ostendit eos esse liberos, quòd sic dixit, & indicauit non solū ciuitatē esse liberā ab insidiatoribus, sed ipsos etiā fines. Vidisti quot beneficia recēset. Primū qui dē, & qđ est oium maximū, quòd dixerit, Deū tuū. Per hoc.n. uerbū dicit hæc, oia quòd te effecit familiarē, quòd te suū fecit hærede, quòd cū sit cōmunis oium Dominus, est pcipuè tuus. qđ qdem est primū caput bonorum. Secdm aūt, quòd ciuitatem in tuto collocauit. Tertiū, quòd eos multiplicauit. Quartū, quòd à bellis & tumultibus liberauit, nō solū ciuitatē, sed ēt uniuersam gentē, quòd non uno tantū, aut altero, aut tertio tpe hoc fecit, sed id fecit perpetuo. Non dixit.n. qui posuit, sed, qui ponit. Quòd si bella quādoq; euenerunt, non eo quòd ipse eos relinqueret, sed eo quòd ipsi resilirent factū est. Hoc.n. fuit perpetuū eius munus, munire, in tuto collocare, ut ab omni bello & tumultu liberi essent pstare. Deinde aliud quoq; unà cū hoc dicit beneficiū, nempe magnā anni fertilitatē, & bonū fructuū prouentū, rursus hic ipsos docēs, non terræ, nec aeris naturæ, sed eius prouidētię oia ascribere. Quodnā aūt id est? Qđ subiunxit, dicēs. *Et adipe frumenti satiat te.* Vide, nō dixit absolutè frumentū, sed, adipe frumenti, magnā ostendēs prosperitatē. Adeps.n. frumēti, fructus florē & id qđ est optimū significat. Talia sunt.n. Dei dona, proba & florētia. Optimo ergo frumēto eos hic dicit liberalissimè expleri. Hoc.n. significās, non dixit, qui dat, sed, qui satiat. *Qui emittit eloquium suum terræ.* Qđ facere cōsueuit, ut à priuatis ad cōia, & a cōibus rursus ad priuata trāsferat orationē, hoc hic quoq; facit. Postq.n. dixit, Lauda Deū tuū: nequis insipiens existimaret eū esse Deū tantū illorū: ostendit qūo sit uniuersæ terræ cōis, & per uniuersum orbē terræ extēsa sit eius prouidētia, à priuatis ad id qđ est cōmune deducens orationē, & ad generalē prouidentiā. Et ideo cū dixisset, q emittit eloquiū suum terræ, subiūxit. *Velociter currit sermo eius.* Hoc aūt dixit, ostēdens eū non solū nostræ regionis, sed uniuersi orbis terrarū curā gerere. Eloquiū aūt hic dicit, iussum, operationē, qua prouidet & prospicit. Deinde q̄ sit facilis, & quā in prōptu ostendēs, non noie solū sermonis, sed ēt appellatione cursus id significauit, & ne hoc quidē satis esse duxit, sed ēt adiecit, uelociter. Qđ aūt dicit, est eiusmodi. qdcunq; iusserit, fit cū maxima celeritate. Per uniuersum.n. orbē terræ impat. Quid aūt imperat? Ea q nostram uitā continēt, quæ spectant ad aeris administrationem, tēporūq; mutationē & uicissitudinē. Et ideo subiūgit, dicens. *Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.* Hoc alius quidē interps dicit, Rorem concretū. Hebræus aūt כפור Caepher. *Mittit crystallum suam sicut buccellas? Ante faciem frigoris eius quis sustinebit?* Alius, in faciē frigoris qs stabit? *Emittet uerbum suum, & liquefaciet ea, flabit spiritus eius, & fluent aquæ.* Hic mihi exponit inexpugnabilē & insinitā eius potentiā, quòd q̄ non sunt producit substātias, & eas q factæ sunt traducit & transmutat, & ad id qđ uult trāsformat. Quod quidē alius quoq; propheta significās, dicebat. Qui omnia facit, & ea trāsformat. Etsi.n. imobilibus naturæ terminis alligata sint: quādo tamen ei uisum fuerit, soluūtur hi termini. Et.n. oia locum dāt & cōcedūt, & aliquando quidē eas mutat subsātias, aliquādo uerò manētes mutat in aliā operationē, & eā quidē quę est ei propria & attributa facit quiescere, aliā uerò inducit contrariā. Quod quidē fecit in fornace. Ignis enim erat, & nō urebat, sed qui in eū iniecti fuerāt, sentiebāt rorē longè iucundissimū. Mare erat cū Iudæi traiicerēt, & aquæ nō obruebāt, sed eos petra firmius & solidius trāsmittebant, sub Dathā & Abiron terra erat, eorū tamen corpa non sustinuit, sed mari facilius obruit. Virga Aaron erat lignū aridū, & ijs q̄ in terra plātata erant fructū pulchriorē protulit. Balaæ erat asinus aial oium hebetissimū, nec minus bene se defendit apud eū qui ipsum pulsabat, q̄ homo rōne prædituſ. Cū in lacū coniectus est Daniel, erāt leones, & ostenderūt ouiū mansuetudinē, non ipsorū quidē deleta natura, sed mutata eorū operatione. Multa alia possunt uideri miracula ēt in creatione. Ne ergo quoniā fit singulis annis, & sub aspectū nostrū cadit, id paruū esse miraculū existimes. Considera.n. quantū sit, nunc qui-

D

E

Sap. 6. 12.

Eccles. 8.

F

Esa. 45. Hiere. 10

Dan. 3.

Exo. 14. Num. 16.

Num. 17.

Num. 22.

Dan. 10.

Gdem uideri niuẽ,nunc uero aquã, & breui momento tpis tãtas fieri mutationes. Ne quis aũt minus sapiens,naturali elementorũ operatione hæc fieri, & ea absolutè illorũ causas esse putaret: sed sciret qsnã sit quis impat, ad iussum eius totã de his rebus deducit orationẽ,& dicit.Emittet uerbũ suũ, & liquefaciet ea.Hoc est, iussus, nõ.n.uis uentorũ hoc facit principaliter, sed Deus qui fecit uentos. Orationẽ autẽ deduxit ad elemẽta, & ad mutationes q̃ sunt in elementis, psuadens crasso & uix ullo sensu prædito Iudæo, ex ijs q̃ fiunt singulis annis, nosse Dei potentiã, & facilè ei esse res eorũ ut uult administrarẽ, & à cõtrarijs in cõtraria mutare. Quẽadmodũ.n.si fuerit tẽpestas & glacies intolerabilis,facilè est illi inuecta tranqllitate oia dissoluere:ita ẽt eos qui in captiuitatẽ abducti fuerãt,& bellis uexati erant facilè est ei ad pacẽ, & ad suã patriã reducere,& restituere priori prosperitati. Nõ hoc solum
Heb. 12. aũt significat,sed ẽt aliud latẽter inuit. Quidnam? Quòd quẽadmodũ hæc,licet molestiã afferant,sæpe fiunt utiliter:ita ẽt quæ eis euenerũt,eis fuerunt
H conducibilia,& multũ cõmodi attulerũt: Ne esset aũt eis amplius molestus,ad placidiorẽ rursus traduxit mutationẽ. Quid hæc aũt sibi uolunt exempla? Nõ dixit.n.solũmodo,qui dat niuẽ, sed adiunxit,tanq̃ lanã. Neq;,qui nebulã spargit, sed subiunxit,sicut cinerẽ,neq;,qui mittit crystallũ, sed adiecit, sicut buccellas. Mihi uidetur uoluisse ex his significare quã sint ei oia facilia & explicata. *Qui annunciat uerbũ suũ Iacob.* Alius,perfectiones. Alius,iustificationes *& iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi.* Alius,similia. *Et iudicia sua nõ manifestauit eis.* Vide quo rursus à generalibus trãsit ad singularia, & quæ erãt Iudæorũ præcipua, uolens eos ad maius studiũ excitare. Atq; in principio quidẽ psalmi dis-
Exo. 20. seruit de sensilibus,& q̃ prosunt corpori,utpote de
Deut.5. securitate,anni fertilitate,& pace. Hic aũt orationẽ
Rom.3. ad altiora erigit,de lege q̃ eis data est tractãs,quod
Deute.4. quidẽ est maximũ genus beneficij,à uitio abducere,deducere ad uirtutẽ,aium illustrare. Et iõ Moses hoc susq; deq; uersans,dicebat. Quis est is populus, gẽs magna, cui Deus est eis appropinquãs, ut Deus
I noster,in oibus in qbus eũ inuocauerimus? Et Da-
Psal.102. uid rursus. Faciẽs misericordiã Dominus, & iudiciũ oibus patientibus iniuriã. Notas fecit uias suas
Baruc.3. Mosi,filijs Israel uoluntates suas. Et Hieremias. Hic est Deus noster, non reputabitur alius pter ipsum, Inuenit oẽm uiã sciẽtiæ,& dedit eã Iacob filio suo & Israel dilecto suo. Sed dixerit fortasse quispiam. Cũ reliquis hominibus nõ significauerit, quo eos punit. Quòd.n eos puniat q fuerunt ante legem, &
Mat. 12. eos qui peccãt per uniuersum orbẽ terræ, clarũ est
Luc.11. ex iis q̃ dicit Christus. Regina austri surget, & condẽnabit hanc generationẽ. Et rursus. Viri Nineuitæ surgent, & cõdemnabunt hãc generationẽ. Oino enim ideo ita dictũ est, quòd illi quoq; rationẽ red derent,et illi qdẽ laudarentur: hi uerò punirẽtur. Si autẽ non fuerat eis ostensum quid sibi esset agẽdũ, quo hos cõdemnabunt? Quo aũ t rursus dixit,
Luc. 11. Requiretur sanguis à tpe Abel iusti usq; ad sangui-
Mat.10 nem Zachariæ. Quo autẽ rursus? Tolerabilius erit terræ Sodomorũ et Gomorrhæ. Cũ.n.dixit, Tolerabilius,non perfectã liberationẽ,sed eos, suis peccatis dare leuius suppliciũ significat. Quod siq puniti sunt,tã graues rursus dant pœnas, quis ex alijs effugiet. Videmus aũt eos quoq; q pœnas dederũt K
in inundatione,et multos alios,et ipsum Cain. Por- Gen.7
rò aũt Paulus quoq; dicit,hoc ipsum significãs. Re- Gen. 4.
uelatur ira dei de cœlo sup omnẽ impietatẽ et iniu- Ro.1
stitiã hominũ qui uirtutẽ in iniustitia detinẽt,propterea quòd id qd de deo cognosci potest manifestũ est in ipsis. Inuisibilia.n.eius à creatione mũdi operibus intellecta cõspiciuntur, et æterna eius potẽtia et diuinitas,ut sint ipsi inexcusabiles. Deinde de uita quoque uerba faciens, ne hic quidẽ eos relingt,rationi reddendæ non obnoxios, ita dicens. Qui cũ iustitiã dei cognouissent,quòd q talia agũt digni morte sunt,nõ solũ ea faciunt,sed etiã faciẽtibus consentiunt. Existimas autẽ hoc, ò homo,q Ro. 2.
iudicas eos qui talia faciunt,quòd tu dei iudicium effugies? An diuitias benignitatis eius, patientiæ,& longanimitatis contẽnis? nescies quòd benignitas dei te ad pœnitentiã adducit. Secundũ duritiã aũt tuã et cor impœnitẽs thesaurizas tibi irã in die iræ Ro.5
et reuelationis et iusti iudicij dei, q reddet unicuiq; secundũ opera sua, his quidẽ secundũ patientiam boni operis,gloriam & honorẽ, & incorruptionẽ. L
Iis uerò q ex contentione ueritati quidẽ non parẽt, parent autẽ iniustitiæ,ira & indignatio, afflictio & angustia super omnẽ aiam hominis operantis malũ.Iudæi primum & Græci. Vides per hæc oia,quo oẽs quot quot fuerũt hoies, etiã ante legẽ dant peccatorũ pœnas,& quicunq; uirtutis curã gesserũt, & ab impietate recesserunt,fruũtur bonis. Quo ergo erit aut hoc aut illud,siqd esset agendũ nesciebant. Sin autẽ sciebant,inqt,qd sit agendũ:quo dicit,Nõ fecit sic oi nationi:& iudicia sua non manifestauit Psal.147
eis? Quid ergo sit qd scriptum est,& qd sibi uelit significare,audi. Scriptã legẽ nulli alij dedit. Naturalem.n.intus habebãt oẽs, personantẽ qd sit bonũ, qd secus. Cũ hoiem.n.deus fingeret, simul ẽt hoc illi indidit incorruptũ iudiciũ, nẽpe uniuscuiusq; suũ cõscientiæ calculũ. Iudæis aũt hoc procurauit eximiũ quòd q̃ erant iusta ac legitima,procurrauit ut p scripta cognoscerẽt. Et ideo nõ dixit ipse, Non fecit in oi gente,sed,Non sic fecit. Hoc est. Nõ misit eis tabulas,non scripta,nõ Mosen legislatorẽ, non alia q̃ fuerunt in mõte Sina. Sed Iudæi soli peculiari quodã priuilegio hæc oia consecuti sunt. Verum M
enimuero uniuersa humana natura habuit sufficiẽtẽ legẽ conscientiæ. Quæ qdẽ Paulus quoq; significans,dicebat. Quando.n.gentes legẽ non habẽtes Ro. 2.
natura q̃ legis sunt faciunt, ij legẽ non habentes sibiipsis sunt lex. Et ideo Iudæi digni sunt maiori cõ- Ro.5
demnatione,quòd cum unà cum lege naturali scriptam quoque legem acceperint, tam scelerate & tãnefariè se gesserunt. Quamobrem magnum dei beneficium eis negligentibus euadit occasio maioris condemnationis. Quod ad uerba quidem scripta attinet,sufficiunt quæ scripta sunt. Siquis autem desiderat psalmum quoque sumere anagogicè,nõ recusabimus hac quoque uia ingredi,non historiam perimentes. Absit. Sed cum illa hęc quoque studiosis adijcientes,quoad eius fieri poterit. Lauda Hie- ,,
rusalem dominum. Lauda deum tuum Sion. Nouit ,,
Paulus cœlestem Hierusalem,de qua dicit. Quę sursum est autem Hierusalem libera est,quæ est mater nostra, quemadmodum Sion quoque nouit ecclesiam,quando dicit. Non enim accessistis ad montẽ Gal.4
qui palpatur,ad incensum ignem, & turbinem, & Heb.12

A caliginem,& procellam,sed accessistis ad sion ciui tatem,& ecclesiam primogenitorum descriptorum in cœlis. Potest ergo de ea quoque dici anagogicè illud,Lauda Hierusalem dominum. Lauda deũ tuũ Sion. Quoniam confortauit seras portarum tuarũ. Benedixit filijs tuis in te. Eã enim munijt ualidius quam Hierusalem,non uectibus & portis, sed cruce circunspectam & renunciatione propriæ uoluntatis,per quam ubique eius excitauit ambitum, cũ
Mat.16 dixit. Portæ inferorum non præualebunt aduersus
Ps.2 eam. In principio itaque, Imperatores & reges oẽs,
Act.4 & populi,& ciuitates, & dæmonum phalanges, & ipsa diaboli tyrannis,& alia innumerabilia inuasерunt ecclesiam. Illa tamen omnia fracta & dissoluta sunt & interierunt ipsa autem creuit, & in tãtam prouecta est altitudinem, ut ipsos etiam cœlos superauerit. Benedixit filijs tuis in te. Quemadmodũ
Gen.1 cum dixisset in principio, Crescite,& multiplicami-
Mat.28 ni,&,replete terram, uniuersam terram sermo per-
Mat.26 uasit: ita cũ postea dixisset, Ite & docete omnes gen-
Ro.10 tes,&. Prædicabitur Euangelium hoc in toto mun-
Col.1. do: ipsos etiam fines orbis terrę breui momẽto tẽ
B poris iussus eius occupauit. Quocirca ipse quoque
Io.12. dicebat. Si granum frumenti in terram cadens nõ mortuum fuerit,ipsum solum manet. Sin autẽ mortuum fuerit multum fructum affert. Et rursus, Quã
Ibid. do exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum. At que in principio quidẽ ex uno multi nati sunt, cũ lege naturæ creseret multitudo,& ideo res tardius processit. Tempore autem Apostolorum, non lege
Act.3.& naturę sed gratia crescebat multitudo Et ideo uno
5. statim die tria millia,deinde quinque millia, deinde innumerabiles. Deinde uniuersus orbis terræ per pulchram hanc regenerationẽ editi,aucti sunt, & multiplicati sunt, et quam acceperãt benedictio
Io.1. nem factis ipsis ostenderunt. Non enim ex sanguinibus,neque ex uoluntate carnis, sed ex dei gratia nati sunt. Qui posuit fines tuos pacem. Hoc ualde propriè dici potest de ecclesia,& quod est admirabilius,cum ea peteretur bello,pace fruebatur,& cũ ei omnes ponerẽt insidias,in summa securitate maximam capiebat uoluptatem. Et ideo dixit ipse. Pa-
Io.14. cem meam relinquo uobis pacem meã do uobis.
C Et adipe frumenti satiat te. Potest hoc etiam aliter accipi in ecclesia,de alimento spiritali,quòd nobis scilicet panem uitæ dederit. Qui emittit eloquium suum terræ. Velociter currit sermo eius. Quisnã ser-
Ps.67. mo dic quæso? Qui prolatus per Apostolos quauis penna leuius omnia peruolabat. Quocirca Dauid quoque alicubi hoc significãs,dicit, Dominus dabit uerbum Euangelizãtibus uirtute multa. Siquis autem insipiens dubitet, ex ijs quæ fiunt in elemẽtis sumat probationem, & discat quomodo nix simul & aceruatim & repente aduenit, & momento temporis totam terram operit, non longo temporis curriculo eius faciem inuadens, sed repente totam eam complectẽs. Quoniam ergo erat propheta,& consentaneum erat futura predicentem,& per anagogen significantem hæc dicere, par fuit ut im moraretur in eo qd dicebatur de elementis. Quod autem dicit,est eiusmodi. Futurum est ut uniuersa
Ps.18. terra dei uerbo resonet, idque cum maxima celeri-
Mar. ult. tate,& breuissimo tempore. Deinde nequis dubitaret,si Iudæi,gens una, in quam tanto tempore tãtum studij & diligentiæ collatum est, non fuit pro ba: quomodo ij qui uniuersum orbem terræ habi D
tant,poterũt breui tempore componi, bonique & moderati effici? ad confirmandum id quod dicit sumit exempla ex elementis,niuem, nebulam glaciem, quæ breuiter fiunt uno momento temporis. Ne ergo ideo non credas, etiam mens eorum sit facile mutanda. At multi sunt q resistunt. Sed ij quo
Esa. 47 que concedent,& locum dabunt. Si enim parũ fri-
Dan.4. goris,quod fuerit uehementius,nemo ferre potest:
Luc.21. sed omnes ei cedunt, & locum dant: multo magis
Act. 6 eius uerbo & iussui cedent omnia quæ aduersantur. Potest enim mutare substantias,& quę nõ sunt
Hebr.4 producere,& ad tantas uires prouehere,ut hęc sint omnibus intolerabilia. Qui annunciat uerbũ suũ ,,
Iacob. Iustitias & iudicia sua Israel. Hic quoque nõ aberraueris,si Iacob spiritalem dixeris, & Israelem,
Gal.6 quem Paulus quoque nouit, dicens. Pax uobis & super deum Israel. Cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

IN PSAL. CXLVIII.

Audate dominum de cœlis,laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius. Est hoc sanctis in morte positum,propter pium & gra- E
tum suum animum, ut, cũ deo sunt acturi gratias, accersant multos laudationis socios, & hortentur ut hoc pulchrum munus secum obeãt. Hoc etiam Dan. 3
fecerunt tres pueri, qui quando erant in fornace, omnem creaturam ad laudibus celebrãdum quod acceperant beneficium, & hymnos deo dicendos conuocarunt. Hoc ipsum facit hic quoque hoc in loco, utrunque mundum uocans, supernum & infernum,sensilem,& eum qui percipitur sola intelligentia. Hoc etiam facit propheta Esaias, ut quando dicit. Lætentur cœli,& exultet terra, Quoniam mi- Esa. 49
sertus est dominus populi sui. Quinetiam hic ipse Psal. 113.
quoque quãdo dicit. In exitu Israel de Aegypto, Do- Esa. 45
mus Iacob de populo barbaro. Montes exultauerũt ut arietes,& colles sicut agni ouium. Et rursus alicubi Esaias. Nubes pluãt iustitiam. Vt qui enim soli nõ sufficiant ad Deum laudibus celebrandũ, quoquo uersus obeunt ut in dicendis hymnis socios accipiant. Hic autem hoc crebro facit,ut quan Ps. 96
do dicit. Et adorent eum omnes angeli eius. Et rur 148
sus. Potentes uirtute,facientes uerbum eius. Porrò F
autem aliud quoque ex his confirmat. Quodnam? Ne quis eorum qui minus sunt rationis compotes, existimet esse duos opifices. Quoniam enim diuersæ sunt creaturæ,& inter se substãtijs differunt,hęc quidem quæ uidetur: illa uerò quæ sub aspectum non cadit, hæc quidem plena est corporibus: illa uerò est incorporea, nequis ex operum differentia diuersos induceret opifices: unum constituit opifi cem,unum ex omnibus ei canticũ offerens,& eundem Deum dicens debere laudari à superna creatura & inferna, hinc quoque ostendens esse unum utriusque opificem. A supernis autem prius incipit, dicens. Laudate eum omnes angeli eius. *Laudate eum omnes uirtutes eius.* Alius,Omnes exercitus eius. Dicens Cherubim,Seraphim,dominationes, principatus,potestates. Hoc est animi ualde incẽsi, hoc ardentis amoris, omnes excitare ad laudandum eum qui desideratur,hoc animi,qui magnam assiduè capit uoluptatem in cogitatione de Deo, qui stupet & miratur eius gloriam. *Laudate eum sol & luna,laudate eum omnes stellæ & lumen.* Alius, stellæ lu-

G cis. *Laudate eum cœli cœlorum. Et aquæ, quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini. Quoniam ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Statuit ea in sæculum, & in sæculum sæculi.* Alius, Statuit ea manere perpetuo. *Præceptum posuit, & non præteribit.* Quænam causa est, quòd cum de cœlestibus potestatib⁹ pauca dixerit, illinc celeriter resilierit, & cũ ad ea quæ uidentur orationẽ deduxerit, de illis prolixius differit, omnia sigillatim persequẽs, quę inferius sunt, & quæ superius. Quoniam ea erãt manifestiora ijs qui audiebant, ut quæ uidebantur, & posita erant ob oculos. Et ideo Moses quoq; de opificio & creatione incipiens, cum de supernis nihil nec magnũ nec paruum dixisset, à cœlo & terra ducit exordiũ, & per solem & lunam, & herbas, & natatilia & quadrupedes transiens, in homine desinit. Cœlos autem cœlorum hic dicens, non ostendit multitudinem, sed idem etiam dicit cœlum cœli. Hebræorũ enim lingua cœlum cœli dici consueuit, sicut etiã alibi dicit. Cœlum cœli domino, terram autem dedit filijs hominum. Et aquæ quę super cœlos sunt. Audiuisti Moſen quoque dicentem, ex aquis quidem eum has reliquisse inferius: illas uerò effecisse stare sublimes super terga cœlestia, cum in medio abyssi firmamentum stabilijsset, & aquas manere super terga siuisset. Quomodo autem poterunt, dixerit quispiam, ea laudare, quæ neque uocem habent, nec linguam, nec animam, nec rationẽ? Quoniam duo sunt modi laudandi, gloriaq; et honore afficiendi, unus quidẽ per uerba. Alius uero p ipm. His accedit etiam tertius, qui est p uitam et rectè facta. Nam hominibus non solum loquentibus, sed etiam tacentibus, gloria deo offertur. Quemadmodum Christus quoque dicit, luceat lux uestra corã hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui est in cœlis. Et rursus. Glorificantes me glorificabo. Est etiam quę fit per linguam glorificatio, sicut etiam Moses glorificauit cum Maria, dicens. Cantemus domino, gloriosè enim glorificatus est. Est etiam quæ fit per ipsam creaturam, ut hic ipse dicit. Cœli enarrant gloriam dei. Opa aũt manuũ eius annunciat firmamẽtum. Ita hic etiam laudat eum creatura, pulchritudine, positione, magnitudine, natura, usu, ministerio, perseuerantia, utilitate quæ ex eis proficiscitur. Quando ergo dicit, laudate dominum Angeli, uirtutes, cœli, luna, Sol, stellæ, aqua quę est super cœlos, hoc dicit, unumquodque eorum quæ facta sunt dignũ esse sapientia effectoris, & esse plenum magno miraculo. Quod quidem Moses breuiter dixit in principio. Et uidit deus quæcunque fecit, & erant ualde bona, adeò bona ut eum qui fecit gloria afficerẽt, & spectatorem ducerent ad eum laudandum qui erat fabricatus. Hanc ergo dicit laudem, pulchritudinem eorum quæ facta sunt, quæ ei qui illa fecit laudes & hymnos comparat. Quod Paulus quoq; significat, dicens. Inuisibilia enim eius à creatione mundi operibus intellecta conspiciuntur, & æterna ei⁹ potteia & diuinitas. Quinetiã hic quoq; Propheta, cum dixisset creaturas, & ex eorum quæ uidentur aspectu illorum pulchritudinem reliquisset discendam magnitudinémque & eorum utilitatem, ipse aliam adducit causam, dicens. Ipse dixit, & facta sunt. Ipse mandauit, & creata sunt. Statuit ea in sæculum, & in sæculum sæculi. Præceptum posuit, & non præteribit. Quòd itaque sunt quidem pulchra & admirabilia, uel ipe uisus indicat. Quòd autem habẽt opificem, & nec casu sunt, nec increata, potest quidem uel ex ipsa interpretatione perspici. Siquis autem dubitet à me discat quòd habent opificem, effectorem, & qui illis prouidet earumq; curam gerit. Duo enim hic ponit. Vel potius tria, atque adeò siquis rectè perpendat, etiam quatuor, qd est fe cerit, & ex ijs quæ non erant fecerit, & facile fecerit, & à se facta regat & administret. Dicendo enim, Dixit ostendit facilitatem, ut etiam Paulus significans, dicebat. Qui uiuificat mortuos, & uocat quæ non sunt tanquam quæ sunt, nomine uocationis nobis facilitatem indicans. Quòd autem quæ facta sunt regat & contineat, ipse Prophe-
ta rursus ostendit, subiungens. Statuit ea in
sæculum, & in sæculum sæculi. Præceptum posuit, & non præteribit. Vide quomodo hic quoque ostenderit potestatem, authoritatem, non solum quòd statuerit, sed etiam quòd præceptum dixerit, humanis dictionibus eius operationem indicans. Quemadmodum enim tibi dicere & præcipere est facile, ita deo, facere quæ non sunt regere & continere, imò uerò non ita habet, sed est longè facilius, neque enim uerbis potest explicari summa facilitas cum qua fecit omnia. Neque uerò est solũ admirabile quòd regit & continet, nec quòd termini naturæ stant fixi & immobiles, sed quòd tempore adeò infinito. Considera quãtum est æui spatium, & eorum nihil est omnino confusum. Non mare terram inundauit, non sol ea quæ uidentur exussit, non cœlum labefactum est, nõ noctis nec diei termini confusi sunt, non temporum conuersiones, nec aliquid aliud eiusmodi, sed unũquodque eorum quæ sunt & supernè & infernè, stetit diligẽtissime impositos ei ab initio fines ad unguem seruans. Postquàm ergo dixit de supernis creaturis, & de ijs quæ sunt in cœlo, descendit in terrã. Quod autem fecit in supernis, ut inciperet quidem à superis cœlestibus, descederet autem ad cœlestia, hoc etiã hic facit, à cœlestibus ad terram transiliens. Quoniam enim sunt nõnulli qui dicũt ea quidem quæ sunt in cœlis, esse digna dei opificio, quæ sunt autem in terris reprehendunt, quoniam ibi sunt scorpij, leones, uiperę, dracones, & reliqua beluarum genera, & arbores, infrugiferæ, eis ueluti respondens, alia rursus ratione orationem aggreditur. Vide autem quid facit, bonis quæ sunt in confesso prætermissis, ouibus, bubus, quorum usum ostendit ipsa experientia, asinis, camelis, & quęcunque apta sunt ad ea uehenda quæ ad nos importãda sunt, in ijs q̃ uidentur esse inutilia uersat orationem, dracones in medium adducens, & partem maris innauigabilem, & quæ uidentur afferre molestiam, ut ignem, grandinem, niuem glaciem, deinde arbores infrugiferas, montes. Deinde rursus latis campis relictis & aptis ad agriculturam, & mitium fructuum prouentu, transit ad montes, colles, & loca deserta, & omnium serpentum meminit. Vt hæc autem sciamus aperius. Postquàm enim dixit, Preceptum posuit, & non præteribit, subiunxit. *Laudate dominum de terra dracones & omnes abyssi. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt uerbum eius. Montes & omnes colles, lingua fructifera, & omnes cedri. Bestiæ, & uniuersa pecora, serpentes & omnes uolucres pennatæ.*

Gen.1

H

Psal.113

Mat.5

1.Reg.2
Exo.15.

Psal.18.

I

Gen.1

Ro.1

K

L

Gen.18
Hier.32
Lucæ.

M

A Quanam de causa tractat hoc modo orationem? Ex redundanti copia ostendens dei prouidentiam. Si enim quæ uidentur esse inutilia, & generi hominum infesta adeò sunt bona, adeò utilia, ut ipsa quoque laudem deo offerant, & eum gloria honoréque afficiant propter suũ opificium: cogita apud te qualia sunt alia, et si uidetur, persequamur unũquodque eorum quæ dicta sunt. Dracones, inquit, & omnes abyssi. Dracones hic dicit cete, sicut etiã alibi quando dicit. Draco hic quem formasti ad ludendum ei. Multis autem in locis uideri potest hoc animal ita uocari. Et quomodo, inquiet, quispiam, laudat hoc eum qui ipsum fecit? Quomodo autem non laudat? Quando enim uideris magnitudinem, corporis compositionem, quam apertissimè scriptura narrat in Iob: quomodo non admiraberis opificem, qui tantum animal produxit? Ne que uerò propter solam magnitudinem, sed etiam quòd pars maris innauigabilis in quo ageret ei attributa sit. Est autem iure mirandum quòd proprios limites nõ transiliat, cũ sit agreste ac sæuum
B animal, & longè maximum, sed in suis degens locis se contineat, & non solum in terram non egredi tur, neque in locum habitabilem: sed ne in partem quidem maris quæ apta sit ad nauigationem, non consumit genera piscium, sed intra suam regionem uitam degit. Nec hęc solum miranda sunt, sed abyssi etiam profunditas. Quod autem in animali, hoc etiam cerni potest in mari. Nam cum ipsa uentorum flatibus fit intolerabilis, & tantam habeat aquarum multitudinem: non erumpit ex proprijs terminis, nõ inundat terram uicinam, sed ipsa quo que est alligata uinculis immobilibus, licet sit alio qui natura aquarum insolens. Cum autem tanta sit magnitudine, & à tantis spiritibus impellatur: considera quanti sit miraculi, nec per insolẽtiam, nec per molem ac magnitudinem, nec per uim intolerabilem suo loco excedere, sed in tanta insolentia ordinem & modum pulchrè seruare. Hæc ergo apud te reputãs poteris hinc quoq; deo laudem & hymnũ texere, & ei⁹ admirari potẽtiã, sapiẽtiã, uirtutẽ potestatẽ. Sunt ẽt ineffabiles aliæ horũ rationes, quas ipse nouit qui fecit. Et ideo dixit, quispiã, Ne dixeris, Quare hoc? Ad quid hoc? Omnia enim ad usum facta sunt. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt uerbum eius. Adiicit hic quoque aliud ijs quæ dicta sunt. Hoc enim in priori psalmo admirabatur, quòd breui momento temporis totam terram peruadat nix, glacies quòd concrescat, quòd mutetur, quòd in contraria conuertatur. Hic autem, quòd & quæ non erant facta sunt, & quòd quæ facta sunt manent & quòd manentia fungantur munere ministrorum, licet sint expertia rationis, & iussus eius educat in opus cum maxima obedientia. Imò uerò unus sæpe iussus ea perfecit quæ sunt natura contraria, quemadmodũ in fornace babylonica ignis & urens & irrorans simul factus est. Hoc ergo, inquit, meretur gratiarum actionem, eamq; certè maximam. Deus enim æque est laudãdus, cũ & punit, & a supplicio eximit. Vtraque enim sunt curationis, utraq; sunt bonitatis. Homines enim, hoc quidem faciunt propter bonitatem. Illud uerò per iram & improbitatem. Deus autem utraque propter clementiam. Oportet ergo eũ æquè laudare, & quòd posuerit Adam in paradiso & quòd eum expulerit, & agere gratias non solum pro regno sed etiam pro gehenna. Eam enim & fecit & minatus est, ut à uitio liberaret. Quemadmodum ergo medicum non solum nutrientem, sed etiam fame excruciantem, nõ solum in forum educentem, sed etiam domi alicubi includẽtem, nõ solum ungentem, sed etiam urentem & secantem obseruamus & admiramur, et si.n. sunt cõtraria q̃ fiũt unum tamen finem respiciunt, ita etiam oportet deũ laudare pro oĩbus, atq; adeò multo magis, quatenus hic quidẽ deus, ille uerò homo, & quòd res quidem eorum sæpe aliter eueniunt. Quæ autem Deus facit, fiunt cum summa sapientia & cura. Grãdo autem, & ignis non solum punit, sed etiam liberauit à supplicio, et bellis finem imposuit, & inuadentes inimicos repulit. An nescis quęnam in Aegypto per hæc elementa miracula facta sunt, & in Iudæis, & in hac nostra generatione? Tanta est autẽ potentia iubentis, quòd quæ per Angelos illos, qui in solam cadunt intelligentiam, et magnas potestates faciebat, ea sæpe etiam per elemẽta faciat admirabiliter, ut quando hæc. Angelus quoque fecerit, nemo paulo insipientior id illi attribuat, sed ei qui imperauit. Angelus bello finẽ imposuit. Imposuit quoque grando. Interemit primogenita Angelus. Maris quoque procella populum interemit. Pro omnibus ergo elementi deo age gratias. Montes & omnes colles, ligna fructifera, & oẽs cedri. Bestiæ & uniuersa pecora, serpentes & uolucres pennatæ. Vide quomodo lubentius immoratur in ijs quæ sunt inutiliora, montibus, saltibus, collibus, animalib⁹, serpentibus, et lignis in frugiferis. Quæ enim sunt frugifera, ex se ipsis apertam ostendunt utilitatem, sicut & campi aperti, & mansueta animalia. Ferę autem et serpentes, mõtes & infrugiferæ arbores, quãnam, inquit, putas utilitatem afferunt? Multam certè, et quæ nostram uitam ualde continent. Nam & ad ædificia, montes, & colles, et ligna infrugifera sunt nobis ualde apta, & nisi ea nobis suppeterent, nihil uetaret quominus nostrum genus interiret. Quemadmodum ergo cultis agris opus habemus ad hoc ut alamur: ita etiam lignis infrugiferis & lapidibus egemus ad hoc ut domos ædificemus, & alia innumerabilia ex eis componamus. At serpentes, inquit, & scorpij, & dracones, et leones, quid ad uitam utile afferunt? et quidnam commodi ex eis percipitur? Plurimum, idque inenarrabile, nec minus certè quàm ex mãsuetis et cicuribus. Illa enim sunt apta ad usum corporis. Hæc uerò et tibi metũ afferunt, et ut sis modestus et temperatus efficiũt, et ad certamen instruunt, et peccatum primi parentis tibi in memoriam redigunt, et ostendunt quantorum malorum causa sit inobedientia. Neque.n. eiusmodi feræ erãt antea homini terribiles, nec ab eo fugiendæ, sed cicures et mansuetę. Eas itaque deduxit Deus ad Adam, & ipse eis nomina imposuit. Serpens Euam alloquitur, & Eua non refugit. Postquàm autem præteritum est mandatum, et deo nõ est obeditum, plurimum honori detractũ est. Quãdo ergo uideris leonem, quando uideris serpentem in mentem reuoca quę in sacra narrantur historia, & hæc exhibebunt tibi non paruum philosophiæ argumentum. Fac quoque in mentem tibi redeat Daniel, quomodo postquàm ad antiquam reuersus est imaginem, contemptui illi erant terribiles.

Psal.103.

Iob.40

C

Eccl.8.
Eccl.39

Dan.3

D

Eph.5.
1.Thes.5.

E

4.Re.19
Esa.37
Ioſ.10
Exo.11.
14

F

Ge.2.et 3.

Dan.6.

G bestiæ, quemadmodum et Paulo uipera, nec paruũ
Act.28. hinc colliges animi studium, curam et diligentiã.
Cum his autem aliunde quoque possumus in his
admirari prouidum dei consilium et constitutio-
nem. Quodnam? Quòd his assignauit loca remota
ab urbibus, nempe solitudines, et cũ sint adeò ter-
ribiles, non uersantur in ciuitatibus, nec irruunt in
eos qui in illis habitant. Sed eis placet solitudo, et
ea contenti sunt, cum Deus ab initio hoc eis assi-
gnauerit, ut locum aptum in quo degerent. Quan-
do enim tu dormis, illa peruadunt solitudinem.
Ps.103. Quod etiam propheta alibi ostendit, sic dicens. Po
suisti tenebras, et facta est nox. In ea pertransibunt
omnes bestiæ syluæ. Vidisti quomodo nunc quo-
que tibi manent tui uestigia imperij, quæ etsi sint
concisa et mutila, habent tamen aliquam speciem
ueteris honoris. Tãquam enim seruæ relegatę sunt,
et tempore et loco à nobis procul remotæ, et nisi
tu eas inuaseris, eæ te non inuadunt, sed uersantur
in solitudinibus. Quòd si angeris et afflictaris cur
H ris, quæ factæ sunt, ualde despis. Si enim te rectè gesse
ris, nullum damnum ex eis accipies. Si autem à fe-
ris damnum accipis: cogita te sæpe multo maius ac
cepisse ab hominibus. Est enim homo quauis fera
deterior. Ea enim ipsam præ se fert feritatem. Hic au
tem sub persona humanitatis celat improbitatem.
Vnde etiam fit ut sæpe minimè caueatur. Sed si pa-
pueris, nec fera, nec homo tibi aliquid mali faciet.
Sed etiam te iuuabit. Quod dico, fera et homo, cũ
ipse quoque diabolus non modo non lęsit Iob, sed
fuit etiam mille coronarum occasio? Quid dico, fe
ra et homo, cùm etiam ab ijs q̃ in te sunt elementis,
si fueris negligẽs, longè sis grauiora passurus, utpo
te à bile, uel pituita, si immoderatione aliqua re
dundantem eorum copiam despexeris. Adeo so-
bria & uigilanti mente ubique opus est. Sed quem-
admodum qui est negligens maximum inde dam-
num accipit: ita qui est attentus & uigilans, non
leue nec contemnendum accipiet commodum.
Vniuersum enim in libero tui animi arbitrio si-
tum est. Quòd est ergo nix in uniuerso, et ignis,
et spiritus, hoc est in corpore pituita, spiritus, et bi-
I lis, et ea oportet sapientissimè regere et administra
re, ut ex eis aliqua capiatur utilitas, non autem de-
trimentum. Et quid dico de corpore, cum anima
quoque habeat nonnulla, quæ si siueris peruenire
ad immoderationem, morbi fiunt, sed si ea casti-
Eccl.7 ges et modereris, fiunt adminicula. Ira enim, si ea,
Iob.5 ut oportet utaris, est salutare pharmacum. Sed si
Ro.6. immoderatè, causa est exitij, et cupiditas, si mode-
Iac.1 ratè eam regas, te patrem efficit, est enim ad filios
procreandos utilis, sed si eam ad stupra et adulte-
ria relaxes, ea te sæpe deprimit, ac deperdit. Ne cul-
pam ergo in res conferas, sed semper in tuam men-
tem. Si eam enim neglexeris, à teipso quoque lædê
ris, et à proprio corpore perdêris. Sed si eius curam
gesseris, nec a dæmonibus quidem, nec à diabolo,
tantum abest ut à feris, aliquid graue patiêris. *Re-
ges terræ, & omnes populi.* Alius, et omnes gentes.
*Principes, & omnes iudices terræ. Iuuenes & uirgines, se-
nes cum iunioribus.* Alius, Cum iuuenibus. *Laudẽt no-
men domini.* Hic rursus loquitur de alio genere pro-
uidentię, nempe de principibus, quod Paulus quo
Ro.13. que in epistola ad Romanos ponit sapientissimè,
ostendens hoc fuisse opus Dei prouidentiæ, in eos
qui magistratus gerunt, & in eos qui illis parent, K
uniuersum diuisisse. Dei enim minister est tibi in
bonum. Si hoc autem sustuleris, uniuersum interit.
Si enim cũ nunc sunt Principes & magistratus, mul
tique sunt in eis corrupti ac deprauati, tantus tamẽ
rei est usus, ut etiam cum mali sint, magna ex eis ca
piatur utilitas: cogita apud te si ij quibus sunt cre-
diti magistratus eos rectè gererent, quàm bene cũ
genere humano ageretur. Sed magistratus quidem
constituere, fuit dei opus. Quod autem improbi
ad eos prouehantur, & eis non ut decet utãtur, est
hominum improbitatis. Dicit ergo oportere ma-
gnas deo gratias agere, quòd sint & Reges & Iudi-
ces. Certo enim ordine & modo constitutæ homi-
num administrationis curam gerẽs, et ne plus quã
ferino ritu multi uiuarent, prouidens, ueluti quan-
dam currus regendi artem, & nauis gubernandæ Pro.8
scientiam, magistratus et regna largitus est. Si ergo Dan.2
sis princeps, aut magistratum geras, benigno & cle Ro.13
menti deo age gratias, quòd tuę ostendendæ curæ
& diligentiæ tanta tibi data sit occasio. Si priua-
tus: rursus age gratias quòd habes qui tui curã ge- L
rat, nec permittat ut te improbi insidijs circunuen
tum opprimant. Seu ad senectutem peruenieris, seu
sis iuuenis, deo age gratias. Hoc enim maximè pro-
bat hic psalmus per omnia, quòd oportet Deum
laudare pro omnibus, seu sis magistratus, seu priua
tus. Et ideo hoc significans dixit, Et omnes populi.
Seu fueris, inquit, senex, seu iuuenis, seu uir seu mu-
lier. *Quia exaltatum est nomen eius solius.* Alius, Quia
supereminens. *Confessio eius super terram & cœlum.*
Alius, Et hymnus eius. *Et exaltauit cornu populi sui.*
Hymnus omnibus sanctis eius, *Filijs Israel populo
appropinquanti sibi.* Quod autem dicit, est eiusmo-
di. Ostendit quidem ex ijs quæ uidentur omnibus
eius prouidentiam, gloriam, maiestatem: oportet
autem ipsum laudare non propter hæc solum, sed
etiam absque his, etenim & ante hæc, et sine his ei
obtigit altitudo, & gloria, & ab omnibus gratia-
rum actio. Illud autem, Eius solius, dixit, ut ab alijs
Dijs distingueretur. Deinde euehens rursus audito
rem ad altiorem contemplationem, à terra rursus
eum in cœlum transfert. Quemadmodum autem M
in principio è cœlo in terram descendit: ita ab o-
mnibus quæ uidentur effert rursus hominem su-
pra cœlum, dicens. Confessio eius super cœlum &
terram. Hoc est, Etiamsi supernæ potestates, quæ
sub aspectum non cadunt, & intelligentia sola ap-
prehenduntur, non cessant deo gratias agere & lau
dare: Deus tamen qui talis est, & tantus, nos quo-
que dignatus est suum populum uocare, nec solũ
uocare, sed etiam erigere & extollere. Et ideo sub-
iunxit Et exaltabit cornu populi sui, hac rursus ra- Ps.15
tione ad maiorem eius cultum attrahens, & osten- Esa.1.
dens quòd non eorum cultu & ueneratione indi-
gens, quomodo enim, cui natura est attributa glo-
ria, & tot et tantæ subiectæ sint creaturæ? Sed pro-
pter solam bonitatem, eos sibi peculiares effecit &
familiares, claros & insignes reddidit per uniuer-
sum orbem terræ. Quod quidem significans di-
xit, Hymnus omnibus sanctis eius, filijs Israel po-
pulo appropinquanti sibi. Ne eos enim ideo socor
diores & supiniores redderet, quòd eos populum
eius diceret: & in eo solo fiduciam collocantes ani
mæ uirtutem negligerent: postquàm dixit, Hym-

A nus omnibus: non dixit absolutè, Hominibus, sed
Sanctis eius, & rursus postquam dixit, Filijs Israel,
adiecit, Populo appropinquanti sibi. Alius autem
interpres, pro eo qd est, hymnus, dixit, Laus. Quod
ergo dicit est eiusmodi. Si sancti sitis. Si ei appro-
pinquetis, magnam gloriam consequemini. Sunt
enim eius omnia perennia & perpetua, ut qui sit tã
diues, & tantam gloriam habeat. Oportet autem
nostra quoque deinceps consequi, & nos etiam in-
signem splendorem assequemur Gratia & benigni
tate domini nostri Iesu Christi, Cui gloria & domi
natio in sæcula sæculorum, Amen.

IN PSAL. CXLIX.

Antate domino canticum nouum. Si spectetur
c quidem anagoge, dictum est noui testa-
menti nouum canticum. Facta sunt enim
Hier.31 tunc noua omnia, Testamentum. Dabo, enim in-
2.Cor.5 quit, uobis testamentum nouum. Creatura. Si qua,
Col.3. enim inqt, in Christo noua creatura. Homo. Exuẽ-
B tes, inquit, ueterem hominem, & induẽtes nouum
qui renouatur in agnitionem secũdum imaginem
eius q creauit ipsum. Propter nouam ergo uitam,
& alia omnia, dicitur nouum testamentum, & no-
uum eius canticum adhortatur nunc canere Pro-
pheta. Si autem spectetur historia: clarum & insi-
gne canticum, quod pro uictorijs, pro rebus rectè
gestis, pro trophæis, ac triumphis erant decantatu
ri. *Laus eius in ecclesia sanctorum* Vides quomodo an-
te uerba requirit gratiarum actionem, quæ fit per
uitam & bona opera, & ea deducit in chorum lau-
Mat.7 dantium. Non sufficit enim uerbis solum gratias
agere, nisi etiam factorum uirtus concurrat. Laus
" eius in ecclesia sactorum. Aliud quoque hinc do-
cet ostendit enim oportere simul & cum omni cõ-
centu laudes offerre. Ecclesia enim est nomen con
uentus & congregationis. *Lætetur Israel in eo qui fecit
eum.* Ante singularia beneficia ponit generale, per
ea quæ subiunxit propemodum adhortans & di-
cens. Age deo gratias, quòd cùm non esses te pro-
duxerit, & animam inspirauerit. Non est enim hoc
C quoque paruum genus beneficij. Hic autem ali-
quid etiam ostendit amplius. Non solum enim
ostendit creationem, sed etiam familiaritatem &
coniunctionem demonstrat sic dicendo, & iubet
gratias agere, nõ solum quòd ipsum fecerit, sed etiã
Esa.30 quòd suum populum. Vides quomodo eum lau-
11. dans, & deo coniungens, non uult eum solummo-
Ro.12 do gratias agere, sed cum gaudio, cum lætitia, ardẽ
tique & incitato animo. Hæc enim omnia significa
uit, Per illud, lætentur. Eius ergo qui agit gratias re
quirit affectionem. Vt ardeat desiderio. Vt excite-
tur amore. Vt deo qui laudatur totus omnino de-
dicetur. Quemadmodum hoc ipsum quoque alibi
Ps.41 significans, dicebat. Quemadmodum desiderat
ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima
mea ad te deus. Et rursus. Sitiuit anima mea ad
deum fortem uiuum. Et rursus. Sitiuit anima mea
multipliciter tibi caro mea. In terra deserta inuia &
inaquosa, quod quidem alius interpres dixit, In ter
ra sitibunda. Volens enim sui animi affectionem
& desiderium ostendere, eam comparat terræ siti-
bundæ & ceruo sitienti. Porrò autem rursus quo-
que uerbis ostendit idem desiderium dicens. Quã-
do ueniam & apparebo ante faciem tuam? Tales D
enim sunt sanctorum animæ, sicut anima Pauli, Ps.41
quæ quòd differretur ex hac uita excessus ingemi- 2.Cor.5
scebat. *Et filij Sion exultent in rege suo.* Vides eum si-
gnificare, id quod antea dixi, familiaritatem & cõ-
iunctionem, esse electum eius populum, & ideo su
biunxit illud, In rege suo. Non erat enim solum "
Rex ratione opificij, sed etiam ratione coniunctio-
nis. *Laudent nomen eius in choro.* Vide rursus eum re-
splendere concentum. Ideo enim instituti sunt cho
ri, ut omnes simul concordibus animis laudes of-
ferant. Hoc enim significat Paulus, dicens. Per hoc
quod dicit, Non relinquentes cogregationem suã. Heb.10
Hoc autem significat etiam precatio quæ simul af-
fertur ab omnibus. Pater noster qui es in cœlis. Et Mat.6.
dimitte nobis debita nostra. Et ne nos inducas in Luc.11
tentationem, sed libera nos à malo, nomine plura-
li utentes. Ita etiam docebãtur antiquitus cum nu
meroso cõcentu deo canere & psallere omni ratio-
ne instituti ad charitatem & concordiam. *In tym-
pano & psalterio psallant ei.* Nonnulli quidem, ho- E
rum instrumentorum rationem sumentes anago- 1.Cor.4.
gicè, dicunt tympanum quidem requirere carnis Col.3
nostræ mortificationem. Psalterium autem, ut in 1.Pet.3
cœlum aspiciatur. Hoc enim instrumentum à su- Ps.122.
perna parte mouetur, non ab inferna, ut cithara. Esa.51
Ego autem illud dixerim, quòd per hæc instrumẽ
ta olim sic ducebantur, propter ingenij eorum he-
betudinem, & quòd paulò antè auulsi erãt à simu-
lachris. Quemadmodum ergo concesit sacrificia:
ita etiam hęc permisit, ad imbecillitatem eorum se
accommodans. Ab eis ergo hic exigit ut canant
cum gaudio. Hoc enim sibi uult illud, Laudent no
men eius in choro, cum modulato concentu cum
uita pura. Deinde eos rursus ad maiorem animi
alacritatem excitans, dicit eius qui canitur in eos
beneuolentiam. Subiungit enim. *Quia beneplacitum
est Domino in populo suo.* Quid cum hac possit prospe
ritate conferri, quando Deus fuerit clemens & pro-
pitius? *Et exaltauit mansuetos in salutem.* Vide quo- ὑπσώ-
modo rursus ponat & quæ Dei sunt & quæ homi- σει,
num. Quemadmodum ergo superius ab eis gratia- exaltabit
rum actionem exigens, quæ Dei sunt intulit, dicẽs. F
Quia beneplacitum est domino in populo suo, ita
etiam hic rursus quæ Dei sunt promittens, ea etiam
exigit, quæ sunt hominum, dicens, *Et exaltabit man-
suetos in salutem.* Exaltare enim est dei. Mansuetum
autem esse, hominum. Quæ enim à deo proficiscũ
tur, non fiunt, nisi præcesserint ea quæ sunt homi-
num. Vide autem doni magnitudinem. Non dixit
absolutè, Exaltabit, sed, Exaltabit in salutem. Hoc
est, Non solum liberabit à malis, sed faciet etiam
claros & conspicuos, cum salute eis quoq; prębens
gloriam. Hoc itaque explanans rursus subiunxit,
dicens. *Exultabunt sancti in gloria.* Quemadmodum
illic requirit mansuetos: ita hic etiam sanctos. Deus Esa.45
enim ubique sua ostendit cum miraculis. Ita eos Hier.15.
liberauit ab Aegypto. Ita eos reduxit à Babylone, Ezc.33.
non solũ in liberatione, sed etiam in rerũ gestarũ
miraculo eos clariores efficiens. *Lætabuntur in cubi
libus suis.* Magnam ostendit securitatem, quòd ita re
ducti sunt, magnam quietem, magnam lætitiam Ps.43.
magnam uoluptatem. Hæc autem dicit, ut sciant 78.74
non suis armis, nec suis uiribus, sed dei auxilio id Esa.40
totum factum esse, & oportere id attrahere per hu- 41

militatem & mansuetudinem. *Exultationes dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam uindictam in nationibus, increpationes in populis.* Ostendit hic bellum cum chorea gerendum, & qd canentes & laudantes sic uincent. Exultationes enim dicit hymnos, psalmos, gratiarum actiones. Et ideo exultationes alius dicit hymnos. Ad faciendam uindictam in nationibus, Increpationes in populis. Quid hoc est? Quoniam qui uicerant, asi dudē probra in eos ingerebant, pollicetur se rebus ipsis eos redarguturum, & ostensurum, quòd non dei imbecillitas, sed ipsorum peccata dederunt eis uictoriam. Cùm itaque satis pœnarum dedissent, solum annuit benignus & clemens Deus, & res eorum in admirabilem uenere mutationem. Vide autem insignem uictoriam. Subiungi tenim, & dicit.

Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Iosue.10.11 12. Vidisti uires ingentes. Non solum enim expulerunt hostes, sed ijs etiam captis reuersi sunt, dei potentiam ostendentes. H *Vt faciant in eis iudicium conscriptum.* Quid est iudicium conscriptum? apertum, manifestum, quod est in confesso, quod non potest dari obliuioni. Quæ enim Dei sunt, sunt eiusmodi, ut & rerum gestarum magnitudine & miraculorum excellentia in omne tempus extendantur. Talis ergo erit, inquit, uictoria, & tale trophæum, ut sit omnibus manifestum, æquè apertum acsi esset in columna scriptum, & nunquam deleretur. *Gloria hæc est omnibus sanctis eius.* Quænam ea est? Vicisse, uel potius non absolutè uicisse, sed ita uicisse per dei opem, per supernum auxiliū. Vide autem quomodo meminit sanctorum, eos ad bene instituendæ uitæ & uirtutis studium excitās. Mihi autem uidetur non uictoriam tantum dicere gloriam, sed laudes, hymnos, & cantica, docens per omnia, quòd qui deum laudant, magnam gloriæ accessionem suscipient, & se clariores efficient, Gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi. Cui gloria & potentia in sæcula sæculorum, Amen.

I IN PSALMVM. CL.

Laudate deum in sanctis eius. Alius, In sancto suo. Alius, In santificato suo. Vel hoc hic dicit de populo, uel de uita sancta & sanctis uiris. Vide autem quomodo librum rursus concluserit gratiarum actione, docens nos oportere hoc esse principium & finem eorum quæ & facimus & Col.3. dicimus. Et ideo dicit Paulus, Omne quodcunque facitis in sermone & opere, Semper gratias agite deo & patri per ipsum. Ita etiam precationis nostræ Mat.6 Luc.11. proœmium hinc capit initium. Dicere enim, Pater noster, est eorum qui agunt gratias propter dona quæ acceperunt, & ea omnia per hoc nomen ostendunt. Qui enim dixit patrem confessus est filiorū adoptionem. Qui autem confessus est adoptionē, iustitiam, sanctificationem, redemptionem, peccatorum remissionem, suppeditationē sancti spiritus prædicauit. Oportet enim hæc omnia prius extitisse, ut nos filiorum adoptione sic fruamur, & qui patrem uocemus digni habeamur. Mihi autem uidetur aliud quoq; dicere. In sanctis enim suis. Id est, Per sanctos suos. Gratias ergo agite quòd talem uiuendi formam in uitam introduxerit, uel etiam homines angelos effecerit. Et ideo cum prius dilexisset, In sanctis subiunxit, *Laudate eum in firmamento uirtutis eius*, id quod iam dixi indicans. Hoc est enim deo magis curæ quàm illud. Cœlum enim propter hominem, non propter cœlum homo factus est. Alius autem, pro eo quod est, In firmamento, dixit. In eo quod deleri non potest. Alius, In firmamento potentiæ eius. Porrò autem aliud quoque mihi uidetur significare, sicut in priori psalmo. Quemadmodum enim illic dixit laudate eum Angeli eius, ita etiā hic dicit, Laudate eum in firmamento eius. Hoc est, Qui estis in firmamento eius. Non cessat enim assiduè supernas quoque potestates assumere socias laudationis. *Laudate eum in uirtutibus eius.* Alius, Per potētias eius. Hoc est autem quod dicit, laudate eum propter uires eius, propter potentiam eius, propter miracula eius, propter uirtutem quā ostendit per omnia, quæ sunt infra, quæ sunt supra, quæ communiter fiunt, & quæ priuatim, quæ sigillatim & quæ perpetuo. Laudate eum secundū L multitudinem magnitudinis eius. Et quomodo fieri potest ut laudem emittat, quæ eius magnitudinis multitudini respondeat? Non dicit laudem quæ respondeat, sed quantam, inquit, potes animo comprehēdere multitudinem eius magnitudinis, tantam & talem offer quātum tibi conceditur, qua- Psal.33 70 lem par est offerre magno deo, & supra modum Esa.24. magno, eum qui homo est. Nemoenim potest dig- 42 nam offerre. Vidisti desiderium animi. Vidisti inflammatam mentem, quæ urget, instat, & contendit ut uel propriam imbecillitatem superet, & ad ipsum deinceps cœlum euolet, quę deo est colligata, & ei magno desiderio dedicata. *Laudate eum in sono tubæ.* Alius, Per sonum cornu. *Laudate eū in psalterio & cithara* Alius, Per nablum & lyram. *Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo.* Alius, Per chordas & citharam. *Laudate eum in cymbalis bene sonātibus, laudate eum in cymbalis iubilationis.* Alius, In cybalis significationis. *Omnis spiritus laudet dominum.* Alius, Respiratio. Mouet omnia instrumenta, & iubet per omnia offerri deo modulationem, eorum animum accēdens & excitans. Quemadmodum ergo Iudæis per omnia instrumenta: ita nobis præcipit laudare deum per omnia membra, per oculos, per linguam, per aures, & per manus. Quod quidem Paulus quoque significat, dicens. Exhibete corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, deo bene placentem, rationalem cultum uestrum. Laudat enim oculus, quando non intuetur impudice, & lingua, quando psallit, & auris quādo improbas cantilenas & accusationem proximi nō suscipit, & mens, quando dolos non struit, sed scatet charitate, & pedes, quando non currunt in uitium, sed ad res bonas gerendas, & manus, quando non ad furta & rapinas, nec ad pulsandū & uerberandum, sed ad eleemosynam, et eos defendendos quibus fit iniuria, extenduntur. Tunc enim fit homo numerosa cithara, numerosam quandam modulationem deo offerens. Illa autem instrumenta tunc illis permissa fuerant, et propter eorum imbecillitatem, et quòd eos in charitate et concordia contemperarent, et mentem eorum excitarent, ut lubenter facerent quæ eis erant utilia, et quod per talem animi delectationem uellet eos ad maius studium adducere. Cùm enim deus intelligeret quam essent illiberales, socordes, et supini, eos hac

ratione

A ratione excitare uoluit, eorum in assidendo laborem et assiduitatem iucunda modulatione temMar.ult. perans. Quid est autem, In cymbalis significationis? Psalmos ita dicit, Neque enim temere cymbalū Ro.10 pulsabant, nec temere cithara sonabant, sed quan-Col.1. tum fieri poterat, et per cymbala, et per tubas, et 1.Cor per cytharam ostendebant significationem psal-Ephe.10 Es.49. morum et labor et studium quod in hæc conferebant, afferebat eis magnam utilitatem. Omnis spi-140. ritus laudet dominum. Postquam uocauit eos qui sunt in cœlis: postquàm populum excitauit, postquàm omnia instrumenta commouit, ad omnem deinceps naturam egreditur, omnem deinceps etatem uocans ad modulationem, senes, uiros, iuuenes, impuberes, mulieres et omnes qui orbem terræ habitant, ex hoc loco noui testamenti iam semina deiiciens quod per uniuersum orbem terræ propagatū est. Deum ergo perpetuo laudemus, nec pro omnibus gratias agere et uerbis et factis intermittamus. Hoc est enim nostrū sacrificium, et oblatio. hoc est optimum ministerium, quod decet B Euangelicam uitæ institutionem, et si Deum ita laudare perseueremus, et præsentem uitam absque ulla offensione peragemus, et bona futura consequemur. Quæ detur nobis omnibus consequi, gratia et miserationibus domini nostri Iesu Christi. Cum quo patri cū sancto spiritu, gloria, honor, et potentia nunc et semper et in scla sæculorū, Amen.

Expliciunt homiliæ Diui Ioannis Chrysostomi in psalmos dauidicos Gentiano Herueto Aurelio interprete.

SERMO DIVI IOANnis Chrysostomi super illud Sapientiæ, Iustorum animæ in manu Dei sunt &c.

Sap.3.a

* C IVSTORVM animæ in manu dei sunt, & non tanget illos tormentum. Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est malitia exitus illorum, &c. Qui sanctorum merita religiosa charitate miratur, quique iustorum glorias frequenti laude colloquitur: eorum mores actus, atque iustitiam imitetur. Quoniam quem delectat sancti alicuius meritum, delectare hunc debet pari cura cultus dei & obsequium. Quare aut imitari debet, si laudat: aut laudare non debet, si imitari detrectat: ut qui alium laudat, se laudabilem præstet: & qui sanctorum merita admiratur, mirabilis ipse uitæ sanctitate reddatur. Nam si propter ea iustos fideléque diligimus, quòd in ipsis iustitiam fidémque suspicimus: possumus nos quoque esse, quod sunt, si faciamus ipsi, quod faciunt. Neque enim difficile nobis est, quod ab ipsis geritur, imitari: cùm sine præcedenti exemplo ab antiquis talia gesta conspicimus, ut non ipsi aliorum æmuli redderentur, sed æmulandæ uirtutis seipsos nobis præberent exemplum, ut dum nos ex ipsis, D ex nobis alij proficiunt: sic Christus in suis semper in secula sanctus laudetur. Vnde ab origine mundi innocens Abel occiditur, Enoch deo placens transfertur, iustus Noe inuenitur, Abraham fidelis probatur, Moyses mansuetus dignoscitur, Iesus castus, Dauid lenis, Helias acceptus, Daniel san- Iosue filius Nun ctus, tres pueri uictores redduntur: apostoli discipuli Christi credentium magistri habentur. E quibus eruditi confessores fortissimè pugnant, martyres perfecti triumphant, & Christiani semper exercitus diabolum deo armati debellant. In istis semper diuersæ uirtutes, dissimiles pugnæ, gloriosæ uictoriæ. Vnde tu Christiane delicatus es miles, si putes te posse sine pugna uincere, sine certamine triumphare. Exere uires, fortitudine dimica, atrociter in prælio concerta. Considera pactum, conditionem attende, militiam nosce: pactum, quod spopondisti: conditionem, qua accessisti: militiam, cui nomen dedisti. Hoc enim pacto quos miraris cuncti pugnarunt, hac conditione uniuersi uicerunt, hac militia triumpharunt. Denique cō- E fidera te, præsente deo, cum hoste pugnare. Fauet ille, ut uincas: fauet dominus, ut obtineas. Cùm pugnas, adest: cū dimicas, pśens est. Tantū. n. uiriū de eius præsentia concipis, quantùm inimico debilitatis accidit. Tu erigeris per uirtutē, hostis incidit in debilitatem: tibi arma diuinitus mōstrantur, illi malitiæ tela franguntur. Tibi conspectus dei uiriū adhibet incremēta: hosti pśens maiestas adimit nocendi uenena. Tibi angeli plaudūt, illi formidinē adhibent: tibi fortitudo tribuitur, illi malitia infirmatur. Quibus tu foueris, ille opprimitur: qbus tu erigeris, ille prosternitur. In tua pugna, dominus congreditur, dominus dimicat, dominus prælia-tur, & uictoria tibi ascribitur. Certamen tuum dei certamen est, prælium tuum Christi est prælium. Quid trepidas, qui formidas, quasi tua uirtute deuincas? Prende arma, procede in bellum, fortiter dimica, ut dimicanti adsit ille, qui uinci non nouit. Non potest imperatorem promereri, qui hostem à se noluerit superari. Non potest regi esse acceptus, qui hosti fuerit lenocinatus. Nec enim hostem poterit uincere: nisi qui atrociter uoluerit dimicare. F Victoria militis, peremptio est hostis: & peremptio hostis, gloria est imperatoris. Denique in certamine Christiano aut superstes miles prostrato hoste beatus de prælio redit, aut hostem uictor moriendo deuincit. Feliciter enim uincunt, qui post uictoriam uinci non norunt. Feliciter uincit, qui & diabolum & mundum post uictoriam derelinquit. Feliciter uincit, qui proficiscens è mundo diabolum quem in præsenti deuicit, in futuro cum domino iudicabit. Alios enim post unum certamē ad alias uictorias dominus seruat, alios consummato martyrio iam coronat, alios uictores retinet in exemplum, alios iam perfectos transmittit ad cœlum, alios frequenter desiderat uidere certantes, alios passione iam meritos imponit regnis cœlestibus triūphantes: ut imperatoris Christi ab omnibus dignatio collaudetur, qui in suis & semel & frequenter hostem deuincit: & quem, quomodo pugnare uiderit, munerabit, tantùm contra hostem excitetur animus, exeratur uirtus, deuotio pparetur, ut procedens miles ad bellum, uel primo prælio corone-

tur:uel frequentibus trophæis, palmarum numero honoretur Sic dimicarunt Christiani, quos dili gere consuesti:sic præliati sunt, quos semper ama-
Da.3. c.d ſti. Denique tres pueri in Chaldæa, Barbari regi dū terrores despiciunt,formidines calcant,minas con temnunt: sic eundem regem cum suis ignibus deui cerunt. Daniel quoque cultor dei,amator iustitiæ, ueritatis defensor,dum in adhærendo deo, regis e-
Actо. 3.a dicta contemnit: sic & leonum rabiem uicit, & de inimicorum interitu exultauit. Petrus & Ioannes apostoli ad adorandum deum, hora nona templū Salomonis ascendunt: claudum curant, uirtutem faciunt, quinque milia hominum prædicando ac-
Ibid. 4.a quirunt. Vnius cura, multitudinis salus efficitur. Vnus enim curatur, sed multorum salus acquiritur uexato sanitas redditur, sed prauitas in obduratis corrigitur. Ascendunt apostoli dominum depreca ri,sed preces claudi non poterant aspernari. Præue niuntur precibus preces:rogantem Claudum roga turi antè audiunt, quàm precarentur: nec permit-
H tit claudus orare illos, quos petit:nisi prius accipe ret,quod optauit:ut antè ab eis,quod uoluit, impe traret,quàm ipsi à domino quod uolebant, expe terent. O gloriosum meritum apostolorum,qui an tè in templo operantur, quàm ipsi dominum de precentur:antè uirtus ostenditur, quàm oratio ad dominum præmittatur: effectus preces præueniūt uirtutes desideria antecedunt. Nec expectatur,ut uota ad dominum præmittantur:quia dominus ip se ante efficit, quàm oretur. Interea claudus aliud petit,& aliud accipit:aliud postulat, & aliud impe trat:aliud cupit accipere,& aliud à domino meruit impetrare. Postulat eleemosynam,& sanitatis accipit curam:petit aliquid ad uictum accipere, & inte
Actо.3.a. gritatem corporis meruit impetrare. Quod petis,in quit Petrus,non habeo:sed aliud dabo,quo ex gra tia dei redundo. Argentū quidem & aurum nō est mihi:quod aūt habeo,hoc do tibi. In nomine Iesu xpi, surge,& ambula sanus. Sanctissimus Petrus ni hil sibi de facto, nihil de ope,nihil de uirtute ascri bit,sed totum illi assignat, per quem meruit, quod impleuit. Denique cura ut dixi, unius claudi nego-
I cium geritur multitudinis:vnus sanus efficitur,plu rimorum utilitati consulitur. Adeò mirantur cun cti uirtutem,stupent factum,honorant dominum. Quinq; milia hoium credūt in xpm ut & claudi de siderium, & apostolorū meritū, & benignitas xpi ad multorū salutem probaretur trahi exemplum.

[Locum illum scripturæ, Agnosce quòd in medio laqueorum pertransis,reperies explanatum in ultimo tomo, ad populum Antiochenum homilia. xv.

Esaiæ.1.e

SERMO DIVI IOANNIS
Chrysostomi super illud Esaiæ, Si nolueritis & audieritis me, bona terræ comeditis &c. Incerto interprete.

I nolueritis & audieritis me, bona terræ co
* f meditis:si autem nolueritis,& non audieri tis me, gladius uos consumet. Os enim do mini locutum est ista. Si uelle aut nolle uestrum nō esset:hoc est, si uiuēdi rectè,an secº libertas adē pta nobis fuisset:nec bonus unq; cœleste munus di gnè perciperet,nec malus suppliciū competēs inue niret:sed totū deo deputaretur authori, q alios im pingeret in cōtemptū, formaret alios in obsequiū. Sed cū diuinæ legis edicta in ecclesia pēdeāt:qbus K
qd fieri deus aut uelit,aut nolit,eiº familia instrua- *Liberum*
tur,ut liberæ qs uoluntatis arbitrio pcepta aut im- *arbitriū.*
pleat, aut contēnat: unde sibi quisq; qđ mereretur, instituat:nec posse aliud mereri,quā uelit:qppe cui legis propositus tenor sit:ex quo qđ uelit, eligat:& qđ nolit, contēnat:ut iudicio hois dei iudiciū cele bretur, ut q libertatē cōcessā in obsequiū dederit, muneretur:q in contēptū duxerit,condēnetur,di-
cente domino:Si uolueritis,& audieritis me: bona Esaiæ.1.c
terræ comedetis. Si aūt nolueritis, &nō audieritis me,gladius uos cōsumet. Os.n.domini locutū est ista. Ostendit dominus hoiem se liberū cōdidisse, ostēdit uiuēdi cōpotē, ostēdit proprię uolūtatis au thorē. Sed beata uolūtas est, q̄ seruiēdo cōparat li bertatē. Misera seruitus,quā generat libertatis exces sus. Beata inquā libertas,q̄ seruit legi:obtēperat iu dici,paret authori,q̄ humilis deo est,subiecta xpo, q̄ imperata tenet,iussa cōplet,pcepta cōseruat,cōtē dit ut placeat:ut promereatur,instat:timet offende re,ueretur delinquere,amat diuina monita frequē tare. Vt.n.obseqa legis obtinēt libertatē, ita contē ptus generat seruitutē. Domini uox ē: Qui facit pec Ioan.8.d
catū,seruus est peccati. Cessat.n.culpę defensio,ubi L
legis pcesit cōtēptio:nec facilè seueritas iudicis fle ctitur,ubi edicti admonitio annullatur. Inexcusā-
tus est reus,cui p cōtēptū legis, iudex fuerit inimi-
cus:nec in iudicio merebitur ueniā,q audacter cō-
traxerit culpā. Quare iudex admonet,ne peccetur: dū obseruari iussa psuadet, dū se obseruātibº,patrē cōtēnentibus,iudicē cōminatur. Ama patrē pstruē tē:time iudicē cōminātē. Vtrunq;.n.salutare & bo nū est. Si.n.amas,obaudi:si times,deserui. Promissi pmij,& destinati supplicij ante oculos diuersa cōsti tue. Nullū momētū sit,quo nō ista ptractes: nullū tps,quo non,q̄ destinata sunt, cogites. Dum enim hęc iugiter meditaris ac loqueris, teipsum instigas. Præsto est lectio,q̄ psuadeat. Non pōt cogitare pec catū,qui suppliciū cogitando ueretur:non pōt de-
linquere,q futura pmia meditatur. Sint ista in cor-
de,& nunquā delinquitur:frequententur in ore,& nunquam peccatur. Obliuio mandatorū,causa est delictorū: formido supplicij, abolitio est peccati. M
Cæterū contēptio legis,cōditio est seruitutis. Non enim idcirco seruus liber efficitur,ut ab eodē iussa domini cōtemnantur:aut iō filius potestate patria liberatur, ut beneficia patris cōtumelijs ab eodem dispūgantur. Vnde sic inter hoies mos iste obserua tur, ut libertus ingratus grauiore seruitio addica-
tur,aut filius cōtumax potestate patria abdicetur. Libertatis.n.indignus,qui dominū liberalē offen-
dit,hæreditatē capere non pōt,qui filij nomen per contēptum patris amittit. Sic & hō liberæ uolūta-
tis effectus, datā libertatē amittit, si dominū con-
tēnendo despexerit. Sed dicet aliqs: Cur me deus li beræ uolūtatis fecit,qui legē mihi,scđm quā uiuā, præstitit? Aut cur mihi ordinē uiuendi lex ipsa prę scribit,si natura mihi uiuēdi libertatem attribuit? Nulla libertas recipit conditionē, nulla conditio non affert seruitutē. Aut.n.liberū mihi est facere ex natura, qđ uelim, & lex mihi imponere necessitatē non debet: aut si necessitas mihi per legē imponi-
tur,cur naturæ libertas,q̄ data est, imputatur? Sed ita hoc ipsum ò hō uerè dixisses, si lex cum natura pugnaret.i.si aliud lex,aliud natura pciperet. At cū

A lex naturam procuret, & natura ipsa legis institutа cōseruet:& legis pcepta seruare, sit naturaliter uiue re,(Quicqd.n.lege pcipitur, hoc naturæ iure serua tur:& quicqd natura geritur,hoc pcipi legibus de-
monstratur.) Cur itaq; putes esse diuersa,q̄ conspi-
cis ex rōne esse similia? Cæterū ad hoc hō liberæ uolūtatis à natura formatur, ut q̄ natura genuit, si bi exercēda cognoscat:& quæ natura nō nouit, fu
Gene.1.d gienda esse defendat. Vt.n.bona natura formauit: ita mala interpolator hostis inuexit. Et uidit, inqt, dominus oia q̄ fecit esse bona ualde. Vnde q liberę uoluntatis institutū se meminit,& ingenuitatē suā docente natura cognouerit,qđ natus est,seruet: qđ factus est,uindicet. Aliud.n.uelle esse, q̄ factus est: nō est liberè uiuere, sed conditionē seruitutis exci-
pere. Nā si personā tuam christiane ptractes, liber-
tatis collatę duplex à te debetur obsequiū. Alterū, potestate seruitutis,qua & peccādo addictus es:al-
terū,libertatis collatæ, qua & filius adoptatus es, ut & qđ fueris,seruiēdo testeris: & qđ à domino cō
secutus sis,maiore seruitio fatearis. Non.n.proprio
B merito cōsecutus es libertatē:sed liberalitas domi ni te liberū fecit. Quare si liber ante meritū factus es, acqre maius per obseqa meritū, ut ex tuo serui-
tio,à domino merearis & pręmiū. Tene obsequen-
do,datā à domino libertatē,& per te acquire domi no promittēte,mercedē. Prouocet liberalitas domi ni in obsequiū,quē adoptādo deus festinauit in re gnū,ut dum totū illi dicamus obsequiū,& libera-
litas data seruetur,& pmia promissa reddātur. Per-
det.n.qđ meruit,q diuina mādata contēpserit. Ser-
uitutis astringetur iugo, q non paruerit redēptoris impio. Ingratus est libertatis,q peccando conditio nem excepit seruitutis. Nec cū filijs poterit numera ri,qui contemnendo patrem,meruit abdicari.

EIVSDEM HOMILIA IN LAVDEM
eorum qui comparuerunt in ecclesia,quæq; mo deratio sit seruanda in laudando. Item de hoc quod scripsit Esaias: Vidi dominum sedentem in thro no excelso, &c. D. Erasmo Roterodа. interprete.

C Onspicio uos multo studio adnitentes, ut
c ad effectū perducatis q̄ heri à nobis dicta sunt,eoq; nūc haud grauatē semē doctrinę
Simile. iacimus,qđ hinc bona spes alit aium nostrū. Nam & agricola, quū non sine labore quidē semina de-
posuit, sed uidet terrā feracem segetemq; prouentu exuberantē,superiorum laborū obliuiscitur,atque an reliquū operę conseruationēq; priorū,lucri ex-
pectatione excitatur. Verū hæc agricolatio quātò feracior quantoq; lucrosior est? Nā illa quidē fru-
gū sensibiliū copiā adferens, corpibus reponit ali-
moniā:hæc uerò dū sermonū deponit doctrinam, spiritualiūq; donorū abundantiā adfert, animi di uitias recondit,alimoniā quæ nec consumi, nec ui tiari pōt,reditus qui neq; pereant, neque corrūpun tur,seu arcana quadā & ineffabili prouidentia cō-
seruantur,quorū usus fructus mēte percipitur. Hic est meorū laborum prouentus, hæ sunt opes quas uestræ charitati recodimus. Has itaq; quū conside-

D ro in uobis augescere,gaudeo semp, ut qui nō frustra sementem fecerim,ut qui nō incassum labores pertulerim, ut q in frugiferā pinguemq; terrā, & ad fructificandū idoneā, semen iecerim. Vnde igitur hoc lucrū fore cōiecto, unde pspicio sermones ad opus proficere? Nimirū ex hoc cōcursu,ex eo quòd ecclesiam oium matrē studiosē amplectimini, ex hac pernocte ppetuaq; statione, ex eo quòd ange-
licorū ordinū stationē imitātes,sine cessatione lau des & hymnos offertis cōditori. O mira Christi do *Ἀσχολο*
na. In supnis exercitus angelorū canūt gloriam, in *γία.*
terris hoies in ecclesijs choros agentes ad illorum exēplum eandē canunt gloriā. In supnis Seraphim ter sanctū illum hymnū resonant, in terris eūdem hoium promit multitudo cōmuniterq; tum cœle-
stium,tum terrestriū plaudit celebritas, una gratia rū actio,una exultatio, una beneuolentis gauden-
tisq; choreę statio. Hāc.n.ineffabilis domini sese ad nos demittētis bonitas cōprobauit, hanc electam spiritus cōgregauit sanctus: huius uocē concentus paterno beneplacito cōgruit:è cœlis habet m odu
E lorū consonantiā, dum à trinitate uelut à plectro quopiā mouetur, delectabile illud ac felix resonat melos. Illā angelicam cantionē, illum definere ne-
scium concentū, hoc est studij pśentis alacritatis q; uectigal,hic cōuentus nostri fructus. Eoq; gaudeo, talē consPiciens in uobis probabilē affectum:gau deo dū aiorum uestrorum beneuolentiā alacrita-
tēmq; cōsidero, dū gaudiū spuale, dū iuxta deum exultationē. Neq;.n.ulla res tantū adfert gaudij ui- *Eccleſia-*
tæ nostræ, quātum hoc qđ ex aio gaudetis in eccle *ſtici con-*
sia congregari. In eccclesia gaudenti ū conseruatur *uentus*
gaudiū in ecclesia aio deiectorum, aiorum est re- *laus.*
creatio. In ecclesia dolētiū est uoluptas, in ecclesia *Mat.11.d*
defatigatorū respiratio,in ecclesia laborantium re-
quies. Venite.n.inqt,post me qui laboratis & onera ti estis,& ego reficiā uos. Quid hac uoce possit esse desiderabilius? qđ hac inuitatiōe iucūdius? Ad epu lum te uocat qui in ecclesiā te uocat dominus. Ad reuelationē pro laboribº adhortatur, ad relaxatio nē à molestijs trāsfert pōdus peccatorū alleuās, de licijs animi molestiā,gaudio mœrorē sanat. O mi-
rā eius curā,ò uocationē cœlestē. Festinemus itaq; F
dilecti,ut eandē alacritatē in longū tps porrectam exhibeamus,& cū conueniēte modestia,cōsidera-
tioneq; decente hāc consumemus. Etenim de hoc uobis hodiernum sermonem mouere uolo, in spe-
ciem quidē molestum,cæterū leuem,utilémq; ueri tate. Sic.n.& amantes liberorū patres faciunt,nō so lum ea quæ ad breue tps delectant, uerum ēt quæ *Moleſta*
molestiā adferunt filijs adhibēt: nec ea modò pre- *eſſe nō de*
cipiunt eis quæ statim ostēdunt utilitatē,sed quæ- *bent quæ*
cunq; uidentur quidē esse molesta,salutaria tamen *proſunt.*
sunt,si pficiantur,& hæc multa cura docēt,diligen terq; flagitāt ab eis ut conseruētur. Atq; hunc ser-
monem in longum producimus,ne præsentem la-
borem frustra insumamus, ne sustinentes uigiliæ necessitatem inutiliter in pugilum certamine uerse mur, ne uoces in aerem dissolutæ, ad detrimētum sonent potius quàm ad lucrum. Neque enim nego *Simile.*
ciator è longinquo merces importans, uehementem uētorum incursum, undarúmque exoriētium procellas sustinens, frustra & incassum susciperet eiusmodi labores, uerū ideo maria secat, & audax est aduersus pericula,locáque locis commutat, to-

Gtásque noctes ducit insomnes, ut negociatione detescat. Quod si non cõtingat, sed cum lucro etiam sortis iacturam faciat, ne soluere quidem ancoram poterit, nec illa uaria perferre discrimina. Hoc itaq; scientes cum decente circunspectione huc accedamus, ne pro peccatorum remissione, etiam accessionem peccatis adiunctam domum referamus.

Acclamationes indecoræ.

Quid autem est quod quæritur, quódque à nobis reposcitur? Vt dum diuinos hymnos resonamus, multo tremore contracti, multáque religione ornati, ita demum eos offeramus. Nam sunt qdam inter hos qui hic adsunt, quos ne uestræ quidem charitati arbitror esse ignotos, qui contẽnentes deum, ac spiritus eloqa pro uulgaribus ac prophanis ducentes, incompositas uoces emittunt, nihilóq; melius se gerunt his quos habet insania, toto corpore tumultuãtes ac circumacti, morésque præ se ferentes á spirituali statiõe alienos. Miser & infelix oportebat te cum tremore ac reuerentia angelicam glorificationem resonare, cúmque terrore confessionem reddere conditori, ac per hanc delictorum ueniam postulare. Tu uerò mimorum & saltatorum mores huc inducis, dum indecenter manus iactas, pedibus subsultas, totóque circumageris corpore. Et qui fit, ut non metuas, neque horrescas hæc audens aduersus talia eloquia? Non cogitas ipsum hie inuisibiliter adesse dominum, qui uniuscuiusque motum metitur, & conscientiæ rationem habet?

Tetrici mores in ecclesia.

Non cogitas quòd angeli huic stupendæ assistunt mensæ, cúmque reuerentia hanc circunuallãt? Verum tu ista non cogitas, quoniam ea quæ in theatris audiuntur, quæq; spectantur, mentem tuã obscurarunt: & ideo quæ illic geruntur in ecclesiæ ritus inducis, ideo clamoribus nihil certi significantibus animum incõpositum euulgas. Quomodo ergo ueniam postulabis tuorum delictorũ? Quomodo in domum tuam recipies dominum, qui usqueadeò contemptim offeras precationem? Miserere mei deus, inquis, ac mores à misericordia alienos declaras. Clamas, serua me, & speciem à salute alienã exprimis. Quur se extendunt manus ad supplicandum, quæ semper ad sublime iactantur & in decorẽ circumagũtur, quæque uehementi clamore uiolentique impulsu strepitum habent nihil certi declarantem? An non ista quidẽ partim sunt mulierum in triuijs meretriciam artem exercentium, partim uerò eorũ qui in theatris uociferantur sunt exempla? Quomodo igitur audes angelorũ deum glorificantium hymnis, dæmonum admiscere ludicra? Quomodo autem non uereris hanc uocem, quam illic profers dicens: Seruite domino in timore, exultate ei cum tremore? Hoccine est cũ tremore seruire, sic diffundi distendiq;, ut nec ipse scias quæ loquaris incõposito uocis boatu? Istud uerò contemptus est non timoris, arrogãtiæ non modestiæ, istud ludentium est potius q̃ confitentium. Quid est ergo seruire domino in timore? quũ omne præceptum perfecerimus, cum tremore contractionéque hanc confessionem facere, corde cõtrito mentéque submissa preces offerre. Nec solum seruire in timore, uerum etiam exultare cum tremore, spiritus sanctus per prophetam iubet. Nam quoniam præcepti impletio gaudiũ gignere solet in animo uirtutem exercentis, & hanc, inquit, confessionem cum tremore facere conuenit, ne si depositio metu cõfundamur ac dissoluamur, simul & laborum iacturam faciamus, & deũ in nos prouocemus. Sed quomodo, inquis, fieri potest, ut quis exultet cum tremore? nam impossibile est simul hæc duo accidere, quum inter hæc plurima sit differentia. Gaudium enim est eorum quæ desiderat animus, expletio, rerúmque iucundarum fruitio, ac molestarum obliuio. Metus autem expectatorum malorum in cursus, cooriens aduersus condemnatam conscientiam. Quomodo igitur licet exultare cum timore, nec simpliciter cum timore, sed etiam cum tremore, qui est timoris uehementia, & immodicæ cuiusdam anxietatis signum? Quomodo igitur, inquis, hoc fiet? Ipsa te Seraphim docent, re ipsa tale ministerium implentia. Nam illa ineffabili gloria conditoris fruuntur incomprehensibilem eius pulchritudinem contemplantia. Non dico illam ut est natura, hæc enim incogitabilis est, nec spectari potest, nec figura exprimi, absurdúmque est sic de illa opinari: sed quantum concessum est, quantũ ex illo splendore possunt comprehendere. Quoniam enim assiduè famulantur in circuitu throni regalis, in iugi gaudio perseuerant, in sempiterna delectatione, in exultatione finem non habitura, gaudentia, saltantia, citra ullum silentium gloriam canentia. Nam stare in conspectu maiestatis illius, déque splendore illinc refulgente illuminari, hoc illis est gaudium, hoc illis exultatio, hoc illis uoluptas, hoc denique gloria. Fortasis sensistis aliquid uoluptatis, & cupiditas quædam illius gloriæ uos cepit. Agẽ, utinam uelitis adhortantem auscultare, præsentémque gloriæ diuinæ celebrationem religiosè peragere. Nam non destituet uos huiusmodi gaudium, siquidem ipse est ille dominus, qui & in cœlis & in terris glorificatur, plenique sunt cœli & terra gloria eius. Quomodo fit igitur, ut illa Seraphim quũ eiusmodi uoluptate fruantur, hãc cum timore misceant? Audi quid dicit propheta: Vidi dominum sedentem in throno excelso & eleuato. Quam ob causam, quum dixisset, excelsum: adiecit, eleuatum? An non satis erat per celsitudinẽ rem totam significare, declararéque dignitatis eminentiam? Quapropter ergo addidit, eleuatũ? Vt cathedram incomprehensibilem demonstraret: quãdoquidem apud nos quod excelsum est, cogitationẽ quandã pbet comparationis ad ea q̃ humilia sunt ac submissiora. Veluti excelsi sunt montes ad cãpestria locaq; terræ supina cõparati, excelsum aũt çœlũ sup oĩa terrena sublatũ est. Cæterũ hęc eleuatio sublatioq; solius est illius naturę incõprehensibilis quam neque cogitatione concipere, neque uerbis eloqui quisquam potest, eóque dicit: Vidi dominum sedẽtem in throno excelso & eleuato. Sed qd præterea uidisti ò propheta? Quid circa illum spectasti? Et Seraphim stabãt, inquit, in circuitu eius. Quid faciebant & quid dicebant, qua fiducia fruebantur? Fiducia quidem, inquit, nulla uerum timoris ac stuporis erant plena, ipsa etiam specie metum ineffabilem declarãtia. Duabus enim alis uelabãt faciem, simul excludẽtia radiũ è throno prodeuntem, eo quòd ferre non possent imensam illius gloriam, simul autem & suam religionem ac reuerentiam significantia quam habent erga dominũ. Tali gaudio gaudent illa, tali lætitia exultant, nec solum facies uelant, uerum & pedes. Quamobrẽ hoc faciunt?

Fruitio diuinæ sionis.

Esa. 6. a

Vallis dicit supinas.

Seraphim quare faciem & pedes uelant.

A faciunt? Facies quidem meritò uelant, propter metuendum spectaculum, quódque non possint inaccessam gloriam obtueri. Verum pedes quare simul uelãt? Ac uolebam quidem uobis hoc relinquere, ut ipsi circa huius solutionem laboraretis, circáq; spiritualium rerum uestrã gationem uigilaretis: cæterum ne uestram cogitationem circa huius inquisitionem intentam relinquens, incipiam admonitionem negligere, necesse est ut hoc obiter dissoluam. Quare igitur pedes uelant? Inexplebilem erga conditorem reuerentiam exhibere student, multámq; anxietatem, tum ipso habitu, tum uoce, tum aspectu, deniq; ipsa statione. Quoniam igitur id quod desiderant, quodq; conueniebat non assequuntur, declarãt eo quòd undique uelantur. Nam ita defectum circũtegunt. Vtrũ intelligitis quod dictum est, an operæpreciũ est, ut idem denuo repetã? Agè ut hoc faciam dilucidius, ex rerum nostrarũ exemplis manifestum facere conabor. Assistit aliquis terreno regi, omnibúsque modis molitur, ut q̃ plurimam erga illum reuerẽtiam exhibeat, quò per hoc

Simile.

B maiorem illius erga se conciliet beneuolentiã. Cuius gratia non solum specie capitis, uerum etiam ipsa uoce, ipsa manuũ compositione, ipsa pedũ conũnctione, totiusq; corporis contractione, talem reuerentiam conatur ostendere. Hoc & ab illis incorporeis uirtutibus fit. Quum enim plurimam habeant erga conditorem reuerentiam, & hanc undiquaque conantur præstare: deinde quoniam non assequuntur quod expetunt, quod deest affectui, hoc uelo obtegunt. Hanc ob causam igitur facies ac pedes tegere dicuntur. Quanquam est & alia q̃dam magis mystica speculatio q̃ circa hoc consideratur, non quòd pedes ac facies habent: sunt.n. incorporea quẽadmodũ ipsum numẽ, sed ut hoc humanus sermo declaret, ea undiquaq; metu ac reuerẽtia cõtracta seruire domino. Sic oportet nos assistere, talẽ deo glorificationẽ offerẽtes, metuẽtes, ac tremẽtes, ac tanquã illũ ipsum mentis oculis intuẽtes. Adest.n. hic oĩno, nec tamen ullo modo circũscribitur, uocésq; nostras recẽset. Sic igitur cõtrito

C corde & submisso, laudẽ depromẽtes reddamus eã acceptã, & uelut incensum boni odoris ad cœlum submittamus. Cor.n. inquit, contritũ & humiliatũ

Psa. 50. d

deus non despiciet. Verùm propheta, inquis, exhortatur ut cum iubilo glorificationem peragamus:

Psa. 65. a

Iubilate, inquit, domino omnis terra. Verùm neq; nos talem iubilationem prohibemus, sed uocem prohibemus nihil significantem. Neque prohibemus uocem laudis, sed uocem absurditatis & incõditam, ac mutuas inter uos contentiones, manus incassum temerẽque sublatas in aerem, pedes supplodentes, indecoros effœminatosque cantus, qui sunt eorum qui in theatris & hippodromijs ociantur, lusus: Illinc nobis perniciosa inuehuntur exempla, illinc irreligiosæ uulgarésque uoces, illinc manuum absurditates, contentiones, concertationes morésque incompositi. Nulla res enim æquè eloquia dei adducit in contemptum, atque spectaculorum quæ illic proponuntur admiratio. Proinde frequenter uos hortatus sum, nequis eorũ qui huc aduenĩunt, diuináque doctrina fruuntur, quíque horrendæ ac mysticæ uictimæ participes sunt, ad illa iret spectacula, neu diuina cum dęmoniacis cõmisceret mysteria. Attamen nonnulli usqueadeo insaniunt, ut etiam quum speciem religionis circũ D ferant, & ad profundam caniciem peruenerint, nihilo secius currant ad illa, neque nostris sermonibus auscultãtes, neque propriam reueriti speciem. Verùm quoties eis hũc sermonem ingerimus, & ut caniciem religionẽmque uereantur adhortamur, quod ibi illorum frigus? quã ridiculus sermo? Exemplum, inquiunt, uictoriæ quæ in futuro seculo erit & coronarum sunt illa, plurimámque illinc utilitatẽ referimus. Quid ais homo? Putris iste sermo est ac fallaciæ plenus. Vnde utilitatem isthinc ferre licet? Ex innumeris contentionibus, ex temerè factis deierationibus, malo loquentium? An ex contumeliis conuicijs scommatibúsque, quibus spectatores se mutuò conspergunt? Verùm ex his nihil, cęterũ omnino ex incompositis uocibus, & nihil significante clamore, éque puluere qui submittitur, tum ex his qui impellunt, qui uim faciunt, q accisſant ac dissimulant exemplo mulierum, ✻ utilitatẽ colligis. Atqui hic quidem ipsum dominũ angelorum, omnes prophetæ doctoréscp super thronum excelsum & eleuatum ostendunt, iisque qui digni sunt brauia & coronas distribuunt, indignis uerò gehennam assignãt: atque ipse etiam dominus hoc confirmat. Deinde hæc quidem contemnis, in quibus etiam conscientiæ terror est, & factorum redargutio & pęnarũ accusationumq; anxietas, & suppliciũ ineuitabile. Verùm ut absurdã inuenias tuorum spectaculorum quibus suspensus in hias excussationem, dicis te utilitatẽ capere ex his, ex qbus iacturam pateris irrecuperabilem. Rogo ẽt atq; etiã obsecroq;, ne excusationes excusemus in peccatis. Prętextus.n. ista sunt ac deceptio, qbus nobis ipsis damnũ accersimus. Verũ de his quidem hactenus, tps autem est ut iam ad priorẽ recurramus admonitionem, atq; ut paucis de ea loquuti debitũ orationi finẽ imponamus. Neq;.n. hoc solùm peccatur quòd q̃ hic fiunt parum pro dignitate peraguntur, uerùm ẽt alius quidã grauius obambulat morbus. Quis tandẽ iste? Quòd, q proposuerunt cũ deo colloqui eiq; seruitiũ exhibent, mox hoc omisso suum E quisq; uicinũ arripiunt ordinantq; res domesticas, quęq; fiunt in foris, quęq; in populo, quęq; in theatris, quęq; in exercitu, & qũo alia quidẽ sunt administrata, alia rursus neglecta, & quid in gerendis rebus plus satis fuerit, qd diminutum: in summa, de rebus oĩbus uel publicis, uel priuatis hic colloquũ tur. Et qua tãdem uenia digna sunt ista? Atqui qui cum rege terreno colloqtur, de his tantũ uerba facit de quibus ille noluerit audire, & de quibus rex fuerit percontatus. Quòd siquis ausit iniicere sectus quàm ille uelit, extremo supplicio afficietur. Tu uerò cum rege regũ colloquens, cui cum horrore seruiunt angeli, omisso cum illo cępto sermone, de luto, de puluere, de telis aranearũ loqueris. Nihil.n. aliud sunt huius uitæ negocia. Et qũo sustinebis istius contemptus pœnam? Quis autem te ab hac uindicta liberabit? Verum haud rectè se habent, in quiũt, reipublicę negocia, de his plerunq; loqmur. Ingens periculum. Quid aũt in causa? Eorũ, inquiunt, qui principatũ gerunt incogitãtia. Nõ est principum incogitantia, sed nostra iniustitia, pœna est pro nostris scelerib. exacta. Illa cũcta sursum deorsum miscuerunt, illa qcquid est calamitatũ inuexerũt, illa armarũt hostes, illa fecerũt ut uicti discede

Spectacula perniciosa.

Xατὲ γνῶτι. aliàs, coràm mulieribus.

Simile.

Principũ negligẽtia sæpe nascitur ex culpa populi.

Gremus,non aliunde uobis malorū ẽxamẽ inundauit, q̄ ex hac causa. Proinde quāuis Abrahā quispiā esset q̄ imperaret,quāuis Moses,quāuis Dauid, quāuis Solomon ille sapientissimus, quāuis oium hominum flagitiosissimus:si nos malè uiuimus,nihil interest qualis ille sit, quantū ad causam malorū. Qui sic,inqs, aut quo pacto? Quoniā si trāsgressor legū fuerit,si temerè nullóq; cōsilio feratur, nostra incogitātia nostráq; temeritas talē genuit principē, nostra cōmissa plagā accersierunt. Nā quòd iuxta corda nostra accipim⁹ principes,nihil aliud est,nisi quòd p̄terita peccata nostra talē nobis dedere p̄fectum,siue qs fuerit ex consecratis,siue ex eorū numero q mūdanas administrant dignitates. Quāuis aūt iustus fuerit,adeóq; iustus, ut usq; ad Mosi uirtutē p̄tingat,haud tamē illius unius iustitia,immē sa rebelliū peccata ualebit obtegere,idq; poterit qs ex ipso Mose certò cognoscere. Quum n. ille multis modis afflictus fuisset pro Israel, instanterq; apud deū supplicasset, ut terrā repromissam p̄duxit traderet,tamē quoniā se populus suis peccatis reddiderat ab hac promissione alienū,nō potuit Mosi deprecatio iustā dei sniam immutare, quò minus totus ille populus in deserto prosterneretur. Attamē qs Mose iustior, aut qs plus ualuit apud deū? Dictū est, ualere iusti deprecationē, sed efficacē: hoc est,pnia cōuersionēq; adiutā eorum pro qbus funditur. His uerò qbus mores manēt sine pnia, citráque bonam conuersionem, qūo possit auxiliari iusti deprecatio, quum illi ipsi suis factis obsistāt? Et qd cōmemoramus hoc accidisse toti populo peccāti,quū & paucorū inobediētiū peccata,imò unius iustè imperantiū gratiā superēt? Atque hoc rursus ex eodē populo Israelitico p̄spicias licebit, q Mose rempublicā administrante, quū in terrā alienigena rum irrupissent,pugnámque cū illis commisissent, qūo qdam illorum insanientes in illorum mulieres,totius populi cladem exitiumq; inuexerūt. Hoc aūt qd dicam in uno accidit,uidelicet. Achar, qui quū uariam ex anathemate stolā sustulisset, ēt aduersus populum iram dei succendit. Verū,ut conijcio,nonnullis p̄sentiū ignota est hęc historia. Quā ob rē necesse est,ut paucis de hac loquutus,& sciētes commonefaciā,& nescientes doceā. Achar itaq; fuit unus ex eorum numero,q cū Iesu Naue transire Iordanē,q Iesus fuerat antè dei iudicio delectus, ut Mosi succederet,quíq; typū ac figurā gerebat ueri seruatoris nostri Iesu xp̄i. Quemadmodū.n. ille è deserto per Iordanē in terrā repromissam p̄duxit populū,Sic & seruator noster, ex ignorantię & idolatriæ deserto per sanctū ac salutiferū baptismū in cœlestem Hierosolymā nos traduxit,ad matrem primogenitorū, in qua ueræ qetis paratę sunt mansiones,ubi uita seditionis nescia, pacificáq;. Hic ita que quū eius uirtute q ipsum populo p̄fecerat,Israelitas transmisisset, iámq; admouisset exercitū Hieri cho,nouam illā & admirādam obsidionē moliēs, mox ruituris mœnibus qd loquitur apud populū? Erit anathema hæc ciuitas,& qcquid est in ea, domino Sabaoth,excepta Rhaab meretrice,Hanc seruabitis: Cauete igitur ab anathemate nequādo cō cupiscētes sumatis ex eo,ac p̄datis nos. Consecrata sunt,inqt,oia q̄ sunt in ciuitate: Nā id sonat anathema. Neqs igitur suffuretur ex his q consecrata sunt domino deo,nosq; disperdat è terra. Periculosum erat p̄ceptum, multa diligentia tum dei p̄cipientis, tū legem ferentis Iesu. Vix.n.fieri potuit,ut in tāta multitudine non uiolaretur hęc lex,quū multę res essent q̄ huc impellerēt. Nā uel instabilitas eius populi lucríq; cupiditas,uel qđ non oēs audissent edicti p̄ceptū, uel spoliorū uarietas uelut esca obiecta, habendiq; auidos illectans,facilè ad legis transgressionē perpulisset. Et tamē ea lex erat lata: ac transgressoris capiti periculū imminebat. Quid igitur post hæc? Cōsiderunt mœnia,& quicqd erat in ciuitate uenit in manus obsidētiū. Itaq; quū uniuersus populus seruaret hoc p̄ceptū, unius p̄uaricatio in uniuersam multitudinē cōcitauit irā dei. Peccauerunt,inqt,filij Israel peccatū magnū, & suffurati sunt & sumpserūt ex anathemate, & sumpsit Achar filius Charmi ex anathemate, & indignata est ira domini filijs Israel. Atq un⁹ erat q peccauerat. Qūo igitur peccauerūt filij Israel, ac deus iratus est filijs Israel? Vides qūo unius p̄ctūm toti populo uindictā accersit? Qūo deum aduersus multitudinē hostem reddidit? Quoniā igitur fuerat ppetrata legis trāsgressio,neq; quisquā erat cōscius, p̄ter solū deū q nouit occulta,ultio qdem differebatur: cæterùm q hoc perpetrarat,tametsi uidebatur latere,tamē à conscientia uelut ab igni urebatur. Venit igitur tps quo fieret qđ cōminatus fuerat deus, quóq; p̄ctūm ueniret in propatulū. Misit,inqt,Iesus uiros ab Hiericho in Gæ. Et ascenderunt illuc uiri ferè ter mille fugeruntq; à facie uirorū Gę,& occiderūt ex illis uiros trigintasex,& p̄sequuti sunt eos,& cōciderunt illos,& expauit cor populi, factumq; est uelut aqua. Vide unius peccati pœnā, uide plagā acerbissimā, unus peccarat,& in populū uniuersum mors ac trepidatio irruit. Quid hoc ô bone domine? Tu solus iustus, & recta iudicia tua. Tu cuiq; iuxta propria facta reddis iudiciū. Tu humani generis amator, dixeras in suo quenq; p̄cto moriturū, nec aliū pro alio daturū pœnas. Qđ igitur hoc est tuū iustum iudiciū? Bona sunt tua oia domine,& ualde bona,& ad nostrā utilitatem dispensata. Lues q̄dam,inquit, est p̄ctūm,p ultionē euulgetur ac traducatur apud oēs,ne corrumpat oēs ut ubi cognorint quātas minas una peperit transgressio, fugiāt ultionē,de multis alio q sumendam æternam uindictā. Videns igitur,inqt,Iesus fugam sisti non posse, discidit uestimenta sua ac prostratus est in terram,ea lugubriter lamenta proferens q̄ narrat diuina scriptura. Quid igitur illi respondit dominus? Surge, quur ita prostratus iaces? Peccauit populus tuus, trāsgressus est pactū meū,nec poterunt stare filij Israel cōtra faciē hostiū suorū,donec sustuleritis anathema ex uobis ipsis. Prędicatur igitur hoc in populo,& à deo proditur q hoc ppetrarat,ille fatetur. Respōdit.n inqt, Achar Iesu dicēs: Verè peccaui ī cōspectu dei Israel, sic & sic feci. Videbā in p̄da palliū uariegatū unum pulchrū,ducentáque argenti didrachma, & linguā unam auream quadraginta didrachmorū, & cōcupiscens cepi,& ecce hęc defossa sunt humo in tabernaculo meo. Oia iā in aptum profert, posteaq; p̄spexit illum oia sine mendacio indicasse, nec diffisus est testi seipsum prodenti. Vide autē probrosam ac pnicios am illā mortem Subduxit,inqt,Iesus Achar in cōuallem,filios & filias eius,& uitulos eius,& iumenta eius, & oēs oues eius, & tentorium eius, & oia quæcunque possidebat, & lapidibus obruit ea

Nū.20.b & Deu.1 f & 3.a.

Iaco.5.d.

2.Esdræ. 10.b.

Iesus Nauę figura Iesu xp̄i. Iosu.3.d.

Anathema quid.

Iosue.7.b

Ibidem a

P∫.118.s. Rom. 2.a 4.Re. 14 a.

Ibid. d.

Ibidem.

A omnia populus. Hoc transgressionis præmium, talis dei uindicta, q̄ per corruptelā euitari non p̄t. Hęc itaq; sciētes,cogitemus molestias à nostris peccatis inuehi,singulisq; diebus nostra examinantes crimina, nō alijs sed nobisipsis causam ascribam⁹. Nec.n.principū modo negligētia,sed multò magis nostra delicta,mala accersierūt. Proinde si huc aduenies sua quisq; examinet delicta, nec alīū incusabit,& p̄sente glorificationē resonabit. Qđ autē exigitur ad decentem modestiā, hoc est primū, corde contrito accedere ad deū: proximū, cordis affectū ipso uisibili habitu declarare, statu,manuū decora cōpositione,placida contractáq; uoce: Nā id facile est,& p̄t quisq; uoluerit. Quī fiet igitur, ut omnes suo fungātur officio? Ponamus nobis ipsis legē,dicamúsq;,In publicā utilitatē lex prodita est, & huius utilitatis oportet nos oēs esse participes. Quapropter & indecoras uoces premamus, manuúmq; gesticulatiōes corripiamus,has cōiunctas exhibentes deo,nec incōpositis motibus attollantur. Odit enim hoc deus & auersatur, sicut cōtra,cōpositum

Esa.66.a

B ac modestū amat, expetitq;: Ad quē,inqt,respiciā, nisi ad māsuetū & quietū & trementē uerba mea? Dicamus alijs alij,nō uult deus,ut simul cū ipso loquamur,& iter nos fabulemur, nec patitur ut omisso cū ipso colloqo p̄sentium colloqa suscitemus, cœnoq; margaritas cōtaminemus. Siqdē hoc suam contumeliā esse ducit,non glorificationē. Quòd si quis uoluerit hoc p̄ceptum p̄terire, obturemus illi os,tanq; nostrę salutis insidiatori expellamus,ex ecclesię sanctę castris eiiciamus. Hoc si fecerimus,nostra qdem peccata supiora facilè diluemus, ipsum aūt dominum habebimus in medio nostrum unà cū sanctis angelis choros agentē,& cuiq; modestię coronas distribuentē. Quoniā n. est humanus ac munificus, gaudēs nostra salute, oblectās sese bonis nostris,ppea & cœlorū regnum promisit,& uitę incorruptibilis cōsortium,oiáq; bona p̄parauit, uolens nos in his habere tabernacula. Quæ nobis oibus contingat assequ,gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi,quē decet,gloria, impiū, honor, & adoratio cum patre & sancto spiritu, nunc, & semper,& in sæcula sæculorum, Amen.

C EIVSDEM HOMILIA SECVNDA, DE *eo quod dixit Esaias, Factum est anno quo mortuus est* OZias *rex, uidi dominum sedentem in throno excelso & eleuato.*

γνώμη ex simili.

g Audeo conspiciens uos ad audiendū concurrentes. Quēadmodum.n. appetentia cibi corpis bonā ualetudinem declarat, sic & sermones appetere spirituales, animæ sanitatem arguit. Gaudeo qdem igitur pp hoc, cæterū uereor ne fortè non possim aliquid adferre dignū isto uestro desiderio. Sic & mater amans quoties lactantem habēs puerum,non p̄t illi largiter præbere lactis fontē, attamen quāquam lacte caret, māmam tamen dat. Ille uerò acceptā trahit sugitq;, ore uexatam papillā calfaciens,plus q̄ erat elicit alimēti: ma ter uerò dolet quidē dum ipsius distēduntur ubera,nec tamen repellit puerū, mater enim est, & omnia præoptat perpeti potius q̄ ut partum suū contristet. Itaq; si matres erga fœtus suos tanta charitate afficiūtur, multò magis oportet nos erga uestrā charitatē similiter affectos esse. Nā spūs nixus flagrātiores uehemētiorésq; sunt q̄ naturæ. Itaq; tametsi nobis mensa multā habet penuriam, ne sic qui dē tamē eā occultabim⁹, sed oia in mediū proferētes apponem⁹ uobis. Quòd si paucula hæc sunt, uiliáq;, præbebimus tamen. Nā & ille cui talentū erat creditum,non qa quinque talenta nō attulit ob id incusatus est,sed quòd unū illud detinuerit, dedit pœnas. Siquidē hoc est qđ quæritur apud deum & apud hoies,non, multane aut pauca deponas, sed ne oblationē offeras facultatibus inferiorē. Audistis heri quū nobis datū eēt hoc honoris, ut apud charitatē uestrā dissereremus, p∫almū illum legentibus nobis qui peccatorē è sacrorum ambitu eijciens,angelos supnásq; uirtutes hortabatur ad laudandum oium deū. Vultis igitur & hodie, idē mysticū melos audiamus, propè illic alicubi astātes? Mihi uidetur. Nam si hoies scelerati dum choreas agunt in foro,in profunda caligine,noctéq; intępesta meretricias cātilenas, mollesq; canētes cantiones,totā ciuitatē nobis apiunt,& ad sese cōuertūt: nos cœlestium populorū supernis choris regē uniuersi celebrātibus non accurremus? nō audiemus diuinā illam ac beatā uocem? Et q̄ nobis dabitur uenia? Sed qūo inquis licet audire? Si ipsum ascēderimus cœlū,modo fieri posit,etsi non corpe,certè mente licet: etsi minus p̄sentia,certè cogitatione. Nā corpus quoniā terrestre est ac graue, natura manet in terris. Aia uerò ab hac necessitate libera est, facilliméq; ad altissima lōgissiméque semota loca aduolat,ēt si uelit ad extremos orbis terminos peruenire,aut in cœlū ascendere,nihil est quod uetet, adeò ipsi leues cogitationum alas dedit deus. Nec tantū alas leues dedit, uerū & oculos largitus est, multo q̄ corpis perspicaciores. Nā corpis aspectus siquidē per uacuū aerem appeat aliqd, ad longum interuallū progreditur: quòd si in exiguū corpus impegerit,nō aliter q̄ fluxus q ferebatur,obstaculo repulsus,denuo retrorsum auertitur,uerum animi oculi etiāsi parietes,etiāsi mœnia, etiāsi montium moles, etiāsi cœlorum corpa comperint obstātia, oia facilè p̄tercurrunt. Attamen quū tantā habeat celeritatē,& oculorum aciem aia,nō est ex sese sufficiēs ad intelligentiā rerum spūalium,sed opus habet q ipsam manu porrecta deducat. Faciamus igitur qđ in regum aulis facere solēt, qui cupiunt eas uidere. Quid aūt illi faciūt? Vbi q̄sierint eū cui claues cōmissæ sunt, illū adeunt, alloquuntur & supplicāt,frequenter & pecuniā numerant,ut i ipsis gratificetur. Adeamus ergo & nos unū eorū qbus cœlestes portæ cōmissę iunt,appellem⁹,supplicemus, pro pecunia p̄optam uoluntatē syncerumq; affectū exhibeamus. Et si ille mercedē hanc acceperit, manu nostra apprehensa per oia circūducet,nō ad istā suppellectilē regiam, sed ipsum regē in throno sedentē astātibus exercitibus exercituúmq; ducibus,assistētibus innumerabiliū angelorū & archangelorū milibus, breuiter oia diligēter nobis ostendet quatenus nobis uidere fas est. Quis igitur est iste cui hęc functio cōmissa est, si quādo uolumus ingredi? Esaias prophetarū uocalissimus. Ergo necesse est,ut hūc alloquamur. Agitē, seqmini cōposito gradu incedētes,multo cū silētio: neqs ingrediatur curis onustus mūdanis,neqs elatus, neqs attonit⁹: uerū hęc oia foris ante ostiū deponamus oēs, atq; ita demū ingrediamur. Ingredimur enim in regnum cœlorū, conscēdimus in regiones stellis ful-

Simile.

Simile tenuum.

Ibid. d.

D

E

F

Simile.

Animæ uis.

Scriptūræ quo audiēdæ.

G gurantes. Quæ intus sunt miro silentio plena sunt, mysterijsq; non efferendis referta. Sed aiaduertite: nã scripturarum lectio, cœlorum est reseratio. Et factũ est anno quo mortuus est Ozias rex, uidi dominũ sedentem in throno excelso & elato. Vidisti probi sali beneuolentiã humanitatemq;. Illico nos ad thronũ induxit regium, nec prius circũegit post longos ambitus, sed simul atq; portas aperuit è regione sedentẽ dominum ostẽdit: Et Seraphim, inquit, stabãt in circuitu eius, sex alæ uni, & sex alę alteri, ac duabus qdem uelabãt faciẽ, duabus pedes, & duabus uolabãt, & clamabant alter ad alterũ dicentes: Sãctus, sanctus, sctũs dominus sabaoth. Verè sanctus qui nostrã naturã tantis ac talibus mysterijs dignatus est, q nos talium secretorũ consortes fecit. Atq; iterim me horror ac tremor corripuit huius cãtilenę gratia. Et qd mirũ si me corripuit luteũ ac terrenũ, quum ẽt ipsas supnas uirtutes semp maximo obtineat stupor, eapp auertũt facies alasq; uice murorũ obijciunt, nõ ferẽtes radios illinc proficiscẽtes, & tamen id qd apparebat, ad nostrã imbecillitatẽ sese demittebat. Quur igitur nõ tulerũt? Mihi ista dicis? Dic istis q curiosẽ scrutãtur ineffabilẽ ac beatam naturã, his qui audẽt non audẽda. Ipsa Seraphim ne demissionẽ quidem dei sustinuerũt intueri: & hó ausus est dicere, imò potius hó ausus est aío concipere, quòd naturã ipsam summam posit ad plenũ clareq; uidere. Horresce cœlũ, obstupesce terra, hoc audere maius est iis q̃ ausi sunt illi. Nã quæ tum illi per impietatẽ audebãt, eadem nunc per impietatẽ audent isti. Nã creaturã similiter adorant: qd autem nunc isti cõmenti sunt, nullus eius ætatis hoium neq; dicere, neq; audire sustinuit. Quid ais? Demissio erat qd uidebatur? Erat, sed dei. Etenim si Daniel cui multũ erat familiaritatis ac fiduciæ apud deũ, non sustinuit angelũ sese ipsi demittẽtem uidere, sed cecidit iacuítque pronus, uinculis oculorũ illius dissolutis: qd mirum si Seraphim expauefacta sunt nõ sustinentia maiestatem illã intueri? Neq;. n. tantũ discriminis est inter Danielẽ & angelum, quantũ inter deum & uirtutes illas. Verũ ne nos plus q̃ sat est his miraculis imorãtes uestros aíos in stupore adigamus, agè ad initium historiæ cõuertamur, humilioribus enarrationibus uestros aíos ad eius intelligẽtiã adducentes. Et factũ est anno quo mortuus est Ozias rex. Operæpreciũ est inqrere primũ, qua gratia prophetã nobis tps designarit: Neq;. n. hoc fortuitu temerę́ue facit. Nã prophetarũ ora, dei sunt os. Tale uerò os nihil dixerit obiter & extra rẽ. Ne igitur nos obiter & aliud agẽtes audiamus. Etenim si ij q fodiunt metalla ne minima quidẽ frustula ptereunt, uerũ ubi nacti fuerint aliq̃ uenã auri, meatus oẽs exactè circũspiciunt: multò magis hoc facere nos oportet in scripturis. Et tamen in metallis difficile est inuenire qd uenantur. Etenim quum & metalla sint terra, & aurũ nihil aliud sit q̃ terra, ipsa quoq; naturæ cõmunio similitudoq; celat aspectum eorũ quæ quæruntur. Attamẽ ne sic quidẽ desistunt illi, sed oẽm adhibent diligentiã, etiãsi posteaq̃ inspexerint, sciant qd uerè sit terra, qd uerè aurum. In scripturis aũt non est eadẽ ratio. Neq; n. proponitur aurum terræ cõmistum, sed purum est aurum: Eloqa, inquit, dei pura, argentũ igni exploratũ, probatũ terræ. Siquidẽ scripturæ nõ sunt metalla quę indigeant oparijs, sed thesaurũ præbent paratum ijs qui quærũt opes in ipsis reconditas. Satis est. n. introspexisse, ut omni expleti fructu discedatis, satis est tantũ apuisse, ut illico uideas gẽmarũ splendorẽ. Hæc aũt mihi non temerè dicta sunt, neque fortuito produxi sermonẽ, sed ob id quòd sunt homines quidã opifices, qui posteaq̃ sacros libros in manus sumpserint, deinde repererint uel annorũ numerum positũ, uel nominũ recensionem illico prætercurrunt, & incusantibus respondent, nomina tantũ sunt, neq; quicq̃ habent utilitatis. Quid ais? Deus loqtur, & tu audes dicere, nulla est dictorũ utilitas? Etenim si ad nudam scripturã aspexeris tãtũ, dic mihi, nonne resistes cũ studio, repositasq; scrutaberis opes? Sed qd loquor de tpibus & nominibus titulisq;, disce quantũ ualeat unius tantũ literulæ adiectio, ac desine tota contẽnere noía. Patriarcha noster Abraham (noster. n. potius est q̃ Iudæorũ) hic prius dictus est Abram, qd interpretatum sonat, transitorẽ: post hæc uerò noíe cõmuta to dictus, Abrahã, pater factus oium gentiũ, & uni cum elementũ adiectum, tãtum principatum uindicauit iusto. Quẽadmodũ. n. reges pfectis suis aureas porrigũt tabellas principatus signũ, sic & deus iusto illi honoris signũ dedit literã. Verum de nominibus alio tpe disserã. Quantus autẽ sit fructus si cognoscatur, rursum q̃tum dãnum si ignoretur, apiendum est. Ac primũ quidem id à rebus tparijs demõstrabo. Testamẽta tabularq; de nuptijs de debitis, deq; reliquis contractibus, nisi in frõtispicio consulũ annos habeãt præscriptos, nullam ex sese uim habẽt. Hoc est. n. qd illis robur addit, hoc est qd controuersias dirimit, hoc qd à lite liberat, hoc qd ex inimicis facit amicos. Proinde q talia describunt, nõ aliter q̃ lucerna in cãdelabro poni solet: sic in frõtispicio literarũ, addunt consulum noía, ut oíbus quæ subijciuntur pluceant. Quæ si sustuleris, lumẽ sustuleris, oíaq; tenebris multaq; turbatione cõpleueris. Propterea, omne dati acceptiq; negociũ siue cum amicis siue inimicis, siue cum famulis, siue cũ procuratoribus & œconomis agatur: hac eget cautione, & ubiq; mẽses annos ac dies subscribimus. Quòd si tantũ ualet ea res in negocijs tpalibꝰ, in spũalibus multò amplius profuerit. Siquidẽ hoc declarat prophetias esse prophetias. Neque. n. aliud qcq̃ est prophetia q̃ rerum futurarum enarratio. Proinde q nescit tpa eorum q̃ dicta sunt quæ ue euenerunt, qui poterit hoí contentioso de mõstrare prophetię certitudinẽ? Hinc nobis & aduersus gẽtes certamina contentionesq;, quũ nostra demõstramus antiqora, q̃ quę apud illos habẽtur: hinc nobis aduersus Iudæos infelices multis opus est demõstrationibus ad euincendã ueritatem. Ad uersus Iudæos, inq̃, infelices ac miseros, q ob tpum ignorãtiã in grauissimũ errorẽ prolapsi sunt. Nam si audissent Patriarchã dicentẽ, Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de femoribus eius, donec uenerit cui repositũ est: Siq; obseruassent exacta diligẽtia aduẽtus dominici tpa nõ incidissent in Antichristũ à Christo dilapsi. Quẽadmodũ & ipe Christus eis pdixit, Ego ueni in noíe patris mei, & non recepistis me: Si uenerit alius in noíe suo, illũ recipietis. Vidisti q̃tus error inciderit ex insciti a tpum. Tantã igitur utilitatẽ ne negligas? Quẽadmodũ in agris termini colũnęq; nõ sinũt arua cõfũdi, sic tẽpora

Esa. 6.a

H Diuina natura nec angelis cõprehensibilis.

Dan. 8.c.

Psal. 11.b

Simile.

K Scripturæ nihil habet superuacuũ

Abrahã dionymꝰ. περα-τικὸς.

L Simile.

M

Iudæi obstinati.

Gen. 49.b

Ioan. 5. g

Simile.

A pora non sinunt confundi res gestas, sed dumdirimũt alias ab alijs, & in ordinẽ cõgruentẽ digerunt multa nos liberãt turbatione. Operæpcium igitur est exponere uobis qs fuerit hic Ozias, & quo tpe regnarit, & qbus imparit, & quãto tpe durarit illius principatus, postremò quo uitã finierit. Immo potius iam silendũ est, eo qd necesse sit in immensum historiarum pelagus orationẽ soluere. Qui uerò p tale mare sunt iter facturi, necesse est non fatigatis sed integris remigibus uiã capessant. Nam hãc ob causam passim p mare potius insulęq; positæ sunt, ut & gubernator & uector refocillẽtur, hic quidem remo depolito, ille uerò exurgens à clauo. His de causis & diuersoria cauponęq; ubiq; p uias excogitatę sunt, ut iumẽta simul cũ uiatoribus à labore recreẽtur. Eoq; & doctrinę sermoni, silẽti, tps pfinitum est, ut neq; nos ipsos deteramus uerborũ multitudine, neq; uos delassemus. Atq; hæc tpa nouit Solomon dices, Tps tacendi & tps loquendi. Sit igitur nobis tps tacendi, quo detur & pceptori tps loquendi. Nã q nos afferimus, similia sunt uino qd recens è lacu haustũ est: q uerò dicuntur ab illo, similia sunt uino, qd quoniã uetustatẽ seniúmque colligit, multã adsert tũ utilitatẽ tum uim ijs q opus habent: Nobisque accidit hodie illud euangelij, Post deterius uinũ id qd melius est infertur. Et quemadmodũ illud uinũ nõ uitis genuerat, sed uirtus Iesu xpi fecerat: Ita & huius sermonẽ non humana profundit cogitatio, sed spũs sancti gratia. Quoniã igitur huius liquoris fluxus copiosus est & spũalis, studiosè excipiamus, cautè seruemus, ut assiduè irrigati tẽpestiuũ adferamus fructum deo, q hęc largitus est, cui gloria, honor & imperium cum domino nostro Iesu xpo sanctòque spiritu, nũc, & semper, & in sęcula sęculorum, Amen.

Eccl. 3.a. Chrysostomus dixit præsente episcopo. B Ioan. 2.b.

EIVSDEM IN SECVNDVM LIBRVM Paralipomenon, ubi dicitur. Elatum est cor Oziæ, déq; modestia, tum quòd hominem uirtute præditum non oporteat esse confidentem, deniq; quantum malum sit arrogantia. Homilia iij.

2. Par. 26 c. & 4. Reg. 15

C Benedictus deꝰ, & nostra quoq; ętas progerminat martyres, & nobis hoc honoris contulit dei dignatio, ut conspiceremus hoies occidi pro xpo, hoies q sacro sanguine distillant, ecclesiam uniuersam irrigãte: Sanguine, inquã, distillantes, dæmonibus quidẽ terrifico, angelis uerò desiderabili, nobis porrò salutari. Largita est nobis hoc dei dignatio, ut spectaremus pro pietate belligerãtes, uincentes, coronatos. Neq; uerò solũ contigit hæc spectare, uerumetiã ipsa athletarum corpora accipere. Ac nunc quidẽ uictores illos, & corona insignes apud nos habemus. Sed in pśentia de martyribus sermonẽ reseruemus martyrũ æmulatori, mihiq; uobiscũ cõmuni doctori. Ipsi uerò nunc de Ozia disseremus, iã pridẽ debitum æs alienũ dinumerantes, diuturnosq; audiendi nixus soluẽtes. Nã parturit sat scio, unusquisq; uestrũ, cupiens illã audire historiã, at q parturitionem nixúmque nos interim distulimus, non ob id qd cuperemus uobis intendere cruciatũ sed quòd studeremus uestrũ accẽdere desideriũ, ut uobis à me cõuiuio acceptis, meꝰ apparatus q̃ lautissimus ac suauissimus uideretur. Nã opulẽtis cõuiuatoribus, si cõuiuas acceperint saturos, licet apparatus lauticia, & edulijs opiparis,

Episcopo defert Chryso. sibi cum populo, communẽ uocãs doctorẽ.

Homœosis.

Hic Ozias idem qui Azarias, idem & Zacharias: trinomius nimirum legitur. Altera homœosis non inelegans, etsi ab humili re ducta.

E γνώμη

Luc. 17.c

Aduersus arrogantiam subnascentẽ σωτηρίαν salutaris.

Esa. 43.d

F

2. Paralip. 26.a.

Quo animo studium boni operis persequare, ex simili docet.

Eccl. 7.a.

oculum dignioré cui fidant, ducunt quã tot homi
num uultus? At tu quũ uideas ipsum angelorũ re-
gem tuo cursui agonotherã, hoc est certaminis iudi
cem, & præmiatorẽ præsidere, eo prętermisso ad cõ
seruorũ fugis oculos? Atque ideo sanè post innu-
meras luctas incoronatus recedis, post sudores plu
rimos absq; brauiis uenis ad agonothetam. At nõ
talis erat Ozias, sed in conspectu domini faciebat
quod rectum est. Qui factum est igitur, ut post ui-
tam tam perfectam supplantatus sit, concideritq;?
Nam hoc & ipse demirans hæsito. Quin potius ni-
hil hic esse debet hæsitatione dignum, quandoqui
dem homo erat, res ad peccandum lubrica, & ad
malitiam propensa. Neque id solùm est difficile, ue
rumetiam illud quod incedere iussi sumus per uiã
angustam, & utrinque præcipitio minacẽ. Proinde
quoties & uolũtatis facilitas, & uitæ difficultas in
unum coeunt, ne postea mirare de lapsu. Quemad
modum enim in spectaculis q per funẽ ab imo in
altũ tensum ascẽdere ac descendere meditantur, si
paululũ, deflexerint oculos, inuerso corpore dese-
rũtur in orchestrã, pereũtq; Itidẽ q p hãc incedunt
uiã, si uel paululũ cessarint, pcipitantur. Et tamen
hęc uia tũ angustior est, tũ magis ardua ac prupta,
multoq; excelsior, quã illa per funẽ, ut q̃ sursum ad
ipsum usq; cœlũ protensa est: ac tum nobis maiore
cum periculo ponũtur uestigia, quũ ad summũ &
ad ipsum usq; fastigiũ accesserimus, eo qđ in subli-
mi stantes multus occupat tremor. Atq; una tantũ
uia tuti sunt à lapsu, ne deorsum aspiciant, nẽ ue in
terra demittant oculos. Nã illinc spectare deorsum
tũ difficile est, tũ periculosum. Hanc qdẽ ob causam
propheta nobis assiduè inclamat dicens: In fine ne
corrũpas: aiæ nostræ socordiã retrahens, iamq; col
lapsurã suffulciens ac retinens. In initio quidẽ non
egemus multa exhortatione. Quur ita tandẽ? eo qđ
quilibet hõ etiamsi fuerit oium pigerrimus, aggres
surus negocium plurimam in principio adhibet di
ligentiam, dumq; & animi uiget alacritas & uires in
tegræ sunt ac recentes, facilè ad id quod propositũ
est ptingit: cæterũ ubi maior uiæ pars nobis pacta
est, iamq; alacritatis uigor emarcuit, uiresq; nostræ
defecerunt, nec aliud supereſt, q̃ ut decidamus: tũc
nobis i tpe adest propheta, ueluti pro baculo quo-
piã alloquiũ suũ nobis porrigens ac dicens, In fine
ne corrumpas: Tunc enim diabolus spirat uehemẽ
ti⁹. Et quẽadmodũ piratæ q̃ mare nauigijs infestãt,
nõ tũ ubi conspexerint naues è portu exeuntes, in-
uadũt: qd. n. hinc fructus caperent, si scaphã inanẽ
demergerent? sed ubi redierint onusta plenáq; sarci
nis, tũ demũ oẽs expediunt artes: ita sceleratus ille
dæmõ, simul atq; uidet aliquos multa collegisse, ui
delicet, ieiunia, preces, eleemosynã, castitatẽ, reli-
quásq; uirtutes oẽs, ubi uidet nauigiũ nostrũ esse
plenũ pretiosis pietatis lapidib⁹, tũc irrũpit undiq;
thesaurũ pfodiens, ut in ipsis portus ostiis, scaphã
demergat, iamq; nudos nos ad eũ portũ eiiciat: eó-
que propheta cũctos admonet dicẽs, In fine ne cor
rũpas: qd ab eiusmodi ruina, nõ facilè se qs reflexe-
rit, ut surgat, ppea quod q in profundũ malorũ ue-
nerit, contemnit. Tũ in principio lapsis uenia da-
tur ab oibus ob imperitiã, sed eũ qui post multos
cursus conciderit, nemo uenia dignũ iudicauerit,
eo quòd tũ cadere, nõ tribuitur imperitię, sed negli
gentię. Nec id solũ hic est mali, uerumetiã quòd cõ
plures talium ruinis offendũntur, & ad lapsum so-
licitãtur, ut rursus hoc quoq; noie peccatũ reddatur
irremissibile. Hæc quũ sciamus, auscultem⁹ pro
phetę, & in fine ne corrũpamus. Nã hac de causa, &
Ezechiel clamat dicẽs: Siqs fuerit iust⁹, deinde lap-
sus peccauerit, nõ proderit illi recordatio iustitiarũ
eius, sed in peccato suo morietur. Nã & hic prophe-
ta metuit de fine: Neq; hinc modò, uerumetiã ex cõ
trarijs declarat in fine plurimũ esse momẽti. Siqs, In
quit, fuerit peccator, ac postea mutatus factus fue-
rit iustus, nõ nocebit illi memoria iustitiarũ illi⁹
in iustitia sua uiuet. Vides & hic prophetam de fine
uehemẽter solicitũ. Siqdẽ ut neq; iustitiæ suæ cõfi-
dẽs iustus ad socordiã uersus pereat, p finẽ incutit
illi terrorẽ: neq; peccator ob delicta desponděs ani
mũ, iugiter pseueret in ruina, erigit illũ p finẽ. Pec-
casti, inqt, multa, ne desperes: est. n. unde resurgas,
si finẽ exhibueris non discrepatẽ ab initio. Rursus
ad iustũ: Multa, inqt, rectè feciſti, uerũ ne fidas sub
indicãs illũ casurũ, nisi per finẽ, eandem adhibeat
curam. Vides ut alterius qdẽ socordiam, alterius ue
rò despationẽ sustulerit. Nihil horũ audiuit Ozias,
ideóque per confidentiam decidit ruina periculo-
sa & insanabili. Neq; n. quiuis lapsus eãdem adfert
ruinam: sed quædã peccata cõdemnationi tãtum
obnoxia sunt, quædã grauissimo supplicio puniũ-
tur. Proinde Paulus increpãs eos, q in cõmunibus
cœnis nõ expectabãt fratres, ita loqtur. Hoc denũ-
cians non laudo. Vides peccatũ intra reprehẽsionẽ
consistere, nec aliud habere pmium, quã probrum
obiurgationis. At ubi de incesto loquitur, nõ itidẽ
facit. Sed quo pacto? Siqs tẽplũ dei uiolat pdet hũc
deus. Hic non est probrũ aut reprehẽsio, sed pœna
grauissima. Nouit & Solomon peccatorũ discrimẽ,
q furtũ cũ adulterio cõferens sic alicubi loquitur:
Nõ est mirũ siqs deprehẽdatur in furto, Furatur. n.
ut animã expleat esurientẽ: Sed adulter, ob inopiã
sensus, exitium aiæ suæ conciliat. Et illud, inqt, pec
catum est, sed alterum minus, alterũ maius: qđ alte
ri pbuerit occasionem peccandi, fames, alteri oĩs
adepta sit excusatio. Verũ hic quoq;, dixerit aliqs,
cõpellitur naturali concupiscentia. At non pmittit
elabi uxor quæ illi sorte obtigit, sed instat eripiẽs
illi uenią. Ob id. n. matrimoniũ & huius legitimus
usus pmittitur, neqd horũ excusare posit marit⁹.
Hãc ob cãm data est illi mulier adiutrix, ut efferue
scentem naturam coerceat, ut concupiscentiæ fluc-
tus sedet. Itaque quemadmodum gubernator in
portu faciens naufragium, haudquaquam ullam
impetraret ueniam: sic nec is cui quum per coniu-
gium concessum sit quò lapsum effugiat: tamen
aliena perfodit matrimonia, aut qui quancunque
fœminã curiosis aspicit oculis, habere quicq̃ posset
quo semet excuset, nec apud hoies nec apud deũ,
etiãsi decies milies allegarit naturæ uoluptatẽ. Imò
q̃ posit illic esse uoluptas, ubi met⁹, ubi discrimẽ,
ubi periculũ, ubi tantorũ malorũ expectatio, ubi
tribunalia, ubi accusatiões, ubi iudicis ira, ubi gla-
di⁹ & carnifex, ubi barathrũ, ac deportatio? Oĩa pa
uet metuitq; q talis ẽ umbras parietes ipos lapides,
tãquã uocẽ emittẽtes: oĩa obseruat, oẽs hẽt suspe-
ctos, famulos, uicinos, amicos, hostes, eos q norũt
oĩa, eos q nihil norũt. Quin poti⁹ si uoles, tollantur
hæc oĩa, ponamus nulli notũ esse flagitiũ, præter-
quam ipsi uni, & mulieri, quã adulterauit: quo fe-

K

Exec. 3.c

L

M

A. simili.

Prou. 6.d

1.Co. 11.e

1.Cor. 3.c

Prou. 6.d

I

Homœosi probat si quem religiosi opis nixiũ animi maiorẽ desiderare, quã ingressũ.

Pro. 18.a σύγγνωμον.

& bono malũ lapsum esse peculiarẽ p. ἔπι- H δειγμα

A ret conscientiã redarguentẽ, acerbam & amarulen-
tam accusatricem ubique secũ ferens? Quemadmo
dum. n. seipsum nemo potest effugere, ita nec illam
eius curiæ sniam. Hoc. n. tribunal non pecunia cor
rumpitur, non adulationib⁹ acquiescit, eo quòd di
uinũ est, & à deo nostris imposítum mẽtibus. Verè
Prou. 6.d adulter, p inopiã sensus, exitiũ suæ ipsius aiæ conci
liat. Tametsi ne fur qdẽ immunis est à supplicio, q
dat quidẽ pœnã, sed minorem. Nec. n. iudicia in di-
uersum ordinẽ extrudunt ea q̃ cõparantur, sed per
mittentia suo quęq; manere loco, diminutionẽ in-
ducunt aut exuperantiã. Fortasse nõ intelligitis qđ
dictũ est, itaque necesse est idẽ explanatius dicere:
Bonũ qui dẽ coniugium, sed melior est uirginitas. Bonum est coniugiũ, sed melior est uirginitas: nec
quoniã melior est uirginitas, ideo malũ est coniu-
gium, sed illud qdẽ inferius, alioq; bonũ & ipsum.
Sic & hìc: Malũ est furtũ, sed adulterio minus, quã-
quã & ipsum est malum. Vides peccatorũ differen-
tias? Cõsideremus itaque quale peccatũ hic pecca-
uerit. Elatũ est, inqt, cor illius. Periculosum uulnus
est. n. arrogantia malorũ oĩum fons. Et ut compen
B dio discas morbi malitiã, illud audi: cætera quidẽ
peccata circa nostrã uersantur naturã, at superbia
uirtutẽ incorporeã è sublimi detraxit ac deiecit, eo
quòd diabolũ quũ diabolus non esset, ut hoc esset
Esa. 14.d effecit, nimirũ diabolus. Quòd si testẽ adducã Esa
iã ita de illo loquentẽ, In cœlũ ascendam, & ero si-
milis altissimo: q non libenter recipiunt allegorias
calumniabuntur nostrũ testimoniũ: Sin uero Pau
lum illi adhibuerimus accusatorẽ, nemo iã habitu
rus est qđ cõtradicat. Quid igitur ait Paulus? Tim.
scribẽs, quòd q nup professus est euangeliũ, eũ nõ
oportet ad summã episcopi dignitatẽ euehi: ita fer-
1.Ti.3.b. mè loqtur, Non neophytũ, ne inflatus incidat in cõ
demnationẽ, & in laqueum diaboli: ne eadẽ, inqt,
peccans cũ illo, eadem cum illo patiatur. Hoc uerò
non hinc solũ est perspicuũ, uerumetiam ex his q̃
scelestus ille dęmon consuluit homini, qui primus
oĩum factus est. Quemadmodũ bonis hic mos est,
per q̃ ipsi facti sunt boni, ad eadẽ exhortari proxi-
mos: ita & malis hic est mos, per q̃ ipsi facti sunt im
probi, eadẽ uicinis inuehere. Nã una hæc est illorũ
C malitiæ species ut solatiũ existiment sui supplicij, si
Alienam improbitatem solatio esse improbis. alios in exitiũ attraxerint. Quid igitur diabolus?
Gene. 3.a Suasit Adã, ut conciperet cogitationẽ sua conditio
1.Pe. 5. et ne maiorẽ, sibique cũ deo sperare quałitatẽ: Si. n.
Iaco. 4.b. inqt, hæc res me cœlo expulit, multò magis eadem
non dissi mile apud Sirach c. 10. hunc eiiciet è paradiso. Quapropter & Sirach di-
xit, Deus superbis resistit: nõ dixit, deus supbos di-
mittit, & in peccatis deserit, suóque nudat auxilio:
sed, aduersatur, inqt: nõ quòd instructa acie aut pu
gnã deo sit opus aduersus supbũ. Quid. n. esse pos-
sit superbo infirmius? Nam ut q orbatus est oculis,
oĩum oppositus est iniuriæ, ita & supbus q non ui-
det dominũ: Nã superbia, ut inqt scriptura, est non
nosse dominum: ẽt ab hominib. facilè supatur, po-
steaquã excidit ab illius luce. Quòd si ẽt ualidus
ac potens esset superbus, nihil opus esset deo exer-
citu aduersus illũ, quandoquidẽ & uolũtas illi suf-
ficiebat ad inuertenda oĩa, multò magis sufficeret
ad tollendos illos. Quur igitur resistit? Quò uehe-
mens odiũ declaret erga superbum. Itaq; superbiã
esse uulnus periculosum, tũ ex his q̃ diximus, tum
ex alijs perspicuũ est. Quòd si uultis, ẽt causam ip-
sam unde uulnus hoc accidit, discamus. Siquidem

D

hic scripturæ mos est, si quãdo parat accusare quẽ-
piã, non modò pctũm illius narrare, uerumetiã do
cere nos q̃ fuerit peccati causa. Id aũt eò facit, ut q
sani sunt, eos reddat tutiores cautioréque, ne in ea
dem insidant malã. Sic. r & medici ad ægrotantes in
gre⁹si, anteq̃ curent morbũ, inquirunt uestigántq;
unde morb⁹ sit inflictus, ut ab origine coerceãt ma
lum: ppea quòd qui manente radice, ramos tãtùm
execat, nihil aliud q̃ inanẽ sumit operã. Vbi igitur
scriptura & pctũm & peccati causam eloquitur? Re
prehendit eos qui pcesserunt diluuiũ, ob inconces
sas misturas. Atq; audi quo causam exprimat. Quũ
uidissent filij dei filias hoium esse formosas, accepe
runt illas sibi in uxores. Quid igitur? Nũ pulchritu
do causa est peccati? Absit. Est. n. diuinæ sapientiæ
opus, opus aũt dei nunq̃ possit esse causa peccati.
Sed uidere fuit causa peccati? Ne id qdẽ. Nã & hoc
naturæ opus est. Sed qd tandẽ? Malè uidere, nã hoc
est deprauatæ uoluntatis? Eóque sapiẽs qđã admo
net dicens, ne cognoscas pulchritudinẽ alienã. Nõ
dixit, ne uideas. Id. n. nonnunq̃ fit ultrò, sed ne co-
gnoscas, inqt, illud tollens ne studio aiaduertamus
ne curiosè intueare, ne uitiosæ contemplationi im
moreris, q̃ ab aio corrupto & concupiscentia pro-
ficiscitur. Sed qd, inqet aliqs, hinc mali possit oriri?
Ex hoc inqt amor uelut ignis excitatur. Vt. n. ignis,
ubi fœnũ aliqd aut culmum arripuerit, nihil mora
tur, sed simul ut attigit materiã, lucidam accendit
flammam: Itidẽ & ignis concupiscentiæ q̃ est in no
bis, sic atque p oculorũ intuitum elegantẽ ac uenu
stam attigerit formã, protinus exurit aium. Proin-
de ne spectes temporariã illam, q̃ ex aspectu profici
scitur uoluptatẽ, sed ppetuum dolorem considera,
qui nascitur ex cõcupiscẽtia. Nã illa inflicto uulne
re plerunque celeriter auolat, at uulnus nõ auolat,
sed plerũque manet & interficit. Et quẽadmodum
cerua cõfixa iaculo in uitali corporis parte, ẽtsi ue-
natorũ effugiat manus, nihil inde fert lucri: Sic &
aĩa accepto cõcupiscentię iaculo è lasciuo curioso
que aspectu, etiãsi cũ iaculo pmittatur abire, tamẽ
ipsa p se corrũpitur ac pit, ubique uidens hostẽ, &
insequentẽ habẽs. Sed ad id qd dicere cœperã. Ne-
que. n. cõmittendũ est ut in hoc tã longas sermo-
nis digressiones faciamus, quòd scriptura cũ pec-
catis simul & peccatorũ causas soleat cõmemora-
re. Audi igitur & hic qd dicat de Ozia, Neq;. n. hoc
modo nos docuit: quod fuit elatum cor eius, uerũ
addidit unde fuit elatum. Quũ potens esset, in qt, e-
latũ est cor eius. Nõ ferebat principatus magnitu-
dinẽ, sed quẽadmodũ ex edacitate nascitur ignea
inflatio, ex inflatione gignitur febris, deinde ex fe-
bri plerũq; mors: itidẽ & hic, ex actionũ eminẽtia
nata est superbia. Nã qđ in corporib⁹ est iflatio, hoc
in animis est supbia, mox ex supbia nata est appetẽ
tia rerũ ipsi nõ congruentiũ. Hęc nõ temerè produ
cimus in longũ, sed ne unquã existimetis hos esse
suspiciendos, neque felices ducatis q principatũ ge
runt, quum sciatis quantum habeat negocij con-
ditionis dignitas, nec unquam illos iudicetis misẽ-
ros, qui in egestate & afflictionibus uiuunt, scien-
tes hanc uitam esse multò tutiorẽ. Vnde & prophe
ta clamat dicens: Bonum est mihi domine quod
humiliasti me. Vide igitur quantum ex eminen-
tia natum sit malum. Elatum est, inqt, cor eius usq;
ad corruptionẽ. Quid est, usq; ad corruptionẽ? Vs-

Modis omnibus fugiẽdã esse superbiæ occasionem à apud Sirà simili. Gen. 6.a.

Prou. 6.d

E

Homœosi probat à specie mulierũ oculos esse auocandos.

A cerua iaculo cõfixa.

F

Quod in corporibus inflatio, hoc in animis superbia.

psal. 118. i.

2. Par. 26 c.

G que ad prauas cogitatiões, q̄ prorsus nō aſcēdūt in aium noſtrum, ſi nos ipſos tutamento circunſepia mus: ſed eadem ſi negligenter egerimus, naſcuntur in nobis germinantq̄: ſin occupētur, protinus p̄ſo cātur & obruuntur. Aliæ ſimul & gignūtur & adoleſcunt, atq̄ ad prauas actiones euadūt, omnémq̄ mentis noſtræ ſanitatē corrumpūt, ſi quā do uehementer ceſſauerimus. Hoc itaq̄ dicit, Elatū eſt cor eius, neq̄ ſe intus cōtinuit cōcupiſcentia, neq̄ extincta eſt ſed prorupit, & ad opus uſque paruum progreſſa, totā illius uirtutē corrupit. Beatitudo eſt igitur cogitationē improbā prorſus nō admittere, qđ
Pſ.130.a. & à propheta dictū eſt, Domine non eſt elatū cor meū: nō dixit, elatum quidē eſt, ſed illud cohibui, uerùm non eſt oīno elatum: hoc eſt, iugiter ſeruaui aiam meā inacceſſam malitię. Hoc igitur eſt felicitatis, huic proximū illud eſt, malas cogitationes iam ingreſſas celeriter repellere, neq̄ ſinere, ut illic diutius immorentur, ne in nobis mala paſcua, malámque ſibi gignant alimoniā. Quòd ſi & huc uſq̄ ceſſauerimus, eſt p dei bonitatē & huius ſocordię ſolatiū, multáque ab illa ſumma bonitate talib⁹ uulneribus parata ſunt remedia. Sed agè ſermonē hūc miſſum faciamus, ne qđ in initio uerebamur, nunc
H accidat nobis, rerumq̄ turba ueſtrā perdat memoriā. Quapropter neceſſum eſt ut q̄ dicta ſunt, ſummatim paucis repetamus: Sic & matres facere ſolēt quū poma, aut bellaria, aut aliud ſimile quippiā in puerilē immittunt ſinū, ne p puerorum negligentiā excidat aliqd eorum q̄ data ſunt, contractā undiq̄ tunicula, cingulo ſubiiciunt quo ſint in tuto. Idem nos faciamus, orationē in longum porrectā cōtrahamus, memoriæq̄ cuſtodiæ deponam⁹. Audiſtis quo nihil agendū ſit ad oſtentationē apud hoies, quātúmque ſit malū ſocordia, ut ēt in perfecta uita uerſantem facilē ſupplantarit. Didiciſtis quanta nobis opus ſit cura, potiſsimū ſub uitæ finem, utq̄ nec deſperādū ſit de eo q mutatus inciderit in peccata, neque q bene uixit eū oporteat p ſocordiā in rectē factis confidere. Diſſeruimus uobis de differentijs peccatorū, ne ſmus uehementer intenti ad
I eximias corporū formas, quātúmque hinc oriatur mali demonſtrauimus. Quæ de ſuperbia uobis diximus meminiſtis, quęq̄ de prauis cogitationibus. Hæc ſeruantes redeamus domū, qn potius hæc ſeruantes excipiamus pfectiorē doctoris exhortationem. Nā noſtra quidē qualiacunque ſunt, habent iuuentutis oſtentationē: huius aūt qualiacunque fuerint, maiore prudentia ſunt ornata. Ac noſtra q dem ſimilia ſunt torrenti, q cum ſtrepitu fertur, illius aūt oratio ſimilis eſt fonti magna tranqllitate fluuios effundenti, q olei magis q̄ aquarū curſum imitentur. Excipimus igitur ea fluenta, ut fiant in nobis fons aquæ ſalientis in uitā æternam: quā nobis oībus contingat aſſeq, gratia & bonitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quē, & cum quo patri, ſimul cum ſancto ſpiritu, gloria, nūc & ſemper, & in ſęcula ſęculorum, Amen.

Memoriæ confirmatio à pueris ſumpta ſimilitudine.

Vel hinc etiam nū collige quātū ſit non ita pridē delatū epiſcopis, Lutheri diſcipule dicere uolui Luciferi imitator.

EIVSDEM DE EO QVOD SCRIPSIT *Eſaias, Factū eſt anno quo mortuus eſt* OZias *rex, uidi dominum, déque ciuitate Antiochiæ, et aduerſus eos qui prohibent nuptias, Homilia. iiij.*

P Ræclarū nobis theatrum obtigit, magnificus alacríſque cōcurſus. Quid tandē eſt in cauſa? Semētis heri factæ fructus, hodierna meſsis eſt. Heri plantauimus, hodie colligimus uin K demiā. Non.n. terrā inanimā colimus, ut tardē fructificet, ſed aias ratione præditas. Non eſt natura, q̄ contatur, ſed gratia, q̄ accelerat. Compoſitus ac tractabilis eſt nobis populus, audiendi ſtudioſa plebs eſt. Heri uocati ſunt, hodie coronātur. Admonitionis heſternæ fructus, hodiernū eſt obſequiū. Vnde nos quoque libenter ſemina iacimus, qa purū uidemus aruum, haudquaquā ſpinam q̄ ſuffocat neque uiam q̄ calcatur, neque petrā ſterile, ſed profundū ac pinguē agrum, q ſimul & ſemen recipit, & mox ariſtā nobis exhibet. Hæc eò ſemper loquor, nec lo *Ciuitatis præcipua laus.*
q deſino: quoniā hæc noſtræ ciuitatis laus eſt, non quòd ſenatū habet, non quòd conſules numerare poſſumus, neque quòd ſtatuas cōplures, neque qđ mercīū copiā, neque quòd ſitū habet cōmodū: ſed quòd populū habet audiendi ſtudioſum, quòd tē pla dei differta, quòdq̄ congregationis deliciæ magis ac magis creſcunt indies, quòdque ſermonē habet profluentē, deſideriúmque nunquā ſatiabile. Siquidē ciuitas non ab ædificiis ſed ab inhabitan L
tibus admiranda redditur. Ne mihi narres, qđ Ro- *Romæ præfert ſuam ciuitatem.*
manorum urbs magnitudine ſpacioſa eſt, ſed oſtēde mihi illic populū æquè cupidū audiendi. Nā So *Gen.18.a*
domæ turres habebant, quū Abraham in tugurio moraretur. Attamē uenientes angeli, Sodomas p̄teribant, ad tuguriū diuertebant. Non.n. ædificiorum *Ibid.19.a*
ſplendorē q̄rebant, ſed aiæ uirtutē q̄rentes circumibant. Ita ſanè aliās deſertū habebat Ioannē, ciuitas Herodē, eóque deſertū nobilius erat ciuitate. Quur ita tandē? Quoniā non in ſtructuris ſita eſt prophetia. Hæc dico nequādo ciuitatē p̄dicemus, q̄ moribus diſſoluta dirutáque eſt. Quid mihi narras ędificiorum ſtructuras, qd colūnas? Hæc una cū p̄ſenti uita diruuntur. Eccleſiam ingreditor, ut ciuitatis uideas claritudinē. Ingreditor inquā, uide pauperes à medio noctis uſque ad lucē pſeuerantes, uide ſacra pernigilia, noctē cū die copulantia, uide neque noctu neq̄ interdiu uel ſomni tyrannidē, ac uiolētiam metuentes, uel inopiæ neceſsitudinē formidantes. Magna ciuitas ac totius orbis metropolis. M
Quot epiſcopi, quot doctores huc uenerūt, & à po- A
pulo docti diſcedūt, ac legē illā non ſcriptā ſed cor
dib⁹ inſitā, hìc diſcūt? Quod ſi mihi narres dignitates & opū abundantiā, à folijs nō à fructib. arborē laudas. Hæc aūt loquor haudquaquā aſſentās charitati ueſtræ, ſed uirtutē ueſtrā p̄dicans. Beatus ego propter uos, beati uos pp uos ipſos, beatus q loquitur ad aures audientiū, ſic ego beatus factus ſum. Beati q eſuriunt & ſitiunt iuſtitiā. Videte qūo uos *Matt.5.a*
beati pp uos ipſos eſtis facti: maximè uero beatus eſt uir amans ſermonū ſpiritaliū. Hoc nos diſtinguit à brutis. Nō.n. nos ab illis ſeparat corporis ratio, neque quòd alimur aut bibimus, neque quòd paſcimus aut uiuimus: hæc.n. oīa nobis cum brutis communia. Sed quare diſtinguitur à brutis homo? Sermone, & ob id animal dicitur logicon: hoc eſt, ſermonis particeps. Vt.n. aluntur corpora, ſic a- λόγος,
luntur & animæ, ſed corpus pane, anima ſermone: proinde ſi uideas hominem ueſcentem lapide, nū illum dixeris eſſe hominē? Itidem ſi quem uideris qui nō alatur ſermone, ſed ſermonis ac rationis inopia, nimirum hic & hominis naturam amiſit, ſiquidem uita declarat hominis nobilitatem. Quoniā *Metaphora.*
igitur theatrum nobis differtum eſt, itémque ma-

A repoſitis undis trāquillitatis plenū, ac rurſum pelagus ſedata tēpeſtate quietum ac placidū: agè iam nauē detrahamus, uelū loco expandentes linguam, pro Zephyro ſpiritus gratiā inuocātes, pro temone clauóq̄ cruce gubernatrice utentes. Nam mare quidem illud habet aquā ſalſam, hoc autem aquā uiuam. Illic.n. ſunt animalia rationis expertia, hic uerò aiæ rationales. Illic qui nauigant è mari in terrā, hic uerò q nauigant è terra in cœlū appellunt. Illic nauigia, hic eloquia ſpiritualia. Illic in naui tabularum ſtrepitus, hic ſermonū applauſus. Illic uelum, hic lingua. Illic Zephyri flatus, hic ſpiritus præſentia. Illic hō gubernator, hic uerò gubernator xp̄s. *Nauis ecclęſiæ demergi nō poteſt.*
Eoq̄ ſanè iactatur quidē nauis, at nō mergitur. Poterat quidē & tranquillo nauigare, uerùm nō paſſus eſt gubernator, quò ſimul & nauigātiū p̄ſpicias tolerantiā, & gubernatoris prudentiā plenius cognoſcas. Audiāt gentes, audiāt ludæi benefacta noſtra, audiant inſtās ac feruens eccleſię ſtudiū. A q̄ multis oppugnata eſt eccleſia, nec unquā tamē uicta. Quot tyranni, quot duces, quot iperatores? Auguſtus, Tyberius, Caius, Claudius, Nero, hoies lite
B ris ornati, potētes, tot modis oppugnarūt recētem ac tenerā, at non deiecerunt. Quin potius ij q oppugnarunt ſilentur obliuioni traditi, illa uerò oppugnata cœlū tranſcendit. Neq̄ enim illud mihi ſpectato, qđ in terris ſita eſt eccleſia, ſed qđ i cœlo uerſatur. Vnde hoc dilucidū eſt? Nimirū ipſę res demōſtrant. Oppugnati ſunt undecim diſcipuli, totus or- *Chriſtianorum cōuerſatio quōo in cœlis.*
bis oppugnabat: uerū q oppugnabantur uicerūt, q oppugnabant ſublati ſunt. Oues deuicére lupos. Vidiſti paſtorē oues in mediū luporū emittēte, ut ne fuga qđē ſalutē cōſequerentur. Quis paſtor hoc fecit? Chriſtus hoc fecit, quò tibi demonſtraret q̄ re
C ctè geruntur non accidere iuxta noſtrarū actionū tenorē, ſed p̄ter naturam, pręterq̄ rerum tenorem. *Eccleſiæ radix in cœlo.*
Nam eccleſia radices in cœlo fixas habet potius q̄ in terra. Verùm fortaſsis ethnicus meam deſpicit arrogantiam, ſed maneat donec harum rerum probationē attulero, diſcátq̄ uim ueritatis, quo facilius eſt Solem extingui quā eccleſiam obſcurari. Quis, *M.4.24.c*
inquis, iſta prædicat? Is qui eam fundauit. Cœlum & terra trāſibunt, ſed uerba mea nō trāſibunt. Hæc non modò dixit, ſed & cōpleuit: ſiquidē latius illā fundauit quàm cœlum. Eſt.n. cœlo honoratior eccleſia. Quare conditum eſt cœlum? pp eccleſiam. Eccleſia non eſt condita propter cœlum: cœlum conditum eſt pp hominem, non homo propter cœlum. Id perſpicuū eſt ex his quę fecit Chriſtus: Non enim cœli corpus aſſumpſit, ſed hominis. Verū ne in longum producto ſermone, rurſus hodie uobis debitores diſcedamus (ſcitis.n. q̄ multa ſimus heri polliciti nos exhibituros) qđ polliciti ſumus, repręſentabimus. Nam pp eos qui non aderant, diſtule- *Metaphora.*
ram. Quoniā igitur qui defuerant, ſuo ſunt officio pfuncti, ſuáq̄ pſentia nobis menſam exhibuerunt ſūptuoſā, agè ſanè, apponam⁹ obſonia, obſonia q dē haud putria quanuis heſterna ſint, ſed hęc obſonia nō putēſcūt. Quā ob rē tandē? Non ſunt carnes ut corrūpi queant, ſed ſniæ ſemper florentes. Car- *Diſſimile*
nes enim quoniā corpus ſunt, corrumpuntur: contrà ſentētiæ ſi maneāt, reddūtur fragrātiores. Quid igitur erat qđ heri diximus? Siquidē & ita nos heri participes menſæ fuimus, ut q nonad fuerūt, nihil detrimēti ſint paſsi. Et factū eſt in anno quo mortuus eſt Ozias rex, uidi dominū ſedentē in throno D
excelſo & eleuato. Quis hæc loqtur? Eſaias ille ſpectator cœleſtiū ſeraphim, q cū coniugio cōmerciū
habuit, nec tamen extinxit gratiā. Auſcultaſtis pro- *Eſa.7.a.*
phetā, & audiſtis prophetā hodie, Exitu & Iaſuph filius tuus. Nec iſta oportet p̄tercurrere, Exi tu & fili⁹
tuus. Itáne filiū habebat propheta? Si filiū habebat *Eſaias*
habebat & uxorē, ut itelligas nō ēe malas nuptias, *uxorem*
ſed malā eſſe ſcortationē. Sed quoties cū qbuſdam *habuit.*
de uulgo diſſerimus dicētes, Quur non rectè uiuis? Quā ob rem nō præſtas mores abſolutos? Qui poſſum, inquiūt, niſi diuertā ab uxore, niſi uale dixero liberis, niſi ualere iuſſero negocia? Quā ob rē? Nū
obſtat matrimoniū? Adiutrix tibi data eſt uxor nō
inſidiatrix. An non habebat uxorē propheta? Neq̄ *Matrimonij laus.*
tamen ſpiritus gratię obſtabat cōiugiū, ſed cū uxore cōuictū habebat, & erat nihilominus propheta. Moſes nōne uxorē habebat? Et tamen is petram dirupit, aerē immutauit, cū deo colloquebatur, diuinā irā cohibuit. Abrahā nonne habebat uxorē? Et tamē pater factus eſt gentiū & eccleſiæ. Suſtulit.n. filiū Iſaac. Et hic illi fuit egregiorū facinorū materia. Nōne obtulit filiū, coniugij fructū? Nonne fuit
pater & idē amans dei? Nonne licuit uidere ſacrifi- E
ciū è ſuis uiſceribus fieri? Sacrificū inquā ſimul & patrē, uincí naturam, uincere pietatem, uiſcera conculcari, piáq̄ facta ſuperare, patrē deiici, dei amantem coronari? An non uidiſti totū, & filij amantem
& dei? Nunquid hic obfuit matrimoniū? Quid aūt *Laus*
Macchabæorū mater, nōne uxor fuerat? nonne ſē- *Macchabeorū matris.*
ptē filios addidit ſanctorū choro? Nōne uidit illos martyrio coronatos? Nonne ueluti ſpectatrix aſtabat, nihil aio labaſcēs? Nōne aſtabat obteſtās illorū unūquenq̄, & mater martyrū, ſepties ipſa martyriū præſtitit? Dum.n. illi torquebantur, illa plagam accipiebat. Neq̄.n. adeò ſine affectibus quę gerebā
tur, ſpectabat: mater erat & naturæ illata uis, pro-
priā uirtutē declarabat, at illa non uincebatur. Ma
re qdē erat & undę: Cęterū ſicut mare quū inſanit,
ſedatur: ita & natura cōmota, metu dei refrēnatur.
Quomodo eos aluit? quo eos unxit? quo ſeptem tē
pla deo exhibuit? ſtatuas aureas, imo potius auro
pretioſiores? Neq̄.n. tale quippiam eſt aurū qualis
anima martyrū. Stabat tyrannus, atq̄ ab una mu-
liere ſuſpat⁹ diſcedebat. Illa armis oppugnabat, hæc F
animi promptitudine ſupabat: ille fornacē incendebat, hæc uirtutē ſpiritus: ille exercitū mouebat, hæc ad angelos applicabat aium. Videbat infernē tyrannū, & in aio uerſabat illum in ſupernis regnā tē: uidebat infra ſe tormenta, ac numerabat ſupna brauia: uidebat præſentem cruciatū, & cogitabat futuram immortalitatē. Si nos ſpectaremus non ea quæ uidentur, ſed ea q̄ non uidentur: num quid ob ſtaculi adferret matrimoniū? Quid aūt Petrus ba- *Petrus uxorem habuit.*
ſis eccleſię, ille uehemēs amator Chriſti, ille ſermone indoctus & rhetorū uictor, ille impitus q tamē philoſophis obturauit os, ille q Græcanicam ſapiētiam non aliter q̄ aranearum telam diſſoluit, q terrarū orbem peragrauit, q ſagenam miſit in mare & piſcat⁹ ē orbē? Quid aūt ait euāgeliū? Ingreſſus eſt
Ieſus ad ſocrū Petri febricitātē. Vbi ſocr⁹ ibi & uxor *Mat. 8.b*
ibi & cōiugiū. Quid aūt Philippus, nonne quatuor habebat filias? Vbi uerò quatuor filiæ, illic & *Philippus uxorem habuit.*
uxor & matrimonium. Quid igitur xp̄s? A uirgine quidem natus eſt, uerùm ad nuptias acceſsit, ac do

Num attulit. Non habent, inqt, uinum: & aquā uertit in uinum, uirginitate nuptias honorās, dono id quod fiebat commendans: ut ne abomineris nuptias, sed oderis scortationē, meo periculo, nā ego spōdeo tibi sālutem, etiāsi uxorem habueris. Prospice tibi ipsi. Mulier si proba fuerit, adiutrix tibi est. Quid igitur si non fuerit cōmoda? Fac illā commodu. An nō fuerūt uxores bonę simul ac malę? Ne haberes excusationem. Qualis erat illa Iob? Sed Sara erat bona. Ostendam tibi mulierem & malā & improbā, neq; tamen nocuit uiro. Vxor Iob prauа erat & improba, suasit illi ut blasphemias proferret. Quid igitur? Labefactauit turrim? Deiecit adamantem? Superauit petrā? Depulit militē? Comminuit scaphā? Eradicauit arborem? Nihil horum, sed illa impellebat, & arbor reddebatur stabilior: illa fluctus excitabat, at nauis nō submergebatur, sed secundo nauigabat uento: fructus eius decerpebatur, & arbor cōmota nō est: folia deciderunt, & radix mansit immota. Hæc loquor, nequis excusēt uxoris improbitatē. Mala est, corrige eā. Sed ais, H è Paradiso me expulit: Verūm eadē te in cœlos induxit. Eadem qdem natura, mens tamen diuersa. Sed illa Iob erat mala, uerū Susanna bona: sed illa Aegyptia erat ipudica, uerū Sara erat modesta. Vidisti illā, uide & hāc, quandoquidem etiā inter uiros, hi qdē mali sunt, illi uerò boni. Bonus erat Ioseph, seniores autem impudici. Vidisti oībus in rebus uitium ac uirtutem, nō natura diiudicari, sed animo distingui. Ne mihi ptexas excusationes. Sed ad eorum q̄ debemus, solutionem properemus. Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex. Dictu rus sum quā ob cām propheta designet tps: siqdē his q̄ qrebant heri, quā tandem ob cām quum oēs prophetæ atque in his aliās hic quoque tps regum enarrare soleant quo uixerint, hoc loco ea consuetudo ptermissa sit: Nec.n. dicit, in dieb⁹ Oziæ: sed, in morte Oziæ, hanc quæstionē hodie soluere uolo. Quanquā.n. ingens est æstus, tamē maior est sermonis refrigeratio: quāquā uis fit corpori fathisceti, tamen anima uigens delectatur. Ne mihi narres æstum ac sudorē. Si sudaueris corpore, inungis animam tuam. Tres illi pueri qui erāt in fornace nihil I detrimenti perpessi sunt, sed fornax illis fuit refrigerio: Quum cogitas sudorem, cogita simul & mercedem & præmium. Etenim homo urinator nullā aliā ob causam audet seipsum in profundum aquarum demittere, quām propter margaritas, bellorū cām. Quanquā non materiam reprehendo, sed mētem intemperantem. Et tu, ut accipias thesaurum deficere nescium, plantēsq; uineam in anima tua, non sustines æstum neque sudorē? Non uides istos q̄ sedēt in theatro, qū o sudent, nudoque capite Solis radium excipiāt, quò fiant captiui mortis, quò scorti mancipia? Ad exitium illi laborant, & tu ad sālutem segnis ac remissus es? Athleta es, miles es. Quis igitur est ille Ozias, & quam ob cām mortē hanc illius expressit propheta? Hic Ozias rex erat, ac uir iustus, multis florens egregijs factis: uerum postea tandem ad superbiā uenit, ad superbiā inquā malorum matrem, ad arrogantiam tumultib⁹ plenā, ad elationem, qua diabolus homines in exitium trahit. Nihil enim arrogantia peius, eòque totum sermonē in hoc heri cōsumpsimus, supbiā eximentes ac modestiam docentes. Vis tibi dicā quātum bonum sit modestia, & quantum malū arrogātia? Peccator iustum superauit, publicanus Pharisæū, & uerba factis fuere supiora. Quo uerba? Publicanus dicit: Deus propitius esto mihi peccatori. Pharisæus dicit: Non sum sicut cæteri homines, rapax, auarus: sed qd? Ieiuno bis in sabbato, decimas do de facultatibus meis. Pharisæus opa iustitiæ pstabat, publicanus uerba dicebat modestiæ, & uerba plus potuerunt q̄ facta, tantúsque thesaurus cū contumelia reiicitur, & tanta inopia in diuitias cō mutata est. Venerunt duæ naues habētes onus, ambæ portum ingressæ sunt, sed publicanus pulchrē in portū appulit. Pharisęus autem naufragium pessus est, ut disceres, quātū mali sit animi tumor. Iustus es, ne deiicias frattem tuum. Flores rectè factis, ne probra iacias in proximum, tuásque laudes contrahe. Quantò maior es, tantò magis submitte teipsum. Attē de quod dicitur charissime, magis iustus metuere debet arrogātiā quām peccator: hoc & heri dicebam, & hodie dico, propter eos qui herī aberant, eo quòd peccator habet conscientiā uelit nolit humilem ac submissam, iustus autē ob benefacta extollitur. Quemadmodum igitur fit in nauigijs. qui uacuā habent nauē: nō metuūt pirata rum insultum. Nō enim ueniunt ut cōterant nauē nihil uehētē: cæterum ij qui nauē habēt onustam metuunt piratas. Nā pirata illuc properat, ubi aurū, ubi argētū, ubi lapides pciosi: Sic & diabolus nō facilè pseqtur peccatorē, sed iustū potius, ubi multæ sunt opes. Quoniā igitur frequenter p arrogantiā insidiatur diabolus, vigilādū est. Quanto maior es, tantò magis submitte teipsum. Qui ascēderis in altum, opus est vt tibi prospicias ne cadas. Quā ob rem & dominus noster dicit: Quum omnia feceritis, dicite: Inutiles serui sumus. Quid effers animo quum sis homo, cognatus terræ, eiusdē substantiæ cum cinere, tum natura, tum animo, tū actionum delectu? Hodie diues, cras pauper: hodie sanus, cras ægrotus: hodie gaudes, cras doles: hodie in gloria, cras in ignominia: hodie iuuenis, cras senex. Nunquid in rebus humanis consistit, ac non potius animum præterfluentium cursum imitātur omnia, simul atque apparuerunt, citius nos quàm umbra relinquūt? Quid igitur cristas erigis homo, fumus & uanitas? Homo enim uanitati similis factus est, ueluti fumus dies eius. Exaruit gramen & flos decidit. Hæc dico non ut substantiam deiiciā, sed ut arrogātiam refrænem. Alioqui & magna res est hō, & ptiosa res uir misericors. Verū hic Ozias quum esset rex cinctus diademate, quoniā erat iustus, elatus est animo, maiore spiritu cōcepto quā pro dignitate, ingressus est templum. Et quid dicit Esaias? ingressus est sanctorum, aitque, uolo adolere incensum. Rex quum esset, sacerdotij principatū usurpat: Volo, inqt, adolere incēsum: qa iustus sum. Sed mane itra tuos terminos, alij sunt termini regni, alij termini sacerdotij, hoc regnum illo mai⁹ est. Neq; n. ex his q̄ uidētur hic declaratur rex, neq; è gēnis illi affixis, neque ex auro quo amictus est debet æstimari rex. Ille qdem ea q̄ sunt in terris sortitus erat administranda, cæterū sacerdotij ius è supernis descendit: Quæcunque ligaueritis super terram, erūt ligata & in cœlo. Regi ea quæ hic sunt commissa sunt, mihi cœlestia: mihi quum dico, sacerdotem intelligo. Itaque quum uideris sacerdotē K

Ioan. 2. a.

Vxor mala corrigēda, aut fe renda

Iob. 2. c.

H

Esaias quur de morte Oziæ memi nit

I

Dan. 3. c.

Simile.

Exemplū

Superbia quantum malum.

Luc. 18. c.

Importū naufra gium.

Superbia maximè cauenda iusto

L

Simile.

Rex sacerdotis usurpans dignitatē

Sacerdotium cœleste regnum

Mat. 18. c

Sacerdotio nō detrahēdū, ob uitia quorundam.

Luc. 17. a

Stabile nihil in rebus humanis

M

Ps. 143. a

A indignū, ne traducas sacerdotium. Non enim oportet damnare res, sed eum qui re bona malè utitur. Quandoquidem & Iudas proditor fuit, uerūm nō ob id accusatur ordo apostolicus, sed illius animus: nec crimē est sacerdotij, sed malum animi. Et tu igitur ne sacerdotium uituperes, sed sacerdotem malè re bona utentem. Etenim siquis tecum disputet dicatque: Vidisti illum Christianum, respondeto. at ego nō de personis, sed de rebus tibi loquor. Alioqui quot medici facti sunt carnifices, ac uenena pro pharmacis dederunt? Non tamen artem uitupero, sed malè utentem arte. Quot nautę malè rexerunt nauigia? Verùm nō ars nauigandi mala est, sed illorum animus. Si Christianus fuerit improbus, nè incuses professionem ac sacerdotium, sed re bona utentem malè. Regi corpora commissa sunt, sacerdoti animæ. Rex maculas corporum remittit, sacerdos autem maculas peccatorum. Ille cogit, hic exhortatur. Ille necessitate, hic consilio. Ille habet arma sensibilia, hic arma spiritualia. Ille bellum gerit cum barbaris, mihi bellum est aduersus

Similia.

Officia regis ac sacerdotis.

B dæmones. Maior hic principatus, propterea rex caput submittit manui sacerdotis, & ubique in ueteri scriptura, sacerdotes inungebant reges. Verùm rex ille sua transiliens septa, modúmque regni trāsgressus, conatus est aliquid addere, atque ingressus est templum, cū authoritate incensum adolere uoles. Quid igitur sacerdos? Non licet tibi Ozia adolere incensum. Vide libertatē, uide mentē seruire nescią, uide linguā cœlos attingentē, uide libertatem incoercibilem, uide hois corpus, & angeli mentem: uide humi ingredientem, & in cœlo uersantem. Vidisti regē, nec uidisti diadema. Ne mihi dixeris esse regnum, ubi est legū transgressio. Non licet tibi rex adolere incēsum, nō est fas uenire in sancta sancto rū, transcendis septa tua, qris tibi nō cōcessa, eóque q̄ accepisti perdes. Non licet tibi adolere incēsum, sed sacerdotibus isthuc datum est. Nō tuū est hoc, sed meum. Num mihi, tuam usurpaui purpurā? Ne usurpes meum sacerdotiū. Non licet tibi adolere incēsum, sed tantū sacerdotibus filijs Aarō. Post multum tpis iam defuncto Aarone hoc accidit. Et quā ob rē nō dixit sacerdotibus tantū, sed & patris mētionem fecit? Accidit in illo tpe, ut tale quippiā fieret: Dathan.n. Abiron & Core insurrexerant aduersus Aaron, aperta est terra, ac deuorauit illos: uenit ignis è cœlo, & exussit eos. Volens igitur eū cōmonefacere illius historiæ, qd olim quoque p uim inuaserint sacerdotiū, uerū haudquaquam succubuerit, sed adorta est multitudo, & deus illā ultus est. Non licet tibi adolere incensum, sed solis sacerdotibus filijs Aaron. Nō dixit cogita qd pāsi sint q tūc illa patrarūt, sed nōiato Aarone cuius uicem ultus est deus, eū ad historię recordationē adduxit. Noli audere quæ ausus est Dathan, ne patiaris eadē, quę tpe Aaron acciderunt. Rex autem Ozias non sustinuit admonitorem, sed arrogantia inflatus aperuit tēplū, ingressus est sancta sanctorū, uolens adolere incēsum. Quid autē deus? Vbi igitur sacerdos cōtēptus est, dignitásq; sacerdotij cōculcata, nec q̄quā

Sacerdotū maior dignitas quàm regis.

Sacerdotiū libera uox

Rex absque diademate sacerdos.

C præterea potuit sacerdos (Nam sacerdotis tātū est arguere, liberámq; præstare admonitionē, non mouere arma, non clypeos usurpare, non uibrare lanceā, nec arcū tendere, nec iacula mittere, sed tātū arguere ac liberā præstare admonitionē) Posteaquā igitur arguisset sacerdos, rex autē nō cessisset, sed arma moueret, clypeos & hastas, suáque uteretur potentia, ibi sacerdos deo: Ego, inquit, quod eratmei officij præstiti, mihi amplius possum, succurre sacerdotio qd conculcatur, leges uiolātur fas subuertitur. Quid igitur ille hominum amator? Et continuò effloruit lepra in fronte illius. Vbicunque est impudentia, illic est ultio. Visti humanitatem ultionis diuinæ, non fulmen emisit, non terram concussit, non commouit cœlum, sed effloruit lepra, non in alio loco quàm in fronte, ut facies præ se ferret uindictam, ut tanquam in columna literæ essent impressæ. Non enim propter illum factum est, sed propter eos, qui sequūtur Dathan. Quum enim posset pro meritis pœnam infligere nō inflixit, sed ceu lex posita est, uelut in loco sublimi dicens: Nolite facere talia, ne patiamini similia. Extat lex uiua, & frons uocem ædidit tuba clariorem: literę erant in scriptæ fronti, literæ quæ deleri non poterant. Non enim erant atramēto inscriptæ, ut aliquis posset delere, sed naturalis erat lepra, eúmque reddidit im- E mundum ut alios faceret mundos. Et quemadmodum iure damnatos posteaquàm funem accepint, educunt funem ore gestantes: sic & hic abducebatur, pro fune lepram ingestans, eo quòd sacerdotiū affecisset contumelia. Hæc loquor non incessens reges, sed eos qui arrogantia irāque sunt ebrij, ut intelligatis sacerdotium regno maius esse. Semper enim deus ubi peccauit anima, punit corpus. Itidē fecit & in Cain. Anima peccauerat admisso parricidio, & corpus illius paralysi tactum est, idque iure optimo. Quam ob rem? Gemēs ac tremens eris sup terrā. Et circumibat Cain, oibus loquens, silentio uocē edens, silentióq; erudiens. Lingua tacebat, & cæteræ membra clamabant, cūctisque exponebāt, quur gemeret, quur tremeret: Fratrem occidi, parricidium admisi. Quod postea Moses scripto narrauit, ille rebus ipsis oibus loquēs obābulabat: Nō occides. Vidisti os filēs, & rē uociferātē, uidisti legē uiuam ferri, uidisti columnam eminentē, uidisti uindictā uindicta tolli, uidisti suppliciū uersum in eruditionis materiā, uidisti peccantem animam, & can- F nem dantem pœnas, idq; admodū cōgruenter? Itidem accidit in Zacharia, aia peccarat & lingua uincta est. Hic ille Zacharias qui uocē illam genuit. Sic & iste lepra correptus est. Et egressus est rex, oibus exemplum factus, purgatúmque est tēplum, & eiectus est nemine propellente, quūq; sacerdotiū sibi uellet sumere, & hoc qd habebat perdidit. Et exiuit è tēplo. Vetus erat mos omnē leprosum è ciuitate eiicere, nūc uerò nō idē fit. Quur ita? Nā quū deus ueluti puerorū curā agebat, tum lepra erat corporis. Nunc autē aiæ lepra quæritur. Exiuit igitur rex cum lepra, nec tamen eiecerunt eū è ciuitate, diadema illius regiamq; dignitatē reueriti: sed cōsedit in throno rursus legē transgrediens. Quid ergo? Deus irascens Iudæis interrupit prophetiā. Hæc aūt omnia dicta sunt pp uerbum prophetæ, ut exoluam qd debeo. Ego qd erat mei muneris feci, uos populares metuitis impurū eiicere, reueremini regiā dignitatē, dei legē uiolantes. Quid igitur? Deus auersus est ab illis. Nō amplⁿ loquor prophetis uestris, non amplius mitto spiritus gratiā. Et uerbum tūc nō erat in pretio, nec erat sermo uaticinās. Silet spiritus gratia, nō ostensus est deus, eo qd sub impuro

Sacerdos nihil aliud quàm monet.

Lucæ. 2. b

Baptistæ pater.

Gen. 4. a. b.

Vltio dei clemens.

Simile.

Cain ultio.

Propheta rum silentium signum iræ diuinæ.

G illo,nō erat gratia.Nō adueniebat deus,nō appare
bat,nō uisiões exhibebat,nō prophetę loquebatur
quæ debebant:sed perinde quasi dicas,Posthac nō
misceo tecū sermonē, posthac nō loquor tibi: sic
deus uidet & irascitur.Non.n.uindictā intulit,pœ-
nāq; inflixit i ciuitatē māsuetudine plenā,neq; exu
sit eā,sed qd ait? Non uultis ulcisci uicē meam,non
colloquor uobiscum. Neq;.n.non poteram illum
eiicere,uerū qd restabat, uobis relictum esse uolui.
Non uultis? Neq; ego colloquor uobiscum,neq; ex-
cito prophetarū animū. Non agebat in eis spiritus
gratia,silentium erat,simultas inter deū & hoiem.
Quū igitur ille pōst esset mortuus,simul soluta est
& ipurorū materia. Ergo ubi propheta multo tpe
desiisset pdicere,illoq; silentio soluta fuisset ira dei,
Esai. 6.a redijt propheta.Hinc propheta necessariò designat
mortis tps dicēs:Et factum est anno quo mortuus
est Ozias rex,uidebā dominum sedentē in throno
excelso & eleuato.Quum ille mortuus esset,tū uidi
dominum. Nam antea deū non uidebā nobis ira-
tum.Venit mors impuri,& soluit irā.Hanc ob cau-
H sam quū ubiq; regum uitā commemoret,hic mor-
tem dixit Oziæ:Factū est in anno quo mortuus est
Ozias rex,uidi dominū sedētem in throno excelso
Mortuo impuro reconciliatur dominus. & eleuato.Ac rursus hic contēplare dei bonitatem.
Mortuus est impurus,& deus reconciliatus est ho-
minibus.Quam ob rē hoc factū est,quū nihil esset
benefactorum,sed tantū ille mortuus est? Quoniā
humanus est dominus, nec in talib. agit seuerius,
Peroratio tantū qrebat,ut exiret impurus.Hæc itaq; quū scia-
mus,arrogantiam abiiciamus, modestiā amplecta
mur,solitam gloriā reuocemns patri & filio & spiri
tui sancto, nunc & semper, & in sęcula sęculorum.
Amen.

EIVSDEM DE IISDEM ESAIAE *verb is, & quòd Ozias iure sit affectus lepra,* *Homilia quinta.*

ἐροφὴν ἐπιθεῖναι.

a Gè expositioni de Ozia cœptæ, hodie finē
imponamus, fastigium sermoni iam adda
mus, nequādo nos quoq; derideamur,quē
admodum euangelicus ille,qui aggressus ædifica-
Luc.14.f re turrim,pficere non potuit, neqs aliquando prę-
tereuntium de nobis quoq; dicat:Hic hō cœpit ędi
ficare,nec potuit perficere. Verū quò uobis diluci-
I diora fiant quæ dicentur,ex his q dicta sunt pauca
Repetitio utilis. prius repetamus. Id.n.pariter & iis qui audierunt
Transitio memoriæ renouatio,& his q nō audierūt eruditio.
Heri igitur diximus q̄ fuerit impius Ozias,& quam
uir iprob⁹,& unde orsus, & quo supbiæ prolapsus
sit. Hodie uerò dicendū erit,qūo templū ingressus
sit,qūo tentarit adolere incensum, qūo prohibue-
rit illum sacerdos,quomodo ille non cesserit,quo-
modo in se prouocauerit iram dei,quomodo leprę
obnoxius uitam finierit, & quam ob causam pro-
pheta prętermisis uitæ illius diebus,mortis fecerit
mētionē ita loquēs: Anno quo mortuus est Ozias
rex. Hoc est.n.ob quod totā ab exordio mouimus
historiā,sed auscultate diligenter. Quū inualuisset
2.Parali. 26.c Ozias rex,elatū est cor eius,donec corrūperetur,&
iniuriā fecit in domino deo suo. Quis iniuriæ mo-
dus? Ingressus est,inq;,in tēplū domini, ut adoleret
incensum sup altare thymiamatis. O audaciā,ò im
pudētiā. Aduersus ipa sacra adyta sumpsit audaciā,
in sancta sanctorū irrupit, qui locus omnibus erat
Simile. inaccessus,prætereq; primario sacerdoti,hūc propha
nare conatus est. Tale monstrum est anima in ar-
K rogātiam sublata. Semel.n.desperata salute nequa
quā desinit furere:uerū habenas laxans, irrationa-
bilibus cupiditatibus quōuis rapitur, nec aliter q̄
equus ferociens,ubi frænū ore,sessore tergo excus-
lit,fertur quouis uento uelocius,oibus obuiis into
lerabilis,diffugiētibus cunctis,neq; quoquā audē-
te cohibere:Sic & aīa quæ dei timorem ipsam refrę
nantē excusit, ubi rationē habenas moderantem
eiecit,ad quis malicię loca decurrit, donec in exitij
barathrum delata,pcipitarit suā ipsius salutē. Qua
pp oportet illā restrænare semp, ac pietatis ratione
ceu fræno quodā irrationabile illi' impetū inhibe
re:quod non fecit Ozias, sed aduersus ipsum om-
Sacerdotium regno sublimius. nium supremum principatū, legē transgressus est.
Siquidem sacerdotium, principatus est, ipso ēt re-
gno uenerabilius ac maius. Ne mihi narres purpu-
ram,neq; diadema,neq; uestes aureas, umbræ sunt
ist hæc omnia,uernisq; floscŭlis leuiora. Omnis.n.
inquit,gloria flos graminis, ēt si ipsam gloriam re-
galē dixeris. Ne inquā mihi narres ista,sed si uis ui-
dere distrimen,quantū absit rex à sacerdote, expen
L de modū potestatis utriq; traditæ, uidebis sacerdo
tē multò sublimius rege sedentē. Quanquā.n.no-
bis admirādus uidetur thronus regius ob gemmas
affixas,& aurū quo obcinct⁹ est:tamē rerū terrena
rum adminiſtrationē sortitus est, nec ultra potesta
tem hanc pterea quicquam habet authoritatis. Ve-
rū sacerdoti thronus in cœlis collocatus est, & de *Mat.18.d*
cœlestibus negociis pronunciandi habet authori-
tatē. Quis hæc dicit? Ipse cœlorū rex: Quæcūq; liga
ueritis sup terrā, erūt ligata & in cœlis:& qcūq; sol
ueritis sup terrā, erunt soluta & in cœlis. Quid cū
hoc honore cōferri posit? A terra iudicandi princi
palem authoritatē sumit cœlum. Nā iudex sedet in
terra,dominus sequitur seruū, & qdqd hic in infe-
Sacerdos medius inter deū & hominem. rioribus iudicarit,hoc ille in supnis cōprobat. Itaq;
medius stat sacerdos inter deū & naturā humanā,
illinc uenientia beneficia ad nos deferens, & no-
stras petitiones illuc perferēs,dominū iratum recō
ciliās utrique naturæ, nos qui offendimus eripiēs
ex illius manib. Eóq; deus ipsum regale caput sacer
dotis manib. subiecit, nos erudiēs qd hic princeps
est illo maior. Siquidē id qd minus est, benedictio
nē accipit ab eo quod pstantius est. Verū de sacer-
M dotio quantāq; sit illius dignitas, alio tpe declara-
bimus. Interim cōsideremus quanta sit regis uel ty
ranni potius iniquitas. Ingressus est in templū do-
mini,ingressus est & Azarias sacerdos post eū. Non
Sacerdotis fiducia. temere dicebam sacerdotē rege maiorem esse. Neq;
enim ut regē electurus,sed ut profugū & ingratum
famulū expulsurus cū austeritate ingressus est,non
aliter q̄ generosus canis incurrit ad impurā bestiā,
Simile. ut illā exigat ex ædibus herilibus. Vidisti sacerdo-
tis animum multa fiducia plenū, excelsiq; spiritus.
Non aspiciebat principatus fastū, non expendebat
Pro.19.d. quanta res esset aium cupiditate temulentū cohi-
bere. Nō audiebat illud Solomōis: Minę regis sicut
ira leonis,sed sublatis oculis ad uerū regē cœlorū
adq; illud tribunal,easq; pœnas cōsiderās,& his co
gitationibus sese muniēs, impetū fecit in tyrannū.
Nouerat.n.nouerat, inquā, certè qd comminatio
regis similis sit iræ leonis duntaxat iis, q terrā spe-
ctarent. Verū homini qui cœlū haberet prę oculis,
quiq; sic induxerat aium ut uitam citius in ipsis sa

crificijs

A crificijs deponeret, q̄ sacras leges conspiceret uiola
Timida impietas. ri, quouis cane uilior erat ille. Nihil.n.eo imbecil-
lius qui diuinas conculcat leges,ut cōtrà nihil po-
Ioan.8.d tentius eo qui leges diuinas defendit. Nā qui pecca
tum cōmittit,seruus est peccati, etiāsi decem milia
coronarū habeat in capite. Rursus siquis facit iusti
tiā,ipso rege regalior est, etiāsi fuerit omnium infi-
mus. Hæc ille pclarus apud sese philosophabatur,
adortus est regē: Ingrediamur & nos,si uidetur, cū
illo,ut uideamus qd loquatur regi: licet.n.neq; me
diocrē adferet utilitatē, spectare regē à sacerdote re
2.Parali. 26.c dargui. Quid igitur dicit sacerdos? Non licet tibi
Ozia adolere incēsum domino. Nō appellauit eū
Sacerdos quomodo dēat corripe principem. regē, neq; titulo principatus appellauit, ppea quòd
ipse pueniens sese dignitate deiecerat. Vidisti fidu-
ciā sacerdotis, proinde disce & māsuetudinē. Non
Sacerdotis māsuetudo. enim fiducia nobis tantū opus est in reprehenden
do, uerū multò magis opus est māsuetudine q̄ fi-
ducia. Neminē.n.mortaliū sic auersantur oderūtq;
hi qui peccāt,atq; eū qui parat redarguere, captātq;
occasionē ut elabātur,cupiētes effugere reprehen-
B sionē. Necesse est igitur ut eos māsuetudine huma
nitatēque retineamus. Obiurgator.n.non solum
quū uocē promit, uerum ēt quum uidetur grauis
Sap.2.c est peccātibus: Grauis.n.inquit, nobis est ēt aspec-
tu. Quapropter plurimā mansuetudinem præsta-
re oportet, eoq; nobis sermo propheticus ob ocu-
los posuit & eū qui peccarat,& eū qui corrigere pa
Simile. rabat. Etenim sapiētes medici quoties mēbra pu-
trefacta secturi sunt, aut lapides in meatib⁹ affixos
extracturi,aut aliud aliqd naturę uitiū correcturi,
nō id faciunt eo q laborat in angulū abducto, sed
eo in medijs foris depositō,cōglomeratoq; ptereū-
tium spectaculo ita demū admouēt sectionē. Hoc
aūt faciunt nō quòd uelint humanas traducere ca
lamitates,sed ut unicuiq; proprię sanitatis cōmen-
dent curā. Itidē & scriptura facit, ubi quē arripuit
peccantiū,proponit eū in sublimi suggesto,non in
medijs foris,sed in media terra:& posteaq̄ totius or
bis circūsteterit theatrū, tum curationē adhibet,
erudiēs nos, ut circa propriam salutē cautiores si-
mus. Videamus igitur quo pacto sacerdos tūc illū
C corrigere sit aggressus. Nō dixit,ò impie,ò sceleratis
sime,oia subuertisti cōfudistiq;, ad extremā impie
tatē prorupisti: neq; sermonē accusationis in lon-
Simile. gū produxit, sed quēadmodum hi q secāt, hoc bre
uiter facere studēt,celeritate sectiōis cruciatus sen-
sum fallentes: Itidē & hic asperitatē obiurgationis
paucis uerbis cōstringens,regis iracūdiā cohibuit.
Quod.n.est in his qui laborāt sectio, hoc est in his
qui peccāt redargutio. Deniq; pter alia ēt ipsa bre-
uiloquētia declarat nobis humanitatem. Quòd si
cupis uerborū quoq; sectionē uidere, & ubi ferrū
occultarit audi. Non licet,inqt, tibi adolere incen-
sum domino,sed solis sacerdotibus filijs Aarō con
secratis. Hic inflixit uulnus. Qūo? Ego dicam: Eo
quòd nō simpliciter dixit, sacerdotibus: sed addi-
dit, Aarō. Is primus fuit pōtifex, similéq; facinus il-
lius tpibus qdā ausi sunt. Dathā.n.& Core & Abi-
rō, coniurati aduersus illū cū alijs aliquot, uoluer-
Num.16. unt ipsi pripere sacerdotiū: sed alios qdē terra de-
hiscēs absorbuit, alios uerò cœlitus emissus ignis
exussit. Huius ergo historiæ uolēs illum cōmone-
facere,mentionē fecit Aarō, qui tūc erat iniuria af-
fectus, ut ad calamitatē eorū qui fecerāt iniuriam,

D huius cogitationē trāsmitteret. Quāq; nihil ijs pro-
fectū est,non pp sacerdotē, sed ob regis aspitatem.
Quum.n.deberet laudare sacerdotē, próq; consi-
Impœnitens animus. lio gratias agere: ille,inqt,indignatus est,& uulnus
reddidit acerbius. Neq;.n.perinde mala res est pec-
catum,atq; post peccatū impudentia. Atq non eo-
dem modo Dauid,sed qūo? Postq; à Nathā incusa-
tus esset de Bersabee,Peccaui,inquit,domino. Vidi *2.reg.12c*
sti cor contritū,uidisti submissam aiam, uidisti ut
etiam lapsus sanctorū sint egregij. Quēadmodum
enim præclara corpora ēt in aduersa ualetudine,
multa nobis formę uestigia ostendūt: Sic & sancto
Peccata iustorum cedūt in bonum. rum aiæ in ipsis ēt erratis suæ uirtutis signa prę se
ferūt. Et tamē ille in media regia accusabatur à pro
pheta multis pśentib⁹, hic uerò intus in adytis nul-
lo teste redargutus est: uerū ne sic quidē tulit incre
pationē. Quid igitur? insanabilis pmansit? Nequa-
quā, propter dei humanitatem, quēadmodū de lu
natico quū discipuli nō ualerent eijcere dęmoniū,
dicit Christus: Adducite mihi eum huc. Sic & hic, *Mat.17.c*
quū sacerdos non posset morbū quouis dęmonio
E sæuiorē nempe peccatū eiicere, ipse deus laboran-
tē aggreditur:& qd facit? Leprā imittit frōti ipsius.
Factū est, inqt, quū ille minaretur sacerdoti, lepra
effloruit in frote eius, iamq; exibat sicut hi qui ad
mortē abducuntur funē ore gestantes dānationis
signū sic & ille ignominiæ signū in frōte gestans,
non carnificibus ipsum trahentib⁹, sed lepra loco
carnificis ipsum pcipitē agēte. Ingressus ut sacerdo
tium usurparet, ēt regnum perdidit. Ingressus est ut
fieret uenerabilior,& factus est execrabilior. Nam
quouis homine priuato posthac erat execrabilior:
adeò res est mala non manere intra fines nobis à
deo pscriptos, siue honoris, siue cognitionis res fue
rit. Nōne uides hoc mare q̄ est ob uiolentiā intole-
rabile, quātis insurgat undis, attamē posteaq̄ uehe-
menter insurrexit, multoq; cū tumore progressum
est, ubi uenerit ad terminū ipsi à deo pscriptū, flu-
ctibus in spumā solutis, in sese redit. Et tamē quid
arena posit esse infirmius, uerū nō illa est q̄ prohi-
bet, sed dei metus terminū posuit. Quòd si hoc exē
plū nō te reuocat ad moderationē, q̄ Oziæ accide-
F runt erudiant te, q̄ nunc à nobis dicta sunt. Verùm
Vindicta mansuetudine tēperata. quoniā irā dei uidimus, dignámq; ultionem, agè &
humanitatē eius multámq; æquitatem commonstremus. Neq;.n.ea tantū dicenda sunt, q̄ pertinent
ad iram, uerùm ēt q̄ ad moderationem, ut neque in
desperationem conijciamus auditores, neque in so
cordiam. Sic & Paulus facit, ex utraque temperans
admonitionem, hunc in modum loquens: Vide igi *Rom.11.c*
tur bonitatē ac seueritatem dei quò simul & terro-
re & bona spe excitet eum q lapsus est. Vidisti seueri
tatē dei, uide & bonitatem. Qūo igitur uidebimus
bonitatem? Si cognouerimus qua re dignus fuerit
Ozias. Quibus igitur erat dignus? ut simul atq; in-
tra sacrorū uestibulū tanta cū impudentia irrupis-
set, mille fulminis ictibus, extremo supplicio cru-
ciatuq; afficeretur. Quando qdē illi q hæc primùm
sunt ausi hanc dedere pœnā, uidelicet Dathā, Core *Num.16.*
& Abiron, multò magis hunc ad eū modū puniri *ab.*
oportuit, q ne illorū quidē calamitatibus fuerit ca
stigatus. Verū hoc nō fecit deus, sed prius illi sermo *Monitio Christiana.*
nes admouit p sacerdotē, multa plenos humanita-
te: quodq; xps adhortatus est, ut facerent homines
quoties inuicem peccauerint, hoc deus fecit erga

G hominem. Quoties enim, inquit, peccauerit in te
Mat. 18.c frater tuus, abi, argue eum inter te & ipsum solum.
Ibid. Sic & regem hunc redarguit deus. Et Christus quidem dicit: Si te nō audierit, sit tibi uelut ethnicus & publicanus. At deus humanitate proprias supergrediens leges, nec sic qdem illum resecuit, nec audire nolentem, indignantémq; deiecit, sed iterum aggreditur castigátque, modo correctionem habē te potius quam ultionem. Neque enim fulmen uibrauit è sublimi, neque exusit impudēs caput, sed tantùm lepra castigauit. Atque quæ Oziæ quidem acciderunt, sic habēt. Ego uerò si unum quiddam adhuc addidero, dicendi finem faciam. Quid autē hoc est? Quod pridem ab initio quærebamus, quā obrem in rebus externis inq; prophetijs, quum omnes soleant designare tempora, quibus reges uixerint, hic eo prætermisso tēpus sumat quo mortuus
Esa. 6.a sit Ozias, ad hunc loquens modum. Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex. Et tamē poterat regis tempus exprimere, quemadmodum omnib⁹ prophetis mos erat. Verū id non fecit. Quā ob causam igitur non fecit? Mos erat uetus leprosum è ciuitate expellere, ut & hi qui in ciuitate uiuebāt melius haberent, & ipse leprosus nō obijceretur promptis ad inferendam contumeliam, scommatum ac derisionis occasio: sed ut extra ciuitatem commorans, solitudinem ueli loco haberet obtentam aduersus iniuriam calamitatis. Hoc & regem hunc petere oportuit post lepram, sed nō perpessus est, his qui in ciuitate erant illum ob principatum reuerētibus, uerū manebat domi suæ clanculum. Hoc ad iracundiam prouocauit deum, hoc prophetiā inhibuit, quódque tempore Heli factū est, uerbū ptiosum erat, nec erat uisio pcipiens. Tu uerò mihi hic quoq; considera dei humanitatem. Non enim subuertit ciuitatē, neq; pdidit inhabitātes, sed qd amici faciunt erga æquales amicos, quoties habent ali quid quòd meritò expostulēt, obiter silētio ferūt, expectantes, hoc & deus erga gentem fecit maiore pœna supplicióq; dignā. Nam ego quidem, inqt, eieci illum è templo, uos autem ne è ciuitate quidem: ego illum uinctum lepra è rege priuatum redI didi, uos autem ne sic quidem superastis, sed à me condemnatum non sustinuistis è ciuitate propellere: & tamen fortasis factum hoc rex placidè laturus erat. Sed nequaquā funditus ciuitatem subuertit, quum uideret eum extra prescriptos fines demigrare iussum, cōmorari in ciuitate. Verū deus hoc non fecit, deus enim erat, non homo. Vbi uerò finita est huius uita, simul & iram aduersus illos deposuit, ac rursus ad eos redijt. Tu uerò ex recōciliationis modo considera dei humanitatem. Nam si de⁹ expendisset iustitiæ rationem, ne tum qdem reconciliari debuit. Quā ob causam? Quia non illorum erat rectè factum quòd eiectus est Ozias. Neq; n. illi arreptum abegerant, sed mors naturæ lege supueniens, eum tunc è ciuitate eiecit. Verū non huc usq; deus minutias excutit erga nos, sed tantū hoc q̄rit, speciem modúmq; recōciliationis erga nos. Proinde super his omnibus gratias agamus illi, glorificemus illius humanitatem, qua nos oēs dignos haberi cōtingat, gratia & misericordia unigeniti filij ei⁹ domini nostri Iesu Christi, cui cū patre gloria, honor simul cum spiritu sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM K
est in Esaia propheta cap. 9. Potestatis & pacis eius non erit finis: Homilia. Incerto interprete.

Hristus unam cum patre habens substan
c tiam & essentiam, connexa sibimetipsi pietas, uirtus, & saluatio: uia, ueritas, & uita: leo, agnus, & petra declarata est à prophetis: quia antea uiderunt futura, & quasi præterita demonstrabant, & præsentia pro futuris canebant. Aperiebatur enim eis secretum uerbi, ut agnoscerent reuelationem trini temporis, id est præteriti, præsentis, & futuri: ut exinde manifestaretur, quia non ipsi loquebantur, sed deus per ipsos loquebatur. Nā modò cum cantaremus hos uersiculos in una modulatione, qd dicebam⁹? Potestatis eius nō erit finis. Hoc dixit propheta, qd perfecit in aduentu suo dominus prophetarum. Potestates eius audite. Quāta fuit possibilitas, ut miraculis uarijs ac diuersis repleret totū mūdū ore euāgelico. Quæ miracula, si ad singula annalib⁹ libris scriberētur, puto ne ipm mundū capere eos, q scribendi erant libros: tamen pauca dicam⁹ de potestate ei⁹. Natus est, qa uoluit: L potestate aiam suā posuit, potestate eā assumpsit, potestate passus est, potestate medicus phreneticos tolerauit: potestate cęcos, claudos, mutos, aridos, ab spiritu imundo captiuatos curauit, nō accipiēs ab aliquo, sed sua ptāte perfecit. Potestatis & pacis ei⁹ nō erit finis. Quātā pacē mōstrauit nobis, ut ipsam principalem hęreditatē donaret nobis, dicēs: Pacē meā do uobis, pacē meā relinquo uobis. Quā Ioā. 14.d pacē potuit meliorem donare, quàm ut carnem spiritui subiicere disceremus? Quā pacē potuit donare, nisi ut ij q eramus inimici dei, & longè positi, p ipm recōciliaret nos patri? Quā pacē potuit dare, nisi ut ex populo Iudæorū inimicorū, & crucifixorū ei⁹ applicaret fidei suæ, & gētes ęquè sociaret sibi, ut faceret utraq; unū, & populū pacificaret inimicū sibi, & nobis gratiā donaret cōfirmatis sibi? Potestatis & pacis ei⁹ ergo nō erit finis, qa hodie cū patre ęquè opatur, usq; i finē ęculi. Sedet sup thro- Psl. 111.b. num Dauid, quasi homo perfectus rex Iudæorum. Et uerè rex est, hodieq; Iudæorum, id est circūcisorum, qui spiritu non litera, cuius laus nō ex hoib⁹, M sed ex deo: in circūcisione cordis, nō corporis. Rex est, qa sedet sup sedem Dauid patris sui, hoc est secundum carnē, demonstrante Apostolo, qui dixit, Paulus seruus Christi Iesu, uocat⁹ apostolus, segre- Ro. 1.a gatus in euāgeliū dei, qđ antè promiserat p prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secūdū carnē. Sedet sup sedē patris sui. Quid est, Sedet, nisi manet & permanet? Ibi. 10.b Quia quāuis ecclesia cōfiteatur esse filiū dei, domi nū nostrū Iesum xp̄m: tamen qa creditur corde ad iustitiam, ore autem confessio fit in salutem: etiam ex semine Dauid natū secūdum carnem cōfitetur, hoc est, sedet sup sedem Dauid patris sui. Semp eū cōfitetur ecclesia natū ex uirgine Maria, crucifixū sub Pontio Pilato, sepultū, resurgētē, in cœlis ascēdentē. Ergo hoc qd confitetur ecclesia, quasi sedes Dauid est. Cōfiteatur ergo ecclesia omnia opa ei⁹, ut omnes sancti eius benedicant eū. Conseruet rex milites suos, præliatores suos, pducat ad uictoriā, ad palmā supnę uocationis suę. Cōfirmet quos initiauit, pficiat quos de uetusta uita separauit, coronet quos gubernādo pduxit. Nō ergo adhuc pigri ī

A tanti sapientis domo inueniamur, sed quasi exerti & succincti ambulando proficiamus in uia uitæ. Et quod accepimus, conseruemus: ut coronet in nobis deus non merita nostra, sed dona sua, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM
est in Esaia propheta, cap. xlij. Cantate domino canticum nouum, laus eius in extremis terræ: homilia. Incerto interprete.

Ita innouata, correcta anima spiritu feruēs,
u ab omni torpore & praua cogitatione separata, semper cantat, ut modò cantauimus, canticum nouum. Nouum canticum non in lingua tantum constat, sed in icorrupta uita. Cum enim immutatus homo in melius fuerit, cantat canticum nouum: cum uerò in uetustate permanserit, canticum nouum in lingua habet, in corde non habet. Et ubi non est una lingua, & una conscientia, deprauata dicitur uita. Puritatem deus nū quam despicit, simplicitatem à se non abiicit: de
B se cogitantem semper munerat, sapientia replet, bonitate dilatat, fama conseruat, ad se perducit. Hæc uita uerè est dicenda uita, quæ mortem nunquàm inueniet, ad pœnam non accedet. Cantemus ergo canticū nouū, nō lingua tantum, sed ut dixi, sancta uita. Laus eius (ita sequitur uersiculus) ab extremis terræ. Vbi non prædicatur Christus, ubi non clamat ueritas, ubi non salus cucurrit, ubi non populus peculiaris ad eius deū accesit? Deus qui uoluit in omnem terram exire sonum suum, & facere præstolatores suos seruos, utentes præsenti uita & transitoria. Scit enim deus, qui sunt eius: nouit
2.Ti.2.c. qui in illo confidunt, qui toto ardore ad eum accedunt, qui in proposito perseuerant, qui sanctitati student, qui calcant delectationes & cupiditates mundi, qui carnis affectus comprimunt, qui in omnibus suggestionibus manu cordis repugnant, qui in uisceribus pietatis semper grauidantur: hi tales cultores dei sunt, prædicatores apostolorum, imitatores pedissequi beatitudinis. Laus ergo eius ab extremis terræ. Quæ sunt extrema terræ? Possunt
C & in nobis esse extrema terræ. Extrema terræ est in nobis, quando uita nostra finitur, & iam terra carnis nostræ non seminatur uerbo, non corrigitur admonitione, sed quomodo peruenit, ita iudicatur: ibi ergo erit la⁹ ab extremis terrę, qa cū cōsum mauerit hō, tūc incipit. Cōsummauit uitam tpalē, incipit ęternam mereri. Ergo ibi erit laus, ubi extrema terræ, ubi extrema uitæ nostræ. Ibi ē ergo laus. Qualis erit illa laus, qualis erit illa lætitia, quanta iucunditas, quanta exultatio? Audite qui nō scitis, gaudete qui scitis, quādo dicturus est sanctis, Intra te in gaudium domini uestri. Quando habent re-
Ma.25.b. pudiari impij, qbus dicturus est, Discedite à me, nō
Ibidē. d. nouī uos: Ite in ignē æternū. Ista est ergo sal⁹ ab extremis terræ, bene uiuentib. Quia in memoria ęterna erit iust⁹, ab auditu malo nō timebit. Quod est
Ps. 111.b. auditum malū? ut modò dixi, Ite in ignē ęternum Malū auditū auertat ab aurib. sanctis, auertat de⁹ à cultorib. suis, illa condonet q̄ promisit. Illā repręsentet, in quā credidimus, ut dicatur nobis pro bea-
Mat.25.b ta uita in illa beatitudine, Euge serue bone & fidelis: custodisti cor à cogitatione maligna, qeuisti ab ope nefario, iā post laborē requiesce ab opibus, intrà in gaudiū domini tui. Præstet de⁹ suis, q hoc audiunt, ut imitentur, ut delectentur, ut tantum ardorem sancti patiantur. Nullus negligat uitam, cū D
potest uiuere in uita. Videte quid cantauimus. Canticum nouum cantauimus, à uetustate iam recessimus. Quem enim fructum habuimus tunc, in quo nunc erubescimus? Nunc autem liberati à peccato, serui autem facti deo habemus fructum nostrum in sanctificatione, finem uerò uitam æternam. Stipendium peccati, mors. Timete, compungimini, corrigite, redite prævaricatores ad cor, scitote quo Rom. 6.c niam ipse est deus. Vacate, & cognoscite. Vacate à malis cogitationibus: cognoscite, quia non uult mortem morientis, tantùm ut reuertatur, & uiuat. Sufficiat diei malitia sua. Peccasti, quiesce, ne adii- Exec. 18. cias ultrà: & de cætero deprecare dominū, ut auer g. tat iram suam à te. Currat populus uocatus, con- Mat. 6.d uertatur populus in disciplinam, ut sit unus grex, & unus pastor. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Videte quid estis, uidete quid eritis. Estis modò fi- Ioā. 10.c lij ecclesiæ, estis modò membra Christi, estis mo- 1.Pet.2.b dò in agone seculi pugnantes, cum capite uestro E gaudentes: ibi uictores, ibi triumphatores, ibi palmam supernæ uocationis accipiētes, nullus uictus muneratur, nullus uict⁹ audet petere retributionē. Non habet hic uictus dicere in illa uita æterna, ubi E uentura est omnis pia anima: Bonum certamen cer- 2.Ti. 4.b taui, cursum consummaui, fidē seruaui: de cætero reposita est mihi: corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex: non tantùm autem mihi, sed & omnibus qui diligunt manifestationem eius. Videte quantus erat iste, qui hoc docebat, quantùm præsumebat, quantùm de suis uiribus nihil sperabat, nihil sentiebat. Nam qui dixit, Bonum certamen certaui, alibi agnoscens fragilitatem suam quid clamauit? Gratias deo, qui præstitit mihi certamen per dominum nostrum Iesum Christum. Qui dixit, cursum consummaui: in alia epistola quid dixit, gratiam dei in se agnoscens? Neq; Rom. 9.c uolentis, neque currentis, sed miseretis est dei. Qui dixit, fidem seruaui: in alio loco epistolæ suæ quid dixit? Misericordiā cōsecutus sum, ut fidelis essem. F Ecce qūo exhortatur perfectos, & reuocat supbos, ne sua superbia non ambulent in uia arcta & angu- 1.Tim.1.c sta, humili & secura, reddens eliquatos ciues, & mittens per fluuium dei, id est per generationem religionis. Et iste fluuius qd facit? Fluminis impetus lętificat ciuitatē. Ibi currat ois, qui non claudicat: ibi Psal.45.a perseueret omnis qui de deo bene sentit in bonitate, cantet canticum nouum, ut perseuerans usq; in finem saluus, laus eius sit in extremis terræ. Quanta dominus donauit, quanta potuimus, quantum subministratū est, tanta diximus, & nō tacuimus. Et nunc currite boni, pij, fideles: nolite negligere quod estis, ut perueniatis ad illam lætitiam sempiternam, quod nondū estis, ut spes uestra repræsentet uobis rē uestram. Quæ est res uestra? chorus angelicus, ubi coronatur omnis q ibi applicatur. Hic cātate, hic proficite, hic perficimini, ut ibi exultetis cum salute, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM
est in Esaia propheta cap. lxij. (de aduentu domini.) Gaude Sion, ecce rex tuus uenit: ho. Incerto interprete.

Voniam tps uenit, ut de aduentu & incar-
q natiōe domini loquamur sanctæ charitati uestræ: ideo tacēdū nō est diebus his. Hoc

Gagite ecclesia uoce prophetica de aduētu eius futuro, inde lectiones & psalmi proferūtur in aures audiētiū. Et qā hos uersiculos cantauimus, de qbus tractaturi sumus: intēti ergo estote, ut fundamētū fidei maneat in uobis. Agebantur à spiritu sancto prophetę, pcones saluatoris nostri, ut agnoscerem⁹ dominū pciū esse futurorū, & nihil uetustū apud ipm, nec aliqd nouitatis: sed totū sempiternū, æternitate plenū, nec initiū habens, nec finem: cantabamus ergo, Gaude Siō. Hoc gaudiū nō est risus oris, uocis, atq; buccarū, sed gaudiū cordis: de quo gaudio clamabat euāgelista dicēs: Annūcio uobis gaudiū magnum, quod erit omni populo: qa natus est nobis hodie saluator, q est xps dominus. Hoc gaudium non est tpale, sed æternum. Quale gaudium? ut sciret mundus quod non mouerat, miracula, signa, & prodigia uirtutum: & mortui resurgerent, cęci uiderent, claudi ambularent, muti loquerentur, surdi audirēt, aridi sanitatē acciperēt, paralytici curarētur: & cętera miracula, q lōgū est enarrare: hoc qd etiā ipsi optimè nostis, qui legistis, & in lectioni
H bus diuinis agnouistis. Gaudiū hoc pdicat omnis ecclesia cū magna lætitia & exultatione. Nec.n. & nobis gaudiū sempiternū nō generatur, quoties superamus impugnationes carnis nostræ. Cōuenitur hoc castellū quod dicitur Sion, ut gaudeat. Sion.n. (sicuti ij, q eruditissimi fuerūt ante nos exposuerūt nobis) spectaculatio dicitur. Quoties oculis cordis speculamur domū illā, q initiū non habet, nec finem Ergo gaudeat Sion, id est meus nostra, specu
lans futura bona, respuens à se mala. Subsequtur uersiculus, dicēs: Ecce ueniet habitator in te. Quis est iste habitator, nisi q nos habere uoluit, & sibi con-
2.Co.6.d gregare, peculiarēq; populū confirmare? Iste habitator ipse est, de quo alio loco cecinit propheta, dicēs: Quoniā deambulabo & inhabitabo in eis, & ero illorū de⁹, & ipsi mihi erūt populus. Iste habitator cū possederit oīa interiora nostra, aget oīa sancta in nobis, pfecta, irreprehēsibilia. Iste ergo habi-
Mat.5.b tator posideat quos redemit, pficiat quos inchoauit, pducat quos de terra Babylonica eiecit. Ergo iste habitator noster reqescit in nobis, glorificatur
I in medio nostrū, cū uiderint hoies bōa nostra opa & glorificauerint patrē nostrū q est in cœlis. Cui⁹ facti sum⁹ filij, nō pro obsequijs nostris, aut meritis, nō pro bona actione, quā nō fecim⁹: sed pro ei⁹ misericordia & libertatē accepim⁹, & in adoptionē filiorū annumerati sum⁹. Ergo taliter gl'ificatur de⁹ in medio nostri, quādo i affectu charitatis proficimus, & facimus q pcepit, & psistimus in eis q iusit, gl'ificatur in medio nostri. Subseqtur & dicit, Quia dominus misit me ad te. Nūc cognoscimus, qa dominus missus est ad nos redēptor, uita & salus, pietas & gratuita gratia. Et quādo nos uidem⁹ è limo terræ erigi ad cœlestia pmia, gaudeat cor credētū & lętetur: quęrat dominū, ut non mortua, sed sicut uiua aia nostra. Pro ijs bonis domino qd retribuemus, nisi tantū depositā ceruice, subiecto collo pe-
Luc.18.c ctus tundamus, dicētes qd dixit publicanus, Deus propitius esto mihi peccatori? Qui se proficere scit, non supbiat: q uero agnoscit se nō proficere, sed à bonis deficere, tantū corrigat, & nō desperet: quia deus noster & perfectos uidet, & imperfectos: Perfectos adducat ad se, & imperfectos corrigat, & faciat perfectos. Quia ita ei uox prophetica clamitat

Luc.2.b

in quodam sacro psalmo, dicēs: Imperfectum meū K
uiderunt oculi tui. Et quia pietate sua perficit & Ps.138.d.
imperfecta, subsequitur dicens, Et in libro tuo omnes scribentur. Exultate de tantis muneribus eius, gaudete de tantis bonis eius, non uobis assignetis bona, quæ ab eo accepistis, ne perdatis quod habetis: sed scitote quia nihil habetis quod non accepistis, etsi accepistis nolite gloriari quasi nō acceperi tis, ut ea quæ accepistis conseruentur in uobis, & q minus habetis de bonis, pficiātur in uobis, Amē.

SERMO DIVI IOANNIS
Chrysostomi de Hieremia propheta.
Incerto interprete.

Agnum Hieremiæ sanctissimi meritum, ✻
m magnum in eum collatum est diuinitus donum. Magnum, inquam, Hieremiæ est meritum, q antè promeretur, quàm nascitur: antè sanctificatur, quàm edatur: antè propheta constituitur, quàm mundi exordio potiatur. Dicuntur Hier.1.b
eius merita, & ab eo necdum exercentur officia: dona narrantur, nec tamen donorum causæ tractā tur: promotio dicitur, & necdum promotionis ne L
gocium aperitur. Noli, inquit dominus, putare Hieremia, quòd hodie te prophetam cōstituo: aut nūc primū, ad istam gentem corrigendam præmitto. Olim enim, olim mihi probatus ac notus es, olim cōsecratus ac dignus, olim propheta gētib⁹ institutus. Te mihi apertū, te idoneū præscientia ipsa mōstrauit: tibi propheta dei psagiū & fiduciam prædi candi attribuit. Per te, prophetiæ officia, & meæ dispositionis nūcia, pferri ad illos istitui. Te tamē ne mo deterreat, nemo tibi formidinem uanā immittat. Inter me & ipsos tu eris medius, qui iussa pferas, pcepta ostendas, mandata edicas, nec poteris retice re, quæ loquor: Neq; n. silentio posis adferre salutē. Quid est, inqt, dominator domine? Cur minori mihi tā oneroſum pōdus imponis? Cur ad corrigē dum populū, ætatē paruulā dirigis? Cur prophetā Hier.1.b
di mihi tantam credis prouinciam? Ego.n. nec ad exequendū idoneus sum, quia ętate premor, sermone impedior, officio terreor. Noli, inqt dominus, di cere, quia iunior ego sum. Hoc.n. per te fieri uolui, M
hoc p te impleri pcepi, ut iunior senes, & ineloquēs eloquentes obiurges. Te mihi dignū: meritum, nō ętas cōstituit. De idoneū sanctitas, non qualitas sermonis asseruit. Apud me.n. non ætas iunior impeditur, aut senior collaudatur: sed act⁹, & uita, & morum dignitas cōmēdatur. In te, qd amo, in alio nō inuenio. Eloquētes plurimos uideo, sed probos in uenire nō possum. Senes inumeros cerno, sed degeneres oēs aspicio. Quare te ad gētes & populos mittam, ut corrigantur praui, digressi redeant, contemptores obaudiant. Nec aliud poteris uelle, q̄ uolo: quia ppea dilectus es, dum efficis, qud exopto. Procedit Hieremias ad populum: iussa domini constā ter ediçens. Loqtur ad plebem, aggreditur oēs, dei Ibid.2.a
uerba insinuat. Hæc, inqt, dicit dominus. Qd̄ inuenerunt patres uestri in me delictū, qa recesserunt à me? Proh dolor, dominus cū contemnētibus sabulatur. Vult.n. inter ipsos & se, iudiciū celebrari, uult offensionis authorem detegi, uult delicti causam & contēptus materiā denudari. Cur me sacrilega mente deseritis? Si uobis nunquā cōtraria intuli, si prospa denegaui, si uos i aliquo deserēdo offendi, narrate. Si uero cuncta pstiti, q optatis, nec unquā uobis aut

A uobis aut solatia abstuli, aut beneficia denegaui: uos denique ipsi, cur bonis mala repēditis? Quare uos in prospis lęsi? Quare munerib⁹ offendi? Quare beneficijs desertores exhibui? Cur beneficijs cō traria irrogatis? Aut nunqd, ut seruitatis, nocendū est: aut ut reuertamini, uindicādū est? Puto.n. meli⁹ sponte q̄ coacti seruitis. Melius siqdem illęsos beni gnitas corrigit, q̄ læsos cēsura cōuertit. Melius uos utilia reuocat, q̄ pœnę discruciant. Propter uos, Aegyptios pssi, Pharaonē deleui, Amorrhęos extinxi, in terrā uos repromisionis induxi. Deos suos gentes nunq̄ deserūt, nunq̄ immutant, nunq̄ in alienos cultus transiliunt. Qd̄ natio quęq; colere instituit, hoc formidat, hoc tremit, hoc instanter defendit, hoc ueneratur ac suspicit. Perseuerat colere, qd̄ co-
lit: ne mutato ritu erasse dicatur, dū quod coluerat, deserit. Ille suum defendit errorem, & tu tuā Israel nō ita uendicas ueritatē? Ille pseuerat in falso, & tu nō pseueras in uero? Ille figmentū ueneratur & colit, tu deū auersaris ac despicis? Ille sua castra defendit, tu tantū impatorem offendis, dum dese-
B ris? Proh nefas, figmentū nihil pstat, & colitur: de⁹ cuncta largitur, & à prophano populo declinatur. Si tibi Israel, ita qspiā ex ipsis diceret, ergo semp qd colui, colo: qd defendi, defendo, qd uenerari instituī, nunq̄ destruo. Cur tu deseris tua? cur exępla nō sęqris mea, ut ita tua retinere contēdas, ut me mea cōspicis retinere? Aut cur quē colebas dominū, de seris, cū me figmentū, nunq̄ deseruisse conspexeris? Aut quare nō poteris meo prouocari exēplo, cum tuo ego debuerim prouocari? Quā defensionē salutis poteris obtēdere, quā uidicationē poteris iueni re, q nec aliena opprimis, nec tua defendis, nec reos redarguis, nec te innocētē ostēdis? reuertere, qso: reuertere ad dominū. Reuertere, inquā, ad deū: quia pter illū inuenire nō poteris aliū. Reuertere ad eū, quē indignè offenderas. Reuertere ad eū, quē crudeliter deserebas. Reuertere ad eum, q idcirco causam proponit, ut purget: q idcirco obiurgat, ut sa-
luet: q idcirco antè pstruit, ne cōdēnet, dicēdo: Qd̄ Hier.2.a
inuenerūt patres uestri in me delictū, qa recesserūt à me? O uenerāda pietas dei, ô detestāda contuma
C cia populi. Dicite, inqt dominus, quid peccauerim, quidue deliquerim: cur à uobis cotēnar, ac deserar cur post beneficia talia nō agnoscar, nec post innumera dona à uobis uniuersis attendar. Aut meam culpā edicite, aut cōtēptus pœnas exoluite, aut me uobis in aliquo defuisse mōstrate, aut uos mihi pa ruisse ostendite. Quid agis hō, qd angeris? Quid respondere poteris, q incusaris? Prouocaris à deo, q suæ offensæ à te, causas exposcit: q tui cōtēptus rationes exqrit: q te sua beneficia duxisse in irritū recognoscit. Quia de ipso non habes, qd̄ qraris: de te iā iudica, qd̄ mereris. Cōfitere ergo, cōfitere qd̄ uerū est: & dominū in suo pstito nō cessasse, & te indignè ipsum ac sacrilegè contēpsisse. Cōfessio criminis uenia est cōtēptoris. Citò flectitur, ut ignoscat: qa ad hoc improperat, ut nō defendas. No te deus cōtēnit, si redeas, etsi tu cōtēpseras, cū abibas. Non te despicit reuertentē, q aliquando horruit deserto
Mala.3.b rē: tuos non aspernabitur reditus, q ut redeat, suos
Exe.18.g demonstrat affectus. Reuertimini, inquit, ad me, & ego reuertar ad uos. Et iterū: Nolo mortē peccatoris, tantū reuertatur, & uiuat. Cupit ignoscere, desiderat misereri desertoris: pueuit pces, dum ipse hor

tatur, ut homo, q deseruerit, reuertatur. Desertores D
desertus inuitat, contēnentes reuocat. Offensus se reis ingerit, ut ignoscat. Quare desertor redeat, contemptor seruiat, fidem fidelis exhibeat, ut desertori indulgentiā, & contemptori ueniam, & fideli gloriam cœlestis tribuat imperator.

DE TRIBVS PVERIS, HOmilia. *Incerto interprete.*

Rium puerorū sermo tractabitur, quorū fi
t des, quali laude intonet gloriæ, salutis flāmæ testātur. Ecce in tribus pueris nō anni faciunt sapientiā, nō mēbra colligūt uires, habentes. s. talē in sacrario pectoris fortitudinē, quam armatus rex exhorruit, & ignis expauit: quorū infantiā fidei cōstantia gloriosam decursa libri paginula paucis exponā. *Anno octauodecimo Nabuchodonosor* Dani.3.a
fecit imaginē aureā, altam cubitis sexaginta, & latā cubitis sex, & statuit eā in regione Babylonis. Singula exponenda sunt singulis respondēdo: postea ad fortiora ueniamus. Fecit, inqt, imaginē aureā. Qualis de⁹ nouo honore mōstretur, quē abstrusa metalla generārūt? Quid ergo dicemus: Durus fossor fudauit, E
palluit, laborauit, ne min⁹ fortia cupidus deus mēbra susципet. Alta, inqt, cubitis sexaginta. Hæc uerò oīa ridiculis transigēda. Et stabat in cōspectu imaginis pco fortiter clamās: Qualis deus, qui ut disci posit, publicè pconatur, & tanq̄ nouæ religionis indiciū. Aureus postea ponitur, quē cultū fore Gentibus monstrat insanus uates, quē cōtremenda species delectet, aut terreat. In fornacē ligna iniiciūtur interea, quasi ad cōsumenda corpora contēptorū: crescit captiuis cōstantia, & amplius furit tyrānus, cū de gloria plus miratur. Pueri ergo iactātur in flāmā, ibat circa innocuos pedes nouo libramine tēperatus artifex ignis, & tot circūuolans pastus, sola cōsumere uincula laborauit: circa dānatos suos in
Dani.3.d nocēs pœna blāditur. Et stās Azarias pcatus est, & apiens os suū in medio ignis, dixit: Benedictus es domine deus patrū nostrorū. Et apuit os suū. Non audet ignis inuocātis dominū fauces irrumpe, nec nubilo ductu uaporās eloquētis ora cōturbat: innocētis oratione prolata, & quasi facto impetu ser F
monis, tremula flamma subducitur. Et diffundeba Ibidem.
tur, inqt, flāma sup fornacē cubitis sexaginta & nouem. O dei potētia clarius luce monstrata. Furatur pastus alienos incēdiū, nā consumpsit quos propè inuenit, qa ieiunat in suis. Custodiā suā uehementer horrescens, ne iam faciat uel ipso fumo sanctis quos tuetur iniuriam, foris tantū ducit urere. Bene cōstanti uindicta innocētia defenditur, liberantur inclusi, & pereunt spectatores. Mira etenim ratione uis horrida cōmutatur in solo loco: ubi incēditur, illic refrigerat, aut tepescit, ut eodē loco scriptura testatur. Angelus aūt domini simul descendit cū illis, q erant in fornace cū Azaria, & discussit flāmā ignis de fornace, & fecit mediū fornacis, ut spiritū roris sibilantē. Incedebant ergo pueri p mediū fornacis cū angelo, & murmure fugitiuo replicabatur incendium, ac uelut amicus ignis sanctis uiris pbebat obsequium. Rex aūt cum audiret eos benedicētes, & laudantes dominū, miratus est, & surrexit in
festinatione, & dixit principib⁹ suis: Nōne tres ui- Ibi
ros misimus in medio ignis uinctos? Ecce uideo uiros quatuor solutos, & ambulātes in medio ignī, & corruptio nulla est in eis, & aspectus quartis si-

G milis est filio dei. Ecce, iquit, uideo uiros quatuor. Exclude si potes adhuc demens eum, q crescit ad numerum. Nō poteris iam tuos finire dānatos, qui soli esse non possunt: mala tibi rōne creuit qō, fortior est quē claudis. O quib. te i corrupta fides triū pliis extendis. Adest tibi amica mea maiestas, ut innocentia liberetur. Patitur se deus cū pueris in supplicio numerari, & pōt dominū uidere sacrilegus, sed non pmittitur nosse, ut crescat glia puerorū: insana. n. mens in suis flāmis parū crederet fortasse, si talem non disceret defensorē. Tunc exijt rex ad ostium fornacis ignis ardētis, nec cū prope fuerit positus flāma contingitur. Necessario. n. ab ipso igne cognoscitur, qa dominū cœperit cōfiteri pro hoc, & dixit: Benedictus deus Sidrach, Misach, Abdenago, q liberauit pueros suos. O magna misericordia deitatis, quod exultabile dictū est, sanātur rei, & remittur q torquebat. Inter hæc q tale potuit inanis imago monstrare? Ecce dominus nō in auro lucet, sd in flāmis ostenditur. Sed qb. flāmis? Quæ illu-
H minant, non q incendunt. Vnde uos frēs charissimi, omni fide dominum Xpm uenerari debemus altissimum, ut possimus indubitanter ad regna cœlestia peruenire. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum, qui uiuit & regnat cum deo patre, & spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

De sancta Susanna, Homilia.

Incerto interprete.

Iuinæ lectionēs, & sctā oracula dei, quæ in
d sonuerunt auribus uestris, nidū faciant in mentib. nostris. Non uolent, & transeant:
Psal.83.a aut sedeant, & descendant. Nā si passer inuenit sibi domū, aut turtur nidū, ubi ponat pullos suos: quā tō magis passer uerbū dei? Audiuimus de Susanna lectionē. Aedificetur pudicitia coniugalis, & tā firmo fundamento initatur, muroq; ualletur, ut & insidiantes repellat, & falsos testes conuincat. Remāserat casta mulier moritura, nisi adesset, q uidebat,
Dan.13.c qd iudicātes latebat. Conscripta sunt uerba eius: O angustię mihi sunt undiq;, si. n. hoc fecero, mors mihi est: si aūt non fecero, non effugiam manº uestras: melius est aūt mihi manus uestras nō euadere, q̄ me peccare i cōspectu dei. Contēnebat qd audiebat, qa timebat eū, quem nihil latebat. Ait ergo,
I Angustiæ mihi undiq;. Sed expectabat eū, qui saluam faceret à pusillanimi tempestate falsorum testiū, tanquam uentū malorum. In illis tamen uētis & fluctib. naufragiū castitas non fecit, qa dominus gubernauit: affuit pcanti, exaudiuit quā nouerat, nec deseruit, ne moreretur: cui subuenit, ne adulteraretur. Excitauit deº spūm sctūm Danielis, adhuc nouelli ætate, sed robusti fide. Et qa erat in eo propheticus spūs, continuò nequissimorum seniorum uidit fallaciam. Sed qd ille intuebatur, prouidendum erat qūo cæteris monstraretur. Falsi, inquit,
Ibidem.f testes sint, redite in iudiciū. Quid pluribus? Apparuit falsitas, Susanna ergo religiosa mulier, & pudica coniux, erat utiq; quādoq; moritura & ipsa quādoq;. Et si tunc esset mortua, pudicitiæ qd obesset, dū cāro cōderetur sepulchro, & castitas redderetur deo? Putastis. n. frēs tanq; ad magnum meritū ptinere, si falsi testes non pualeant super innocentem. Non est magnum meritū, si non pualeat falsum testimoniū aduersus innocentē, si aduersus dominū nō pualeret. Ipse dominus noster Xps per linguam falsorum testium est crucifixus. Sed ēt ipsi qdē falsi testes ad horā pualuerūt, resurrecturo qd nocuerunt? Demonstrauit ergo seruis exemplū, ne falsos testes phorrescant: & cum creduntur, non timeāt. Possunt. n. facere malam famā, non possunt interficere conscium. Liberati sunt tres uiri de camino *Dan.3.c*
ignis ardentis, affuit deus eorū: & in ipsa deambulatione laudes dixerunt deo, affuit deus eorū. Nūquid defuit deus eorū? Illi euaserunt, illi mox arserunt, utriq; tentati. Hi carne consumpti, hi carne illęsi, sed utriq; coronati. Qui ergo liberauit Susannā mulierem castam, coniugem fidelem à falso testimonio seniorū, ipse liberauit & uirginē Mariam à *Matt.11.c*
falsa suspicione. Inuenta est ergo & uirgo illa prægnans, ad quā uir nō accesserat: uterus qdem fœtu tumuerat, & uirginalis integritas manserat. Semina torē fidei fide cœperat, dominum in suū corpus assumserat, non eius corpus uiolari pmiserat. Meritò tamen tanq; hoi uenit in suspicionem. Aliunde esse credebat, qd de se non esse sciebat, & ipm aliū de adulterio suspicabatur. Quare dignº fuit ab angelo corrigi, qa nōnulla erat maleuola suspicio. Ma
L leuolę suspiciones sunt calūniantium, beneuolę suspiciones sunt gubernantium. Licuit cuiq; de filio malè suspicari, sed filio nō licet calūniari. Vtiq; suspicaris malū, sed optas inuenire bonū. Qui beneuolè suspicatur, uinci cupit. Tunc. n. bene lætatur, quando falsum inuētum fuerit, qd male suspicabatur. Talis erat Ioseph circa coniugē suā, cui corpore non erat mistus, sed tamen fide iam fuerat copulatus. Venit ergo & uirgo in falsam suspicionē: sed si cut pro Susanna affuit in Daniele spūs, sic pro Maria domini fuit angelus. Ad Ioseph inqt angelus: No
Ibidem. li timere accipe Mariam coniugem tuam: qd. n. de illa natum fuerit, de spū sctō est. Gaudebant paulò antè coniugatę ad Susannam, gaudent uirgines ad Mariā, utræq; teneant charitatem: illæ coniugalē, istę uirginalem: utraq; n. castitas habet apud dominum meritum. Ergo unusquisq; frēs mei pro dono quod accepit, certet in hoc sctō, ut uincat i futuro, per Christum dominum nostrum, q uiuit & regnat cum patre & spiritu sancto, per omnia secula seculorum, Amen. M

D. Ioannis Chrysostomi, de Iona propheta, Homilia. Incerto interprete. ✻

Actum est uerbū domini ad Ionā, dicens: *Ionæ.1.a*
f Surge & uade in Niniuē ciuitatem magnā. *Ibid.3.b*

Statim prophetā d uocabulo ciuitatis hortatur: & urbem laudando, pdicit futuram ueniam. Nam ipsius pdicationis hoc uerba significant. Adhuc triduum est, inqt, & Niniue subuertetur. Cur futura pdicit, atq; denunciat, nisi ut prædicta non faciat? Ideo & gehennam minatur, ut gehennam non inferat. Terreant & nos, inquam, uerba prolata: rerum non contristet austeritas. Sed cūr plagę dilationem tam breui tpe coarctauit, nisi ut uirtutem animi gentium barbararum possis addiscere, Niniuitarum. s. qui triduani tpis angustijs, immi
nentia ualuerunt mitigare supplicia? Et ut dei misericordiam admireris, qui ad pniam breuis tpis exoratus, multorum laxauit ueniam pctorum: sed sed & tibi beneficium benignitatis ostendit: & licēt ingenti pctorum mole suppresso, lenitatem remedio pniæ pollicetur. Nam sicut is cui tardus

A atq; tepidus aius est, etiā si multi tpis curricula ad sui pniam mereatur, nihil firmum atq; robustum poterit promereri, nec deum facilè ad misericordiā cōmouebit, proprijs desiderijs occupatus: Sic uigilans atq; solicitus, ēt spatij dilatione suppłosa, i ipsis tpis angustijs constitutus, auxiliū facilè diuinæ benignitatis agnoscit, & ingenti sarcina liberatus
Ma.26.g exultat. Et ut id plenius addiscas, peruide quòd Petrus eū tertiò denegauit: tertiò & cū iureiurādo ad uilissimæ puellæ uerba formidauit, & ad pniam suam nō multorum spatia postulauit annorū, sed ipsa nocte qua cecidit, ipsa quoq; surrexit: ipsa nocte, qua meruit plagā, meruit & medelam: ipsa nocte, qua uulnus sensit, sensit & remediū sanitatis: et planctus illi subsidiū fuit. Nā ffens, inqt, & lachrymās: & nō solū lachrymās, sed cū oi affectione. Et
Luc.22.g iō euāgelista nō eū simplr, sed cū omni dolore fleuisse testatur. Et illarū lachrymarū quantū meritū fuerit, nullus poterit uerbo explicare: sed rerū demōstrat euētus. Post lapsum n. illius denegationis, cui nūllū malū poterit cōparari, priori eū reddidit eccliæ, & totius orbis eccliæ solicitudinē curamq; B cōmisit: & qd plus est, ultra oēs aplos erga domi-
Ioan.21.. nū, eū ostendit habere charitatem. Petro nāq; ait, Amas me? Quid hoc nerbo gliosius? Sed ne dicas, quòd Niniuitis tanq; Barbaris & à cōi sensu extraneis ueniā dedit: seruus, nanq; dictū est, q nescit uo
Luc.11.f luntatē domini sui, & non facit: plagis uapulabit paucis. Et ne hoc dicas: Iō tibi & B. Petri testimoniū protuli seruo, qui nouerat domini uolūtatem. Sed & iste post tā grande pctum, post tāti criminis reatū: uide ad quantā excellentiā culminis eleuetur. Idcirco nec te terreat tuorū consćia pctorum, cum pnia deleātur. Tunc. n. grauius crimē pctum
2.co.12.g est, cum in pctō duratur. Hoc & Paulus deflet, hoc ingemiscit, hoc luctū meritò nuncupat: ne forrè, ait, ueniens ad uos humiliet me deus, & lugeā multos non peccantium simplr, sed non pnium in turpitudine & in imunditia, quā gesserunt. Ad ueram igitur pniam qd aliud, nisi ieiuniū nec essariū est? C Sed ad hist oriā redeam?. Post quā audisset prophe-
Ionæ.1.a ta hæc uerba, Descendit in Ioppen, ut fugeret in Tharsis à facie domini. Quò fugis propheta? Non audisti, qd Danid ait, Quò ibo à spū tuo, & quò à
Ps.138.a facie tua fugiā? in terrā? Sed domini est terra, & ple-
Ibid.23.a nitudo eius. Ad inferos? Et ibi uirtus tua non deerit. Ad cœlū? Ibi quoq; te esse cognosco. Et ī mare?
Ps.138.b *Ibidem.* Et eo tēdit dextera tua. Hoc & circa istū, factū est, q pcepta domini posse se declinare arbitratus est. Nā sicut ij, quos nimia ebrietate cōsusos ad pcipitiū casus aliqs attulerit, cæca qdā caligine deferuntur, nec pedis tētatione suo gressui prospiciūt, potº nimietate turbati: sic & ij, q pctorū mole opprimū tur, iprouisa cupiditate, propria pcipitātur isania. Nūqd à domino fugis Iona, & eius iussa qdā putas tergiuersatione posse contēni? Ipsis fluctib. poteris edoceri. Quū. n. nauē fuit ingressus, turbantur maria, fluctus eleuātur, & profundi pelagi arena monstratur. Et sicut fidele mancipiū cū seruū fuga lapsum nōnullis ēt cōi domino preciosis ablatis, omni animositate contra eius retentores insistet, nec antè derelinqt, nisi eum psentauerit domino: sic & mare conseruū agnitum nō alieno patrocinio, nullius postulato subsidio, sed propria uirtute cōmotū, ut sibi redderetur, exposcit. Sed nautæ nōdum agnita cā naufragij, nauem aliquantarū rerū iacta- D
tione subleuari arbitrabantur: & nihilominus nauigium turbabatur. Apud se. n. piculi sarcinā retinebant, & magis magisq; prophetæ corpe grauabā tur: non corpis magnitudine, sed pcti. Nihil. n. graue æquè & onerosum innenies, q̄ pctum. Et iō Zacharias plumbo pctum figurauit: & Dauid naturā *Zach.5.a*
eius describens, ait: Iniquitates meæ superauerunt *Psal.37.a*
caput meum, sicut onus graue grauatæ sunt super me. Xps aūt ad eos qui in pctis uixerunt, dicit: Ve-
nite ad me, qui laboratis & onerati estis: & ego re- *Matt.11.d*
quiem dabo uobis. Pctum naufragium præparabat, & Ionas somno pmebatur: sed sopor ille tristitiæ fuit, non requies. Nā idonea benignaq; mancipia culpam suā non tardè cognoscunt. Hoc & propheta sustinuit. Admisso pctō crimen pcti cognouit: quia hmōi natura pcti est, post partum dolores incutit, & natum plus afficit mentem, unde pro
latum est. Igitur nauta proximat ad Ionā, & ait: Sur *Ionæ.1.b*
ge & deprecare dominū tuum. Sciebat iam nō na- E
turam suam exercere elementū, sed diuino motu uniuersa turbari, & artem nauticam tātis procellis resistere nulla posse uirtute, nec gubernatoris manus undiq; circūuallantib. fluctib. reluctari posse credebat. Maior. n. gubernator necessarius fuit. s. q cuncta gubernare consueuit: & aliud nihil nisi cœleste flagitabatur auxilium. Iō & illi contemptis remis uelisq; depositis, & omne nauticum subsidiū abdicantes: manus tendebant ad cœlum, dei misericordiam postulantes. Sed cū se in eadem desperatione nihilominus aduiderent: reum & tēpestatis cām forte uoluerunt cognoscere. Quo facto, propheta proditur sorte: & nautæ ut in summa trāqllitate positi, ut serenis flatib. nauigantes non illicò eum præcipitare festinant: sed habita cōione collo quij, seruantes, uelut iudicij disciplinam cum omni diligentia maturas interrogationes proferebāt, & responsa poscebāt: tanq; & ipsi prolatæ sniæ maiori cognitori daturi responsum. Audi nanq; eos in F
terrogantes, audi iudiciariam qōnē. Vnde tibi profectio? quo festinas? de qua gēte? De qua plebe productus es? Accusant maria fluctib. inquieta, sortis attestatur incertum, reus omnib. declaratur: & tamen illi cognitorum ordinem imitantes, qui non ante sniam proferunt, nisi testium uerba ipsius rei fuerint confessione firmata: ita & ij dissimulata inquietudine procellarum, & ignauia suæ naturæ deposita, seruant iudiciariā disciplinam, & sniam proferunt cōi consensu. Et hæc oia diuina prouidētia gerebantur, ut propheta pius & mansuetus existeret: & ita eū deus rerū corrigebat documētis, tanq; si ad ipm clamitaret, & diceret: Humanitatē imitare nautarū: q ne unius qdem aiæ salutē despiciūt, nec unius corpis curam ptereunt. Quantùm autē ad tuā solicitudinē ptinet, uniuersa ciuitas infinitis hominib. ampliata morti donata est. Et isti qui dem calamitatis suæ reū sorte monstratū, non passim pcipitare uoluerunt: tu aūt Niniuitas prodidisti, quorū nulla fueras læsione laceratus. Et tu qdē mea pceptione contępta tantā plebē prędicatione sanare noluisti: isti aūt nullo iubēte conatib. oib. elaborant, à mortis te snia liberare. Nam accusante mari, attestante sorte, ipso ēt confitente, & sue fugæ tergiuersatiōnē non denegante, miranda lenitate, prophetæ morti parcere cogitabāt, & ad incō

Universidad de Biblioteca

Cmodum ſuum gurgitibus eum non dare tentabāt. Sed nō patiebātur maria, imò dei prouiſione gerebatur: ut & natutæ ei parcere cogitarēt, & belua cō ſumere formidaret. Nā eo dicēte: Tollite me, & i mare ꝑcipitate, & tē peſtas à uob tēperabitur. Littus ma
Ionæ.1.c gnope poſtulabant, ſed fluctib. ire prohibebantur ad terrā. Et tu ſi uidiſti prophetā fugientē, audi eū, & de uētre beluæ confitentē. Nam illud, ut hō, ptulit: hoc, ut propheta, monſtrauit. Igitur ſuſceptū eū mare, cuſtodiæ uentris beluæ commendauit, fuga cē domino ſeruaturum, & ne fluctibus læſus, nec rapaci morſu cōſumptus eſt, ſed beluæ atq; elemēti natura mutata, propheta redditur ciuitati. Ingreſſus itaq; urbē, ut impiale ꝑceptū, quo contextū ſup
Ibid. 3.b plicium cōtinetur, ingēti uoce dominicā ſniam ꝑdicabat: Adhuc triduum, inquit, & Niniue ſubuertetur. His auditis Niniuitæ auditum nulli contemptui manciparunt, ſed uerba prolata ſuis cordib⁹ intimarunt. Et ſtati uiri atq; fœminæ, ſerui & domini, ſenes & iuuenes, iudices & miniſtri, graues &
H pueri, uno cōcurſu, una mēte, una lamētatione ad auxiliū ieiunij cōuolarūt: ſed & ipa aīalia huius miniſterij tenebātur obſeqo. Vbiq; ſaccus, ubiq; cinis, ubiq; lachrymę, ubiq; gemitus. Nā & ipſe, qui tenebat impij ptātem, excelſa ſede derelicta, regali pompa renūciata, indutus cilicio, capiti cinerē ipoſuit: & ſic ualuit ciuitas liberari. Et res totius admiratio
nis gerebatur, cilicio purpuræ cedebat ambitio, & cinis diadematis obruebat ornatū. Videtis, q̄ non inaniter proclamabat, ebrietatē declinādā, nō ieiu
niū formidādū? Nā ebrietas & luxuria ſtātē euerterūt ciuitatē: cōmotā, ieiuniū ſolidauit. Cū ieiunio
Dan. 6 et 14.c Daniel in lacū leonū ingreſſus eſt, & eorū tātā manſuetudinē ſenſit, ut ſimplicitatē ouiū arbitraretur. Nā beſtiæ i illa feralis ardoris rabie, furoris ſui natura lenita, oblato ſibi cibo parcebāt: & aliquanto tpe fame defectę, ꝑparatā ſatietatis copiā reſpuerūt. Nā dieb. ſeptē eis fuerat cibus denegatus, ut in ipſo oblatiōis aſpectu prophetę carnib. auida cupidita
te inhęrētes, cōſumpto ſe corpe ſatiarēt. Cū ieiunio & tres pueri Babyloniū fornacē igreſſi ſunt, & ingē
Ibid. 3.c ti flāma ſpatio aliquāti tpis erogato, intacti egreſſi
I ſunt, & eorū corpa ignis lumine ſplēdidius micuerūt. Quid igitur eſt? Nēpe ſi hæc flāma erat, mōſtrabat flāmæ naturā: & illa, ſi corpa erāt, ſubiacebant corpis paſſioni. Sed hāc admirabilē qōnem nullus poterit, niſi ipm ieiuniū, explanare. Qō etenim arduа eſt. Humana corpa cū igne pugnabāt, & uicto
ria corporum mōſtrabatur. Vidiſti admirabilē pugnā, uidiſti admirabiliorē uictoriā. Mirare igitur ieiuniū, & illud cū oi auiditate tuis amplexib. feſtina
ſuſcipe. Quādo. n. & in flāma prodeſt, & in lacu leo
Ieiuñ nis quàm efficax. num ſubuenit, & ſpūs propulſat immūdos, & diuinā ſniam mitigare nouit, & ad libertatē reuocare cōſueuit: qs huius inſaniæ repitur, q uelit ieiunij tā
torū bonorū materiam declinare? Sed dicis? Corpi
bus exinde generatur infirmitas. Sed quātū exterior cōteritur, tātū iterior renouatur de die i diem. Imò ſi diligēter ſcrutari uolueris, inuenies ieiunio corpo
ra ualidius roborari. Et ſi meū ſermonē reſpuis, me
« dicorum te doceat diſciplina: q parcitatem, ſalutis
« noſiant matrem. Nam pedū dolores, capitis uertigi
nem, ſubitaneas mortes, & cætera, quibus febris atque languores corpis comparantur ex luxurijs atq; uoluptatibus aiunt generari, & tanquàm de fonte noxio riuos ad corporum læſionem, & ad aīarum K
pturbationem commeare teſtantur. Non igitur ieiuniū timeamus, & ideo uos frequenter admoneo ad ieiuniū, ueluti mitigationē, ne multo nos uino & luxuria ſaginemus. Et ideo dēpcor ne ieiunij meritum deliciosis uoluptatib. ꝑoccupatum, non me Simile.
reatur effectū. Nā ſicut ij, qui medicinali remedio potari diſponūt, ſi nō fuerint diligenti abſtinētia ꝑparati, fructum remedij ſentire nō poſſunt: ita & ij q̄ poſt crapulam ad ieiuniū ueniunt, remediū nō agnoſcunt. Et ideo ſobrio aio ad ieiunium confugiamus, ut miſericordia conſequamur: gratia domini noſtri Ieſu Xꝑi, cum quo patri gl̄ia & honor, unà cum ſpū ſancto, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

De eo quod ſcriptum eſt in Zacharia propheta, cap. VI. (de præparatione aduentus domini) Ecce uir Oriens nomen eius, ſub umbra eius orietur ſol: ipſe ueniet ad ſaluandū populum ſuum: Zac. 6. d

Homilia. Incerto interprete.

Obilis genere atque ditatus ſpū Zacharias
n inebriatus nō uino erroris, ſed uerbo ueritatis futura dicebat: ꝑſentia non tacebat, L
ꝑterita non ignorabat: q̄a locuples ſpiritus totum demōſtrabat, q propria dona ſingulis impartitur, ſicut modò hos uerſiculos ex cōtexione prophetię eius una modulatione cecinimus, dicētes, Oriens de Oriēte. Oriēs uenit, ut ſibi adoratores in ſpū & ueritate cōfirmaret. Iſte ergo Oriēs nomē eius. Quā Phil. 2.b
quàm non fuit ſine noie, & non qualicūque noie, ſed illud nomen quod eſt ſuper omne nomen, ut i noie Ieſu omne genu flectatur, cœleſtiū, terreſtriū, & infernorum: & oīs lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Oriēs ergo nomen eius. Magnum beneficium, ſingulare donum, ſequeſtratum munus, ut donaretur nobis unde beneficiū obueniſſet nobis. Quale nomē Oriēs? Delectabile, dulce, ſuaue. Hoc ſp̄ appetam⁹, ut cōuerſi ab Occidēte intēti ad Orientē agnoſcamus deum oīpotentem. Subſequitur uerſiculus, dicens, Sub umbra eius orietur ſol. Et uerè ſub umbra ei⁹ orta eſt claritas diuinitatis ei⁹, q i Sole poſuit taber
naculū ſuū. Quia lux uenit in mundū, radiauit mē
tib. noſtris obſcuris, declara ſunt, tetra manifeſta- M
ta ſunt occulta, tenebroſa apta, ut lux oriretur nobis: Quia q ſedebamus i tenebris & umbra mortis, Eſai. 9.a
lux orta ē nobis. Sol iſte nō eſt nubiloſus, nec obtectus, nō aſcēdēs & deſcēdēs: ſed ille ſol iuſtitię, qui totū cardinē mūdi aduētu ſuo ſplēdificauit: quid aliud egit, niſi ut patri & ſibi faceret pplm peculiarē, dato pignore ſpūs ſcti, q̄ eſt pignus hæreditatis noſtræ, ut ad inſtar hæreditatis illius, & odoris, nō aromati ci, ſed pietatis: nō trāſitorij, ſed æterni, per duceret nos ad thuribulū illud, quo Eſaias pduct⁹ eſt propheta? Vnde carbonē i labijs accepit, ut à ua Eſaiæ.6.a
niloquijs, ab ocioſis ſermonib. ſeparatus, de forcipe tacta labia carbone ignito imutaretur ex carnali intellectu in ſpūalem ſenſum. Et q̄ loquebatur ex humano ſenſu, incipet ex dono loq̄ diuino, ut clamaret & diceret, Ecce uirgo in utero cōcipiet, & pa Ibid. 7.c
riet filium, & uocabis nomen eius Emmanuel, qd eſt interpretatū, nobiſcū deus. Aeque dicebat, Vidi Ibid. 53.c
mus eum non habentem ſpēm, neq; decorem. Illic natiuitatē demōſtrabat, ubi dicebat, Ecce uirgo in utero cōcipiet: & hìc paſſionē ubi dicebat, Vidim⁹ eum non

A eum non habentē ſpēm neq; decorē. Vnus atq; idē ſpūs agebat oēs uates, qui uaticinio non tacebant aduentum eius. Dicit Zacharias, Ecce uir oriēs no
Zac. 6. d men eius: ſub umbra eius orietur ſol, ipſe ueniet ad ſaluandū pplm ſuū. Dicit Eſaias, Ecce uirgo in utero cōcipiet, & pariet filiū. Vterq; unū dixerunt, qa de unico locuti ſunt. Ergo ſubiūxit ſcīus, ſupra memoratus Zacharias, dicēs, Ipſe ueniet ad ſaluandū pplm ſuū, cū ſciamus eum iam ueniſſe. Tamē cum dicitur, cum in memoria recolitur, q̄ſi ꝑſens uidetur. Infirmus. n. cū loqtur de medico, ſanitatē ſperat. Cum dicitur ei, Ecce ueniet archiater, renouatur, inouatur, ad ſpem reducitur ſalutis. Ecce uenit totū. Ecce aliquādo ueniet. Et quādiu adhuc negligitis deſidioſe, inordinatēq; aias ueſtras? Ecce ueniet, ꝑparate locū quò ueniat. Dicite cū propheta,
Pſa. 131.a Si dedero ſomnū oculis meis, aut palpebris meis dormitationē, & reqem tpib. meis. Quādiu ſancte Dauid, quādiu nō dormis, quandiu requiem tpib. tuis non das? Si. n. non dormieris, ſenſu immutato alid loq̄ris. Dic ergo nobis, quādiu nō dormis? Do
B nec iueniā locū domino tabernaculū deo Iacob.
Ibidem. Sed primitus tollā oia impedimenta mentis meæ. O tabernacula ſcta, ò ſtabulum hoſpitale, ò latiſſimus mente: q̄li conſcia ꝑparas ex tanto talis locū domino, tabernaculū deo Iacob: & iuenis ei locū, quem totus nō capit mūdus? & ſi apud te erit, alibi non erit: ſi totū habebis, alij eū non habebunt? ſi ad te ueniet de ſecreto cœli, abſens erit à patre?
Pſa. 44.a Quid? Quia & ibi apud te eſt, qa eructas uerbū bo
Mat. 12.c num, & dicis opa tua regi. Quia bonus hō de theſauro cordis ſui profert bona. Apud te erit, & à ſingulis non recedet, & in ſede ſua permanebit. Parate ergo locum domino, ſuſpēdite uela orationis: apite ianuas cordis, triclinīū aiæ ſit ſplēdidū odorib. Quia xꝑi bonus odor eſtis uos. Sed ſit uobis odor uitæ in uitā, orate pro eis, quib. eſt odor mortis in mor
ſem. Sed ad hæc qs idoneus? Nullus de ſe ꝑſumat: ueniat ſaluifactor, diſcūbat in corde eccleſiæ ſuæ, qa fuit unus diſcipl̄s, in cuius pectus diſcūbebat Ieſus. Nunqd acceptor eſt pſonarum, ut in uni⁹
Ioan. 13.c pectus diſcūberet ſaluator mundi? An fortè pect⁹
C Ioānis agnoſcitur uirginitas, caſtitas: qa q caſtum hēt cor, ibi diſcumbit Xꝑs. Nec. n. ſola caſtitas corporis ſufficit ad integritatem cordis. Conſiderate
Mat. 15.a inſulſas quinq; uirgines. Virgines. n. erant, ſed caſtū cor nō habebāt. Caſtitas diſcordiæ nō conuenit, ebrietati, impudicitiæ, iracūdiæ, malitiæ, adulationi, ſubdolæ mēti, laudib. humanis inhęrenti, uoluptatib. inſiſtēti, cupiditati, auaritiæ, diſſenſioni, zelo, liuori, inuidiæ, cōtentioni, his uitijs nō cōiūgitur caſtitas. Quę. n. ſocietas luci cum tenebris, q̄ ps
2. Co. 6.c fidelis cū ifideli? Separate filios ancillæ, remaneāt filij liberę, charitas, pax, gaudiū, lōganimitas, bonitas, benignitas, māſuetudo, ut ſitis hæredes & compartícipes uirginib. illis, q̄ lāpadib. ſplendidis oleo ſapiæ plenis, flāmante ſpū feruentes meruerunt ingredi in aulā regiā, in thalamū ſponſi. Eia frēs uidete qs uenit & ſaluos fecit, q apuit oculos cæci nati, qui claudū fecit ambulare ſicut ceruū, qui planā fecit linguā mutorū. Tantum medicū nullus negligat, ne remaneat infirmus. Iō per circulum anni iſte dies agitur, ut mētes Chriſtianorū imutētur. Quando paterfamilias hēt natale, tunc ſerui ſibi relaxari ſentiūt largitatē, ſperāt patroni ſui i honore natalis, mutatis ueſtib. offō ſuo præparati ſunt, ut D
nitor ueſtimentorū imptiatur illis ꝑmiū. Et nunc Coloſ. 3.b
cum auditis, Ecce uenit, expoliate uos ueterem hominem cū actib. ſuis, & induite nouum: ut ueſte in nouitate uitæ ueſtræ induta, ad natale eius occurratis, nitidi, ſplēdidi, puri, immaculati, ut relaxētur anguſtiæ ueſtræ, & dicatis illā ſingularē laudem, hagios, hagios, hagios ſine ceſſatione domino deo noſtro, Amen.

De natiuitate ſeptem Machabæorum, Homilia. Incerto interprete.

Vàm ſpecioſa, & grata ciuitas nob enituit,
q & totius anni dieb. ſplēdidior dies hodier
na ꝑfulget, nō d uſitatis Solis radijs illumi
nata ꝑclarius, ſed de lumine martyrū, ſupra coruſcū fulgoris micātē illuſtrata ſublimius. Multis etenī ſolib. illuſtriores ſunt martyres, & magnis lumi
narib. clariores, Propterea hodie ſi dici ꝑt, cœlo ipſo ornatior terra lætatur. Sed i hac cōparatione nō attēdas cinerē ſctōrū corporū, nec fauillā reliquarū carnis, oiaq; oſſa cōſumpta tpib. ſed api oculos fidei, & uide eos diuina uirtute, & gratia ſpūs ſcti a- E
micſtos, & diuini luminis claritate radiātes. Hi ergo ipſi de ſupno Solis circulo i terrā radij Xꝑo emittē
te iaciuntur, & à corpib. eorū profiliētes coruſca lu
ce fulgoris, ſicut ſpēm eccliæ gaudētis illuſtrāt, ita faciē diaboli inuidētis obcæcāt. Nā ut audaces latronū duces, ſiue ipij ſepulchrorū effoſſores, ſi fortè dū ꝑdas agūt, aut ſpolia capiēda cōqrūt, in arma, uel ornamēta ipatoris incurrerint, q̄libet cupidi prædarū: tamē ita agnitis regis inſignib. deterrētur, ut fugiāt, neq; cominus accedere, uel attingere audeāt. Vnde ſibi non cōpendiū procedere, ſed pi
culū prouident iminere, ſi qd inde audeant uſurpare: ita profectò & dæmones, q̄ uerè latronum & principes, & magiſtri ſunt, ubi coronatorū martyrū corpa uiderint poſita, lūgē illico à cōſpectu eorū pauidi fugiunt, & abſiliunt. Non. n. ad naturam eorū intendūt, ſed in arcanā dignitatē, & gl̄iā Xꝑi, q̄ in agone certantiū induta corpa martyrū ſuorū, ſicut arma portauit. Hmōi. n. armis non angelus, nō archangelus, nō ulla alia creaturæ uirtus indu- F
ta eſt, ſed ipſe dominus uirtutū, & angelorū, ſicut 2. Co. 13.a
Paulus clamat, dicens: Si expimētū q̄ritis, prælian
tis in me Xꝑi. Prectoſa. n. ſunt corpora martyrum, quoniā plagas pro domino ſuſceperunt. Et quia ſtigmata pp Xꝑm membris ſuis impreſſa ferunt, & ſicut corona regalis undiq; decorata fulgores uarios emittit: ita & ſctorum martyrum corpora, ſicut ꝑciosis lapidib. acceptis pro Xꝑo uulnerib. diſtincta, omni regum diademate precioſiora, & ſpectabilia redduntur, & illi qdem ſecularium ſpectaculorum præſides, ſiue arbitri, quos Greci agonothetas uocāt, proponētes certamina, magnū muneris ambitū eſſe exiſtimāt, quādo iuuenes, & robuſtos luctatores in ſtadiū itroduxerint, unde prima oſtētatione miraculū ſpectatorib. ꝑbeant ſtudio. Hoc uerò ſpiritali in agone nō ita eſt, ſed oīa è cōtrario. Agonem. n. proponens Xꝑs, non talem, qualem illi terreni agonothetæ, ſed horribilem, & plenum timoris. Non. n. hoium contra hoies luctamen, ſed hominum aduerſus dæmones pugna eſt. Tale ergo certamē nob proponens Xꝑs, non iuuenes exercitatos ad luctamina athletas, ſed primęuos adoleſcētulos, & cū ipſis ſenē Eleazarum, ſunulq; mu-

lierē anum matrē ſeptem adoleſcentium uult con
G fiderare. Quid hoc noui eſt? qđ paras inutilē & ad
huc tenerā in bellū, in arenam uel prælium ducis
ętatem? qs. n. ante hanc diem uidit, uel audiuit mu
lierem in ultima ſenectute poſitā dimicaſſe, & ter
ribilem mortis adiſſe conflictum? Nemo hmōi fa
ctum audiuit unq̄. Sed ego, inqt, admirabile hoc,
& nouum, quod neq; auditu aliquando pceptum
eſt, ipſis opibus demonſtrabo. Non. n. talis agono
theta ego ſum, ut certaminis exitiū in aliquo certā
tiū uirtute conſtituam, ſed ipſe aſſiſto luctantib. &
auxilium pbeo, & manum pbeo athletis meis. Et
qđ ex proprij arbitrij libertate ſuſcipiunt, de bonæ
uolūtatis affectu, ut pro legibus meis, & noīe meo
dimicēt, id ī uictoriā ipſis procedere, mei eſt auxi
lij. Ergo cū uideris mulierē annis confectam, ſenio
tremulā, baculo indigentem induci, & congreſſam
plio paſſionis diſſoluere crudelē tyranni furētis in
ſaniam, & de incorporeis uirtutib. triumphantem,
& diabolo pualentē, & facilē uires illius conciden
tem cum ptāte maiore, admirare diuini agonothe
tæ gratiam, obſtupeſce ad intuendā Xpi uirtutem,
H cuius athletę nō corpis robore, ſed fidei uirtute lu
ctantur. Infirma eorū natura, uel uetus eſt, ſed quę
eos unxit gratia, potēs eſt. Reſoluta ſunt corpa ſe
nectute, ſed ſolidatæ ſunt mētes deſiderio pieta
tis. Nō eſt ſenſibilis hæc pugna, neq; inſenſibile cer
tamē. Noli ergo iſtos athletas extrinſecus cōſidera
re, ſed ingredere ſenſu rōnabili ad interiorē eorum
habitudinē: cōſpice fidei eorū fortitudinē, ut itelli
gas, quoniā q cōtra dæmones pugnat, non robore
corpali, neq; ualida cōpage mēbrorū indiget, nec
de ætate iuuenili fiduciā ſumit: ſed & ſi tener ad
huc adoleſcētulus in flore primęuo agit, & ſi ſenex
ad extremas ætatis ſuæ metas puenerit, aiam uerò
fortē hēat, & corroboratā fidē, nihil de ætate, uel
modica, uel extrema ab effectu certaminis impedi
tur. Et qđ dico ſenē & iuuenē, quando ēt mulieres
expeditæ ad hæc prelia cucurrerunt, & illuſtres co
ronas adeptæ ſunt? Nā illi extranei nobis. i. mūda
ni agones, & ætatis, & formæ, & generis dignitatem
reqrunt. Vnde & ſeruis, & mulierib. & ſenib. & pue
ris ad eos aditus denegatur: iſthic uerò apud nos
omni pſonæ, omniq; ætati, & utrique ſexui iudiſcre
I ta facultate ſtudium patet, & agonis adeundi cōe
ius, & una libertas eſt, ut prompta omnibus ſine
iuidia bonitate ineffabilē ſaluatoris noſtri uirtutē
2. Co. 12. c cognoſcas, & aplicum ſermonem opere cōfirmari
uideas: Quia uirtus in infirmitate pficitur. Quādo
.n. pueri, & ſenes ſupra naturā ualent, & internis ui
ribus modos ætatis extendunt, euidenter opantis
in ipſis gratia manifeſtatur: & ut plenius appareat,
qa infirmitas athletarū noſtrorū, q̄ in exteriori eſt,
clariores faciat eſſe uictores, & ſenē, & pueros relin
quētes, infirmiorē ipſis producamus in mediū mu
lierē, illam anum, & ſeptem puerorū matrē. Nam
labores partuū nō uel modicē huic certamini im
pedimēto ſunt. Quid ergo eius prius aut potius mi
rabimur? qđ ex natura infirmum, aut qđ de ætate
habuit plijs inutile, & immaturū, aut neceſſarię cō
paſſionis affectū? Mater. n. erat, unde facilē eam po
tuiſſet in tormentis uiſcerum ſuorū uincere mater
na pietas, niſi diuina pietatis altior uirt⁹ uirili fide
anile pectus armaret. Magna etenī hæc impedimē
ta ſunt ad eū curſum, cuius intētio ſumma indiget
patientia. Ego uerò, & aliud his maius hēo dicere, K
quòd & uirilē mulieris fortitudinē, & callidā dia
boli uerſutiā conſideretis. Quid aūt hoc eſt, diligē
ter inſpicere debetis. Immundi dæmonis maligna
calliditas, nō primam eā traxit in agonem, ſed poſt
filios eā duxit in prælium. Qua cā hoc? Ob hoc uti
que, ut puenientibus in conſpectu eius ſeptem fi
liorū ſupplicijs, deijceret ſenſum eius, cū uirtutem
mētis in matre fregiſſet, uaria crudelitate propoſi
tis ei ſpectaculis orbitatis ſuæ, cū iā eneruatā, & cō
ſumptā maternis dolorib. facilē uinceret, & in rui
nā mētis impelleret. Ne ergo hoc cōſideres, quòd il
lata ſibi tormēta tolerabant: ſed illud magis contē
plare, quòd mater p ſingulos eorū duriores ſuſtine
bat dolores. Et hoc qđ dicitur, bene norunt q̄cun
que pariēdi dolores exptæ ſunt mulieres, & matres
factæ ſunt. Nā ſæpe & mater, ſi uideat filiū ſuum fe
bribus eſtuare, ita pturbatur, ut ardores illius ī ſua
cupiat mēbra trāsferri, & mutata in ſe ſi poſſit egri
tudinis uice trāsfundere in filium ſanitatē ſuā. Ita
oīb. domeſticis malis eas, quæ de filijs malis acci
derint, ærūnas grauiores exiſtimāt, & intolerabiles
fiunt, quę matris ſunt. Sicut ergo uera in cūctis ma L
trib. talis affectio, ita profectò manifeſtū eſt, qa ma
ter illa grauius in ſupplicijs filiorū puniebatur, q̄ ſi
ipſa pateretur: & maior erat paſſio ī uiſceribus ma
tris, q̄ in corporibus filiorū. Si ergo unius filij nun
ciata eſt ægritudo, auditu ſolo uiſcera materna tur
bātur. Hic aūt non unū tantū filiorum chorū uno
tpe pariter interfici uidens mater, nec abſens p au
ditū ſuſcipiens paſſiones eorum: ſed pſens oculis
hauriēs uulnera oium, quos pepererat, quid nō pa
tiebatur? Quo non excidit mente, unumquemq; ho
rum ſpectans horribilius, & diuerſis pœnarum in
genijs cruciari, & per inciſiones membrorū tā cru
deli, q̄ lenta morte conſumi? quo tam ferali ſpecta
culo nō diſſilierunt uiſcera eius, & deſumpto cor
pore aia excuſſa eſt? Quo non & prima filij paſſio
ne in ipſos ignes, quibus filius cremabatur, inſiluit
ut ſilē, uel deterius filiorū ſpectaculū compendio
mortis euaderet? Nā etſi ſapiēs eſſet, ſed mater erat:
etſi amās deū, ſed carnē portabat: etſi prōpta eſſet
fide, attamē fœmineum ſexū gerebat: etſi zelo diui
næ pietatis prōpta ferueret, ſed & maternæ affectio
nis uinculo memor partuū tenebatur. Si. n. nos q
uiri ſumus, frequēter cū uidemus reum per forum M
duci refręnato ore in mortis dānationē, & eū tra
hēte carnifice, de ſolo ei⁹ aſpectu frāgimur, cū tamē
ſufficientem hēmus conſolationem ex ipſa cōſciæ
ſecuritate, q̄ ab illis pœna mortis diſcernimur: faci
lē metiri poſſumus qd illa pertulerit, q̄ nō reum ali
quem & extraneū, & dānatione commerita duci ui
deat, ſed ſeptem filios ſil' in una die non iſta morte
cōſumi, ſed uariè laniatos pœnis uidebat interfici.
Si. n. lapidea qdem fuiſſet, & ſi uiſcera adamāte cō
pacta geſſiſſet: ita forte potuiſſet incōcuſſa durare,
& nihil eorū ſentire, q̄ & mulierē, & matrem perpe
ti, uis ipſa naturæ, pietatiſq; cogebat. Deniq; cogi
ta, quo admiremur patriarchā Abrahā, quòd filiū Gen. 22. b
ſuū offerēs deo, ipſe uinxit in apparatu hoſtiæ ma
nus eius, pedesq; cōſtringens, & cū paterna manu
immolandū altari impoſuit, & ſapienter conferēs:
tūc uidebis quanta mulieris huius uirtus extiterit.
O amariſſimū illud, ſil' & dulciſſimum matris ſpe
ctaculū: ô amariſſimum quidem pp naturam affę-

A ctionis humanæ, & pp ipſorum faciem tormento
rum: dulciſſimum uerò pp uirtutem fidei, q̄ dele
ctabatur domeſticarum ſpectaculo paſſionū: quo
impiā ſacrilegi regis crudelitatē confeſſio glorioſa
uincebat. Vnde fortiſſima illa mater non frangeba
tur ſpectaculo orbitatū ſuarū, ſed cōfortabatur: qa
non profluentē eorū ſanguinē aſpiciebat, ſed ma
gis ad coronas eorū q̄ texebātur cœlis intēta gau
debat. Non uidebat ad receptaculum tpale cauari
petram ſepeliendis, quia prouidebat æterna ædifi
cari tabernacula coronādis. Nō cōſiderabat circū
ſtantes pplos, qa uidebat adſtantes angelos. Obli
ta eſt dolores partuū ſuorū, contemplit naturā ſe
xus ſui, nec memor & iā ſenectutis, ipſam quoq; na
turæ tyrannidē aio ſupante calcauit: naturæ, inq̄,
tyrannidem, quæ & beſtiarum feritatem ſubigere
conſueuit. Sæpe. n. difficiles capi beluæ, per amorē
tamē ſuæ ſobolis capiuntur. Dum. n. natorū ſuorū
dilectionē uitæ ſuæ pferūt, ita affectu pietatis ícau
te ī manus incidūt uenatorū: q̄ prius catulos eorū
uenātur, ut p affectionis captiuitatē pueniāt ad ca
B pturam parētum. Nullum eſt aīal, nec ita inſirmū,
qđ nō pro filijs ſuis defenſandis robur aſſumat: ne
que ita māſuetū, qđ abreptis catulis nō iritetur, &
aduerſus rapiētē quāta pt uirtute deſæuiat. Sed iſtā
totam ipſam, & per hoies rōnabiles, & per aīalia ir
rationabilia pari iure porrectam, atq; diffuſam na
turę tyrannidē fidei uirtute diſſoluit: & non ſolū
nō inſiluit capiti ſæuiētis tyrāni, neq; lacerauit fa
ciē eius, ut beſtia uidēs catulos ſuos diripi: ſed tan
tā magnanimitatē fidelis aī oēm philoſophiā ſup
greſſam monſtrauit, ut immolationē filiorū ſuorū
ppararet hortatu ſuo, & ingereret pſecutori. Et cū
adhuc priores puniretur, reſiduos ad æmulationē
eorū exhortantibus uerbis in paleſtra paſſionis iū
gebat. Audiāt hæc uniuerſæ matres, & æmulentur
uirilē mulieris huius fortitudinē, & ueram circa fi
lios dilectionē, & ſcdm illā ſeptē martyrum matrē
nutriant filios ſuos. Non. n. educatio filiorum hæc
naturæ eſt, ſed educatio matres facit: hæc. n. uolū
tatis eſt. Et ut diſcas, quia non pariēdo tantū, ſed
magis bene nutriēdo fit mater, audi btiſſimū Pau
C lū, quo honorificet, & coronet uiduam: nō pp par
tum, ſed pp educationem bonam filiorum, dicens
1. Tim. 5. a enim: Vidua eligatur nō minus annorum ſexagin
ta, teſtimoniū habēs in opibus bonis, ut horū bo
norū laudē conſummaret, adiecit: Si filios enutri
uit: nō dixit, ſi pepit. Quid ergo æſtimabimus illā
mulierē ptuliſſe, ſi tamē mulierē iſtā dici oporteat,
cū uideret ī filiorū mēbris uiſcera ſua cruciari, alte
rius auulſos à ſuis manib. digitos ſup prunas igniū
ſpargi, & unius caput clauis configi, alterius capiti
cutē detrahi, & totū corpus extracta pelle nudari,
& eū q talia patiebatur ſtantē fortiter, inſup & ipſi
tyrāno pœnas ęternas uoce libera cōminātē? Quo
mater hæc expectans eleuauit uultū ſuū, & os ape
ruit, & linguam mouit in uerba, nō in uerba mater
ni doloris affectu mollia, ſed uerba uirtutis? Quo
non receſſit à carne aīa eius? Quo ego dicam? Non
enim in terrena præſtantia intendebat, ſed in futu
ra cœleſtia præparabatur, in his oīb. filiorum ſuo
rum prælijs & tormentis unum timebat, ne cuiq; ty
rannus parceret, & inuidiam diaboli ſoluto certa
mine triūphantiū ſcinderetur chorus filiorū eius,
ne qs eorū ſine corona maneret. Et quoniam hoc
timebat, minimum eorū, q iam ſolus agoni ſupat, D
tantū quòd nō manib. apprehēdens in ignem ipſa
incēſum impulit: ueruntamē pro manib. eum uer
bis exhortationis ipulit, & armauit cū magna tre
pidatione pietatis, uoce patria obſecrās eū, ne calli
di pſecutoris ſæuiorib. crudelitate blāditijs emolli
tus, euelleretur à fratrib. glorioſis, & cōfortantium
immarceſſibilē coronā uictus amitteret. Nos citra
dolorē alienas ærūnas audire nō poſſumus, ſed il
la proprias & domeſticas paſſiones citra dolorē in
tuebatur. Hæc nō negligēter, neq; ī ambuſtione au
diamus, ſed unuſqſq; eorū q̄ audiūt in filijs ſuis to
tā hāc rē ſibi depingat, in corde ſuo pponēs uirtu
tē eorū q̄ dicimus, de ſuis affectionibus metiatur:
quāuis nec ita poſſit, qa naturales paſſiones ſermo
non pōt explicare, expimentis aūt tantum percipi
pōt humanæ affectionis expreſſio. Quām bene igi
tur ad eū matrē congruit ſermo ille propheticus,
ut poſt ſeptē filiorum coronas dicamus: Tu aūt ſi
cut oliua fructifera ī domo dei. Nā Olympiacis ſpe Pſal. 51. b
ctaculis cū innumerabiles ſæpe cōueniāt luctato
res, unū tantū modo manet corona uictorē: iſti ue E
rò de ſeptē fratrib. ſeptem emicuerunt coronæ. Et
quā mihi oſtendis regionē ita fertilem, quem nidū
tā numeroſa prole fœtoſum? Nunquid ſiles habuit
parturitiones mater filiorū Zebedęi? Glorioſa qdē
& ipſa aplorum mater, ſed duorū tantūm. Septem
uerò martyres neſcio unq̄ unū protuliſſe uterum,
& ipſam eis matrē gl'iæ ſociā in conſortio paſſionis
appoſitā: & qdē non una, neq; ſimplici adiectione
meritorū atque uirtutū. Nā filij eius ſeptē martyres
erāt, tantum aūt corpus matris appoſitū eſt. Corp⁹
qdem erat unū, ſeptē uerò martyrum legio imple
batur in matre. In q̄ dilatata eſt gl'ia paſſionis, & co
rona martyrij, in ea oīum uirtus & gl'ia cōfluebat:
quia per unumquēq; filiorū ſuorū paſſa eſt, & quo
niā illos ipſos tales ipſa pfecit: hæc eccleſiam no
bis integrā martyrū pepit ſeptē filios enixa ſubli
miter, quorū neminem peperit terræ, ſed oēs cœlo,
magis aūt regi cœlorum, cui oēs eos in uitā pepit
æternam. Ergo callidus oīs malitiæ machinator
diabolus ultimam eā duxit ad certamē, ea cā, quā
ſuprà expoſui, ut uirtute eius fracta, & in ſpectaculo F
filiorū p tormēta moriētium debilitata, facilē po
ſtea debellaret afflictā. Si. n. ſæpe ſanguinis hūani
fuſionē uidētes hoies cōſueuerūt pauore percelli,
& non modicæ curationis eguerunt, ut & deficien
tem uitā reſumerent, & labantē aiam reuocarent: tā
tos illa uidens ſanguinis riuos nō ex aliena, ſed de
filiorū ſuorum carne manantes, qđ non ſuſtinuit,
aut quā pturbationē mētē ſuſcepit? itaq; diabolus,
ut ſuprà dixi, pp qđ eā poſt filios ſuos, q̄ſi pfractam
orbitatibus, & facilē uincendam in ultimum certa
men induxerat, id totū in contrarium ſibi cecidiſ
ſe pſenſit, & mulierem p hæc ipſa qbus uincēdam
putauerat, uincente confuſus eſt. Maius. n. confir
mata mater exēplis filiorū, aggreſſa eſt certamen.
Quā ob rē per orbitates ſuas nō fracta eſt, ſed for
tior facta eſt. Nō. n. iā reliquerat ſibi pro qbus an
geretur, uel qbus timeret, ne fortè infirmitate frau
darētur coronis, ſed oēs ſicuti unū reponēs prom
ptuariū, ad ſupnos pmittēs triūphos, & ad incōcuſ
ſa pennis gl'ia regna, gaudebat, cōfidēs de cætero,
& ſecura cū magnanimi uolūtate. Et ſicut coronæ
q̄dam pciоſiſſimis lapidib. compoſitæ eminētem

G gemmam: ita carnem suam choro filiorū coaptās, ad desiderabilem Iesum pullos suos, ut aquila sub sequens euolauit: ut magnum nobis relinquens solatium atque cōsilium, per id quod in semetipsa opere passionis probauit. Quod filijs ualido sermone persuaserat, ut corroborata anima, & sublimi sensu instructa audeat omnes ingredi passiōes, & omnia siue tormentorum, siue discriminum uisibilium dura contemneret. Quis enim uir, q̄ mulier, quis senior, aut quis inuenis, de cętero ueniam possit accipere, aut excusationem habere fragilitatis carnis, & timiditatis humanæ, si pp Christum sibi pericula uideat inferri: quando mulier senectute confecta, & tantorum filiorum mater, & ante tē pus gratiæ congressa, sustinuit multis uirorum per idem tempus metu mortis inclinatis in sacrilegia
H perfidiæ, nec dum in domini saluatoris aduentu extincto peccato, neque morte deuicta, tantis animis, & tanta uirtute, tantas propter deum pœnas sustinuisse cernitur, & uicisse cognoscitur, ut euangelicam perfectionem in temporibus legis impleuerit? Vnde hæc ergo omnia cogitantes, & mulieres, & uiri, & iuuenes, & senes, exemplum agonis huius, tātorumq; in filijs, in matre luctaminū, sicut in tabula, ita in corde uestro describite, assidua uobiscum exercitatione meditamini. Contra omnem spiritualium inimicorum armaturam illi⁹ patientiam proponamus ad inuictæ uirtutis exemplum, ut isthic æmulātes fortitudinem sanctorum illorum, similiter illic eorum coronam possimus adipisci. Quantam illi patientiam in periculis corporalibus ostenderunt, tantam nos in passionib⁹ irrationalibus continentiam demonstremus. i. cōtra irā & auaritiam, uel inanis gloriæ concupiscentiam diuino timore muniri, sensibus repugnantes, & consilia diaboli destruentes in nobis. Si enim cupiditatum ignes uicerimus, sicut illi tyrannidis ignem uicerunt, poterimus iuxta ipsos & matrem eorum, pari gloria constituti similes haberi. Potens autem est deus, ut prestet uos omnes per eandem fidem ad parem gloriam peruenire: per charitatem & gratiā domini nostri Iesu Christi, per quē, & cum quo est deo patri regnum, gloria, cum spiritu sancto, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. 1

Tomi primi, finis.

Aduerte candide lector filio 189 columna prima, linea. 5. quæ incipit, In eundem psalmum aliter, id esse principium alterius homiliæ super eodem psalmo, & sic esse oportuit à præcedenti distinctum, quod interlegendum minime fuit animaduersum.

Hęc quę habentur in indice falsō citata, hic ut inueniri possint reponenda curauimus.

K

Super illud sapientiæ, iustorum animæ in manu dei sunt, &c. sermo 279. d
Super illud Esaiæ, Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, &c. sermo Ibid. r
De uerbis Esaiæ, Vidi dominum sedentem in throno excelso, &c. Homiliæ V. 280. d
De loco Esaiæ cap. IX. Potestatis & pacis eius non erit finis, Homilia 287. k
De loco Esaiæ, cap. XLII. Cantate domino canticum nouum, laus eius in extremis terræ, Homilia 288. a
De loco Esaiæ, cap. XLII. Gaude Sion, Ecce rex tu⁹ uenit. Homilia ibid. f
De Hieremia propheta, sermo ibi. k
De tribus pueris, Homilia 289. d
De sancta Susanna, Homilia ibi. h
De Iona propheta, Homilia ibid. m
De loco Zachariæ, cap. VI. Ecce uir, oriens nomen eius, sub umbra eius orietur sol, &c. Homilia 290. l
De natiuitate septem Machabæorum, Homilia 291. d

Quaternionum index.

A B C D E E G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo.

Quaterniones omnes, præter Oo duernionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca